Digitized by Google

4.F.4

5.F.6.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII

PATAVINI

HISTORIARUM

AB

URBE CONDITA

TOMUS SECUNDUS.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

AMSTELODAMI,
Apud DANIELEM ELSEVIRIUM,
cIↃ IↃC LXXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

T. LIVII PATAVINI HISTORIARUM EPITOME LIBRI XXI.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IN *Italiam belli Punici ſecundi ortus narratur: & Annibalis Pœnorum ducis contra fœdus per Iberum amnem tranſitus, à quo Saguntum ſociorum populi Romani civitas octavo menſe capta eſt. de quibus injuriis miſſi legati ad Carthagienſes, qui quererentur; cum ſatisfacere nollent, bellum iis indictum eſt. Annibal, ſuperato*[2] *Pyrenæo ſaltu, per Gallias*[3] *fuſis Volcis, qui obſiſtere conati erant, ad Alpes venit: & laborioſo per eas tranſitu (quum montanos quoque Gallos obvios aliquot prœliis repuliſſet) deſcendit in Italiam, & ad Ticinum amnem Romanos equeſtri prœlio fudit: in quo vulneratum P. Cornelium Scipionem protexit filius, qui Africani poſtea nomen accepit. iterumque exercitu Romano ad flumen Trebiam fuſo, Annibal Apenninum quoque, per maximam militum vexationem propter vim*

1 *In Italia belli ſecundi Punici acta narrantur*] Malim, ut alibi, *initia narrantur*. Sigonius.

In Italiam belli Punici ſecundi acta] Acta hujus belli totis decem libris narrantur, non hoc primo ſolum. Commodius ergo quod erat in cod. Barberino: *Belli Punici ſecundi ortus*. Magontiaci natum, *in Italia*. Andreas. Tarv. duæ Ven. Aſcenſius: *In Italiam*. J. Fr. Gron.

2 *Pyreneo ſaltu*] *Pyrenæo*: ſic Græci Πυρηναίῳ. *Sigonius*.

3 *Fuſis, qui*] Vet. lib. *fuſis Volcis, qui*. Sic autem tradit de Volcis Livius. *Idem*.

1 *Tranſitu*]

vim tempeſtatum, [1] *tranſiit. Cn. Cornelius Scipio in Hiſpania contra Pœnos proſpere pugnavit, duce hoſtium Magone capto.*

1 IN parte operis mei, licet mihi præfari, quod in principio ſummæ totius profeſſi plerique ſunt rerum ſcriptores, bellum maxime memorabile omnium, quæ unquam geſta ſint, me ſcripturum; quod Annibale duce Carthaginienſes cum populo Romano geſſere. Nam neque validiores opibus ullæ inter ſe civitates genteſque contulerunt arma, neque his ipſis tantum unquam virium aut roboris fuit: & haud ignotas belli artes inter ſe, ſed expertas primo Punico conſerebant bello. & adeo varia belli fortuna, ancepſque Mars fuit, [2] ut propius periculo fuerint, qui vicerunt. Odiis etiam prope majoribus certarunt, quam viribus: Romanis indignantibus, quod victoribus victi ultro inferrent arma; Pœnis, quod ſuperbe avareque crederent imperitatum victis eſſe. Fama etiam eſt, Annibalem annorum ferme novem, pueriliter blandientem patri Amilcari ut duceretur in Hiſpaniam, quum [3] perfecto Africo bello exercitum eo trajecturus ſacrificaret, altaribus admotum, [4] tactis ſacris jurejurando adactum, ſe, quum primum poſſet, hoſtem fore populo Romano. Angebant ingentis ſpiritus virum [5] Sicilia Sardiniaque amiſſæ: nam & Siciliam [6] nimis celeri deſperatione rerum conceſſam; & Sardi-

1 *Tranſiit*] Immo non tranſiit. nam fruſtra id primo tentavit. *Franc. Sanctius.*

2 *Ut propius periculo fuerint*] Muretus 19 Var. 17 è vetere ſcripto corrigit, *propius periculum.* Certum eſt Livium ſic gaudere loqui: & complura ejuſdem generis ei reſtituimus. Vide ad lib. 22, 40. Sed quia in nullo reperiebam, quibus ipſe uſus ſum, recipere contabar. At nunc didici hoc ipſum exſtare in optimo Florentino. Itaque cur ſuum auctori invideamus, cauſæ nihil eſt. *J. Fr. Gron.*

3 *Perfecto Africo bello*] Hoc bellum cum mercenariis militibus per quinquennium in Africa Carthaginienſes geſſerunt poſt bellum primum Punicum. auctor Polyb. lib. 1. *Sigonius.*

4 *Tactis ſacris jurejurando adactum*] Hoc narrat Antiocho Annibal apud Polybium lib. 3. *Idem.*

5 *Sicilia, Sardiniaque amiſſæ*] Sicilia amiſſa eſt primo Punico bello: Sardinia inter primum & ſecundum. auctor Polyb. *Idem.*

6 *Nimis celeri deſperatione rerum*] Vet. lib. *rerum deſperatione.* Hæc ſententia ſum-

Sardiniam inter motum Africæ fraude Romanorum, [1] ſtipendio etiam ſuperimpoſito, interceptam. His anxius curis ita ſe Africo bello, quod fuit ſub recentem Romanam pacem, [2] per quinque annos, ita deinde novem annis in Hiſpania augendo Punico imperio geſſit, [3] ut appareret majus eum, quam quod gereret, agitare in animo bellum: &, ſi diutius vixiſſet, Amilcare duce Pœnos arma Italiæ illaturos fuiſſe, quæ Annibalis ductu intulerunt. Mors Amilcaris peropportuna, & pueritia Annibalis, diſtulerunt bellum. Medius Aſdrubal inter patrem & filium octo ferme annos imperium obtinuit; [4] flore ætatis (uti ferunt) primo Amilcari conciliatus: gener inde [5] ob altam indolem provecto annis aſcitus, & quia gener erat, factionis Barcinæ opibus, quæ apud milites plebemque plus quam modicæ erant, haud ſane voluntate principum [6] imperio potitus. Is plura conſilio quam vi gerens, [7] hoſpitiis regulorum magis, conciliandiſque per amicitiam

ſumpta eſt à Polybio: Καρχηδόνιοι γὰρ βαρέως ἔφερον καὶ τὸν ὑπὲρ Σικελίας πόλεμον. συνεπέτεινε δ' αὐτῶν τὸν ὀργὸν τὰ κατὰ Σαρδόνα, καὶ τὸ τ' τελόντων συντεθέντων χρημάτων πλῆθος. mille autem ducenta talenta impoſita tradit. *Sigonius.*

1 *Stipendio etiam ſuperimpoſito*] Flor. *inſuper impoſito.* Sic & infra cap. 45. *Tutandique pontis cauſa caſtellum ſuperimponunt.* Put. ac Flor. *inſuper imponunt.* Cap. 34. *Jugo inſuper imminenti.* J. Fr. Gron.

2 *Per quinque annos*] Malim *per quatuor.* Nam Polybius lib. primo extremo ſcribit tribus annis, & quatuor menſibus hoc bellum eſſe confectum: τοῦτο μὲν οὖν τὸν καὶ τετάρτους συμβαίνει πολέμους οἱ μυθογράφοι πρὸς τοὺς Καρχηδονίους. *Sigonius.*

3 *Ut appareret, majus eum*] Vet. lib. *ut appareret omnibus majus eum.* Idem.

4 *Flore ætatis, uti ferunt, primo Amilcari conciliatus*] Hac de re Polybius nihil. Paulo tamen poſt Anno *florem ætatis*, inquit, *Aſdrubal quem ipſe patri Amilcari fruendum dedit.* Idem.

5 *Ob altam indolem profectus animi*] Vet. lib. *ob altam indolem animi profecto adſcit.* In quibuſdam etiam lib. *profecto* vacat. *Idem.*

Ob altam indolem profectus animi] Duo poſtrema vocabula è margine in contextum ab librariis relata ſuſpicatur Gruterus. Scripti *profecto.* Si non ſcripſit Livius, debuit ſcribere, ut conjecit Lipſius: *gener inde ob altam indolem provecto annis adſcitus.* Sed ita ſcripſit: neque aliud quærendum. *J. Fr. Gron.*

6 *In imperio poſitus*] Vet. lib. *imperio potitus.* Sigonius.

7 *Auſpiciis regulorum*] Legendum *hoſpitiis.* Nam *hoſpitium* apud antiquos arctiſſima neceſſitudinis lege homines devinciebat, & pro ſanctiſſimo fœdere inviolatoq; cenſebatur. Turneb. 13 Adverſ. 18.

Hoſpitiis regulorum] Libri omnes, quos antehac vidi, *auſpiciis.* Muretus reſtatur

tiam principum novis gentibus, quam bello aut armis rem Carthaginienſem auxit. Cæterum [1] nihilo ei pax tutior fuit. barbarus eum quidam palam, ob iram interfecti ab eo domini obtruncavit, comprehenſuſque ab circumſtantibus, haud alio quam ſi evaſiſſet vultu, tormentis quoque quum laceraretur, eo fuit habitu oris, ut ſuperante lætitia dolores, ridentis etiam ſpeciem præbuerit. [2] Cum hoc Aſdrubale, quia miræ artis in ſollicitandis gentibus, imperioque jungendis ſuo fuerat, fœdus renovaverat populus Romanus, ut finis utriuſque imperii eſſet amnis Iberus, Saguntiniſque mediis inter imperia duo-
3 rum populorum libertas ſervaretur. In Aſdrubalis locum haud dubia res fuit, quin [3] prærogativam militarem, qua extemplo juvenis Annibal [4] in prætorium delatus, imperatorque ingenti omnium clamore atque aſſenſu appellatus erat, favor etiam plebis ſequeretur. [5] Hunc vix dum puberem Aſdrubal literis ad ſe arceſſierat: actaque res etiam teſtatur occurriſſe in veteribus ſibi, *auctipis*, & eo delectatur. Sed prævaluit conjectura Turnebi 13 adv. 18. Et merito. nam & in Florentino *hoſpitis* exaratum Gudiana obſervatione accepimus; & in ejuſdem Cl. doctiſſimique Marq. Gudii membranaceo codice his oculis legimus. *J. Fr. Gron.*

1 *Nihilo ei pax tutior fuit*] To *ei* non videtur eſſe Livii, quia id facile intelligendum omiſerat. *Idem.*

2 *Cum hoc Aſdrubale*, &c. *fœdus renovaverat populus Romanus*] Hoc ſextum fuit fœdus cum Pœnis ictum Aſdrubale duce. itaque recte Cato lib. 4 Originum dixit: *Carthaginienſes ſextum de fœdere deceſſere.* Tertii fœderis meminit Livius lib. 9. P. Cornelio Arvina, Q. Marcio Tremulo conſulibus. Quarti in Epitome l. 13 dum cum Tarentinis & Pyrrho bellabatur. Quinti Polybius lib. 3 confecto primo Punico bello. Sexti cum Aſdrubale icti, & Polybius lib. 3 & hoc libro ſæpius Livius. *Sigonius.*

3 *Prærogativam militarem*] Polyb. τὴν τῶν στρατιωτῶν αἵρεσιν. *Idem.*

4 *Intra prætorium delatus*] Veteres lib. *in prætorium.* Idem.

5 *Hunc vix dum puberem Aſdrubal literis*, &c.] *Vix dum puberem* appellat juvenem natum annos ad XXII. Id ita eſſe apparet ex eo, quod Probus tradit, imperium Annibali mortuo Aſdrubale eſſe delatum, cum eſſet minus XXV annis natus; per triennium autem ante ſub imperatore Aſdrubale militaſſe ſcribit hoc loco Livius. Atque hoc idem alia etiam confirmari ratione poteſt. Annibal enim anno ætatis nono cum patre Amilcare in Hiſpaniam venit, qui per annos novem in ea provincia fuit. His annis, qui XVII eſſe concipiuntur, ſi VIII, quibus ſucceſſor Amilcaris Aſdrubal in Hiſpania rem geſſit, adjunxeris, annorum XXV ſum-

etiam in ſenatu fuerat; Barcinis nitentibus, ut aſſueſceret militiæ Annibal, atque [1] in paternas ſuccederet opes. Hanno alterius factionis princeps, *Et æquum poſtulare videtur*, inquit, *Aſdrubal, & ego tamen non cenſeo, quod petit, tribuendum.* Quum admiratione tam ancipitis ſententiæ in ſe omnes convertiſſet, *Florem ætatis*, inquit, *Aſdrubal, quem ipſe patri Annibalis fruendum præbuit, juſto jure eum à filio repeti cenſet. nos tamen minime decet juventutem noſtram pro militari rudimento* [2] *aſſuefacere libidini prætorum. An hoc timemus, ne Amilcaris filius nimis ſero imperia immodica, & regni paterni* [3] *ſpeciem videat; & cujus regis genero hereditarii* [4] *ſint relicti exercitus noſtri, ejus filio parum mature ſerviamus? Ego iſtum juvenem domi tenendum ſub legibus, ſub magiſtratibus docendum vivere æquo jure cum cæteris cenſeo: ne quandoque parvus hic ignis incendium ingens exſuſcitet.* Pauci, ac ferme 4
optimus quiſque, Hannoni aſſentiebantur: ſed (ut plerumque fit) major pars meliorem vicit. Miſſus Annibal in Hiſpaniam, primo ſtatim adventu omnem exercitum in ſe convertit. [5] Amilcarem viventem redditum ſibi veteres milites credere; eundem vigorem in vultu, vimque in oculis, habitum oris, lineamentaque intueri. dein brevi

ſummam efficeris, ex quibus triennio detracto, relinquuntur anni XXII, quos natus Annibal Carthagine in Hiſpaniam ad Aſdrubalem miles venit. Hæc ex Livii, & Polybii verbis omnia collecta ſunt. *Sigonius.*

1 *In paternas ſuccederet opes*] Sic quidem omnes libri: ſed margo Florentini: al. *ſuccreſceret.* Nec contemnendum eſt. Sic enim lib. 10. *Et ſe gloria ſeniorum ſuccreviſſe, & ad ſuam gloriam conſurgentes alios lætum aſpicere.* J. Fr. Gron.

2 *Adſuefacere libidini imperatorum*] Sic in primo Junta reperi: omnes MSS. Andreas, Beccar. Aſcenſ. Mog. Aldus, *pratorum.* Cicero lib. 1 de inven. *Epaminondas Thebanorum imperator ei, qui ſibi ex lege prætor ſucceſſerat, exercitum non tradidit.* Ad quem Marius Victorinus: *Deinde notare debemus omnes magiſtratus & prætores & imperatores appellatos: ut hic, Ei qui ſibi ex lege prætor ſucceſſerat: cum imperatori ſuccedere debeat imperator.* Aſconius Pedianus in 1 Verr. *Veteres omnem magiſtratum, cui pareret exercitus, Prætorem appellaverunt. Unde & Prætorium tabernaculum ejus dicitur, & in caſtris porta Prætoria, & hodie quoque Præfectus Prætorio.* Idem.

3 *Speciem videat*] Lego, *induat*, quamquam nil affirmo. *Tan. Faber.*

4 *Sint relicti exercitus*] Scribe, *ſunt relicti.* J. Fr. Gron.

5 *Amilcarem viventem redditum ſibi*] Advenit olim me in exemplaris

brevi effecit, [1] ut pater in ſe minimum momentum ad favorem conciliandum eſſet. Nunquam ingenium idem ad res diverſiſſimas, parendum atque imperandum, habilius fuit. itaque [2] haud facile decerneres, utrum imperatori, an exercitui carior eſſet: neque Aſdrubal alium quemquam præficere malle, ubi quid fortiter ac ſtrenue agendum eſſet: neque milites alio duce plus confidere, aut audere. Plurimum audaciæ ad pericula capeſſenda, plurimum conſilii inter ipſa pericula erat. nullo labore aut corpus fatigari, aut animus vinci poterat. Caloris ac frigoris patientia par: cibi potioniſque deſiderio naturali, non voluptate modus finitus: vigiliarum ſomnique nec die nec nocte diſcriminata tempora. Id quod gerendis rebus ſupereſſet, quieti datum: ea neque molli ſtrato, neque ſilentio arceſſita. Multi ſæpe militari ſagulo opertum humi jacentem inter cuſtodias, ſtationeſque militum conſpexerunt. Veſtitus nihil inter æquales excellens: [3] arma atque equi conſpiciebantur. Equitum peditumque idem longe primus erat. [4] princeps in prælium ibat: ultimus [5] conſerto prælio excedebat. Has tantas viri virtutes ingentia vitia æqua-

cujuſdam margine editum *juvenem* pro *viventem*. Id præter exſpectationem cognoſco eſſe in Florentino. Admittatur igitur. Cur enim diceret *veteres milites*, niſi aliquid longioris memoriæ poſuiſſet de Hamilcare? *J. Fr. Gron.*

1 *Ut patri in ſe*] Vet. lib. *ut pater in ſe*. Sigonius.

Ut patri in ſe minimum momentum] In primo inveni Gryphio. Preſſi prius omnes, ut & ſcripti *pater*: de quo monuimus 1 Obſ. 6. Juſtinus lib. 11. *Qui ex continenti ad Darium profecti, non mediocre momentum Perſarum viribus acceſſere.* Lib. 13. Olympias mater Alexandri, *non mediocre momentum partium.* J. Fr. Gronovius.

2 *Haud facile diſcerneres*] Sic quidem libri, ſed ſcribendum, *decerneres*. Vide 3 Obſerv. 13. *Idem.*

3 *Arma atque equi conſpiciebantur*] *Conſpiciebantur*, conſpicua erant, intellexit: veſtitu non differebat à ceteris; armis & equis differebat: ſic alio loco, *conſpectum eſſe*, pro excellere dixit. Hoc non intelligens Glareanus, interpretatur, ſi quando arma & equi conſpiciebantur, equitum peditumque idem primus erat, quo nihil abſurdius. *Sigonius.*

4 *Princeps prælium inibat*] Pall. Voſſ. Mon. *in prælium ibat.* Lib. 2. *Ne ad fugam quidem ſatis virium fuit, quia curſu in prælium ierant.* J. Fr. Gron.

5 *Conſerto prælio*] Vet. lib. *conſecto*. Sigonius.

1 *In-*

Digitized by Google

æquabant; [1] inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri, nihil ſancti, nullus Deum metus, nullum jusjurandum, nulla religio. Cum hac indole virtutum atque vitiorum, triennio ſub Aſdrubale imperatore meruit; nulla re, [2] quæ agenda videndaque magno futuro duci eſſet, prætermiſſa. Cæterum ex quo die dux eſt declaratus, velut Italia ei provincia decreta bellumque Romanum mandatum eſſet, nihil prolatandum ratus; ne ſe quoque, ut patrem Amilcarem, deinde Aſdrubalem, cunctantem caſus aliquis opprimeret; Saguntinis inferre bellum ſtatuit. [3] quibus oppugnandis, quia haud dubie Romana arma movebantur, in Olcadum fines prius (ultra Iberum ea gens in parte magis quam in ditione Carthaginienſium erat) induxit exercitum, ut non petiſſe Saguntinos, ſed rerum ſerie, finitimis domitis gentibus, [4] jungendoque, tractus ad id bellum videri poſſet. [5] Carteiam urbem opulentam caput gentis ejus expugnat diripitque. Quo metu perculſæ

1 *Inhumana crudelitas, perfidia,&c.*] Sæpe, ut dixi, ſententiam pro nomine ponit, ut Saluſtius de Catilina: *Animus audax, ſubdolus, varius, cujuſlibet rei ſimulator, ac diſſimulator, alieni appetens, ſui profuſus, ardens in cupiditatibus, ſatis eloquentiæ, ſapientiæ parum.* Idem.

2 *Quæ agenda audendaque magno*] Pet. Men. Voſſ. Pal. *videndaque. Videre* eſt providere, comparare in futurum res utiles & inſtrumentum agendi. Cic. 3 de Orat. *Videndum ſibi aliud eſſe conſilium: illo ſenatu ſe rempublicam gerere non poſſe.* Lib. 14 ad Attic. 21. *Nemo eſt iſtorum, qui otium non timeat. quare talaria videamus.* Nec ignoro lib. 35 noſtri: *Agenda res eſt, juvenes, audendaque.* Sed futuro duci plura videnda quam audenda: cujuſmodi ſunt illa quæ de Philopœmene Livius ex Polybio lib. 35, 28. *J. Fr. Gron.*

3 *Quibus oppugnandis, haud dubie Romana arma movebantur, in Olcadum fines prius induxit exercitum*] Vox una deeſt, quæ maxime ſententiam ſuſtinet, ea ex vet. lib. revocanda eſt: *Quibus oppugnandis, quia haud dubie Romana arma movebantur.* De Olcadibus Polyb. & Stephanus. *Sigonius.*

4 *Jungendoque*] Vet. lib. *jungendiſque.* Sic paulo ante: *Solicitandis gentibus imperioque jungendis ſuo.* Idem. Forte, *finitimis domitis gentibus jungendo, tractus.* Franc. Sanctius. Legerem, *quandoque.* Tan. Faber.

Jungendoque tractus ad id] Sigonius *jungendiſque.* Forte, *finitimis domitis gentibus vincendoque.* Non quaſi hoc egerit, ſed dum fortunam ſequitur. *J. Fr. Gron.*

5 *Carteiam urbem caput gentis ejus*] Carteiam Olcadum caput eſſe ait: cum ſit urbs Baſtulorum ad Calpen

culſæ minores civitates, ſtipendio impoſito imperium accepere. victor exercitus opulentuſque præda Carthaginem Novam in hiberna eſt deductus. Ibi large partiendo prædam, [1] ſtipendio præterito cum fide exſolvendo, cunctis [2] civium ſociorumque animis in ſe firmatis, vere primo in Vaccæos promotum bellum. [3] Hermandica & Arbacala urbes vi captæ. Arbacala & virtute & multitudine oppidanorum diu defenſa. Ab Hermandica profugi exſulibus Olcadum, priore æſtate domitæ gentis, quum ſe junxiſſent, [4] concitant Carpetanos: adortique Annibalem regreſſum ex Vaccæis, haud procul Tago flumine agmen grave præda turbavere. Annibal prælio abſtinuit, caſtriſque ſuper ripam poſitis, quum prima quies ſilentiumque ab hoſtibus fuit, [5] amnem vado trajecit: valloque ita producto, ut locum ad tranſgrediendum hoſtes haberent, invadere eos tranſeuntes ſtatuit. Equitibus præcepit, ut quum ingreſſos aquam viderent, [6] adorirentur. Peditum agmen in ripa,

montem auctore Ptolemæo, Plinio, & præter cæteros ipſomet libro 28. *Ad Carteiam claſſe acceſſit, urbs ea in ora Oceani eſt.* Quare ſequutus Polybium lego *Altheiam*, in eo enim eſt Ἀλθίαν. Eſt autem Olcadum urbs, teſte Stephano: Ἀλθαία πόλις Ὀλκάδων. οἱ δὲ Ὀλκάδες ἔθνος Ἰβηρίας πλησίον Καρχηδόνος, ὧν καλοῦσι καὶ Καυλιὼ πόλιν. τὸ ἐθνικὸν Ἀλθαῖος. *Sigonius.*

1 *Stipendia praterita*] Men. & Voſſ. *Stipendio praterito cum fide exſolvendo.* Hoc idem elegantius. Vide lib. 2 Obſerv. cap. 18 extremo. Florent. *partiendo predam ſtipendioque praterito cum fide exſolvendo.* J. Fr. Gron.

2 *Civium ſuorum, ſociorumque*] Vox *ſuorum*, abeſt à vet. lib. *Sigonius.*

3 *Hermandica & Abracala Cartheiorum urbs vi capta*] Polyb. Ἑλμάνδικα. Stephanus, Ἑλμανδικὴ πόλις Ἰβηρίας ὑπὸ τὸν Ἴβηρα ποταμόν. Πολύβιος γ. Itaque *Helmandica* lego. Deinde vet. lib. *Arbocala.* Polybius Ἀρβύκαλα. Pro *Cartheiorum* vet. lib. *Carthorum.* Polybius *Vaccæorum.* Itaque eandem vocem repono: dixit enim, *in Vaccæos promotum bellum.* Idem.

Hermandica & Arbacala Carteiorum urbes] Immo Vaccæorum, ut ex Polybio monuit Sigonius. Primæ editiones & ſcripti *Carthorum.* Menardi & è Pal. unus exterminant dubiam vocem. Poſſis non incommode: *Hermandica & Arbacala horum urbes.* nempe Vaccæorum, de quibus ante ſermo. Quæ ſuperſunt literæ, ex cauda vocis præcedentis natæ. *J. Fr. Gron.*

Carteiorum] Forte, *eorum* aut *Vacceorum.* Franc. Sanctius.

4 *Concitant Carpetanos*] Hos ubique Καρπησίους vocat Polybius. *Sigon.*

5 *Agmen vado trajecit*] Scripti, *amnem.* Seneca de ira 3, 21. *Gyndes late fuſum amnem vado tranſire tentavit.* J. Fr. Gron.

6 *Adorirentur* &c. *elephantos ante quadra-*

ripa, elephantos ante quadraginta diſpoſuit. Carpetanorum cum appendicibus [1] Olcadum Vaccæorumque centum millia fuere: invicta acies, ſi æquo dimicaretur campo. Itaque & ingenio feroces, & multitudine freti, & quod metu ceſſiſſe credebant hoſtem; id morari victoriam rati quod intereſſet amnis, clamore ſublato, paſſim ſine ullius imperio, qua cuique proximum eſt, in amnem ruunt. Et ex parte altera ripæ vis ingens equitum in flumen immiſſa, medioque alveo haudquaquam pari certamine concurſum; quippe ubi pedes inſtabilis, ac vix vado fidens, [2] vel inermi equite, equo temere acto perverti poſſet: eques corpore armiſque liber, equo vel per medios gurgites ſtabili, cominus eminuſque rem gereret. Pars magna flumine abſumpta: quidam vorticoſo amni delati in hoſtes, ab elephantis obtriti ſunt: [3] poſtremi, quibus regreſſus in ſuam ripam tutior fuit, ex varia trepidatione quum in unum colligerentur, prius quam tanto ex pavore reciperent animos, Annibal agmine quadrato amnem ingreſſus, fugam ex ripa fecit: vaſtatiſque agris, [4] intra paucos dies Carpetanos quoque in deditionem accepit. Et jam omnia

trans

quadraginta] Non vereor ne vox, *ante*, mendoſe ſit, pro *ad*: ſiquidem Polybius ait: καὶ τοῖς θηρίοις οἷς εἶχε πρὸ τετταράκοντα ἢ ἀριθμόν. Id eſt, *& Elephantis, quos ad quadraginta habuit.* Sic alibi docebo ex *ad ante* factum eſſe. *Sigonius.*

Adorirentur peditum agmen. In ripa elephantos] Illud *peditum agmen* non hoſtium, ſed Hannibalis eſt, eoque revocandum ad periodum ſequentem. Sed & τὸ *ante* turbat. Sigonius pro eo facit *ad*, quia Polybius, τοῖς θηρίοις, οἷς εἶχε πρὸς τετταράκοντα. Voſſianus, duo Pall. & plerique pro eo habent *autem*, dein *diſponit*, ut & libri Mureti. At Florentinus: *elephantos* XL *autem erant diſponit.* Sic & Gudianus, niſi quod *diſpoſuit.* Lege igitur: *Peditum agmen in ripa & elephantos (quadraginta autem erant) diſponit.* Polybius de illorum opera: Τὸ μὲν πλεῖστον αὐτῶν μέρος διεπόρθμευε πρὸς τοὺς ἐκβάσεις ἀπορρυέντων τῶν θηρίων ἀπὸ τοῦ χείλους καὶ τῶν ἐκβαινόντων αἰεὶ περιχαλαδόντων. *J. Fr. Gron.*

1 *Olcadum Vaccaeorumque centum millia fuere*] Polybius item: πλείους ἢ δέκα μυριάδας ἀνθρώπων. *Sigonius.*

2 *Vel inermi equite*] Vet. lib. *vel ab inermi equite.* Idem.

Vel inermi equite] Sigonius è ſcripto, *ab inermi.* Bene. ſic & Flor. Gud. Pal. unus. *J. Fr Gron.*

3 *Poſtremi, quibus*] Vet. lib. *Poſtremis, quibus regreſſus in ſuam ripam tutior fuit.* Egregie: ut ſit, poſtremis Annibal fugam ex ripa fecit. *Sigonius.*

4 *Intra paucos dies*] Voſſ. *inter.* Vide ad lib. 1, 10. *J. Fr. Gron.*

1 Quos

trans Iberum, præter Saguntinos, Carthaginienſium
6 erant. Cum Saguntinis bellum nondum erat: cæterum jam belli cauſſa certamina cum finitimis ſerebantur, maxime Turdetanis. [1] quibus quum adeſſet idem, qui litis erat ſator, nec certamen juris, ſed vim quæri appareret, [2] legati à Saguntinis Romam miſſi, auxilium ad bellum jam

1 *Quos cum adiſſet idem, qui litis erat ſator*] Vet.lib. *Quibus cum adeſſet idem, qui litis erat ſator:* ſenſus eſt, Annibalem qui litem inter Turdetanos & Saguntinos ſerebat, Turdetanis affuiſſe contra Saguntinos. *Sigonius.*

2 *Legati à Saguntinis Romam miſſi auxilium ad bellum jam haud dubie imminens orantes, Conſules tunc erant, P. Cornelius Scipio, & T. Sempronius Longus*] Diſſentit Livius à Polybio, quem maxime tamen hoc in bello tradendo ſequitur, de rebus ab Annibale in Hiſpania geſtis, de anno, quo Saguntus oppugnata eſt, & quo legati ad Annibalem miſſi ſunt. Quia vero multo veriſimilius & planius hæc omnia Polybius explicat, ea quemadmodum apud ipſum diſpoſita ſint, prius demonſtrabo, tum demum, quæ Livius tradiderit, ſubjungam. Sic igitur Polybius: P. Cornelio, M. Minucio conſulibus, *Annibal mortuo Aſdrubale Imperator in Hiſpania declaratus in Olcadum fines tranſgreſſus, Altheiam capit, & Carthaginem in hyberna recedit.* L. Veturio, C. Lutatio conſulibus, *Annibal vere primo in Vaccæos ducit, Arbocalam & Helmandicam eorum urbes capit. Carpetanos in deditionem accipit. Quo terrore finitimi Saguntini compulſi, Romam legatos rei hac nunciatum mittunt. Legati Romani in Hiſpaniam venientes ab Annibale Carthagine Nova, dum in hybernis eſſet, auditi ſunt. Bellum Annibali indictum, niſi Sagunto abſtineret: ab iiſdem idem Carthagine factum.* M. Livio, L. Æmilio conſulibus, *Annibal Carthagine Nova profectus Saguntum oppugnat, & intra octo menſes capit, & in hyberna reverſus omnes milites domum ad ſuos reviſendos miſit. Legati alteri Carthaginem miſſi ad depoſcendum Annibalem rupti fœderis auctorem, & niſi traderetur, ad bellum aperte indicendum; indictum eſt.* P. Cornelio Scipione, Ti. Sempronio Longo conſulibus, *Annibal motis Carthagine Nova caſtris trajecto Ibero Ilergetes, Barguſios, Auſetanos, & ceteros Hiſpaniæ populos uſque ad Pyrenæos montes ſubigit, iiſque ſuperatis, per Galliam ad Alpes venit, & in Italiam quinto menſe, quam Carthagine moverat, tranſgreſſus, P. Cornelium conſulem ad Ticinum, Ti. Sempronium conſulem ad Trebiam fundit.* Hæc Polybius, & cui aſſentiri videtur Probus, qui per triennium res in Hiſpania ab Annibale geſtas ſcribit. Livius autem ita: L. Veturio, C. Catulo conſulibus, Annibal Altheiam Olcadum capit, & in hyberna Carthaginem Novam revertitur. M. Livio, L. Æmilio conſulibus, Arbocala & Helmandica Vaccæorum, & Carpetani ſubacti, Saguntus oppugnari cœpta. P. Scipione Ti. Longo conſulibus, Legati Saguntini, qui antequam Saguntus oppugnaretur profecti erant, his conſulibus Romam perveniunt. Legati Romani P. Valerius Flaccus, Q. Bæbius Tamphilus in Hiſpaniam ad Annibalem Saguntum oppugnantem cum veniſſent, & ab eo non admiſſi, Carthaginem profecti: Saguntum octavo menſe, quam cœptum erat oppugnari, captum, inde in hyberna Annibal ſeceſſit. quinto deinde menſe, quam ex hybernis profectus eſt, in Italiam venit: *Quæ ſi ita ſunt*, inquit, *fieri non potuit, ut P. Cornelius, & Ti. Sempronius conſules fuerint, ad quos, & in principio oppugnationis legati Saguntini miſſi ſint, & qui in ſuo magi-*

jam haud dubie imminens orantes. Consules tunc Romæ erant, P. Cornelius Scipio, & [1]Ti. Sempronius Longus: qui quum, legatis in senatum introductis, de republ. retulissent, placuissetque mitti [2] legatos in Hispaniam ad res sociorum inspiciendas; quibus si videretur digna causa, & Annibali denunciárent, ut ab Saguntinis sociis populi Rom. abstineret, & Carthaginem in Africam trajicerent, ac sociorum populi Romani querimonias deferrent. Hac legatione decreta, nec dum missa, omnium spe celerius Saguntum oppugnari allatum est. [3] Tunc delata ex integro res ad senatum. Alii provincias consulibus Hispaniam atque Africam decernentes, terra marique rem gerendam censebant: alii, totum in Hispaniam Annibalemque intendebant bellum. Erant qui non temere movendam rem tantam, exspectandosque ex Hispania legatos censerent. Hæc sententia, quæ tutissima videbatur, vicit: lega-

magistratu cum Annibale, alter ad Ticinum amnem, ambo aliquanto post ad Trebiam pugnaverint, aut Saguntum principio anni quo P. Corneliius, & Ti. Sempronius consules fuerunt, non captum oppugnari est, sed captum. Hæc Livius. Non intelligit autem si capto Sagunto Annibal in hyberna concessit, & primo vere in Italiam superatis Alpibus venit, Saguntum ne initio quidem consulatus Scipionis & Longi potuisse capi. siquidem inierunt Idibus Martiis, quo tempore illum ex hybernis moventem transitum in Italiam parasse verisimile est, sed captum esse Livio, Æmilioque consulibus. Quod si ita est, ne legati quidem Saguntini, qui aut antequam Saguntum oppugnaretur, aut initio oppugnationis profecti sunt, Scipione & Longo consulibus Romam pervenire potuerunt, præsertim vero cum Legati Romani, quos serius miserunt Annibalem Saguntum etiam oppugnantem invenerint. Habet igitur incommoda multa hæc Liviana tractatio, in quæ miror illum incidisse, Polybio præsertim hæc omnia diligentissime explicante. *Sigonius.*

1 *T. Sempronius Longus*] Polybius, Τιβέριον Σεμπρώνιον nominat. Eutropius *Tiberium*, itemque Probus, & plerique vetusti libri. Filius etiam hujus in Capitolinis tabulis *Ti. F. Ti. N. Longus* scribitur. *Idem.*

2 *Legatos ad res sociorum inspiciendas*] Sic Polybius, πρεσβευτὰς ἐξαποστεῖλαι τοὺς ὁπισομένους τὰ πρὸς τοὺς συμμάχους. *Idem.*

3 *Tunc delata ex integra*] Flor. & Gud. *Tunc relata de integro.* Notissimum *referre ad senatum.* Tò *de integro* etiam Pal. & habes hujus libri capp. 8, 18, 21, 59. *J. Fr. Gron.*

Tunc relata de integro res] Sic quoque MS. Cantabrigiensis. Videtur autem pergendum ulterius & scribendum: *Tunc relata de integro re ad senatum, alii provincias* &c. 2, 22. *Relata re ad senatum, adeo gratum fuit Patribus.* Jac. Gron.

1 *Q. Ba-*

legatique eo maturius missi P. Valerius Flaccus, & [1] Q. Bæbius Tamphilus, Saguntum ad Annibalem, atque inde Carthaginem, si non absisteretur bello, ad ducem
7 ipsum in pœnam fœderis rupti deposcendum. Dum ea Romani parant consultantque, jam Saguntum summa vi oppugnabatur. Civitas ea longe opulentissima ultra Iberum fuit, sita passus [2] mille ferme à mari. Oriundi à Zacyntho insula dicuntur, mixtique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis. cæterum in tantas brevi creverant opes, seu maritimis seu terrestribus fructibus, seu multitudinis incremento, seu sanctitate disciplinæ, qua fidem socialem usque ad perniciem suam coluerunt. Annibal infesto exercitu ingressus fines, pervastatis passim agris, urbem tripartito aggreditur. Angulus muri erat in planiorem patentioremque, quam cætera circa, vallem vergens. adversus eum vineas agere instituit, per quas aries mœnibus admoveri posset. Sed ut locus procul muro satis æquus agendis vineis fuit; ita haudquaquam prospere, postquam ad effectum operis ventum est, cœptis succedebat. & turris ingens imminebat: & murus, ut in suspecto loco, supra cæteræ modum altitudinis emunitus erat: & juventus delecta, [3] ubi plurimum periculi ac laboris ostendebatur, ibi [4] vi majore obsistebant. Ac primo missilibus summovere hostem: nec quicquam satis tutum munientibus pati. deinde jam non pro mœnibus modo atque turri tela micare, sed ad erumpendum etiam in stationes operaque hostium animus erat: quibus tumultuariis certaminibus haud ferme plures Saguntini cadebant, quam Pœni. Ut vero Annibal ipse, dum murum incautius subit, adversum femur tragula graviter ictus ceci-

1 *Q. Babius Tamphilus*] Vet. aliquot lib. *Q. Babius Tamphilus.* Ita Capitolini ubique lapides, nummi argentei *Babius Tampilus.* Sigonius.

2 *Mille ferme passus à mari*] Sic Polybius ὡς ἐπὶ σταδίους. *Idem.*

3 *Ubi plurimum periculi ac laboris*] In quatuor scriptis reperisse memini: *ac timoris.* Et sic Aldina. Sic quoque Flor. & Gudianus. *J. Fr. Gron.*

4 *Vi majore obsistebant*] Vet. lib. *obsistebat.* Sigonius.

1 Ob-

cecidit; tanta circa fuga ac trepidatio fuit, ut non multum abeſſet, quin opera ac vineæ deſererentur. Obſidio deinde per paucos dies magis quam oppugnatio fuit, dum vulnus ducis curaretur. per quod tempus ut quies certaminum erat, ita ab apparatu operum ac munitionum nihil ceſſatum. Itaque acrius de integro [1] obortum eſt bellum, pluribuſque partibus, vix accipientibus quibuſdam opera locis, vineæ cœptæ agi, admoverique aries. Abundabat multitudine hominum Pœnus; [2] ad centum enim quinquaginta millia habuiſſe in armis creditur. Oppidani ad omnia tuenda atque obeunda multimoda arte diſtineri cœpti ſunt: [3] & non ſufficiebant. jam enim feriebantur arietibus muri. Quaſſatæ quoque multæ partes erant. una continentibus ruinis nudaverat urbem: tres deinceps turres, quantumque inter eas muri erat, cum fragore ingenti prociderant: captumque oppidum ea ruina crediderant Pœni; qua, velut ſi pariter utroſque murus texiſſet, ita utrimque in pugnam procurſum eſt. Nihil tumultuariæ pugnæ ſimile erat, quales in oppugnationibus urbium per occaſionem [4] partis alterius conſeri ſolent: ſed juſtæ acies, velut patenti campo, inter ruinas muri tectaque urbis modico diſtantia intervallo conſtiterant. hinc ſpes, hinc

1 *Obortum eſt bellum*] Flor. & Gud. *coortum*. Mox Flor. auctior voce: *Habuiſſe in armis ſatis creditur*. Idem cum Gudiano, quod miror: *Ad omnia tuenda atque obeunda multifariam diſtineri*. Sed & uterque cum Men. Pet. Pal. *quaſſataque*. J. Fr. Gron.

2 *Ad centum enim quinquaginta*] Vet. lib. *Ad centum enim & quinquaginta*. Sigonius.

3 *Et non ſufficiebant. jam enim*] Aliquis hic nodus: non enim percuſſi arietc muri juſta cauſa, cur oppidani parum ſuffecerint. Præterea in tribus ſcriptis reperi, *quaſſataque*. Scribe: *Et non ſufficiebant (jam enim feriebantur arietibus) muri, quaſſataque multæ partes erant*. J. Fr. Gronovius.

4 *Partis alterius conſeri ſolent*] Quid eſt *conſeri pugnas?* Immo *conſeri* ut editt. vetuſtæ: nam calamo exarati etiam corrupte habent, *conſciri*. Lib. 25. *Cum prohibentibus opus Romanis manum poſſe conſeri*. Lib. 25. *Et ſinguli binique, velut cum paribus, conſerere pugnam cogebantur*. Video tamen offirmare codices in tenendo τῷ *conſciri*. incipio id ferre. *Bellum conſciverant* dixit 10, 18. & *qui bellum in his provinciis conſciviſſent* 41, 8. & *haud quieturum ante, quam bellum toto orbe terrarum conſciſſet*, 33, ult. Brutus ad Ciceronem epiſt. 16. *poſtquam illud conſcivi facinus*. Idem.

hinc deſperatio animos irritat: Pœno cepiſſe jam ſe urbem, ſi paululum adnitatur, credente; Saguntinis pro nudata mœnibus patria corpora opponentibus, nec ullo pedem referente, [1] ne relicto à ſe loco hoſtem immitteret. Itaque quo acrius & confertim magis utrimque pugnabant, eo plures vulnerabantur; nullo inter arma corporaque vano intercidente telo. [2] Falarica erat Saguntinis, miſſile telum [3] haſtili oblongo, & cætera tereti; præterquam ad extremum, unde ferrum extabat. id, ſicut in pilo, quadratum ſtuppa circumligabant, linebantque pice. [4] Ferrum autem tres in longum habebat pedes, ut cum armis transfigere corpus poſſet. Sed id maxime etiam ſi hæſiſſet in ſcuto, nec penetraſſet in corpus, pavorem faciebat: quod quum medium accenſum mitteretur, conceptum-

1 *Ne relicto à ſe loco hoſtem*] Flor. *ne in relictum à ſe locum hoſtem immitteret.* Statim idem cum Gud. Voſſ. Pet. *pugnabant.* Scribe: *Itaque quo acrius & conſerti magis utrimque pugnabant.* J. Fr. Gron.

2 *Falarica erat Saguntinis miſſile telum*] Feſtus: *Falarica genus teli miſſile, quo utuntur ex falu, id eſt, loco extructo,* vel, ut ait Nonius, *ex turribus ligneis dimicantes.* Sigonius.

3 *Haſtili oblongo*] Vix ullus ſic ſcriptus; inter editos primus Magontiacenſis. Pet. *haſtili alligato.* Men. *haſt. abligno.* Pal. *aſtili ligneo.* Aſcenſ. & Savet. *haſtili ligno.* Denique Flor. Voſſ. Gud. duo Fal. *haſt. abligneo:* & ſic Romæ datum & Mediolani & Tarviſii & bis Venetiis, & haud ſcio ubi Becharius: ſic denique & Aldus expreſſit, *oblongo* ex Mag. ingerens in corrigendis. Fortaſſe volunt, quod Muretus è v.l. adſcripſit *haſtili iligneo.* J. Fr. Gron.

Haſtili oblongo] Vides inſignem indignamque hæſitationem. *Iligneum haſtile* ſatis refutat ipſa ligni ejus gravitas, inepta miſſili telo: dein Silius, dum ait, *Celſiſque nivoſa Pyrenes trabs lecta jugis.* At in Pyrenæis montibus nullæ naſcuntur ilices. Itaque miramur, nec alios, nec Lipſium, quum didiciſſet in melioribus libris legi *haſtili abiegno*, id auſos amplecti. Nullo modo *oblongum haſtile* poteſt defendi eo quod Livius poſtea memoret ferrum trium pedum, ut ſibi objiciebat Lipſius. MS. Cantabrig. plane *abiegno*, & notæ ſunt ex antiquis ſagittæ *abiegnæ.* Jac. Gron.

4 *Ferrum autem tres in longum habebat pedes*] Eſt inceſtus ſermo: ac plane confictus ab iis, qui τὸ *ferrum* acceperunt primo caſu, quum ſit quartus, & oratio omnis dependeat à præcedente *Falarica.* Scribendum ex MS. Cantabrig. omiſſa præpoſitione: *Ferrum autem tres longum habebat pedes.* Ita perpetue Livius. Hoc lib. cap. 28. *Ratem unam ducentos longam pedes.* 8, 10. *Signum ſeptem pedes altum.* 40, 29. *Lapidea arca octonos ferme pedes longa, quaternos lata.* 37, 40. *Gladios tenues longos quaterna cubita.* Unde eod. lib. cap. 37 ex MS. Thuanæo corrigendum eſt *foſſam ſex cubita altam*, pro vulgato *cubitu.* Idem.

1 *Ne*

ceptumque ipso motu multo majorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumque militem ad insequentes ictus præbebat. [1] Quum ergo diu anceps fuisset certamen, & 9
Saguntinis, quia præter spem resisterent, crevissent animi; Pœnus, quia non vicisset, pro victo esset; clamorem repente oppidani tollunt, hostemque in ruinas muri expellunt, inde impeditum trepidantemque exturbant: postremo fusum fugatumque in castra redigunt. Interim ab Roma legatos venisse nunciatum est, quibus obviam ad mare missi ab Annibale, qui dicerent, [2] nec tuto eos adituros inter tot tam effrænatarum gentium arma: nec Annibali, tanto discrimine rerum, operæ esse legationes audire. Apparebat, non admissos protinus Carthaginem ituros. literas igitur nuncioscque ad principes factionis Barcinæ præmittit, ut præpararent suorum animos, ne quid pars altera gratificari pro Romanis posset. Itaque, 10
præterquam quod admissi auditique sunt, ea quoque vana atque irrita legatio fuit. Hanno unus adverso senatu [3] causam fœderis, magno silentio propter auctoritatem suam, [4] non assensum audientium, egit. *Per Deos fœderum arbitros* [5] *ac testes monuisse, prædixisse se, ne Amilcaris progeniem ad*

1 *Quum ergo diu anceps fuisset*] Flor. ignorat τὸ *ergo*: nec pondus addit orationi. *J. Fr. Gron.*

2 *Nec tuto eos adituros inter tot tam effrenatarum gentium arma*] Vet. lib. *efferatarum*. probo: Porro autem Polybius hanc legationem admissam esse ab Annibale ait. *Sigonius.*

Tam effrenatarum gentium] Non mutant libri. Probabile tantum Valæ, *efferatarum*. Lib. 8. *Cum Gallis, gente efferata, arma quondam consociassent.* Lib. 10. *Accolæ sibi quisque adjungere tam efferatæ gentis homines horrebat.* Lib. 37. *Massilienses, quos, si natura insita velut ingenio terræ vinci posset, jamdudum efferassent tot indomita circumfusa gentes.* J. Fr. Gron.

3 *Causam fœderis rupti*] Postrema vox exsulat o. scriptis. *Idem.*

4 *Cum assensu audientium egit*] Placet Philippi Rubenii conjectura: *Magnò silentio propter auctoritatem suam, non adsensum audientium, egit.* quam plumbeo pugione oppugnans vir doctus nihil agit. *Audientium* vult esse aliorum præter senatum. Quinam vero illi? Certe apud milites quoque & plebem factionis Barcinæ plus quam modicas opes fuisse testis ante Livius. Nec τὸ *cum adsensu audientium* interpretatio sunt *ipsi magno silentio*, ut credidit Gruterus. Lib. 31. *Quum Scaptium non silentio modò, sed cum adsensu audiri animadvertissent.* Idem.

5 *Ac testes, monuisse*] Vossianus: *ac testis. oratio Hannonis suadentis senatum, obtestantis ne Romanum cum Saguntino*

hinc desperatio animos irritat: Pœno cepisse jam se urbem, si paululum adnitatur, credente; Saguntinis pro nudata mœnibus patria corpora opponentibus, nec ullo pedem referente, [1] ne relicto à se loco hostem immitteret. Itaque quo acrius & confertim magis utrimque pugnabant, eo plures vulnerabantur; nullo inter arma corporaque vano intercidente telo. [2] Falarica erat Saguntinis, missile telum [3] hastili oblongo, & cætera tereti; præterquam ad extremum, unde ferrum extabat. id, sicut in pilo, quadratum stuppa circumligabant, linebantque pice. [4] Ferrum autem tres in longum habebat pedes, ut cum armis transfigere corpus posset. Sed id maxime etiam si hæsisset in scuto, nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat: quod quum medium accensum mitteretur, conceptum-

1 *Ne relicto à se loco hostem*] Flor. *ne in relictum à se locum hostem immitteret.* Statim idem cum Gud. Voss. Pet. *pugnabant.* Scribe: *Itaque quo acrius & conserti magu utrimque pugnabant.* J. Fr. Gron.

2 *Falarica erat Saguntinis missile telum*] Festus: *Falarica genus teli missile, quo utuntur ex falu, id est, locu extructu,* vel, ut ait Nonius, *ex turribus ligneis dimicantes.* Sigonius.

3 *Hastili oblongo*] Vix ullus sic scriptus; inter editos primus Magontiacensis. Pet. *hastili alligato.* Men. *hast. abligno.* Pal. *astili ligneo.* Ascens. & Savet. *hastili ligno.* Denique Flor. Voss. Gud. duo Pal. *hast. abligneo:* & sic Romæ datum & Mediolani & Tarvisii & bis Venetiis, & haud scio ubi Becharius: sic denique & Aldus expressit, *oblongo* ex Mag. ingerens in corrigendis. Fortasse volunt, quod Muretus è v.l. adscripsit *hastili iligneo.* J. Fr. Gron.

Hastili oblongo] Vides insignem indignamque hæsitationem. *Iligneum hastile* satis refutat ipsa ligni ejus gravitas, inepta missili telo: dein Silius, dum ait, *Celsisque nivosa Pyrenes trabs lecta jugis.* At in Pyrenæis montibus nullæ nascuntur ilices. Itaque miramur, nec alios, nec Lipsium, quum didicisset in melioribus libris legi *hastili abiegno*, id ausos amplecti. Nullo modo *oblongum hastile* potest defendi eo quod Livius postea memoret ferrum trium pedum; ut sibi objiciebat Lipsius. MS. Cantabrig. plane *abiegno*, & notæ sunt ex antiquis sagittæ *abiegnæ.* Jac. Gron.

4 *Ferrum autem tres in longum habebat pedes*] Est incestus sermo: ac plane confictus ab iis, qui τὸ *ferrum* acceperunt primo casu, quum sit quartus, & oratio omnis dependeat à præcedente *Falarica.* Scribendum ex MS. Cantabrig. omissa præpositione: *Ferrum autem tres longum habebat pedes.* Ita perpetue Livius. Hoc lib. cap. 28. *Ratem unam ducentos longam pedes.* 8, 10. *Signum septem pedes altum.* 40, 29. *Lapidea arca octonos ferme pedes longa, quaternos lata.* 37, 40. *Gladios tenues longos quaterna cubita.* Unde eod. lib. cap. 37 ex MS. Thuanæo corrigendum est *fossam sex cubita altam*, pro vulgato *cubitu.* Idem.

1 Ne

ceptumque ipso motu multo majorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumque militem ad insequentes ictus præbebat. [1] Quum ergo diu anceps fuisset certamen, & 9
Saguntinis, quia præter spem resisterent, crevissent animi; Pœnus, quia non vicisset, pro victo esset; clamorem repente oppidani tollunt, hostemque in ruinas muri expellunt, inde impeditum trepidantemque exturbant: postremo fusum fugatumque in castra redigunt. Interim ab Roma legatos venisse nunciatum est. quibus obviam ad mare missi ab Annibale, qui dicerent, [2] nec tuto eos adituros inter tot tam effrænatarum gentium arma: nec Annibali, tanto discrimine rerum, operæ esse legationes audire. Apparebat, non admissos protinus Carthaginem ituros. literas igitur nunciosque ad principes factionis Barcinæ præmittit, ut præpararent suorum animos, ne quid pars altera gratificari pro Romanis posset. Itaque, 10
præterquam quod admissi auditique sunt, ea quoque vana atque irrita legatio fuit. Hanno unus adverso senatu [3] causam fœderis, magno silentio propter auctoritatem suam, [4] non assensum audientium, egit. *Per Deos fœderum arbitros* [5] *ac testes monuisse, prædixisse se, ne Amilcaris progeniem*

ad

1 *Quum ergo diu anceps fuisset*] Flor. ignorat τὸ *ergo*: nec pondus addit orationi. *J. Fr. Gron.*

2 *Nec tuto eos adituros inter tot tam effrenatarum gentium arma*] Vet. lib. *efferatarum*. probo: Porro autem Polybius hanc legationem admissam esse ab Annibale ait. *Sigonius.*

Tam effrenatarum gentium] Non mutant libri. Probabile tantum Vallæ, *efferatarum*. Lib. 8. *Cum Gallis, gente efferata, arma quondam consociassent.* Lib. 10. *Accolas sibi quisque adjungere tam efferatæ gentis homines horrebat.* Lib. 37. *Massilienses, quos, si natura insita velut ingenio terræ vinci posset, jamdudum efferassent tot indomitæ circumfusæ gentes.* J. Fr. Gron.

3 *Causam fœderis rupti*] Postrema vox exsulat o. scriptis. *Idem.*

4 *Cum assensu audientium egit*] Placet Philippi Rubenii conjectura: *Magnò silentio propter auctoritatem suam, non adsensum audientium, egit.* quam plumbeo pugione oppugnans vir doctus nihil agit. *Audientium* vult esse aliorum præter senatum. Quinam vero illi? Certe apud milites quoque & plebem factionis Barcinæ plus quam modicas opes fuisse testis ante Livius. Nec τὸ *cum adsensu audientium* interpretatio sunt *vel magno silentio*, ut credidit Gruterus. Lib. 3. *Quum Scaptium non silentio modò, sed cum adsensu audiri animadvertissent.* Idem.

5 *Ac testes, monuisse*] Vossianus: *ac testis. oratio Hannonis suadentis senatum. obtestantis ne Romanum cum Saguntino*

ad exercitum mitterent. non manes, non ſtirpem ejus conquieſcere viri: nec unquam, donec ſanguinis nominiſque Barcini quiſquam ſuperſit, quietura Romana fœdera. Juvenem flagrantem cupidine regni, viamque unam ad id cernentem, ſi ex bellis bella ſerendo ſuccinctus armis legionibuſque vivat; velut materiam igni præbentes, ad exercitus miſiſtis. aluiſtis ergo hoc incendium, quo nunc ardetis. Saguntum veſtri circumſident exercitus, unde arcentur fœdere: mox Carthaginem circumſidebunt Romanæ legiones; ducibus iiſdem Diis, per quos priore bello rupta fœdera ſunt ulti. Utrum hoſtem, an vos, an fortunam utriuſque populi ignoratis? Legatos ab ſociis, & pro ſociis venientes, bonus imperator veſter in caſtra non admiſit, jus gentium ſuſtulit. hi tamen, unde ne hoſtium quidem legati arcentur, pulſi ad vos veniunt, [1] res ex fœdere repetunt. publica fraus abſit: auctorem culpæ, & reum criminis depoſcunt. Quo lenius agunt, ſegnius incipiunt; eo, quum cœperint, vereor ne perſeverantius ſaviant. [2] Ægates inſulas Erycemque ante oculos proponite, quæ terra marique per quatuor & viginti annos paſſi ſitis. Nec puer hic dux erat, ſed pater ipſe Amilcar; Mars alter, ut iſti volunt. [3] ſed Tarento tum

guntino ſuſcitarent bellum. monuiſſe. Ubi partem eſſe inſiticiam manifeſtum eſt. De reliquo ambigo, quia in Florent. legitur: *egit. per deos fœderum arbitros ac teſtes obteſtans, ne Romanum cum Saguntino ſuſcitarent bellum. monuiſſe, prædixiſſe ſe, ne Hamilcaris,* &c. Vix eſt, ut hoc non ſit Livii. *J. Fr. Gron.*

1 *Res ex fœdere repetunt*] Annotavit in ora pater: Voſſ. *res ex fœdere repetuntur. de re repetuntur.* Gud. *repetunt. de re queruntur.* Ego etiam in Cantabr. inveni *repetuntur. de re repuntur.* In Oxon. vero *de re queruntur.* Niſi credimus ſphalma eſſe ſcribentis, vide an Livius fecerit; *Res ex fœdere repetunt; jure queruntur.* Hoc eſt, quod Florus & Livius 1, 14 dicebat, *jure gentium agunt.* 3, 26. *Legati ab Roma venerunt queſtum injurias & ex fœdere res repetitum.* 5, 36. *Legati prius mitterentur queſtum injurias, poſtulatumque ut pro jure gentium violato Fabii dederentur.* Jac. Gron.

2 *Ægates inſulas, Erycemque ante oculos proponite*] Vet. lib. *inſulam.* Sic Polybius τὴν Αἴγουσαν, καὶ τὰς Αἴγας appellat. Ad Ægates autem inſulam priore bello navali prælio victus eſt Amilcar, idemque in fœderibus jungendis Eryce, quem tenebat in Sicilia, præſidia deducere juſſus eſt, auctor Polybius. *Sigonius.*

3 *Sed Tarento tum in Italia non abſtinueramus ex fœdere*] Vet. lib. *Sed tunc Tarento & Italia.* Cæterum hic eſt locus, quem Glareanus male habere credidit, quia Tarentinis Pœnos auxilio veniſſe numquam accepit. At ſupra in epit. lib. 14. *Carthaginienſium claſſis auxilio Tarentinis venit: quo facto ab iis fœdus violatum eſt.* Item Oroſius: *Tarentini Pyrrhi morte comperta novas arma ſollicitant adverſus Romanos, Carthagi-*

in Italia non abſtinueramus ex fœdere: ſicut nunc Sagunto non abſtinemus. Vicerunt ergo Dii hominesque, & id de quo verbis ambigebatur, uter populus fœdus rupiſſet; eventus belli, velut æquus judex, unde jus ſtabat, ei victoriam dedit. Carthagini nunc Annibal vineas turresque admovet: Carthaginis mœnia quatit ariete. Sagunti ruinæ (falſus utinam vates ſim) noſtris capitibus incident: ſuſceptumque cum Saguntinis bellum, habendum cum Romanis eſt. Dedemus ergo Annibalem? dicet aliquis. Scio meam levem eſſe in eo auctoritatem, propter paternas inimicitias. Sed & Amilcarem eo periiſſe lætatus ſum. quod ſi ille viveret, bellum jam cum Romanis haberemus: & hunc juvenem tamquam furiam facemque hujus belli odi ac deteſtor. Nec dedendum ſolum [1] id piaculum rupti fœderis, ſed, ſi nemo depoſcat, devehendum in ultimas maris terrarumque oras: ablegandumque eo, [2] unde nec ad nos nomen famaque ejus accedere, [3] neque ſollicitare quietæ civitatis ſtatum poſſit. Ego ita cenſeo: legatos extemplo

thaginienſium auxilia proſcunt, atque accipiunt. Idem.

Sed Tarento tum in Italia] Tò *tum* non eſt in Pal. uno nec Men. Gudianus: *volunt. tunc Tarento atque Italiæ*: ſed ita ut appareat & pro *tunc* & pro *atque* aliud primum fuiſſe, quod erasum eſt. Talem oportet fuiſſe, ex quo Sigonius; *Sed tunc Tarento atque Italia*. Flor. Voſſ. Petav. Pal. alter: *Sed Tarento, tu eſt, Italia, non abſtinueramus ex fœdere.* Eodem tendit Pal. tert. ex quo annotatum, *idem*. Sine dubio recte & eleganter, *Tarento, id eſt, Italia*. Quod eam vim habet, ac ſi dicerem, *Italia*. Et hoc ideo, quia eam vocem ſignificat in fœdere expreſſam. Philiſtus ſcripſit fuiſſe inter Romanos & Pœnos σπονδὰς, καθ' ἃς ἰδίᾳ Καρχηδονίοις ἀπέχεσθαι Ἰταλίας ἅπασης. Adverſus quem etſi diſputet Polybius, tamen quaſi fuiſſent, ſive revera, ſive interpretando, hic loquitur Hanno. Hujuſmodi eſt Flori 4, 2. *De ſucceſſione Cæſaris ſenatus, id eſt, Pompeius, agitabat.* J. Fr. Gron.

1 *Ad piaculum rupti fœderis*] Ab Aldo invaluit, nam Andreas, Tarviſ. Ven. Beccar. Aſc. Mog. *id piaculum*. hoc eſt, ipſum Hannibalem, ut ſit pro piaculo. Malunt namque veteres in talibus epexegeſi uti, quam præpoſitionem interponere, ut vulgo facimus. Lib. 6. *Auctores defectionis ab Romanis metu, ne ſoli crimini ſubjecti piacula iræ Romanorum darentur.* Lib. 9. *Ipſum ſe cruciatibus & hoſtium iræ offerre piaculaque pro populo dare Romano.* Lib. 22. *Ibi obſides totius Hiſpaniæ fama erat cuſtodiri. Id unum pignus animos morabatur.* J. Fr. Gron.

2 *Unde nec ad nos nomen famaque ejus accedere*] An non potius *accidere*? Lib. 27. *Tam ſollicitæ ac ſuſpenſæ civitati fama incerta primo accidit, duos Narnienſes &c.* Lib. 28. *Inde quum fama accidiſſet, Pruſiam Bithyniæ regem in fines regni ſui tranſgreſſum.* Lib. 32. *Poſteaquam fama accidit, alterum conſulem Bojorum urere agros.* Hoc ipſo libro inferius: *Priuſquam certa hujus cladis fama accideret.* Idem.

3 *Nec ſollicitare quietæ*] Plenius Flor. *Neque ille ſollicitare quietæ civitatis ſtatum*

templo Romam mittendos, qui ſenatui ſatisfaciant: alios qui Annibali nuncient, ut exercitum ab Sagunto abducat, ipſumque Annibalem ex fœdere Romanis dedant: tertiam legationem ad res
11 *Saguntinis reddendas decerno.* Quum Hanno peroraſſet, nemini omnium certare oratione cum eo neceſſe fuit; adeo prope omnis ſenatus Annibalis erat: infeſtiuſque locutum arguebant Hannonem, quam Flaccum Valerium legatum Romanum. Reſponſum inde legatis Romanis eſt, *Bellum ortum ab Saguntinis, non ab Annibale eſſe. populum Romanum injuſte facere, ſi Saguntinos veteriſſimæ Carthaginienſium ſocietati præponat.* Dum Romani tempus terunt legationibus mittendis, Annibal, quia feſſum militem prœliis operibuſque habebat, paucorum iis dierum quietem dedit; ſtationibus ad cuſtodiam vinearum aliorumque operum diſpoſitis. interim animos eorum nunc irâ in hoſtes ſtimulando, nunc ſpe præmiorum accendit. Ut vero pro concione prædam captæ urbis edixit militum fore, adeo accenſi omnes ſunt, ut ſi extemplo ſignum datum eſſet, nulla vi reſiſti viderctur poſſe. Saguntini ut à prœliis quietem habuerant, nec laceſſentes, nec laceſſiti per aliquot dies; ita non nocte, non die umquam ceſſaverant ab opere, ut novum murum ab ea parte, qua patefactum oppidum ruinis erat, reficerent. Inde oppugnatio eos aliquanto atrocior, quam ante, adorta eſt: nec qua primum, aut potiſſimum parte ferrent opem (quum omnia variis clamoribus ſtreperent) ſatis ſcire poterant. Ipſe Annibal, qua turris mobilis omnia munimenta urbis ſuperans altitudine agebatur, hortator aderat. quæ quum admota, catapultis baliſtiſque per omnia tabulata diſpoſitis, muros defenſoribus nudaſſet; tum Annibal occa-

ſtatum poſſit. Statim vero: *Ego ita cenſeo:* ſine *tu autem*, non modo Flor. ſed & Gud. Voſſ. tres Pall. Mureti libri. *J. Fr. Gron.*

1 *Nunc irâ in hoſtes ſtimulando*] Etſi me deſerat antiqua manus, auſim tamen: *Interim animos eorum, nunc irâ in hoſtem ſtimulandâ, nunc ſpe præmiorum, accendit.* Idem.

1 *Itaque*

occaſionem ratus, quingentos ferme Afros cum dolabris ad ſubruendum ab imo murum mittit. nec erat difficile opus, quod cæmenta non calce durata erant, ſed interlita luto, ſtructuræ antiquæ genere. [1] Itaque latius quam cæderetur, ruebat: perque patentia ruinis agmina armatorum in urbem vadebant. Locum quoque editum capiunt: collatiſque eo catapultis baliſtiſque, ut caſtellum in ipſa urbe velut arcem imminentem haberent, muro circumdant: & Saguntini murum interiorem ab nondum capta urbis parte ducunt. Utrimque ſumma vi & muniunt, & pugnant: ſed interiora tuendo, minorem in dies urbem Saguntini faciunt. Simul creſcit inopia omnium longa obſidione, & minuitur exſpectatio externæ opis, quum tam procul Romani, unica ſpes, circa omnia hoſtium eſſent. Pauliſper tamen affectos animos recreavit repentina profectio Annibalis in Oretanos, Carpetanoſque. qui duo populi delectus acerbitate conſternati, retentis conquiſitoribus metum defectionis quum præbuiſſent, oppreſſi celeritate Annibalis, omiſerunt mota arma. Nec Sagunti oppugnatio ſegnior erat, Maharbale, Himilconis filio, [2] quem præfecerat Annibal, ita impigre rem agente, ut ducem abeſſe nec cives nec hoſtes ſentirent. Is & prœlia aliquot ſecunda fecit, & tribus arietibus aliquantulum muri diſcuſſit: ſtrataque omnia recentibus ruinis advenienti Annibali oſtendit. Itaque ad ipſam arcem extemplo ductus exercitus, atroxque prœlium cum multorum utrimque cæde initum, & pars arcis capta eſt. tentata deinde per duos eſt exigua pacis ſpes, Alconem Saguntinum, & Alorcum Hiſpanum. [3] Alcon inſciis 12

1 *Itaque antequam caderetur, ruebat*] Ridiculum. Quanto verius tres Pall. *Itaque latius, quam caderetur? ruebat.* Eadem nempe labes continentia diſſolvebat & trahebat in ſuam ruinam. Ammianus lib. 24. *Sternitur altior turris, latere coctili firmiſſime ſtructa: ujus ruina muri contiguum latus ſecum immani fragore protraxit.* J. Fr. Gron.

2 *Quem præfecerat Hannibal*] Flor. *eum ἀντὶ τοῦ quem.* Scribe, *Maharbale Himilconis filio (eum præfecerat Hannibal) ita impigre rem agente.* Idem.

3 *Alcon inſciis*] Inferius, ubi ip-

BIBLIOTECA NA ROMA

Digitized by Google

inſciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus, quum ad Annibalem noctu tranſiſſet, poſtquam nihil lacrimæ movebant, conditioneſque triſtes, ut ab irato victore ferebantur, transfuga ex oratore factus, apud hoſtem manſit; moriturum affirmans, qui ſub conditionibus his de pace ageret. Poſtulabatur autem, redderent res Turdetanis: traditoque omni auro atque argento, egreſſi urbe cum ſingulis veſtimentis ibi habitarent, ubi Pœnus juſſiſſet. Has pacis leges abnuente Alcone accepturos Saguntinos; Alorcus, [1] vinci animos, ubi alia vincantur, affirmans, ſe pacis ejus interpretem fore pollicetur. Erat autem tum miles Annibalis: cæterum publice Saguntinis amicus atque hoſpes. Tradito palam telo cuſtodibus hoſtium, trangreſſus munimenta, ad prætorem Saguntinum (& ipſe ita jubebat) eſt deductus. quo quum extemplo concurſus omnis generis hominum eſſet factus, ſummota cætera multitudine, ſenatus Alorco datus eſt.

13 cujus talis oratio fuit: *Si civis veſter Alcon, ſicut ad pacem petendam ad Annibalem venit, ita pacis conditiones ab Annibale ad vos retuliſſet, ſupervacaneum hoc mihi fuiſſet iter, quo nec oratior Annibalis* [2] *nec transfuga ad vos veniſſem. Quum ille, aut veſtra aut ſua culpa manſerit apud hoſtem; ſi metum ſimulavit, ſua; veſtra, ſi periculum eſt apud vos vera referentibus; ego,* [3] *ne ignoretis eſſe aliquas & ſalutis & pacis vobis conditiones, pro vetuſto hoſpitio, quod mihi vobiſcum eſt, ad vos veni. Veſtra autem cauſſa me, nec ullius alterius loqui, quæ loquor apud vos, vel ea fides ſit, quod neque dum veſtris viribus reſtitiſtis, neque dum auxilia ab Roma-*

oratione Alorci hoc nomen repetitur, notavit pater ex Flor. *Alco*, & in exemplari literam *n* induxit, ut videatur id prætuliſſe. Me quoque illic notaſſe cerno ex Cantabr. *Alco*, hoc loco præterito: utrobique tamen id reor uſurpatum ab Livio. *Jacobus Gronovius.*

1 *Vinci animos, ubi alia vincantur*] Quæ *alia*? Forte, *ubi arma vincantur*. J. Fr. Gronovius.

2 *Nec transfuga ad vos veniſſem*] Præſtans ille Cantabr. *nec transfugaſſet ad*. Apparet fuiſſe: *nec transfuga ſic ad vos veniſſem*. Deinde MSS. *Quum ille*, non *quum vero ille*. Itaque adverſativam delevimus, ſed præeunte patris manu. *Jac. Gron.*

3 *Ne ignoretis*] Vet. libri, *ne ignoraretis*. Sigonius.

Romanis ſperaſtis, pacis unquam apud vos mentionem feci. Poſtquam nec ab Romanis vobis ulla ſpes eſt, nec veſtra jam aut arma vos, aut mœnia ſatis defendunt, pacem affero ad vos magis neceſſariam quam æquam. cujus ita aliqua ſpes eſt, ſi eam quemadmodum ut victor fert Annibal, [1] *ſic vos ut victi audiatis: ſi non id quod amittitur, in damno, (quum omnia victoris ſint) ſed quicquid relinquitur, pro munere habituri eſtis. Urbem vobis, quam ex magna jam parte dirutam, captam fere totam habet, adimit, agros relinquit; locum aſſignaturus, in quo novum oppidum ædificetis: aurum argentumque omne, publicum privatumque ad ſe jubet deferri:* [2] *conjugum veſtraque corpora ac liberorum veſtrorum ſervat inviolata, ſi inermes* [3] *cum binis veſtimentis velitis ab Sagunto exire. Hæc victor hoſtis imperat. Hæc quanquam ſint gravia atque acerba, fortuna veſtra vobis ſuadet. Equidem haud deſpero,* [4] *quum omnium poteſtas ei à vobis facta ſit, aliquid ex his rebus remiſſurum. Sed hæc patienda cenſeo potius, quam trucidari corpora veſtra, rapi trahique ante ora veſtra conjuges ac liberos belli jure ſinatis.* Ad hæc audienda quum circumfuſa 14
paulatim multitudine, permixtum ſenatui eſſet populi concilium; repente primores ſeceſſione facta (priuſquam reſponſum daretur) argentum aurumque omne ex publico privatoque in forum collatum, in ignem ad id raptim factum conjicientes, eodem plerique [5] ſemetipſi præcipitaverunt. Quum ex eo pavor ac trepidatio totam urbem pervaſiſſet, alius inſuper tumultus ex arce auditur. Turris diu quaſſata prociderat: perque ruinam ejus cohors Pœnorum impetu facto quum ſignum imperatori dediſſet, nudatam ſtationibus cuſtodiiſque ſolitis hoſtium eſſe urbem;

1 *Sic vos ut victi audiatis*] Lege, *audietis*. J. Fr. Gron.

2 *Conjugum veſtraque corpora ac lib.*] Cantabr. *corpora veſtra, conjugum ac lib.* Qui ordo decentior eſt, & ita ſervatur ab Livio, ut interdum inverti ſatis agnoſcas. *Jac. Gron.*

3 *Cum binis veſtimentis*] Non dubito legere, *privis*. *Privum* ſingulum. *Lipſ.*

4 *Quum omnium poteſtas ei à vobis facta ſit.*] Tà *à vobis* exulant omnibus ſcriptis. Velim autem: *quum omnium poteſtas ei facta erit.* Vel, *poteſtatem ei feceritis*. J. Fr. Gronovius.

5 *Semet ipſi præcipitaverunt*] Ita MSS. optimi, non *ſemet ipſos*. J. Fr. Gron.

urbem; non cunctandum in tali occasione ratus Annibal, totis viribus aggressus urbem, momento cepit; signo dato, ut omnes puberes interficerentur. quod imperium crudele, cæterum prope necessarium [1] cognitum in ipso eventu est. Cui enim parci potuit ex iis, qui aut inclusi cum conjugibus ac liberis domos super seipsos concremaverunt, aut armati nullum ante finem pugnæ quam morientes fecerunt? Captum oppidum est cum ingenti præda. Quamquam pleraque ab dominis de industria corrupta erant; & in cædibus vix ullum discrimen ætatis ira fecerat, & captivi militum præda fuerant; [2] tamen & ex pretio rerum venditarum aliquantum pecuniæ redactum esse constat, & multam pretiosam supellectilem vestemque missam Carthaginem. [3] Octavo mense quam cœptum oppugnari, captum Saguntum, quidam scripsere. inde Carthaginem Novam in hiberna Annibalem concessisse: [4] quinto deinde mense, quam ab Carthagine profectus sit, in Italiam perveniſſe. Quæ si ita sunt, fieri non potuit, ut P. Cornelius, Ti. Sempronius consules fuerint; ad quos & principio oppugnationis legati Saguntini missi sint: & qui in suo magistratu cum Annibale alter ad Ticinum amnem, ambo aliquanto post ad Trebiam pugnaverint. Aut omnia breviora aliquanto fuere: aut Saguntum principio anni, quo P. Cornelius, Ti. Sempronius consules fuerunt, non cœptum oppugnari est, sed captum. Nam excessisse pugna ad Trebiam in annum [5] Cn. Servilii & Flaminii non potest: quia Flaminius Arimini

1 *Cognitum in ipso eventu est*] Flor. & Gud. præpositione carent. *J. Fr. Gron.*

2 *Tamen ex pretio*] Flor. & Gud. *tamen & ex pretio.* Idem.

3 *Octavo mense, quam cœptum oppugnari, captum Saguntum*] Polybius, τελευτᾷ εἰς ἐνιαυτὸν ὀκτωκαιδέκατον ἀπὸ τῶν πρώτων. *Sigonius.*

4 *Quinto deinde mense, quam à Carthagine profectus sit, in Italiam perveniſſe*] Polybius item, τῶν μὲν πρώτων πορείαν εἰς καινὴν πόλιν εἰς πέντε μησὶ ποιουμένων. *Idem.*

5 *Cn. Servilii & Flaminii*] Notavi ex Cantabr. *& conflammini*, ex Oxon. *& conf. flam.* ideinque in Voss. vidit pater. Quæ eò ducunt, ut cum Flor. & Gud. scribendum censeamus *Cn. Servilii & C. Flaminii.* Jac. Gron.

1 *Trep-*

mini conſulatum iniit; creatus ab Ti. Sempronio conſule: qui poſt pugnam ad Trebiam, ad creandos conſules Romam quum veniſſet, comitiis perfectis ad exercitum in hiberna rediit. Sub idem fere tempus,& legati,qui redierant à Carthagine, Romam retulerunt, omnia hoſtilia eſſe,& Sagunti excidium nunciatum eſt: tantuſque ſimul mœror Patres miſericordiaque ſociorum peremptorum indigne, & pudor non lati auxilii, & ira in Carthaginienſes, metuſque de ſumma rerum cepit, velut ſi jam ad portas hoſtis eſſet: ut tot uno tempore motibus animi turbati, [1] trepidarent magis quam conſulerent. Nam neque hoſtem acriorem bellicoſioremque ſecum congreſſum; nec rem Romanam tam deſidem unquam fuiſſe atque imbellem. Sardos, Corſoſque, & [2] Iſtros, atque Illyrios, laceſſiſſe magis quam exercuiſſe Romana arma: & cum Gallis [3] tumultuatum verius quam belligeratum. Pœnum [4] hoſtem, veteranum trium & viginti annorum, 16

militia

1 *Trepidarent magis, quam conſulerent*] Vet. lib. *conſultarent*. Sigon.

Trep. m. q. conſultarent] Ab unico Sigonii libro: cæteri, ut olim editi, *conſulerent*. Quod non intellexit, qui mutavit. Eſt enim, quam rem bene gererent, conſulto agerent. Terentius:

Ubi te vidi eſſe animo omiſſo, & ſuavia in præſentia
Quæ eſſent, habere, neque conſulere in longitudinem.

Salluſtius ad Cæſarem: *Id evenit, quia plerique rerum potentes perverſe conſulunt.* Cato: *Mihi magna cura eſt, quod hæc res tam ſecunda proceſſerit, ne quid in conſulendo adverſi eveniat.* J. Fr. Gron.

2 *Hiſtros atque Illyricos*] *Iſtros atque Illyrios*: Capit. Triumphi. Nominat bella inter primum, & ſecundum Punicum bellum geſta cum Sardis, Corſis, Iſtris, Illyriis & Gallis. De quibus triumphi aliquot acti ſunt. *Sigonius.*

3 *Tumultuatum magis quam belligeratum*] Pulcre Flor. *Et cum Gallis tumultuatum verius quam belligeratum.* præſertim quum *το magis* proxime præcedat. Vide ad lib. 4, 33. Lib. 5, 25. *Nihil de collatione dicere ſtipis verius, quam decimæ.* Lib. 40. *Ab Liguribus, latronibus verius quam hoſtibus juſtis, Romanum exercitum obſideri.* Lib. 41. *pecora in ſanis trucidant verius paſſim quam rite ſacrificant.* J. Fr. Gron.

4 *Hoſtem veteranum trium & viginti annorum*] Lege, XVIII *annorum*, non XXIII. Amilcar enim novem imperavit annos, Aſdrubal octo, unum Annibal auctore Livio: ſi quidem intelligendum eſt octavum annum Aſdrubalis primum eſſe Annibalis. error ex notis natus, V enim in X mutatum eſt. *Sigonius.*

Hoſt. veteranum trium & viginti annorum] Sigonius XVIII vel *duodeviginti*. Amilcarem enim novem imperaſſe annis, Haſdrubalem octo, Hannibalem uno. Scilicet hæc imperia illorum ducum in Hiſpania

militia duriſſima inter Hiſpanas gentes [1] ſemper victorem, [2] primum Amilcare, deinde Aſdrubale, nunc Annibale duce acerrimo aſſuetum, recentem ab excidio opulentiſſimæ urbis Iberum tranſire: trahere ſecum tot excitos Hiſpanorum populos: conciturum avidas ſemper armorum Gallicas gentes. cum orbe terrarum bellum
17 gerendum in Italia, ac pro mœnibus Romanis eſſe. Nominatæ jam antea conſulibus provinciæ erant, [3] tum ſortiri juſſi: Cornelio Hiſpania, Sempronio Africa cum Sicilia evenit. Sex in eum annum decretæ legiones, & ſociûm quantum ipſis videretur, & claſſis quanta parari poſſet. Quatuor & viginti peditum Romanorum millia ſunt ſcripta, & mille octingenti equites: [4] ſociorum quadraginta quatuor peditum, & quatuor equitum millia: naves ducentæ viginti quinqueremes, celoces viginti deductæ.

ſunt. At Livius Pœnum militem veteranum tot annorum vocat, quot interſunt inter bellum Punicum primum & ſecundum. Vult enim nos cogitare, partim earundem legionum bellum Africum, quod pacem Romanam ſtatim ſecutum eſt, confeciſſe. *J. Fr. Gron.*

1 *Semper victorem --- adſuetum*] Vellem aliquis liber haberet, *vincere*. Lib. 4. *Mœſta civitas vinci inſueta*. Lib. 10. *Minus autem tetendere adſueti jam tali genere certaminum vinci*. Lib. 23. *Diu pugnam ancipitem Pœni, Sardis facile vinci adſuetis, fecerunt*. Lib. 27. *Nec videre ipſi advenam in ſua terra adſueti*. J. Fr. Gron.

2 *Primum Amilcare, deinde Aſdrubale, nunc Annibale*] Horum omnium nec vola nec veſtigium in Flor. Voſſ. Gud. Men. membranis. *Idem.*

3 *Tum ſortiri juſſi: Cornelio*] Et hic ſuſpicor feciſſe Livium, *erant: tum ſortiri juſſis Cornelio Hiſpania, Sempronio Africa cum Sicilia evenit*. Idem.

4 *Sociorum quadraginta quatuor peditum*] Quantis copiis primo Punici ſecundi belli anno Romani dimicarint, adhuc male traditum eſt. In ſociorum numero non conveniunt ſcripti cum editis. Florentinus: *Sociorum* XL *peditum* IIII. *&* CCCC *equites*. Ubi duo numeri ita ſunt pronuntiandi, ut addas *millia*. Petav. *ſociorum* LIIII *milia peditum & quadringenti equites*. Gudianus: *ſociorum quadraginta milia peditum quatuor milia & quingenti equites*. Vera eſt omnino Florentina lectio. Nam infra, ubi de Cornelii copiis agit, pro eo, quod editur, *equitibus mille ducentis*, Flor. Voſſ. Gud. Pet. *equitibus mille ſexcentis*. Editiones antiquæ ab Andrea uſque ad Moguntinos: *equitibus ſexcentis*. Aldus quoque, *equitibus mille ſexcentis*: ſed in corrigendis inito ſcilicet, quem putabat, numero, *mille ducentis*: idque primus expreſſit Juntas. Quod autem Manlius dicitur habuiſſe *quatuordecim millia ſociorum peditum*, Aldo debetur. Andreas: *duas legiones Romanas & quadringentos quinquaginta ſociorum peditum*. Retinuerunt Mediolanenſis ac Tarviſina. At duæ, Venetæ, Aſcenſius, Moguntini, Saveterius: *duas legiones Roma-*

nas

ductæ. Latum inde ad populum, vellent, juberent, populo Carthaginienſi bellum indici. Ejuſque belli cauſſa ſupplicatio per urbem habita: atque adorati Dii, ut bene ac feliciter eveniret, quod bellum populus Romanus juſſiſſet. Inter conſules ita copiæ diviſæ. Sempronio datæ legiones duæ: [1] ea quaterna millia erant peditum, & trecenti equites: ſociorum ſexdecim millia peditum: equites mille octingenti: naves longæ CLX, celoces duodecim. Cum his terreſtribus maritimiſque copiis Ti. Sempronius miſſus in Siciliam; ita in Africam tranſmiſſurus, ſi ad arcendum Italia Pœnum conſul alter ſatis eſſet. Cornelio minus copiarum datum, quia [2] L. Manlius prætor & ipſe cum haud invalido præſidio in Galliam mittebatur. Navium maxime Cornelio numerus deminutus. ſexaginta quinqueremes datæ (neque enim mari venturum,[3] aut ea parte belli dimicaturum hoſtem credebant) & duæ Roma-

nas & quatuordecim millia & quadringentos quinquaginta ſociorum peditum. Becharius: *quatuordecim millia & ſexcentos ſociorum peditum.* Hæc omnia ludibria ſunt laſcivientium ingeniorum. Florentinus: *duas legiones Romanas & CCLCC ſociorum peditum.* Voſſianus: *& CCICC ſoc. ped.* Gudianus: *& CCCCL ſoc. ped.* En fontem illorum *quadringentorum quinquaginta.* Petav. CCLX *ſociorum peditum.* Ea monſtra genuit ignoratio Latinorum numerorum. nam Flor. & Voſſianus ſignificabant CCIↃↃ, hoc eſt, *decem millia.* Jam collige numeros. Dictum eſt in univerſum fuiſſe ſociorum quadraginta millia peditum, equitum quatuor millia quadringentos. Ex his Sempronius habuit peditum 16000, Cornelius 14000; junctim 30000: adde decem millia Manlii: conficiuntur quadraginta millia. Equitum Sempronius habuit 1800, Cornelius 1600: qui ſunt 3400: adde Manlianos mille: exiſtunt quatuor millia quadringenti. *J. Fr. Gron.*

1 *Ea quaterna millia*] Hic numerus unius eſt legionis, non duarum, Itaque ſcribendum: *ea* (puta ſingulæ) *quaterna millia habebant peditum & trecentos equites.* Aut, *ea octo erant millia peditum & ſexcenti equites.* Nam & infra L. Manlio in Gallia, cui duas item legiones, ſexcentos aſſignat equites: & 24000 peditum, 1800 equites Romani ſic fuerunt deſcripti inter Sempronium, Cornelium, Manlium, ut ſinguli 8000 peditum, ſexcentos equites haberent. *Idem.*

2 *L. Manlius prætor*] Meminit hujus prætoris etiam Polybius; ceterum hoc anno L. Manlius, C. Terentius Varro, M. Æmilius, C. Atilius Serranus prætores à Livio memorantur: L. Manlius Galliam, C. Atilius Ligures, M. Æmilius Siciliam, C. Terentius urbanam juriſdictionem obtinuiſſe videtur. *Sigonius.*

3 *Aut ea parte belli, &c,*] Aliquot libri veteres non habent vocem, *belli*, nec neceſſaria ea eſt. *Idem.*

Aut

Romanæ legiones cum ſuo juſto equitatu, & quatuordecim millibus ſociorum peditum, equitibus mille ducentis. Duas legiones Romanas, & quatuordecim millia ſociorum peditum, mille equites ſocios, ſexcentos Romanos, [1] Gallia provincia eodem anno verſa in Punicum
18 bellum habuit. His ita comparatis, ut omnia juſta ante bellum fierent, legatos majores natu, Q. Fabium, [2] M. Livium, L. Æmilium, C. Licinium, Q. Bæbium, in Africam mittunt ad percunctandos Carthaginienſes, Publicone conſilio Annibal Saguntum oppugnaſſet? & ſi, id quod facturi videbantur, faterentur, ac defenderent publico conſilio factum, ut indicerent populo Carthaginienſi bellum. Romani poſtquam Carthaginem venerunt, quum ſenatus datus eſſet, & Q. Fabius nihil ultra quam unum, quod mandatum erat, percunctatus eſſet; tum ex Carthaginienſibus [3] unus princeps: *Vana, Romani,* inquit,

Aut ea parte belli dimicaturum hoſtem credebant] Id eſt, eo genere belli. Sigonius notat aliquot libros veteres non habere, *belli*, nec neceſſariam eam vocem eſſe. Aliter judicavit Livius: à quo hoc ipſo libro habes: *Claſſis preterea data eſt ad tuendam maritimam oram, quia qua parte belli vicerant, ea tum quoque rem geſturos Romanos credi poterat.* Iterumque: *Equeſtri prælio, qua parte copiarum conſerendi manum fortuna data eſt.* Lib. 22. *Navibus prope terram, exercitum in littore ducebat, paratus confligere quacumque parte copiarum hoſtis occurriſſet.* Rurſum: *Loco natus ad equeſtrem pugnam, qua parte virium invictus erat.* Lib. 23, cum dixiſſet Cn. Scipionem terra, Publium navibus rem geſſiſſe, *Haſdrubal Pœnorum imperator, neutri parti virium ſatis fidens.* Juſtinus lib. 6. *Inferioremque eum ea parte virium inveniri, qua longe ſuperior ſit.* Tacitus in vita ſoceri: *Claſſe qua ab Agricola primum aſſumpta in partem virium ſequebatur.* J. Fr. Gron.

1 *Gallia provincia eodem anno verſa in Punicum bellum habuit*] Omnes ſcripti deficiunt τῷ *anno*. nec minus Andreas, Tarviſ. Ven. Aſcen. Beccarii. in prima invenio Moguntina. Sed ſuppleverunt, qui τὸ *eodem* leviter corruptum eſſe non animadverterunt. Scribendum: *Gallia provincia, nondum verſa in Punicum bellum habuit.* hoc eſt, priuſquam eo adducerent ambo conſules copias ſuas Hannibali opponendas: priuſquam ea ſedes & campus belli Punici fieret. *Idem.*

2 *M. Livium*] Hic *M. Livius* is qui poſtea *Salinator* dictus eſt eſſe non poteſt, quod conſul eſſet tum cum hæc legatio miſſa eſt, aut ſi poſteriore anno miſſa eſt, vel reus, vel damnatus, ut lib. 29 apparet. *Sigon.*

3 *Unus princeps, Vana, Romani, inquit*] Sic primus Aſcenſius. Priores omnes *Veſtra*. quod & Aldus retinuit, ſed in erratis jubet pro eo ſubſtitui, *vana*. *Princeps* eſt à Mediolanenſi. Pro eo Andreas Roma, Flor. Voſſ. Gud.

Digitized by Google

inquit, *& prior legatio fuit, quum Annibalem tamquam ſuo conſilio Saguntum oppugnantem depoſcebatis: cæterum hæc legatio verbis adhuc lenior eſt, re aſperior. Tunc enim Annibal & inſimulabatur, & depoſcebatur. nunc ab nobis & confeſſio culpæ exprimitur: & ut à confeſſis, res extemplo repetuntur. Ego autem, non, privato publicone conſilio Saguntum oppugnatum ſit,* [1] *quærendum cenſeam: ſed utrum jure, an injuria. Noſtra enim hæc quæſtio atque animadverſio in civem noſtrum eſt; noſtro, an ſuo fecerit arbitrio. Vobiſcum una diſceptatio eſt; licuerine per fœdus fieri. Itaque, quoniam diſcerni placet, quid publico conſilio, quid ſua ſponte imperatores faciant; nobis vobiſcum* [2] *fœdus eſt à Lutatio Conſule ictum:* [3] *in quo cavetur utrorumque ſociis. nihil de Saguntinis (necdum enim erant ſocii veſtri) cautum eſt. At enim eo fœdere, quod cum Aſdrubale ictum eſt, Saguntini excipiuntur. adverſus quod nihil ego dicturus ſum, niſi quod à vobis dicti. Vos enim quod C. Lutatius Conſul primo nobiſcum fœdus ictit, quia neque auctoritate Patrum, nec populi juſſu ictum erat, negaſtis vos eo teneri.* [4] *Itaque aliud de integro fœdus publico conſilio ictum eſt. Si vos non tenent veſtra fœdera,* [5] *niſi ex auctoritate aut juſſu veſtro icta; ne nos quidem Aſdrubalis fœdus, quod nobis inſciis icit, obligare potuit. Proinde omittite Saguntii aliquid iberi mentionem facere,* [6] *& quod diu parturit animus veſter, ali-*

Gud. duo Pall. *præcep.* Denique *to inquit* arcent Flor. & Gudianus. Quibus auctoribus ſcribe: *tam ex Carthaginienſibus nunc: Præcep veſtra, Romani, & prior legatio fuit:* quid enim *præcep* aliud quam temeraria, inconſiderata? *J. Fr. Gron.*

1 *Quærendum cenſeo*] A Moguntinis accepimus. Priores *cenſeam.* Quod quia ſanciunt Flor. Gud. Voſſ. tres Pall. revocandum judico. *J. Fr. Gron.*

2 *Fœdus eſt à Lutatio Conſule ictum*] *Lutatio* ſcribe: ſic enim lapidi Capit. ſic Græci, ſic plerique veteres libri. *Sigonius.* Flor. *ac Lutatio.* Scribe, *à C. Lutatio.* J. Fr. Gron.

3 *In quo cavetur utrorumque ſociis nihil*] Cantabr. *in quo cum cavetur utrorumque ſocii, nihil de Saguntinis* &c. Quæ ſcriptura non lavior. *Jac. Gronov.*

4 *Itaque aliud de integro fœdus publico conſilio ictum eſt*] Senatus Romanus non ſtetit conditionibus iis pacis, de quibus inter Lutatium imperatorem, & Amilcarem convenerat, verum x legatos in Siciliam miſit, ex quorum ſententia, auctoritateque aliud ictum fœdus, ac confirmatum eſt, auctor Polybius. *Sigonius.*

5 *Niſi ex auctoritate aut juſſu icta*] Vet. libri, *niſi aut ex auctoritate aut juſſu veſtro icta.* Hæc autem de fœdere diſceptatio apud Polybium eſt multis verbis. *Idem.*

6 *Et quod diu parturit animus veſter, aliquando* ſcribe. J. Hoc a Ciceronе ſum-

aliquando pariat. [1]Tum Romanus ſinu ex toga facto, *Hic,* inquit, *vobis bellum & pacem portamus; utrum placet ſumite.* Sub hanc vocem haud minus ferociter, *daret utrum vellet,* ſucclamatum eſt. & quum is iterum ſinu effuſo bellum dare dixiſſet, *accipere ſe* omnes reſponderunt: *& quibus*
19 *acciperent animis, iiſdem ſe geſturos.* Hæc directa percunctatio ac denunciatio belli magis ex dignitate populi Romani viſa eſt, quam de fœderum jure verbis diſceptare; quum ante, tum maxime Sagunto exciſa. nam ſi verborum diſceptationis res eſſet; [2]quod fœdus Aſdrubalis cum Lutatii priore fœdere commutatum eſt, comparandum non erat; quum in Lutatii fœdere diſerte additum eſſet, ita id ratum fore, ſi populus cenſuiſſet; in Aſdrubalis fœdere, nec exceptum tale quicquam fuerit; & tot annorum ſilentio ita vivo eo comprobatum ſit fœdus, ut ne mortuo quidem auctore quicquam mutaretur. Quamquam etſi priore fœdere ſtaretur, ſatis cautum erat Saguntinis, ſociis utrorumque exceptis. nam neque addi-

tum

ſumptum, qui dixit in Antonium: *Vtinam aliquando dolor populi Romani pariat, quod jamdiu parturit.* Sigonius.

1 *Tum Romanus ſinu ex toga facto: Hic, inquit, vobis bellum, & pacem portamus*] Sic Polyb. ὁ δὲ πρεσβύτατος αὐτῶν δείξας τοῖς ἐν τῷ συνεδρίῳ τὸν κόλπον, ἐνταῦθεν, ἔφη, καὶ τὸν πόλεμον αὐτοῖς ἔχω, καὶ τὴν εἰρήνην φέρειν. *Idem.*

2 *Quod fœdus Aſdrubalis cum Lutatii*] Hæc ſuſpecta ſunt. Non enim fœdus Aſdrubalis commutatum eſt cum Lutatii priore fœdere, quod irritum fuit, ſed ſucceſſit in locum poſterioris ab Lutatio cum Hamilcare icti, decem legatis cum auctoritate Roma miſſis ſuperſtitibus. Deinde Pet. Mer. Voſſ. *comparandum erat*, abſque particula negandi. In veterib. editis nihil opis. differunt tantum eo, quod habent *permutatum.* Aldus primus dedit *commutatum.* At præclare Florent. & Voſſ. *nam ſi verborum diſceptationis res eſſet, quid fœdus Haſdrubalis cum Lutatii priore fœdere, quod mutatum eſt, comparandum erat?* Sic illi omnibus partibus: interpunctionem nos addidimus. Si verbis contendere voluiſſent Romani, ne ſic quidem cauſa Pœnorum erat æquior. Non enim, perinde ut Romani olim improbarant mutarantque prius C. Lutatii fœdus, ſic nunc Pœni poterant improbare aut non habuiſſe ratum ſe dicere fœdus Haſdrubalis. Nam in Lutatii fœdere expreſſum erat, id ita ratum fore, ſi Romæ placuiſſet, quale nihil in fœdere Aſdrubalis: & Romani ſtatim re recenti declararant ſententiam ſuam; at fœdus Haſdrubalis decem annorum ſilentio Pœni ſatis confirmarant. Quod autem ſequitur, *etſi priore fœdere ſtaretur*, accipies non de priore fœdere, quod mutatum eſt, ſed eo, quod validum fuit. *J. Fr. Gron.*

tum erat, iis, qui tunc eſſent: nec, ne qui poſtea aſſumerentur. & quum aſſumere novos liceret ſocios, quis æquum cenſeret, aut ob nulla quemquam merita in amicitiam recipi? aut receptos in fidem non defendi? tantum, ne Carthaginienſium ſocii aut ſollicitarentur ad defectionem, aut ſua ſponte deſciſcentes reciperentur. Legati Romani ab Carthagine, ſicut his Romæ imperatum erat, in Hiſpaniam, ut adirent civitates, [1] ut in ſocietatem pellicerent, aut averterent à Pœnis, trajecerunt. Ad Barguſios primum venerunt: à quibus benigne excepti, quia tædebat imperii Punici, multos trans Iberum populos ad cupidinem novæ fortunæ erexerunt. Ad Volſcianos inde eſt ventum: quorum celebre per Hiſpaniam reſponſum cæteros populos ab ſocietate Romana avertit. ita enim maximus natu ex iis in concilio reſpondit: *Quæ verecundia eſt vos, Romani, poſtulare, uti veſtram Carthaginienſium amicitiæ præponamus, quum, qui id fecerunt, Saguntinos, crudelius quam Pœnus hoſtis perdidit, vos ſocii prodideritis? ibi quæratis ſocios cenſeo, ubi Saguntina clades ignota eſt. Hiſpanis populis, ſicut lugubre, ita inſigne documentum Sagunti ruinæ erunt, ne quis fidei Romanæ aut ſocietati confidat.* Inde extemplo abire finibus Volſcianorum juſſi: ab nullo deinde concilio Hiſpaniæ benigniora verba tulere. itaque nequicquam peragrata Hiſpania, [2] in Galliam tranſeunt. In his nova terribiliſque ſpecies viſa eſt: quod armati (ita mos

1 *Ut in ſocietatem pellicerent*] Videtur fuiſſe: *in Hiſpaniam, ut adirent civitates, & aut in ſocietatem pellicerent, aut averterent à Pœnis, trajecerunt.* J. Fr. Gron.

2 *In Galliam tranſeunt. In his nova terribiliſque ſpecies*] Excidit hoc loco nomen ejus populi, quem primum in Gallia legati Romani adierunt: ut enim in Hiſpania *Barguſios*, & *Volſcianos* aditos dixit, ſic in Gallia præcipuos quoſdam nominabat populos, præſertim vero cum dicat, *In his nova terribiliſque ſpecies viſa, quod armati, ita mos gentis erat, in concilium venerunt.* Non enim totius Galliæ hic erat mos, ſed præcipue eorum, quos primum adierunt, & poſt ſubjungat: *Eadem ferme in ceteris Galliæ conciliis dicta auditaque.* Qui vero populi fuerint, ne divinare quidem poſſum. Ita tamen legendum exiſtimo: *Ita nequicquam peragrata Hiſpania in Galliam ad ..... tranſeunt. In his nova*, &c. Idem ſentit etiam Glareanus. *Sigonius.*

In Gall. tr. In his nova terribiliſque] Glarea-

mos gentis erat) in concilium venerunt. quum verbis extollentes gloriam virtutemque populi Romani ac magnitudinem imperii, petiſſent, ne Pœno bellum Italiæ inferenti, per agros urbeſque ſuas tranſitum darent; tantus cum fremitu riſus dicitur ortus, ut vix à magiſtratibus majoribuſque natu juventus ſedaretur. [1] Adeo ſtolida impudenſque poſtulatio viſa eſt, cenſere, ne in Italiam tranſmittant Galli bellum, ipſos id avertere in ſe, agroſque ſuos pro alienis populandos objicere. Sedato tandem fremitu, reſponſum legatis eſt, *Neque Romanorum in ſe meritum eſſe, neque Carthaginienſium injuriam, ob quæ aut pro Romanis, aut adverſus Pœnos ſumant arma. Contra ea audire ſeſe, gentis ſuæ homines* [2] *agris finibuſque Italiæ pelli à populo Romano, ſtipendiumque pendere, & cætera indigna pati.* Eadem ferme in cæteris Galliæ conciliis dicta auditaque: nec hoſpitale quicquam pacatumve ſatis prius auditum, quam Maſſiliam venere. [3] Ibi omnia ab ſociis inquiſita cum cura ac fide, cognita, [4] *præoccupatos jam ab Annibale Gallorum animos eſſe. ſed ne illi quidem ipſi ſatis mitem gentem fore (adeo ferocia atque indomita ingenia eſſe) ni ſubinde auro, cujus avidiſſima gens eſt,* [5] *principum animi concilientur.* Ita peragratis

Glareanus & Sigonius excidiſſe nomen populi, quem primum adierunt Romani legati, exiſtimant. Lacunam ita agnoſcit Sigonius 1, *in Galliam ad* * *tranſeunt:* qui vero populi fuerint, negat poſſe divinare. Arvernos fuiſſe licet colligas ex lib. 27 cap. 39. *Haſdrubali & ſua & aliorum ſpe omnia celeriora atque expeditiora fuere: non enim receperunt modo Arverni eum, deincepſque alia Gallica atque Alpina gentes.* Num fuit ergo? *In Arvernis nova.* J. Fr. Gron.

1 *Adeo ſtolida impudenſque poſtulatio viſa eſt, cenſere*] Videtur ſupervacaneum eſſe & exterendum *ne cenſere.* Idem.

2 *Agris finibuſque Italiæ pelli*] Flor. *egro finibuſque in Italia pelli.* Idem.

3 *Ibi omnia, ab ſociis inquiſita cum cura ac fide, cognita*] Si ſic diſtinguas, poſſis hæc tolerare, ut ſit ſenſus intellexiſſe ibi omnia Romanos, quippe quæ ſocii Maſſilienſes diligenter & fideliter inquiſiviſſent. Et eſt genus ſermonis, quale notavimus lib. 2, 9. *Salis vendendi arbitrium in publicum omne ſumptum, ademptum privatis.* Etſi commodius foret: *Ibi omni re ab ſociis inquiſita cum cura ac fide cognitum.* Idem.

4 *Præoccupatos jam ab Annibale*] Flor. *præoccupatos jam ante ab Hannibale.* Habet & Gudianus litera auctum, *antea.* Lib. 40. *Ad multo ante pratogitatum revoluta facinus.* Et, *Legati jam ante præmeditati in Macedonia, quæ ab Roma renuntiarent.* Idem.

5 *Principum animi conciliarentur*] A noviſſimis eſt Gruteri; nam priores editi,

tis Hiſpaniæ & Galliæ populis, legati Romam redeunt, haud ita multo poſt, quam conſules in provincias profecti erant. civitatem omnem in exſpectationem belli erectam invenerunt; ſatis conſtante fama, [1] jam Iberum Pœnos tranſmiſiſſe. Annibal [2] Sagunto capto, Carthaginem No- 21
vam in hiberna conceſſerat. ibique, auditis, quæ Romæ, quæque Carthagine acta decretaque forent, ſeque non ducem ſolum, ſed etiam cauſſam eſſe belli; partitis divenditiſque reliquiis prædæ, nihil ultra differendum ratus, Hiſpani generis milites convocat: *Credo ego vos*, inquit, *ſocii, & ipſos cernere, pacatis omnibus Hiſpaniæ populis,* [3] *aut finiendam nobis militiam, exercituſque dimittendos eſſe: aut in alias terras transferendum bellum: ita enim hæ gentes, non pacis ſolum, ſed etiam victoriæ bonis florebunt, ſi ex aliis gentibus prædam & gloriam quæremus. Itaque quum longinqua ab domo inſtet militia, incertumque ſit, quando domos veſtras* [4] *& quæ cuique ibi cara ſint, viſuri ſitis; ſi quis veſtrum ſuos invîſere vult, commeatum do. Primo vere, edico, adſitis, ut, Diis bene juvantibus, bellum ingentis gloriæ prædæque futurum incipiamus.* Omnibus fere viſendi domos oblata ultro poteſtas grata erat, & jam deſiderantibus ſuos, & longius in futurum providentibus deſiderium. Per totum tempus hiemis quies inter labores aut jam exhauſtos, aut mox exhauriendos, renovavit corpora animoſque ad omnia de integro patienda. Vere primo ad edictum convenere. Annibal quum recenſuiſſet omnium auxilia gentium, Gadeis profectus Herculi vota exſolvit: noviſque ſe obligat votis, [5] ſi cætera proſpera eveniſſent. Inde partiens curas

[1] ſimul

editi, *concilientur*; ut & ſcripti, in quibus omnium optimus Puteanorum, fratrum, qui à poſteriore ſyllaba & *cujus* orditur. *J. Fr. Gron.*

1 *Jam Iberum Pœnos tranſiſſe*] Liber optimus, *tramiſiſſe*. Lib. 40. *Præterea Etruſci maru Neapolim tranſmiſſ.* Idem.

2 *Sagunto capto*] Capite tamen 19 dixit *Sagunto exciſa*. Jac. Gron.

3 *Aut finiendam vobis militiam*] Put. *nobu*. J. Fr. Gron.

4 *Et quæ cuique ibi cara ſint*] Flor. *ſunt*. Rectius: non eſt enim dubium, quin ſint. Sic & ſupra cap. 3 lego: *Cujus regis genere hereditarii ſunt relicti exercitus noſtri, non ſint*. Idem.

5 *Si cetera proſpera*] Vet. lib. *proſpere*.

[1] ſimul in inferendum atque arcendum bellum; ne, dum ipſe terreſtri per Hiſpaniam Galliaſque itinere Italiam peteret, nuda apertaque Romanis Africa ab Sicilia eſſet; [2] valido præſidio firmare & eam ſtatuit. Pro eo ſupplementum ipſe ex Africa, maxime jaculatorum, levium armis, petiit, ut Afri in Hiſpania, Hiſpani in Africa, melior procul ab domo futurus uterque miles, velut mutuis pignoribus obligati ſtipendia facerent. [3] Tredecim millia octingentos quinquaginta pedites cetratos miſit in Africam, & funditores Baleares octingentos ſeptuaginta; equites mixtos ex multis gentibus mille ducentos. Has copias partim Carthagini præſidio eſſe, partim diſtribui per Africam jubet. ſimul conquiſitoribus in civitates miſſis, quatuor millia conſcripta delectæ juventutis, præſi-
22 dium eoſdem & obſides, duci Carthaginem jubet. Neque Hiſpaniam negligendam ratus, ([4] atque ideo haud minus, quod haud ignarus erat, circumitam ab Romanis eam legatis ad ſollicitandos principum animos;) Aſdrubali fratri, viro impigro, eam provinciam deſtinat, firmatque eum Africis maxime præſidiis, [5] peditum Afrorum undecim

---

Si cætera proſpera eveniſſent] Sigonius, *proſpere*: ut alibi iane Livius, & lib. 9, libroque 22. Sed noſtri plures tenent alterum, defenditque Salluſtius in Catil. *Quoniam quæ occulte tentaverat, aſpera fædaque evenerant.* J. Fr. Gron.

1 *Simul inferendi atque arcendi belli*] Magno conſenſu ſcripti: *inferendum atque arcendum bellum.* Lege, *Partiens curas ſimul in inferendum atque arcendum bellum.* Phædrus: *Dulcemque in ambos caritatem pariet.* Lib. 22. *Quot caſis exercitus victi fuerant, tot in curas diſpertiti eorum animi erant.* Tacitus 3 Hiſtor. *Curam dilectus in conſules partitur.* Idem.

2 *Valido præſidio eam firmare ſtatuit*] Put. *præſidio firmaret eam ſtatuit.* Scribe: *firmare & eam.* Neque enim auſim, *firmare Metagneam.* quod poſſet alicui in mentem venire ex Polybio: τὴν δὲ μεσογαίαν ἐπὶ μὲν πλείους εἰς τὴν Μελαγωνίαν τὴν Λιβύης, πλὴν ἧς εἰς αὐτὴν Καρχηδὼν κρατεῖ πόλεις. Sed ſtultra opinor. *Idem.*

3 *Tredecim millia octingentos quinquaginta pedites*] Sic Polybius: πεζοὶ μύριοι τετρακισχίλιοι ὀκτακόσιοι πεντήκοντα ἱππεῖς δὲ χίλιοι διακόσιοι. *Sigonius.*

4 *Atque ideo haud minus, quod haud ignarus erat*] Dele quantum poteſt prius *haud.* Integra enim ſententia eſt: *Neque Hiſpaniam negligendam ratus, (atque ideo minus, quod haud ignarus erat, circumitam ab Romanis legatis ad ſollicitandos principum animos) Aſdrubali fratri &c.* J. Fr. Gron.

5 *Peditum Afrorum* x1 *millibus, octingentis quinquaginta Liguribus, tre-*

centis

decim millibus octingentis quinquaginta, Liguribus trecentis, Balearibus quingentis. ad hæc peditum auxilia, additi [1] equites Libyphœnices (mixtum Punicum Afris genus) CCC, & Numidæ Maurique accolæ Oceani ad M D CCC, & parva Ilergetum manus ex Hiſpania ducenti equites: & ne quid terreſtris deeſſet auxilii genus, [2] elephanti quatuordecim. [3] claſſis præterea data eſt ad tuendam maritimam oram (quia qua parte belli vicerant, ea tum quoque rem geſturos Romanos credi poterat) quinquaginta quinqueremes, quadriremes duæ, triremes quinque: ſed [4] aptæ inſtructæque remigio triginta & duæ quinqueremes erant, & triremes quinque. Ab Gadibus Carthaginem ad hiberna exercitus rediit. atque inde profectus [5] præter Etoviſſam, urbem ad Iberum, maritimamque oram ducit. Ibi fama eſt, in quiete viſum ab eo juvenem divina ſpecie, qui ſe ab Jove diceret ducem in Italiam Annibali miſſum. Proinde ſequeretur, neque uſquam à ſe deflecteret oculos. Pavidum primo, nuſquam

centis Balearibus, ad hæc peditum auxilia] Harum copiarum ſumma ad verbum ſumpta eſt à Polybio, qui ita ait: πεζὲς Λιβύων μυρίοι χίλιοι ὀκτακόσιοι πεντήκοντα, Λυγυήνες τετρακόσιοι, Βαλιαρεῖς πεντακόσιοι. Ex cujus verbis perſpicue apparet in Livianis libris deeſſe vocem, *quingentis*, ut ſit, *Balearibus quingentis*, atque ita hunc locum eſſe legendum & diſtinguendum. *Peditum Afrorum* X I *millibus* DCCCL, *Liguribus* CCC, *Balearibus* D. *Ad hæc*: Nota numeri D creavit errorem, præſertim vero cum ſequeretur A D. eaque excidit. *Sigonius.*

1 *Equites Libyphœnices* (*mixtum Punicum Afris genus*) CCC.] Quia totus hic locus à Polybio deſumptus, ſcribe: CCCCL, *Numidæ Maurique*. Sic enim ille: ἱππεῖς Λιβυφοινίκων μὲν καὶ Λιβύων τετρακόσιοι πεντήκοντα· nec abſurdum eſt, *cl* tranſiiſſe in *et*. Confirmat conjecturam noſtram, quod in Flor. & Gud. plane eſt CCCC. *J. Fr. Gron.*

2 *Elephanti* XIIII.] Vereor ut legendum ſit XXI. Nam Polyb. edit: ἐλεφαντες εἴκοσι καὶ ἕνα. *Sigonius.*

3 *Data eſt ad tuendam maritimam oram*] Voſſ. & Men. *Data ad tuendæ maritimæ oræ*. Sed in Voſſiano ſecunda manu factum *tuendæ*. Voluit: *Claſſis præterea data ad tuendæ maritimæ oræ*. Ea ſcilicet, qua dabatur facilis appulſus navium. Quædam enim ipſo litorum ingenio, aut munitis urbibus caſtelliſque tuta erant. Niſi malis: *Claſſis præterea data eſt tuendæ maritimæ oræ*. J. Fr. Gron.

4 *Aptæ inſtructæque remigio*] Hoc ait Polybius: πλεούμενα ἦσαν. Ceterum in numero navium non diſcrepant. *Sigonius.*

5 *Præter Etoviſſam urbem*] Ptolemæus nominat Ἠτόβισσαν, ſtatuitque inter Ἐλίκην & Ἀκρωτήριον. *Idem.*

quam circumſpicientem aut reſpicientem ſecutum, deinde, cura humani ingenii, quum quidnam id eſſet, quod reſpicere vetitus eſſet, agitaret animo, temperare oculis nequiviſſe; tum vidiſſe poſt ſeſe ſerpentem mira magnitudine cum ingenti arborum ac virgultorum ſtrage ferri, ac poſt inſequi cum fragore cœli nimbum: tum, quæ moles ea quidve prodigii eſſet quærentem, audiſſe: *Vaſtitatem Italiæ eſſe. pergeret porro ire, nec ultra inquireret, ſineretque fata in occulto eſſe.* 23 Hoc viſu lætus tripartito Iberum copias trajecit, præmiſſis, qui Gallorum animos, qua traducendus exercitus erat, donis conciliarent, Alpiumque tranſitus ſpecularentur. [1] nonaginta millia peditum, duodecim millia equitum Iberum traduxit. [2] Ilergetes inde Barguſioſque, & Auſetanos, & [3] Lacetaniam, quæ ſubjecta Pyrenæis montibus eſt, ſubegit: oræque huic omni præfecit Hannonem, ut fauces, quæ Hiſpanias Galliis jungunt in poteſtate eſſent. Decem millia peditum Hannoni ad præſidium obtinendæ regionis data, & mille equites. Poſtquam per Pyrenæum ſaltum traduci exercitus eſt cœptus, rumorque per barbaros manavit certior de bello Romano, tria millia inde Carpetanorum peditum iter averterunt. conſtabat, non tam bello motos, quam longin-

1 *Nonaginta millia peditum, duodecim millia equitum Iberum traduxit*] Sic Polybius: πεζῶν μὲν ἔχων εἰς ἐννέα μυριάδας, ἱππεῖς δὲ σχεδὸν μυρίους, καὶ διχαλίους, καὶ λίβυας τὸν Ἴβηρα ποταμόν. *Sigonius.*

2 *Ilergetes inde Barguſioſque & Auſetanos, & Aquitaniam*] Sic Polyb. τὸ τῶν Ἰλεργητῶν ἔθνος, καὶ Βαργουσίων, ἔτι δὲ τοὺ Αἰρηνοσίους καὶ τοὺ Ἀνδοσίνους. Quos vocat Livius *Auſetanos*, eos Ptolemæus Αὐθηταναὺς nominat. *Idem.*

3 *Aquitaniam, quæ ſubjecta Pyrenæis montibus eſt*] *Aquitania* pars eſt Galliæ citra Pyrenæos montes. Hiſpaniæ autem oram Livius nominat, neque enim adhuc Annibal in Galliam trajecerat. Vox autem corrupta eſt. Hanc oram Ptolemæus vocat Ἀκιτανίαν· Plutarchus Ἀκιτανίαν. Strabo Ἰακκητανίαν. Sic enim inquit: συνεχεῖται δὲ ὑπὸ πλειόνων ἐθνῶν ἡ χώρα, γνωριμωτάτη δὲ τῶν τῶν Ἰακκητανῶν λεγομένη. τοῦτο δὲ ἀρξάμενον ἀπὸ τῶν παιρηνίας τῶν καὶ τῶν Πυρήνων εἰς τὰ πεδία πλατύνεται. Id eſt, *Hæc ora compluribus incolitur gentibus, è quibus nobiliſſima Jacetana dicitur. Hæc à Pyrenes radicibus inchoans in campos latius extenditur.* Et poſt Livius, *C. Scipio cum Pyrenæos montes circumvectus Emporiis appuliſſet claſſem, orſus à Lacetanis omnem oram uſque ad Iberum flumen Romana ditionis fecit.* Et Saluſtius in epiſtola Pompeii: *Recepi Galliam, Pyrenæum, Lacetaniam.* Idem.

4 Quos

ginquitate viæ, inſuperabilique Alpium tranſitu. Annibal, quia revocare aut vi retinere eos anceps erat; ne cæterorum etiam feroces animi irritarentur; ſupra ſeptem millia hominum domos remiſit, [1] quos & ipſe gravari militia ſenſerat; Carpetanos quoque ab ſe dimiſſos ſimulans. Inde, ne mora atque otium animos ſollicita- 24
rent, cum reliquis copiis Pyrenæum tranſgreditur, & [2] ad oppidum Illiberi caſtra locat. Galli, quamquam Italiæ bellum inferri audiebant, tamen quia vi ſubactos trans Pyrenæum Hiſpanos fama erat, præſidiaque valida impoſita, metu ſervitutis ad arma conſternati, Ruſcinonem aliquot populi conveniunt. quod ubi Annibali nunciatum eſt, moram magis quam bellum metuens, oratores ad regulos eorum miſit, *colloqui ſemetipſum velle cum his, & vel illi propius Illiberi accederent, vel ſe Ruſcinonem proceſſurum, ut ex propinquo congreſſus facilior eſſet: nam & accepturum eos in caſtra ſua ſe lætum, nec cunctanter ſeipſum ad eos venturum. Hoſpitem enim ſe Galliæ, non hoſtem adveniſſe: nec ſtricturum ante gladium, ſi per Gallos liceat, quam in Italiam veniſſet.* & per nuncios quidem hæc. Ut vero reguli Gallorum, caſtris ad Illiberim extemplo motis, haud gravate ad Pœnum venerunt; capti donis, cum bona pace exercitum per fines ſuos præter Ruſcinonem oppidum tranſmiſerunt. In Italiam interim nihil ultra quam Ibe- 25
rum tranſiſſe Annibalem, à Maſſilienſium legatis Romam perlatum erat: quum perinde, ac ſi Alpes jam tranſ-

iſſet,

1 *Quos & ipſe gravari militia ſenſerat*] Lego *militiam*. quod genus paſſim corruptum, reſtituimus & Statio, pluribuſque ad Senecæ Tragœdias. Sed & Muretus *ipſos*. Placet. Scribe igitur: *quos & ipſos gravari militiam ſenſerat*. J. Fr. Gron.

2 *Ad oppidum Illiberim caſtra locat*] *Ilybirrim* vocat Strabo lib. 4. ἐκ μὲν τῶ Πυρήνης ὄ, τε Ῥουσίνων ἡ ὁ Λυβίρρις, πόλις ἔχων ὁμώνυμον ἱερὸν Ἡρακλέους. De *Ruſcinone* paulo poſt Livius. *Sigon.*

Ad oppidum Illiberim caſtra locat] Flor. *Iliberri*. Et mox: *propius Iliberri accederent*. Superpoſita tamen *l* literæ *n*. Mela *Eliberri*. Sic quod Priſcianus notat ex Trajani primo Dacicorum: *Inde Berzobim, deinde Aixi proceſſimus*. Noſter lib. 23. *Illiturgi obſidione liberato ad Intibili oppugnandum Punici exercitus traducti*. J. Fr. Gron.

iſſet, Boii, follicitatis Inſubribus defecerunt, nec tam ob veteres in populum Romanum iras, quam quod [1] nuper circa Padum, Placentiam, Cremonamque colonias in agrum Gallicum deductas ægre patiebantur. Itaque armis repente arreptis, in eum ipſum agrum impetu facto, tantum terroris ac tumultus fecerunt, ut non agreſtis modo multitudo, ſed ipſi triumviri Romani, qui ad agrum venerant aſſignandum, diffiſi Placentiæ mœnibus, Mutinam confugerint, [2] C. Lutatius, C. Servilius, T. Annius. Lutatii nomen haud dubium eſt. pro C. Servilio, & T. Annio, Q. Acilium, & C. Herennium habent quidam annales: alii P. Cornelium Aſinam, & C. Papirium Maſonem. Id quoque dubium eſt; legati ad expoſtulandum ad Boios miſſi, [3] violati ſint, an in triumviros agrum metanteis impetus ſit factus. Mutinæ quum obſiderentur, & gens ad oppugnandarum urbium arteis rudis, pigerrima eadem ad militaria opera, ſegnis intactis aſſideret muris, ſimulari cœptum de pace agi. evocatique ab Gallorum principibus legati ad colloquium, non contra jus modo gentium, ſed violata etiam, quæ data in id tempus erat, fide, comprehenduntur; negantibus Gallis, niſi obſides ſibi redderentur, eos dimiſſuros. Quum hæc de legatis

1 *Nuper circa Padum &c. coloniæ in agrum Gallicum deductæ*] Hæ coloniæ deductæ ſunt hoc anno P. Cornelio, Ti. Sempronio Coss. prid. K. Januarii, auctore Pædiano in Piſonianam, nec diſſentit Polybius. Hac de re etiam in epitome libri vigeſimi. *Sigon.*

2 *C. Lutatius, C. Servilius, T. Annius. Lutatii nomen haud dubium eſt, &c. alii, P. Cornelium Aſinam, & C. Papirium Maſonem*] De his ita Pædianus: *Deduxerunt triumviri P. Cornelius Aſina, C. Papirius Maſo. Cn. Pompeius, ſive Cn. Cornelius Scipio.* Porro autem in vulgatis Liviani libris erat *A. Servilius.* Scripſi tamen *C. Servilius*, quia hic pater eſt *C. Servilii* conſulis anno DLVII, auctore Livio, qui in conſulatu Capitolino *C. F.* ſcribitur. Polybius *C. Lutatium* conſularem, & duos prætorios nominat. *Idem.*

3 *Violati ſint, an in triumviros*] Omnes ſcripti, omnes editi ante Frobenium: *violati ſint incertum an in triumviros.* Sed præceſſit: *Id quoque dubium eſt:* ergo alterum ſupervacaneum. Concedo: ſed non, quod illi voluerunt. Videtur enim ſcripſiſſe Livius: *Id quoque, legati ad expoſtulandum miſſi ad Boios violati ſint, incertum, an in triumviros agrum metantes impetus ſit factus.* Hoc enim quoque ordine verborum Flor. Gud. tres Pal. *J. Fr. Gron.*

1 *Erant*

gatis nunciata eſſent, & Mutina præſidiumque in periculo eſſet, L. Manlius prætor ira accenſus, effuſum agmen ad Mutinam ducit. Silvæ tunc circa viam [1] erant, pleriſque incultis: ibi inexplorato profectus, in inſidias [2] præcipitatus, multaque cum cæde ſuorum ægre in apertos campos emerſit. ibi caſtra communita; & quia Gallis ad tentanda ea defuit ſpes, refecti ſunt militum animi, [3] quamquam acciſas res ſatis conſtabat. Iter deinde de integro cœptum, nec, dum per patentia loca ducebatur agmen, [4] apparuit hoſtis; ubi rurſus ſilvæ intratæ, tum poſtremos adorti, cum magna trepidatione ac pavore omnium, octingentos milites occiderunt, ſex ſigna ademêre. [5] Finis & Gallis territandi, & pavendi Romanis fuit, ut ex ſaltu invio atque impedito evaſere. inde apertis locis facile tutantes agmen Romani [6] Tanetum, vicum propinquum Pado, contendere: ibi ſe munimento ad tem-

1 *Erant, pleriſque incultu*] Vet. libri, *pleriſque locis incultis*. Polybius: ἐν ὑλώδεις τόποις vocat. *Sigonius*.

2 *Præcipitatus multaque cum cæde*] Dele copulativam, ut ſit: *ibi inexplorato profectus, in inſidias præcipitatus, multa cum cæde ſuorum* &c. *agre emerſit*. Sic Andreas, Tar. Ven. Bec. Aſcenſ. Moguntina. Juſtinus lib. 32. *Dum ſuos in prælium revocat, in tranſitu foſſa equo præcipitatus, à multitudine hoſtium oppreſſus eſt*. Niſi malis, *præcipitatur*. J. Fr. Gron.

3 *Quamquam acciſas res ſatis conſtabat*] Mediolani confictum. Andreas Romæ: *quamquam cecidiſſe ſatis conſtabat*. Men. *ad cladiſſe*. Voſſ. *accediſſe*. Flor. *adcecidiſſe*. Videtur excidiſſe numerus. Gud. *ad C. cecidiſſe*. Sed hoc parum pro illo, *multa cæde*. Forte, *ad D*. Mox pro *octingentis* iidem ſcripti DCC. *Idem*.

4 *Cum apparuit hoſtis*] Senſus docet legendum eſſe: *nec dum per patentia loca ducebatur agmen, apparuit hoſtis, ubi rurſus ſilvæ intratæ, tum poſtremos adorti*, ut ſit, hoſtes non apparuiſſe interea dum exercitus Romanus patentibus campis iter faceret, ubi ſilvas intraverit, extremum agmen eſſe adortas: poteſt etiam vulgata lectio retineri, hoc ſenſu: neque adhuc per ſatis patentia loca ducebatur agmen, cum apparuit hoſtis, ubi ſilvæ intratæ ſunt vehementius ſe intulit. *Sigonius*.

Quum apparuit hoſtis] Recte Sigonius: *nec, dum per patentia loca ducebatur agmen, apparuit hoſtis*: quod & conjecerat Glareanus. Sed ille præter neceſſitatem è libro infido particulam *inde* allinit hiſce: *Finis & Gallis territandi*. J. Fr. Gron.

5 *Finis, & Gallis territandi*] Vet. libr. *finis inde & Gallis territandi*. Sigonius.

6 *Tanetum vicum*] Vet. lib. *Tannetum*. Polyb. lib. 3. τὴν Τάνητα κατὰ κώμην. Ptolemæus Τάνητος. Livius libro 30, ubi de eadem hac re loquitur, *Tanetum* edit. *Idem*.

tempus, commeatibuſque fluminis, [1] & Brixianorum Gallorum auxilio adverſus creſcentem indies multitudi-
26 nem hoſtium tutabantur. Qui tumultus repens poſtquam eſt Romam perlatus, & Punicum inſuper Gallico bello auctum Patres acceperunt, [2] C. Atilium prætorem cum una legione Romana, & quinque millibus ſociorum delectu novo à Conſule conſcriptis, auxilium ferre Manlio jubent: qui ſine ullo certamine (abſceſſerant enim metu hoſtes) Tanetum pervenit. Et P. Cornelius in locum ejus, quæ miſſa cum prætore fuerat [3] tranſcripta legione nova, profectus ab urbe [4] ſexaginta longis navibus præter oram Etruriæ, Ligurumque, [5] & inde Salyum montes, pervenit Maſſiliam, & [6] ad proximum oſtium Rhodani (pluribus enim diviſus amnis in mare decurrit) caſtra locat: vix dum ſatis credens Annibalem ſuperaſſe Pyrenæos montes: quem ut de Rhodani quoque tranſitu agitare animadvertit; incertus, quonam ei loco occurreret, nec dum ſatis refectis ab jactatione maritima militibus; trecentos interim delectos equites, ducibus Maſſilienſibus & auxiliaribus Gallis, ad exploranda omnia, viſendoſque ex tuto hoſtes præmittit. Annibal, cæteris [7] metu aut pretio pacatis, jam in Volcarum pervenerat agrum gentis validæ. Colunt autem circa utramque ripam Rhodani: [8] ſed diffiſi

1 *Et Brixianorum Gallorum*] Flor. & Gud. *& Brixianorum etiam Gallorum.* J. Fr. Gron.

2 *C. Atilium prætorem*] Nomen prætoris non affert Polyb. cetera ab eo ſumpta ſunt. *Sigonius.*

3 *Tranſcripta legione nova*] Polyb. ἄλλα ὃ στρατοπεδεύειν ἐν ῥαβέννῃ. *Idem.*

4 *Sexaginta longis navibus*] Polybius, ἑξήκοντα ναυσὶν tantum dixit. *Idem.*

5 *Et inde Salyum, mox pervenit Maſſiliam*] Hoc quid ſit *mox* exponit Polyb. πεμπταῖος, id eſt, *quinto die.* Idem.

Et inde Salyum, mox pervenit] Duo Pal. Men. Voſſ. & primæ editiones pro *mox* habent *montis.* Scribe: *praeter oram Etruriæ, Ligurumque & inde Salyum montes, pervenit Maſſiliam.* Sic lib. 34. *Praetervecti Liguſtinos montes ſinumque Gallicum.* J. Fr. Gron.

6 *Ad proximum oſtium Rhodani*] Polyb. πρὸς τὸ πρῶτον στόμα τοῦ Ῥοδανοῦ, τὸ Μασσαλιωτικὸν πρὸς ἑσπέραν ῥεῖον. *Sigonius.*

7 *Metu aut precio pacatis*] Polyb. τοὺς μὲν χρήμασι πείσας, τοὺς δὲ βιασάμενος. *Idem.*

8 *Et diffiſi citeriore agro*] Vet. lib. *ſed diffiſi.* Idem.

2 *Ulte-*

fisi citeriore agro arceri Pœnum posse, ut flumen pro munimento haberent, omnibus ferme suis trans Rhodanum trajectis, [1] ulteriorem ripam amnis armis obtinebant. Cæteros accolas fluminis Annibal, [2] & eorum ipsorum qui sedes tenuerant, simul perlicit donis ad naves undique contrahendas fabricandasque: simul & ipsi trajici exercitum, levarique quam primum regionem suam tanta urgente hominum turba cupiebant. Itaque [3] ingens coacta vis navium est, lintriumque temere ad vicinalem usum paratarum: [4] novasque alias primum Galli inchoantes cavabant ex singulis arboribus: deinde & ipsi milites, simul copia materiæ, simul facilitate operis inducti, alveos informes (nihil dummodo innare aquæ & capere onera possent curantes) quibus se suaque transveherent, raptim faciebant. Jamque omnibus satis compa- 27
ratis ad trajiciendum, terrebant ex adverso hostes, [5] omnem ripam equites virique obtinentes: quos ut averteret,

1 *Ulteriorem ripam amnis obtinebant*] Flor. *amnis armis obtinebant.* Utrum varia lectio est, an scribendum: *amnis armati obtinebant.* J. Fr. Gron.

2 *Et eos ipsos, qui ipsas sedes tenuerunt*] Vet. lib. *& eos ipsos, quorum sedes tenuerat.* Polyb. φιλοποιησάμενος τοὺς παροικοῦντας τὸν ποταμόν. Recte autem: *Quorum sedes tenuerat*, quia subdit: *Simul & ipsi trajici exercitum levarique quamprimum regionem suam tanta urgente hominum multitudine cupiebant.* Sigonius.

Et eos ipsos quorum sedes tenuerat] Profectum ab Sigonio, quum esset olim: *& eos ipsos, qui ipsas sedes tenuerant.* Ut & scripti fere, nisi quod τὰς *ipsas* ignorant. Neutri tamen lectioni acquiescere potest animus. In optimo libro erat hiatus ab ultimis cap. 21 ad postrema cap. 29. Pall. unus & Andeg. *& eorum ipsorum, quos sedes tenuerant.* Placebatque, ut esset, quos eorum ipsorum, nempe Volcarum, non traxerat insania popularium in ulteriorem ripam ad resistendum Hannibali, sed detinuerat οἰκῶν φίλων, οἰκῶν ἀγρῶν. Lib. 5. *Adeo nihil tenet solum patria? ne hæc terra, quam matrem appellamus?* Confirmat hæc & multo evidentiora reddit adjecta voce Florentinus, in quo est: *& eorum ipsorum quos sedes sua tenuerant.* Gudianus quoque: *& ipsorum eorum quos sedes sua tenuerant.* Lib. 23. *Neminem nisi equitem, atque eorum ipsorum primores id gerere insigne.* J. Fr. Gron.

3 *Ingens coacta vis navium --- ad vicinalem usum paratarum*] *Vicinalem* dixisse videtur Livius, pro *vicinitatis.* Hoc sic expressit Polybius: ἐξηγόρασε παρ' αὐτῶν τά τε μονόξυλα πλοῖα πάντα, καὶ τοὺς λέμβους ὅσους ἱκανοὺς τῷ πλήθει, διὰ τὸ ἐκ τῆς θαλάττης ἐμπορείαις πολλαῖς χρῆσθαι τὸν παροικοῦντα τὸν Ῥοδανόν. Usum viciniæ expressit in mercibus ultro citroque devehendis. *Sigonius.*

4 *Novasque alias --- ex singulis arboribus*] His verbis vocem expressit Polybii μονόξυλα. *Idem.*

5 *Omnem ripam equis virisque obtinentes*]

teret, Hannonem Bomilcaris filium, vigilia prima noctis, cum parte copiarum, maxime Hiſpanis, adverſo flumine ire iter unius diei jubet: & ubi primum poſſet, quam occultiſſime trajecto amni, circumducere agmen. ut quum opus facto ſit, adoriatur ab tergo hoſtem. [1] Ad id dati duces Galli educunt inde [2] millia quinque & viginti, ferme [3] ſupra parvæ inſulæ circumfuſum amnem; latiorem ubi dividebatur, eoque minus alto alveo, tranſitum oſtendere. ibi raptim cæſa materia, rateſque fabricatæ, in quibus equi virique & alia onera trajicerentur. Hiſpani, ſine ulla mole in utres veſtimentis conjectis, ipſi [4] cetris ſuppoſitis incubantes, flumen tranavere. Et alius exercitus

nentes] Adeo uſitatum, ut in proverbium abierit, *equis, viris*: nec Livio nuſquam adhibitum. Sed hic omnes ſcripti & Andreas cum Tarviſ. & Ven. & Aldina (nam aliæ jam mutant) *equites virique obtinentes.* Nec pejus videtur. Cæſar lib. 2 Civ. *Capti homines equiteſque producebantur.* J. Fr. Gron.

1 *Ad id dati duces Galli educunt inde*] Videt Glareanus hic eſſe aliquid & vitii & ex vitio obſcuritatis, idque fatetur ſe planum facere diffiſum. Oritur illud cum ex diſtinctione turbata, tum ex ſuperfluo verbo *educunt*, quod à mala manu eſt. Lege, *Ad id dati duces Galli, inde millia quinque & viginti ferme, ſupra parva inſula circumfuſum amnem latiorem, ubi dividebatur, eoque minus alto alveo, tranſitum oſtendere.* Duces, inquit, cum Hannone & parte copiarum profecti, loco à caſtris quinque & viginti millibus ferme diſtante, ſupra inſulam, (quum ubi diviſus circumfluere amnis incipit, manat latior, & propterea minus profundus, neque abruptis it ripis,) oſtendere commodum ſatis tranſitum. Ovidius lib. 15 Met. *Scinditur in geminas partes circumfluus amnis: Inſula nomen habet, lateremque à parte duorum Porrigit aquales media tellure lacertos.* Lib. 2 Faſt. *Hic ubi diſertas inſula rumpit aquas.* Cicero 2 de Legibus: *Ventum in inſulam eſt. hac vero nihil eſt amœnius. Ut enim hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus & diviſus æqualiter in duas partes latera hæc alluit.* Idem.

Duces Galli educunt inde &c.] His à patre annotatum recenter video, Flor. *duces Gallia edocent.* Præterea numerum hunc 40, 30, quo ſignificari credo hæc verba: *Celtiberi millia duo ferme inde poſuerunt caſtra.* Ex his conjicio futurum fuiſſe, ut hic locus, ab eo nunc ita componeretur: *Ad id dati duces Galli, edocent, inde millia quinque & viginti ferme ſupra, parva inſula circumfuſum amnem, latiorem ubi dividebatur, eoque minus alto alveo, tranſitum oſtendere.* Quomodo proſus ab Livio ſcriptum opinor, ut τὸ *oſtendere* ſit præſens infinitivum, non tertia pluralis perfecti indicativi. 22, 13. *Edoctus à peritis regionum, ſi eum ſaltum occupaſſet, exitum Romano ad opem ferendam ſocio interclusurum.* Jac. Gron.

2 *Millia quinque & viginti ferme*] Polyb. ὅτι μιλίους πεντε. Sigonius.

3 *Supra parva inſula circumfuſum amnem*] Polyb. περὶ τινα τόπον ἐν ᾧ συμβαίνει ποτὲ τὸν χειμάρρουν ὑποζύγιον διαβιβάζεσθαι. Idem.

4 *Cetris ſuperpoſitis incubantes*] Veter. libri habent *ſuppoſitis*, Quam vocem ſententia quoq; deſiderat. Idem.

1 Pre-

tus ratibus junctis trajectus, castris prope flumen positis, nocturno itinere atque operis labore fessus, quiete unius diei reficitur; intento duce ad consilium opportune exsequendum. Postero die [1] profecti ex loco, prodito fumo significant se transisse, & haud procul abesse. quod ubi accepit Annibal, ne tempori deesset, dat signum ad trajiciendum. Jam paratas aptatasque habebat pedes lintres; [2] equites fere propter equos nantes navium agmen ad excipiendum adversi impetum fluminis parte superiore transmittens, tranquillitatem infra trajicientibus lintribus præbebat. Equorum pars magna nantes loris à puppibus trahebantur; præter eos, [3] quos instructos frenatosque, ut extemplo egresso in ripam equiti usui essent, [4] imposuerant in naves. [5] Galli occursant in ripam, [6] cum 28
variis ululatibus cantuque moris sui; quatientes scuta super capita, vibrantesque dextris tela: quamquam & ex adver-

1 *Profecti ex loco, prodito fumo significant*] Non videntur sana. Quid enim hi magis *ex loco* profecti, quam quivis alii undecumque discedentes? Placeret satis si legeretur: *Postero die profecti, ex loco propinquo fumo significant se transisse, & haud procul abesse.* J. Fr. Gron.

2 *Eques fere propter equos* &c.] *Equites* habent vet. lib. Hinc ego legendum suspicor: *equites fere præter equos nantes.* Est enim hic sensus: Navium agmen ad excipiendum adversi fluminis impetum equites præter equos nantes superiore fluminis parte transmittens tranquillitatem lintribus, quibus pedites inferiore parte trajiciebantur, præbebat. Inquit autem, *præter equos nantes:* nam non omnes equi in naves impositi fuerant, verum magna pars loris à puppibus trahebantur. Sic prope etiam Polybius. *Sigonius.*

Eques fere propter equos nantes navium agmen] Sigonius è scripto correxit *equites*, quod habet etiam Pal. unus. Id deridet Glareanus, rogitans, quæ sit constructio, *equites transmittens?* Sed ridiculus est hominis boni lapsus, qui non vidit το *equites* quarta forma plurativa seu accusativo casu poni, & *agmen navium*, quod transportabat equitem, præbuisse lintribus peditum tranquillitatem dici, fracto impetu fluminis. Transportabant autem equitem *fere propter equos nantes*, id est, prope magnam partem equorum, qui natabant, non vehebantur. Nam *propter* omnes scripti, non *præter*, quod voluit idem Sigonius. *J. Fr. Gron.*

3 *Quos instructos frenatosque*] Scribe cum Flor. & Gud. *instratos.* Infra: *armatos deinde, instratisque equus signum exspectare.* Lib. 28. *Armatus eques frenatos instratosque teneret equos.* Idem.

4 *Imposuerunt in naves*] Veteres libri, *imposuerant.* Sigonius.

5 *Galli occursant in ripam*] *Ripa*, opinor. *J. Fr. Gron.*

6 *Cum variis ululationibus, cantuque*] Polybius, τῆς βαρβαρικῆς ἀναπαίστου. *Sigonius.*

1 *Et*

adverſo terrebat tanta vis navium cum ingenti ſono fluminis & clamore vario nautarum & militum, qui nitebantur perrumpere impetum fluminis, & qui ex altera ripa trajicientes ſuos hortabantur. Jam ſatis paventes adverſo tumultu, terribilior ab tergo adortus clamor, caſtris ab Hannone captis. mox & ipſe aderat, ancepſque terror circumſtabat: & è navibus tanta vis armatorum in terram evadens,[1] & ab tergo improviſa premebat acies. Galli, [2] poſtquam ultro vim facere conati, pellebantur; qua patere viſum maxime iter, perrumpunt, trepidique in vicos paſſim ſuos diffugiunt. Annibal cæteris copiis per otium trajectis, ſpernens jam Gallicos tumultus, caſtra locat. Elephantorum trajiciendorum varia conſilia fuiſſe credo: [3] certe variata memoria actæ rei. quidam congregatis ad ripam elephantis, tradunt ferociſſimum ex iis irritatum ab rectore ſuo, [4] quum refugientem in aquam partim in illos, qui caſtra incenderant. Non enim credibile eſt, Gallos nuſpiam tentata fortuna & impetu facto ſtatim diffugiſſe. *Jac. Gron.*

1 *Et à tergo improviſa premebat acies*] Incredibile quantum accedet elegantiæ, ſi leges *premens*, ut ſuperiore membro *evadens*: ut per epexegeſin *anceps terror* iſta dicantur. Vix aliter Livius. Sed tamen tres codices *acie*. quod quid ſibi vellet, haud intellexi, antequam monſtraret legendum Florentinus: *anceps terror circumſtabat, & è navibus tanta vi armatorum in terram evadente & ab tergo improviſa premente acie.* Et ſic prorſus & Gudianus, niſi quod *à tergo improviſa*: nterque autem *terra*. J. Fr. Gron.

2 *Poſtquam ultro vim facere conati*] Omnino nimis tarda me judice venit hæc periodus. Non enim tum demum Galli dici poſſunt ultro vim facere conati, quum jam viderent circumſtantem ancipitem terrorem, ſed ante cognitum Hannonis tranſitum. Mirificus eſt, ſed verus tamen, ſi quid video, liber Cantabr. hoc loco exhibens: *poſtquam utroque vim facere conati pellebantur*. hoc eſt, partim in eos, qui Rhodanum tranſibant, partim in illos, qui caſtra incenderant. Non enim credibile eſt, Gallos nuſpiam tentata fortuna & impetu facto ſtatim diffugiſſe. *Jac. Gron.*

3 *Certe variata memoria eſt*] Veteres libri, *certe varia memoria eſt*. Sigon. *Certe varia memoria eſt acta rei*] Sic male Sigonius, cum omnes ſcripti meliores & editi: *variata memoria acta rei*. Cicero longa illa ad Quintum: *Sit ſumma in jure dicendo ſeveritas, dummodo ea ne varietur gratia, ſed conſervetur æquabilis*. Lib. 2 de Finib. *Cum omnis dolor detractus eſſet, variari non augeri voluptatem*. Vide ad lib. 35, 31. *J. Fr. Gron.*

4 *Cum refugientem in aquam*] Vet. lib. *cum refugientem eum in aquam*: Rectorem autem intelligit. *Sigonius.*

Quum refugientem eum in aquam natantem] Tò *eum* ab Sigonio: *natantem* in primo video Aldo. Tres Pall. Men. Andreas & ex eo propagatæ: *quum refugientem in aquam nantem ſequeretur*. Et hoc nobis ſufficit. *J. Fr. Gron.*

aquam nantem ſequeretur, traxiſſe gregem; [1] ut quemque timentem altitudinem [2] deſtituerat vadum, impetu ipſo fluminis in alteram ripam rapiente. Cæterum magis conſtat, ratibus trajectos: id, ut tutius conſilium ante rem foret; ita acta re, ad fidem pronius eſt. Ratem unam ducentos longam pedes, quinquaginta latam, à terra in amnem porrexerunt: quam, ne ſecunda aqua deferretur, pluribus validis retinaculis parte ſuperiore ripæ religatam, pontis in modum humo injecta conſtraverunt, ut belluæ audacter velut per ſolum ingrederentur. altera ratis æque lata, longa pedes centum, ad trajiciendum flumen apta, huic copulata eſt: & quum elephanti per ſtabilem ratem, tamquam viam, prægredientibus feminis, acti, in minorem applicatam [3] tranſgreſſi ſunt; extemplo reſolutis, quibus leviter annexa erat, vinculis, ab actuariis aliquot navibus ad alteram ripam pertrahitur: ita primis expoſitis, alii deinde repetiti ac trajecti ſunt. Nihil ſane trepidabant, donec continenti velut ponte agerentur. primus erat pavor, quum ſoluta ab cæteris rate in altum raperentur. ibi urgentes inter ſe, cedentibus extremis ab aqua, [4] trepidationem aliquantum edebant; donec quietem ipſe timor circumſpicientibus aquam feciſſet. excidere etiam ſævientes quidam in flumen. ſed pondere ipſo ſtabiles, dejectis rectoribus, quærendis pedetentim

1 *Ut quemque timentem altitudinem deſtituerat vadum, impetu ipſo fluminis in alteram ripam rapiente*] Senſus, quem elicere Glareanus non potuit, hic eſt: Elephantem à rectore ſuo irritatum, cum eundem refugientem in aquam ſequeretur, traxiſſe gregem impetu ipſo fluminis in alteram ripam rapiente, prout quiſque eorum altitudinem aquæ timens, à vado deſtituebatur. *Sigonius.*

2 *Deſtituerat vadum*] Duo Pal. Men. Voſſ. Andreas: *deſtitueret vado.* Tarviſ. quoque & Venetæ, *vado*: ſed *deſtituerat.* Juntas quod editur. Legendum videtur: *deſtituerant vada.* J. Fr. Gron.

3 *Tranſgreſſi ſunt, ea extemplo*] Pronomen manavit è corrigendis Aldi. MSS. & priores editiones id ignorant, nec juvat orationem ſatis abſque eo perſpicuam. *Idem.*

4 *Trepidationem aliquantum edebant*] Rectius Pal. & Juntas: *trepidationis.* Sic & Gudianus. Flor. *trepidationi aliquantum.* Statim Voſſ. Men. Pal. *circumſpectibus.* Flor. Gud. & Pal. alter, *circumſpectantibus.* Idem.

1 *Victo-*

29 tim vadis, in terram evaſcre. Dum elephanti trajiciuntur, interim Annibal Numidas equites quingentos ad caſtra Romana miſerat ſpeculatum, ubi & quantæ copiæ eſſent, & quid pararent. Huic alæ equitum miſſi, ut ante dictum eſt, ab oſtio Rhodani trecenti Romanorum equites occurrunt. prœlium atrocius quam pro numero pugnantium editur. Nam præter multa vulnera, cædes etiam prope par utrimque fuit: fugaque & pavor Numidarum, Romanis jam admodum feſſis victoriam dedit. [1] victores ad centum ſexaginta; nec omnes Romani, ſed pars Gallorum: [2] victi amplius ducentis ceciderunt. [3] Hoc principium, ſimulque omen belli, ut ſummæ rerum proſperum eventum, ita [4] haud ſane incruentam ancipitiſque certaminis victoriam Romanis portendit. Re ita geſta, ad utrumque ducem ſui redierunt. [5] Nec Scipioni ſtare ſententia poterat, niſi ut ex conſiliis cœptiſque hoſtis & ipſe conatus caperet: & Annibalem incertum, utrum cœptum in Italiam intenderet iter, an cum eo, qui primus ſe obtuliſſet Romanus exercitus, manus conſereret, [6] averterat à præſenti certamine. Boiorum legatorum [7] regulique Magali adventus, qui ſe duces itinerum, ſocios

1 *Victores ad centum ſexaginta*] Polybius: ὡσεὶ τ Ῥωμαίων τοὺς κελτῶν εἰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ἀγωνιζομένους. Scribe igitur: *ad centum quadraginta*. Facilis error in numeris. *J. Fr. Gron.*

2 *Victi amplius ducentis ceciderunt*] Flor. Voſſ. Mureti, *ducenti*. Et ſic paſſim Livius. Intelligitur enim *ne quam*. Idem.

3 *Hoc principium ſimulque omen belli*] Flor. & Cantabr. *Hoc principium ſimul omenque belli*. Jac. Gron.

4 *Haud ſane incruentam ancipitiſque certaminis vict.*] MSS. plerique *incruente*. Alii, in quibus Cantabrig. & Gud. *incruenti*. Habet alibi vulgatum Livius, ſed ſolenne tamen ipſi eſt, *haud magni certaminis res fuit*. Idem.

5 *Nec Scipioni ſtare ſententia poterat, niſi ut*] Lego, *Scipioni*. Hoc enim Latina locutio poſtulat, ſic paulo poſt: *Annibal, poſtquam ipſi ſententia ſtetit pergere ire*. Et libro 30. *Proinde ſeu ipſi ſtaret jam ſententia, ſeu conſulendi Aſdrubal eſſet*. Et libro 44. *Interim conſuli ſententia ſtetit eo ſaltu ducere*. Sigon.

6 *Averterat à præſenti certamine*] Aldi donum, & ſecutus Frobenius. Juntas, quod ab Andrea omnes, *avertit*: nec ſecus Flor. Voſſ. Gud. Men. Pall. *J. Fr. Gron.*

7 *Reguli Matali adventus*] *Magili*, ex Polybio τοῦ βασιλίσκου τοῦ Μάγηλου. Sigonius.

Regulique Matali] Nomen hoc variat in ſcriptis: *Malcali, Machali, Macali*. Quare putem *Magali* ſcribendum.

ſocios periculi fore, affirmantes, integro bello, nuſquam ante libatis viribus, Italiam aggrediendam cenſent. Multitudo timebat quidem hoſtem; nondum obliterata memoria ſuperioris belli: ſed magis iter immenſum Alpeſque, rem fama utique inexpertis horrendam, metuebat. Itaque Annibal poſtquam ipſi ſententia ſtetit pergere ire, atque Italiam petere, advocata concione, varie militum verſat animos caſtigando adhortandoque. *Mirari ſe, quinam pectora ſemper impavida repens terror invaſerit. per tot annos vincentes eos ſtipendia facere, neque ante Hiſpania exceſſiſſe, quam omnes* [1] *genteſque & terræ eæ, quas duo diverſa maria amplectantur, Carthaginienſium eſſent. Indignatos deinde, quod quicumque Saguntum obſediſſent, velut ob noxam ſibi dedi poſtularet populus Romanus, Iberum trajeciſſe ad delendum nomen Romanorum, liberandumque orbem terrarum. Tum nemini viſum id longum, quum* [2] *ab occaſu ſolis ad ortum intenderent iter. Nunc poſtquam multo majorem partem itineris emenſam cernant, Pyrenæum ſaltum inter ferociſſimas gentes ſuperatum, Rhodanum tantum amnem, tot millibus Gallorum prohibentibus, domita etiam ipſius fluminis vi, trajectum, in conſpectu* [3] *Alpes habeant, quarum alterum latus Italiæ ſit; in ipſis portis hoſtium fatigatos ſubſiſtere: quid Alpes aliud eſſe credentes, quam montium altitudines?* [4] *Fingerent altiores Pyrenæi jugis. nullas profecto*

dum. Polybius *Magilon* vocat. Cæterum hæ literæ commutantur ſæpe in barbaricis nominibus. Ut *Maſiniſſa* & *Maſaniſſa*, *Mithridates* & *Mithradates*, *Κιδέθης* & *Indibilis*, *Hampſicora* & *Hampſagoras*, *Κατὼν Catina*. J. Fr. Gron.

1 *Genteſque & terræ eæ quas*] Hoc ab Laurentio Valla, quum in omnibus ſcriptis ſit, *terras eas* &c. *eſſe*: quod defenditur more obliquarum orationum. Poſſis tamen ſuſpicari: *genteſque & terras eas* &c. *Carthaginienſium feciſſent*. Idem.

2 *Ab occaſu ſolis ad exortus*] Vet. lib. *ad ortum*. Sigonius. Voſſ. Flor. & edd. *ad exortus*. J. Fr. Gronovius.

3 *Alpes habeant, quarum alterum latus Italiæ ſit*] Non utique Italia ipſa latus Alpium, ſed Alpium alterum latus eſt *Italiæ* ſcilicet pars, & ad eam pertinet. Itaque recte Put. & ſcripti, nec non And. Tarv. Ven. Bec. Aſc. *Italiæ*: in Mag. prima video mutatum. Lib. 21. *Cognitum ex captivis, præter viginti naves, cujus ipſi claſſis eſſent, in Italiam miſſas, quinque & triginta alias quinqueremes Siciliam petere.* Idem.

4 *Fingeret altiores Pyrenæi jugis*] *Pyrenæi*, & alii & maxime Put. antiquiſſimus omnium tota Europa ad hoc uſque

fecto terras cælum contingere, nec inexſuperabiles humano generi eſſe. [1] *Alpes quidem habitari, coli, gignere atque alere animantes. pervias paucis eſſe. exercitibus invias? eos ipſos quos cernant, legatos non pennis ſublime elatos Alpes tranſgreſſos:* [2] *ne majores quidem eorum indigenas, ſed advenas Italiæ cultores,* [3] *has ipſas Alpes ingentibus ſæpe agminibus cum liberis ac conjugibus, migrantium modo,* [4] *tuto tranſmiſiſſe. Militi quidem armato, nihil ſecum præter inſtrumenta belli portanti, quid invium aut inexſuperabile eſſe? Saguntum ut caperetur, quid per octo menſes periculi, quid laboris exhauſtum eſſe? Romam orbis terrarum caput petentibus, quicquam adeo aſperum atque arduum videri, quod inceptum moretur?* [5] *Cepiſſe quondam Gallos ea, quæ adiri poſſe Pœnus deſperet. proinde aut cederent animo atque virtute genti per eos dies toties ab ſe victæ: aut itineris finem ſperent campum interjacentem Tiberi ac mœnibus Romanis.* His ad-
31 hortationibus incitatos corpora curare, atque ad iter ſe parare jubet. Poſtero die profectus adverſa ripa Rhodani, mediterranea Galliæ petit: non quia rectior ad Alpes via eſſet, ſed quantum à mari receſſiſſet, [6] minus obviam fore Romanum credens: cum quo, priuſquam in Italiam ventum foret, non erat in animo, manus conſerere. Quartis caſtris [7] ad Inſulam pervenit: ibi Arar Rho-

uſque viſorum, à cujus contextu nunquam facile recedendum. Sed rurſus deſtituit nos à fine hujus ad ultima 41 capitis. *J. Fr. Gron.*

1 *Alpes - - - pervias paucis eſſe, exercitibus invias*] Malim, *pervias paucis, eſſe exercitibus invias*, id eſt, quas pauci legati Gallorum ſuperaverint, eas hic exercitus non trajiciet. *Sigonius.*

Alpes - - - - exercitibus invias] Non inepte quicunque Mediolani ſupplevit. nam Romæ: *pervias paucis eſſe exercitibus: eos ipſos.* Et ſic Flor. Voſſ. Gud. Men. Pall. Numquid, *pervias paucis eſſe, non exercitibus?* J. Fr. Gron.

2 *Nec majores quidem eorum*] Vet. lib. *ne majores quidem eorum.* Sigon.

3 *Has Alpes ingentibus ſæpe agminibus*] Quoties Galli Alpes ſuperaverint ante hoc tempus, tradidit ſupra lib. 6. & Polybius lib. 2. *Idem.*

4 *Tuto tranſmiſiſſe*] Vet. lib. *tute tranſiſſe.* Idem.

5 *Cepiſſe quondam Gallos ea*] Romam intelligit. *Idem.*

6 *Minus obviam fore*] Quod conjeceram dudum, Flor. unicus: *obvium.* J. Fr. Gron.

7 *Ad Inſulam pervenit, ibi Arar Rhodanuſque amnis diverſis ex Alpibus decurrentes*] Polybius: ἦλθε πρὸς τὴν καλουμένην Νῆσον, ἔχουσαν δὲ τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τοῦ συμπτώματος· τὴν μὲν γὰρ ὁ Ῥοδανὸς, τὴν δὲ Σκόρας προσαγορεύομεν-

Rhodanuſque amnes, diverſi ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulum amplexi, confluunt in unum. Mediis campis Inſulæ nomen inditum. [1] incolunt prope Allobroges, gens jam inde nulla Gallica gente opibus aut fama inferior: tum diſcors erat. Regni certamine ambigebant fratres. major, & qui prius imperitarat, Brancus nomine, minore ab fratre & cœtu juniorum, [2] qui jure minus, vi plus poterat, pellebatur. Hujus ſeditionis peropportuna diſceptatio quum ad Annibalem rejecta eſſet, arbiter regni factus, [3] quod erat ſenatus principumque ſententia futurum, imperium majori reſtituit. ob id meritum commeatu [4] copiaque rerum omnium & veſtis eſt adju-

ῥυόμενοι, ἰόντες παρ' ἑκατέρους ἢ πλάσεις συμπίπτουσιν. mendum tamen puto eſſe in voce Σκώρας pro ὁ Ἄραρ. *Sigonius.*

Ad Inſ. perv. ibi Ar Rh. a. diverſi ex Alpibus decurrentes] Hæc conjectura eſt Philippi Rubenii. Veteres omnes libri *diverſis.* An fuit *divortiis.* Curtius de Tigri & Euphrate lib. 4. *Ipſi amnes ex Armenia montibus profluunt, ac magno deinde aquarum divortio iter, quod cæpere, procurrunt.* Cicero 3 de Orat. *Ut ex Apennino fluminum, ſic ex communi ſapientium jugo ſunt doctrinarum facta divortia.* J. Fr. Gron.

Ad Inſ. perv. ibi Arar Rhodanuſque &c.] Omnia prorſus integritatem hujus lectionis refutant, nec poteſt ullo modo de Arare ac Rhodano tale quid affirmari; Arare ad Sequanos Helvetioſque tendente, ut patet ex Cæſare 1 bell. Gall. Ex aliis MSS. nullam varietatem obſervatam video, quum tamen Cantabrigiæ legerim: *pervenit. Biſarar Rhodanuſque.* Itaque idem hoc loco agendum, quod nuper in Polybio fecimus, reponendumque: *pervenit. Iſara Rhodanuſque amnes diverſis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantum amplexi, confluunt in unum. Inde mediis campu Inſula nomen inditum.* Nam Flor. Voſſ. Gud. cum eodem Cant. *in mediis*; omnes vero *aliquantum* non *aliquantulum.* His inſcribendus eſt Cluverius lib. 1 Italiæ. Et fruſtratio eſt Phil. Rubenii, dum quia ex iiſdem Alpibus, non diverſis eos amnes currere ſibi inculcat, corrigentis *diverſi. Diverſis ex Alpibus,* eſt ex alia atque alia parte earundem Alpium. Id mutari vix placet. *Jac. Gron.*

1 *Accolunt prope Allobroges*] Tres Pall. Fl. Men. Voſſ. Aldina: *incolunt.* ut Cæſar lib. 1 de Gall. *Proximi ſunt Germani, qui trans Rhenum incolunt, quibuſcum continenter bellum gerunt.* Sueton. Julio 25. *Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum aggreſſus.* Noſter principio operis: *qui inter mare Alpeſque incolebant.* J. Fr. Gron.

2 *Qui jure minus, vi plus poterat*] Ad *fratrem* referre ſerum eſt, ad *cœtum* ineptum. Ergo ad juniores: & legatur invitis omnibus libris, *poterant.* Idem.

3 *Quod erat ſenatus principumque ſententia futurum*] Voſſ. & Men. *quod ea.* Flor. & Gud. *quod ea ſenatus principumque ſententia fuerat.* de quo dubitare nefas. *Idem.*

4 *Copiaque omnium rerum & veſtimentis*] Scripti o. & Andr. Becc. Ven. Tarv. Ald. Juntas: *& veſtis.* Aſcenſius & Mag. jam mutatum habent: ſed male. Cicero in Verrin. *Argenti veſtiſque*

adjutus, quæ infames frigoribus Alpes præparare cogebant. Sedatis certaminibus Allobrogum, quum jam Alpes peteret, non recta regione iter instituit; sed [1] ad lævam in Tricastinos flexit: inde per extremam oram Vocontiorum agri tetendit in Tricorios: haud usquam impedita via, priusquam ad Druentiam flumen pervenit. Is & ipse Alpinus amnis, longe omnium Galliæ fluminum difficillimus transitu est. nam quum aquæ vim vehat ingentem; non tamen navium patiens est: quia nullis coërcitus ripis, pluribus simul, neque iisdem alveis fluens, [2] nova semper vada novosque gurgites faciens (& ob eadem pediti quoque incerta via est), ad hæc [3] saxa glareosa volvens, nihil stabile, nec tutum ingredienti præbet; & tum fortè imbribus auctus, ingentem transgredien-

sisque stragula quod fuerit, curasse auferendum. Iterum: *Plurimam vestem Melitensem, plurimam stragulam.* Nostet lib. 31. *Aurum & argentum in forum deferri, vestem pretiosam in naves.* Lib. 44. *Quanta omnium præparata cura regia copia multitudini foret, quibusque muneribus principes advenientes, vestu, argenti equorumque excepturus rex esset.* Sed plus hic infuscati. Promiscui libri, *copiaque rerum omnium vestis*, sine copulativa: quod mirabar priusquam in Fl. & Gud. inveni: *copiaque omnium rerum, maxime vestis.* Hoc quoque præclarum: sed tamen aliquid supereſt. Flor. Voss. Men. *quod inf. fr. Alpes præparari.* Totum igitur accipe ex Gudiano: *Ob id meritum commeatu copiaque rerum omnium, maxime vestis, est adjutus, quam infames frigoribus Alpes præparari cogebant.* J. Fr. Gron.

1 *Ad lævam in Tricastinos flexit, inde --- ad Druentiam flumen pervenit*] Hoc de itinere nihil Polybius: at Ammianus libro 15. *Annibal Taurinis ducentibus accolis per Tricastinos, & oram Vocontiorum extremam, ad saltus Tricorios venit. indeque exorsus aliud iter antehac insuperabile fecit, excisaque rupe in immensum elata per Druentiam flumen gurgitibus vagis in totum regiones occupavit Etruscas.* Sigonius.

2 *Nova semper vada novosque gurgites faciens*] Tò *faciens* prodiit ex officina Mediolanensi. Romæ ignoravit Andreas, & arguunt τοῦτο omnes scripti. Livius verbum *volvens* ad hæc omnia sufficere putavit: nam & *vada volvere ac gurgites* bene dicitur amnis, qui volvendo arenas facit vada hac, illac gurgites. *J. Fr. Gron.*

3 *Saxa glareosa volvens*] Veteres libri, *glomerosa*, recte. Subdit enim, *nihil stabilis, nec tuti ingredientibus præbet.* Sigonius.

Saxa glomerosa volvens, nihil stabilis nec tuti] Sic partim à Sigonio, partim ab Aldo. Scripti tamen fere ut Andreas: *glareosa, at nihil stabile nec tutum.* Unus è Pall. Tarvis. Ven. Bec. Asc. Aldus, Mogunt. etiam *globosa.* Sic lib. 38. *Saxis globosis, quibus ferme arena immistis strata littora sunt, funda mare apertum incessentes.* Plinio tamen *glareosum solum* & Columellæ *glareosa loca.* Sed *saxa glareosa* parum bene. Scribe: *adhæc saxa glareasve.* Vel *glareasque.* J. Fr. Gron. Lib. 25, 17. *Saxisque, quæ volvit amnis, propugnantem.*

1 Nec

gredientibus tumultum fecit, quum ſuper cætera trepidatione ipſi ſua atque incertis clamoribus turbarentur. P. Cornelius conſul triduo fere, poſtquam Annibal ab 32
ripa Rhodani movit, quadrato agmine ad caſtra hoſtium venerat; nullam dimicandi moram facturus. cæterum ubi deſerta munimenta, [1] nec facile ſe tantum prægreſſos aſſecuturum videt, [2] ad mare ac naves rediit; tutius faciliuſque ita deſcendenti ab Alpibus Annibali occurſurus. ne tamen nuda auxiliis Romanis Hiſpania eſſet, quam provinciam ſortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum adverſus Aſdrubalem miſit: non [3] ad tutandos tantummodo veteres ſocios conciliandoſque novos, ſed etiam ad pellendum Hiſpania Aſdrubalem. ipſe cum admodum exiguis copiis [4] Genuam repetit; eo, qui circa Padum erat, exercitu Italiam defenſurus. Annibal ab Druentia campeſtri maxime itinere cum bona pace ad Alpes incolentium ea loca Gallorum pervenit. Tum [5] quamquam fama prius (qua incerta in majus vero ferri ſolent) præcepta res erat; tamen ex propinquo viſa montium altitudo, niveſque cœlo prope immixtæ, tecta informia impoſita rupibus, pecora jumentaque torrida frigore, homines intonſi & inculti, [6] animalia

1 *Nec facile ſe tantum progreſſos*] Lege, *prægreſſos*. Voſſ. *præverſos*: ſed ad marginem *progreſſos*. J. Fr. Gron.

2 *Ad mare ad naves rediit*] Sic jam Mog. ſed priores & ſcripti: *ad mare ac naves*. Lib. 22. *Tumultuſque prius in terra quam ad mare & ad naves eſt ortus*. Lib. 25. *Atinio cum ſuis ad mare ac naves deducto*. Idem.

3 *Ad tutandos tantummodo*] Tres Pall. Men. *tuendos*. Voſſ. *adjiciendos*, & in margine *alliciendos*. Idem.

4 *Genuam repetit*] Antea *Placentiam*. at *Genuam* habent & veteres libri, & Ammianus loco citato. Supra autem dixit eum præter oram Ligurum perveniſſe Maſſiliam. *Sigonius*.

5 *Quamquam fama prius qua quidem*] Tres Pall. & Voſſ. ablegant τὸ *quidem*: dein Voſſ. & Men. *præcepta*. Ego vero libens induxerim τὸ *res*: ut, *præcepta erat*, reſpiciat τὸ *altitudo*: aut etiam fecerim, *præcepta erant*. nempe omnia quæ mox exponit. Nam *prius præcepta* non magis me offendit, quam alibi *ante præcautum*: niſi τὸ *prius* delere mavis. J. Fr. Gron.

Qua quidem incerta] Flor. Voſſ. Gud. *quia incerta*. Gudianus etiam & Andreas, *ſolet*. Forte: *qua incerta in majus vero ferre ſolet*. Florent. quoque *præcepta*. Idem.

6 *Animalia inanimaque omnia*] Et hoc Mediolanenſis eſt officinæ acce-

lia inanimaque omnia rigentia gelu, cætera viſu quam dictu fœdiora, terrorem renovarunt. Erigentibus in primos agmen clivos apparuerunt imminentes tumulos inſidentes montani: qui ſi valles occultiores inſediſſent, coorti in pugnam repente, ingentem fugam ſtragemque dediſſent. Annibal conſiſtere ſigna jubet: [1] Galliſque ad viſenda loca præmiſſis, poſtquam comperit tranſitum ea non eſſe, caſtra inter confragoſa omnia præruptaque, quam extenſiſſima poteſt valle locat. Tum per eoſdem Gallos, haud ſane multum lingua moribuſque abhorrentes, quum ſe immiſcuiſſent colloquiis montanorum, edoctus interdiu tantum obſideri ſaltum, nocte in ſua quemque dilabi tecta; luce prima ſubiit tumulos, ut ex aperto atque interdiu [2] viam per anguſtias facturus. Die deinde, ſimulando aliud quam quod parabatur, conſumpto, quum eodem quo [3] conſtiterant loco caſtra communiſſent, ubi primum degreſſos tumulis montanos, laxataſque ſenſit cuſtodias, pluribus ignibus quam pro numero manentium in ſpeciem factis, impedimentiſque cum equite relictis, & maxima parte peditum; ipſe cum expeditis acerrimo quoque viro raptim anguſtias evadit: iiſque ipſis tumulis, quos hoſtes tenuerant, conſedit.
33 Prima deinde luce caſtra mota & agmen reliquum incedere cœpit. Jam montani ſigno dato ex caſtellis ad ſtationem ſolitam conveniebant; quum repente conſpiciunt alios arce occupata [4] ſua ſuper caput imminentes, [5] alios via

ptum à Laur. Valla. Romani & ſcripti, *inanimaliaque*. Lege *inanimataque*. Statim quoque conſenſu ſcripti, *terrorem renovarunt*, non *renovavere*. J. Fr. Gron.

1 *Galliſque ad viſenda loca præmiſſis*] Legatos Bojorum intelligit, qui ſe hujus itineris duces futuros eſſe profeſſi fuerant. *Sigonius.*

2 *Viam per anguſtias facturus*] Sic quoque primi Mediolanenſes. Scripti & Romæ Andreas: *ut ex aperto atque interdiu viam per anguſtias facturus*. Quod quid neceſſe fuerit mutari, non video. Vide ad 32, 9. *J. Fr. Gron.*

3 *Conſtiterat loco caſtra communiſſet*] Scripti, *eodem quo conſtiterant loco caſtra communiſſent*. ut intelligantur Pœni vel milites, non ſolus Hannibal, ut ad proxima verba. *Idem.*

4 *Sua ſuper capita imminentes*] Vet. lib. *ſua ſupra capita*. Sigonius.

5 *Alios via tranſire*] Forte, *alios infra tranſite*. J. Fr. Gron.

1 *Objo-*

via tranſire hoſtes. Utraque ſimul [1] objecta res oculis, animis immobiles parumper eos defixit. deinde ut trepidationem in anguſtiis, [2] ſuoque ipſum tumultu miſceri agmen videre, equis maxime conſternatis, quicquid adjeciſſent ipſi terroris, ſatis ad perniciem fore rati, perverſis rupibus, juxta invia ac devia aſſueti diſcurrunt. Tum vero ſimul ab hoſtibus, ſimul ab iniquitate locorum Pœni oppugnabantur; pluſque inter ipſos, (ſibi quoque tendente ut periculo prius evaderet) quam cum hoſtibus certaminis erat. Equi maxime infeſtum agmen faciebant, qui & clamoribus diſſonis, quos memoria etiam repercuſſæque valles augebant, territi trepidabant; & icti forte aut vulnerati adeo conſternabantur, ut ſtragem ingentem ſimul hominum ac ſarcinarum omnis generis facerent: multoſque turba, quum præcipites deruptæque utrimque anguſtiæ eſſent, in immenſum altitudinis dejecit; [3] quoſdam & armatos. inde ruinæ maximæ modo jumenta cum oneribus devolvebantur. Quæ quamquam fœda viſu erant, ſtetit parumper tamen Annibal ac ſuos continuit, ne tumultum ac trepidationem augeret. deinde

1 *Objecta res oculis, animis immobiles*] Notatum patri video, in uno Gud. hanc ſcripturam exſtare. Flor. & Voſſ. *oculis animiſque imm.* quod & ipſe in Cantabr. & Oxon. offendi. Nec defixi, animo magis ſunt immobiles quam corpore, nec unam partem hominis turbatam refert Livius hoc loco potius, quam 28, 6. *Quum omnium animos oculoſque ad certamen avertiſſet.* & alibi. *Jac. Gron.*

2 *Suoque ipſo tumultu Hannibalis*] Lege: *ſuoque ipſum tumultu miſceri agmen videre.* & ſic Flor. lib. 1. *Alios ſua ipſos invidia opportunos interemit.* nam τὸ *Annibalis* tres Pall. Men. Voſſ. refutant. Pall. quoque & Andreas, *decurrunt*, non *diſcurrunt*. Forte etiam: *per tranſverſa rupis juxta invia ac devia.* J. Fr. Gron.

3 *Quoſdam & armatos; inde ruinæ maximæ modo jumenta*] Vet. lib. *quidam & armati in ruinas maximas, modo jumenta cum oneribus devolvebantur.* Sigonius.

Quoſdam & armatos. inde ruinæ] Peſſime hunc locum tractarat Sigonius. Intelligendum hunc tumultum accidiſſe maxime circa impedimenta. Ideo quam antea hominum ſtragem, & quos præcipites turba dejectos dixit, accipio lixas & calones. Pergit: *quoſdam & armatos, ſed ruinæ maximæ modo jumenta cum oneribus.* Sic enim Florentinus à manu prima: etſi poſtea adſcripſerit aliquis *devolvebantur*. Unum verbum *dejecit* ſufficit omnibus. Nihil politius. Ibidem Flor. & Gud. *vulnerati adeo conſternabantur*, non *conſternati ſunt.* J. Fr. Gron.

ſedere: noxque una Annibali ſine equitibus atque impedimentis acta eſt. Poſtero die jam ſegnius intercurſantibus barbaris, junctæ copiæ, ſaltuſque haud ſine clade (majore tamen jumentorum quam hominum pernicie) ſuperatus. inde montani, pauciores, jam & latrocinii magis quam belli more concurſabant; modo in primum, modo in noviſſimum agmen, [1] ut cuique aut locus opportunitatem daret, aut progreſſi morative aliquam occaſionem feciſſent. [2] Elephanti, ſicut præcipites per arctas vias magna mora agebantur, ita tutum ab hoſtibus quacumque incederent (quia inſuetis adeundi propius metus erat) agmen præbebant. [3] Nono die in jugum Alpium perventum eſt per invia pleraque & errores, quos aut ducentium fraus, aut ubi fides iis non eſſet, temere initæ valles à conjectantibus iter, faciebant. [4] Biduum in jugis ſtativa habita: feſſis labore ac pugnando quies data militibus: jumentaque aliquot, quæ prolapſa in rupibus erant, ſequendo veſtigia agminis in caſtra pervenere. Feſſis tædio tot malorum, nivis etiam caſus, [5] occidente jam ſidere Virgiliarum, ingentem terrorem adjecit. Per omnia nive oppleta quum ſignis prima luce motis ſegniter agmen incederet, pigritiaque & deſperatio in omnium vultu emineret; prægreſſus ſigna Annibal, [6] in promun-

Mont. perrupto medio agmine] Sic Sigonius: omnes ſcripti noſtri ut edebatur, *erupto*. Scribendum: *montani interrupto*. Illud *INT* hauſerunt præcedentis vocis poſtremæ literæ ut ſæpe. *J. Fr. Gron.*

1 *Ut cuique aut locus*] Meliores: *utcunque aut locus*. hoc eſt, prout. Plautus: *Utcunque in alto ventus eſt, exim velum vortitur*. Idem.

2 *Elephanti ſicut præcipites*] Qui *præcipites* agebantur? nili perierunt præcipitati. Scribe: *ſicut principes*. Habes enim capite ſuperiore: *Primum agmen elephanti & equites erant*. Idem.

3 *Nono die in jugum Alpium perventum eſt*] Polyb. εννάτῳ δ' ἀφικνοῦνται εἰς τὰς ὀρεινὰς, ἀπὸ κλιτῶς ἐφόδιον ἀρξάμενοι, καὶ δύο ἡμέρας ἄνω. *Sigonius.*

4 *Biduum in jugis ſtativa*] In Cantabrig. legebam *in juges*. Itidem ex Flor. & Voſſ. notavit pater. Scribendum igitur *in jugo*, ut eſt in Gud. & præcedit *in jugum Alpium*. Jac. Gron.

5 *Occidente jam ſidere Vergiliarum*] Polyb. διὰ τὸ συνάπτειν τὴν τῶν Πλειάδων δύσιν. *Sigonius.*

6 *In promuntorio quodam*] Promuntorium hic eminens & editiſſimum in Alpibus jugum appellatur: cum alias *promuntoria* ſint prominentes in mare rupes. *Turneb.* lib. 13 Adverſ. cap. 18.

1 Car-

promuntorio quodam, unde longe ac late proſpectus erat, conſiſtere juſſis militibus, Italiam oſtentat, ſubjectoſque Alpinis montibus [1] Circumpadanos campos: mœniaque eos tum tranſcendere, non Italiæ modo, [2] ſed etiam urbis Romanæ. cætera plana, proclivia fore: [3] uno, aut ſummum altero prœlio arcem & caput Italiæ in manu ac poteſtate habituros. Procedere inde agmen cœpit; jam nihil ne hoſtibus quidem, præter parva furta per occaſionem tentantibus. Cæterum iter multo, quam in aſcenſu fuerat (ut pleraque Alpium ab Italia [4] ſicut breviora, ita arctiora ſunt) difficilius fuit. omnis enim ferme via præceps, anguſta, lubrica erat: ut neque ſuſtinere ſe à lapſu poſſent; [5] nec, ſi qui paululum titubaſſent, hærere afflicti veſtigio ſuo; aliique ſuper alios & jumenta & homines occiderent. Ventum deinde ad multo anguſtiorem rupem, atque ita rectis ſaxis, ut ægre expeditus miles tentabundus, manibuſque retinens virgulta ac ſtirpes circa eminentes, demittere ſeſe poſſet. Natura locus jam ante præceps, recenti [6] lapſu terræ, in pedum mille ad- 36

1 *Circumpadanos campos*] Polyb. τὰ περὶ τὸν Πάδον πεδία. *Sigonius.*

2 *Sed etiam urbis Romæ*] Flor. Gud. Voſſ. *Romana.* quod paſſim Livio auctoritate vett. codd. reſtituimus. *J. Fr. Gron.*

3 *Uno aut ad ſummum altero prælio*] Optimus Pal. Fl. Voſſ. Men. & Andreas Romæ: *uno aut ſummo.* Scribe: *uno aut ſummum altero.* Genus loquendi, quod ut in Cicerone, ita & in Livio non ſemel corruperunt. Lib. 31. *Binis terniſve ſummum ex manipulis aquandi cauſa miſſis.* Ubi reddidit Gelenius. Lib. 33. *Duo aut ſummum tres juvenes connixi arborem unam evellebant.* Lib. 34. *Duorum aut ſummum trium in ea re, non civitatis, culpam eſſe.* Lib. 35. *Tyrannus cum tribus ſummum equitibus ante ſigna vectabatur.* Lib. 44. *Exituri in aciem hodierno aut ſummum crastino die.* Idem.

4 *Sicut breviora, ita arctiora ſunt*] Duo Pall. Fl. Voſſ. & Andreas: *ita adrectiora ſunt.* quod forte non ſpernendum. Sequitur enim: *ita rectis ſaxis.* Lib. 38. *Ad ſeptentrionem arctas & rectas prope rupes.* Idem.

5 *Nec ſi qui paululum titubaſſent*] Flor. *ne qui.* Gud. *neque qui.* Voſſ. & Cantab. *nec qui.* Vides τὸ ſi ab ſcriptis non admitti. *Jac. Gron.*

6 *Terra lapſu in pedum mille admodum*] Ita emendavit olim Valla, cum ante legeretur: *Natura locus jam ante præceps, recenti terra lapſu impeditus, tum ille admodum altitudinem abruptus erat:* Utramque autem lectionem mendoſam eſſe ſenſus ipſe docet. Deſcribit enim Livius locum anguſtum & abruptum. Nam paulo ante dixit: *Ventum eſt ad multo anguſtiorem rupem, atque ita rectis ſaxis, ut,* &c. Ex emendatione autem Vallenſi nihil elici de

29 tim vadis, in terram evaſcre. Dum elephanti trajiciuntur, interim Annibal Numidas equites quingentos ad caſtra Romana miſerat ſpeculatum, ubi & quantæ copiæ eſſent, & quid pararent. Huic alæ equitum miſſi, ut ante dictum eſt, ab oſtio Rhodani trecenti Romanorum equites occurrunt. prœlium atrocius quam pro numero pugnantium editur. Nam præter multa vulnera, cædes etiam prope par utrimque fuit: fugaque & pavor Numidarum, Romanis jam admodum feſſis victoriam dedit. [1] victores ad centum ſexaginta; nec omnes Romani, ſed pars Gallorum: [2] victi amplius ducentis ceciderunt. [3] Hoc principium, ſimulque omen belli, ut ſummæ rerum proſperum eventum, ita [4] haud ſane incruentam ancipitiſque certaminis victoriam Romanis portendit. Re ita geſta, ad utrumque ducem ſui redierunt. [5] Nec Scipioni ſtare ſententia poterat, niſi ut ex conſiliis cœptiſque hoſtis & ipſe conatus caperet: & Annibalem incertum, utrum cœptum in Italiam intenderet iter, an cum eo, qui primus ſe obtuliſſet Romanus exercitus, manus conſereret, [6] averterat à præſenti certamine, Boiorum legatorum [7] regulique Magali adventus, qui ſe duces itinerum, ſocios

1 *Victores ad centum ſexaginta*] Polybius: ὥστε τ Ῥωμαίων καὶ Κελτῶν εἰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ἀφῃρέθησαν. τ δὲ Νουμίδων ὑπὸ τοῦ ἀριθμοῦ. Scribe igitur: *ad centum quadraginta*. Facilis error in numeris. *J. Fr. Gron.*

2 *Victi amplius ducentis ceciderunt*] Flor. Voſſ. Mureti, *ducenti*. Et ſic paſſim Livius. Intelligitur enim τὸ *quam*. Idem.

3 *Hoc principium ſimulque omen belli*] Flor. & Cantabr. *Hoc principium ſimul omenque belli*. Jac. Gron.

4 *Haud ſane incruentam ancipitiſque certaminis vict.*] MSS. plerique *incruente*. Alii, in quibus Cantabrig. & Gud. *incruenti*. Habet alibi vulgatum Livius, ſed ſolenne tamen ipſi eſt, *haud magni certaminis res fuit*. Idem.

5 *Nec Scipioni ſtare ſententia poterat, niſi ut*] Lego, *Scipioni*. Hoc enim Latina locutio poſtulat, ſic paulò poſt: *Annibal, poſtquam ipſi ſententia ſtetit pergere ire*. Et libro 30. *Proinde ſeu ipſi ſtaret jam ſententia, ſeu conſulendus Aſdrubal eſſet*. Et libro 44. *Interim conſuli ſententia ſtetit eo ſaltu ducere*. Sigon.

6 *Averterat à præſenti certamine*] Aldi donum, & ſecutus Frobenius. Juntas, quod ab Andrea omnes, *avertit*: nec ſecus Flor. Voſſ. Gud. Men. Pall. *J. Fr. Gron.*

7 *Reguli Matali adventus*] *Magili*, ex Polybio τοῦ βασιλίσκου Μαγήλου. *Sigonius.*

Regulique Matali] Nomen hoc variat in ſcriptis: *Malcali, Machali, Macali*. Quare putem *Magali* ſcribendum.

ſocios periculi fore, affirmantes, integro bello, nuſquam ante libatis viribus, Italiam aggrediendam cenſent. Multitudo timebat quidem hoſtem; nondum obliterata memoria ſuperioris belli: ſed magis iter immenſum Alpeſque, rem fama utique inexpertis horrendam, metuebat. Itaque Annibal poſtquam ipſi ſententia ſtetit pergere ire, atque Italiam petere, advocata concione, varie militum verſat animos caſtigando adhortandoque. *Mirari ſe, quinam pectora ſemper impavida repens terror invaſerit. per tot annos vincentes eos ſtipendia facere, neque ante Hiſpania exceſſiſſe, quam omnes* [1] *genteſque & terræ eæ, quas duo diverſa maria amplectantur, Carthaginienſium eſſent. Indignatos deinde, quod quicumque Saguntum obſediſſent, velut ob noxam ſibi dedi poſtularet populus Romanus, Iberum trajeciſſe ad delendum nomen Romanorum, liberandumque orbem terrarum. Tum nemini viſum id longum, quum* [2] *ab occaſu ſolis ad ortum intenderent iter. Nunc poſtquam multo majorem partem itineris emenſam cernant; Pyrenæum ſaltum inter ferociſſimas gentes ſuperatum, Rhodanum tantum amnem, tot millibus Gallorum prohibentibus, domita etiam ipſius fluminis vi, trajectum, in conſpectu* [3] *Alpis habeant, quarum alterum latus Italiæ ſit; in ipſis portis hoſtium fatigatos ſubſiſtere: quid Alpes aliud eſſe credentes, quam montium altitudines?* [4] *Fingerent altiores Pyrenæi jugis. nullas profecto*

dum. Polybius *Magilon* vocat. Cæterum hæ literæ commutantur ſæpe in barbaricis nominibus. Ut *Maſiniſſa* & *Maſaniſſa*, *Mithridates* & *Mithradates*, *Κρόβυλος* & *Indibilis*, *Hampſicora* & *Hampſagoras*, *Καρχηδών Carina*. J. Fr. Gron.

1 *Genteſque & terræ eæ quas*] Hoc ab Laurentio Valla, quum in omnibus ſcriptis ſit, *terras eas* &c. *eſſe*: quod defenditur more obliquarum orationum. Poſſis tamen ſuſpicari: *genteſque & terras eas* &c. *Carthaginienſium feciſſent*. Idem.

2 *Ab occaſu ſolis ad exortus*] Vet. lib. *ad ortum*. Sigonius. Voſſ. Flor. & edd. *ad exortus*. J. Fr. Gronovius.

3 *Alpes habeant, quarum alterum latus Italia ſit*] Non utique Italia ipſa latus Alpium, ſed Alpium alterum latus eſt *Italiæ* ſcilicet pars, & ad eam pertinet. Itaque recte Put. & ſcripti, nec non And. Tarv. Ven. Bec. Aſc. *Italiæ*: in Mag. prima video mutatum. Lib. 21. *Cognitum ex captivis, præter viginti naves, cujus ipſi claſſis eſſent, in Italiam miſſas, quinque & triginta alias quinqueremes Siciliam petere*. Idem.

4 *Fingeret altiores Pyrenæi jugis*] *Pyrenæi*, & alii & maxime Put. antiquiſſimus omnium tota Europa ad hoc uſque

fecto terras cœlum contingere, nec inexſuperabiles humano generi eſſe. [1] *Alpes quidem habitari, coli, gignere atque alere animantes. pervias paucis eſſe. exercitibus invias? eos ipſos quos cernant, legatos non pennis ſublime elatos Alpes tranſgreſſos:* [2] *ne majores quidem eorum indigenas, ſed advenas Italiæ cultores,* [3] *has ipſas Alpes ingentibus ſæpe agminibus cum liberis ac conjugibus, migrantium modo,* [4] *tuto tranſmiſiſſe. Militi quidem armato, nihil ſecum præter inſtrumenta belli portanti, quid invium aut inexſuperabile eſſe? Saguntum ut caperetur, quid per octo menſes periculi, quid laboris exhauſtum eſſe? Romam orbis terrarum caput petentibus, quicquam adeo aſperum atque arduum videri, quod inceptum moretur?* [5] *Cepiſſe quondam Gallos ea, quæ adiri poſſe Pœnus deſperet. proinde aut cederent animo atque virtute genti per eos dies toties ab ſe victæ: aut itineris finem ſperent campum interjacentem Tiberi ac mœnibus Romanis.* His ad-
31 hortationibus incitatos corpora curare, atque ad iter ſe parare jubet. Poſtero die profectus adverſa ripa Rhodani, mediterranea Galliæ petit: non quia rectior ad Alpes via eſſet, ſed quantum à mari receſſiſſet, [6] minus obviam fore Romanum credens: cum quo, priuſquam in Italiam ventum foret, non erat in animo, manus conſerere. Quartis caſtris [7] ad Inſulam pervenit: ibi Arar Rho-

uſque viſorum, à cujus contextu nunquam facile recedendum. Sed rurſus deſtituit nos à fine hujus ad ultima 41 capitis. *J. Fr. Gron.*

1 *Alpes - - - pervias paucis eſſe, exercitibus invias*] Malim, *pervias paucis, eſſe exercitibus invias*, id eſt, quas pauci legati Gallorum ſuperaverint, eas hic exercitus non trajiciet. *Sigonius.*

Alpes - - - - exercitibus invias] Non inepte quicunque Mediolani ſupplevit. nam Romæ: *pervias paucis eſſe exercitibus: eos ipſos.* Et ſic Flor. Voſſ. Gud. Men. Pall. Numquid, *pervias paucis eſſe, non exercitibus?* J. Fr. Gron.

2 *Nec majores quidem eorum*] Vet. lib. *ne majores quidem eorum.* Sigon.

3 *Has Alpes ingentibus ſæpe agminibus*] Quoties Galli Alpes ſuperaverint ante hoc tempus, tradidit ſupra lib. 6. & Polybius lib. 2. *Idem.*

4 *Tuto tranſmiſiſſe*] Vet. lib. *tuto tranſiſſe.* Idem.

5 *Cepiſſe quondam Gallos ea*] Romam intelligit. *Idem.*

6 *Minus obviam fore*] Quod conjeceram dudum, Flor. unicus: *obvium.* J. Fr. Gron.

7 *Ad Inſulam pervenit, ibi Arar Rhodanuſque amnis diverſis ex Alpibus decurrentes*] Polybius: ἦλθε πρὸς τὴν καλουμένην Νῆσον, ἔχουσαν δι' ὅλου παρεκβολήν· ἀπὸ δὲ συμπώματος τῷ μὲν ᾧ ὁ Ῥοδανὸς, τῇ δ' Σκόπας προσαγορευόμε-

Digitized by Google

Rhodanuſque amnes, diverſi ex Alpibus decurrentes, agri aliquantulum amplexi, confluunt in unum. Mediis campis Inſulæ nomen inditum. [1] incolunt prope Allobroges, gens jam inde nulla Gallica gente opibus aut fama inferior: tum diſcors erat. Regni certamine ambigebant fratres. major, & qui prius imperitarat, Brancus nomine, minore ab fratre & cœtu juniorum, [2] qui jure minus, vi plus poterat, pellebatur. Hujus ſeditionis peropportuna diſceptatio quum ad Annibalem rejecta eſſet, arbiter regni factus, [3] quod erat ſenatus principumque ſententia futurum, imperium majori reſtituit. ob id meritum commeatu [4] copiaque rerum omnium & veſtis eſt adju-

ρεύμασι, ῥέοντες πας' ἐκατέραν ἢ πλευρὰν συμπίπτουσιν. mendum tamen puto eſſe in voce Σκάρας pro ὁ Ἄραρ. *Sigonius.*

Ad Inſ. perv. ibi Ar. Rh. a. diverſi ex Alpibus decurrentes] Hæc conjectura eſt Philippi Rubenii. Veteres omnes libri *diverſis*. An fuit *divortiis*. Curtius de Tigri & Euphrate lib. 4. *Ipſi amnes ex Armenia montibus profluunt, ac magno deinde aquarum divortio iter, quod cæpere, procurrunt.* Cicero 3 de Orat. *Ut ex Apennino fluminum, ſic ex communi ſapientium jugo ſunt doctrinarum facta divortia.* J. Fr. Gron.

Ad Inſ. perv. ibi Arar Rhodanuſque &c.] Omnia prorſus integritatem hujus lectionis refutant, nec poteſt ullo modo de Arare ac Rhodano tale quid affirmari; Arare ad Sequanos Helvetioſque tendente, ut patet ex Cæſare 1 bell. Gall. Ex aliis MSS. nullam varietatem obſervatam video, quum tamen Cantabrigiæ legerim: *pervenit. Biſarar Rhodanuſque.* Itaque idem hoc loco agendum, quod nuper in Polybio fecimus, reponendumque: *pervenit. Iſara Rhodanuſque amnes diverſis ex Alpibus decurrentes, agri aliquantum amplexi, confluunt in unum. Inde mediis campis Inſulæ nomen inditum.* Nam Flor. Voſſ. Gud. cum eodem Cant. *in mediis*; omnes vero *aliquantum* non *aliquantulum*. His inſcribendus eſt Cluverius lib. 1 Italiæ. Et fruſtratio eſt Phil. Rubenii, dum quia ex iiſdem Alpibus, non diverſis eos amnes currere ſibi inculcat, corrigentis *diverſi*. *Diverſis ex Alpibus*, eſt ex alia atque alia parte earundem Alpium. Id mutari vix placet. *Jac. Gron.*

1 *Accolunt prope Allobroges*] Tres Pall. Fl. Men. Voſſ. Aldina: *incolunt*. ut Cæſar lib. 1 de Gall. *Proximi ſunt Germani, qui trans Rhenum incolunt, quibuſcum continenter bellum gerunt.* Sueton. Julio 25. *Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum aggreſſus.* Noſter principio operis: *qui inter mare Alpeſque incolebant.* J. Fr. Gron.

2 *Qui jure minus, vi plus poterat*] Ad *fratrem* referre ſerum eſt, ad *cœtum* ineptum. Ergo ad juniores: & legatur invitis omnibus libris, *poterant*. Idem.

3 *Quod erat ſenatus principumque ſententia futurum*] Voſſ. & Men. *quod ea*. Flor. & Gud. *quod ea ſenatus principumque ſententia fuerat*. de quo dubitare nefas. *Idem.*

4 *Copiaque omnium rerum & veſtimentis*] Scripti o. & Andr. Becc. Ven. Tarv. Ald. Juntas: *& veſtu*. Aſcenſius & Mag. jam mutatum habent: ſed male. Cicero in Verrin. *Argenti veſtiſque*

adjutus, quæ infames frigoribus Alpes præparare cogebant. Sedatis certaminibus Allobrogum, quum jam Alpes peteret, non recta regione iter instituit; sed [1] ad lævam in Tricastinos flexit: inde per extremam oram Vocontiorum agri tetendit in Tricorios: haud usquam impedita via, priusquam ad Druentiam flumen pervenit. Is & ipse Alpinus amnis, longe omnium Galliæ fluminum difficillimus transitu est. nam quum aquæ vim vehat ingentem; non tamen navium patiens est: quia nullis coërcitus ripis, pluribus simul, neque iisdem alveis fluens, [2] nova semper vada novosque gurgites faciens (& ob eadem pediti quoque incerta via est), ad hæc [3] saxa glareosa volvens, nihil stabile, nec tutum ingredienti præbet; & tum fortè imbribus auctus, ingentem transgredien-

sisque stragula quod fuerit, euraſſe auferendum. Iterum: *Plurimam veſtem Melitenſem, plurimam ſtragulam.* Noster lib. 31. *Aurum & argentum in forum deferri, veſtem pretioſam in naves.* Lib. 44. *Quanta omnium præparata cura regia copia multitudini foret, quibuſque muneribus principes advenientes, veſtu, argenti equorumque excepturus rex eſſet.* Sed plus hic infuscati. Promiscui libri, *copiaque rerum omnium veſtis*, sine copulativa: quod mirabar priusquam in Fl. & Gud. inveni: *copiaque omnium rerum, maxime veſtis.* Hoc quoque præclarum: sed tamen aliquid supereſt. Flor. Voss. Men. *quod inf. fr. Alpes præparari.* Totum igitur accipe ex Gudiano: *Ob id meritum commeatu copiaque rerum omnium, maxime veſtis, eſt adjutus, quam infames frigoribus Alpes præparari cogebant.* J. Fr. Gron.

1 *Ad lævam in Tricaſtinos flexit, inde --- ad Druentiam flumen pervenit*] Hoc de itinere nihil Polybius: at Ammianus libro 15. *Annibal Taurinis ducentibus accolu per Tricaſtinos, & oram Vocontiorum extremam, ad ſaltus Tricorios venit. indeque exorſus aliud iter antehac inſuperabile fecit, exciſaque rupe in immenſum elata per Druentiam flumen gurgitibus vagis in totum regionis occupavit Etruſcas.* Sigonius.

2 *Nova ſemper vada novoſque gurgites faciens*] Τὸ *faciens* prodiit ex officina Mediolanensi. Romæ ignoravit Andreas, & arguunt τοῦ ϑείας omnes scripti. Livius verbum *volvens* ad hæc omnia sufficere putavit: nam & *vada volvere ac gurgites* bene dicitur amnis, qui volvendo arenas facit vada hac, illac gurgites. *J. Fr. Gron.*

3 *Saxa glareoſa volvens*] Veteres libri, *glomeroſa*, recte. Subdit enim, *nihil ſtabilis, nec tuti ingredientibus præbet.* Sigonius.

Saxa glomeroſa volvens, nihil ſtabilis nec tuti] Sic partim à Sigonio, partim ab Aldo. Scripti tamen fere ut Andreas: *glareoſa, at nihil ſtabile nec tutum.* Unus è Pall. Tarvis. Ven. Bec. Asc. Aldus, Mogunt. etiam *globoſa.* Sic lib. 38. *Saxu globoſis, quibus ferme arenæ immiſtis ſtrata littora ſunt, ſunda mare apertum inceſſentes.* Plinio tamen *glareoſum ſolum* & Columellæ *glareoſa loca.* Sed *ſaxa glareoſa* parum bene. Scribe: *adhæc ſaxa glareaſve.* Vel *glareaſque.* J. Fr. Gron. Lib. 25, 17. *Saxiſque, qua volvit amnis, propugnantem.*

1 Nec

gredientibus tumultum fecit, quum ſuper cætera trepidatione ipſi ſua atque incertis clamoribus turbarentur. P. Cornelius conſul triduo fere, poſtquam Annibal ab 32
ripa Rhodani movit, quadrato agmine ad caſtra hoſtium venerat; nullam dimicandi moram facturus. cæterum ubi deſerta munimenta, [1] nec facile ſe tantum prægreſſos aſſecuturum videt, [2] ad mare ac naves rediit; tutius faciliuſque ita deſcendenti ab Alpibus Annibali occurſurus. ne tamen nuda auxiliis Romanis Hiſpania eſſet, quam provinciam ſortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum adverſus Aſdrubalem miſit: non [3] ad tutandos tantummodo veteres ſocios conciliandoſque novos, ſed etiam ad pellendum Hiſpania Aſdrubalem. ipſe cum admodum exiguis copiis [4] Genuam repetit; eo, qui circa Padum erat, exercitu Italiam defenſurus. Annibal ab Druentia campeſtri maxime itinere cum bona pace ad Alpes incolentium ea loca Gallorum pervenit. Tum [5] quamquam fama prius (qua incerta in majus vero ferri ſolent) præcepta res erat; tamen ex propinquo viſa montium altitudo, niveſque cœlo prope immixtæ, tecta informia impoſita rupibus, pecora jumentaque torrida frigore, homines intonſi & inculti, [6] animalia

1 *Nec facile ſe tantum progreſſos*] Lege, *prægreſſos*. Voſſ. *praverſos*: ſed ad marginem *progreſſos*. J. Fr. Gron.

2 *Ad mare ad naves rediit*] Sic jam Mog. ſed priores & ſcripti: *ad mare ac naves*. Lib. 22. *Tumultuſque prius in terra quam ad mare & ad naves eſt ortus*. Lib. 25. *Atinio cum ſuis ad mare ac naves deducto*. Idem.

3 *Ad tutandos tantummodo*] Tres Pall. Men. *tuendos*. Voſſ. *adjiciendos*, & in margine *alliciendos*. Idem.

4 *Genuam repetit*] Antea *Placentiam*. at *Genuam* habent & veteres libri, & Ammianus loco citato. Supra autem dixit eum præter oram Ligurum perveniſſe Maſſiliam. *Sigonius*.

5 *Quamquam fama prius qua quidem*] Tres Pall. & Voſſ. ablegant *tò quidem*: dein Voſſ. & Men. *præcepta*. Ego vero libens induxerim *tò res*: ut, *præcepta erat*, reſpiciat *tò altitudo*: aut etiam fecerim, *præcepta erant*. nempe omnia quæ mox exponit. Nam *prius præcepta* non magis me offendit, quam alibi *ante præcautum*: niſi *tò prius* delere mavis. J. Fr. Gron.

Qua quidem incerta] Flor. Voſſ. Gud. *quæ incerta*. Gudianus etiam & Andreas, *ſolet*. Forte: *qua incerta in majus vero ferre ſolet*. Florent. quoque *præcepta*. Idem.

6 *Animalia inanimaque omnia*] Et hoc Mediolanenſis eſt officinæ acceptum

lia inanimaque omnia rigentia gelu, cætera viſu quam dictu fœdiora, terrorem renovarunt. Erigentibus in primos agmen clivos apparuerunt imminentes tumulos inſidentes montani: qui ſi valles occultiores inſediſſent, coorti in pugnam repente, ingentem fugam ſtragemque dediſſent. Annibal conſiſtere ſigna jubet: [1] Galliſque ad viſenda loca præmiſſis, poſtquam comperit tranſitum ea non eſſe, caſtra inter confragoſa omnia præruptaque, quam extenſiſſima poteſt valle locat. Tum per eoſdem Gallos, haud ſane multum lingua moribuſque abhorrentes, quum ſe immiſcuiſſent colloquiis montanorum, edoctus interdiu tantum obſideri ſaltum, nocte in ſua quemque dilabi tecta; luce prima ſubiit tumulos, ut ex aperto atque interdiu [2] viam per anguſtias facturus. Die deinde, ſimulando aliud quam quod parabatur, conſumpto, quum eodem quo [3] conſtiterant loco caſtra communiſſent, ubi primum degreſſos tumulis montanos, laxataſque ſenſit cuſtodias, pluribus ignibus quam pro numero manentium in ſpeciem factis, impedimentiſque cum equite relictis, & maxima parte peditum; ipſe cum expeditis acerrimo quoque viro raptim anguſtias evadit: iiſque ipſis tumulis, quos hoſtes tenuerant, conſedit.
33 Prima deinde luce caſtra mota & agmen reliquum incedere cœpit. Jam montani ſigno dato ex caſtellis ad ſtationem ſolitam conveniebant; quum repente conſpiciunt alios arce occupata [4] ſua ſuper caput imminentes, [5] alios via

ptum à Laur. Valla. Romani & ſcripti, *inanimaliaque*. Lege *inanimataque*. Statim quoque conſenſu ſcripti, *terrorem renovarunt*, non *renovavere*. J. Fr. Gron.

1 *Galliſque ad viſenda loca præmiſſis*] Legatos Bojorum intelligit, qui ſe hujus itineris duces futuros eſſe profeſſi fuerant. *Sigonius.*

2 *Viam per anguſtias facturus*] Sic quoque primi Mediolanenſes. Scripti & Romæ Andreas: *ut ex aperto atque interdiu vim per anguſtias facturus.* Quod quid neceſſe fuerit mutari, non video. Vide ad 32, 9. *J. Fr. Gron.*

3 *Conſtiterat loco caſtra communiſſet*] Scripti, *eodem quo conſtiterant loco caſtra communiſſent*. ut intelligantur Pœni vel milites, non ſolus Hannibal, ut ad proxima verba. *Idem.*

4 *Sua ſuper capita imminentes*] Vet. lib. *ſua ſupra capita.* Sigonius.

5 *Alios via tranſire*] Forte, *alios infra tranſire.* J. Fr. Gron.

1 *Obje-*

via tranſire hoſtes. Utraque ſimul [1] objecta res oculis, animis immobiles parumper eos defixit. deinde ut trepidationem in anguſtiis, [2] ſuoque ipſum tumultu miſceri agmen videre, equis maxime conſternatis, quicquid adjeciſſent ipſi terroris, ſatis ad perniciem fore rati, perverſis rupibus, juxta invia ac devia aſſueti diſcurrunt. Tum vero ſimul ab hoſtibus, ſimul ab iniquitate locorum Pœni oppugnabantur; pluſque inter ipſos, (ſibi quoque tendente ut periculo prius evaderet) quam cum hoſtibus certaminis erat. Equi maxime infeſtum agmen faciebant, qui & clamoribus diſſonis, quos memoria etiam repercuſſæque valles augebant, territi trepidabant; & icti forte aut vulnerati adeo conſternabantur, ut ſtragem ingentem ſimul hominum ac ſarcinarum omnis generis facerent: multoſque turba, quum præcipites deruptæque utrimque anguſtiæ eſſent, in immenſum altitudinis dejecit; [3] quoſdam & armatos. inde ruinæ maximæ modo jumenta cum oneribus devolvebantur. Quæ quamquam fœda viſu erant, ſtetit parumper tamen Annibal ac ſuos continuit, ne tumultum ac trepidationem augeret. deinde

1 *Objecta res oculis, animis immobiles*] Notatum patri video, in uno Gud. hanc ſcripturam exſtare. Flor. & Voſſ. *oculis animiſque imm.* quod & ipſe in Cantabr. & Oxon. offendi. Nec defixi, animo magis ſunt immobiles quam corpore, nec unam partem hominis turbatam refert Livius hoc loco potius, quam 28, 6. *Quum omnium animos oculoſque ad certamen avertiſſet.* & alibi. *Jac. Gron.*

2 *Suoque ipſo tumultu Hannibalis*] Lege: *ſuoque ipſum tumultu miſceri agmen videre.* & ſic Flor. lib. 1. *Alios ſua ipſos invidia opportunos interemit.* nam τὸ *Annibalis* tres Pall. Men. Voſſ. refutant. Pall. quoque & Andreas, *decurrunt*, non *diſcurrunt*. Forte etiam: *per tranſverſa rupis juxta invia ac devia.* J. Fr. Gron.

3 *Quoſdam & armatos, inde ruinæ maximæ modo jumenta*] Vet. lib. *quidam & armati in ruinas maximas, modo jumenta cum oneribus devolvebantur.* Sigonius.

Quoſdam & armatos. inde ruinæ] Peſſime hunc locum tractarat Sigonius. Intelligendum hunc tumultum accidiſſe maxime circa impedimenta. Ideo quam antea hominum ſtragem, & quos præcipites turba dejectos dixit, accipio lixas & calones. Pergit: *quoſdam & armatos, ſed ruinæ maximæ modo jumenta cum oneribus.* Sic enim Florentinus à manu prima: etſi poſtea adſcripſerit aliquis *devolvebantur*. Unum verbum *dejecit* ſufficit omnibus. Nihil politius. Ibidem Flor. & Gud. *vulnerati adeo conſternabantur*, non *conſternati ſunt*. J. Fr. Gron.

de poſtquam interrumpi agmen vidit, periculumque eſſe, ne exutum impedimentis exercitum nequicquam incolumem traduxiſſet, decurrit ex ſuperiore loco; & quum impetu ipſo fudiſſet hoſtem, ſuis quoque tumultum auxit. ſed is tumultus momento temporis, poſtquam [1] liberata itinera fuga montanorum erant, ſedatur: nec per otium modo, ſed prope ſilentio mox omnes traducti. [2] Caſtellum inde, quod caput ejus regionis erat, [3] viculoſque circumjectos capit, [4] & captivorum pecoribus per triduum exercitum aluit. & quia [5] nec montanis primo perculſis, nec loco magnopere impediebantur, aliquantum eo triduo viæ confecit. Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, [6] ut inter montana, populum. ibi non bello aperto, ſed ſuis artibus, [7] fraude, deinde inſidiis eſt prope circumventus. Magno natu principes caſtellorum oratores ad Pœnum veniunt: *alienis malis, utili exemplo doctos*, memorantes, *amicitiam malle, quam vim experiri Pœnorum. itaque obedienter imperata facturos, commeatum itineriſque duces, & ad fidem promiſſorum obſides acciperet.* Annibal nec temere credendo, nec aſpernando, ne repudiati,

1 *Liberata itinera*] Flor. *liberatum*. Ut poſſis ſuſpicari fuiſſe, *liberatum iter*. J. Fr. Gron.

2 *Caſtellum inde, quod caput ejus regionis*] Hanc πόλιν vocat Polybius, id eſt, *urbem* eam, ex qua Allobrogum incurſiones in exercitum Annibalis fiebant. *Sigonius.*

3 *Vicoſque circumjectos*] Flor. *viculoſque circumjectos*. J. Fr. Gron.

4 *Et captivorum pecoribus per triduum*] A Valla eſt, cum libri haberent: *captivo ac pecoribus*. Poſſet quidem *captivis pecoribus* vel *captivo pecore* legi: ſed altius ulcus ſediſſe videtur. Polybius in commodis hujus victoriolæ: Παραλίπε μὲν οὖν ἐπομένους πλὴν ἱππέων καὶ ἐλαφρῶν τινὰς τούτοις ἐπιτηδείων πρὸς ἔργον· εἰς ὃ τὸ μέλλον ἦγε μὲν καὶ σῖτα καὶ ἀποσκευὴν ὅση χρεὼν ἦν μάχης δὶ ἐπιβολήν. Ergo ſuſpicio eſt, poſt *captivo*, excidiſſe quædam, quibus idem expoſuerat Livius, recepiſſe illic Annibalem magnum numerum captivorum, equorum & jumentorum, à montanis abductorum. *Idem.*

5 *Nec montanis primo perculſis nec loco*] Vitium alit τῷ *primo*. Deinde Flor. Gud. Voſſ. *loca*. Forte ſic: *& quia nec montani prælio perculſi nec loca magnopere impediebant, aliquantum eo triduo viæ confecit*. Τὸ *prælio* vidit & Valla, ſed *loco* fecit pro *loca*. Idem.

6 *Ut inter montana, populum*] *Populum* dixit, æque ac Græci δῆμον uſurpant. Qui & *populum* ſignificat & *caſtellum*. Sigonius.

7 *Fraude, deinde inſidiis*] Flor. *fraude & inſidiis*. J. Fr. Gron.

1 *Cir-*

diati, aperte hoſtes fierent, benigne quum reſpondiſſet; obſidibus quos dabant acceptis, & commeatu, quem in viam ipſi detulerant, uſus; nequaquam ut inter pacatos, compoſito agmine duces eorum ſequitur. Primum agmen elephanti & equites erant: ipſe poſt cum robore peditum [1] circumſpectans ſollicitus omnia, incedebat. Ubi in anguſtiorem viam ex parte altera ſubjectam jugo inſuper imminenti ventum eſt, undique ex inſidiis barbari à fronte [2] ab tergo coorti, cominus eminus petunt: ſaxa ingentia in agmen devolvunt: maxima ab tergo vis hominum urgebat. in eos verſa peditum acies haud dubium fecit, quin [3] niſi firmata extrema agminis fuiſſent, ingens in eo ſaltu accipienda clades fuerit. Tunc quoque ad extremum periculi, ac prope perniciem ventum eſt: [4] nam dum cunctatur Annibal agmen demittere in anguſtias; quia non, ut ipſe equitibus præſidio erat, ita peditibus quicquam ab tergo auxilii reliquerat; occurſantes per obliqua [5] montani perrupto medio agmine viam inſedere:

1 *Circumſpectans ſollicitus omnia*] Ita quoque Flor. At Voſſ. Gud. & Cantabrig. *ſollicituſque*, ut cap. 53. *ſollicitus intentuſque*. Videtur exturbatum ab iis, qui τὸ *omnia*, apponi verbo *ſollicitus* non ferebant, quum ſic lib. 38. *Ab ſollicitis vicem imperatoris militibus*. Lib. 43. *Sollicito conſuli & eorum vicem*. Talia ſunt 1, 32. *Regnum cætera egregium*. & 35. *Virum cætera egregium*. 21, 8. *Ligno cætera tereti*. Ut vix dubitandum videatur, quin ita quoque Livius dederit libro 10, cap. 39. *L. Papirius jam omnia ad dimicandum ſatis paratus*, ubi vulgo auctius *jam per omnia*. Jac. Gron.

2 *Et à tergo coorti cominus eminuſque petunt*] Elegantius Flor. *barbari à fronte, ab tergo coorti, cominus, eminus petunt*. J. Fr. Gron.

3 *Niſi firmata extrema agmina*] Scripti & Juntas, *agminis fuiſſent*, idque agnoſcit Laurentius. *Agmen* pro toto exercitu procedente. Lib. 22. *Sequi Gallos, ut id agminis medium eſſet*. Id.

4 *Dum cunctaretur*] Rectius erit: *quum cunctaretur*. Si illud voluiſſet, ſcripſiſſet: *dum cunctatur*. ut eſt in Flor. Sed nec in ſcriptis inveni τὸ *agmen*. Elephanti, equites, impedimenta erant in primo agmine & anguſtias evaſerant. Quum pedes eodem tenderet, impetum fecere barbari & maximè à tergo. Subſtitit ergo Hannibal, qui in fronte peditum incedebat, ut præſentia ſua adderet infeſtatis ab tergo animos & regeret illorum virtutem: nec paſſus eſt illos, quibuſcum ipſe erat, continenter ſequi primum agmen. Hoc eſt, *quum cunctaretur demittere in anguſtias*, pati ex eodem loco, ubi conſtiterant, qui circa ipſum erant, intelligens quæ retro agerentur, excedere & progredi in fauces. *Idem*.

5 *Montani erupto medio agm. viam inſ.*] Vet. lib. *perrupto medio agmine*. Recte. *Sigonius*.

ſedere: noxque una Annibali ſine equitibus atque impedimentis acta eſt. Poſtero die jam ſegnius intercurſantibus barbaris, junctæ copiæ, ſaltuſque haud ſine clade (majore tamen jumentorum quam hominum pernicie) ſuperatus. inde montani, pauciores, jam & latrocinii magis quam belli more concurſabant; modo in primum, modo in noviſſimum agmen, [1] ut cuique aut locus opportunitatem daret, aut progreſſi morative aliquam occaſionem feciſſent. [2] Elephanti, ſicut præcipites per arctas vias magna mora agebantur, ita tutum ab hoſtibus quacumque incederent (quia inſuetis adeundi propius metus erat) agmen præbebant. [3] Nono die in jugum Alpium perventum eſt per invia pleraque & errores, quos aut ducentium fraus, aut ubi fides iis non eſſet, temere initæ valles à conjectantibus iter, faciebant. [4] Biduum in jugis ſtativa habita: feſſis labore ac pugnando quies data militibus: jumentaque aliquot, quæ prolapſa in rupibus erant, ſequendo veſtigia agminis in caſtra pervenere. Feſſis tædio tot malorum, nivis etiam caſus, [5] occidente jam ſidere Virgiliarum, ingentem terrorem adjecit. Per omnia nive oppleta quum ſignis prima luce motis ſegniter agmen incederet, pigritiaque & deſperatio in omnium vultu emineret; prægreſſus ſigna Annibal, [6] in promun-

Mont. perrupto medio agmine] Sic Sigonius: omnes ſcripti noſtri ut edebatur, *erupto*. Scribendum: *montani interrupto*. Illud *INT* hauſerunt præcedentis vocis poſtremæ literæ ut ſæpe. *J. Fr. Gron.*

1 *Ut cuique aut locus*] Meliores: *utcumque aut locus*. hoc eſt, prout. Plautus: *Utcumque in alto ventus eſt, exin velum vortitur*. Idem.

2 *Elephanti ſicut præcipites*] Qui *præcipites* agebantur? nili perierunt præcipitati. Scribe: *ſicut principes*. Habes enim capite ſuperiore: *Primum agmen elephanti & equites erant*. Idem.

3 *Nono die in jugum Alpium perventum eſt*] Polyb. ἐνάτῃ δὲ ἡμέρᾳ τοὺς Ἄλπεις ἐπὶ τὰς ἀκροκολώνας, ἀπὸ κολίσεως ἐξελόντι δὲ, καὶ δύο ἡμέρας ἔμειν. *Sigonius.*

4 *Biduum in jugis ſtativa*] In Cantabrig. legebam *in juges*. Itidem ex Flor. & Voſſ. notavit pater. Scribendum igitur *in jugo*, ut eſt in Gud. & præcedit *in jugum Alpium*. Jac. Gron.

5 *Occidente jam ſidere Virgiliarum*] Polyb. διὰ τὸ συνάπτειν τὴν τῶν Πλειάδων δύσιν. *Sigonius.*

6 *In promunturio quodam*] Promuntorium hic eminens & editiſſimum in Alpibus jugum appellatur: cum alias *promuntoria* ſint prominentes in mare rupes. *Turneb.* lib. 13 Adverſ. cap. 18.

promuntorio quodam, unde longe ac late prospectus erat, consistere jussis militibus, Italiam ostentat, subjectosque Alpinis montibus [1] Circumpadanos campos: mœniaque eos tum transcendere, non Italiæ modo, [2] sed etiam urbis Romanæ. cætera plana, proclivia fore: [3] uno, aut summum altero prœlio arcem & caput Italiæ in manu ac potestate habituros. Procedere inde agmen cœpit; jam nihil ne hostibus quidem, præter parva furta per occasionem tentantibus. Cæterum iter multo, quam in ascensu fuerat (ut pleraque Alpium ab Italia [4] sicut breviora, ita arctiora sunt) difficilius fuit. omnis enim ferme via præceps, angusta, lubrica erat: ut neque sustinere se à lapsu possent; [5] nec, si qui paululum titubassent, hærere afflicti vestigio suo; aliique super alios & jumenta & homines occiderent. Ventum deinde ad multo angu- 36
stiorem rupem, atque ita rectis saxis, ut ægre expeditus miles tentabundus, manibusque retinens virgulta ac stirpes circa eminentes, demittere sese posset. Natura locus jam ante præceps, recenti [6] lapsu terræ, in pedum mille ad-

1 *Circumpadanos campos*] Polyb. τὰ περὶ τὸν Πάδον πεδία. *Sigonius.*

2 *Sed etiam urbis Romæ*] Flor. Gud. Voss. *Romana.* quod passim Livio auctoritate vett. codd. restituimus. *J. Fr. Gron.*

3 *Uno aut ad summum altero prælio*] Optimus Pal. Fl. Voss. Men. & Andreas Romæ: *uno aut summo.* Scribe: *uno aut summum altero.* Genus loquendi, quod ut in Cicerone, ita & in Livio non semel corruperunt. Lib. 31. *Binis terniſve summum ex manipulis aquandi causa missis.* Ubi reddidit Gelenius. Lib. 33. *Duo aut summum tres juvenes connixi arborem unam evellebant.* Lib. 34. *Duorum aut summum trium in ea re, non civitatis, culpam esse.* Lib. 35. *Tyrannus cum tribus summum equitibus ante signa vectabatur.* Lib. 44. *Exsturi in aciem hodierno aut summum crastino die.* Idem.

4 *Sicut breviora, ita arctiora sunt*] Duo Pall. Fl. Voss. & Andreas: *ita adrectiora sunt.* quod forte non spernendum. Sequitur enim: *ita rectis saxis.* Lib. 38. *Ad septentrionem arctas & rectas properupes.* Idem.

5 *Nec si qui paululum titubassent*] Flor. *ne qui.* Gud. *neque qui.* Voss. & Cantab. *nec qui.* Vides τὸ *si* ab scriptis non admitti. *Jac. Gron.*

6 *Terra lapsu in pedum mille admodum*] Ita emendavit olim Valla, cum ante legeretur: *Natura locus jam ante præceps, recenti terra lapsu impeditus, tum ille admodum altitudinem abruptus erat.* Utramque autem lectionem mendosam esse sensus ipse docet. Describit enim Livius locum angustum & abruptum. Nam paulo ante dixit: *Ventum est ad multo angustiorem rupem, atque ita rectis saxis, ut,* &c. Ex emendatione autem Vallensi nihil elici de

admodum altitudinem, abruptus erat. Ibi quum velut ad finem viæ equites constitissent, miranti Annibali quæ res moraretur agmen, nunciatur, rupem inviam esse. [1] digressus deinde ipse ad locum visendum. haud dubia res visa, quin per invia circa, nec trita antea, quamvis longo

angustia potest. Quamobrem ex veterum libris aliquot fide dignis ita legendum est: *Natura locus jam ante præceps recenti terræ lapsu impeditus in miram admodum altitudinem abruptus erat.* Duo enim significat incommoda naturalibus incommodis accessisse, quod cum natura locus jam ante præceps esset, nunc dejectu terræ impeditus erat, & in magnam admodum altitudinem abruptus. Quo fit, ut expresserit causam, cur dixerit: *Multo angustiorem rupem, atque ita rectis saxis.* Ita etiam Polyb. ἔτι τῶν ὑποζυγίοις δυνατὸν ἦν παρελθεῖν διὰ τὴν στενότητα, σχεδὸν ἓξ καὶ τεσσαράκοντα ἡμιποδίων τῆς γῆς ἀπορρωγός, καὶ πρὸ τοῦ μὲν ἄπους, τότε δ' οὐ μόνον ὅτι ἀφορμὰς ἀπορρωγίας· ἐντεῦθεν πάλιν ἀδυνάτους, οὐ λεπτοκαρδίωσαι συνέβη τὸ πλῆθος. Et paulo ante dixerat: ἄπους γὰρ στενῆς, οὐ κατασφαλοῦς τῆς κατασάσεως. *Sigonius.*

Terra lapsu in pedum mille admodum] A Laurentio Valla est hæc lectio, neque propius potuit ad vett. lib. in quibus: *impeditus dum ille.* Sigonius tamen eam rejicit, quia ex hac emendatione nihil de angustia loci possit elici. Neque debebat: satis præcedenti periodo monuisse de illa Livium. Quod autem oggerit ille, *impeditus in miram admodum*, à mala manu est, neque invenitur nisi in recentissimis & interpolatis codicibus. Auctor ejus in mente habuit Ciceronis 5 Verr. *Saxo in mirandam altitudinem depresso.* Ego vero amplector Vallæ restitutionem, cum præsertim Polybius eam firmet: σχεδὸν ἓξ καὶ τεσσαράκοντα ἡμιποδίων τῆς γῆς ἀπορρωγός, καὶ πρὸ τοῦ μὲν ἄπους, τότε δὲ καὶ μᾶλλον ἐπὶ πλέον ἀπορρωγάς. Viri summi interpretatio: *in pedes fere centum nonaginta.* Atqui tot passus faciunt præterpropter tria ἡμιστάδια. Hoc credo voluit. Sunt autem ista singula trecentenum pedum. Sic ergo jam olim nongentenum pedum altitudine fuisse illud abruptum, tunc autem recenti lapsu etiam plurium, ait Polybius; *mille admodum* Livius: quid proximius? Superius hoc libro c. 28 ratis describitur, qua Rhodanum transvecti elephanti, *ducentos longa pedes*, Polybio δύο πλέθρα, quæ plane conveniunt, si πλέθρον est centum pedum, seu sexta pars stadii, δίπλεθρον triens ejusdem. At vir summus vertit, *jugera duo*: qua ratione, cum jugerum sit minimum pedum ducentorum, quadringentos pedes voluerit Polybius: id quod verisimile non est. *J. Fr. Gron.*

1 *Digressus deinde - - - haud dubia res visa, quin per invia circa, nec trita antea, - - - circumduceret agmen*] Sensus est: Digressus ad rupem invisendam Annibal sensit, se per invia loca, nec trita antea agmen ducere, neque ea re quicquam profeciſe quod longo ambitu exercitum circumduxisset, quo facilius & expeditius iter haberet. Polybius ait, Annibalem inspecta rupe conatum esse eam superare, verum nova accedente nive deterritum esse, atque ad saxum illud cædendum se convertisse, in quo nihil ab eo dissidet Livius. *Sigonius.*

Digressus deinde ipse] Fortasse: *digresso deinde ipsi ad locum visendum haud dubia res visa, quin per invia circa nec trita antea, quamvis longo ambitu, circumduceret agmen.* Sensum ait esse Sigonius advertisse Annibalem se per invia loca agmen ducere, nec quicquam profeciſſe, quod longo ambitu

longo ambitu circumduceret agmen. Ea vero via insuperabilis fuit. nam quum super veterem nivem intactam nova modicæ altitudinis esset: molli, nec prælta nivi facile pedes ingredientium insistebant. ut vero tot hominum jumentorumque incessu dilapsa est, per nudam infra glaciem, [1] fluentemque tabem liquescentis nivis ingrediebantur. Tetra ibi luctatio erat ut à lubrica glacie, non recipiente vestigium, & [2] in prono citius pede se fallente, & seu manibus in assurgendo seu genu se adjuvissent, ipsis [3] adminiculis prolapsi, si iterum corruissent, nec stirpes circa radicesve, ad quas pede aut manu quisquam

tu exercitum circumduxisset. Hic error inde, quod non vidit, *το circumduceret*, poni ut significet, circumducendum esset, circumducere deberet. Remedium enim difficultatis, in qua erant, exponitur. Sic Cic. lib. 2 de Offic. *cum consuleretur, utrum bono viro pauperi an minus probato diviti filiam collocaret.* J. Fr. Gron.

1 *Fluentemque labem*] Omnino *tabem*. Cicero 2 de natura Deorum: *Aquilonibus reliquisque frigoribus durescit humor, & idem vicissim mollitur tepefactus & tabescit calore.* Seneca 3 nat. q. 27. *Congesta seculis tabuerunt nives.* Lib. 4, 2 idem: *Tunc enim maxima integræque adhuc nives, ex mollissimaque tabes est.* Et cap. 5. *Teneram & tabefactam nivem* dicit. *J. Fr. Gron.*

2 *In prono citius pede se fallente*] Nisi mavis, *pedem fallente.* Idem.

3 *Adminiculis prolapsi, iterum*] Scribo: *ipsis adminiculis prolapsi si iterum corruissent; (nec stirpes circa radicesve, ad quas pede aut manu quisquam eniti posset, erant) itaque in levi tantum glacie tabidaque nive volutabantur. Jumenta secabant interdum etiam tum infimam ingredientia nivem, & prolapsa.* Quum jungimus sine interpunctione *prolapsa corruissent*, memineris nihil esse superflui. Virgilius: *autumni frigore primo Lapsa cadunt folia.* Cicero 1 de Offic. *De manibus audacissimorum civium*

delapsa arma ceciderunt. Petronius: *Sera sua sponte delapsa cecidit.* Noster lib. 5 de Camillo: *Convertentem se inter hanc venerationem prolapsum cecidisse.* Adeo illis offendi Glareanus non debuit. Attamen Flor. Voss. Mur. *prolapsis iterum.* Deinde Flor. Gud. Mur. *corruerent.* Forte: *& seu manibus in assurgendo seu genu se adjuvissent, ipsis adminiculis prolapsis iterum corruebant.* id est, manibus genibusque, quibus innitebantur, non firmatis in vestigio, sed, ut in lubrico, elusis ac fluentibus. Post *παρένθεσιν το itaque* eleganter *παρέλκει*: ita enim cohæret oratio ut dicat, cum quis cecidisset, & manu genuve conatus erigere sese, ipsam manum ipsumque genu, perinde ut ante pedes, frustrata glacie, rursum porrectus esset, quia nihil erat stirpium, quod comprehenderent ad se sustinendos, nihil nisi volutatos fuisse, quoad fortunæ libuisset. Particulam autem illam prorsus eodem modo interpositam videre licet lib. 2, 12, ubi, ut & hic, illustrandam nobis præbuit Sigonius. Adhuc de hominibus: nunc etiam aliquid proprium de jumentis. Illa vero non modo ut homines, volutabantur in tabe nivium super glaciem, sed interdum etiam *infimam* illam nivem, hoc est veterem, duram, molli primum & recenti nive, dein ejus li-

que-

quam eniti poſſet, erant. [1] Ita in levi tantum glacie tabidaque nive volutabantur jumenta: ſecabant interdum, etiam tum infimam ingredientia nivem, & prolapſa jactandis gravius [2] in continendo ungulis, penitus perfringebant: ut pleraque velut pedica capta hærerent [3] in du-
37 rata & alte concreta glacie. Tandem nequicquam jumentis atque hominibus fatigatis, caſtra in jugo poſita; ægerrime ad idipſum loco purgato: tantum nivis fodiendum atque egerendum fuit. Inde ad rupem muniendam, [4] per quam unam via eſſe poterat, milites ducti, quum

queſcentis tabe obtectam, tum ingredientia pondere & mole corporum ac ſarcinarum gravatam ſecabant collidebantque, tum prolapſa contentius jactando ungulas ad firmandum veſtigium penitus perfringebant. In his, *tum ingredientia & prolapſa*, particulæ valent *cum tum* vel *&* duplicatum. Itaque non placet Turnebi, *etiam dum infirmam*, 13 Adv. 18. multo minus Sigonii: *Necabantur interdum etiam, dum.* J. Fr. Gron.

1 *Itaque in levi tantum glacie - - - ſecabantur interdum, etiam tum infirmam ingredientia nivem - - - - alta concreta glacie*] Primum dicam, quæ in his verbis emendanda arbitror, deinde qui ſit eorum ſenſus. nam eum Glareanus homo ingenuus plane ſe ignorare profitetur. In vet. lib. eſt, pro *itaque, ita*; pro *ſecabantur, necabantur*; pro *interdum etiam tum, interdum etiam dum*; pro *infirmam, infimam*; pro *alta concreta, alte concreta*. Ea vero omnia probe habere ſenſus ipſe demonſtrat, qui eſt ejuſmodi: In ſuperanda rupe duplex labor ſuſceptus eſt, unus propter recentem modicam, alter propter veterem intactam nivem. Nam cum ſuperior illa hominum jumentorumque inceſſu dilapſa eſſet, & per nudam infra glaciem, fluentemque labem liqueſcentis nivis ingrederentur, tetra ibi luctatio erat, ut ab lubrica glacie non recipiente veſtigium, & in prono citius pede ſe fallente. Et ſeu manibus in aſſurgendo, ſeu genu ſe adjuviſſent, ipſis adminiculis prolapſi, ſi iterum corruiſſent, nec ſtirpes circa, radiceſve, ad quas pede aut manu quiſquam eniti poſſet, erant. Atque hunc, inquit, in modum *in levi glacie, tabidaque nive jumenta volutabantur*, adde deinde: *Necabantur interdum etiam, dum infimam ingredientia nivem, & prolapſa jactandis gravius*, ut ſe continerent, *ungulis perfringebant, ut pleraque velut pedica capta hærerent indurata, & alte concreta glacie.* Quam poſteriorem ſententiam ſic expreſſit Polybius: τὰ δ' ὑποζύγια διὰ κοπώδη, ὅτε πίπτοι, πλὴν κάτω χένα ἐν πλὴν ἐξανάστασιν. Ἀγκάλαις ὑμῶν μετὰ φορτίων. Id eſt, *jumenta vero perfringebant, ubi prolapſa erant, infimam nivem in aſſurgendo. qua fracta hærebant una cum oneribus.* Sigonius.

2 *In continendo ungulis*] Annon melius *connitendo?* Tan. Fab.

3 *Indurata & alta concreta*] Lege: *hærerent in durata & alte concreta glacie.* Plerique etiam libri, *dura*. Multa hujus loci eleganter expreſſit Petronius in ſpecimine belli civilis, & tantum debet Livio, quantum Livius Polybio. *J. Fr. Gron.*

4 *Per quam via una eſſe poterat*] Repone ex Flor. & Gud. *ad rupem muniendam, per quam unam via eſſe poterat.* Idem.

1 *Inſe-*

quum cædendum eſſet ſaxum, arboribus circa immanibus dejectis detruncatiſque, ſtruem ingentem lignorum faciunt: eamque (quum & vis venti apta faciendo igni coorta eſſet,) ſuccendunt, ardentiaque ſaxa infuſo aceto putrefaciunt. Ita torridam incendio rupem ferro pandunt, molliuntque anfractibus modicis clivos, ut non jumenta ſolum, ſed elephanti etiam deduci poſſent. Quatriduum circa rupem conſumptum, jumentis prope fame abſumptis: nuda enim fere cacumina ſunt; & ſi quid eſt pabuli, obruunt nives. [1] Inferiora vallis apricos quoſdam colles habent, rivoſque prope ſilvas; [2] etiam humano cultu digniora loca. Ibi jumenta in pabulum miſſa, & quies muniendo feſſis hominibus, data triduo. inde ad planum deſcenſum, etiam locis mollioribus & accolarum ingeniis. Hoc maxime modo in Italiam perventum 38
eſt quinto menſe à Carthagine Nova, (ut quidam auctores ſunt) [3] quinto decimo die Alpibus ſuperatis. Quantæ copiæ tranſgreſſo in Italiam Annibali fuerint, nequaquam inter auctores conſtat. qui plurimum, centum millia peditum, viginti equitum fuiſſe ſcribunt; qui minimum, viginti millia peditum, ſex equitum. [4] L. Cincius Alimentus, qui captum ſe ab Annibale ſcribit, [5] maxime

1 *Inferiora vallis*] Vet. lib. *inferiores valles*. Sigonius.

Inferiores valles] Quum in MSS. inveniatur vel *inferior vallu*, vel *inferiora valles* & *vallu*, etiam in editis ante Sigonium, monuerat paterna manus, edendum *inferiora vallis*. Sed nihil hîc de una quadam valle. Sermo pertinet ad inferiora montium; in his ait eſſe valles & mixtos apricos colles. Itaque lege ex Cantabrig. *Inferiora valles & apricos* &c. *Jac. Gron.*

2 *Etiam humano cultu digniora*] Bis hic in vicino dividenda particula: nimirum, *& jam humano cultu digniora loca*, tum, *& jam locu mollioribus & accolarum ingeniis*. J. Fr. Gron.

3 *Quinto decimo die Alpibus ſuperatis*] Polybius: τῇ ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ ἡμέρᾳ πεπεραιώθη κατὰ τὰς παμμεγεθεις. *Sigonius.*

4 *L. Cincius Alimentius, qui captum ſe ab Annibale ſcribit, maxime auctor*] Vet. libri, *Alimentus*, non hic ſolum, ſed etiam in epiſtolis ad Atticum. Quod probo. Cognomen enim eſt *Cinciorum*, ut *Rutilus Marciorum*, non, ut vulgo, *Rutilius*. In iiſdem libris eſt, *Maximus auctor*, & hoc quoque placet. *Maximum* enim *auctorem* vocat *locupletiſſimum*, quippe qui rebus ipſis gerendis interfuerit. *Sigonius.*

5 *Maximus auctor moveret me*] Immo *maxime*, ut ante Sigonium lectum fuit; & habent omnes noſtri: quod conjungendum adverbium cum

xime auctor me moveret, nisi confunderet numerum; Gallis Liguribusque additis: [1] cum his scribit octoginta millia peditum, decem equitum, adducta in Italiam: (magis affluxisse verisimile est, & ita quidam auctores sunt.) ex ipso autem audisse Annibale, postquam Rhodanum transierit, [2] triginta sex millia hominum, ingentemque numerum equorum, & aliorum jumentorum [3] amisisse in Taurinis, quæ Gallis proxima gens erat, in Italiam digresso. Id quum inter omnes constet, eo magis miror ambigi, quanam Alpes transierit: [4] & vulgo credere, Pennino, atque inde nomen & jugo Alpium inditum, transgressum. Cœlius, per Cremonis jugum dicit transisse: qui ambo saltus eum, non in Taurinos, sed

eum verbo. L. 28 D. de rebus auct. jud. *Me illud maxime movet, quod præceptoribus tuis placet, unum esse testamentum.* Quin & valde suspectum habeo illud iteratum *scribit*: volebat enim Livius significare, se maxime moveri à Cincio, *auctore, tot millia fuisse adducta. Auctor* qui prodidit: atque adeo ea vox τὸ *scribit* sensu complectitur. Vide ad lib. 8, 30. Sed & ignorat id Vossianus. Plerique etiam τὸ *me*. J. Fr. Gron.

1 *Cum his scribit octoginta*] Florent. quoque & Gud. *cum his* LXXX, sine τῷ *scribit*. Idem.

2 *Triginta sex millia hominum*] Polyb. 38 *millia* edit. μείους εἰς ὀλιγαχιλίους καὶ τετρακοσίους. eorum vero dimidiam partem in Alpibus superandis amisisse. *Sigonius.*

3 *Amisisse in Taurinis*] Ne in id incommodum incidamus, ut dicendum sit Annibalem in Taurinis, id est, in Italia ea amisisse, quæ in Alpibus trajiciendis amiserat, legendum est, *in Taurinos*: Itemque *degresso*, non *digresso*. Est autem verbum Livio familiare, ubi de *descensu* loquitur, idque sæpissime vitiatum, ut infra ostendam. Sensus autem erit, se audisse; ipso in Taurinos, quæ Gallis proxima gens erat in Italia, degresso, triginta sex millia postquam Rhodanum transierit amisisse. Taurinos scribit Polybius ad radices Alpium fuisse. *Idem.*

Amisisse in Taurinis] Quæ hic Glareanum & Sigonium & Lipsium exercuerunt, ita formamus: *triginta sex millia hominum ingentemque numerum equorum & aliorum jumentorum amissa, Taurinis, quæ Gallis proxima gens erat, in Italiam degresso.* nempe Annibali. Duo autem hac brevitate sermonis significantur: & tantum hominum magnumque jumentorum numerum amissum, & per Taurinos in Italiam ventum: ne quis ita accipiat, quasi dum transit per Taurinos, id damnum fecerit. Nec adversum quod mox de Cremonis jugo: nam Cœlium ex suis ipsum quodammodo verbis refellit Livius. *J. Fr. Gron.*

4 *Et vulgo credere*] Lipsius, *vulgum*. Sed istud omnes libri: & fero, ut intelligatur ex præcedente membro, *omnes*, aut quod huic facile includitur *homines*. Cicero 16 Fam. 10. *vulgo loquebantur*. Mox forte, *nomen ei jugo Alpium*. Idem.

ſed [1] per Salaſſos montanos ad Libuos Gallos deduxiſſent. Nec veriſimile eſt, ea tum ad Galliam patuiſſe itinera; [2] utique quæ ad Penninum ferunt, obſepta gentibus ſemigermanis fuiſſent. neque hercule montibus his ([3] ſi quem forte id movit) ab tranſitu Pœnorum ullo Veragri, incolæ jugi ejus, norunt nomen inditum: ſed ab eo, quem in ſummo ſacratum vertice Penninum montani appellant. Peropportune ad principia rerum Taurinis 39
proximæ genti adverſus Inſubres motum bellum erat. ſed armare exercitum Annibal, ut parti alteri auxilio eſſet (in reficiendo maxime ſentientem contracta ante mala) non poterat. [4] otium etenim ex labore, copia ex inopia, cultus ex illuvie tabeque, ſqualida & prope efferata corpora varie movebant. [5] Ea P. Cornelio Conſuli cauſſa fuit, quum Piſas navibus veniſſet, exercitu à Manlio Atilioque accepto tirone, & in novis ignominiis trepido, ad Padum

1 *Per ſaltus montanos*] *Salaſſos montanos* rectè quidem Cluverius, ſed anticipaverat Lipſius cent. 1 ad Belg. epiſt. 93. *Idem.*

2 *Utique quum qua ad Penninum ferant*] Omnes MSS. amandant τὸ *quum*, & pro *ferant* plures *fuerunt*. Scribe ergo: *utique qua ad Penninum ferunt, obſepta gentibus ſemigermanis fuiſſent*. Idem.

3 *Si quem forte id movit*] Voſſ. Fl. *movet*. Quod ſequitur, apud primum invenio Frobenium. Omnes ab Tarviſina uſque ad Moguntinos: *ab tranſitu Pœnorum nullo ſed ab uno vel acri incola*. Nec ſecus Lutetiæ Saveterius. Andreas. Med. Aldus, Juntas: *nullo ſed uno vel acri incola*. Scripti: *nullo ſed uno vel acri incola*. Hic latet aliquid. Habes enim apud Cæſarem lib. 3 de bello Gall. *In Nantuates, Veragros Sedunoſque miſit, qui à finibus Allobrogum & lacu Lemano & flumine Rhodano ad ſummas Alpes pertinent*. Habes apud Plinium lib. 3 cap. 20 inter gentes Alpinas: *Nantuates, Seduni, Veragri, Salaſſi*. Id nomen hic quoque Livio poſitum pro explorato habeo: ſive fuerit *Sedunoveragri*, ſive *Seduni Veragri* (potuerunt enim mixtæ in unum gentes nomen quoque miſcuiſſe, ut *Celtiberi*, *Tauroſcythæ*) ſive denique *Seduni & Veragri incolæ jugi ejus*. *Ab eo*, intellige vel Deo vel heroë. Denique Cluverius *Pennum*, lib. 1 Germ. cap. 26. *Idem.*

4 *Otium etenim*] Vet. libri, *etium enim ex labore*. Sigonius.

5 *Ea P. Cornelio C. cauſſa fuit, cum Piſas navibus veniſſet, exercitu à M. A. accepto --- ad Padum feſtinandi*] Sic Polybius: Πόπλιος ὁ κατάπλους εἰς Πίσας. ποιούμενος τὴν πορείαν διὰ Τυρρηνίας, ἐν ἀγγελίαις τὰ περὶ τὴν ἐξαπολίνην συντόνως τὰ συγκεχυμένα καὶ συστρεφόμενα τοῖς Βοιοῖς, ἅμα πρὸς τὰ περὶ Πάδον πράγματα. Intelligendum autem eſt Genua Piſas veniſſe. Livius porro nomine *Piſarum* provinciam Liguriam, ut Arimini citeriorem Galliam ſignificare ſolet. L. Manlius Galliam, C. Atilius, opinor, Ligures provinciam obtinebat, ut ante dixi. *Sigonius.*

1 *Tau-*

Padum feſtinandi: ut cum hoſte nondum refecto manum conſereret. ſed cum Placentiam Conſul venit, jam ex ſtativis moverat Annibal: [1] Taurinorumque unam urbem caput gentis ejus, [2] quia volentis in amicitiam non veniebat, vi expugnarat: junxiſſetque ſibi non metu ſolum, ſed etiam voluntate Gallos accolas Padi; ni eos circumſpectantes defectionis tempus ſubito adventus Conſulis oppreſſiſſet. Et Annibal movit ex Taurinis; [3] incertos quæ pars ſequenda eſſet Gallos præſentem ſe ſecuturos ratus. Jam prope in conſpectu erant exercitus, convenerantque duces; ſicut [4] uterque inter ſe nondum ſatis noti, ita jam imbutus uterque quadam admiratione alterius. Nam Annibalis & apud Romanos jam ante Sagunti excidium celeberrimum nomen erat: & Scipionem Annibal eo ipſo, quod adverſus ſe dux potiſſimum lectus eſſet, præſtantem virum credebat. & auxerant inter ſe opinionem; Scipio, quod relictus in Gallia, obvius fuerat in Italiam tranſgreſſo Annibali; [5] Annibal, conatu tam audaci trajiciendarum Alpium, & effectu. Occupavit tamen Scipio Padum trajicere, & ad Ticinum amnem motis caſtris, prius quam educeret in aciem, adhortandorum

1 *Taurinorumque urbem unam --- vi expugnarat*] Οὐχ ὑπαναχώντων δὲ αὐτῷ τῶν βαρυταύρων πόλιν τε τῶν ἡμέρας ἐξεπολιόρκησε. *Sigonius.*

2 *Quia volens in amicitiam non veniebat*] Omnes ſcripti & Andreas: *volentis.* Scribe: *quia volentes in amicitiam non veniebant.* nempe oppidani. Cauſſa corrumpendi fuit, quod hæc putarent non convenire τῇ *urbem.* Vide ad lib. 8, 11. Hoc libro cap. 50. *Quibuſdam volentibus res novas fore.* Ubi perperam delet τὸ *fore* Gruterus, non cogitans ſe corrumpere elegantiam ℣ *volentibus.* J. Fr. Gron.

3 *Incertos qua pars ſeq. eſſ. Gallos præſentem ſe ſecuturos*] And. Med. Tar. Ven. utraque Bechar. Bad. Mog. Ald. & Savet. *incertus* & *præſentem ſe.* Froben. utraque Cœlii & binæ Gryphii *incertos* & *præſentem ſe.* In Sigonii Manutianam inſinuavit *incertos* & *præſertim ſe*; quod Lipſius ſe primum corrigere exiſtimabat lib. 1 Epiſt. Quæſt. 9. *Idem.*

4 *Uterque inter ſe nondum ſatis noti, ita jam imbutus uterque*] Prius *uterque* non eſt in Fl. & Gudiano: & ſufficit alterum. *Idem.*

5 *Annibal conatu tam audaci*] Nomen ducis Pœni non eſt in Fl. Voſſ. Gud. ſed poteſt videri omiſſum, quia repetitur. At Flor. Gud. duo Pall. & *conatu.* Lege: *tranſgreſſo Hannibali: Hannibal & conatu tam audaci trajiciendarum Alpium & effectu.* Idem.

dorum militum cauſſa, talem orationem exorſus eſt: *Si eum exercitum, milites, educerem in aciem, quem in Gallia mecum habui, ſuperſedisſem loqui apud vos. quid enim adhortari referret, aut eos equites, qui equitatum hoſtium ad Rhodanum flumen egregie viciſſent, aut eas legiones, cum quibus fugientem hunc ipſum hoſtem ſecutus, [1] confeſſionem cedentis ac detrectantis certamen pro victoria habui? Nunc quia ille exercitus Hiſpaniæ provinciæ ſcriptus, ibi cum fratre Cn. Scipione meis auſpiciis rem gerit; ubi eum gerere ſenatus populuſque Romanus voluit; ego, ut Conſulem ducem adverſus Annibalem ac Pœnos haberetis, ipſe me huic voluntario certamini obtuli: novo imperatori apud novos milites pauca verba facienda ſunt. Ne genus belli, neve hoſtem ignoretis; cum iis eſt vobis, milites, pugnandum, quos terra marique priore bello viciſtis: à quibus ſtipendium per viginti annos exegiſtis: à quibus capta belli præmia, Siciliam ac Sardiniam habetis. Erit igitur in hoc certamine is vobis illiſque animus, qui victoribus & victis eſſe ſolet. Nec nunc illi, quia audent, ſed quia neceſſe eſt, pugnaturi ſunt: niſi creditis, qui exercitu incolumi pugnam detrectavere, eos duabus partibus peditum equitumque in tranſitu Alpium amiſſis ([2] quum plures penè perierint quam ſuperſunt) plus ſpei nactos eſſe. At enim pauci quidem ſunt, ſed vigentes animis corporibuſque, quorum robora ac vires vix ſuſtinere vis ulla poſſit. Effigies, imo umbræ hominum; fame, frigore, illuvie, ſqualore enecti, contuſi ac debilitati inter ſaxa rupeſque. ad hæc, [3] peruſti artus, nive rigentes nervi, membra torrida gelu, [4] quaſſata fractaque arma: claudi ac debiles equi.*

1 *Confeſſionem ſedentis*] Vet. lib. *cedentis*. Sigonius.

2 *Qui plures pœne perierint quam ſuperſint*] Totam hanc interpoſitionem pro aliena delet Gruterus. Sed habent omnes libri. Falſum utique τὸ *pœne*: duabus enim ex tribus partibus amiſſis non poſſunt non periiſſe plures. Itaque id ſaltem delet aut commutat in *plane* politiſſimus P. Rubenius. Quid ſi legamus: *eos duabus partibus peditum equitumque in tranſitu Alpium amiſſis, quod plures fœde perierint, quam ſuperſunt, plus ſpei nactos eſſe.* Lib. 23. *Multis hominibus jumentiſque fœde amiſſis, quum tandem ex paludibus emerſiſſet.* Juſtinus lib. 2. *Tantaque fœditas morientium fuit.* J. Fr. Gron.

3 *Peruſti artus*] Voſſ. & tres Pall. *præuſti artus*. Ut fere Silius eundem vocans *hoſtem fractum ambuſtumque nivoſis Cautibus*. Idem.

4 *Quaſſata fractaque arma*] Vet. lib. *confractaque*. Sigonius.

equi. Cum hoc equite, cum hoc pedite pugnatari eſtis. reliquias extremas hoſtium, non hoſtes habebitis. Ac nihil magis [1] *vereor, quam ne antequam vos cum hoſte pugnaveritis, Alpes viciſſe Annibalem videantur. Sed ita forſitan decuit, cum fœderum ruptore duce ac populo, Deos ipſos, ſine ulla humana ope, committere ac profligare bellum:* [2] *nos autem, qui ſecundum Deos violati ſu-*
41 *mus, commiſſum ac profligatum conficere. Non vereor, ne quis me hoc veſtri adhortandi cauſſa magnifice loqui exiſtimet; ipſum aliter animo affectum eſſe.* [3] *Licuit in Hiſpaniam provinciam meam quo jam profectus eram cum exercitu ire meo: ubi & fratrem conſilii participem ac periculi ſocium haberem, & Aſdrubalem potius quam Annibalem hoſtem, & minorem haud dubie molem belli: tamen, quum præterveherer navibus Gallia oram ad famam hujus hoſtis in terram egreſſus, præmiſſo equitatu, ad Rhodanum movi caſtra. Equeſtri prælio, qua parte copiarum conſerendi manum fortuna data eſt, hoſtem fudi, peditum agmen, quod in modum fugientium raptim agebatur,* [4] *quia aſſequi terra non*

1 *Vereor, ne antequam vos*] Vet. lib. *quam ne antequam vos.* Sigonius.

Quam ne antequam vos cum hoſte pugnaveritis] Prius *quam* à Sigonio eſt. Flor. *vereor ne cum quam vos cum hoſte pugn.* Gud. *vereor ne vos cum pugnaver.* Voſſ. *vereor ne antequam vos cum pugn.* Cantabrig. *vereor ne cum quam ne vos cum pugnav.* Poſſis tueri vulgatum, ut Annibalem non niſi moleſtia & vexatione itineris conſumptum ad Romanos veniſſe dicat, qualiter Antiochum ſua luxuria prius debellatum iiſdem Romanis à Fortuna traditum dicit Florus lib. 2. Sed & τὸ *cum hoſte* admodum nauſeant, & tanta in ſcriptis diverſitas videtur oſtendere: *vereor, ne quum vos pugnaveritis, Alpes viciſſe Annibalem videantur.* Quæ ſententia eſt momentoſior, quum quivis libenter laboris proprii fructum accipiat, non locis adſcribi velit. *Jac. Gron.*

2 *Nos autem, qui ſecundum deos*] Tolle τὸ *autem.* Flor. Voſſ. Gud. tribus Pall. volentibus. *J. Fr. Gron.*

3 *Licuit in Hiſpaniam ire*] Vet. lib. *licuit mihi in Hiſpaniam.* Sigonius.

Licuit mihi in Hiſpaniam] Nuſquam τὸ *mihi*, niſi apud Sigonium. Sed mirabar in Voſſiano etiam abeſſe τὸ *ire*: cum ex Flor. Gud. tribus Pall. animadverti vulgo id non poſitum ſuo loco. Sic enim illi dictant: *Licuit in Hiſpaniam provinciam meam, que jam profectus eram, cum exercitu ire meo.* niſi quod Pal. unus *abire*, Gud. *ire eo.* J. Fr. Gron.

4 *Quia aſſequi terra non poteram, neque regreſſus ad naves erat, quanta maxima celeritate potui*] Hoc loco illud admirationem movere facile poteſt, qui factum ſit, ut ſi regreſſus ad naves non erat, tanto maris, terrarumque circuitu obvius fuerit. Hoc enim dicere vult, ſe quia hoſtem aſſequi terra non poterat, naves conſcendiſſe. Quod cum ita ſit, ergo recte legitur in veteribus libris: *Quia aſſequi terra non potui, regreſſus ad naves, quanta maxima celeritate, &c. Sigonius.*

ra non poteram, regreſſus ad naves, quanta maxima celeritate potui tanto maris terrarumque circuitu,[1] in radicibus Alpium obvius fui. Huic timendo hoſti utrum quum declinarem certamen, improviſus videor incidiſſe, [2] an occurrere in veſtigiis ejus? laceſſere ac trahere ad decernendum? Experiri juvat, utrum alios derepente Carthaginienſes per viginti annos terra ediderit: an iidem ſint, qui ad Ægates pugnaverunt inſulas, & quos ab Eryce duodevicenis denariis æſtimatos emiſiſtis: & utrum [3] Annibal hic ſit æmulus itinerum Herculis, ut ipſe fert, an vectigalis ſtipendiariuſque & ſervus populi Romani à patre relictus: quem niſi Saguntinum ſcelus agitaret, reſpiceret profecto, ſi non patriam victam, [4] domum certe, patremque, & fœdera Amilcaris ſcripta manu. qui juſſus à Conſule noſtro, præſidium deduxit ab Eryce: qui graves impoſitas victis Carthaginienſibus leges fremens mœrenſque accepit: qui decedere Sicilia, qui ſtipendium populo Romano dare pactus eſt. Itaque, vos, ego, milites, non eo ſolum animo, quo adverſus alios hoſtes ſoletis, pugnare velim: ſed cum indignatione quadam atque ira; velut ſi ſervos videatis veſtros arma repente contra vos ferentes. [5] Licuit, ſi voluiſſemus, ad Erycem clauſos, ultimo ſupplicio humanorum, fame interficere: licuit victricem claſſem in Africam trajicere, atque intra paucos dies ſine ullo certamine Carthaginem delere. Veniam dedimus precantibus: emiſimus ex obſidione: pacem cum victis fecimus: [6] tutelæ noſtræ deinde duximus, quum Africo bello urgerentur.

Pro

1 *In radicibus Alpium obvius fui. Huic*] Flor. *in radicibus prope Alpium huic timendo hoſti obvius fui. Utrum, cum declinarem certamen, improviſus incidiſſe videor, an occurrere in veſtigiis ejus?* Quod ſequitur vix audeo fateri me malle: *laceſſere ad decernendum, an bellum trahere?* J. Fr. Gron.

2 *An occurrere*] Forte: *an occurrens in veſtigiis laceſſere.* Tan. Faber.

3 *Annibal hic ſi æmulus itinerum Herculis*] *Herculem fama erat unum ante Annibalem cum exercitu Alpes tranſmiſiſſe, cum à Geryone bello recederet,* Probus in Annibale, Ammianus lib. 15. Hinc *Graia Alpes* ab illo dictæ. *Sigonius.*

4 *Domum certe, patremque*] Vet. lib. *Domum certe patremque.* probo. *Idem.*

Domum certe pacemque] Recte Sigonius, *patremque.* Sic Andreas pariter atque Aldus. Et ſignificant duo Pall. & Voſſ. *partemque* exhibendo. *J. Fr. Gron.*

5 *Licuit, ſi voluiſſemus, ad Erycem*] Flor. Voſſ. Gud. Men. negant Livii eſſe τὸ *ſi voluiſſemus.* Idem.

6 *Tutelæ noſtræ deinde duximus, cum Africo bello urgerentur*] Commemorat beneficia populi Romani erga

Pro his impertitis furioſum juvenem ſequentes, oppugnatum patriam noſtram veniunt. Atque utinam pro decore tantum hoc vobis, & non pro ſalute eſſet certamen. non de poſſeſſione Siciliæ ac Sardiniæ, de quibus quondam agebatur, ſed pro Italia vobis eſt pugnandum: nec eſt alius ab tergo exercitus, qui, niſi nos vincimus, hoſti obſiſtat, nec Alpes aliæ ſunt, quas dum ſuperant, comparari nova poſſint præſidia. hic eſt obſtandum, milites, velut ſi ante Romana mœnia pugnemus. [1] *Unuſquiſque ſe non corpus ſuum, ſed conjugem ac liberos parvos armis protegere putet: nec domeſticas ſolum agitet curas, ſed identidem hoc animo reputet, noſtras nunc intueri manus ſenatum populumque Romanum. qualis noſtra vis virtuſque fuerit, talem deinde fortunam* [2] *illius urbis ac Romani imperii fore.* Hæc apud Romanos conſul. Annibal rebus prius, quam verbis adhortandos milites ratus, circumdato ad ſpectaculum exercitu, captivos montanos [3] vinctos in medio ſtatuit, armiſque Gallicis, ante eorum pedes projectis, interrogare interpretem [4] juſſit, ecquis, ſi vinculis levaretur, armaque & equum victor acciperet, decertare ferro vellet? Quum ad unum omnes ferrum pugnamque poſcerent, & [5] dejecta in id ſors

42

Pœnos, maxime, quod eos auxilio juvit bello Africo. De qua re ſic Polybius lib. 1. ἐμοὶ μὲν οὖν καὶ Ῥωμαίοις πρῶτον τὰ περὶ τὰς συνθήκας δίκαια σκεπτομένοις εὑρεῖν ἀδύνατον. Itaque ſuſpicor hoc loco legendum eſſe: *tutelæ noſtræ deinde addiximus*, aut quid tale. *Sigonius.*

Tutelæ noſtræ duximus] Perperam Sigonius: *tutelæ noſtræ addiximus.* Tutelam vim atque poteſtatem in capite libero definiunt Juriſconſulti: *addici* habet inſtar ſervitutis. *Tutela noſtra duximus* eſt ad tutelam noſtram pertinere putavimus. Lib. 22. *Gratum ſibi Patres Romanos populumque facturum ſi omnes res Neapolitanorum ſuæ duxiſſent.* J. Fr. Gron.

1 *Unuſquiſque ſe non corpus ſuum, ſed conjugem ac liberos*] Vet. lib. *non corpus ſuum ſolum ſed*, &c. Porro autem ſumma hujus orationis eſt apud Polybium, ut etiam ejus quæ ſequitur Annibalis. *Sigonius.*

2 *Illius urbis*] Scribe *ipſius.* Tan. Faber vocem eam expungit. *J. Fr. Gron.*

3 *Vinctos in medio conſtituit*] Puteanorum codex, in quo ſuperiora præter admodum pauca damno noſtro & Livii deerant, dehinc nos juvabit. Is igitur & Flor. *in medio ſtatuit.* Lib. 9. *Et locum haud facilem ad circumveniendum cepit, & diverſa ſtatuit ſigna.* Lib. 23. *Duabus circa portis novos milites levemque armaturam ac ſociorum equites ſtatuit.* Idem.

4 *Juſſit, quis ſi vinculis*] Put. cum Flor. & uno Pal. *juſſit, & quis, ſi vinculis.* ſic librarii ſolent αὐτὴν ἴππον. Idem.

5 *Dejecta eſſet in id ſors*] Liber opti-

ſors eſſet, ſe quiſque eum optabat, quem fortuna in id certamen legeret. Ut cujuſque ſors exciderat, alacer, inter gratulantes gaudio exultans, cum ſui moris tripudiis arma raptim capiebat: ubi vero dimicarent, is habitus animorum non inter ejuſdem modo conditionis homines erat, ſed etiam inter ſpectantes vulgo, ut non vincentium magis, quam bene morientium fortuna laudaretur. [1] Dum ſic aliquot ſpectatis paribus affectos dimiſiſſet; concione inde advocata, ita apud eos locutus fertur: *Si quem animum in alienæ ſortis exemplo paulo ante habuiſtis, eundem mox in æſtimanda fortuna veſtra habueritis; vicimus, milites: neque enim ſpectaculum modo illud, ſed quædam veluti imago veſtræ conditionis erat. Ac neſcio an majora vincula, majoreſque neceſſitates vobis quam captivis veſtris fortuna circumdederit. Dextra lævaque duo maria claudunt; nullam ne ad effugium quidem navem habentibus. circa Padus amnis, major ac violentior Rhodano, ab tergo Alpes urgent; vix integris vobis ac vigentibus tranſitæ.* [2] *Hic vincendum aut moriendum, milites, eſt, ubi primum hoſti occurriſtis; & eadem fortuna, quæ neceſſitatem pugnandi impoſuit, præmia vobis ea victoribus proponit, quibus ampliora homines ne ab Diis quidem immortalibus optare ſolent. Si Siciliam tantum ac Sardiniam parentibus noſtris ereptas noſtra virtute recuperaturi eſſemus: ſatis tamen ampla pretia eſſent. quicquid Romani tot triumphis partum congeſtumque poſſident;* [3] *id omne veſtrum cum ipſis dominis futurum eſt. In hanc tam opimam mercedem, agite, cum Diis bene juvantibus arma* 43

optimus & Fl. *& dejecta in id ſors eſſet.* Statimque cum tribus Pall. Voſſianoque, *quem fortuna in id certamen legeret:* non *eligeret.* Nam, *ut cujuſque ſors ceciderat*, haud ſcio qua auctoritate Gruteri ultima. Omnes antea editi, ut ſcripti *exciderat.* Videtur cogitaſſe Mucii lib. 2. *Ut cuique ceciderit primo.* Sed & lib. 23. *Nominibus in urnam conjectis citari, quod primum ſorte nomen exciſdit, juſſit.* Plutarchus in Craſſo: Κελεύσας ὃν ἂν χρῆς ἐκ τῶν ἐπιτάττειν τῷ κλήρῳ καλεῖσθαι· καὶ ἐὰν ἀνὸ τὸ χῶμα λαμπρότερον ἑαυτῷ γένηται ἢ παρόντων ἡγεμών. J. Fr. Gron.

1 *Dum ſic aliquot ſpectatis paribus*] Omnino, *Quum ſic aliquot.* Idem.

2 *Hic vobis vincendum aut moriendum*] Put. caret τῷ *vobis*: ut & Andreas, Bec. Aſc. Tarv. Ven. Mog. Savet. *Idem.*

3 *Id omne noſtrum cum ipſis dominis*] Put. *veſtrum.* Idem.

arma capite. Satis adhuc in vaſtis Luſitaniæ Celtiberiæque montibus pecora conſectando; nullum emolumentum tot laborum periculorumque veſtrorum vidiſtis. tempus eſt jam, opulenta vos ac ditia ſtipendia facere, & magna operæ pretia mereri: tantum itineris per tot montes fluminaque, & tot armatas gentes emenſos. Hic vobis terminum laborum fortuna dedit, hic dignam mercedem emeritis ſtipendiis dabit. Nec quam magni nominis bellum eſt, tam difficilem [1] *exiſtimaritis victoriam fore. ſæpe & contemptus hoſtis cruentum certamen edidit, & inclyti populi regeſque perlevi momento victi ſunt. Nam dempto hoc uno fulgore nominis Romani,* [2] *quid eſt, cur illi vobis comparandi ſint? Ut* [3] *viginti annorum militiam veſtram cum illa virtute, cum illa fortuna taceam; ab Herculis columnis, ab Oceano terminiſque ultimis terrarum, per tot ferociſſimos Hiſpaniæ & Galliæ populos vincentes huc perveniſtis: pugnabitis cum exercitu tirone, hac ipſa æſtate cæſo, victo,* [4] *circumſeſſo à Gallis, ignoto adhuc duci ſuo ignorantique ducem. An me, in prætorio patris, clariſſimi imperatoris,* [5] *prope natum, certe eductum, domitorem Hiſpaniæ Galliæque, victorem eundem, non Alpinarum modo gentium, ſed ipſarum, quod multo majus eſt, Alpium, cum ſemeſtri hoc conferam duce, deſertore exercitus ſui? Cui ſi quis demptis ſignis Pœnos Romanoſque hodie oſtendat, ignoraturum certum habeo, utrius exercitus ſit Conſul. Non ego illud parvi æſtimo, milites, quod nemo veſtrûm eſt, cujus non ante oculos ipſe ſæpe militare aliquod ediderim facinus, cui non idem ego virtutis ſpectator ac teſtis, notata temporibus lociſque referre ſua poſſim decora.* [6] *Cum laudatis à*

1 *Exiſtimaveritis victoriam*] Put. *difficilem exiſtimaritis victoriam.* J. Fr. Gron.

2 *Quid eſt quo illi vobis comparandi*] Put. *cur illi.* Cicero lib. 3 Fam. 10. *Quid erat autem, cur ego in te tam implacabilis eſſem.* In hujuſmodi minutiis ſecuti eum merito paſſim & fere ſemper ſumus: neque tamen in reciſis his annotationibus id ubique monebimus, ne nimis excreſcant. *Idem.*

3 *Viginti annorum militiam*] Elatorie XX *annorum militiam* vocat Annibal, quam ſupra XVIII Livius verius appellarat: at ſervit cauſæ Annibal. *Sigonius.*

4 *Circumſeſſo*] Veteres libri, *circumſeſſoque.* Idem.

5 *Prope natum, certe educatum*] Put. *certe eductum.* Ut Terentio, *bene ac pudice doctum atque eductum.* Et *eduxi à parvulo.* J. Fr. Gron.

6 *Tum laudaſtis me milites*] Vet. lib. *Collaudaſtu m. m.* Sigonius.

Tem

tis à me millies donatiſque, alummus prius omnium veſtrûm, quam imperator; procedam acie adverſus ignotos inter ſe, ignoranteſque. Quocumque circumtuli oculos, plena omnia vidco animo- 44
rum ac roboris: veteranum peditem, generoſiſſimarum gentium equites frænatos & infrænatos, vos ſocios fideliſſimos fortiſſimoſque, vos Carthaginienſes, tum ob patriam, tum ob iram juſtiſſimam pugnaturos. Inferimus bellum, infeſtiſque ſignis deſcendimus in Italiam; tanto audacius [1] fortiuſque pugnaturi, quanto major ſpes, major eſt animus inferentis vim quam arcentis. Accendit præterea animos & ſtimulat dolor, injuria, indignitas. ad ſupplicium depoposcerunt me ducem primum, deinde vos omnes, qui Saguntum oppugnaſſetis: deditos ultimis cruciatibus affecturi fuerunt. Crudeliſſima ac ſuperbiſſima gens, ſua omnia ſuique arbitrii facit. cum quibus bellum, cum quibus pacem habeamus, ſe modum imponere æquum cenſet: circumſcribit includitque nos terminis montium fluminumque, quos ne excedamus: neque eos, quos ſtatuit, terminos obſervat. Ne tranſieris Iberum: ne quid rei tibi ſit cum Saguntinis. Ad Iberum eſt Saguntum: nuſquam te veſtigio moveris. Parum eſt, quod veterrimas provincias meas Siciliam & [2] Sardiniam adimis. etiam Hiſpanias? & inde ceſ-
ſero,

Tum laudaſtis me milites donaſtis] In libro optimo erat: *tum laudatis me miliens donatiſque.* Duo iſta verba perſæpe Livius conjungit in laude doniſque militaribus ab imperatoribus militi ob virtutem impertitis. Lib. 25 de Criſpino: *Laudatuſque ibi magnifice & donis donatus.* Lib. 38. *Laudati quoque pro concione omnes ſunt donatique pro merito quiſque.* Lib. 39. *Pro concione poſtero die laudati donatique equites phaleris.* Lib. 42. *Pro concione laudati duceſque eorum etiam virtutis cauſa donati.* Tale quid igitur hic quoque ſignificari cum crederem, Sigonii *collaudaſtis me*, Barthii *educaſtis*, nunquam fum miratus. Ipſam autem veritatem ſagaciter ab ſe deprehenſam communicavit mecum Albertus Rubenius: *Cum laudatis à me millies donatiſque, alumnus prius omnium veſtrum quam imperator, procedam acie adverſus ignotos inter ſe ignoranteſque.* Vobiſcum, inquit, hoc eſt, cum illis militibus, quos toties pro concione re bene geſta laudibus & donis meritos ornavi, ego, quem vos prius, non modo tirocinia, ſed propemodum incunabula in caſtris ponentem, educaſtis quam imperatorem feciſtis, ibo prœliatum adverſus ducem ignotum exercitui ſuo & ignorantem copias ſuas. *J. Fr. Gron.*

1 *Fortiuſque pugnaturi quanto major ſpes majorque*] Lege, cum primo ſcriptorum: *tanto audacius fortiuſque pugnaturi, quam hoſtis, quanto major ſpes, major eſt animus inferentis vim quam arcentis.* Etſi poſſis habere ſuſpectum τὸ *quam hoſtis.* Lib. 3. *In quæſtoribus novis major vis, major auctoritas erat.* Idem.

2 *Sardiniam ademit, niſi adimat etiam Hiſpaniam*] Legendum eſſe, uti

ſero, in Africam tranſcendes. Tranſcendes autem dico? duos Conſules hujus anni, unum in Africam, alterum in Hiſpaniam miſerunt. nihil uſquam nobis relictum eſt, niſi [1] *quod armis vindicarimus.* [2] *Illis timidis & ignavis licet eſſe, qui reſpectum habent, quos ſuus ager, ſua terra, per tuta ac pacata itinera fugientes accipient: vobis neceſſe eſt fortibus viris eſſe, & omnibus inter victoriam mortemve certa deſperatione abruptis; aut vincere, aut ſi fortuna dubitabit, in prœlio potius, quam in fuga, mortem oppetere. Si hoc bene fixum omnibus deſtinatumque in animo eſt, iterum dicam, viciſtis:* [3] *nullum momentum ad vincendum*

edidimus, cum vulgo ſit etiam, *provincias noſtras*, & *Hiſpaniam*, tum *& ſi inde*, deinde *tranſcendet*. monuimus 4 Obſerv. 20. *Niſi adimat*, æque Andreas, Beccar. Tarv. Venet. Savet. ignorant. Aſcenſius & Mag. jam habent. *J. Fr. Gron.*

1 *Quod armis vindicaverimus*] Put. & Voſſ. *vindicaremus*. Lege, *vindicarimus*. Idem.

2 *Illis timidis & ignavis licet eſſe, qui receptum habent*] Idem optimus codicum & Voſſianus plane: *qui reſpectum habent*, id eſt, qui habent quo reſpiciant, & fiduciæ, & ſi res exigat, auxilii gratia. Lib. 4. *Subſidia, quæ reſpicerent in re trepida, præparata erant ab tribuno militum.* Lib. 27. *Hoſti jam undique pulſo, nec ubi conſiſteret, nec quid fidum reſpiceret, habenti.* Utitur eodem genere loquendi Cicero Philipp. 11. *Ni Brutum colligaſſemus in Gracia, & ejus auxilium ad Italiam vergere quam ad Aſiam maluiſſemus, non ut ex acie eum reſpectum haberemus, ſed ut ipſa acies ſubſidium haberet etiam tranſmarinum.* Philipp. 10. *Quod qui ab illo abducit exercitum, & reſpectum pulcherrimum & præſidium firmiſſimum adimit reipublicæ.* Philipp. 5 de Cæſare: *Quum reſpectum ad ſenatum & bonos non haberet.* id eſt, quum de optimatium favore ipſe popularem levitatem ſemper ſectatus nihil ſibi ſpondere poſſet. Non vult enim nullam habitam à Cæſare ſenatus & reipublicæ ſtudioſorum rationem, hos ab eo contemptos, ut Schottus interpretatur. Porro Andreas quoque, Becc. Tarv. Ven. Savet. Aſc. *reſpectum*, non *receptum*, dudum ediderunt. *J. Fr. Gron.* Livius 9, 23. *Nos omnium rerum reſpectum, præterquam victoriæ, nobis abſcindamus.*

3 *Nullum incitamentum ad vincendum*] A Vallæ conjectura. Andreas: *nullum contemtu ad vincendum h. a. d. i. acrius telum datum eſt.* Sed illud *telum* in MSS. nullum habet veſtigium ſui. Put. *contemptum*. neque aliter, ut quique melior, cæteri. Veritas eſt: *nullum momentum ad vincendum homini ab diis immortalibus acrius datum eſt.* Nam ſic quoque Put. non *a diis*. Eſt quidem ſermo haudquaquam inſolens, tamen frequentiſſimus noſtro. Lib. 29. *Haud parvum momentum ad opem ferendam ſocius.* Lib. 33. *Non magni momenti ad ſummam rempublicam populi Romani.* Lib. 35, *In quo plus ad omnia momenti quam in Magnetibus eſſet.* Lib. 42. *Rhodii maximi ad omnia momenti habebantur.* Lib. 43. *Ut impenſam in rem maximi ad omnia momenti faceret.* J. Fr. Gron.

Nullum momentum &c. *acrius datum eſt*] Apparet tamen adjectivum hoc efficacius eſſe & nervoſius, quam ut illi ſubſtantivo conveniat, & major quædam ac ponderoſior vox requiritur. Itaque ſcribebat mihi Clariſſimus Græv̄ius, *magnum*, *parvum momentum* occurrere frequentiſſime, alic-

Digitized by Google

dum homini ab Diis immortalibus acrius datum eſt. His adhortationibus quum utrimque ad certamen accenſi militum animi eſſent, Romani ponte Ticinum jungunt, tutandique pontis cauſſa caſtellum inſuper imponunt. Pœnus opere occupatis hoſtibus, Maharbalem cum ala Numidarum, equitibus quingentis, ad depopulandos ſociorum populi Romani agros mittit. Gallis parci quam maxime jubet, principumque animos ſollicitari ad defectionem. Ponte perfecto traductus Romanus exercitus in agrum Inſubrium, [1] quinque millia paſſuum à Victumviis conſedit. Ibi Annibal caſtra habebat, revocatoque propere Maharbale atque equitibus, quum inſtare certamen cerneret; nihil unquam ſatis dictum præmonitumque ad cohortandos milites ratus; vocatis ad concionem, certa præmia pronunciat, in quorum ſpem pugnarent. Agrum ſeſe daturum eſſe in Italia, Africa, Hiſpania, ubi quiſque velit,

45

alienum vero eſſe ab uſu recte loquentium *acre momentum*. Recte tamen id conjungi cum *tul telum* in Andreana. Nec fruſtra legi in Put. *contemtum* & in Andreana *contemtu*. Hinc ſibi perſuaſiſſe Livium ſcripſiſſe: *nullum contemtu ſui ad vincendum homini ab diis immortalibus acrius telum datum eſt. Contemtus ſui* ut Senecæ *vilitas ſui*, quum facilis ſit mutatio literæ *ui* in *m*, unde deleta litera *s* venit *contemtum*. In quo ſenſum vides omnino abſolutum, ſi ad MSS. eum conciliare potes, qui certam fidem mihi fecerunt perpetuo ubi quid abundat, illic alieni quid intextum eſſe. Voſſ. refert *ceptu* cum tribus ſuperinſcriptis lineolis. Gud. *conceptum*. Flor. *contemptum*. Inde adſcripſeram margini meo, videri: *nullum eo telum ad vincendum homini ab D. i. acrius datum eſt*. Ut lib. 3. *Juventus, quæ inter tales metus detrectationem militiæ telum acerrimum adverſus patres habere ſolita erat*. Et alibi *ſtimuli acres* ac *ſtimulare acrius*. Quare eligas licet. *Jac. Gron.*

1 *Quinque millia paſſuum à vico tumulis conſedit*] Probo Glareani ſuſpicionem, vici nomen deſiderari: Probus hanc pugnam pugnatam ad *Claſtidium* ait, cujus vici poſt meminit Livius. *Sigonius.*

Quinque millia paſſuum à Victumviis] Accepit Gruterus à Phil. Rubenio qui ſic conjecit ex cap. 57 hujus libri: ubi ſane membranæ omnes *victumuias*. At eædem omnes hic *uicotumulu*. Quid dicam? vereor ne utrumque vocabulum etiam ſit corruptum. Apud Strabonem notavi lib. 5. Ἔπειτ' ἦν Οὐερκέλλαις χρυσωρύχιον ἱκανῶν χώρων δ' ὄζει πλησίον Ἰλλιμικλῶν· ἡ τοιαύτης τῆς χώρας· ἄμφω δ' εἰσὶ πρὸς Πλακεντίαν. Nec minus in Plinio lib. 33 cap. 4. *Exſtat lex cenſoria Ictimulorum aurifodinæ, qua in Vercellenſi agro cavebatur, ne plus quinque millibus hominum in opere publicani haberent*. Ubi MS. Voſſ. *uictumularum*. Quantum autem diſtant, *à vicotumulu* & *ab Ictimulis*? rurſus, *ad uictumuias pergit oppugnandas*, & *ad Ictimulos pergit oppugnandos*? J. Fr. Gron.

velit, immunem ipſi qui accepiſſet, liberiſque, qui pecuniam quam agrum maluiſſet, ei ſe argento ſatisfacturum: qui ſociorum cives Carthaginienſes fieri vellent, poteſtatem facturum: qui domos redire mallent, daturum ſe operam, ne cujus ſuorum popularium [1] mutatam ſecum fortunam eſſe vellent. Servis quoque dominos proſecutis [2] libertatem proponit, binaque pro his mancipia dominis ſe redditurum. Eaque ut rata ſcirent fore, agnum læva manu, dextera ſilicem retinens, ſi falleret, Jovem cæteroſque precatus Deos, ita ſe mactarent, quemadmodum ipſe agnum mactaſſet. ſecundum precationem caput pecudis ſaxo eliſit. Tum vero omnes, velut Diis auctoribus in ſpem ſuam quiſque acceptis, id moræ, quod nondum pugnarent, ad potienda ſperata rati, prœlium
46 uno animo & voce una poſcunt. Apud Romanos haudquaquam tanta alacritas erat; ſuper cætera recentibus etiam territos prodigiis. nam & lupus intraverat caſtra, laniatiſque obviis, ipſe intactus evaſerat, & examen apum in arbore prætorio imminente conſederat. Quibus procuratis Scipio, cum equitatu jaculatoribuſque expeditis profectus ad caſtra hoſtium [3], exque propinquo copias, quan-

1 *Mutatam ſecum fortunam*] Vet. lib. *immutatam*. Sigonius.

2 *Libertatem proponit*] Vet. lib. *promittit*. Idem.

Libertatem promittit] Sic Sigonius, cum in libris eſſet, quod & nos ubique invenimus, *proponit*: cujus illam mihi liquet interpretationem eſſe. Eſt enim *proponere* ſæpe & polliceri atque oſtendere præmia, ut inducamur ad aliquid, & prædicere ac minari mala ad deterrendum. Sic & *proponere emolumentum*, *ſpem*, & *proponere formidines, metum mortis*. Lib. 23. *Præmia atque honores, qui remanerent, propoſuit*. Cæſar 5 Gall. *Magna proponit iis, qui occiderint, præmia*. Eo facilius in mentem venit Livio, ut hoc verbo uteretur, quod in hac ipſa hiſtoriæ parte Polybius: ἐφ' ᾧ τ' ὑπάσαντες τὰ ἀρχεῖα λαμβάνειν ἆθλα· &, ἢν παραπλήσια τοῖς νῦν ἆθλα προτιθείσας. Xenophon 1 Κυρ. παιδ. εἰπὶ ἦ ἢ δημόσιον τίνων ἀγὼνες καὶ τὰ ἆθλα προτίθητω. *J. Fr. Gron.*

3 *Exque propinquo copias*] Muretus aſſignat l. v. *exque loco propinquo*. In noſtris nihil tale, ſed tantummodo, *ex quo propinquo*. Videtur autem Livii fuiſſe: *profectus ad caſtra hoſtium ex propinquo copiaſque, quantæ & cujus generis eſſent, ſpeculandi*. Aſcenſius primus edidit *ex colle propinquo ad copias*. Quod inde in corrigendis repetivit Aldus, & Juntas Moguntinique expreſſerunt. Frobenius reddidit, quod nunc vulgatum eſt, invenit Valla, & ſecuti ſunt Mediolanenſes; nam Andreas,

ex loco

quantæ, & cujus generis eſſent, ſpeculandas, obvius ſit Annibali, & ipſi cum equitibus ad exploranda circa loca progreſſo. neutri alteros primo cernebant: denſior deinde inceſſu tot hominum equorumque oriens pulvis ſignum propinquantium hoſtium fuit. Conſtitit utrumque agmen, [1] & prœlio ſeſe expediebant. [2] Scipio jaculatores & Gallos equites in fronte locat, Romanos, ſociorumque quod roboris fuit, in ſubſidiis. [3] Annibal frænatos equites in medium accipit, cornua Numidis firmat. Vix dum clamore ſublato, jaculatores [4] fugerunt inter ſubſidia ad ſecundam aciem: inde equitum certamen erat aliquamdiu anceps: dein, quia turbabant equos pedites intermixti, multis labentibus ex equis, aut deſilientibus, ubi ſuos premi circumventos vidiſſent, [5] jam magna ex parte ad pedes pugna ierat: donec Numidæ, qui in cornibus erant, circumvecti paululum, ab tergo ſe

ex loco propinquo, quod Petrarcham excogitaſſe ait Valla. *J. Fr. Gron.*

1 *Et prœlio ſe expediebant*] Put. & Flor. *& ad prœlium ſe expediebant*. Idem.

2 *Scipio --- in fronte locat --- in ſubſidiis*] Polyb. ὁ μὲν ἐν Πόπλιος τοὺς ἀκοντιστὰς, καὶ τοὺς ἅμα τούτοις Γαλατικοὺς ἱππεῖς· τοὺς δὲ λοιποὺς ἐν μετώπῳ καταστήσας. *Sigonius.*

3 *Annibal frenatos equites in medium accipit, cornua Numidis firmat*] Polyb. ὁ δὲ Ἀννίβας τῶν μὲν καταλινωμένων ἵππον, καὶ πᾶν τὸ στόμιον αὐτῆς ἐπὶ πρόσωπον τάξας, ἀπλώτοις τοῖς πολεμίοις· τοὺς δὲ Νομαδικοὺς ἱππεῖς ἐφ' ἑκατέρᾳ κέρατος ἑτοιμάζει πρὸς κύκλωσιν. *Idem.*

4 *Fugerunt inter ſubſidia ad ſecundam aciem*] Sane quum *fugere inter ſubſidia* & *fugere ad ſecundam aciem* prorſus ſint eadem, merito de hoc loco dubitamus. Quid quod ſolet Livius variare, & quum paulo ante dixerit *in ſubſidiis*, nunc videtur dixiſſe *ad ſecundam aciem*? Ita ſemper primam aciem ſubſidiis oppoſitam referre mavult, quam iteratis verbis ſecundæ aciei. Vide 6, 8 & 23. 29, 36. Quid quod optimus ille Cantabrig. ignorat *inter ſubſidia*? ſi legeretur *inter ſubſidia ac ſecundam aciem*, poſſet defendi, ut 4, 28. *Dictator ſubſidia & ſecundam aciem adortus.* Nunc omnino ſupervacaneum eſt & arbitror. *Jac. Gron.*

5 *Jam magna ex parte anceps pugna erat*] Put. *ex parte addes pugna vierat.* Inde vulgatum ſtruxerunt acuti librarii, cum debuiſſent: *ad pedes pugna ierat*, vel *venerat*. Didicimus ex Polybio, unde tranſtulit hanc quoque partem Livius: ὁμοῦ γὰρ ἵππομαχία καὶ πεζομαχία ἦν τὸ πλῆθος τῶν καταβαινόντων ἀνδρῶν ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ. Noſter lib. 3. *Peditem ne ad pedes degreſſo equiti parem eſſe.* Lib. 4. *Tuo conſilio equitem ad pedes deduxeris.* Lib. 22. *Juſſiſſe conſulem ad pedes deſcendere equites.* Lib. 29. *Itaque omiſſa pugna equeſtri ad pedes Hiſpani equites deſcenderunt.* Lib. 38. *Equitatum ad pedes deductum, decem millia hominum, ab dextro lecaverunt cornu.* Cæſar 4 Gall. *Conſuetudine ſua ad pedes deſiluerunt.* J. Fr. Gron.

ſe oſtenderunt. Is pavor perculit Romanos: auxitque pavorem conſulis vulnus; periculumque intercurſu tum primum pubeſcentis filii propulſatum. [1] Hic erit juvenis, penes quem perfecti hujuſce belli laus eſt; Africanus ob egregiam victoriam de Annibale Pœniſque appellatus. Fuga tamen effuſa jaculatorum maxime fuit, quos primos Numidæ invaſerunt. Alius confertus equitatus conſulem, in medium acceptum, non armis modo, ſed etiam corporibus ſuis protegens, in caſtra, nuſquam trepide neque effuſe cedendo, reduxit. Servati conſulis decus Cœlius ad ſervum natione Ligurem delegat. malim equidem de filio verum eſſe, quod & plures tradide-
47 re auctores, [2] & fama obtinuit. Hoc primum cum Annibale prœlium fuit; quo facile apparuit, & equitatu meliorem Pœnum eſſe, & ob id campos patentes, quales ſunt inter Padum Alpeſque, bello gerendo Romanis aptos non eſſe. Itaque proxima nocte juſſis militibus vaſa ſilentio colligere, caſtra ab Ticino mota, feſtinatumque ad Padum eſt; ut ratibus, quibus junxerat flumen, nondum reſolutis, ſine tumultu atque inſectatione hoſtis,

1 *Hic erat juvenis, penes quem perfecti hujuſce belli laus eſt*] Put. *erit*. Vividius & præſentius: erat enim futura pars narrationis, etſi rei geſtæ præteritæ. Sic Florus 2, 6. in eadem hiſtoria: *Hic erit Scipio, qui in exitium Africæ creſcit*. Noſter lib. 7 initio: *Annus hic erit inſignis novi hominis conſulatu*. Ubi recentiſſimæ ſubjecerunt, *erat*. Ovidius 2 Faſtor. *Quid facis? ex iſtis Romulus alter erit*. Sic MSS. ubi etiam vulgo, *erat*. J. Fr. Gron.

2 *Sed & fama obtinuit*] Andreas Romæ: *ſecundum fama*. Mediolani primum datum video *ſervum fama obtinuit*. Id adamavere omnes & placuit etiam Grutero in editione prima. J. Lipſius cum notaſſet in ſcriptis, *ſed fama*, correxit: *quod & plures tradidere auctores & fama obtinuit*. Ut jamdudum & Juntas edidit. Quod cum ſit veriſſimum & ſuaviſſimum, tamen in tam ſiniſtra judicia incidit, ut ante nos ſuam laudem locumque mereri non potuerit. Revocavit Frobenius, *ſervum*: hi poſtremi, *ſed & fama*. Fuit, qui dubitari nollet legitimam à ſe repertam lectionem, *ceu fama*. Muretus quoque è ſuis libris *ſeu fama*. Salmaſii me miſeret, qui ad Flori 2, 6 ex vetuſtiſſimo codice legendum ait: *ſed fama obtinuit ſervum*. Vide quid ſit feſtinare ac nimium memoriæ fidere. Non modò Put. (quem ille ſignificat vetuſtiſſimum codicem) ſed ne quidem ullus alicujus ætatis ſcriptorum codicum circa hæc verba τὸ *ſervum* habet. Put. Flor. Voſſ. Pet. duo Pal. ut Lipſiani: *auctores ſed fama obtinuit. Hoc primum*. In Gudiano prorſus ut voluit Lipſius, & edidit Juntas. *Idem*.

1 *Tamen*

ſtis, copias trajiceret. Prius Placentiam pervenere, quam ſatis ſciret Annibal ab Ticino profectos: [1] tamen ad ſexcentos moratorum in citeriore ripa, ſegniter ratem ſolventes, cepit. tranſire non potuit pontem; [2] ut extrema reſoluta erant, tota rate [3] in ſecundam aquam labente. Cœlius auctor eſt, Magonem cum equitatu, & Hiſpanis peditibus [4] flumen extemplo tranſnaſſe, ipſum Annibalem per ſuperiora Padi vada exercitum traduxiſſe; elephantis in ordinem ad ſuſtinendum impetum fluminis oppoſitis. [5] Ea peritis amnis ejus vix fidem fecerint. nam neque equites armis equiſque ſalvis tantam vim fluminis ſuperaſſe, veriſimile eſt; ut jam Hiſpanos omnes inflati tranſvexerint utres. & multorum dierum circuitu Padi vada petenda fuerant; qua exercitus gravis impedimentis traduci poſſet. Potiores apud me auctores ſunt, qui biduo

1 *Tamen aliquot moratorum in citeriore ripa*] Put. *citeriore rapadi ſegniter.* Facile conjicias, *in citeriore ripa*, vel *ora Padi.* Vix tamen ad ſenſum τὸ *Padi* neceſſarium. Sed pro *aliquot* idem Put. ac præterea Reg. Petav. Men. Voſſ. *adhac.* Qua in voce haud dubie latet numerus oppreſſorum. Polybius: τοὺς δὲ φυλάττοντας τὴν χάραν ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ ὑπολειπομένους, τέτταρα μὲν ἐγγεγραπτὸς ἐγένετο, σχεδὸν ἑξακοσίων ὄντων τὸν ἀριθμόν. Refinge: *Tamen ad ſexcentos moratorum in citeriore ripa ſegniter ratem ſolventes cepit.* Scriptus fuit numerus per notas DC. Niſi apud Polybium ἑξήκοντα legendum & LX notavit Livius. *J. Fr. Gron.*

2 *Ut extrema reſoluta erant*]: Vet. libri, *quod extrema.* Sigonius.

Ut extrema reſoluta erant] Intellige, poſtquam vel ſimul atque ſolutæ erant: ne auſcultes Sigonio *quod* reponenti. *J. Fr. Gron.*

3 *In ſecundam aquam labente*] Vix capio. Forte: *tota rate vi ſecunda aqua dilabente.* Idem.

4 *Flumen extemplo tranataſſe*] Put. *tranſnaſſe.* Idem.

5 *Ea peritis amnis vix fecerint*] Quid tum? totum illud iter experiundo didicit Annibal. Lege cum eodem optimo: *Ea peritis amnis vix fidem fecerint.* id eſt, vix ſe probaverint, vix poterunt perſuaderi. Curtius lib. 4. *Alexandro, qui numerum copiarum ejus, quantum procul conjectari poterat, æſtimabant, vix fecerunt fidem, tot millibus cæſis majores copias eſſe reparatas.* Voſſianus quoque *peritis.* Sed & ſic omnino quoque Florentinus & Gudianus. Quæ ſequuntur, iidem lectiſſimi codices, ſic formari volunt: *neque equites armis equiſque ſalvis tantam vim fluminis ſuperaſſe veriſimile eſt, ut jam Hiſpanos omnes inflati travexerint utres: ſed multorum dierum circuitu Padi vada petenda fuerunt, qua exercitus gravis impedimentis traduci poſſet.* Habent *namque*, ut & Voſſianus; non *nam neque*: habent Put. Flor. Gud. *travexerint*: habent *ſed* omnes: Fl. *fuerint.* Gud. *fuerunt.* Andreas quoque, *namque equites*, &c. *non veriſimile eſt:* tum, *ſed multorum*, &c. *fuerint.* Et ſic omnes ad Juntam uſque. In primo Frobenio vulgatum video. *Idem.*

biduo vix locum rate jungendo flumini inventum tradunt; ea cum Magone equites Hiſpanorum expeditos præmiſſos. dum Annibal citra flumen legationibus Gallorum audiendis moratus, trajicit gravius peditum agmen, interim Mago equiteſque ab tranſitu fluminis diei unius itinere Placentiam ad hoſtes contendunt. Annibal paucis poſt diebus, ſex millia à Placentia caſtra communivit, & poſtero die in conſpectu hoſtium acie
48 directa, poteſtatem pugnæ fecit. Inſequenti nocte cædes in caſtris Romanis, tumultu tamen quam re major ab auxiliaribus Gallis facta eſt. ad duo millia peditum, & ducenti equites vigilibus ad portas trucidatis, ad Annibalem transfugiunt: quos Pœnus benigne allocutus, & ſpe ingentium donorum accenſos, in civitates quemque ſuas, ad ſollicitandos popularium animos dimiſit. Scipio cædem eam ſignum defectionis omnium Gallorum eſſe ratus, contactoſque eo ſcelere, velut injecta rabie ad arma ituros, quamquam gravis adhuc vulnere erat, tamen quarta vigilia noctis inſequentis tacito agmine profectus ad Trebiam fluvium, in [1] loca altiora colleſque impeditiores equiti caſtra movet. Minus quam ad Ticinum fefellit: miſſiſque Annibal primum Numidis, deinde omni equitatu, turbaſſet utique noviſſimum agmen, ni aviditate prædæ in vacua Romana caſtra Numidæ divertiſſent. Ibi dum perſcrutantes loca omnia caſtrorum, nullo ſatis digno moræ pretio tempus terunt: emiſſus hoſtis de manibus eſt: & quum jam tranſgreſſos Trebiam Romanos, metanteſque caſtra conſpexiſſent, paucos moratorum occiderunt, [2] citra flumen interceptos. Scipio nec vexationem [3] vulneris in via jactanti ultra patiens,

1 *Loca altiora colleſque impediriores*] Flor. Voſſ. Oxon. & Cantabrig. *loca altiora locuſque imp.* Additum in margine Voſſ. *vel ſaltus.* Hi mendoſe exhibent veram manum, quæ fuit, *loca altiora lucoſque impediriores*, quomodo plane Gudianus. *Jacobus Gronovius.*

2 *Circa flumen interceptos*] Vet. libri, *citra flumen.* Sigonius.

3 *Vulneru in via jactantu*] Eſt inter commentantes, qui *jactantis* explicat jactati, ut *tendanti* apud Virgilium,

tiens, & collegam (jam enim & revocatum ex Sicilia audierat) ratus exſpectandum; locum, qui prope flumen tutiſſimus ſtativis eſt viſus, delectum communivit. Nec procul inde Annibal quum conſediſſet, quantum victoria equeſtri elatus, tantum anxius inopia, quæ per hoſtium agros euntem nuſquam præparatis commeatibus major indies excipiebat, [1] ad Claſtidium vicum, quo magnum frumenti numerum congeſſerant Romani, mittit. ibi quum vim pararent, ſpes facta proditionis: nec ſane magno pretio [2] nummis aureis quadringentis Daſio Brunduſino præfecto præſidii corrupto, traditur Annibali Claſtidium. id horreum fuit Pœnis ſedentibus ad Trebiam. In captivos ex tradito præſidio, ut fama clementiæ in principio rerum colligeretur, nihil ſævitum eſt. Quum ad Trebiam terreſtre conſtitiſſet bellum, interim circa Siciliam inſulaſque Italiæ imminentes, & à Sempronio conſule, & ante adventum ejus terra marique res geſtæ. viginti quinqueremes cum mille armatis ad depopulandam oram Italiæ à Carthaginienſibus miſſæ, novem Liparas, octo inſulam Vulcani tenuerunt, tres in fretum avertit æſtus. Ad eas conſpectas, à Meſſana duodecim naves ab Hierone rege Syracuſanorum miſſæ, qui tum forte Meſſanæ erat conſulem Romanum opperiens, nullo repugnante captas naves Meſſanam in portum deduxerunt. Cognitum ex captivis, præter viginti naves, 49

lium, *lavanti regi* apud noſtrum. Sed melius Put. *jactanti*, ut cum *via* conjungatur. Lib. 29. *Ubi primum ducta cicatrix pati poſſe viſa jactationem.* Lib. 30. *Simul ſperans leviorem in navigatione, quam in via jactationem vulneris fore.* Curtius lib. 6. *Jactationem vulnerum haud facile tolerantem.* Mox etiam plures codd. *jam enim & revocatum*, ubi vulgo copulativa deeſt. *J. Fr. Gronovius.*

1 *Ad Claſtidium vicum*] Polyb. Κλαστίδιον πόλιν vocat: mentio *Claſtidii* eſt in triumpho Marcelli Capitolino. *Sigonius.*

2 *Aureis nummis quadringentis datis P. Brunduſino*] Otioſum eſt illud *datis.* Præterea inſolens hominis appellandi ratio, *P. Brunduſino.* eſt enim poſterius nomen patriæ, non familiæ. Ἄνδρα Βρεντέσιον vocat Polybius. ubi male in verſione *Publium* additur. Put. *quadringentis Daſire Brunduſino.* Scribe, *Daſio.* Quod nomen occurret & inferius. *J. Fr. Gron.*

1 *Li-*

naves, cujus ipſi claſſis eſſent, in Italiam miſſas, quinque & triginta alias quinqueremes Siciliam petere, ad ſollicitandos veteres ſocios. [1] Lilybæi occupandi præcipuam curam eſſe credere: eadem tempeſtate, qua ipſi disjecti forent, eam quoque claſſem ad Ægateis inſulas dejectam. [2] Hæc ſicut audita erant, rex Meſſana M. Æmilio prætori, cujus Sicilia erat provincia, perſcribit; monetque, Lilybæum firmo teneret præſidio. [3] Extemplo & circa prætorem ad civitates miſſi legati tribunique, qui ſuos ad curam cuſtodiæ intenderent. ante omnia Lilybæum teneri ad apparatum belli: edicto propoſito, ut ſocii navales decem dierum cocta cibaria ad naves deferrent; ubi ſignum datum eſſet, [4] ne quis moram conſcendendi faceret: [5] perque omnem oram qui erant ex ſpeculis

culis

1 *Lilybæi occupandi præcipuam curam eſſe credere: eadem tempeſtate* &c.] Non poteſt placere hæc diſtinctio. Namque hi captivi Carthagine profecti ſcire optime poterant, quæ potiſſima cura Carthaginienſium foret, non tantum credere: claſſem vero alteram eadem fuiſſe tempeſtate disjectam nonniſi opinari & conjicere. Quare diſtinguas cenſeo. *Lilybæi occupandi præcipuam curam eſſe: credere eadem tempeſtate, qua* &c. Prorſus ut lib. 27 cap. 5 etiam ex captivis quæſtione habita compertum ait, *quinque millia Numidarum Carthagine eſſe* &c. *Claſſem præterea ingentem apparari ad Siciliam repetendam* (hæc quaſi certo ab ipſis ſcirentur, narrat; addit tum eos pro dubio edidiſſe) *eamque ſe credere brevi trajecturam.* Jac. Gron.

2 *Hæc ſicut audita erant, rex Meſſanæ Æmilio prætori*, &c.] Lege ex veteribus libris: *Hæc ſicut nunciata erant Meſſanæ, rex Æmilio prætori.* Hiero enim Syracuſarum rex fuit, non Meſſanæ. niſi intelligas, Rex Meſſana, ubi tum forte erat, perſcribit. *Æmilius* hic eſt tertius hujus anni prætor. *Sigonius.*

Hæc ſ. a. e. rex Meſſanæ Æmilio] Prænomen omiſſum, quod habet Put. ſcribendumque, *rex M. Æmilio:* deleto *ni Meſſanæ*, quod neſciunt Put. Flor. Gud. *J. Fr. Gron.*

3 *Extemplo & circa prætorem*] *Circa prætorem*, dixit, pro, *à prætore.* Ego malim, *circa à prætore.* Sigonius.

Extemplo & circa prætorem ad civitates miſſi legati tribunique] Sic lib. 1. *Tarquinium moribundum quum qui circa erant excepiſſent.* Lib. 22 Flaminio ſuper caput equi effuſo: *Territis omnibus qui circa erant velut fædo omine.* Ruſuſque: *Incedentes ad dictatoris caſtra in admirationem & ipſum & omnes, qui circa erant, converterunt.* Nec recte Sigonius interpretatur à prætore, aut Turnebus reponit *è circa.* nam *legati tribunique circa prætorem* ſunt qui circa illum erant, & honoris cauſa aſſectabantur relictis præſidiis ſuis. Suetonius Julio: *Omnibus vero circa eum atque etiam magna parte ſenatus, gratuito atque levi fœnore obſtrictis.* J. Fr. Gron.

4 *Nequid moram*] Vet. lib. *ne quis moram conſcendendi faceret.* Malim tamen, *nequid.* Sigonius.

5 *Perque omnem oram qui erant ex ſpeculis conſpicerent*] Videtur hoc brevius dixiſſe Livius. Verbum *erant* ne-

que

culis prospicerent adventantem hostium classem. Simul itaque (quamquam de industria morati cursum navium erant Carthaginienses, ut ante lucem accederent Lilybæum) præsensum tamen est, quia & luna pernox erat, & [1] sublatis armamentis veniebant; extemplo datum è speculis signum, & in oppido ad arma conclamatum est, & in naves conscensum: pars militum in muris portarumque in stationibus, pars in navibus erant. Et Carthaginienses, quia rem fore haud cum imparatis cernebant, usque ad lucem portu se abstinuerunt, demendis armamentis eo tempore, aptandaque ad pugnam classe absumpto. Ubi illuxit, recepere classem in altum, ut spatium pugnæ esset, exitumque liberum è portu naves hostium haberent. Nec Romani detrectavere pugnam; & memoria circa ea ipsa loca gestarum rerum freti, & militum multitudine, ac virtute. Ubi in altum evecti sunt, Romanus conferere pugnam, & ex propinquo vires conferre velle: contra eludere Pœnus, & arte, non vi rem gerere, naviumque quam virorum [2] aut armorum malle certamen facere. nam ut [3] sociis navalibus affatim instructam classem, ita inopem milite habebat: & [4] sicubi con-

que in Put. neque in aliis MSS. reperimus; dein fere omnes, *prospicerent*. Scribe ergo: *perque omnem oram uti ex speculis prospicerent*. nempe homines cujusque oræ vel custodes ad id destinati. *J. Fr. Gron.*

Qui erant ex speculis] Lego, *quidam ex speculis*. Tan. Faber.

1 *Sublatis armamentis veniebant*] *Sublatis*, intelligit in altum elatis, ut procul conspici possent. Itaque subsequitur oppositum, *Demendis armamentis eo tempore consumpto*. Sigonius.

2 *Aut armorum malle certamen facere*] Gruterus *facere* expunctum vellet; ego *malle*, si opus esset. Sed maneat utrumque. Quod sequitur, ita Put. Petav. Reg. Men. duo Pall. Voss. *nam ut sociis navalibus adsatim minus instructam*. De quo quid sentiendum, probabiliter diximus in Observationibus. *J. Fr. Gron.*

3 *Socius navalibus a. instructam classem, i. inopem milite*] *Socios navales* hoc loco remiges vocat, eosque demum, qui nautica ministeria aliqua in navi obeunt, ut libro 6. *De remigum supplemento agi cœptum est, in quam rem cum neque hominum satis, nec ex quo parentur, stipendiumque acciperent, pecuniæ quicquam ea tempestate in publico esset, edixerunt consules, ut privati ex censu, ordinibusque, sicut antea, remiges darent. Nam, unde cum pecunia in ærario non esset, paraturos socios navales?* paulo post ait, *milites, nautasque*. Item, *legiones socios que navales*. Item, *Classicos milites, navalesque socios*. Sigonius.

4 *Sicubi conserta manus esset*] Omnes, *navis*. nempe ad pugnam. Cur-

conſerta navis eſſet, haudquaquam par numerus armatorum ex ea pugnabat. Quod ubi animadverſum eſt; & Romanis multitudo ſua auxit animum, & paucitas illis minuit. Extemplo ſeptem naves Punicæ circumventæ, [1] fugam cæteræ ceperunt: mille & ſeptingenti fuere in navibus capti, milites nautæque: in his tres nobiles Carthaginienſium. Claſſis Romana incolumis, una tantum perforata navi, ſed ea quoque ipſa reduce, in portum rediit. [2] Secundum hanc pugnam, nondum gnaris ejus qui Meſſanæ erant, Ti. Sempronius conſul Meſſanam venit, [3] & fretum intranti rex Hiero claſſem ornatam obviam duxit: tranſgreſſuſque ex regia in prætoriam navem, gratulatus ſoſpitem cum exercitu & navibus adveniſſe, precatuſque proſperum ac felicem in Siciliam tranſitum; ſtatum deinde inſulæ & Carthaginienſium conata expoſuit: pollicituſque eſt, quo animo priore bello populum Romanum juvenis adjuviſſet, eo ſenem adjuturum. Frumentum veſtimentaque ſeſe legionibus conſulis ſociiſque navalibus gratis præbiturum. [4] grande periculum Lilybæo maritimiſque civitatibus eſſe, & [5] quibuſdam volentibus novas res fore. Ob hæc Conſuli nihil cunctandum viſum, quin Lilybæum claſſe peteret: & rex regiaque claſſis una profecti. navigantes inde, pugnatum ad Lily-
51 bæum, fuſaſque & captas hoſtium naves, accepere. A Lilybæo conſul, Hierone cum claſſe regia dimiſſo, relicto quæ prætore ad tuendam Siciliæ oram, ipſe in inſulam Melitam, quæ à Carthaginienſibus tenebatur, trajecit. Advenienti Amilcar, Giſgonis filius, præfectus præſidii, cum

tius lib. 4. *Neque enim conſerta navigia ulla ope in turbido regi poterant.* J. Fr. Gron.

1 *Fugam cetera cepersnt*] Vet. lib. *cetera fug. cep.* Sigonius.

2 *Secundum hanc pugnam, nondum gnaris eis*] Put. *ejus.* recte, pugnæ nimirum ad Libybæum. *J. Fr. Gron.*

3 *Et fretum intranti*] Vet. lib. *ei fret. intr.* Sigonius.

4 *Grande periculum Lilybæorum maritimiſque civitatibus*] Meliores, *Lilybæo.* Illud ne quidem Latinum eſt, *Lilybætanos* dicunt. Iidem: *eſſe, & quibuſdam.* To & vulgo deeſt. *J. Fr. Gronov.*

5 *Quibuſdam volentibus res novas*] Veteres libri, *& quibuſdam.* Sigonius.

1 *De-*

cum paulo minus duobus millibus militum, oppidumque cum insula traditur: inde post paucos dies reditum Lilybæum, captivique & à consule & à prætore, præter insignes nobilitate viros, sub corona venierunt. Postquam ab ea parte satis tutam Siciliam censebat consul; ad insulas Vulcani, (quia fama erat stare ibi Punicam classem) trajecit. nec quisquam hostium circa eas insulas inventus. Jam forte transmiserant ad vastandam Italiæ oram: [1] depopulatoque Vibonensi agro, urbem etiam terrebant. Repetenti Siciliam consuli exscensio hostium in agrum Vibonensem facta nunciatur: literæque ab senatu de transitu in Italiam Annibalis, &, ut primo quoque tempore collegæ ferret auxilium, missæ traduntur. Multis simul anxius curis, exercitum extemplo in naves impositum, Ariminum supero mari misit: Sex. Pomponio legato cum viginti quinque longis navibus Vibonensem agrum maritimamque oram Italiæ tuendam attribuit: M. Æmilio prætori quinquaginta navium classem explevit: ipse compositis Siciliæ rebus, decem navibus oram Italiæ legens, Ariminum pervenit: inde cum exercitu suo profectus ad Trebiam flumen, collegæ conjungitur. Jam ambo consules, & quicquid Romanarum virium erat, Annibali oppositum, aut illis copiis defendi posse Romanum imperium, aut spem nullam aliam esse, satis declarabat. Tamen consul alter [2] equestri prœlio uno & vulnere suo minutus, trahi rem malebat: recentis animi alter, eoque ferocior, nullam dilationem patiebatur. 52

1 *Depopulatoque Vibonensi agro*] *Vibonienſi* Put. Voſſ. Gud. ſequentibus etiam duobus locis Gud. altero Flor. *Vibonienſem*. Ut hoc malim propemodum, quemadmodum *Crotonienſes*. J. Fr. Gron.

2 *Equeſtri prœlio uno*] Quid ſi legas, *una*. Sigonius.

Equeſtri prœlio uno] Sigonius conjicit *una*. Hoc ſi voluiſſet Livius, *ſimul*, non *una* poſuiſſet. Tamen ſuſpectum τὸ *uno*. Illud *minutus* accepit à Græcis. Homerus Ἰλ. ρ'. Ἠδ' ὁ πονῆς μινύθῃ τε, καὶ οἱ ἐθέλῃσιν ἀμύνειν. Apollonius lib. 1. Δμωὶς ὅπως μὴ λειῖσι λελειμμένη ἐν μεγάροισι Σεῖο πόθῳ μινύθουσα δυσάμμορος. Et lib. 4. ἀμηχανίῃ μινύθοντας. Lucianus μειῶδες dicit de mercede cond. 1, 342. J. Fr. Gron.

tur. Quod inter Trebiam Padumque agri eſt, Galli tum incolebant; in duorum præpotentium populorum certamine, per ambiguum favorem haud dubie gratiam victoris ſpectantes. Id Romani, ne quid modo moverent, æquo ſatis, Pœnus periniquo animo ferebat; ab Gallis accitum ſe veniſſe [1] ad liberandos eos, dictitans. Ob eam iram, ſimul ut præda militem aleret, [2] duo millia peditum & mille equites, Numidas pleroſque, mixtos quoſdam & Gallos, populari omnem deinceps agrum uſque ad Padi ripas juſſit. Egentes ope Galli, quum ad id dubios ſervaſſent animos, coacti ab auctoribus injuriæ, ad vindices futuros declinant: legatiſque ad conſulem miſſis, auxilium Romanorum, terræ ob nimiam cultorum fidem in Romanos laboranti, orant. Cornelio nec cauſa, nec tempus agendæ rei placebat: ſuſpectaque ei gens erat, tum ob infida multa facinora; tum, ut alia vetuſtate obſoleviſſent, ob recentem Boiorum perfidiam. Sempronius contra, continendis in fide ſociis maximum vinculum eſſe [3] primos, qui eguiſſent ope, defenſos cenſebat. Tum, collega cunctante, equitatum ſuum, mille peditum, jaculatoribus ferme admixtis, ad defendendum Gallicum agrum trans Trebiam mittit. Ii, ſparſos & [4] incompoſitos, adhæc graves præda pleroſque, quum inopinatos invaſiſſent, ingentem terrorem cædemque ac fugam

1 *Ad liberandum eos dictitans*] Scripti, *liberandos*. J. Fr. Gron.

2 *Duo millia peditum*, &c. *quoſdam & Gallos*] Polyb. ἐξαποστέλλει πεζοὺς μὲν δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ Κελτοὺς καὶ Νομάδας εἰς χιλίους. *Sigonius*.

3 *Primos qui coiſſent, ope defenſos*] Potius opprimendi quam defendendi ſunt primi cœtus facientium. Put. Voſſ. Andreas & omnes aliæ vett. edd. præter Mogunt. *Primoſque qui coiſſent*: quemadmodum & advocat Salmaſius de re mil. p. 172. Sed non hic ſiſtendum. Scribe: *continendis in fide ſociis maximum vinculum eſſe primos, qui eguiſſent ope, defenſos*. Dixerat ſcilicet, *Egentes ope Galli*. Lib. 4. *Ubi præſenti ope res egebant*. Lib. 10. *Illiberali & ingrato, ſi eguerat ope, diſſimulantem*. J. Fr. Gron.

4 *Incompoſitos onerateſque præda pl. inopinantes*] Auctor omnium, quos habemus, codicum: *incompoſitos ad hoc caravis pr. pl. q. inopinatos*. Nec deſunt, qui ſervarunt, recentiores. ex quibus recte Lipſius *gravis* vel *graves*: quod quidem totidem literis reg. & unus Pal. Lib. 27. *Palatos paſſim per agros graveſque præda, ut qui nihil tale metuerent, adortus*. Idem.

1 *Varia*

gam uſque ad caſtra ſtationeſque hoſtium fecere: unde multitudine effuſa pulſi, rurſus ſubſidio ſuorum prœlium reſtituere. [1] Varia inde pugna ſequentes, quamquam ad extremum æquaſſent certamen, [2] major tamen hoſtium Romanis fama victoriæ fuit. Cæterum nemini omnium major juſtiorque quam ipſi conſuli videri; gaudio efferri, qua parte copiarum alter conſul victus foret, ea ſe viciſſe. [3] reſtitutos ac refectos militibus animos. nec quemquam eſſe, præter collegam, qui dilatam dimicationem vellet: eum animo magis quam corpore ægrum, memoria vulneris aciem ac tela horrere. Sed non eſſe cum ægro feneſcendum. Quid enim ultra differri [4] aut teri tempus? Quem tertium conſulem, quem alium exercitum exſpectari? Caſtra Carthaginienſium in Italia, ac prope in conſpectu urbis eſſe. non Siciliam ac Sardiniam victis ademptas, nec cis Iberum Hiſpaniam peti, ſed ſolo patrio terraque, in qua geniti forent, pelli Romanos. *Quantum ingemiſcant*, inquit, *patres noſtri circa mœnia Car-* 53

tha-

1 *Varia inde pugna ſequentes*] Forte: *Varia inde pugna cedentes ſequenteſque.* J. Fr. Gron.

Varia inde pugna ſequentes] Sane etiam Franc. Sanctium conjeciſſe intelligo *varia inde pugna ſequentes cedenteſque.* Non queo tamen admittere, & me judice legendum eſt, deleta una litera; *Varia inde pugna ſequente.* hoc eſt, quum ſequens ac poſterior pugna fuiſſet varia. Sic in Epitome 27. *Priore pugna Annibal ſuperior fuit, Marcellus inſequenti.* Sic *victoria inſequens* Livio 28, 41. *Prior quum major clariorque, tum cauſa etiam inſequentis fuerit.* Jac. Gron.

2 *Major tamen hoſtium*] Vide an non legendum fuerit: *major tamen quam hoſtibus.* Tan. Faber.

Major tamen hoſtium Romanis fama] Hæc menda non carere facile eſt animadvertere. Put. *Romanos.* Fortaſſe: *major tamen juſtiorque Romana fama victoria fuit.* Vel, *major tamen juſtiorque ad Romanos fama victoriam tulit.* Nam videtur voluiſſe ludere repetitione ſcita τῆς *major juſtiorque.* Infra hoc libro: *Sed major Romanis quam pro numero jactura fuit.* Illuſtrant iſta lib. 5. *Juſtiore altero deinde prœlio vincuntur.* Lib. 9. *Quum anceps cades fuiſſet, adverſa tamen rei fama in Romanos vertit.* Lib. 28. *Aut victoria illa major clariorque quam hæc futura eſt.* J. Fr. Gron.

Major tamen hoſtium Romanis] Videtur: *major tamen cum Romano fama victoria fuit.* 23, 33. *Poſteaquam tertia jam pugna, tertia victoria cum Pœnis erat.* Jac. Gron.

3 *Reſtitutos ac refectos militum animos*] Scripti, *militibus.* Lib. 25. *Reſtituit tamen his animos, & illis minuit audaciam parva ima res.* Adde ad lib. 7, 7. J. Fr. Gron.

4 *Ac teri tempus*] Vet. lib. *aut teri.* Sigonius.

thaginis bellare ſoliti, ſi videant nos, progeniem ſuam, duos conſules conſulareſque exercitus, in media Italia paventes intra caſtra? Pœnum quod inter Alpes Appenninumque agri ſit, ſuæ ditionis feciſſe? Hæc aſſidens ægro collegæ, hæc in prætorio prope concionabundus agere. Stimulabat & tempus propinquum comitiorum, ne in novos conſules bellum differretur; & occaſio in ſe unum vertendæ gloriæ, dum æger collega erat. Itaque nequicquam diſſentiente Cornelio, parari ad propinquum certamen milites jubet. Annibal, quum, quid optimum foret hoſti, cerneret, vix ullam ſpem habebat, temere atque improvide quicquam conſules acturos. [1] quum alterius ingenium, fama prius, [2] deinde re cognitum, percitum ac ferox ſciret eſſe; ferociuſque factum proſpero cum prædatoribus ſuis certamine crederet; adeſſe gerendæ rei fortunam haud diffidebat. cujus ne quod prætermitteret tempus, [3] ſollicitus intentuſque erat, dum tiro hoſtium eſſet miles, dum meliorem ex ducibus inutilem vulnus faceret, dum Gallorum animi vigerent: quorum ingentem multitudinem ſciebat ſegnius ſecuturam, quanto longius [4] ab domo traherentur. Quum ob hæc taliaque ſperaret propinquum certamen, & facere, ſi ceſſaretur, cuperet; ſpeculatoreſque Galli ad ea exploranda quæ vellet, tutiores, quia in utriſque caſtris militabant, paratos pugnæ eſſe Romanos retuliſſent; locum inſidiis circumſpectare Pœnus cœpit. Erat in medio rivus, prælatis utrimque clauſus ripis, & circa obſitus paluſtribus herbis, & 54, quibus inculta ferme veſtiuntur, virgultis vepribuſque. quem ubi [5] ad equites quoque tegendos ſatis latebroſum locum circ-

1 *Sed quum alterius ingenium*] Deeſt omnibus πὸ *ſed*, & quidem elegantius aliquanto. Iidem *factum proſpero*. non *ex proſpero*. J. Fr. Gron.

2 *Deinde recognitum*] Lege, *re cognitum*. Sigonius.

3 *Sollicitusque & intentus*] Put. *ſollicitus intentuſque*. J. Fr. Gronovius.

4 *Ab domo traherentur*] Put. tres Pall. Voſſ. *traherentur*. Galli ſcilicet. *Idem*.

5 *Ad equites quoque tegendos ſatis*] Quis non putet à correctoribus eſſe ſi comparetur cum lectione non ſpernendorum codicum MSS. *ubi equiti*

circumvectus ipſe oculis perluſtravit; *Hic erit locus*, Magoni fratri ait, *quem teneas. Delige centenos viros ex omni pedite atque equite; cum quibus ad me vigilia prima venias. Nunc corpora curare tempus eſt.* [1] Ita prætorium miſſum. mox cum delectis Mago aderat. *Robora virorum cerno*, inquit Annibal. *ſed ut & numero etiam, non animis modo valeatis, ſingulis vobis novenos ex turmis manipuliſque veſtri ſimiles eligite: Mago locum monſtrabit, quem inſideatis. Hoſtem cæcum ad has belli artes habebitis.* Ita mille equitibus Magoni, mille peditibus dimiſſis, [2] Annibal prima luce Numidas equites tranſgreſſos Trebiam flumen, obequitare jubet hoſtium portis, jaculandoque in ſtationes elicere ad pugnam hoſtem: injecto deinde certamine, cedendo ſenſim citra flumen pertrahere. Hæc mandata Numidis. cæteris ducibus peditum equitumque præceptum, ut [3] prandere omnes juberent: armatos deinde inſtratiſque equis, ſignum exſpectare. Sempronius, ad tumultum Numidarum primum omnem equitatum, ferox ea parte virium, deinde ſex millia peditum, poſtremo [4] omnes copias ad deſtinatum

equiti quoque tegendo ſatis latebroſum. Put. tamen, & quos alios in Gallia contuli, niſi male oculis uſus ſum, vulgarum ſervant: eoque nihil auſim mutare. Nihilominus puto verum eſſe, quod & Muretus è ſuis profert, *equiti quoque tegendo.* nam in Voſſ. & à manu prima Gud. unoque Pall. *ubi equites quoque tegendo ſatis* exſtat: in Flor. *ubi equites quoque tegendos.* Et idem puto in Put. eſſe, etſi notare prætermiſerim. *J. Fr. Gron.*

1 *Ita præconium miſſum*] Scripti ut quiſque antiquior: *ita prætorium miſſum.* de quo monere præcepit Lipſius 4 de mil. dial. 2. *Mitti prætorium* dicebatur, cum legati, tribuni, centuriones, præfecti, & ſi qui alii circa imperatorem eſſe conſilii communicandi, aut imperiorum teſſerarumque excipiendarum ergo ſolerent, ſuprema tempeſtate plerumque, ad corpora curanda, aut ſi quæ reſtabant, munia adminiſtranda diſcedebant. Ut & *mitti principia*, cum frequentia, quæ ibi eſſe ſoleret, diffluere. Hic dicit eo ſenſu, quo libro 35, quamquam in alia re, *Ex conſilio ita diſceſſum eſt, ut bellum gereretur.* Tale Cæſaris lib. 1 Civil. *Illud extremum atque ultimum ſenatuſconſultum, quo niſi in ipſo urbe incendio atque deſperatione omnium ſalutis nunquam ante diſceſſum eſt.* Habet vernacula lingua ſimile, cum *Reichſabſcheide*, diſceſſus Imperii, vocat, quæ in conventibus principum placuerunt: & in privatis quoque negotiis eadem voce, quæ *diſceſſum* ſignificat, pronuntiantur, quæ convenerunt. *Idem.*

2 *Annibal prima luce*] Polyb. ἅμα τῇ φωτί. *Sigonius.*

3 *Prandere omnes juberent*] Polyb. πᾶσιν ἀριστοποιεῖσθαι παρήγγειλε. *Idem.*

4 *Omnes copias ad deſtinatum locum*] Retegunt omnes ſcripti τὸ *locum*: ut

tum locum jam ante consilio, avidus certaminis eduxit. [1] Erat forte brumæ tempus, & nivalis dies in locis Alpibus Appenninoque interjectis; propinquitate etiam fluminum ac paludum prægelidis. ad hoc raptim eductis hominibus atque equis, non capto ante cibo, non ope ulla ad arcendum frigus adhibita, nihil caloris inerat: [2] & quicquid auræ fluminis appropinquabant, afflabat acrior frigoris vis. Ut vero refugientes Numidas insequentes, aquam ingressi sunt (& erat [3] pectoribus tenus aucta nocturno imbri) tum utique egressis rigere omnibus corpora, ut vix armorum tenendorum [4] potentia essent, simul
55 jejuni procedente jam die, fame etiam deficere. Annibalis interim miles ignibus ante tentoria factis, oleoque per manipulos ut mollirent artus misso, & cibo per otium capto, ubi transgressos flumen hostes nunciatum est; alacer animis corporibusque arma capit, atque in aciem proce-

& Vallæ codex, qui censet *ad destinatum* dici, ut ante *ex propinquo*. Forsan recte: sic *ad constitutum, ad dictum*. Lib. 38. *Ab destinatum petentibus*. Vide tamen an fuerit: *ad destinatum jam ante consilio avidus certamen eduxit*. J. Fr. Gron.

1 *Erat forte bruma tempus, & nivalis dies*] Polyb. ἔσης ὢν τὴν ὥραν κατὰ χειμερινὰς τροπὰς καὶ τὰς ἡμέρας νιφετώδεις καὶ ψυχράς. *Sigonius*.

2 *Et quicquid aura fluminis adpropinquabat*] Liber optimus: *adpropinquabant*. Recte omnino: & est genus loquendi, quale lib. 7. *Quicquid ab urbe longius proferrent arma, magu magisque in imbelles gentes eos prodire*. J. Fr. Gron.

3 *Pectoribus tenus*] Ἕως τῶν μαζῶν, Polybius. *Sigonius*.

4 *Potentia essent, & simul procedente jam die*] Ab ingenio Vallæ lectio, cum prius haberetur: *potentia esset & similitudine procedente*: nec differunt Put. & melioris notæ libri. Dederat & aliam conjecturam Laurentius: *potentia essent & lassitudine*. A quo parum dicedunt regius: *etsi lassitudine*: & Pal. unus: *ex lassitudine*. Itaque olim ipse conjeceram, ut schedis meis demonstrare possum: *simul lassitudine, & procedente*: quod postea se malle submonuit Alb. Rubenius. Sed illa *lassitudo* hic tota correctorum est, non scripturæ veteris. Polybius, quem Livius hic quoque vertit: μόλις ἕως τῶν μαζῶν οἱ πεζοὶ βαπτιζόμενοι διέβαινον· ἐξ ὧν ἐπακολουθεῖ τὸ σφοδρὸν ὑπό τε τῆς ψύχους καὶ τῆς ἐνδείας, ὡς ἂν ὄσης τῆς ἡμέρας προβαινούσης. Quamvis famis meminit noster, tamen aliquid latet in τῇ *similitudine*, quo reddere illustrius voluit τὸ τῆς ἐνδείας, & explicandum videtur hoc modo: *simul jejuni*. Scriberem igitur: *Tum utique egressis rigere omnibus corpora, ut vix armorum tenendorum potentia essent, simul jejuni, procedente jam die, fame etiam deficere*. Infra: *contra jejuna fessaque corpora Romanis & rigentia gelu torpebant*. Lib. 28. *Et procedente jam die, vires etiam deficere Asdrubalis exercitum caperant, oppressos maturino tumultu, coactosque priusquam cibo corpora firmarent, raptim in aciem exire*. De prælio eodem Frontinus

procedit. Baleares locat ante ſigna, [1] levem armaturam, octo ferme millia hominum; dein graviorem armis peditem, quod virium, quod roboris erat. in cornibus circumfudit decem millia equitum: & ab cornibus [2] in utramque partem diviſos elephantos ſtatuit. Conſul, effuſos ſequentes equites, quum ab reſiſtentibus ſubito Numidis incauti exciperentur, ſigno receptui dato, revocatos circumdedit peditibus. [3] Duodeviginti millia Romani erant, [4] ſociûm nominiſque Latini viginti; auxilia præterea Cenomanorum: ea ſola in fide manſerat Gallica gens. his copiis concurſum eſt. Prœlium à Balearibus ortum eſt, quibus quum majore robore legiones obſiſterent, deductæ propere in cornua leves armaturæ ſunt. quæ res effecit, ut equitatus Romanus extemplo urgeretur: nam quum vix jam per ſe reſiſterent decem millibus

nus Strateg. 2, 5, 23. *Hos conſul & adortus temere, & ſecutus, jejunum exercitum in maximo frigore tranſitu fluminis rigefecit.* Ita enim MS. non *rigere fecit.* Eſt autem elegans *rigefacere*, ut *adſuefacere.* J. Fr. Gron.

1 *Levem armaturam*] Vet. lib. *levemque armaturam.* Sic. lib. 22. *Baleares, ceteramque levem armaturam poſt montes circumducit.* Et Polyb. τοὺς λογχοφόρους, καὶ Βαλεαρεῖς, ὃν τινας εἰς ὀκτακισχιλίους. *Sigonius.*

2 *In utramque partem diviſos elephantos*] Omnes *diverſos:* nec aliter Andreas, Aſcen. Beccar. Tarv. Ven. Polybius tamen: τὰ δὲ θηρία μερίσας πρὸ τῶν κεράτων, δι' ἀμφοτέρων παρεβάλετο. Et facile hæc duo confunduntur. *J. Fr. Gron.*

3 *Duodeviginti millia Romanorum erant ſocium, nominiſque Latini* XX] Polyb. *Romanorum* XVI *millia* tradit: τοὺς μὲν Ῥωμαίους εἰς μυρίους ἑξακισχιλίους, τοὺς δὲ συμμάχους εἰς δισμυρίους. *Sigonius.*

Duodeviginti millia Romanorum erant] Polybius ait ſexdecim millia peditum Romanorum, ex ſociis vero Latini nominis ad viginti millia; id quod veriſimilius eſt, quando legiones quaternum millium erant, ut ipſe Livius ſuperius ſcriptum reliquit, non ita longe ab hujus libri initio. *Glareanus.*

Duodeviginti millia Romanor. erant] Put. Andreas, Tarviſ. Saveter. *Romana.* Lege: *Romani erant*, ut fecerunt Aſcenſius, Beccar. Veneti. *J. Fr. Gron.*

4 *Sociûm nominiſque Latini*] Sic ſane alibi quoque. Cæterum hoc loco MSS. omnes *ſocium nominis Latini.* Quod ſatis eo confirmare auctor videtur, quod Flaminio, qui harum copiarum reliquias excepit anno inſequenti, cæſo captivos diſtinguat tantum in Romanos & qui Latini nominis eſſent, 22, 7. Tanquam vel nulli alii fuerint, vel ſub iis comprehendantur potius: nam fuiſſe alios Italici generis apparet ex libri ſequentis capite 13. Lib. 22, 38. *Milite atque equite ſcire niſi Romano Latinique nominis non uti populum Romanum.* Jac. Gron.

bus equitum quatuor millia, & [1] feſſi pleriſque integris, obruti ſunt inſuper velut nube jaculorum à Balearibus conjecta. ad hoc elephanti eminentes ab extremis cornibus (equis maxime non viſu modo, ſed odore inſolito territis) fugam late faciebant. Pedeſtris pugna par animis magis quam viribus erat, quas recentes Pœnus paulo ante curatis corporibus in prœlium attulerat: contra, jejuna feſſaque corpora Romanis & rigentia gelu torpebant. reſtitiſſent tamen animis, ſi cum pedite ſolum foret pugnatum. Sed & Baleares pulſo equite jaculabantur in latera, & elephanti jam in mediam peditum aciem ſeſe tulerant: & Mago Numidæque, ſimul latebras eorum improvida præterlata acies eſt, exorti ab tergo ingentem tumultum ac terrorem fecere. Tamen in tot circumſtantibus malis, manſit aliquamdiu immota acies; maxime præter ſpem omnium adverſus elephantos. [2] eos velites, [3] ad id ipſum locati, verutis conjectis & avertere, & inſecuti averſos ſub caudis, qua maxime molli cute vulnera
56 accipiunt, fodiebant. Trepidanteſque prope jam in ſuos con-

1 *Feſſi Romani pleriſque integris Pœnis*] Voces *Romani, & Pœnus*, abſunt à vet. lib. & gloſſema ſunt alicujus, qui verba illa, ut fit, interpretatus eſt. *Sigonius.*

Feſſi Romani pleriſque integris Pœnis] Obſecuti Sigonio ſumus, volentibus tamen omnibus vett. libb. & delevimus τὰ *Romani* & *Pœnis*. Satis vel ſic intelliguntur. *J. Fr. Gron.*

2 *Eos pedites ad id ipſum locati*] Præclare Put. *eos velites ad id*. Propria horum cum elephantis pugna. Polybius lib. 1 de prælio M. Atilii Reguli & Xanthippi: καὶ φευγόμενοι ὑπ' τῶν ἐλεφάντων ἔρρεον, φθειρόμενοι ὑπὸ τῶν ἱππομάχων. Eodemque libro: πηλὸς μὲν τὸν ἀπὸ τοῦ τείχους καὶ τῆς πύργος παρίσαλος, φερομένας δὲν ἐγγίζῃ τὰ ζῶα πρὸς αὐτὰς χώδωνες τοῖς βέλεσιν ἠρτῆσθαι: quæ & mox τυπεῖς τοῖς ὄνυξι καὶ τοῖς χόσφυσι ait confixa. Lib. 28. *Elephanti etiam tumultuoſo genere pugnæ equitum velitumque & levis armaturæ conſternati.* Lib. 30. *Pauca tamen beſtiarum intrepida in hoſtem acta inter velitum ordines cum multis ſuis vulneribus ingentem ſtragem edebant: reſilientes enim ad manipulos velites* &c. Vegetius lib. 3, 24. *Præcipue tamen velites antiqui adverſum elephantos ordinarunt.* Iſidorus 9 Orig. 3. *Ab his Velitibus elephanti quondam Annibalis retro acti*, &c. *J. Fr. Gron.*

3 *Ad id ipſum locati*] Oxon. & Cantabrig. *ad ipſum*. vide ad 5, 43. Sic rurſus 22. 4. Flor. Voſſ. Gud. Cantabr. Oxon. *velut ad ipſum de induſtria relicto ſpatio*. Vulgo, *ad id ipſum*. Sic Cicero 11 Leg. 5. *Lege autem carens civitas, anne ob ipſum habenda nullo loco.* Lib. 2 de Divin. c. 58. *Contrahi animum Zeno & quaſi labi putat & concidere & ipſum eſſe dormire.* Jac. Gron.

1 *Me-*

conſternatos [1] media acie, in extremam, ad ſiniſtrum cornu, adverſus Gallos auxiliares agi juſſit Annibal. Extemplo haud dubiam fecere fugam. [2] additus quoque novus terror Romanis, ut fuſa auxilia ſua viderunt. Itaque [3] quum jam in orbem pugnarent, decem millia ferme hominum [4] quum alia evadere nequiſſent, media Afrorum acie, quæ Gallicis auxiliis firmata erat, cum ingenti cæde hoſtium perrupere. & quum neque in caſtra reditus eſſet, flumine intercluſis, neque præ imbri [5] ſatis decernere poſſent, qua ſuis opem ferrent, Placentiam recto itinere perrexere. Plures deinde in omnes partes eruptiones factæ: & qui flumen petiere, aut gurgitibus abſumpti ſunt, aut inter cunctationem ingrediendi ab hoſtibus oppreſſi. qui paſſim per agros fuga ſparſi erant, [6] veſtigia cedentis ſequentes agminis, Placentiam contendere: aliis timor hoſtium audaciam ingrediendi flumen fecit, tranſgreſſique in caſtra pervenerunt. Imber nive mixtus, & intoleranda vis frigoris, & homines multos, & jumenta, & [7] elephantos prope omnes, abſumpſit. Fi-

nis

1 *Media acie in extremam*] Videtur excidiſſe præpoſitio: *è media acie.* J. Fr. Gron.

2 *Additus quoque novus*] Malim: *fecere fugam: additusque novus terror.* Idem.

3 *Cum jam in orbem utrimque pugnarent*] Flor. Voſſ. Gud. duo Pall. ignorant *utrimque.* Et certe incommodum eſt: nam *utrimque* ſignificat in partes duas: at *in orbem*, in partem omnem: quemadmodum hos fuiſſe circumventos jam docuit Livius. *Idem.*

4 *Quum alias evadere nequiviſſent*] Put. Voſſ. Pall. *Quum alii ev. nequiſſent.* Andreas quoque & plerique veteres, *alii.* Scribe: *quum alia evadere nequiſſent.* Ut lib. 43. *Et tranſitus ea eſt in Labeates.* Lib. 44. *Alii alia in civitates ſuas dilapſi ſunt.* Statim fortaſſis: *mediam Afrorum aciem qua Gallicis.* Polybius: ἐκφέποντας τ Κελτῶν καὶ μέρος τινὸς τ Λιβύων· καὶ πολλὰς αὐτῶν ἀπολείποντας, διέκοψαν ἡ τ Καρχηδονίων τάξιν. Non conſtabat autem media acies tantum ex Afris & Gallis, ſed & Hiſpani partem tenebant: quos ſignificat immotos ſtetiſſe. Polybius: τοὺς μὲν πλείους ὅτι μίαν διάθεσιν παρεσκεύαλε, τοὺς δὲ διαμεμενεκότας ἡ ἀριθμὸν, Ἴβηρας, καὶ Κελτοὺς καὶ Λιβύας. *Idem.*

5 *Satis diſcernere*] Scripti & Andreas eumque ſecuti, ut vult ratio, *decernere.* Pone enim hic vel *judicare* vel *ſeparare*: ſtatim apparebit, utrum commodius. *Idem.*

6 *Veſtigia cedentes ſequentis agminis*] Vet. lib. *Veſtigia ſequentes cedentis agminis.* Sigonius

7 *Elephantes prope omnes abſumpſit*] Polyb. ὥστε τὰ μὲν θηρία ἀπεδαρῆναι, πλὴν ὀλίγων, *abſumpſit*, repoſui ex vet.

Digitized by Google

nis insequendi hostis Pœnis flumen Trebia fuit: & ita torpentes gelu, in castra rediere, ut vix lætitiam victoriæ sentirent. Itaque nocte insequenti, quum [1] præsidium Romanorum castrorum, & quod reliquum ex magna parte militum erat, ratibus Trebiam trajicerent; aut nihil sensere Pœni, obstrepente pluvia; aut quia jam moveri præ lassitudine nequibant ac vulneribus, sentire sese dissimularunt: quietisque Pœnis, tacito agmine ab Scipione consule exercitus Placentiam est perductus: inde Pado trajectus Cremonam; ne duorum exercituum
57 hibernis una colonia premeretur. Romam tantus terror ex hac clade perlatus est, [2] ut jam ad urbem crederent infestis signis hostem venturum; nec quicquam spei aut auxilii esse, quo portis mœnibusque vim arcerent. [3] *Uno consule ad Ticinum victo, altero ex Sicilia revocato, duobus consulibus, duobus consularibus exercitibus victis, quos alios duces, quas alias legiones esse quæ arcessantur?* Ita territis Sempronius consul advenit, ingenti periculo per effusos passim ad prædandum hostium equites (audacia magis quam consilio aut spe fallendi resistendive, si non falleret) transgressus. Id quod unum maxime in præsentia desiderabatur; comitiis consularibus habitis, in hiberna rediit. Creati consules Cn. Servilius, & C. Flaminius. Cæterum ne hiberna quidem Romanis quieta erant, vagantibus passim Numidis equitibus, [4] & qua his impeditiora

vet. lib. cum ante, *consumpsit*, legeretur. *Sigonius.*

Elephantos prope omnes consumsit] Parum interest: sed Put. & omnes, ut Sigonianus, *absumpsit*. J. Fr. Gron.

1 *Præsidium Romanorum castrorum*] Put. & regius abjurant mediam vocem: & sine damno aut ambiguitate sensus omittitur. Nec τὸ *Romanorum* modo hic, sed nec mox τὸ *Pœni* agnoscit Florentinus. Et deleatur utraque vox ut inserta ab interprete. Voss. quoque, Gud. Pal. sine τῶν *Pœni*. Idem.

2 *Ut jam ad urbem Romam crederent*] Quædam veteres ed. *Romani*. Put. *Romanam*: sed rectius ea vox deleatur. *Idem.*

3 *Uno consule ad*] Sic omnes libri. Exspectes tamen forsan: *Uno consule ad Ticinum, altero ex Sicilia revocato ad Trebiam, cum duobus consularibus exercitibus victis.* Sed *arcessantur* Put. & reg. non *accersirentur*. Forte & mox: *transgressus: &, quod unum*. Idem.

4 *Et quæ his impediriora erant, Celtiberis, Lusitanisque*] Glareanus, *Celtiberos*,

Digitized by Google

tiora erant, Celtiberis, Luſitaniſque. Omnes igitur clauſi undique commeatus erant, niſi quod Pado naves ſubveherent. Emporium prope Placentiam fuit, [1] & opere

res, & *Luſitanos* impediriores, quam Numidas fuiſſe intelligit, in quo vehementer, ut opinor, errat. Senſus enim eſt: Hyberna & Romanis inquieta erant, vagantibus paſſim Numidis equitibus, & eadem his equitibus erant impeditiora, quam Celtiberi, Luſitanique in Hiſpania fuerant. Nam paulo ante dicebat Annibal ad milites: *Satis adhuc in vaſtis Luſitania Celtiberiaque montibus pecora conſectando nullum emolumentum tot laborum vidiſtis.* Cauſam deinde ſubdit, quod omnes undique clauſi commeatus erant. In vet. lib. eſt: *Æque-que hu impeditiora erant.* ut ſit ſenſus & æque hic hiberna erant impedita propter Luſitanos & Celtiberos vagantes. *Sigonius.*

Et quæ his impeditiora erant, Celtiberis Luſitaniſque] Mirare, ſi lubet, doctiſſimos viros, Glareanum & Sigonium. Turnebus ſententiam vidit: quæ ut apertior ſit, lege *qua*. Ait enim paſſim vagatos fuiſſe Numidas, & ubi loca erant impeditiora Numidis, qua vagari Numidæ ob aſperitatem locorum non poſſent, ea vagatos Celtiberos Luſitanoſque. Cauſam habes lib. ſequenti de Hiſpanorum cohorte: *ea adſuetior montibus ad concurſandum inter ſaxa rupeſque aptior ac levior, cum velocitate corporum, tum armorum habitu.* Plutarchus quaſi vertens Livium: ἅτε παρ' Ἀννίβᾳ τὸ ὀρειβατεῖν δεινῶν ὄντων ἀνδρῶν ἐλαφρῶν καὶ πόνους φερόντων, &c. De patria illorum lib. 28. *Impediebant & aſperitates viarum & anguſtiæ ſaltibus crebru, ut pleraque Hiſpaniæ ſunt, incluſæ.* J. Fr. Gron.

[1] *Et opere valido & magno munitum præſidio*] Vet. lib. *Et opere magno munitum, & valido firmatum præſidio*, valde probo: ſic paulo poſt, *ad firmandum præſidio ſaltum.* Sigonius.

Et opere magno munitum & valido firmatum præſidio] Non eſt illorum, quos Valla culpat, ſed ipſius Livii, probatum Sigoniano, Puteanorum ante illorum tritavos natos ſcripto, Reg. Pal. & optimo ac vetuſtiſſimo cuique. Sic lib. 1, 33. *Nam & urbs tuta munitionibus, præſidioque firmata valido erat.* Lib. 22. *Urbem Romanam muniant, ac priuſquam hoſtis victor adveniat, præſidiis firment.* Lib. 24. *Præſidiis firmat horrea publica locus ſaxo quadrato ſeptus atque arcis in modum emunitus.* Lib. 28. *Parte alia ab terra egregie munitum præſidioque valido firmatum.* Lib. 31. *Valida ea civitas & mœnibus & firmo erat præſidio.* Lib. 42. *Itaque & firmiore id præſidio tutum equitum peditumque, ad hoc foſſa triplici ac vallo munitum.* Lib. 44. *Ideo quum munimentis ea ſepſiſſent, præſidio quoque valido firmabant.* Toties & pluribus locis imitatur ſe Livius. Juſtinus lib. 18. *Firmatis ſociorum civitatibus valido præſidio.* Valla inveniebat in libro ſuo: *& opere magno munitum & valido munitum præſidio:* ut nos in Voſſiano & Aldina. Corrigebat *munitum* poſterius in *militum*, & reprehendebat eos, qui ſubdidiſſent, *firmatum*. Nullo jure, uti diximus: ſed majore peccato fecit Andreas; *& opere valido & magno munitum præſidio:* quod ſequutæ ſunt vulgatæ. Oblitus fuerat, quid eſſet *opere magno munitum.* Cato apud Feſtum: *quibus villa atque ædes ædificata atque expolita maximo opere.* Seneca epiſt 55. *Spelunca ſunt duæ magni operis.* Noſter lib. 38. *Magni operis oppugnatio viſa eſt.* In contrarium lib. 26. *Quum tam parvi operis munitio eſſet.* Eodem libro: *nam neque opere ullo munitus erat, nec ulla armatorum ſtatio oppoſita.* Et rurſus lib. 28. *Partem neque opere ullo munitam & defenſoribus vacuam.* J. Fr. Gron.

1 *Ejus*

re magno munitum & valido firmatum præſidio. [1] ejus caſtelli oppugnandi ſpe cum equitibus ac levi armatura profectus Annibal, quum plurimum in celando incœpto ad effectum ſpei habuiſſet; nocte adortus, non fefellit vigiles. Tantus repente clamor eſt ſublatus, ut Placentiæ quoque audiretur. Itaque ſub lucem cum equitatu conſul aderat; juſſis quadrato agmine legionibus ſequi. Equeſtre prœlium interim commiſſum: in quo, quia ſaucius Annibal pugna exceſſit, pavore hoſtibus injecto, defenſum egregie præſidium eſt. Paucorum inde dierum quiete ſumpta, & vix dum ſatis percurato vulnere, ad Victumvias ire pergit oppugnandas. Id emporium à Romanis Gallico bello fuerat munitum. inde locum frequentaverant accolæ mixti undique ex finitimis populis; & tum terror populationum eo pleroſque ex agris compulerat. Hujus generis multitudo, fama impigre defenſi ad Placentiam præſidii accenſa, armis arreptis obviam Annibali procedit. [2] Magis agmina quam acies in via concurrerunt; & quum ex altera parte nihil, præter inconditam turbam eſſet; in altera & dux militi, & duci fidens miles; ad triginta quinque millia hominum à paucis fuſa. Poſtero die deditione facta, præſidium intra mœnia accepere: juſſique arma tradere quum dicto paruiſſent, ſignum repente victoribus datur, ut tanquam vi captam urbem diriperent. neque ulla quæ in tali re memorabilis ſcribentibus videri ſolet, prætermiſſa clades eſt: adeo omnis libidinis, crudelitatiſque, & inhumanæ ſuperbiæ editum in miſeros eſt exemplum.

Hæ

1 *Ejus caſtelli oppugnandi ſpe*] Facile quid oppugnatur, ſed expugnatio ſperatur. Itaque leges *expugnandi* ſi quid ratio in his valet, aut exemplum quo lib. 40 c. 31 itidem reſtituit *ὁ ναὶν* Gronovius, *Haud dubia ſpe caſtra eo die ſe expugnaturum*, & eod. lib. c. 33, 47, & 50. *Jac. Perizonius.*

2 *Magis agmine quam acie in via concurrerunt*] Put. *Agmina quam acies.* Recte: ſic lib. 25. *Agmina magis quam acies pugnabant: ſuperior tamen, ut in tumultuaria pugna, Romanus erat.* Etſi lib. 29. *Agminibus magis quam acie pugnatum eſt. Romani pulſi & tumultu verius quam pugna*, &c. *J. Fr. Gron.*

1 *Haud*

Hæ fuere hibernæ expeditiones Annibalis. [1] Haud lon- 58
gis inde temporibus, dum intolerabilia frigora erant, quies militi data eſt: & ad prima ac dubia ſigna veris profectus ex hibernis, in Etruriam ducit; eam quoque gentem, ſicut Gallos Ligureſque, aut vi aut voluntate adjuncturus. [2] Tranſeuntem Appenninum adeo atrox adorta tempeſtas eſt, ut Alpium fœditatem prope ſuperaverit. Vento mixtus imber quum ferretur in ipſa ora; primo, quia aut arma omittenda erant, aut contra enitentes vortice intorti affligebantur, conſtitere: dein, quum jam ſpiritum intercluderet, nec reciprocare animam ſineret, averſi à vento parumper conſedere. Tum vero ingenti ſono cœlum ſtrepere, & inter horrendos fragores micare ignes. capti auribus & oculis, metu omnes torpere. Tandem effuſo imbre, quum eo magis accenſa vis venti eſſet; ipſo illo, quo deprehenſi erant, loco caſtra ponere neceſſarium viſum eſt. Id vero laboris velut de integro initium fuit. nam nec explicare quicquam, nec ſtatuere poterant: nec quod ſtatutum eſſet, manebat; omnia perſcindente vento, & rapiente: & mox aqua levata vento, quum ſuper [3] gelida montium juga concreta eſſet, tantum nivoſæ grandinis dejecit, ut, omnibus omiſſis, procumberent homines; tegminibus ſuis magis obruti quam tecti. tantaque vis frigoris inſecuta eſt, ut ex illa miſerabili hominum jumentorumque ſtrage, quum [4] ſe quiſque attollere ac levare vellet, diu nequiret; quia torpentibus rigore nervis vix flectere artus poterant. deinde, ut tandem agitando ſeſe movere ac recepere animos, & raris locis ignis fieri eſt cœptus; ad-

1 *Haud longis inde temporibus*] Suſpicor, *Haud longi inde temporis*. J. Fr. Gron.

2 *Tranſeuntem Appenninum*] Vet. lib. *Tranſeuntem autem Appenninum*. Sigonius.

Tranſeuntem autem Appenninum] Particulam, Sigonii additamentum, omnibus bonis libris ignoratam, reſecui. *J. Fr. Gron.*

3 *Gelida montium cacumina*] Put. & reg. *Gelida montium juga*. cujus alterum haud dubie interpretamentum. *Idem.*

4 *Se quiſque attollere & levare*] Put. *Extollere*. Idem.

1 *Sed*

re magno munitum & valido firmatum præſidio. [1] ejus caſtelli oppugnandi ſpe cum equitibus ac levi armatura profectus Annibal, quum plurimum in celando incœpto ad effectum ſpei habuiſſet; nocte adortus, non fefellit vigiles. Tantus repente clamor eſt ſublatus, ut Placentiæ quoque audiretur. Itaque ſub lucem cum equitatu conſul aderat; juſſis quadrato agmine legionibus ſequi. Equeſtre prœlium interim commiſſum: in quo, quia ſaucius Annibal pugna exceſſit, pavore hoſtibus injecto, defenſum egregie præſidium eſt. Paucorum inde dierum quiete ſumpta, & vix dum ſatis percurato vulnere, ad Victumvias ire pergit oppugnandas. Id emporium à Romanis Gallico bello fuerat munitum. inde locum frequentaverant accolæ mixti undique ex finitimis populis; & tum terror populationum eo pleroſque ex agris compulerat. Hujus generis multitudo, fama impigre defenſi ad Placentiam præſidii accenſa, armis arreptis obviam Annibali procedit. [2] Magis agmina quam acies in via concurrerunt; & quum ex altera parte nihil, præter inconditam turbam eſſet; in altera & dux militi, & duci fidens miles; ad triginta quinque millia hominum à paucis fuſa. Poſtero die deditione facta, præſidium intra mœnia accepere: juſſique arma tradere quum dicto paruiſſent, ſignum repente victoribus datur, ut tanquam vi captam urbem diriperent. neque ulla quæ in tali re memorabilis ſcribentibus videri ſolet, prætermiſſa clades eſt: adeo omnis libidinis, crudelitatiſque, & inhumanæ ſuperbiæ editum in miſeros eſt exemplum.

Hæ

1 *Ejus caſtelli oppugnandi ſpe*] Facile quid oppugnatur, ſed expugnatio ſperatur. Itaque leges *expugnandi* ſi quid ratio in his valet, aut exemplum quo lib. 40 c. 31 itidem reſtituit ὁ ναὶν Gronovius, *Haud dubia ſpe caſtra eo die ſe expugnaturum*, & eod. lib. c. 33, 47, & 50. *Jac. Perizonius.*

2 *Magis agmine quam acie in via concurrerunt*] Pur. *Agmina quam acies.* Recte: ſic lib. 25. *Agmina magis quam acies pugnabant: ſuperior tamen, ut in tumultuaria pugna, Romanus erat.* Etſi lib. 29. *Agminibus magis quam acie pugnatum eſt. Romani pulſi & tumultu verius quam pugna*, &c. *J. Fr. Gron.*

1 *Haud*

Hæ fuere hibernæ expeditiones Annibalis. [1] Haud lon- 58
gis inde temporibus, dum intolerabilia frigora erant, quies militi data eſt: & ad prima ac dubia ſigna veris profectus ex hibernis, in Etruriam ducit; eam quoque gentem, ſicut Gallos Ligureſque, aut vi aut voluntate adjuncturus. [2] Tranſeuntem Appenninum adeo atrox adorta tempeſtas eſt, ut Alpium fœditatem prope ſuperaverit. Vento mixtus imber quum ferretur in ipſa ora; primo, quia aut arma omittenda erant, aut contra enitentes vortice intorti affligebantur, conſtitere: dein, quum jam ſpiritum intercluderet, nec reciprocare animam ſineret, averſi à vento parumper conſedere. Tum vero ingenti ſono cœlum ſtrepere, & inter horrendos fragores micare ignes. capti auribus & oculis, metu omnes torpere. Tandem effuſo imbre, quum eo magis accenſa vis venti eſſet; ipſo illo, quo deprehenſi erant, loco caſtra ponere neceſſarium viſum eſt. Id vero laboris velut de integro initium fuit. nam nec explicare quicquam, nec ſtatuere poterant: nec quod ſtatutum eſſet, manebat; omnia perſcindente vento, & rapiente: & mox aqua levata vento, quum ſuper [3] gelida montium juga concreta eſſet, tantum nivoſæ grandinis dejecit, ut, omnibus omiſſis, procumberent homines; tegminibus ſuis magis obruti quam tecti. tantaque vis frigoris inſecuta eſt, ut ex illa miſerabili hominum jumentorumque ſtrage, quum [4] ſe quiſque attollere ac levare vellet, diu nequiret; quia torpentibus rigore nervis vix flectere artus poterant. deinde, ut tandem agitando ſeſe movere ac recepere animos, & raris locis ignis fieri eſt cœptus; ad-

1 *Haud longis inde temporibus*] Suſpicor, *Haud longi inde temporis*. J. Fr. Gron.

2 *Tranſeuntem Appenninum*] Vet. lib. *Tranſeuntem autem Appenninum*. Sigonius.

Tranſeuntem autem Appenninum] Particulam, Sigonii additamentum, omnibus bonis libris ignoratam, reſecui. *J. Fr. Gron.*

3 *Gelida montium cacumina*] Put. & reg. *Gelida montium juga*. cujus alterum haud dubie interpretamentum. *Idem.*

4 *Se quiſque attollere & levare*] Put. *Extollere*. Idem.

1 *Sed*

ad alienam opem quisque inops tendere. Biduum eo loco, velut obsessi, mansere, multi homines, multa jumenta; elephanti quoque ex his, qui prœlio ad Trebiam
59 facto superfuerant, septem absumpti. Degressus Appennino retro ad Placentiam castra movit, & ad decem millia progressus consedit. postero die duodecim millia peditum, quinque equitum adversus hostem ducit. Nec Sempronius consul (jam enim redierat ab Roma) detrectavit certamen: atque eo die tria millia passuum inter bina castra fuere. Postero die ingentibus animis, vario eventu pugnàtum est. primo concursu adeo res Romana superior fuit, ut non acie vincerent solum, [1] sed pulsos hostes in castra persequerentur: mox castra quoque oppugnarent. Annibal paucis propugnatoribus in vallo portisque positis, cæteros confertos in media castra recepit: intentosque signum ad erumpendum spectare jubet. Jam nona ferme diei hora erat, quum Romanus nequicquam fatigato milite, postquam nulla spes erat potiundi castris, signum receptui dedit. Quod ubi Annibal accepit, laxatamque pugnam [2] & recessum à castris vidit; extemplo equitibus dextra lævaque emissis in hostem, ipse cum peditum robore [3] medius castris erupit. [4] pugna raro ulla magis sæva, & cum utriusque partis pernicie clarior fuisset, [5] si extendi eam dies in longum spatium

1 *Sed perculsos*] Vet. lib. *Pulsos hostes*. Sigonius.

Sed perculsos hostes in castra] Sigonius *pulsos*, & confirmant nostri. Voss. *Sed solos hostes*, cujus in margine, *fusos*. J. Fr. Gron.

2 *Et recessum à castris*] Sic omnes: & non necesse est cum Lipsio *ire cessim à castris*. Idem.

3 *De his castris erupit*] Etsi habeant omnes scripti, nisi quod quidam *iis*, tamen certum est corruptum esse pro *medius castris*, ut vidit Lipsius. Nam & Put. *Diis*. Malim tamen *medius*, ut referatur ad dextra lævaque emissos pariter castris equites, quorum ipse cum peditibus erat medius. *Idem*.

4 *Pugna raro ulla magis sæva & cum utriusque*] Laur. Vallæ commentum, & Mediolani primo receptum: nam Andreas. *Pugna raro magis ulla ea & cum utriusque*. Quicum consentiunt duo Pall. Tertius & Voss. *raro magis ulla cum utriusque*. Gud. *raro magis ulla ea cum*. Sed Florent. *raro magis ulla ea utriusque*. Unde certum habeo scribendum: *Pugna raro magis dubia & utriusque partis pernicie clarior fuisset*. Idem.

5 *Si extendi à die in longum spatium quivisset*] Tolerabilius Valla, *ea dies*. Sed

tium ſiviſſet. Nox accenſum ingentibus animis prœlium diremit. itaque acrior concurſus fuit quam cædes, & ſicut æquata ferme pugna erat, [1] ita clade pari diſceſſum eſt. [2] ab neutra parte ſexcentis plus peditibus, & dimidium ejus equitum cecidit. Sed major Romanis quam pro numero jactura fuit: quia equeſtris ordinis aliquot, & tribuni militum quinque, & præfecti ſociorum tres, ſunt interfecti. Secundum eam pugnam Annibal in Ligures, Sempronius Lucam conceſſit. Venienti in Ligures Annibali, per inſidias intercepti duo quæſtores Romani, C. Fulvius & L. Lucretius, cum duobus tribunis militum, & quinque equeſtris ordinis ſenatorum ferme liberis, [3] quo magis ratam fore cum his pacem ſocietatemque crederet, traduntur. Dum hæc in Italia [4] geruntur, Cn. Cornelius Scipio in Hiſpaniam cum claſſe & exercitu miſſus, quum ab oſtio Rhodani profectus, Pyrenæoſque montes circumvectus, [5] Emporiis appuliſſet claſſem, expoſito ibi exercitu, [6] orſus à Lacetanis, omnem oram uſque ad Iberum flumen, partim renovandis ſocietatibus, partim novis inſtituendis, Romanæ ditionis fecit. Inde conciliata clementiæ fama, non ad maritimos modo populos, ſed in mediterraneis quoque ac montanis ad fe- [illegible] rocio- 60

Sed quia omnes boni libri: *ſi extendi eam dies*: non ceſſavi *τὸ quiviſſet* mutare in *ſiviſſet*: quod & veteres nonnulli habent, & voluerunt illi, quos Valla inceſſit, memor etiam id verbum ſæpe vitiatum in Livio. Put. *Spatium uiſſet*. Forte: *ſiſſet*. J. Fr. Gron.

1 *Ita clade diſceſſum eſt*] Veteres libri, *ita pari clade diſceſſum eſt*. Sigon.

2 *Ab utraque parte ſexcentis plus peditibus*] Omnes ſcripti, *ab neutra parte*. J. Fr. Gron.

3 *Quo magis ratam fore cum his pacem ſocietatemque crederet, traduntur*] Senſus eſt: Venienti in Ligures Annibali quæſtores, tribunique Rom. intercepti à Liguribus traduntur, quo ipſe ratam magis ſocietatem cum Liguribus crederet contra Romanos, quos tanta injuria affeciſſent. *Sigon.*

4 *Geruntur, Cn. Scipio*] Put. *Cn. Cornelius Scipio*. J. Fr. Gron.

5 *Emporiis*] Emporium vocat Polybius: *πρὸς τῷ κατὰ τὸ μέγιστον Ἐμπόριον τίνες*. Item Strabo libro 3. *Sigonius.*

6 *Orſus à Lacetanis uſque ad Iberum flumen*] Vet. lib. *orſus à Lacetanis omnem oram uſque ad Iberum flumen*, &c. *Idem.*

Omnem oram] Addidit Sigonius; ego haud memini me uſquam reperiſſe. Nec neceſſario requirit oratio, ſi cogites *τὸ partim, partim*, poni eo ſenſu, quo *alia, alia*, vel *alios, alios*. Vide 3 Obſerv. cap. 2. *J. Fr. Gron.*

rociores jam gentes valuit: nec pax modo apud eos, sed societas etiam armorum parata est: validæque aliquot auxiliorum cohortes ex iis conscriptæ sunt. [1] Hannonis cis Iberum provincia erat: eum reliquerat Annibal ad regionis ejus præsidium. itaque priusquam alienarentur omnia, obviam eundum ratus, castris in conspectu hostium positis, in aciem eduxit. nec Romano differendum certamen visum: quippe qui sciret cum Hannone & Asdrubale sibi dimicandum esse: malletque adversus singulos separatim, quam adversus duos simul rem gerere. Nec magni certaminis ea dimicatio fuit: sex millia hostium cæsa, duo capta cum præsidio castrorum. nam & castra expugnata sunt, [2] atque ipse dux cum aliquot principibus

1 *Anno non inscius erat, cum reliquerat Annibal ad regionis ejus præsidium*] Nemo est qui non sit quæsiturus nomen hujus regionis, in qua Anno erat: quod ipsum librariorum vitio prætermissum est, illud est in vet. libr. *Anno non inscius in Iberi provincia erat*. Idque historiæ veritas quærit. *Sigonius.*

Hannoni cis Iberum provincia erat] Hic locus exemplo sit, ut sæpe in liquidis etiam & planis, quæ sancta esse debebat, vetustas vexetur. Andreas dedit: *Hanno nonisciu Hiberum in provinciam erat*. Tarvis. *Hanno nonisciu Iberum in provincia erat*. Duæ Venetæ: *Hanno Hannonis cis Iberum provincia erat*. Beccar. denique, Aldus, Juntas, Ascensius, Saveter. *Hannonis cis Iberum provincia erat*. Sic exortam veritatem obnubilarunt Moguntiaci inducentes: *Hanno non insciis erat. eum reliquerat*. Quod expresserunt Frobenius, Gryphius, Curio & cæteri, etsi Sigonius interim tentasset: *Anno non insciis in Iberi provincia erat*: donec Gruterus revocaret quod editur. Sed liber optimus & Vossiani margo *Hannonis*. J. Fr. Gron.

2 *Atque ipse dux militum cum aliquot præsidiu capitur, & Scissum*] Fatuum hic, *dux militum*: nec *præsidia* occupantur acie, sed obsidio vel oppugnatione. Put. *atque ipse dux cum aliquod principiu capiuntur, & Scissis*. Nec aliter optimus Etruscorum. *Aliquod* pro *aliquot* & *principiis* pro *principibus* errores sunt librarii. De iisdem lib. 22. *Celtiberi, qui principes regionis suæ legatos miserant obsidesque dederant*. Et lib. 39. *Quibus culpam in auctorem belli Indibilem cæterosque principes conferentibus*. Regulos Hispaniæ intelligenam Polybius: ζωγρείᾳ ἕν τὸν τε Καρχηδονίων Ἄννωνα καὶ τὸν Ἰλίεργιν Ἀνδοβάλλω. Frequens autem illud genus mendi cum alibi, tum in optimo codice illo observavimus. Sic lib. 22, 30. *Exercitusque hus tuis*, pro *exercitibusque*. Lib. 24, 4. *Jam omnis concedentibus*. Eodem cap. 7. *Pacem cum eo conditionis fecerunt*. Lib. 25. 8. *Terroremque late agrestu injecisse*. Lib. 27, 2. *Recentibus animis corporisque*. Lib. 29. 2. *Junctis & ipsi exercitus*. Et sæpius. Salmasius ad Trebellium Pollionem pag. 302 retinet *principiu*, & *principia* intelligit principales milites. Sed nec Livii ævo sic loquebantur, nec Romani sunt hi, verum Pœni & Hispani. Nec debuit attribuere codici *capitur*, quum in eo sit *capiuntur*. *Duxerum*

cipibus capiuntur: [1] & Scissis propinquum castris oppidum, expugnatur. Cæterum præda oppidi parvi pretii rerum fuit; supellex barbarica, ac vilium mancipiorum. castra militem ditavere, non ejus modo exercitus, qui victus erat, sed & ejus, qui cum Annibale in Itália militabat; omnibus fere caris rebus (ne gravia impedimenta ferentibus essent) [2] citra Pyrenæum relictis. Priusquam 61
certa hujus cladis fama accideret, transgressus Iberum Asdrubal [3] cum octo millibus peditum, mille equitum, tanquam ad primum adventum Romanorum occursurus, [4] postquam perditas res ad Scissim amissaque castra accepit, iter ad mare convertit. Haud procul Tarracone classicos milites navalesque socios, vagos palantesque per agros (quod ferme fit, ut secundæ res [5] negligentiam creent) equite passim dimisso, cum magna cæde, majore fuga ad naves compellit. nec diutius circa ea loca morari ausus, ne à Scipione opprimeretur, trans Iberum se se recepit. Et Scipio, raptim ad famam novorum hostium

cum principibus capiuntur, ut *Remo cum fratre Quirinus Jura dabant.* Ovidius lib. 5 Fast. *Consul cum consule ludos Postumio Lanas persoluëre mihi.* Noster lib. 10, 15. *L. Volumnius de plebe cum Ap. Claudio consul est factus, priori item consulatu inter se comparati.* Ubi etiam dubito, an non fecerit Livius: *consulti sunt.* Vide ad M. Senecam. *Scissi*, quæ Polybio est Κίασις, non est in Put. modo, sed in Petav. reg. Men. Florentinis, duobus Pall. Voss. immo omnibus, quos adhibuimus. Et sic finiebant pluscula vocabula Hispaniæ urbium, *Anitorgis, Oringis, Meningis, Iliturgis.* Quare frustra est Sigonius, cum ad lib. 26 necessario vult *Iliturgi* scribi, quia Priscianus id numeret inter nomina neutra, quæ desinunt in i & sunt ἄπλωτα. Nam eorundem nominum sunt, quæ in *is* quoque fœminino genere desinunt, ut *Sinapi Sinapis.* Et omnes illic habent libri *Iliturgis.* Sic & lib. 24, 41 *Carthaginienses Illityrgin oppugnare*, Put. & Petav. melior, ubi vulgo, *Iliturgum.* J. Fr. Gron.

1 *Et Stissim propinq.*] *Cissam* vocat Polyb. ἀπὸ σταδίων δισχιλίων ταῖς Κίσσῃ πόλει προσαγορευομένῃ Κίασιν. Veteres libri habent, *Scissum.* Sigon.

2 *Circa Pyren. rel.*] Vet. lib. *citra.* Idem.

3 *Cum octo millibus peditum; mille equitibus*] Put. Etrus. Regius, Voss. cum duobus Pall. & Andrea: *mille equitum.* J. Fr. Gron.

4 *Postquam perditas res amissaque*] Omiserunt mentionem oppidi, cui modo nomen reddidimus: *perditas res ad Scissim amissaque.* Ita enim Put. Flor. Regius. *Idem.*

5 *Negligentiam creent*] Malim *ereant.* Quasi diceret, quia videlicet secundæ res negligentiam ereant. *Tan. Faber.*

ſtium [1] agmine acto, [2] quum in paucos præfectos navium animadvertiſſet, præſidio Tarracone modico relicto, Emporias cum claſſe rediit. Vix dum digreſſo eo, Aſdrubal aderat: & Illergetum populo, qui obſides Scipioni dederat, ad defectionem impulſo, cum eorum ipſorum juventute agros fidelium Romanis ſociorum vaſtat. [3] Excito deinde Scipione hibernis, toto cis Iberum rurſum cedit agro. Scipio relictam ab auctore defectionis Illergetum gentem, quum infeſto exercitu invaſiſſet, compulſis omnibus Athanagiam, urbem (quæ caput ejus populi erat) circumſedit: intraque dies paucos pluribus quam ante obſidibus imperatis, Illergetes, pecunia etiam mulctatos, in jus ditionemque recepit. Indè in Auſetanos prope Iberum, ſocios & ipſos Pœnorum, procedit: atque urbe eorum obſeſſa, Lacetanos auxilium finitimis ferentes nocte, haud procul jam urbe, quum intrare vellent, excepit inſidiis. Cæſa ad duodecim millia, exuti penè omnes armis, domos paſſim palantes per agros diffugere: nec obſeſſos alia ulla res, quam iniqua oppugnantibus hiems tutabatur. triginta dies obſidio fuit: per

1 *Agmine acto*] Vet. libri, *Accito*; accivit autem agmen Scipio claſſicorum militum, & navalium ſociorum, quos vagos, palanteſque per agros Aſdrubal oppreſſerat, ut in paucos præfectos animadverteret. *Sigon.*

2 *Quum in paucos præfectos paululum animadvertiſſet*] Lipſius, *palam*. Put. PAVIVM. hoc eſt, *navium*. nam de illis agitur. Lib. 23. *In ipſo impetu movendarum de integro rerum, perculit eum præfectorum navium tranſitio.* J. Fr. Gron.

3 *Excito de. Scip. hybernis, hoſtis cis Iberum Tarraconem verſus cedit. Agros Scipio relictos ab auctore defectionis, & Ilergetum gentem cum inf. ex. inv.*] Hunc locum, ut vitioſum notat Glareanus, probatque ut ita legatur: *hoſtis cis Tarraconem Iberum rurſus cedit*, neque Livii ſententiam aſſequitur, quæ vetuſta in lectione continetur, ita: *Excito deinde Scipione hybernis, toto cis Iberum rurſus cedit agro. Scipio relictam ab auctore defectionis Ilergetum gentem cum infeſto exercitu invaſiſſet*, &c. Quod enim ait: *Toto cis Iberum rurſus cedit agro*, recte ait: quia paulo ante idem Aſdrubal trans Iberum ſe receperat: poſt autem digreſſo ab Tarracone Scipione reverſus eſt: tum excito hybernis Scipione, toto rurſus ceſſit agro. Quia vero trans Iberum Aſdrubal ſe receperat, propterea ait: Ilergetum gentem, quam ad defectionem ſollicitaverat, ab auctore defectionis Aſdrubale relictam fuiſſe. Nam Ilergetes cis Iberum ſunt. *Sigonius.*

1 *Rome*

per quos raro umquam nix minus quatuor pedes alta jacuit : adeoque pluteos ac vineas Romanorum operuerat, ut ea ſola, ignibus aliquoties conjectis ab hoſte, etiam tutamentum fuerit. Poſtremo quum Amuſitus princeps 62
eorum ad Aſdrubalem profugiſſet, viginti argenti talentis pacti deduntur. Tarraconem in hiberna reditum eſt.
[1] Romæ aut circa urbem multa ea hieme prodigia facta : aut (quod evenire ſolet, motis ſemel in religionem animis) multa nunciata, & temere credita ſunt : in queis, ingenuum infantem ſemeſtrem in foro olitorio triumphum clamaſſe : & foro boario bovem in tertiam contignationem ſua ſponte eſcendiſſe, atque inde tumultu habitatorum territum, ſeſe dejeciſſe : & navium ſpeciem de cœlo affulſiſſe : & ædem Spei, quæ in foro olitorio eſt, fulmine ictam : & Lanuvii haſtam ſe commoviſſe : & corvum in ædem Junonis devolaſſe, atque in ipſo pulvinario conſediſſe : & in agro Amiternino, multis locis [2] hominum ſpecie procul candida veſte viſos, nec cum ullo congreſſos : & in Piceno lapidibus pluiſſe : [3] & Cæ-
re

1 *Roma autem & circa urbem*] Put. Men. Voſſ. tres Pall. Andreas : *Roma aut circa urbem.* Melius foret: *Roma & circa.* J. Fr. Gron.

2 *Hominum ſpecies - - - viſas, nec tamen illis congreſſos*] Vet. lib. alii, *nec tamen cum illis congreſſos*, alii *nec tamen cum ullo congreſſos.* Sigonius.

Hominum ſpecies procul candida veſte viſas nec tamen cum] Omnes ante Gryphium : *multis locis hominum ſpecie candida veſte viſos, nec cum ullo congreſſos.* Neque mutandum fuit. Ita loquitur religionis & δεισιδαιμονίας χάρις, non auſus certo nomine, quicumque fuerint, ignarus appellare, ne peccet : ceterum intelligi poteſt *Dæmonas aërios*, genios vel *neſcio quos.* Notum eſt illud *ſi Deus, ſi Dea.* Sic lib. 1 de Ænea : *ſitus eſt, quemcumque eum dici jus faſque eſt, ſuper Numicium flumen : Jovem Indigetem appellant.* Alioquin & noſter lib. 24. *Hadriæ aram in cælo ; ſpecieſque hominum circum eam cum candida veſte viſas eſſe.* J. Fr. Gron.

3 *Et Care ſortes extenuatas*] In oſtentis, ut & ſomniis, omnia majora & auctiora videre lætum ac proſperum judicant aruſpices & ὀνειροκρίται. Contra triſte oſtentum eſt, ſi quæ res ſolito minor & tenuatior defectiorque apparet. Quadrigæ fictiles, præparatæ in faſtigium delubri Jovis Capitolini, quod in fornace creviſſent, felix fortunatumque omen rebus Romanis portenderunt. Plinius 28. 2. Sic Perdiccæ uni ex Temenidis, cum apud regem Macedoniæ ovibus paſcendis operam locaſſet, panis, qui ei coquebatur, in furno duplo major factus regnum Macedoniæ attulit. Eodem pertinent ſeptem opimæ vaccæ, & ſeptem macie defectæ, quas è flumine aſcendentes vi-

re ſortes extenuatas: & in Gallia lupum vigili gladium è vagina raptum abſtuliſſe. Ob cætera prodigia, libros adire decemviri juſſi. quod autem lapidibus pluiſſet in Piceno, novendiale ſacrum edictum, & ſubinde aliis procurandis [1] prope tota civitas operata fuit. Jam primum omnium urbs luſtrata eſt, [2] hoſtiæque majores, quibus editum eſt, Diis cæſæ, & [3] donum ex auri pondo quadraginta, Lanuvium ad Junonis portatum eſt, & ſignum æneum matronæ Junoni [4] in Aventino dedicaverunt, & lectiſternium Cære, [5] ubi ſortes attenuatæ erant, imperatum; & ſupplicatio Fortunæ in Algido: Romæ quoque, [6] & lectiſternium Juventati, & ſupplicatio ad ædem Herculis; nominatim deinde univerſo populo, circa omnia pulvinaria, indicta: & Genio majores hoſtiæ cæſæ quinque, & C. Atilius Serranus prætor vota ſuſcipere juſſus, ſi in decem annos reſpublica eodem ſtetiſſet ſtatu. Hæc procurata votaque ex libris Sibyllinis, ma-
63 gna ex parte [7] levaverant animos religione. Conſulum deſignatorum alter Flaminius, cui eæ legiones, quæ Placentiæ

dit rex Ægyptius. Inde igitur interpretandæ *ſortes attenuata* vel *extenuata*, quæ pro malo oſtento habitæ ſunt. *Salmaſius.*

1 *Prope civitas*] Veteres lib. *prope tota civitas.* Sigonius.

2 *Hoſtiaque majores, quibus edictum eſt, diis caſa*] MSS. *editum.* Ut lib. 41. *Editis ab aruſpicibus diis, quibus ſupplicaretur.* Lib. 42. *Editumque ab decemviris eſt & quibus diis quibuſque hoſtiis ſacrificaretur.* J. Fr. Gron.

3 *Donum ex auri p.* XL. *Lanuvium Junoni portatum eſt*] Put. & vetuſtiores conſenſu: *Lanuvium & Junoni.* Lege: *Lanuvium ad Junonis portatum eſt.* Idem.

4 *In Aventino edificaverunt*] Recepimus conjecturam Phil. Rubenii: *dedicaverunt.* nam in Put. erat una litera minus: *edicaverunt.* in Voſſ. *dedificaverunt.* Idem.

5 *Ubi ſortes extenuata erant*] Put. *adtenuata.* ut & reg. Pet. Men. Meſſalla apud Plinium lib. 34 cap. 14. *Servilierum familia habet trientem ſacrum, cui ſumma cum cura magnificentiaque ſacra quotannis faciunt, quem ferunt alias creviſſe, alias decreviſſe videri, & ex eo aut honorem aut deminutionem familiæ ſignificari.* Idem.

6 *Et lectiſternium Juventæ*] Put. reg. Pet. Men. *Juventati.* ſic enim proprie appellabatur id numen, *Juventas.* Priſcæ editiones alludunt, *Juventuti.* Idem.

7 *Levaverunt animum religione*] Lipſius ex ſuo *animum religionis*, quod in Voſſ. notavimus. Cæteri non ſubſcribunt, Put. *religione animos.* Lib. 7. *Nec tamen ludorum primum initium procurandis religionibus datum, aut religione animos aut corpora morbis levavit.* Idem.

centiæ hibernabant, ſorte evenerant; edictum & literas ad conſulem miſit, ut is exercitus idibus Martiis [1] Arimini adeſſet in caſtris. Huic in provincia conſulatum inire conſilium erat; [2] memori veterum certaminum cum Patribus; quæ tribunus plebis, & quæ poſtea conſul, prius de conſulatu, qui abrogabatur, dein de triumpho habuerat; [3] inviſus etiam Patribus ob novam legem, quam Q. Claudius tribunus plebis adverſus ſenatum, uno

1 *Arimini eſſet in caſtris*] Vet. lib. *adeſſet*. Sigonius.

Arimini eſſet in caſtris] Put. Men. Voſſ. cum Sigoniano, *adeſſet*. Polybius & alii teſtantur Etruriam Flaminio, Ariminum Servilio eveniſſe provinciam: notiſſimumque eſt apud Traſimenum lacum in Etruria prope Arretium Flaminium eſſe ab Hannibale cæſum. Itaque mirabar eum Ariminum diem ad conveniendum edixiſſe exercitui, ibique conſulatum iniſſe dici ab Livio, cenſebamque pro Arretio illius urbis nomen ſuppoſitum. Sed repreſſit me Zonaras, è cujus comparata cum aliis narratione colligo, etſi diviſæ fuerint ita Coss. provinciæ, placuiſſe tamen ambos junctis viribus Hannibali opponi in Liguribus, ubi exſpectaturum Romanos ille ſe ſimulabat & pugnandi copiam facturum: ut vero necopinantibus eis, equitatu in caſtris relicto, noctu ſilenti agmine profectus, ſuperatis anguſtiis in Etruriam contendit, tum conſules γέρνυς ἐκατέρους, Servilium ἀπὸ ἑσπέρας, Flaminium perſecutum eo inſtantius, quod ſperaret ſe abſque ſocio laudis victoriam habiturum, Arretium perveniſſe. *J. Fr. Gron.*

2 *Memori veterum certaminum cum patribus, quæ tribunus plebis, & quæ poſtea conſul*, &c.] De C. Flaminii tribunatu ſic Cicero in Catone: *Q. Fabius Max. Cos. iterum Sp. Carvilio collega quieſcente, quod potuit C. Flaminio tribuno plebis reſtitit agrum Picenum, & Gallicum viritim contra ſenatus auctoritatem dividenti.* Et Valerius libro 5. *Cum Flaminius tribunus plebis legem de Gallico agro viritim dividendo promulgaſſet invito ſenatu, precibus, miniſque ejus reſiſtens, ac ne exercitu quidem adverſus ſe conſcripto, ſi in eadem ſententia perſeveraret, abſterritus, poſtquam pro roſtris ei legem jam ferenti pater manum injecit, privato fractus imperio, deſcendit è roſtris.* Idem Polybius libro ſecundo, Cicero de Invent. De Conſulatu & triumpho C. Flaminii ſcribit Plutarchus in Marcello: *Cum augures vitio creatos eſſe conſules Flaminium, Furiumque dixiſſent, ſenatum eos extemplo ab exercitu literis emiſſis revocaſſe: receptas autem literas Flaminium non ante aperuiſſe, quam hoſtes fuderit. Itaque ei redeunti triumphum vix conceſſum eſſe, ipſum privatum triumphaſſe, atque conſulatu ſe abdicare coactum eſſe.* Triumphavit de Gallis. *Sigonius.*

3 *Inviſus etiam ſenatui ob novam legem, quam inique Q. Claudius*] Put. *inviſus etiam Patribus.* Idemque ut & Voſſ. ac tres Pall. ignorant τὸ *inique*. & profecto magis impedit ſenſum quam juvat. Forte & quamvis mutis ſcriptis legendum: *adverſo ſenatu.* Lib. 33. *Q. Minucius, tentata tantum relatione, quum adverſum omnem ſenatum videret.* Lib. 42. *Ne cauſam diceret adverſo ſenatu, infeſtiore populo.* Lib. 6. *Comitia conſulum adverſa nobilitate habita.* Cur autem Put. plurimique noſtri, *atque uno*, non exputo. Niſi fuit, *tantumque uno.* Aut *Adverſante ſenatu, uno.* Potuit enim fieri, ut librarius exprimeret ANVERSANTE-

uno Patrum adjuvante C. Flaminio, tulerat; ne quis ſenator, quive ſenatoris pater fuiſſet, maritimam navem, quæ plus quam trecentarum amphorarum eſſet, haberet. Id ſatis habitum ad fructus ex agris vectandos. quæſtus omnis Patribus indecorus viſus. Res per ſummam contentionem acta, invidiam apud nobilitatem ſuaſori legis Flaminio, favorem apud plebem, alterumque inde conſulatum peperit. Ob hæc ratus [1] auſpiciis ementiendis, Latinarumque feriarum mora, & conſularibus aliis impedimentis, retenturos ſe in urbe, ſimulato itinere privatus, clam in provinciam abiit. Ea res ubi palam facta eſt; novam inſuper iram infeſtis jam ante Patribus movit: *Non cum ſenatu modo, ſed jam cum Diis immortalibus C. Flaminium bellum gerere. conſulem ante inauſpicato factum, revocanti-*

NATUANTE, emendaturus, quod peccarat neſcio qua feſtinatione parte poſteriore vocis præterita: unde ſequentes *atque* fecerint. *J. Fr. Gron.*

1 *Auſpiciis ementiendis*] Fuit olim *emendis*, inde *ementiendis* factum eſt: in quo verbo ſenſus eſt ille quidem, verum non germanus. Quis enim erat, cujus intereſſet *ementiendis* conſulto auſpiciis C. Flaminium conſulem retinere, ne adverſus ferociſſimum hoſtem exiret? Malim ego *petendis*, aut *repetendis*, ut eſt in vet. aliquot libris, id eſt, cum ſecunda non apparuerunt iterum atque iterum uſque ad perlitationem petendis. Quam rem ſæpiſſime conſules ne extemplo in provincias ire poſſent, moratam eſſe alibi tradit, ut lib. 41 Cn. Cornelio, & Q. Petilio conſulibus. *Sigonius.*

Auſpiciis ementiendis] Sigonius *repetendis*. male. Timebat Flaminius, ne ſicut in priore conſulatu ſuo ob prodigia, quæ augures ſibi inter auſpicandum oblata retulerant, juſſus erat à Patribus magiſtratu ſe abdicare; ita & nunc vana auſpicia ementirentur. Plutarch. in Marcello & Zonaras. *Henricus Valeſius.*

Auſpiciis ementiendis] Sic MSS. optimi: ſic jam inter veteres editos, Becc. & Mog. Fruſtra infeſtus eſt Sigonius ſubjiciendo *repetendis*. Cicero lib. 1 de Divin. *M. Craſſo quid acciderit, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta. In quo Appius non ſatis ſcienter virum bonum & civem egregium P. Ateium notavit, quod ementitum auſpicia ſubſcripſerit.* Philipp. 2. *Magna, ut ſpero, tua potius, quam reipublicæ calamitate ementitus es auſpicia.* Et rurſum: *Audiebam quidem te paratum veniſſe, quod me de ementitis auſpiciis, quibus tamen parere neceſſe erat, putares eſſe dicturum.* Et 3, 4. *Collega una referente, eo, quem ipſe ementitis auſpiciis fecerat.* Pro domo: *Ementiri, fallere, abuti Deorum immortalium numine ad hominum timorem voluiſti. Et qui religiones omnes polluerit aut ementiendo aut ſtuprando.* Flaminius in priore conſulatu, ἐπαυξήσων τῇ νίκῃ, τινὰ τε αἴρεσιν αὐτῶν ἀπιθάνου δι' αὐτῆς ὁρᾶσθαι ἔχουσαν, καὶ διὰ τὸ πρὸς αὐτὸν φθόνον ἐνίκειτο καὶ τὸ θεῖον τὸν ἀνωφελῆ καταψεύδεσθαι, ut ait Zonaras. *J. Fr. Gron.*

[1] *Et nunc*

cantibus ex ipſa acie Diis atque hominibus, non paruiſſe; [1] & nunc conſcientia ſpretorum, & Capitolium & ſolennem votorum nuncupationem fugiſſe: ne, die initi magiſtratus, Jovis optimi maximi templum adiret: ne ſenatum, [2] inviſus ipſe, & ſibi uni inviſum, videret conſuleretque: ne Latinas indiceret, [3] Jovique Latiari ſoleme ſacrum in monte faceret: ne auſpicato profectus in Capitolium ad vota nuncupanda, [4] paludatus inde cum lictoribus ad provinciam iret. lixæ modo, ſine inſignibus, ſine lictoribus, profectum clam, furtim, haud aliter quam ſi exilii cauſſa ſolum vertiſſet. magis pro majeſtate videlicet imperii Arimini, quam Romæ magiſtratum initurum, & in diverſorio hoſpitali quam apud penates ſuos prætextam ſumpturum. Revocandum univerſi retrahendumque cenſuerunt; & cogendum omnibus prius præſentem in Deos hominesque fungi officiis, quam ad exercitum

1 *Et nunc comitia pratorum & Capitolium*] C. Flaminium, ut dixi, vitio conſulem factum à ſenatu à bello quod cum Gallis gerebat, revocatum non paruiſſe tradit Plutarchus. Quod cum ita ſit, ſane intelligi poteſt, cum in veteribus libris *conſcientias pratorum*, inveniatur, *conſcientia præteritorum*, eſſe emendandum. Nam quo modo vulgo legitur, *Comitia pratorum*, nihil ad rem pertinet, neque enim initio conſulatus habebantur comitia prætoribus creandis, ſed eodem fere tempore, quo conſulibus. Hanc autem lectionem excogitavit Paulus Manutius, qui in ejuſmodi veterum auctorum mendis, & dignoſcendis, & emendandis maxima cum ingenii & doctrinæ laude jam per multos annos verſatur. *Sigonius.*

Et nunc conſcientia præteritorum] P. Manutii conjectura eſt laudata Sigonio, cum vulgo eſſet, *comitia pratorum*, quod preſſum invenio primum *Moguntiæ*. Scripti & Andreas, Aldus, *Aſc.* B. aliique priores, *conſcientias pratorum*. Unde vere, puto, fecimus: *& nunc conſcientia ſpretorum* (Deorumque & hominum) *& Capitolium & ſolennem votorum nuncupationem fugiſſe*. Hanc nempe conſcientiam metum ei feciſſe, ne & dii contemtionem ſui adverſis ominibus vindicarent, & homines, præcipue Patres atque augures, quibus poſſent, impedimentis honorem ei extorquerent. Lib. 35. *Ut quum in Græciam Antiochus trajeciſſet, conſcientia violata per ſociorum injurias Romana amicitia conjungeret ſe cum Antiocho.* J. Fr. Gron.

2 *Inviſus ipſe*] Vet. lib. *inviſus ipſi.* Sigonius.

3 *Jovique Latiali ſolenne ſacrum in monte Albano faceret*] Optimi, *Latiari*. nam *Albano* nuſquam ſcriptum invenimus. A Moguntinis eſt. Andreas, Becc. Aſc. Aldus, Juntas, Tarv. Ven. ignorant. Lib. 25. *Eo die perpetrato ſacro in monte in ſuas quiſque provincias proficiſcuntur.* Lib. 40. *Latinos mox ſubito coorta & intolerabilis tempeſtas in monte turbavit.* J. Fr. Gron.

4 *Paludatus inde ad provinciam*] Put. reg. & alii non niſi optimi: *paludatus inde cum lictoribus in provinciam iret.* Peſſimo facinore duas voces, *cum lictoribus*, omiſerunt. *Idem.*

citum & in provinciam iret. In eam legationem (legatos enim mitti placuit) Q. Terentius & M. Antiſtius profecti, nihilo magis eum movere, quam priori conſulatu literæ moverant ab ſenatu miſſæ. Paucos poſt dies magiſtratum iniit, immolantique ei vitulus jam ictus, è manibus ſacrificantium ſeſe quum proripuiſſet; multos circumſtantes cruore reſperſit. Fuga procul etiam major, apud ignaros quid trepidaretur, & concurſatio fuit. id [1] à pleriſque in omen magni terroris acceptum. Legionibus inde duabus à Sempronio prioris anni conſule; duabus à C. Atilio prætore acceptis, [2] in Etruriam per Appennini tramites exercitus duci eſt cœptus.

EPI-

1 *A pleriſque in omen*] Fortaſſe rectius: *id à pleriſque omen magni terroris acceptum.* Tacitus 1 Annal. *Id militaris rationis ignarus omen præſentium accepit, ac ſuis laboribus defectionem fideris adſimulans.* J. Fr. Gron.

2 *In Etruriam jam per Appennini*] Delevimus τὸ *jam*, quod abeſt à ſcriptis & ex præcedenti voce repetitum videtur. Ignorat & Andreas: Tarv. & Ven. jam adſciverunt. *Idem.*

Digitized by Google

EPITOME
LIBRI XXII.

ANnibal, per continuas vigilias in paludibus oculo amisso, venit in Etruriam: per quas paludes quatriduo, & tribus noctibus sine ulla requie iter fecit. C. Flaminius, consul, homo temerarius, contra auspicia profectus, signis militaribus effossis, quæ tolli non poterant, & ab equo quem conscenderat, per caput devolutus, insidiis ab Annibale circumventus, ad Trasimenum lacum cum exercitu cæsus est. Sex millia quæ eruperant, fide ab Maharbale data, perfidia Annibalis vincta sunt. Quum ad nuncium cladis Romæ luctus esset, duæ matres insperato receptis filiis gaudio mortuæ sunt. Ob hanc cladem ex Sibyllinis libris ver sacrum votum. Quum deinde Q. Fabius Maximus dictator, adversus Annibalem missus, nollet acie cum eo confligere, ne contra ferocem tot victoriis hostem territum adversis prœliis militem pugnæ committeret, & opponendo se tantummodo, conatus Annibalis impediret: M. Minucius magister equitum, ferox & temerarius, criminando dictatorem, tanquam segnem, & timidum; effecit, ut populi jussu ei imperium cum dictatore æquaretur, divisoque exercitu, [1] quum in iniquo loco conflixisset, & in maximo discrimine legiones ejus essent; superveniente cum exercitu Fabio Maximo discrimine liberatus est. quo beneficio victus castra cum eo junxit, & patrem eum salutavit: [2] idemque facere milites jussit. Annibal, vastata Campania, inter Casilinum oppidum & Calliculam montem à Fabio clausus, sarmentis ad cornua boum ligatis & incensis, præsidium Romanorum, quod Calliculam insidebat, fugavit: & sic transgressus est saltum. idemque Fabii Maximi dictatoris, quum circumposita ureret, agro pepercit, ut illum tanquam proditorem

1 *Quum in iniquo*] Veteres libri, *cum iniquo*. Sigonius. Vet. cod. *quum iniquo*. Franc. Sanctius.

2 *Idemque milites facere commilitonibus jussit*] Veteres libri non habent vocem, *commilitonibus*. Sigonius.

1 *Effi-*

ditorem ſuſpectum faceret. Æmilio deinde Paullo & Terentio Varrone conſulibus & ducibus, cum maxima clade adverſus Annibalem ad Cannas pugnatum eſt: cæſaque eo prœlio Romanorum quadraginta quinque millia, cum Paullo conſule & ſenatoribus octoginta; conſularibus atque prætoriis aut ædiliciis triginta. Poſt quam cladem quum à nobilibus adoleſcentibus propter deſperationem conſilium de relinquenda Italia iniretur, P. Cornelius Scipio tribunus militum, qui poſtea Africanus nuncupatus eſt, ſtricto ſuper capita deliberantium ferro, juravit ſe pro hoſte habiturum eum, qui in verba ſua non juraſſet: [1] effecitque ut omnes minime relictum iri à ſe Italiam jurejurando aſtringerentur. Præterea trepidationem urbis & luctum, & res in Hiſpania meliore eventu geſtas continet. Opimia, & Floronia, Veſtales virgines, inceſti damnatæ. Propter paucitatem vero militum, ſervorum octo millia armata ſunt. captivi, quum poteſtas eſſet redimendi, redempti non ſunt. Varroni obviam itum eſt, & gratia acta, quòd de republ. non deſperaſſet.

[2] IAm ver appetebat, [3] quum Annibal ex hibernis movit, & nequicquam ante conatus tranſcendere Appenninum, intolerandis frigoribus, & cum ingenti periculo moratus ac metu. Galli, quos prædæ populationumque conciverat ſpes, poſtquam pro eo, ut ipſi ex alieno agro raperent, agerentque, ſuas terras ſedem belli eſſe, premique utriuſque partis exercituum [4] hibernis viderunt; verterunt retro ad Annibalem ab Romanis odia: petituſque ſæpe principum inſidiis, [5] ipſorumque inter ſe fraude,

1 *Effecitque ut omnes minime relictum iri*] Vet. lib. *ut omnes non relictum iri.* Sigonius.

2 *Jam ver appetebat*] Polyb. ἐαρινὴν ὥραν. *Idem.*

3 *Cum Annibal ex hybernis movit*] Annibalem in Gallia hybernaſſe tradit Polybius: itaque tacite intelligendum eſt apud Livium, eundem ex Liguribus, in quos profectum eſſe ante dixit, in Galliam in hyberna ſe recepiſſe. *Idem.*

4 *Viderent hybernis*] Vet. lib. *hybernis viderent.* Idem.

5 *Ipſorumque inter ſe fraude*] Flor. Gud. Voſſ. Mureti libri neſciunt particulam copulativam. Et certe ſupervacanea eſt. *J. Fr. Gron.*

fraude, eadem levitate qua conſenſerant, conſenſum indicantium, ſervatus erat; & mutando nunc veſtem, nunc tegumenta capitis, errore etiam ſeſe ab inſidiis munierat. Cæterum hic quoque ei timor cauſſa fuit maturius movendi ex hibernis. Per idem tempus [1] Cn. Servilius conſul Romæ Idibus Martiis magiſtratum iniit. Ibi quum de republica retuliſſet, redintegrata in C. Flaminium invidia eſt. [2] *Duos ſe conſules creaſſe, unum habere. quod enim illi juſtum imperium, quod auſpicium eſſe? Magiſtratus id à domo, publicis privatiſque penatibus, Latinis feriis actis, ſacrificio in monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis, ſecum ferre: nec privatum auſpicia ſequi, nec ſine auſpiciis profectum, in externo ea ſolo nova atque integra concipere poſſe.* Augebant metum prodigia ex pluribus ſimul locis nunciata: in Sicilia militibus aliquot ſpicula, [3] in Sardinia autem in muro circumeunti vigilias equiti ſcipionem, quem manu tenue-

1 *Cn. Servilius Roma*] Inſerit optimus codex: *Cn. Servilius Conſul Roma.* J. Fr. Gron.

2 *Duos ſe conſules creaſſe, u. h. q. e. i. j. i. quod auſpicium eſſet magiſtratus, id à domo* &c.] Nihil erat cauſæ, cur hoc loco verbum facerem, niſi Glareanus admoneret nos, ut videremus, quemadmodum Livius paucis verbis pugnantia diceret. Nam paulo ante dixiſſe, Flaminium Capitolium & ſolennem votorum nuncupationem fugiſſe, ne Latinas indiceret, ne Jovi Latiali ſolenne ſacrum in monte Albano faceret, nunc autem dicere: Eundem feriis Latinis actis, ſacrificio in monte perfecto, votis in Capitolio rite nuncupatis, ab domo juſtum imperium, atque auſpicium ferre. Quamobrem cogor ego quoque te, ceteroſque admonere, ut videant, ne temere Glareano aſſentiantur, neque enim ipſum ut alias Livianam ſententiam percepiſſe. Hoc enim ait Livius: Queſtum eſſe ſenatum, duos conſules creaſſe, unum habere: conſulem enim eum demum eſſe, qui juſtum imperium & auſpicium habeat: Juſtum autem imperium & auſpicium à domo, & à privatis, publiciſque penatibus ſecum in provinciam ferri Latinis feriis actis, ſacrificio in monte Albano perfecto, votis in Capitolio nuncupatis. Quæ quia non fecit Flaminius, propterea conſulem non eſſe habendum, ſed privatum. Auſpicia enim non ſequi privatum; qui autem ſine auſpiciis ſit profectus, ut Flaminius, ea in externo ſolo nova, atque integre ipſum non poſſe concipere. *Sigonius.*

3 *In Sardinia autem in muro circumeunti equiti*] Put. duo Medic. Barber. reg. Men. *in Sardinia audes in muro circumeunti vigilias eq.* Alii, *ſudes, rudes, cudes, audex.* Operarum credo erratum, quod in noviſſimis omiſſum ſit *vigilias.* Lib. 28. *Probra in circumeuntes vigilias tribunus jacta.* Lib. 32. *Roma vigilia per vicos ſervata, juſſique circumire eas minores magiſtratus.* Lib. 34. *Quanta, ſi hoſtis ad portas eſſet, ſervabant vigilias & circumibant cura.* Equitum vero id munus fuiſſe teſtis Polybius lib. 6.

tenuerat, arsisse,& littora crebris ignibus fulsisse,& [1] scuta duo sanguinem sudasse: & milites quosdam ictos fulminibus, & Solis orbem minui visum: & Præneste ardentes lapides cœlo cecidisse: & [2] Arpis parmas in cœlo visas, pugnantemque cum Luna Solem: & Capenæ duas interdiu lunas ortas, & [3] aquas Cæretes sanguine mixtas fluxisse; fontemque ipsum Herculis cruentis manasse sparsum maculis. & [4] in Antiati metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse: & [5] Faleriis cœlum findi velut magno hiatu visum; quaque patuerit, ingens lumen effulsisse: sortes sua sponte attenuatas, unamque excidisse, ita scriptam: MAVORS TELUM SUUM CONCUTIT. & per idem tempus Romæ signum Martis [6] Appia via ad simulacra luporum sudasse: & Capuæ speciem

lib. 6. ἡ δ' ἐπῳδὴ τῆς πίστεως εἰς τοῦτο ἐστὶν ἀναπόδειπτος. J. Fr. Gron.

1 *Scuta duo sanguinem sudasse*] Hæc eadem prodigia tradit Plutarchus in Fabio: συμβῆναί τε αἱ περὶ αὐτῶν αἱματώδεις χύσεις ἀσπίδων λέγουσιν. Et quod ait: *Ardentes lapides cœlo cecidisse*, ille vertit: καὶ λίθους ἐκ τοῦ ἀέρος πεσεῖν, καὶ φλογοειδεῖς φερομένους. Et quod ait: *Antii metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse*, ille vertit: καὶ δρέπειν σταχύων τὸν Ἄντιον ἔτι θερίζοντα κεφαλάς. In veteribus autem libris est, *Et in Antii agro metentibus*. Sigonius.

2 *Arpis palmas in cœlo visas*] Put. *Arpis parmas*. atque ita legit Orosius lib. 4. 15. *Et apud Arpos parma in cœlo visa*. J. Fr. Gron.

3 *Aquas Carete sanguine mistas*] Put. *Caretes*. idque probat Valerius Maximus lib. 1, 6. *Carites aquas sanguine fluxisse*. Lib. 5 noster: *cum Caretibus publice hospitium fieret*. Idem.

4 *In Antii agro metentibus*] Ab Sigonio est. Prius erat: *& Antii metentibus*. Omnibus certe quos vidimus. abest τὸ *agro*, quod Sigonius adjecit. Suspicor scripsisse Livium: *& in Antiate metentibus*. Ut lib. 6: *Fundum in Veienti, caput patrimonii, subjecit praconi*. Lib. 33. *Ædes Feroniæ in Capenate de cœlo tacta erat*. Lib. 41. *In Crustumino sanguinalem avem sacrum lapidem rostro cecidisse*. Valerius & Orosius, *apud Antium*; Plutarchus, περὶ Ἄντιον. Livius lib. 28, ubi par prodigium narratur: *Ab Antio nuntiatum est; cruentas spicas metentibus visas esse*. Idem.

5 *Faleriis cœlum findi visum, velut magno hiatu* &c. *sortes sua s.*] Sic libro vigesimo primo, *Cære sua sponte sortes extenuatas*. Prænestinæ autem quædam sortes inter cæteras fuerunt, quas perfracto quodam saxo erupisse dicuntur; id est, in robore insculptæ priscarum literarum notæ: auctor Cic. lib. 2 de Divin. Plutarchus autem ubi hoc prodigium tradit, fabulas quasdam cœlo decidisse ait, quarum una has literas haberet; sic enim ait: ἦν δ' ὑπὲρ Φαλερίους ἱερεῖα μαχαίραις διέξασται, ἐκπεπτεῖν καὶ λέγεσθαι πολλὰ καὶ χαλκαλεῖα. καὶ τῶν ἐνὶ μεγαλομέτρου φαινῶν καλὰ λέξιν· Κρὸς τὰ ἑαυτῆς ὅπλα σαλπίζ. *Sigonius*. Adde J. Gutherium lib. 4 Jur. Pontific. cap. 12.

6 *Appia via ad simulacra*] Put. *Appia*

ciem cœli ardentis fuiſſe, [1] lunæque inter imbrem cadentis. Inde minoribus etiam dictu prodigiis fides habita: Capras lanatas quibuſdam factas, & gallinam in marem, gallum in feminam ſeſe vertiſſe. His ſicut erant nunciata expoſitis, auctoribuſque in curiam introductis, conſul de religione Patres conſuluit. Decretum, ut ea prodigia, partim majoribus hoſtiis, partim lactentibus procurarentur: & uti ſupplicatio per triduum ad omnia pulvinaria haberetur. Cætera, quum decemviri libros inſpexiſſent, ut ita fierent, quemadmodum cordi eſſe [2] Divi carminibus præfarentur. [3] Decemvirorum monitu decretum eſt: Jovi primum donum fulmen aureum pondo quinquaginta fieret; [4] Junoni Minervæque ex argento dona darentur, & Junoni Reginæ in Aventino, Junonique Soſpitæ Lanuvii majoribus hoſtiis ſacrificaretur, matronæque, [5] pecunia collata, quantum conferre cuique commodum eſſet, donum Junoni Reginæ in Aventinum ferrent, lectiſterniumque fieret: [6] quin & liber-

pia via ac ſimulacra Iuperum. Signi Martis Appiâ viâ meminit Cicero lib. 3 ad Quintum fr. ep. 7. *J. Fr. Gron.*

1 *Lunaque inter imbrem cadentis*] Lego, *candentis*, id eſt, ſplendentis, præceſſit enim *ſpeciem cæli ardentis.* Sigonius.

Lun. int. imbr. candentis] Et hoc à Sigonio. Noſtri omnes *cadentis.* Julius Obſequens: *C. Lælio L. Domitio Cos. Vulſinius nova luna decidit, & non niſi poſtero die hora tertia comparuit.* J. Fr. Gron.

2 *Divi carminibus præfarentur*] Lege, *profarentur.* Ut Petronio reddidit Scioppius: *Cum Delio profante caſi vertices.* Ulpianus l. 1 π. 9 D. de ædil. edict. *ſi ſervus inter fanaticos caput jactaret, & aliqua profatus eſſet.* Auctor ſub nomine Meſſalæ de progenie Auguſti: *Is Helenus, Æneæ futura prædicens, omnium interpres deorum profatus fuerat.* Idem.

Divi carminibus profarentur] Sed præterea omnes plane ſcripti *divinis carmin.* Lege: *divi ſuis carminibus profarentur*, vel *divi in carminibus.* Jac. Gron.

3 *Id Decemvirorum monitu decretum eſt*] Optimi: *Id virorum.* Scribe deleta prima voce: *Decemvirorum monitu.* J. Fr. Gron.

4 *Junoni Minervaque ex argento daretur*] Sic vulgatæ, niſi quod in ultimis neſcio quis poſtremam vocem expunxit. Non ſine cauſſa moratus hic eſt Glareanus, ſed tollimus mendum ex Put. Reg. optimis Med. & duob. Pall. ſcribendo: *ex argento dona darentur.* Idem.

5 *Pecunia collata, quantum conferre cuique commodum eſſet*] Excuſari poteſt, ſed ex more Livii ſcribe: *quantam.* Idem.

6 *Quin & libertinæ & ipſæ*] Put. Pet. reg. Men. Voſſ. *qua & ut libertinæ.* Scribe: *quin & libertinæ ut ipſæ.* Idem.

gitized by Google

libertinæ ut ipſæ, unde Feroniæ donum daretur, pecuniam pro facultatibus ſuis conferrent. Hæc ubi facta, [1] decemviri Ardeæ in foro majoribus hoſtiis ſacrificarunt. [2] poſtremo Decembri jam menſe ad ædem Saturni Romæ immolatum eſt, lectiſterniumque imperatum ([3] & eum lectum ſenatores ſtraverunt) & convivium publicum, ac per urbem [4] Saturnalia diem ac noctem clamatum, [5] populuſque eum diem feſtum habere ac ſer-
2 vare in perpetuum juſſus. Dum conſul [6] placandis Romæ Diis, trahendoque delectu dat operam, Annibal profectus ex hibernis, quia jam Flaminium conſulem Arretium perveniſſe fama erat, quum aliud longius, cæterum commodius oſtenderetur iter, propiorem viam per paludem petit, qua fluvius Arnus per eos dies ſolito magis inundaverat. [7] Hiſpanos & Afros, (id omne veterani erat

1 *Decemviri Ardeæ in foro majoribus hoſtiis ſacrificarunt*] Mirum Glareano videtur, Decemviros *Ardeæ* ſacrificaſſe, cum ibi prodigium nullum extitiſſet, neque videt idem cum alias factum, tum libro 42. *Nam cum columna roſtrata Romæ fulmine diſcuſſa eſſet, Decemviri luſtrandum oppidum, ſupplicationem, obſecrationemque habendam, victimis majoribus ſacrificandum & in Capitolio Romæ, & in Campania ad Minervæ promontorium renunciarunt.* Sigonius.

2 *Poſtremo ex libris Decembri jam menſe in ædem Saturni*] Put. Pet. reg. optimi Florentini extrudunt τὰ *ex libris*. Voſſ. *poſtremo libri* x. *jam*: dein omnes, *ad ædem*, ut & prius vulgatæ. *J. Fr. Gron.*

3 *Et eum lectum ſenatores ſtraverunt*] Sic quidem veteres libri conſtanter: nihilominus ſuſpicor duas voces inſiticias eſſe & ſcripſiſſe Livium: *lectiſterniumque imperatum (lectum ſenatores ſtraverunt) & convivium publicum.* Idem.

4 *Saturnalia die ac nocte*] Optimi: *Saturnalia diem ac noctem clamatum.* Forte &, *clamata*. Ut lib. 21. *Infantem ſemeſtrem triumphum clamaſſe.* Ovid. 1 Am. 2. *populo clamante triumphum.* Idem.

5 *Populuſque eum diem feſtum*] Hic dies ad XIV Kal. Januar. fuit, auctore Macrobio lib. 1. *Sigonius.*

6 *Placandis Romæ diis habendoque delectu*] Put. aliique Gall. & duo Pall. cum Voſſiano, Andrea Aldoque & omnibus ante Juntam: *trahendoque delectu*, id eſt, producendo delectu, morando per delectum. Lib. 24. *Prætores diſſimulare primo, & trahenda re eſſe, poſtremo victi*, &c. *J. Fr. Gron.*

7 *Hiſpanos & Afros & omne quod veterani erat robur exercitus*] Put. *Atſpanos.* Alii, *at Hiſpanos*, vel *ad Hiſpanos.* Dein omnibus deeſt τὸ *quod.* Emenda: *Ac Hiſpanos & Afros (id omne veterani erat robur exercitus) admixtis ipſorum* &c. Sic lib. 28. *Hanc juſtam legionem (& id ferme roboris erat) in prima acie locat.* Polybius: εἰς μὲν τὴν πρωτοπορείαν ἔθηκε τοὺς Λίβυας καὶ Ἴβηρας καὶ πᾶν τὸ χρησιμώτερον μέρος τῆς στρατιᾶς ἐκ διπλασίου. Id recte reddidit Livius, ut reſtituimus: neque enim alii

erat robur exercitus,) admixtis ipſorum impedimentis, necubi conſiſtere coactis neceſſaria ad uſus deeſſent, primos ire juſſit: ſequi Gallos, ut id agminis medium eſſet; noviſſimos ire equites. Magonem inde cum expeditis Numidis cogere agmen; [1] maxime Gallos, ſi tædio laboris longæque viæ (ut eſt mollis ad talia gens) dilaberentur aut ſubſiſterent, cohibentem. Primi, qua modo præirent duces, per prærultas fluvii ac profundas voragines hauſti penè limo immergenteſque ſe, tamen ſigna ſequebantur. [2] Galli qui neque ſuſtinere ſe prolapſi, neque aſſurgere ex voraginibus poterant; aut corpora animis aut animos ſpe ſuſtinebant: alii feſſa ægre trahentes membra; alii, ubi ſemel victis tædio animis procubuiſſent; inter jumenta & ipſa jacentia paſſim, morientes. [3] maximeque omnium vigiliæ conficiebant, per quatriduum jam & tres noctes toleratæ. Quum omnia obtinentibus aquis, nihil, ubi in ſicco feſſa ſternerent corpora, inveniri poſſet; cumulatis in aquas ſarcinis inſuper incumbebant. [4] jumentorum itinere toto proſtratorum paſſim

---

alii ſunt πᾶν χαυσιμώτερον μέρος quam οἱ Λίβυες καὶ Ἴβηρες. Ideo paulo poſt de iiſdem Polybius: οἱ μὲν γὰρ Ἴβηρες καὶ Λίβυες διὰ ἀκμαίων &c. nullo adjecto tertio genere. *J. Fr. Gron.*

1 *Maxime Gallos &c. ut eſt mollis ad talia gens*] Succenſere ſolet Livio Glareanus, ut falſam Gallis mollitiem adſcribenti, idque immerito. Hæc enim ille ab aliis ſumpſit, ut à Polybio, καὶ μάλιστα τῆς τῶν Κελτῶν μαλακίας καὶ φυγοπονίας, ἵν' ἐὰν καμαπαθήσαντες πρίπωσιν πάλιν εἰς τὸπίσω, κωλύῃ. Et paulo poſt: *Galli neque ſuſtinere ſe prolapſi, neque aſſurgere ex voraginibus poterant*, &c. Polybius: οἱ δὲ Κελτοὶ δυσχερῶς μὲν εἰς τὸμπροσθεν ἐφέλκονται, ἀμπαλαιόμενοι, καὶ ἀμπαλιμένων εἰς βάθος τῶν ἑλῶν, ὅπου καὶ ταλαιπόρως διατίμων τὴν καμαπάθειαν. *Sigonius.*

2 *Galli qui neque ſuſtinere*] Haud ſcio quis addiderit τὸ *qui*. Certe non modo ſcripti omnes, ſed & editi, etiam Gruteri ignorant. Videtur tamen animadvertiſſe ejus auctor hiare orationem. Quod vitium rectius curabimus deleto altero *aut*, hoc modo: *Galli neque ſuſtinere ſe prolapſi, neque adſurgere ex voraginibus poterant; aut corpora animis, animos ſpe ſuſtinebant.* J. Fr. Gron.

3 *Maximeque omnium vigiliæ --- tolerata.*] Polyb. πάντες μὲν ἦν ἐκκακοπάθειαν καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἀγρυπνίαν, ἕως ἂν ἑξῆς ἡμέρας τέτταρας, καὶ τρεῖς νύκτας συνεχῶς διὰ ὕδατος ποιούμενοι τὴν πορείαν. *Sigonius.*

4 *Jumentorum itinere toto proſtratorum p. acervi --- cubile dabant*] Hoc ita Polybius: τῶν δ' ὑποζυγίων ἅμα τοῖς πλείστοις πίπτοντα διὰ τοῦ πηλοῦ ἀπώλοντο, μίαν παρεχόμενα χρείαν ἐν τῇ παρούσῃ τοῖς ἀνθρώποις· χαμαζόμενοι γὰρ ἐπ'

ante nos hinc moverimus, quam [1] *ſicut olim Camillum ab Veiis, C. Flaminium ab Arretio Patres acciverint.* Hæc ſimul increpans, quum ocius ſigna convelli juberet, & ipſe in equum inſiluiſſet; equus repente corruit, [2] conſulemque lapſum ſuper caput effudit. Territis omnibus qui circa erant, velut fœdo omine incipiendæ rei; inſuper nunciatur, ſignum omni vi moliente ſignifero convelli nequire. Converſus ad nuncium, *Num literas quoque*, inquit, *ab ſenatu affers, quæ me rem gerere vetent? Abi, nuncia, ſignum effodiant, ſi ad convellendum manus præ metu obtorpuerint.* Incedere inde agmen cœpit; primoribus, ſuper quam quod diſſenſerant à conſilio, territis etiam duplici prodigio; milite in vulgus læto ferocia ducis, quum ſpem magis
4 ipſam quam cauſſam ſpei intueretur. Annibal, [3] quod agri eſt inter Cortonam urbem Traſimenumque lacum, omni clade belli pervaſtat; quo magis iram hoſti ad vindicandas ſociorum injurias acuat. Et jam pervenerant ad loca inſidiis nata, [4] ubi maxime montes Cortonenſes Traſimenus ſubit. via tantum intereſt peranguſta, velut ad idipſum de induſtria relicto ſpatio: deinde paulo latior pateſcit campus, [5] inde colles aſſurgunt. Ibi caſtra in aperto locat, ubi ipſe cum Afris modo Hiſpaniſque conſideret. [6] Baleares, cæteramque levem armaturam, poſt montes circumducit: equites ad ipſas fauces ſaltus, tumulis apte tegentibus, locat; ut, ubi intraſſent Romani, ob-

1 *Sicut olim Camillum ab Veiis*] Hac de re lib. 6. *Sigonius.*

2 *Conſulem ſuper caput, lapſum effudit*] Plutarchus in Fabio: Φλαμίνιος ἀξίως τῆς κατανυχθείσης εἰς παραλυσίαν. *Idem.*

3 *Quod agri eſt inter Cortonam*] Polybius Κυρτώνιον vocat, quam Livius *Cortonam*, neque eſſe in Polybio menda poteſt, cum Stephanus ſcribat, Κυρτώνη πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν Κυρτωνῖος, ὡς Σατορνῖος, Πολύβ. γ. Et alio loco ſcribat Κορτύνα urbem eſſe Etruriæ. *Traſimenum*, Graeci Τραπεζοῦντα λίμνην appellant. *Idem.*

4 *Ubi maxime montes Cortonenſes Traſimenus ſubit*] Put. & omnes omnino MSS. aliquanti ævi, conſenſu: *in Traſimenum.* Quod non temere eſt, & quid nobis videatur, 4 Obſervat. 16 dixi. *J. Fr. Gron.*

5 *Inde colles adſurgunt*] Put. & reg. *colles adinſurgunt.* Idem.

6 *Baleares, ceteramque levem armaturam*] Polybius, ut ante, τοὺς δὲ Βαλιαρεῖς, καὶ λογχοφόρους. *Sigonius.*

1 *A ter-*

objecto equitatu, clauſa omnia lacu ac montibus eſſent. Flaminius quum pridie ſolis occaſu ad lacum perveniſſet, inexplorato, poſtero die, vix dum ſatis certa luce anguſtiis ſuperatis, poſtquam in patentiorem campum pandi agmen cœpit; id tantum hoſtium, quod ex adverſo erat, aſpexit: [1]ab tergo ac ſuper caput decepere inſidiæ. Pœnus ubi id quod petierat, [2] clauſum lacu ac montibus & circumfuſum ſuis copiis habuit hoſtem, [3] ſignum omnibus dat ſimul invadendi. qui [4] ubi qua cuique proximum fuit, decucurrere; eo magis Romanis ſubita atque improviſa res fuit, quod orta ex lacu nebula, campo quam montibus denſior federat, agminaque hoſtium ex pluribus vallibus ipſa inter ſe ſatis conſpecta, eoque magis pariter decucurrerunt. Romanus, clamore prius undique orto, quam ſatis cerneret ſe circumventum eſſe, ſenſit; & ante in frontem lateraque pugnari cœptum eſt, quam ſatis inſtrueretur acies, aut expediri arma ſtringique gladii poſſent. Conſul, perculſis omnibus, ipſe ſatis, ut in tre- 5
pida re, impavidus, turbatos ordines, [5] vertente ſe quo-
que

1 *A tergo ac ſuper caput detecta inſidiæ*] Put. *ab tergo ac ſuper caput decepta inſidiæ.* ſed & reg. Pet. Men. Voſſ. *decipte.* Hinc feliciter Lipſius, *decepere.* Cui obloquendum non erat. Vide 3 Obſ. 20. Cluverius corruptis vulgatæ vocibus, *inexplorata* & *detecta*, inductus duas hic lacunas fruſtra ſtatuit: ſunt enim omnia integra. Jungendum, *inexplorato anguſtiis ſuperatis*, ex frequenti ſermone Livii, ſignificantis ſuperaſſe eum anguſtias non explorato per ſpeculatores præmiſſos itinere. Lib. 6. *Inexplorato pabulatum cohortes miſere.* Lib. 23. *Explorato cum firmiſque præſidiis, tuto receptus, prædatum iit.* Lib. 27. *In quæ inexplorato euntes Romani quum incidiſſent.* J. Fr. Gron.

2 *Clauſum lacu montibuſque*] Optimus: *lacu ac montibus & circumfuſum.* Ut & Pal. In duobus aliis & Voſſ. *Lacu montibus &.* Idem.

3 *Signum omnibus dat invadendi*] Put. reg. Pal. *dat ſimul invadendi.* Idem.

4 *Ubi qua cuique proximum fuit, decurrere*] Put. reg. Voſſ. *Ubi quaque proximum fuit.* Plautus Bacchid. 2, 3. *Heu cor meum & cerebrum, Nicobule, findetur, Iſtius hominis ubi ſit quaque mentio.* Sed vix eſt huic hic locus. Put. quoque ac non unus alius & hic & poſt quatuor verſus: *decucurrere, decucurrerunt:* non *decurr.* Idem.

5 *Vertenteſque ſe quoque ad diſſonos clamores*] Pal. *vertentes ſe quoque.* Alter, *vertens.* Puto, & abſque his foret, licuiſſe mihi reponere de conjectura: *vertente ſe quoque.* Lib. 4. *Circumagenti ſe ad diſſonos clamores ac ſubitos tumultus hoſti.* Libro ſuperiore cap. 33 facile manum dedimus Freinshemio corrigenti: *ſibi quoque tendente, ut periculo prius evaderet.* Forte & *prior.* Idem.

uno Patrum adjuvante C. Flaminio, tulerat; ne quis ſenator, quive ſenatoris pater fuiſſet, maritimam navem, quæ plus quam trecentarum amphorarum eſſet, haberet. Id ſatis habitum ad fructus ex agris vectandos. quæſtus omnis Patribus indecorus viſus. Res per ſummam contentionem acta, invidiam apud nobilitatem ſuaſori legis Flaminio, favorem apud plebem, alterumque inde conſulatum peperit. Ob hæc ratus [1] auſpiciis ementiendis, Latinarumque feriarum mora, & conſularibus aliis impedimentis, retenturos ſe in urbe, ſimulato itinere privatus, clam in provinciam abiit. Ea res ubi palam facta eſt; novam inſuper iram infeſtis jam ante Patribus movit: *Non cum ſenatu modo, ſed jam cum Diis immortalibus C. Flaminium bellum gerere. conſulem ante inauſpicato factum, revocanti-*

NATUANTE, emendaturus, quod peccarat neſcio qua feſtinatione parte poſteriore vocis præterita: unde ſequentes *atque* fecerint. *J. Fr. Gron.*

1 *Auſpiciis ementiendis*] Fuit olim *emendis*, inde *ementiendis* factum eſt: in quo verbo ſenſus eſt ille quidem, verum non germanus. Quis enim erat, cujus intereſſet *ementiendis* conſulto auſpiciis C. Flaminium conſulem retinere, ne adverſus ferociſſimum hoſtem exiret? Malim ego *petendis*, aut *repetendis*, ut eſt in vet. aliquot libris, id eſt, cum ſecunda non apparuerunt iterum atque iterum uſque ad perlitationem petendis. Quam rem ſæpiſſime conſules ne extemplo in provincias ire poſſent, moratam eſſe alibi tradit, ut lib. 41 Cn. Cornelio, & Q. Petilio conſulibus. *Sigonius.*

Auſpiciis ementiendis] Sigonius *repetendis*. male. Timebat Flaminius, ne ſicut in priore conſulatu ſuo ob prodigia, quæ augures ſibi inter auſpicandum oblata retulerant, juſſus erat à Patribus magiſtratu ſe abdicare; ita & nunc vana auſpicia ementirentur. Plutarch. in Marcello & Zonaras. *Henricus Valeſius.*

Auſpiciis ementiendis] Sic MSS. optimi: ſic jam inter veteres editos, Becc. & Mog. Fruſtra infeſtus eſt Sigonius ſubjiciendo *repetendis*. Cicero lib. 1 de Divin. *M. Craſſo quid acciderit, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta. In quo Appius non ſatis ſcienter virum bonum & civem egregium P. Ateium notavit, quod ementitum auſpicia ſubſcripſerit.* Philipp. 2. *Magna, ut ſpero, tua potius, quam reipublicæ calamitate ementitus es auſpicia.* Et rurſum: *Audiebam quidem te paratum veniſſe, quod me de ementitis auſpiciis, quibus tamen parere neceſſe erat, putares eſſe dicturum.* Et 3, 4. *Collega una referente, eo, quem ipſe ementitis auſpiciis fecerat.* Pro domo: *Ementiri, fallere, abuti Deorum immortalium numine ad hominum timorem voluiſti. Et qui religiones omnes polluerit aut ementiendo aut ſtuprando.* Flaminius in priore conſulatu, ἐπ' αἰσίῳ τῇ τύχῃ, τινά τε αἴρεσιν αὐτῶν ἀπὸ δείπνου δι' αὐτῆς ὁρᾶσθαι ἔχουσαν, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς αὐτὸν φθόνον ἐσκευῆσθαι καὶ τὴν θεὸν ὑπωπιᾶσθαι καὶ ἀμαυρᾶσθαι, ut ait Zonaras. *J. Fr. Gron.*

[1] *Et nunc*

Digitized by Google

cantibus ex ipſa acie Diis atque hominibus, non paruiſſe; [1] & nunc conſcientia ſpretorum, & Capitolium & ſolennem votorum nuncupationem fugiſſe: ne, die initi magiſtratus, Jovis optimi maximi templum adiret: ne ſenatum, [2] inviſus ipſe, & ſibi uni inviſum, videret conſuleretque: ne Latinas indiceret, [3] Jovique Latiari ſolenne ſacrum in monte faceret: ne auſpicato profectus in Capitolium ad vota nuncupanda, [4] paludatus inde cum lictoribus ad provinciam iret. lixæ modo, ſine inſignibus, ſine lictoribus, profectum clam, furtim, haud aliter quam ſi exilii cauſſa ſolum vertiſſet. magis pro majeſtate videlicet imperii Arimini, quam Romæ magiſtratum initurum, & in diverſorio hoſpitali quam apud penates ſuos prætextam ſumpturum. Revocandum univerſi retrahendumque cenſuerunt; & cogendum omnibus prius præſentem in Deos hominesque fungi officiis, quam ad exercitum

1 *Et nunc comitia prætorum & Capitolium*] C. Flaminium, ut dixi, vitio conſulem factum à ſenatu à bello quod cum Gallis gerebat, revocatum non paruiſſe tradit Plutarchus. Quod cum ita ſit, ſane intelligi poteſt, cum in veteribus libris *conſcientias pratorum*, inveniatur, *conſcientia prateritorum*, eſſe emendandum. Nam quo modo vulgo legitur, *Comitia pratorum*, nihil ad rem pertinet, neque enim initio conſulatus habebantur comitia prætoribus creandis, ſed eodem fere tempore, quo conſulibus. Hanc autem lectionem excogitavit Paulus Manutius, qui in ejuſmodi veterum auctorum mendis, & dignoſcendis, & emendandis maxima cum ingenii & doctrinæ laude jam per multos annos verſatur. *Sigonius.*

Et nunc conſcientia prateritorum] P. Manutii conjectura eſt laudata Sigonio, cum vulgo eſſet, *comitia pratorum*, quod preſſum invenio primum Moguntiæ. Scripti & Andreas, Aldus, Aſc. B. aliique priores, *conſcientias pratorum*. Unde vere, puto, fecimus: *& nunc conſcientia ſpretorum* (Deorumque & hominum) *& Capitolium & ſolennem votorum nuncupationem fugiſſe*. Hanc nempe conſcientiam metum ei feciſſe, ne & dii contemtionem ſui adverſis ominibus vindicarent, & homines, præcipue Patres atque augures, quibus poſſent, impedimentis honorem ei extorquerent. Lib. 35. *Ut quum in Græciam Antiochus trajeciſſet, conſcientia violata per ſociorum injurias Romana amicitia conjungeret ſe cum Antiocho.* J. Fr. Gron.

2 *Inviſus ipſe*] Vet. lib. *inviſus ipſi.* Sigonius.

3 *Jovique Latiali ſolenne ſacrum in monte Albano faceret*] Optimi, *Latiari.* nam *Albano* nuſquam ſcriptum invenimus. A Moguntinis eſt. Andreas, Becc. Aſc. Aldus, Juntas, Tarv. Ven. ignorant. Lib. 25. *Eo die perpetrato ſacro in monte in ſuas quiſque provincias proficiſcuntur.* Lib. 40. *Latinas mox ſubito coorta & intolerabilis tempeſtas in monte turbavit.* J. Fr. Gron.

4 *Paludatus inde ad provinciam*] Put. reg. & alii non niſi optimi: *paludatus inde cum lictoribus in provinciam iret.* Peſſimo facinore duas voces, *cum lictoribus*, omiſerunt. *Idem.*

citum & in provinciam iret. In eam legationem (legatos enim mitti placuit) Q. Terentius & M. Antiſtius profecti, nihilo magis eum movere, quam priori conſulatu literæ moverant ab ſenatu miſſæ. Paucos poſt dies magiſtratum iniit, immolantique ei vitulus jam ictus, è manibus ſacrificantium ſeſe quum proripuiſſet; multos circumſtantes cruore reſperſit. Fuga procul etiam major, apud ignaros quid trepidaretur, & concurſatio fuit. id [1] à pleriſque in omen magni terroris acceptum. Legionibus inde duabus à Sempronio prioris anni conſule; duabus à C. Atilio prætore acceptis, [2] in Etruriam per Appennini tramites exercitus duci eſt cœptus.

EPI-

1 *A pleriſque in omen*] Fortaſſe rectius: *id à pleriſque omen magni terroris acceptum.* Tacitus 1 Annal. *Id militaris imperitia ignarus omen præſentium accepit, ac ſuis laboribus defectionem ſideris adſimulans.* J. Fr. Gron.

2 *In Etruriam jam per Appennini*] Delevimus τὸ *jam*, quod abeſt à ſcriptis & ex præcedenti voce repetitum videtur. Ignorat & Andreas: Tarv. & Ven. jam adſciverunt. *Idem.*

Digitized by Google

EPITOME
LIBRI XXII.

ANnibal, per continuas vigilias in paludibus oculo amiſſo, venit in Etruriam: per quas paludes quatriduo, & tribus noctibus ſine ulla requie iter fecit. C. Flaminius, conſul, homo temerarius, contra auſpicia profectus, ſignis militaribus effoſſis, quæ tolli non poterant, & ab equo quem conſcenderat, per caput devolutus, inſidiis ab Annibale circumventus, ad Traſimenum lacum cum exercitu caſſus eſt. Sex millia quæ eruperant, fide ab Maharbale data, perfidia Annibalis victa ſunt. Quum ad nuncium cladis Romæ luctus eſſet, duæ matres inſperato receptis filiis gaudio mortuæ ſunt. Ob hanc cladem ex Sibyllinis libris ver ſacrum votum. Quum deinde Q. Fabius Maximus dictator, adverſus Annibalem miſſus, nollet acie cum eo confligere, ne contra ferocem tot victoriis hoſtem territum adverſis prœliis militem pugnæ committeret, & oppo-nendo ſe tantummodo, conatus Annibalis impediret: M. Minucius magiſter equitum, ferox & temerarius, criminando dictatorem, tanquam ſegnem, & timidum; effecit, ut populi juſſu ei imperium cum dictatore æquaretur, diviſoque exercitu, [1] quum in iniquo loco conflixiſſet, & in maximo diſcrimine legiones ejus eſſent; ſuperveniente cum exercitu Fabio Maximo diſcrimine liberatus eſt. quo beneficio victus caſtra cum eo junxit, & patrem eum ſalutavit: [2] idemque facere milites juſſit. Annibal, vaſtata Campania, inter Caſilinum oppidum & Calliculam montem à Fabio clauſus, ſarmentis ad cornua boum ligatis & incenſis, præſidium Romanorum, quod Calliculam inſidebat, fugavit: & ſic tranſgreſſus eſt ſaltum. idemque Fabii Maximi dictatoris, quum circumpoſita ureret, agro pepercit, ut illum tanquam proditio-

1 *Quum in iniquo*] Veteres libri, *cum iniquo*. Sigonius. Vet. cod. *cum iniquo*. Franc. Sanctius.

2 *Idemque milites facere commilitonibus juſſit*] Veteres libri non habent vocem, *commilitonibus*. Sigonius.

1 Eſt-

ditorem ſuſpectum faceret. Æmilio deinde Paullo & Terentio Varrone conſulibus & ducibus, cum maxima clade adverſus Annibalem ad Cannas pugnatum eſt: cæſaque eo prœlio Romanorum quadraginta quinque millia, cum Paullo conſule & ſenatoribus octoginta; conſularibus atque prætoriis aut ædiliciis triginta. Poſt quam cladem quum à nobilibus adoleſcentibus propter deſperationem conſilium de relinquenda Italia iniretur, P. Cornelius Scipio tribunus militum, qui poſtea Africanus nuncupatus eſt, ſtricto ſuper capita deliberantium ferro, juravit ſe pro hoſte habiturum eum, qui in verba ſua non juraſſet: [1] effecitque ut omnes minime relictum iri à ſe Italiam jurejurando aſtringerentur. Præterea trepidationem urbis & luctum, & res in Hiſpania meliore eventu geſtas continet. Opimia, & Floronia, Veſtales virgines, inceſti dammatæ. Propter paucitatem vero militum, ſervorum octo millia armata ſunt. captivi, quum poteſtas eſſet redimendi, redempti non ſunt. Varroni obviam itum eſt, & gratia acta, quòd de republ. non deſperaſſet.

I [2] IAm ver appetebat, [3] quum Annibal ex hibernis movit, & nequicquam ante conatus tranſcendere Appenninum, intolerandis frigoribus, & cum ingenti periculo moratus ac metu. Galli, quos prædæ populationumque conciverat ſpes, poſtquam pro eo, ut ipſi ex alieno agro raperent, agerentque, ſuas terras ſedem belli eſſe, premique utriuſque partis exercituum [4] hibernis viderunt; verterunt retro ad Annibalem ab Romanis odia: petituſque ſæpe principum inſidiis, [5] ipſorumque inter ſe fraude,

1 *Effecitque ut omnes minime relictum iri*] Vet. lib. *ut omnes non relictum iri.* Sigonius.

2 *Jam ver appetebat*] Polyb. ἐνίστα-μένης ἤδη τῆς ἐαρινῆς ὥρας. *Idem.*

3 *Cum Annibal ex hybernis movit*] Annibalem in Gallia hybernaſſe tradit Polybius: itaque tacite intelligendum eſt apud Livium, eundem ex Liguribus, in quos profectum eſſe ante dixit, in Galliam in hyberna ſe recepiſſe. *Idem.*

4 *Viderent hybernis*] Vet. lib. *hybernis viderent.* Idem.

5 *Ipſorumque inter ſe fraude*] Flor. Gud. Voſſ. Mureti libri neſciunt particulam copulativam. Et certe ſupervacanea eſt. *J. Fr. Gron.*

fraude, eadem levitate qua conſenſerant, conſenſum indicantium, ſervatus erat; & mutando nunc veſtem, nunc tegumenta capitis, errore etiam ſeſe ab inſidiis munierat. Cæterum hic quoque ei timor cauſſa fuit maturius movendi ex hibernis. Per idem tempus [1] Cn. Servilius conſul Romæ Idibus Martiis magiſtratum iniit. Ibi quum de republica retuliſſet, redintegrata in C. Flaminium invidia eſt. [2] *Duos ſe conſules creaſſe, unum habere. quod enim illi juſtum imperium, quod auſpicium eſſe? Magiſtratus id à domo, publicis privatiſque penatibus, Latinis feriis actis, ſacrificio in monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis, ſecum ferre: nec privatum auſpicia ſequi, nec ſine auſpiciis profectum, in externo ea ſolo nova atque integra concipere poſſe.* Augebant metum prodigia ex pluribus ſimul locis nunciata: in Sicilia militibus aliquot ſpicula, [3] in Sardinia autem in muro circumeunti vigilias equiti ſcipionem, quem manu tenue-

1 *Cn. Servilius Roma*] Inſerit optimus codex: *Cn. Servilius Conſul Roma.* J. Fr. Gron.

2 *Duos ſe conſules creaſſe, u. h. q. e. i. j. i. quod auſpicium eſſet magiſtratus, id à domo* &c.] Nihil erat cauſæ, cur hoc loco verbum facerem, niſi Glareanus admoneret nos, ut videremus, quemadmodum Livius paucis verbis pugnantia diceret. Nam paulo ante dixiſſe, Flaminium Capitolium & ſolennem votorum nuncupationem fugiſſe, ne Latinas indiceret, ne Jovi Latiali ſolenne ſacrum in monte Albano faceret, nunc autem dicere: Eundem feriis Latinis actis, ſacrificio in monte perfecto, votis in Capitolio rite nuncupatis, ab domo juſtum imperium, atque auſpicium ferre. Quamobrem cogor ego quoque te, ceteroſque admonere, ut videant, ne temere Glareano aſſentiantur, neque enim ipſum ut alias Livianam ſententiam percepiſſe. Hoc enim ait Livius: Queſtum eſſe ſenatum, duos conſules creaſſe, unum habere: conſulem enim eum demum eſſe, qui juſtum imperium & auſpicium habeat: Juſtum autem imperium & auſpicium à domo, & à privatis, publiciſque penatibus ſecum in provinciam ferri Latinis feriis actis, ſacrificio in monte Albano perfecto, votis in Capitolio nuncupatis. Quæ quia non fecit Flaminius, propterea conſulem non eſſe habendum, ſed privatum. Auſpicia enim non ſequi privatum; qui autem ſine auſpiciis ſit profectus, ut Flaminius, ea in externo ſolo nova, atque integre ipſum non poſſe concipere. *Sigonius.*

3 *In Sardinia autem in muro circumeunti equiti*] Put. duo Medic. Barber. reg. Men. *in Sardinia audes in muro circumeunti vigilias eq.* Alii, *ſudes, rudes, cudes*, *audex*. Operarum credo erratum, quod in noviſſimis omiſſum ſit *vigilias*. Lib. 28. *Probra in circumeuntes vigilias tribunus jacta.* Lib. 32. *Roma vigilia per vicos ſervata, juſſique circumire eas minores magiſtratus.* Lib. 34. *Quanta, ſi hoſtis ad portas eſſet, ſervabant vigilias & circumibant cura.* Equitum vero id munus fuiſſe teſtis Polybius lib. 6.

tenuerat, arsisse,& littora crebris ignibus fulsisse,& [1] scuta duo sanguinem sudasse: & milites quosdam ictos fulminibus, & Solis orbem minui visum: & Præneste ardentes lapides cœlo cecidisse: & [2] Arpis parmas in cœlo visas, pugnantemque cum Luna Solem: & Capenæ duas interdiu lunas ortas, & [3] aquas Cæretes sanguine mixtas fluxisse; fontemque ipsum Herculis cruentis manasse sparsum maculis. & [4] in Antiati metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse: & [5] Faleriis cœlum findi velut magno hiatu visum; quaque patuerit, ingens lumen effulsisse: sortes sua sponte attenuatas, unamque excidisse, ita scriptam: MAVORS TELUM SUUM CONCUTIT. & per idem tempus Romæ signum Martis [6] Appia via ad simulacra luporum sudasse: & Capuæ speciem

lib. 6, ἡ ἐξ Ἀτιάτης πέμψει εἰς τὸν ἐπεῖσε ἀναπλεῦσαι. J. Fr. Gron.

1 *Scuta duo sanguinem sudasse*] Hæc eadem prodigia tradit Plutarchus in Fabio: δορατός τε αὐτῶν αἵματι ῥανίδας ἀφεῖναι. Et quod ait: *Ardentes lapides cœlo cecidisse*, ille vertit: καὶ λίθους ἐκ τοῦ ἀέρος ἅμα πύρωσι, καὶ φλογοειδέσι φέρεσθαι. Et quod ait: *Antii metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse*, ille vertit: καὶ δέρη στάχυων ἀπὸ Ἄντιον ἅλωσιν πεσεῖν. In veteribus autem libris est, *Et in Antii agro metentibus*. Sigonius.

2 *Arpis palmas in cœlo visas*] Put. *Arpis parmas*. atque ita legit Orosius lib. 4. 15. *Et apud Arpos parma in cœlo visa*. J. Fr. Gron.

3 *Aquas Carete sanguine mistas*] Put. *Caretes*. idque probat Valerius Maximus lib. 1, 6. *Carites aquas sanguine fluxisse*. Lib. 5 noster: *cum Caretibus publice hospitium fieret*. Idem.

4 *In Antii agro metentibus*] Ab Sigonio est. Prius erat: *& Antii metentibus*. Omnibus certe quos vidimus. abest τὸ *agro*, quod Sigonius adjecit. Suspicor scripsisse Livium: *& in Antiate metentibus*. Ut lib. 6: *Fundum in Veienti, caput patrimonii, subjecit praeconi*. Lib. 33. *Ædes Feroniæ in Capenate de cœlo tacta erat*. Lib. 41. *In Crustuminо sangualem avem sacrum lapidem rostro cecidisse*. Valerius & Orosius, *apud Antium*; Plutarchus, περὶ Ἄντιον. Livius lib. 28, ubi par prodigium narratur: *Ab Antio nuntiatum est, cruentas spicas metentibus visas esse*. Idem.

5 *Faleriis cœlum findi visum, velut magno hiatu* &c. *sortes sua s.*] Sic libro vigesimo primo, *Cære sua sponte sortes extenuatas*. Prænestinæ autem quædam sortes inter cæteras fuerunt, quæ perfracto quodam saxo erupisse dicuntur; id est, in robore insculptæ priscarum literarum notæ: auctor Cic. lib. 2 de Divin. Plutarchus autem ubi hoc prodigium tradit, fabulas quasdam cœlo decidisse ait, quarum una has literas haberet; sic enim ait: ἔτι δὲ πρὸ Φαλερίων ἱερὰν μεγάλην δόξαι θεῶν, ἐκπίπτειν καὶ λέγεσθαι πολλὰ καὶ χαλκεμφανῆ. καὶ τῶν ἐν μεγίστοις ἐκείνων φασὶν ἐπὶ λίθου γεγράφθαι· Κρὸς τὸ ἑαυτοῦ σπλα σταλδίᾳ. *Sigonius*. Adde J. Gutherium lib. 4 Jur. Pontific. cap. 12.

6 *Appia via ad simulacra*] Put. *Appia*

ciem cœli ardentis fuiſſe, [1] lunæque inter imbrem cadentis. Inde minoribus etiam dictu prodigiis fides habita: Capras lanatas quibuſdam factas, & gallinam in marem, gallum in feminam ſeſe vertiſſe. His ſicut erant nunciata expoſitis, auctoribuſque in curiam introductis, conſul de religione Patres conſuluit. Decretum, ut ea prodigia, partim majoribus hoſtiis, partim lactentibus procurarentur: & uti ſupplicatio per triduum ad omnia pulvinaria haberetur. Cætera, quum decemviri libros inſpexiſſent, ut ita fierent, quemadmodum cordi eſſe [2] Divi carminibus præfarentur. [3] Decemvirorum monitu decretum eſt: Jovi primum donum fulmen aureum pondo quinquaginta fieret; [4] Junoni Minervæque ex argento dona darentur, & Junoni Reginæ in Aventino, Junonique Soſpitæ Lanuvii majoribus hoſtiis ſacrificaretur, matronæque, [5] pecunia collata, quantum conferre cuique commodum eſſet, donum Junoni Reginæ in Aventinum ferrent, lectiſterniumque fieret: [6] quin & liber-

pia via ac ſimulacra luporum. Signi Martis Appiâ viâ meminit Cicero lib. 3 ad Quintum fr. ep. 7. *J. Fr. Gron.*

1 *Lunaque inter imbrem cadentis*] Lego, *candentis*, id eſt, ſplendentis, præceſſit enim *ſpeciem cœli ardentis.* Sigonius.

Lun. int. imbr. candentis] Et hoc à Sigonio. Noſtri omnes *cadentis.* Julius Obſequens: *C. Lælio L. Domitio Cos. Vulſinii nova luna decidit, & non niſi poſtera die hora tertia comparuit.* J. Fr. Gron.

2 *Divi carminibus præfarentur*] Lege, *profarentur.* Ut Petronio reddidit Scioppius: *Cum Delio profante cæſi vertices.* Ulpianus l. 1 π. 9 D. de ædil. edict. *ſi ſervus inter fanaticos caput jactaret, & aliqua profatus eſſet.* Auctor ſub nomine Meſſalæ de progenie Auguſti: *Is Helenus, Æneæ futura prædicens, monitus interpres deorum profatus fuerat.* Idem.

Divi carminibus profarentur] Sed præterea omnes plane ſcripti *divina carmin.* Lege: *divi ſuis carminibus profarentur*, vel *divi in carminibus.* Jac. Gron.

3 *Id Decemvirorum monitu decretum eſt*] Optimi: *Id virorum.* Scribe deleta prima voce: *Decemvirorum monitu.* J. Fr. Gron.

4 *Junoni Minervaque ex argento daretur*] Sic vulgatæ, niſi quod in ultimis neſcio quis poſtremam vocem expunxit. Non ſine cauſſa moratus hic eſt Glareanus, ſed tollimus mendum ex Put. Reg. optimis Med. & duob. Pall. ſcribendo: *ex argento dona darentur.* Idem.

5 *Pecunia collata, quantum conferre cuique commodum eſſet*] Excuſari poteſt, ſed ex more Livii ſcribe: *quantam.* Idem.

6 *Quin & libertina & ipſa*] Put. Pet. reg. Men. Voſſ. *qua & ut libertina.* Scribe: *quin & libertina ut ipſa.* Idem.

libertinæ ut ipſæ, unde Feroniæ donum daretur, pecuniam pro facultatibus ſuis conferrent. Hæc ubi facta, [1] decemviri Ardeæ in foro majoribus hoſtiis ſacrificarunt. [2] poſtremo Decembri jam menſe ad ædem Saturni Romæ immolatum eſt, lectiſterniumque imperatum ([3] & eum lectum ſenatores ſtraverunt) & convivium publicum, ac per urbem [4] Saturnalia diem ac noctem clamatum, [5] populuſque eum diem feſtum habere ac ſer-
2 vare in perpetuum juſſus. Dum conſul [6] placandis Romæ Diis, trahendoque delectu dat operam, Annibal profectus ex hibernis, quia jam Flaminium conſulem Arretium perveniſſe fama erat, quum aliud longius, cæterum commodius oſtenderetur iter, propiorem viam per paludem petit, qua fluvius Arnus per eos dies ſolito magis inundaverat. [7] Hiſpanos & Afros, (id omne veterani erat

1 *Decemviri Ardeæ in foro majoribus hoſtiis ſacrificarunt*] Mirum Glareano videtur, Decemviros *Ardeæ* ſacrificaſſe, cum ibi prodigium nullum extitiſſet, neque videt idem cum alias factum, tum libro 42. *Nam cum columna roſtrata Romæ fulmine diſcuſſa eſſet, Decemviri luſtrandum oppidum, ſupplicationem, obſecrationemque habendam, victimis majoribus ſacrificandum & in Capitolio Romæ, & in Campania ad Minervæ promontorium renunciarunt.* Sigonius.

2 *Poſtremo ex libris Decembri jam menſe in ædem Saturni*] Put. Pet. reg. optimi Florentini extrudunt τὸ *ex libris*. Voſſ. *poſtremo libri* x. *jam*: dein omnes, *ad ædem*, ut & prius vulgata. *J. Fr. Gron.*

3 *Et eum lectum ſenatores ſtraverunt*] Sic quidem veteres libri conſtanter: nihilominus ſuſpicor duas voces inſiticias eſſe & ſcripſiſſe Livium: *lectiſterniumque imperatum (lectum ſenatores ſtraverunt) & convivium publicum.* Idem.

4 *Saturnalia die ac nocte*] Optimi: *Saturnalia diem ac noctem clamatum.* Forte &, *clamata.* Ut lib. 21. *Infantem ſemeſtrem triumphum clamaſſe.* Ovid. 1 Am. 2. *populo clamante triumphum.* Idem.

5 *Populuſque eum diem feſtum*] Hic dies ad XIV Kal. Januar. fuit, auctore Macrobio lib. 1. *Sigonius.*

6 *Placandis Romæ diu habendoque delectu*] Put. aliique Gall. & duo Pall. cum Voſſiano, Andrea Aldoque & omnibus ante Juntam: *trahendoque delectu*, id eſt, producendo delectu, morando per delectum. Lib. 24. *Prætores diſſimulare primo, & trahenda re eſſe, poſtremo victi*, &c. *J. Fr. Gron.*

7 *Hiſpanos & Afros & omne quod veterani erat robur exercitus*] Put. *Atſpanos.* Alii, *at Hiſpanos*, vel *ad Hiſpanos.* Dein omnibus deeſt τὸ *quod.* Emenda: *Ac Hiſpanos & Afros (id omne veterani erat robur exercitus) admixtis ipſorum* &c. Sic lib. 28. *Hanc juſtam legionem (& id ferme roboris erat) in prima acie locat.* Polybius: εἰς μὲν τὴν πρωτοπορείαν ἔθηκε τοὺς Λίβυας καὶ Ἴβηρας καὶ πᾶν τὸ χρησιμώτερον μέρος τῆς στρατιᾶς ἁπλῶς. Id recte reddidit Livius, ut reſtituimus: neque enim

alii

erat robur exercitus,) admixtis ipſorum impedimentis, necubi conſiſtere coactis neceſſaria ad uſus deeſſent, primos ire juſſit: ſequi Gallos, ut id agminis medium eſſet; noviſſimos ire equites. Magonem inde cum expeditis Numidis cogere agmen; [1] maxime Gallos, ſi tædio laboris longæque viæ (ut eſt mollis ad talia gens) dilaberentur aut ſubſiſterent, cohibentem. Primi, qua modo præirent duces, per præaltas fluvii ac profundas voragines hauſti penè limo immergenteſque ſe, tamen ſigna ſequebantur. [2] Galli qui neque ſuſtinere ſe prolapſi, neque aſſurgere ex voraginibus poterant; aut corpora animis aut animos ſpe ſuſtinebant: alii feſſa ægre trahentes membra; alii, ubi ſemel victis tædio animis procubuiſſent; inter jumenta & ipſa jacentia paſſim, morientes. [3] maximeque omnium vigiliæ conficiebant, per quatriduum jam & tres noctes toleratæ. Quum omnia obtinentibus aquis, nihil, ubi in ſicco feſſa ſternerent corpora, inveniri poſſet; cumulatis in aquas ſarcinis inſuper incumbebant. [4] jumentorum itinere toto proſtratorum paſſim

---

aliii ſunt πᾶν χαυσμώτερον μίρ@ quam *oi Λίβυες καὶ Ἴβηρες*. Ideo paulo poſt de iiſdem Polybius: *oi μὲν ἓν Ἴβηρες καὶ Λίβυες δι' ἀκμαίων* &c. nullo adjecto tertio genere. *J. Fr. Gron.*

1 *Maxime Gallos* &c. *ut eſt mollis ad talia gens*] Succenſere ſolet Livio Glareanus, ut falſam Gallis mollitiem adſcribenti, idque immerito. Hæc enim ille ab aliis ſumpſit, ut à Polybio, *καὶ μάλιστα τῆς τῶν Κελτῶν μαλακίας καὶ φυγοπονίας, ἵν' ἐὰν κακοπαθήσαντες τρέπωνται πάλιν εἰς τὰπίσω, κωλύῃ*. Et paulo poſt: *Galli neque ſuſtinere ſe prolapſi, neque aſſurgere ex voraginibus poterant*, &c. Polybius: *oi δὲ Κελτοὶ συμπεσόντες μὲν εἰς τὰμπεδοῦν ἀφίκαντο, λιπαλοιφημένοι, καὶ παπαλυμένοι εἰς ῥᾳθῦ@ τῶν ἱλῶν, ὑπομένοντες δὲ καὶ ταλαιπώρους ἐπαίμφιον τὰ κακοπαθείας. Sigonius.*

2 *Galli qui neque ſuſtinere*] Haud ſcio quis addiderit τὸ *qui*. Certe non modo ſcripti omnes, ſed & editi, etiam Gruteri ignorant. Videtur tamen animadvertiſſe ejus auctor hiare orationem. Quod vitium rectius curabimus deleto altero *aut*, hoc modo: *Galli neque ſuſtinere ſe prolapſi, neque adſurgere ex voraginibus poterant; aut corpora animis, animos ſpe ſuſtinebant.* J. Fr. Gron.

3 *Maximeque omnium vigiliæ --- toleratæ.*] Polyb. *πάντες μὲν ἓν ἐκακοπάθουν καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἀγρυπνίαν, ἕως ἂν ἐξῆς ἡμέρας τέτταρας, καὶ τρεῖς νύκτας συνεχῶς δι' ὕδατος πορεύμενοι τὴν πορείαν. Sigonius.*

4 *Jumentorum itinere toto proſtratorum p. acervi --- cubile dabant*] Hoc ita Polybius: *τῶν δ' ὑποζυγίων αὐτὰ τὰ πλεῖστα πίπτοντα διὰ τοῦ πηλοῦ ἀπώλοντο, μίαν παρεχόμενα χρείαν ἐν τῷ πορεύεσθαι τοῖς ἀνθρώποις· χαμαιζόμενοι γὰρ*

paſſim acervi, tantum, quod extaret aqua, quærentibus ad quietem, parvi temporis neceſſarium cubile dabant. [1] Ipſe Annibal, æger oculis, ex verna primum intemperie variante calores frigoraque, elephanto qui unus ſuperfuerat, quod altius ab aqua extaret, vectus; vigiliis tandem & nocturno humore paluſtrique cœlo gravante caput, & quia medendi nec locus nec tempus erat, altero
3 oculo capitur. Multis hominibus jumentiſque fœde amiſſis, quum tandem de paludibus emerſiſſet; ubi primum in ſicco potuit, caſtra locat: certumque per præmiſſos exploratores habuit, [2] exercitum Romanum circa Arretii mœnia eſſe. conſulis deinde conſilia atque animum, & ſitum regionum, [3] itineraque & copias ad commeatus expediendos, & [4] cætera, quæ cognoſſe in rem erat, ſumma omnia cum cura inquirendo exſequebatur. Regio erat in primis Italiæ fertilis, Etruſci campi, qui [5] Fæſulas inter Arretiumque jacent; frumenti ac pecoris, & [6] omnium copia rerum opulenti. Conſul ferox ab conſulatu priore, & non modo legum ac Patrum ma-

---

ἀπ' αὐτῶν, καὶ τ' σκευῶν σωρηδὸν, ὡσὲρ τὸ ὑγρὸν ὑπερεῖχον· καὶ τοῦ τοιούτου τρόπου βραχὺ μέρος τῆς νυκτὸς ἀπεκοιμᾶτο. *Sigonius.*

1 *Ipſe Annibal æger oculis --- elephanto, --- quod altius ex aqua extaret, vectus*] Veteres libri, *ab aqua.* Cetera hoc ſic Polybius: Ἀννίβας ὃ μάλις ὀλίγου τ' ἀφειλετο τὸ ὄμμα· διὰ δὲ τοσούτου μὲν πολλῆς ταλαιπωρίας, ἐβαλήνιζε δὲ διὰ τὴν βαρύτητα τ' ἐπιπεσόντος ὀφθαλμίας αὐτῷ· δι' ὧν καὶ τέλος ἐστρέβλου τῆς μιᾶς ὄψεως. *Idem.*

2 *Exercitum Romanum circa Arretii mœnia eſſe*] Put. *Romanum incirca Arretii.* J. Fr. Gron.

3 *Itineraque & copias atque commeatus expediendos*] Scribe ex Put. *ad commeatus.* Etſi illic eſt, *at commeatus.* Sed has duas literas innumeris locis confundit. *Idem.*

4 *Cætera quæ cognoſcenda in re erant*] Liber optimus: *quæ cognoſſe in rem erat.* Et eodem alludunt Voſſ. & Pall. Sic lib. 44. *Cognitu mox, quæ noſci prius in rem eſſet.* Cicero 1 Famil. 5. *Ea te & literis multorum & nuntiis cognoſſe arbitror.* Sic enim Victorius è MSS. quod nollem diſplicuiſſe Camerario. Valerius Maximus lib. 4, 6. *Quæ cum apud Philippos victum & interemtum virum tuum cognoſſes.* Lib. 6. 3. *Tamen externa ſummatim cognoſſe faſtidio non erit.* Ita invenimus in ſcriptis, ubi vulgatæ *cognoſceres* & *cognoſcere.* Idem.

5 *Feſulas*] Polyb. & ceteri, Φαισύλας vocant. Quare non eſt omittenda diphthongus. *Sigonius.*

6 *Omnium copia rerum opulenti*] MS. Cantabr. *copiæ.* Miror quidem in uno codice iſto ita legi, non eſt tamen, cur plane abhorreamus. Vide ad 9, 36 & 35, 1. *Jac. Gron.*

1 *Saſſi*

majeſtatis, ſed ne Deorum quidem [1] ſatis metuens. Hanc inſitam ingenio ejus temeritatem fortuna proſpero civilibus belliciſque rebus ſucceſſu aluerat. Itaque ſatis apparebat, nec Deos nec homines conſulentem, ferociter omnia ac præpropere acturum. quoque pronior eſſet in vitia ſua, agitare eum atque irritare Pœnus parat: & læva relicto hoſte, [2] Fæſulas petens, medio Etruriæ agro prædatum profectus, quantam maximam vaſtitatem poteſt, cædibus incendiiſque conſuli procul oſtendit. Flaminius, qui ne quieto quidem hoſte ipſe quieturus erat, tum vero, poſteaquam res ſociorum ante oculos prope ſuos ferri agique vidit; ſuum id dedecus ratus, per mediam jam Italiam vagari Pœnum, atque, obſiſtente nullo, ad ipſa Romana mœnia ire oppugnanda; cæteris omnibus [3] in conſilio ſalutaria magis quam ſpecioſa ſuadentibus, collegam exſpectandum, ut conjunctis exercitibus, communi animo conſilioque rem gererent; interim equitatu auxiliiſque levium armorum ab effuſa prædandi licentia hoſtem cohibendum; iratus ſe ex conſilio proripuit, ſignumque ſimul itineris pugnæque propoſuit. *Quinimo Arretii ante mœnia ſedeamus*, inquit, *hic enim patria & penates ſunt. Annibal emiſſus è manibus perpopuletur Italiam, vaſtandoque & urendo omnia, ad Romana mœnia perveniat; nec*

ante

1 *Satis metuens erat*] Ocius dele *erat*. Non enim modo Put. Flor. Voſſ. Gud. tres Pall. ſed & omnes veteres editi arguunt ante Frobenium. ſufficit præcedenti periodo poſitum eſſe. *J. Fr. Gron.*

2 *Faſulas petens Etruria agros prædatum*] Put. reg. Pal. Medic. *Faſulas petens medio Etruriæ agro prædatum profectus.* Quid hic offendit inſubidos corruptores? quemadmodum & infra cap. 31. *Juxta effuſi ac ſi inſulu cultorum egentibus prædarentur.* Ita namque Put. Petavianus melior, Menardi: ubi *inſulas egentes* ſuppoſuerunt. *Lib. 23. Latronum modo percurſant totis finibus.* Lib. 24, 20. *Aliquot cohortes in agro hoſtium prædatum miſit.* iterum Put. & Petav. melior, non *agros.* Eodem libro: *per ſpeciem prædandi ex hoſtium agro.* Lib. 34. *Quam ſæpe in agro eorum impune perſultaſſent.* Cluverius refingit: *& à Faſulis profectus à læva relicto hoſte Etruriæ agros prædatum petens, quantam maximam*, lib. 2 Ital. antiq. c. 3. *Idem.*

3 *In conſilio ſalutaria*] Ita edidi; ſcriptis omnibus præeuntibus. neque hic magis *concilio* erat retinendum, quam mox *ex conſilio ſe proripuit.* Jac. Gron.

ante nos hinc moverimus, quam [1] *ſicut olim Camillum ab Veiis, C. Flaminium ab Arretio Patres acciverint.* Hæc ſimul increpans, quum ocius ſigna convelli juberet, & ipſe in equum inſiluiſſet; equus repente corruit, [2] conſulemque lapſum ſuper caput effudit. Territis omnibus qui circa erant, velut fœdo omine incipiendæ rei; inſuper nunciatur, ſignum omni vi moliente ſignifero convelli nequire. Converſus ad nuncium, *Num literas quoque*, inquit, *ab ſenatu affers, quæ me rem gerere vetent? Abi, nuncia, ſignum effodiant, ſi ad convellendum manus præ metu obtorpuerint.* Incedere inde agmen cœpit; primoribus, ſuper quam quod diſſenſerant à conſilio, territis etiam duplici prodigio; milite in vulgus læto ferocia ducis, quum ſpem magis
4 ipſam quam cauſſam ſpei intueretur. Annibal, [3] quod agri eſt inter Cortonam urbem Traſimenumque lacum, omni clade belli pervaſtat; quo magis iram hoſti ad vindicandas ſociorum injurias acuat. Et jam pervenerant ad loca inſidiis nata, [4] ubi maxime montes Cortonenſes Traſimenus ſubit. via tantum intereſt peranguſta, velut ad idipſum de induſtria relicto ſpatio: deinde paulo latior pateſcit campus, [5] inde colles aſſurgunt. Ibi caſtra in aperto locat, ubi ipſe cum Afris modo Hiſpaniſque conſideret. [6] Baleares, cæteramque levem armaturam, poſt montes circumducit: equites ad ipſas fauces ſaltus, tumulis apte tegentibus, locat; ut, ubi intraſſent Romani, ob-

1 *Sicut olim Camillum ab Veiis*] Hac de re lib. 6. *Sigonius.*

2 *Conſulem ſuper caput, lapſum effudit*] Plutarchus in Fabio: Φλαμίνιος ἀξίπε κατανυχθεὶς εἰς κεφαλήν. *Idem.*

3 *Quod agri eſt inter Cortonam*] Polybius Κυρτώνιον vocat, quam Livius *Cortonam*, neque eſſe in Polybio menda poteſt, cum Stephanus ſcribat, Κυρτώνη πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν Κυρτωνῖος, ὡς Σατορνῖνος, Πολύβ. γ. Et alio loco ſcribat Κορτύνα urbem eſſe Etruriæ. *Traſimenum*, Græci Τραπεζίνην λίμνην appellant. *Idem.*

4 *Ubi maxime montes Cortonenſes Traſimenus ſubit*] Put. & omnes omnino MSS. aliquanti ævi, conſenſu: *in Traſimenum.* Quod non temere eſt, & quid nobis videatur, 4 Obſervat. 16 dixi. *J. Fr. Gron.*

5 *Inde colles adſurgunt*] Put. & reg. *colles adinſurgunt.* Idem.

6 *Baleares, ceteramque levem armaturam*] Polybius, ut ante, τοὺς δὲ Βαλιαρεῖς, καὶ λογχοφόρους. *Sigonius.*

1 *A ter-*

objecto equitatu, clauſa omnia lacu ac montibus eſſent. Flaminius quum pridie ſolis occaſu ad lacum perveniſſet, inexplorato, poſtero die, vix dum ſatis certa luce anguſtiis ſuperatis, poſtquam in patentiorem campum pandi agmen cœpit; id tantum hoſtium, quod ex adverſo erat, aſpexit: [1]ab tergo ac ſuper caput decepere inſidiæ. Pœnus ubi id quod petierat, [2] clauſum lacu ac montibus & circumfuſum ſuis copiis habuit hoſtem, [3] ſignum omnibus dat ſimul invadendi. qui [4] ubi qua cuique proximum fuit, decucurrere; eo magis Romanis ſubita atque improviſa res fuit, quod orta ex lacu nebula, campo quam montibus denſior federat, agminaque hoſtium ex pluribus vallibus ipſa inter ſe ſatis conſpecta, eoque magis pariter decucurrerunt. Romanus, clamore prius undique orto, quam ſatis cerneret ſe circumventum eſſe, ſenſit; & ante in frontem lateraque pugnari cœptum eſt, quam ſatis inſtrueretur acies, aut expediri arma ſtringique gladii poſſent. Conſul, perculſis omnibus, ipſe ſatis, ut in tre- 5
pida re, impavidus, turbatos ordines, [5] vertente ſe quo-
que

1 *A tergo ac ſuper caput detecta inſidiæ*] Put. *ab tergo ac ſuper caput decepta inſidiæ.* ſed & reg. Pet. Men. Voſſ. *decipte.* Hinc feliciter Lipſius, *decepere.* Cui obloquendum non erat. Vide 3 Obſ. 20. Cluverius corruptis vulgatæ vocibus, *inexplorata* & *detecta*, inductus duas hic lacunas fruſtra ſtatuit: ſunt enim omnia integra. Jungendum, *inexplorato anguſtiis ſuperatis*, ex frequenti ſermone Livii, ſignificantis ſuperaſſe eum anguſtias non explorato per ſpeculatores præmiſſos itinere. Lib. 6. *Inexplorato pabulatum tabortes miſere.* Lib. 23. *Explorato cum firmiſque præſidiis, tuto receptu, prædatum iere.* Lib. 27. *In qua inexplorato euntes Romani quum incidiſſent.* J. Fr. Gron.

2 *Clauſum lacu montibuſque*] Optimus: *lacu ac montibus & circumfuſum.* Ut & Pal. In duobus aliis & Voſſ. *lacu montibus &.* Idem.

3 *Signum omnibus dat invadendi*] Put. reg. Pal. *dat ſimul invadendi.* Idem.

4 *Ubi qua cuique proximum fuit, decurrere*] Put. reg. Voſſ. *Ubi quaque proximum fuit.* Plautus Bacchid. 2, 3. *Heu cor meum & cerebrum, Nicobule, findetur, Iſtius hominis ubi ſit quaque mentio.* Sed vix eſt huic hic locus. Put. quoque ac non unus alius & hic & poſt quatuor verſus: *decucurrere, decucurrerunt:* non *decurr.* Idem.

5 *Vertenteſque ſe quoque ad diſſonos clamores*] Pal. *vertentes ſe quoque.* Alter, *vertens.* Puto, & abſque his foret, licuiſſe mihi reponere de conjectura: *vertente ſe quoque.* Lib. 4. *Circumagenti ſe ad diſſonos clamores ac ſubitos tumultus hoſti.* Libro ſuperiore cap. 33 facile manum dedimus Freinshemio corrigenti: *ſibi quoque tendente, ut periculo prius evaderet.* Forte & prior. Idem.

que ad diſſonos clamores, inſtruit, ut tempus locuſque patitur; & [1] quacunque adire audirique poteſt, adhortatur, ac ſtare & pugnare jubet: *nec enim inde votis, aut imploratione Deûm, ſed vi ac virtute evadendum eſſe. Per medias acies ferro viam fieri: & quo timoris minus ſit, eo minus ferme periculi eſſe.* Cæterum præ ſtrepitu ac tumultu, nec conſilium nec imperium accipi poterat. tantumque aberat, ut ſua ſigna atque ordinem & locum noſceret miles, ut vix ad arma capienda aptandaque pugnæ competeret animus: opprimerenturque quidam, onerati magis his quam tecti: & erat in tanta caligine major uſus aurium quam oculorum. Ad gemitus vulnerum ictuſque corporum aut armorum, & mixtos ſtrepentium paventiumque clamores, circumferebant ora oculoſque. Alii fugientes, pugnantium globo illati hærebant: alios redeuntes in pugnam, avertebat fugientium agmen. Deinde, ubi [2] in omnes partes nequicquam impetus facti, & ab lateribus montes ac lacus, à fronte & ab tergo hoſtium acies claudebat, apparuitque nullam, niſi in dextra, ferroque ſalutis ſpem eſſe; [3] tum ſibi quiſque dux adhortatorque captus ad rem gerendam, & nova de integro pugna exorta eſt; [4] non illa ordinata per principes haſtatoſque ac triarios, nec ut pro ſignis anteſignanus, poſt ſigna alia pugnaret acies; [5] ut in ſua legione miles, aut cohorte, aut manipulo eſſet. [6] Fors conglobat, & animus ſuus cuique ante

1 *Quacunque poteſt, adhortatur*] Auctiores Put. & vetuſtiores: *quacunque adiri audirique poteſt*: quidam *adire*: quod commodius videtur, ut ad utrumque verbum eundem nominativum intelligas. *J. Fr. Gron.*

2 *In omnes partes nequidquam impetus facti*] Optimi, *capti*. Ut lib. 2 extremo: *rurſus impetu capto enituntur*. Lib. 3. *Multis fruſtra conatibus captu*. Lib. 9. *Cum fruſtra multi conatus ad erumpendum capti eſſent*. Idem.

3 *Tum ſibi unuſquiſque dux*] Meliores ignorant τὸ *unus*. Idem.

4 *Non illa ordinata per principes, haſtatoſque ac triarios*] De hoc loco dicam in 30 librum. *Sigonius.*

5 *Nec ut in ſua leg.*] Sic Cantabr. Flor. Voſſ. Gud. & edd. primæ. Et cur *nec* hodie negligitur? *Jac. Gron.*

6 *Sors conglobabat*] Scribe cum membranarum emendatiſſimis: *Fors conglobat, & animus ſuus cuique ante aut poſt pugnandi ordinem dat*. Salluſtius Jugurth. *Caterva tim, uti quoſque fors conglobaverat, in noſtros incurrunt*. Noſter

ante & poſt pugnandi ordinem dabat: [1] tantuſque fuit ardor armorum, adeo intentus pugnæ animus, [2] ut eum motum terræ (qui multarum urbium Italiæ magnas partes proſtravit, avertitque curſu rapido amnes, [3] mare fluminibus invexit, montes lapſu ingenti proruit) nemo pugnantium ſenſerit. Tres ferme horas pugnatum eſt, & 6
ubique atrociter. circa conſulem tamen acrior infeſtiorque [4] pugna eſt. Eum & robora virorum ſequebantur, & ipſe, quacunque in parte premi ac laborare ſenſerat ſuos, impigre ferebat opem; [5] inſignemque armis, & hoſtes ſumma vi petebant, & tuebantur cives: [6] donec Inſuber eques (Ducario nomen erat) facie quoque noſcitans,

ſter lib. 25. *Poſtquam eos ex variis cauſis fortuna ſimilis conglobaverat.* Sic apud Cæſarem 2 Gall. 21 legendum: *Quam in partem fors obtulit:* & Gall. 19. *Quo fors tulerat.* Utrobique editur *ſors.* Cæterum & ſequenti cap. mutarunt inclinationem verbi: *acrior infeſtiorque pugna erat.* nam libri veteres: *pugna eſt.* J. Fr. Gron.

1 *Tantuſque fuit ardor animorum, adeo intentus pugnæ animus*] Pro inſiticio delemus *animorum.* in vicem ejus ſubſtituentes *armorum* ex Gud. *Idem.*

2 *Ut eum terræ motum, qui* &c.] Hæc verba vertit Plutarchus in Fabio, ubi hujus terræ motus meminit. *Sigonius.*

3 *Mare fluminibus invexit*] Sic omnes. Nimirum flumina decurrunt in mare. Plautus Curcul. *Quiſnam iſthic fluvius eſt, quem non recipiat mare?* Valerius Flaccus lib. 1 Argonaut. *Illius amnes, Ionium quicumque petunt.* Ita enim ſcribendum haud dubie, non omnes. Livius 27, 49. *Quantum mare abſcedebat, tanto altioribus coërcentibus amnem ripis.* Fit autem tremore terræ, ut mare interdum exundet, & aut retro agat flumina, quæ id refluum ſentire non ſolent, aut ubi acceſſus receſſuſque ejus, altius ſolito aſcendat. Silius in hac ipſa hiſtoria lib. 5. *Reſtiti pugnarunt montibus amnes, Ac retro fluctus torſit mare.* Oroſius 4. 13. *Cum ita intentus pugnantium ardor exſtiterit, ut graviſſimum terræ motum, qui tunc forte tam vehemens factus eſt, ut urbes diruiſſe, montes tranſtuliſſe, diſcidiſſe rupes, & flumina retrorſum coëgiſſe referatur,* &c. Non igitur *culminibus,* quod excidit Phil. Rubenio. *J. Fr. Gron.*

4 *Pugna eſt*] Vet. lib. *pugna erat.* Sigonius.

5 *Inſignemque armis & hoſtem ſumma vi petebat*] Scripti partim plane legunt, partim ſatis indicant legendum: *inſignemque armis & hoſtes ſumma vi petebant & tuebantur cives.* J. F. Gron.

6 *Donec Inſuber equum, Ducario nomen erat, faciemque noſcitans*] Probo magis antiquam lectionem, quam alii reſpuerunt: *donec Inſuber eques, Ducario nomen erat, faciem noſcitans.* Cur probem, hæc cauſa eſt, quod ni *eques*, dicturus Livius fuiſſet, *Inſuber quidam*, dixiſſet: præterea, *faciem equumque*, potius dixiſſet, ſi modo veriſimile eſt, Flaminium, ex quo cum Gallis Inſubribus bellavit per annos VII eodem ſemper equo eſſe uſum. Polybius à quibuſdam Gallis eum interfectum tantummodo ſcribit. Equitem certe eum fuiſſe, apparet ex eo, quod ſubdit: *Subditiſque calcaribus equo, per confertiſſimam hoſtium turbam impetum facit.* Sigonius.

tans, [1] *Conſul en*, inquit, *hic eſt*, popularibus ſuis; *qui legiones noſtras cecidit, agroſque & urbem eſt depopulatus. Jam ego hanc victimam manibus peremptorum fœdè civium dabo:* ſubditiſque calcaribus equo, per confertiſſimam hoſtium turbam impetum facit: obtruncatoque prius armigero, qui ſe infeſto venienti obviam objecerat, conſulem lancea transfixit. ſpoliare cupientem, [2] triarii objectis ſcutis arcuêre. Magnæ partis fuga inde primum cœpit: & jam nec lacus, nec montes obſtabant pavori: per omnia arcta præruptaque velut cæci evadunt: armaque & viri ſuper alium alii præcipitantur. Pars magna, ubi locus fugæ deeſt, per prima vada paludis in aquam progreſſi, quoad capitibus humeriſque extare poſſunt, ſeſe immergunt. fuère quos inconſultus pavor nando etiam capeſſere fugam impulerit. Quæ ubi immenſa ac ſine ſpe erat, aut deficientibus animis hauriebantur gurgitibus, [3] aut nequicquam feſſi vada retro ægerrime repetebant, atque ibi ab ingreſſis aquam hoſtium equitibus paſſim trucidabantur. Sex millia ferme primi agminis per adverſos hoſtes eruptione impigre facta, ignari omnium quæ poſt ſe agerentur, ex ſaltu evaſere. & [4] quum in tumulo quodam conſtitiſſent, clamorem modo ac ſonum armorum au-

1 *Conſul, inquit, hic eſt*] Put. *Conſulem, inquit, hic eſt.* Scribe: *Conſul en, inquit, hic eſt.* J. Fr. Gron.

2 *Triarii objectis clypeis arcuere*] Vet. lib. *ſcutis.* Recte. eſt enim ſcutum triariorum, libro 8. *Triarii ſub vexillis conſidebant, ſcuta innixa humeris tenentes.* Sigonius.

Objectis ſcutis arcuere] Sic Sigonius, & omnes meliores codices, atque inter alios Florentinus: cujus perpetua collatio, quam Cl. Marquardo Gudio debeo, hic me deſtituit. Nam quod in opere noſtro cum & plures ex Sereniſſimi Magni ducis bibliotheca appellatos vides, ſcito id fieri, quia per anguſtias temporis de eximiis tantum quibuſdam locis ipſe præſens eos conſului. *J. Fr. Gron.*

3 *Aut ubi nequidquam feſtinaverant, retro agerrime terram repetebant*] Put. Voſſ. Pall. & meliores ignorant τὸ *ubi*. Put. tres Pall. reg. Men. Voſſ. duo Petav. etiam τὸ *terram*. Optimus autem ille liber: *haud nequidquam feſſi vadarentro agerrime repetebant.* Scribe: *aut nequidquam feſſi vada retro agerrime repetebant.* Lib. 9. *Aut eadem, qua inſinuaverit, retro via repetenda.* Idem.

4 *Cum in tumulo quodam conſtitiſſ.*] Polyb. ἀποχώρησιν εἴς τινα τύμβους Τυρρωνίδα. *Sigonius.*

1 *Neque*

audientes; quæ fortuna pugnæ eſſet, neque ſcire, [1] nec perſpicere præ caligine poterant. [2] Inclinata denique re, quum incaleſcente ſole diſpulſa nebula aperuiſſet diem, tum liquida jam luce montes campique perditas res, ſtratamque oſtendere fœde Romanam aciem. itaque ne in conſpectos procul immitteretur eques, ſublatis raptim ſignis, quam citatiſſimo poterant agmine, ſeſe abripuerunt. Poſtero die quum ſuper cætera, extrema fames etiam inſtaret; fidem dante Maharbale, qui cum omnibus equeſtribus copiis nocte conſecutus erat; ſi arma tradidiſſent, abire cum ſingulis veſtimentis paſſurum; ſeſe dediderunt. quæ Punica religione ſervata fides ab Annibale eſt, [3] atque in vincula omnes conjecit. Hæc eſt nobilis ad Traſimenum pugna, atque inter paucas memorata populi Romani clades. [4] Quindecim millia Romanorum in acie cæſa ſunt; decem millia ſparſa fuga per omnem Etruriam, [5] diverſis itineribus urbem petiere. [6] Mille & quingenti hoſtium in acie, [7] multi poſtea utrim- 7

ut loquitur cap. 5. Cicero ad Atticum: *ut Trebonius itineribus deviis proficiſceretur in provinciam.* Noſter lib. 28. *Ea tum itineris tam longi ac tam devii cauſſa Scipioni fuit.* Lib. 27. *Noctu jugum ſuperare & in averſis vallibus conſedere jubet.* Plautus Perſa: *Abi iſthac averſis angiportis ad forum.* Ovid. l. 14 Met. *Ferens laſſos averſa tramite paſſus.* J. Fr. Gron.

1 *Neque perſpicere*] Vet. libri, *proſpicere.* Idem.

2 *Inclinata ad iniqua re cum caleſcente ſole depulſa nebula*] Put. *Adinique re.* Lege, *inclinata denique re.* Dein ex melioribus, *incaleſcente & diſpulſa.* J. Fr. Gron.

Depulſa nebula] Vet. lib. *diſpulſa.* Sigonius.

3 *Atque in vincula omnes conjecti*] Scripti, quicquid mediocriter etiam bonorum vidi, *conjecit.* J. Fr. Gron.

4 *Quindecim millia Romanorum in acie caſa ſunt*] Polybius: ἔπεσον τῶν Ῥωμαίων εἰς μυρίους καὶ πεντακισχιλίους. Sigonius.

5 *Diverſis itineribus Romam petiere*] Pm. Pet. uterque reg. Men. Pal. Voſſ. *Adverſis itineribus urbem petiere.* In poſteriorem mutationem conſentiunt omnes: ſed alter & melior Pall. *averſis*, idque probabile eſt, ut ſignificet averſa à via militari ac regia, devia & ſecretiore per circuitus, non recta,

6 *Mille & quingenti hoſtium in acie*] Put. ∞ ∞ D *hoſtium.* Pal. omiſſo numero: *At hoſtium.* Idem.

7 *Multi poſtea utrimque ex vulneribus periere. Multiplex cades utrinque*] Prius *utrimque* non dubito à mala manu eſſe, ut ex ſequenti ortum. Loquitur hîc de hoſtium ſeparatim jactura: quæ Romanorum fuerit clades, quot ceciderint, quot evaſerint, jam ante expoſuit. Et veriſimile ſane eſt, iſtorum nullos vel paucos valde poſt prælium ex vulneribus eſſe mortuos, cum vix ullo pacto gravi-

utrimque ex vulneribus periere. Multiplex cædes utrimque facta traditur ab aliis. Ego præterquam quod nihil hauſtum ex vano velim; quo nimis inclinant ferme ſcribentium animi; Fabium æqualem temporibus hujuſce belli potiſſimum auctorem habui. Annibal captivorum qui Latini nominis eſſent, ſine pretio dimiſſis, Romanis in vincula datis, ſegregata ex hoſtium coacervatorum cumulis corpora ſuorum quum ſepeliri juſſiſſet, Flaminii quoque corpus funeris cauſſa magna cum cura inquiſitum, non invenit. Romæ ad primum nuncium cladis ejus, cum ingenti terrore ac tumultu concurſus in forum populi eſt factus. Matronæ vagæ per vias, quæ repens clades allata, quæve fortuna exercitus eſſet, obvios percunctantur. & quum frequentis concionis modo turba in comitium & curiam verſa [1] magiſtratus vocaret; tandem haud multo ante ſolis occaſum [2] M. Pomponius Prætor, *Pugna*, inquit, *magna victi ſumus*: & quanquam nihil certius ex eo auditum eſt; tamen alius ab alio impleti rumoribus domos referunt. *Conſulem cum magna parte copiarum cæſum: ſupereſſe paucos, aut fuga paſſim per Etruriam ſparſos, aut captos ab hoſte.* Quot caſus exercitus victi fuerant, tot in curas diſpertiti eorum animi erant, quorum propinqui ſub C. Flaminio conſule meruerant; ignorantium quæ cujuſque ſuorum fortuna eſſet. nec quiſquam ſatis certum habet, quid aut ſperet, aut timeat. Poſtero, ac deinceps aliquot diebus, ad portas major prope

ter jam ſauciati cædem effugere potuerint, ut quos *ab lateribus montes & lacus, à fronte & ab tergo hoſtium acies claudiſſet*, nec ulla ad ſalutem via pateret, niſi *per arcta & præcipita montium*. Jac. Perizonius.

1 *Magiſtratus vocaret*] Id eſt, peteret vocando, ut magiſtratus indicarent, quid certi eſſet. Nam magiſtratus id celare aut minuere cupiebant: tandem Prætor alta voce dixit, *Pugna magna* &c. *Franc. Sanctius.*

2 *M. Pomponius prætor, Pugna, inquit, magna victi ſumus*] Polybius: διόπερ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ τὸν στρατηγὸν εἰπεῖν τοῖς ὄχλοις ἀπὸ τοῦ ἐμβόλου, ὅτι ἡττήμεθα μάχῃ μεγάλῃ. Plutarchus autem ſic: ὡς περὶ τὸν ἥλιον ὁ στρατηγὸς Πομπώνιος, παρελθών, νενικήμεθα, ὦ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, μεγάλῃ μάχῃ. *Sigonius.*

Manius Pomponius Prætor] Recens ab ultima Gruteri vitium. Priores omnes

prope mulierum quam virorum multitudo ſtetit; aut ſuorum aliquem, aut nuncios de his opperiens: circumfundebanturque obviis ſciſcitantes, neque avelli, utique ab notis, prius quam ordine omnia inquiſiſſent, poterant. Inde varios vultus digredientium ab nunciis cerneres, ut cuique aut læta aut triſtia nunciabantur: gratulanteſque aut conſolantes, redeuntibus domos circumfuſos. Fœminarum præcipue & gaudia inſignia erant, & luctus. Unam in ipſa porta, [1] ſoſpiti filio repente oblatam, in conſpectu ejus exſpiraſſe ferunt; alteram, cui mors filii falſo nunciata erat, mœſtam ſedentem domi, ad primum conſpectum redeuntis filii gaudio nimio exanimatam. Senatum prætores per dies aliquot ab orto uſque ad occidentem ſolem in curia retinent; conſultantes, quonam duce, aut quibus copiis, reſiſti victoribus Pœnis poſſet. Priuſ- 8
quam ſatis certa conſilia eſſent, repens alia nunciatur clades: quatuor millia equitum, [2] cum C. Centenio proprætore miſſa ad collegam ab Servilio conſule in Umbria, quo poſt pugnam ad Traſimenum auditam averterant iter, ab Annibale circumventa. Ejus rei fama varie homines affecit. pars occupatis majore ægritudine animis, levem, ex comparatione priorum ducere recentem equitum jacturam: pars, non id quod acciderat, per ſe æſtimare, ſed, ut in affecto corpore quamvis levis cauſſa magis, quam valido gravior, ſentiretur; ita tum ægræ & affectæ civitati quodcunque adverſi inciderit, non rerum magnitudine, ſed viribus extenuatis, quæ nihil quod aggravaret, pati poſſent, æſtimandum eſſe. Itaque [3] ad remedium jam diu deſideratum neque adhibitum, me-

mnes recte *Marcus.* qui frater Manii Prætoris & magiſtri equitum anno ſequenti, cap. 35. *J. Fr. Gron.*

1 *Soſpite filio repente oblato*] *Soſpiti filio repente oblatam*, omnes meliores, niſi quod Put. *ſoſpitis.* Idem.

2 *Cum C. Centonio proprætore*] Vet. lib. quidam, *Centronio.* Polyb. Γάϊον Κεντένιον vocat, & *C. Centenium* Probus. Paulo poſt, *C. Centenii Tenulæ* etiam meminit, ut dubitandum non ſit, quin *C. Centenio* ſit legendum. *Sig.*

3 *Ad remedium jam diu deſideratum*] Ubi? quando? & cur non adhibitum, ſi deſideratum? Recte Put. & melior Pet. Voſſ. *Jam diu neque deſideratum neque adhibitum.* J. Fr. Gron.

medium, jam diu neque deſideratum nec adhibitum, dictatorem dicendum civitas confugit: [1] & quia & conſul aberat, à quo uno dici poſſe videbatur; nec per occupatam armis Punicis Italiam facile erat aut nuncium, aut literas mitti; nec dictatorem populus creare poterat, quod numquam ante eam diem factum erat: Prodictatorem populus creavit Q. Fabium Maximum, & magiſtrum equitum M. Minucium Rufum. Hiſque negotium ab ſenatu datum, ut muros turreſque urbis firmarent, & præſidia diſponerent quibus locis videretur, ponteſque reſcinderent fluminum: [2] ad penates pro urbe dimican-
9 dum eſſe, quando Italiam [3] tueri nequiſſent. [4] Annibal recto itinere [5] per Umbriam uſque ad Spoletum venit. inde quum perpopulato agro urbem oppugnare adortus eſſet, cum magna cæde ſuorum repulſus, conjectans ex unius coloniæ haud nimis proſpere tentatæ viribus, quanta moles Romanæ urbis eſſet; in agrum Picenum avertit iter, non copia ſolum omnis generis frugum abundantem, ſed refertum præda, quam effuſe avidi atque egentes rapiebant. Ibi per dies aliquot ſtativa habita: refectuſque miles hibernis itineribus ac paluſtri via, prœlioque magis ad eventum ſecundo quam levi aut facili affectus. [6] Ubi ſatis quieti datum, præda ac populationibus magis

1 *Et quia & conſul*] Muretus: *ſed quia & conſul.* Idem.

2 *Ac tum pro penatibus, pro urbe dimicandum eſſe*] Reſtituenda eſt priſca lectio: *cum Pœnis pro urbe dimicandum eſſe.* Urbis enim tantum mentio facienda eſt, quia dixit: *Negotium ab ſenatu datum, ut muros, turreſque urbis firmarent.* Si penatum autem mentionem facturus fuiſſet, *pro urbe, pro penatibus*, dixiſſet, ut oratio rhetorice creſceret. *Sigonius.*

Cum Pœnis pro urbe dimicandum eſſe] Ab Sigonio eſt. Pall. duo, Voſſ. Pet. Men. *ac cum penatibus.* Reg. *ac pro penatibus.* Put. & melior Petav. *ac penatibus.* Scribendum *ad penatis* vel *penates*, docuimus 4 Obſ. 6. *J. Fr. Gron.*

3 *Tueri nequiviſſent*] *Nequiſſent*, Put. Pet. uterque, regius, Voſſianus. *Idem.*

4 *Annibal interim recto itinere*] *Interim* non agnoſcunt Put. & antiquiores. *Idem.*

5 *Per Umbriam uſque ad Spoletum venit, inde* &c. *in agrum Picenum avertit iter*] *Umbria* tantum, & *Piceni* meminit Polybius: Ἀγρίους ὄντας τῶν περὶ Ὄμβρους καὶ Πικέντινον, ἔτι δὲ καθόλου τοὺς ἐπὶ τῆς Ἀδρίας τόπους. *Sigonius.*

6 *Ubi ſatis quieti datum, præda ac populationibus magis quam arte aut requie*

gau-

magis quam otio aut requie gaudentibus; profectus, [1] Prætutianum Hadrianumque agrum, Marsos inde Marrucinosque & Pelignos devastat, circaque Arpos & Luceriam proximam Apuliæ regionem. Cn. Servilius consul, levibus prœliis cum Gallis actis, & uno oppido ignobili expugnato, postquam de collegæ exercitusque cæde audivit; jam mœnibus patriæ metuens, ne abesset in discrimine extremo, ad urbem iter intendit. [2] Q. Fabius Maximus dictator iterum quo die magistratum iniit, vocato senatu ab Diis orsus, quum edocuisset Patres, [3] plus negligentia cærimoniarum auspiciorumque, quam temeritate atque insscitia, peccatum à C. Flaminio consule esse, quæque piacula iræ Deum essent, ipsos Deos consulendos esse; pervicit, ut, quod non ferme decernitur, nisi quum tetra prodigia nunciata sunt, [4] decemviri libros Sibyl-

gaudentibus] Potes intelligere, *datum à militibus*. Sed magis placet, *quietis*, ab duce scilicet militibus. Lib. 4. *Nec diuturnam quietem Æqui dederunt*. Lib. 25. *Duces Pœni fortunæ usi, vix necessaria quiete data militibus*. J. Fr. Gron.

1 *Prætutianum, Adrianumque agrum &c. & Luceriam proximam Apuliæ regionem*] Polybius ita: διελθὼν ἢ καὶ καλασθείσας τὴν τε Πραιτουτιανὴν καὶ τὴν Ἀδριανὴν, ἔτι δὲ τὴν Μαρσικὴν, καὶ Φρεντανὴν χώραν. εἶτα μετὰ ταῦτα ποιούμενος τὴν πορείαν διὰ τῆς Ἀπουλίας. Ἀρξάμενος δὲ ταύτης ἀπὸ Λουκερίας ἕως ἀποικίας Ῥωμαίων ἐπόρθησε τὴν χώραν. μετὰ δὲ ταῦτα καλασχεδὸν πάσας ἐκπορθήσας τὴν Καννίτιν, ἐπέτυχε τῇ Ἀργυρίππῃ, καὶ πᾶσαν ἐξῆς ἐλεηλάτησε τὴν Δαυνίαν. Sigonius.

2 *Q. Fabius Maximus Dictator, quo*] In quibusdam vet. lib. inveni, *Dictator iterum*. Quam vocem credo consulto ab istis emendatoribus esse omissam, quod nescirent Fabium ante altera dictatura esse functum: itaque exstare inscriptionem quandam in libro Epigrammatum Antiq. urbis ejusmodi: Q. FABIUS MAXIMUS DICTATOR BIS Cos. V. CENSOR INTERREX II, ÆD. CUR. &c. Fuit autem dictator paulo ante hoc bellum cum C. Flaminio magistro equitum, ut ait Valerius lib. 1 cap. 1. *Occentus foricis auditus Fabio Maximo dictaturam, C. Flaminio magisterium equitum deponendi causam prabuit*. Sigonius.

Q. Fabius Maximus dictator quo] Consentiunt MSS. in Sigonianum, *dictator iterum, quo*. J. Fr. Gron.

3 *Plus negligentia caremoniarum, auspiciorumque temeritate, quam insscitia peccatum*] Corrige ex veter. libr. *plus negligentia caremoniarum, auspiciorumque, quam temeritate atque insscitia peccatum*. *Negligentia* dixit, id est, *despicientia*, atque *neglectu*. Plutarchus: ὀλιγωρίᾳ καὶ ἀφειδίᾳ τῆς πρόνοιας πρὸς τὸ δαιμόνιον. Et Livius infra: *Clades per temeritatem atque insscitiam ducum acceptas*. Sigonius.

4 *Decemviri libros Sibyllinos adire juberentur*] Decemviri ergo ex senatus decreto libros Sibyllinos adibant, & illis inspectis renuntiabant quid facto

Sibyllinos adire juberentur. qui inſpectis fatalibus libris, retulerunt Patribus, [1] *quod ejus belli cauſſa votum Marti foret, id non rite factum, de integro atque amplius faciendum eſſe: & Jovi ludos magnos, & ædes Veneri Erycinæ ac Menti vovendas eſſe, & ſupplicationem lectiſterniumque habendum, & [2] ver ſacrum vovendum, ſi bellatum proſpere eſſet, reſque publica in eodem, quo ante bellum fuiſſet, ſtatu permanſiſſet.* Senatus, quoniam Fabium belli cura occupatura eſſet, [3] M. Æmilium Prætorem ex collegii pontificum ſententia, omnia ea ut

cto eſſet opus. idque fieri jubebat ſenatus, ex ſententia aliquando Pontificum, ſi quid incideret, quod eorum ſententiam requirebat. præterea nunquam conſulebantur libri, niſi prodigiis nuntiatis, ad quæ procuranda jubebat Senatus libros inſpici. *Salmaſ.*

1 *Quod ejus belli cauſa votum Marti foret*] Ubi votum Marti factum? Ego reperio votum anno ante factum, ex libris Sibyllinis à C. Atilio Serrano Prætore, ſi in decem annos reſpublica eodem ſtetiſſet ſtatu. Nec ambigo, quin huc jam aſpectum. Credo igitur recte hîc emendatum iri, *votum ante foret*. Phil. Rubenius.

2 *Ver ſacrum vovendum*] Feſtus: *Ver ſacrum vovendi mos fuit Italis. magnis enim periculis adducti vovebant, quæcumque proximo vere nata eſſent apud ſe animalia, immolaturos. Sed cum crudele videretur, pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atque ita extra fines ſuos exigebant.* & Siſenna hiſt. libr. 4 ait: *Quondam Sabini feruntur voviſſe, ſi res communis melioribus loco conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos:* ex Nonio. Plutarchus votas eſſe capras, ſues, oves, boves, quotquot vere proximo orirentur, ait: itemque Livius. Itaque quoniam in vet. lib. legi: *Suillo, ovillo, caprino, ovillo grege*, ſuſpicor legendum: *Suillo, ovillo, caprino, bovillo grege:* nam Plutarchus vertit, αἰγῶν, ὀνῶν, ἀγελαίων, βοῶν. Extremam enim vocem, *ovillo*, quia temere iteratam eſſe emendatores duxerunt omnino repudiandam eſſe duxerunt. *Sigonius.*

3 *M. Æmilium prætorem ex collegii pontific. ſentent. e. ea - - - curare jubet*] Hoc loco *ver ſacrum* juſſu pontificum votum eſſe ait à *M. Æmilio* prætore. At lib. 33, ubi de hoc tempore & de hac re loquitur, *à Mammula*; ut aut vitium ſit librarii, aut auctoris. *Ver*, inquit, *ſacrum ex pontificum juſſu fecere, quod A. Cornelius Mammula prætor voverat:* fuiſſe autem hoc anno Mammulam prætorem hinc intelligi poteſt, quod anno inſequenti Sardiniam pro prætore obtinuiſſe traditur. *Idem.*

M. Æmilium prætorem ex collegii] Hoc lòco ver ſacrum ab Æmilio votum tradi notat Sigonius; lib. 33 ab A. Cornelio Mammula, ut vitium ſit aut librarii aut auctoris. Sed non dicit Livius Æmilium feciſſe ver ſacrum: tantum, ut omnia ſuperiora fierent rite, curare juſſum. Quod ſi ea omnia fecit ipſe, cur mox Erycinæ Veneri vovet ædem Q. Fabius? cur MentiT. Otacilius? cur lectiſternium parant decemviri ſacris faciundis? Sic igitur partibus diviſis & iſtâ illi, & A. Cornelius vovit ver ſacrum: ipſe denique Æmilius ſuum penſum habuit ludos magnos. Et valde veriſimilis eſt opinio Pighii, non ſolum hæc eum curare juſſum, ſed & cæteros prætores, atque adeo ſcripſiſſe Livium: *M. Æmilium Pr[illegible] cum collegis*

ex

d by Google

ea ut mature fiant, curare jubet. His ſenatuſconſultis perfectis, [1] L. Cornelius Lentulus pontifex maximus [2] conſulente collegium prætore, omnium primum populum conſulendum de vere ſacro cenſet: injuſſu populi voveri non poſſe. Rogatus in hæc verba populus, *Velitis jubeatiſne hoc ſic fieri,* [3] *ſi res publica populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum,* [4] *ſicut velim eam, ſalva ſervata erit hiſce duellis,* [5] *datum donum duit populus Romanus Quiritium, (quod duellum populo Romano cum Carthaginienſi eſt, quæque duella cum Gallis ſunt, qui cis Alpes ſunt) quod ver attulerit ex ſuillo, ovillo, caprino, bovillo grege, quæque profana erunt, Jovi fieri, ex qua die ſenatus populuſque juſſerit. Qui faciet, quando volet, quaque lege volet, facito: quo modo faxit, probe factum eſto. Si id moritur, quod fieri oportebit, profanum eſto, neque ſcelus eſto. ſi quis rumpet occidetve inſciens, ne fraus eſto. ſi quis clepſit, ne populo ſcelus eſto, neve cui cleptum erit. ſi atro die faxit inſciens, probe factum eſto. ſi nocte ſive luce, ſive ſervus ſive liber faxit, probe factum eſto. ſi ante id ea ſenatus populuſque juſſerit fieri ac faxit, eo populus ſolutus, liber eſto.* [6] Ejuſdem rei cauſſa ludi

ex pontificum ſententia, vel, *M. Æmilium prætorem & collegas de pontificum ſententia.* J.Fr. Gron.

1 *L. Cornelius Pont. Max.*] Hic eſt *L. Cornel. Lentulus Caudinus*, qui conſul cum *Q. Fulvio Flacco* fuit inter primum & ſecundum bellum Punicum: ante hunc fuerat *L. Cæcilius Metellus*, is qui Palladium ex incendio rapuit: ante Metellum *Ti. Coruncanius*, qui primus è plebe factus eſt. *Sigonius.*

2 *Conſulente collegio pontificum*] Omnis ſcripta lectio: *conſulente collegio prætorum.* Unde Lipſius, *collegium prætore:* quaſi collegium nunquam ſoleret conſulere pontificem. At quod unius Lentuli pontificis maximi mentio fit, non ſolum conſultum putare debemus: ſed quod reſpondit, id accipimus reſpondiſſe de collegii ſententia, quod conſultum fuerat. Deinde ſi ſenatus juſſit agere collegium prætorum ex decreto pontificum, quid eſt abſurdi in eo, quod ab ipſo collegio prætorum conſultum collegium pontificum dicitur? Cicero 3 de Officiis: *Cum prætor eſſet, collegiumque prætorum tribuni plebis attribuiſſent.* J. Fr. Gron.

3 *Si res populi Romani Quiritium*] Quæ in hac formula mutata ſunt, aut mutanda, de iis diſſeruimus ſingulari capite libri quarti Obſervationum. *Idem.*

4 *Sicut velim eam ſalva*] Scriptè: *ſic velim eamque ſalvam.* Forte: *ſicuti maxime quum ſalva eſt.* Idem.

5 *Datum donum duit populus Rom.*] Quid ſi, *votum donum duit.* Sigonius.

6 *Ejuſdem rei cauſa*] Veteres libri, *& ejuſdem rei cauſa.* Idem.

1 *Æris*

ludi magni voti, [1] æris trecentis tringinta tribus millibus, trecentis triginta tribus, triente: præterea bubus Jovi trecentis, multis aliis Divis bubus albis, atque cæteris hostiis. Votis rite nuncupatis, supplicatio edicta: [2] supplicatumque iere cum conjugibus ac liberis, non urbana multitudo tantum, sed agrestium etiam, [3] quos in aliqua sua fortuna publicæ quoque contingebat cura. [4] Tum lectisternium per triduum habitum, decemviris sacrorum curantibus. [5] sex pulvinaria in conspectu fuere: Jovi & Junoni unum, alterum Neptuno ac Minervæ, tertium Marti & Veneri, quartum Apollini ac Dianæ, quintum Vulcano ac Vestæ, sextum Mercurio ac Cereri. [6] Tum ædes votæ. Veneri Erycinæ ædem Q. Fabius Max. dictator vovit; quia ita ex fatalibus libris editum erat, ut is voveret, cujus maximum imperium in civitate esset. [7] Menti
11 ædem T. Otacilius prætor vovit. Ita rebus divinis peractis

1 *Æris* CCCXXXIII *millibus triente*] Hoc sic vertit Plutarchus: ἀπὸ στερτίων τετρακοσίων τετάκοντα τριῶν, καὶ δηναρίων τετρακοσίων τετάκοντα τριῶν, ἐπὶ τετραμοιρίᾳ ἑκατόν. *Sigonius.*

Æris &c. *tribus millibus triente*] Bene Scaliger: *aris trecentis triginta tribus millibus trecentis triginta tribus triente.* Vide de pecunia veteri lib. 4 cap. 2. *J. Fr. Gron.*

2 *Supplicatumque iit cum conjugibus*] Voss. & Men. *supplicatum qui conjugibus regum ac liberis.* Petav. *supplicatumque regum conjugibus.* Reg. *supplicatum qui regnum conjugibus.* Optimus & Petav. melior: *supplicatum qui regum conjugibus.* Unde faciendum: *supplicatumque iere cum conjugibus.* Vide de pecun. vet. 2, 4. *Idem.*

3 *Quos in aliqua sua fortuna*] Muretus: *quos in publica fortuna sua quoque aliqua.* Rectius nos: nec trajectione opus est. Nam illi maxime de republica solliciti sunt, qui habent ipsi, quod salvum velint. *Publica prodendo tua nequicquam servies*, ut ipse alibi loquitur. Hos ergo significat, qui quum ipsi aliquem statum & rem haberent, ne & sua perderent, omnia stare cupiebant. *Idem.*

4 *Curatum lectisternium & per triduum*] Copulativa nusquam. Præterea valde insuave, *curatum curantibus.* Scribe: *quos in aliqua sua fortuna publica quoque contingebat cura. Tum lectisternium per triduum habitum decemviris sacrorum curantibus.* Idem.

5 *Et pulvinaria in conspectu fuere*] Put. *ex pulvinaria.* Scribendum, *sex pulvinaria.* quod jam Salmasius monuit ad hist. augustam. *Idem.*

6 *Tum edes vota Veneri Erycinæ*, &c.] Castiga ad fidem optimi cujusque libri: *Tum edes vota. Veneri Erycinæ edem Q. Fabius Maximus Dictator vovit.* Nam sequitur: *Menti edem Attilius prætor vovit.* Sigonius.

7 *Menti edem Attilius prat. vov.*] Satis constat *T. Otacilium Crassum* prætorem hoc anno fuisse. Itaque anno sequenti Livius *T. Otacilium* propræto-

actis, [1] tum de bello, reque de publica dictator retulit; quibus quotve legionibus victori hosti obviam eundum esse Patres censerent. Decretum, *Ut ab Cn. Servilio consule exercitum acciperet: scriberet praterea ex civibus sociisque, quantum equitum ac peditum videretur: cætera omnia ageret faceretque, ut è republica duceret.* Fabius duas se legiones adjecturum ad Servilianum exercitum dixit. his per magistrum equitum scriptis, Tibur diem ad conveniendum edixit. edictoque proposito, ut quibus oppida castellaque immunita essent; ut hi [2] in loca tuta commigrarent; ex agris quoque demigrarent omnes regionis ejus, qua iturus Annibal esset: tectis prius incensis ac frugibus corruptis, ne cujus rei copia esset; ipse via Flaminia profectus obviam consuli exercituique, quum ad Tiberim circa Ocriculum prospexisset agmen, consulemque [3] cum equitibus ad se prodeuntem; [4] viatorem misit, qui consuli nunciaret, ut sine lictoribus ad dictatorem veniret. Qui quum dicto paruisset, congressusque eorum ingentem speciem dictaturæ apud cives socios-que, [5] vetustate jam prope oblitos ejus imperii, fecisset:

literæ

prætorem vocat. Eundem etiam *T. Otacilium Crassum Mentu adem dedicasse*, idem tradit lib. 23. Quare dubium non est, quin & hic, & infra alibi mendose sit *Atilius*, pro *T. Otacilius*. Sigonius.

Menti adem Otacilius] Put. addit prænomen, *T. Otacilius*. J. Fr. Gron.

1 *Tum de bello reque publica*] Vet. lib. *deque rep.* Sigonius. Optimi, *reque de publica*. J. Fr. Gron.

2 *In loca tuta commigrarent*] Put. & Pet. *immunita essent, uti commigrarent in loca tuta: ex agris quoque demigrarent.* Utique sincerius: sed vellem etiam: *ut hi*, vel *ii*, *commigrarent*. Vide ad lib. 28, 9. *Idem.*

3 *Cum equitibus ad se progredientem*] Et optimus & multi alii: *prodeuntem*. Idem.

4 *Viatorem misit, qui consuli nuntiaret, ut sine lictoribus ad dictatorem veniret*] Idem tradit Plutarchus in Fabio. *Sigonius.*

5 *Vetustate jam prope oblitos ejus imperii*] Paucis ante annis idem *Fabius Dictator* primum fuerat & ante eum *L. Cæcilius Metellus*, ante Metellum *C. Duilius*, ante Duilium, *Ti. Coruncanius*, ante Coruncanium, *A. Atilius Calatinus*, qui ante annos XXXIII fuit. Itaque miror eum, cives, socioque vetustate oblitos fuisse Dictatorii imperii, scribere, nisi forte intelligendum est oblitos fuisse *Dictatoris rei gerendæ causa* creati. Nam post *A. Atilium Calatinum* omnes comitiorum habendorum causa usque ad *Q. Fabium Maximum Dictatorem iterum* creati sunt: ex Capit. tabulis. *Idem.*

literæ ab urbe allatæ ſunt; naves onerarias commeatum ab Oſtia in Hiſpaniam ad exercitum portantes, à claſſe Punica circa portum Coſſanum captas eſſe. Itaque extemplo conſul Oſtiam proficiſci juſſus, [1] navibus quæ ad urbem Romanam aut Oſtiæ eſſent, completis milite ac navalibus ſociis, perſequi hoſtium claſſem, ac littora Italiæ tutari. Magna vis hominum conſcripta Romæ erat: libertini etiam, quibus liberi eſſent, & ætas militaris, in verba juraverant. Ex hoc urbano exercitu, qui minores quinque & triginta annis erant, in naves impo-
12 ſiti: alii, ut urbi præſiderent, relicti. Dictator exercitu conſulis accepto à Fulvio Flacco legato, per agrum Sabinum Tibur, [2] quo die ad conveniendum edixerat novis militibus, venit: [3] inde Prænefte tranſverſis limitibus in viam Latinam eſt regreſſus, unde itineribus ſumma cum cura exploratis ad hoſtem ducit; nullo loco, niſi quantum neceſſitas cogeret, fortunæ ſe commiſſurus. Quo primum die [4] haud procul Arpis in conſpectu hoſtium poſuit caſtra: nulla mora facta, quin Pœnus educeret in aciem, copiamque pugnandi faceret: ſed ubi quieta omnia apud hoſtes, nec caſtra ullo tumultu mota videt; increpans quidem [5] victos tandem Martios animos Romano-

1 *Navibus quæ ad urbem*] Voſſ. delet *τὸ quæ*. Sed legendum: *navibuſque, quæ*. J. Fr. Gron.

2 *Quo diem ad conveniendum edixerat*] Omnes, *quo die ad*. Idem.

3 *Inde Prænefte tranſverſis tramitibus*] Eſt Laurentii Vallæ, cum reperiſſet, *tranſverſis militibus*: ut ſervant quoque pluſculi ſcripti. Sed Put. plane: *inde Prænefte, ac tranſverſis limitibus*. Sic lib. 31. *Profectus inde tranſverſis limitibus terrorem præbuit ſubitum hoſti*. Lib. 41. *Per tranſverſos limites ſuperatis montibus in campos degreſſi*. Iis opponuntur apud Feſtum *prorſi limites*. Idem.

4 *Haud procul Arpis*] Ad initium ſequentis libri adduximus ex Polybio: *ἀντιστρατοπεδεύσας τοῖς Καρχηδονίοις ἀφεὶ τὰς Αἰκας καλουμένας*. Ergo hic quoque legendum videtur: *haud procul Æcis*. Lapis antiquus Beneventi: *C. Octavio. C. F. Modeſto*, &c. *curat. reip. Aecanor. item. honorato. ad. curam. Kalendari. reip. Canuſinor*. Idem.

5 *Victos tandem Martios animos Romanorum debellatumque & conceſſum eis propalam*] Put. duo, Pet. reg. Men. Voſſ. *Tandem quos Martios animos*. Deinde Put. & melior Pet. & Voſſ. *Romanis*: quorum & neuter habet τὸ *eis*. Tentabam: *increpans quidem, victos tandem quoque Martios animis Romanos, debellatumque & conceſſum propalam*.

Lib.

Digitized by Google

manorum, debellatumque, & conceſſum eis propalam de virtute ac gloria eſſe, in caſtra rediit. cæterum [1] tacita cura animum incenſus, quod cum duce, haudquaquam Flaminio Sempronioque ſimili, futura ſibi res eſſet, ac tum demum edocti malis Romani parem Annibali ducem quæſiſſent; & prudentiam quidem, non vim dictatoris extemplo timuit. [2] conſtantiam haud dum expertus, agitare ac tentare animum movendo crebro caſtra, populandoque in oculis ejus agros ſociorum, cœpit. & [3] modo citato agmine è conſpectu abibat, modo repente in aliquo flexu viæ, ſi excipere degreſſum in æquum poſſet, occultus ſubſiſtebat. Fabius per loca alta agmen ducebat, modico ab hoſte intervallo, ut neque omitteret eum, neque congrederetur. Caſtris, niſi quantum uſus neceſſario cogeret, tenebatur miles. pabulum & ligna nec pauci petebant, nec paſſim. Equitum leviſque armaturæ ſtatio compoſita inſtructaque in ſubitos tumultus, & ſuo militi tuta omnia, & infeſta effuſis hoſtium populatoribus præbebat. neque univerſo periculo ſum-

Lib. 9. *Tacere indolem illam Romanam, ablatoſque cum armis animos.* Lib. 21. *Alorcus vinci animos, ubi arma vincantur, adfirmans.* *Tò quidem* reſpicit *τὸ caterum*, quod ſequitur: ille quidem palam hæc jactans abibat: cæterum ſecreto angebatur. *J. Fr. Gron.*

1 *Tacita cura animum incenſus*] Muretus haud abſurde *inceſſit*. Ut lib. 25. *tanta religio civitatem inceſſit*. Et ſic diſtinguas: *caterum tacita cura animum inceſſit, quod cum duce*, &c. *parem Hannibali quæſiſſent. Et prudentiam quidem.* Idem.

2 *Conſtantiamque ejus haud*] Put. Pet. reg. Men. Voſſ. *Conſtantiam haud dum*: ita ut deſint *que* & *ejus*. Nec ſatis commode interponuntur *non vim*. Velim: *& prudentiam quidem novi duciis extemplo timuit; conſtantiam haud dum expertus agitare ac tentare animum* &c. In fine hujus libri: *ſi Carthaginienſium ductor fuiſſet*. Idem.

3 *Modo citato agmine* &c.] Quum iſta particula *modo* bis poſita geminam plerumque ſententiam promittat, neſcio quî evenit, ut hoc loco prorſus inſigni balbutie idem repetatur. Nam quid eſt aliud *modo citato agmine*, quam *modo repente*? Et quum hæc ſint eadem, tum poſteriora *τοῦ ἀ conſpectu abibat* videntur quaſi planius explicari deducique per illa, *in aliquo flexu via occultus ſubſiſtebat*; quippe quod unum genus eſt abitionis è conſpectu. In Voſſ. & Gud. intelligo fuiſſe *modo cito agmine*. Diſpice igitur, an genuinum reſtet in Cantabrig. *modo tacito agmine*. Habes ſaltem, quod deſiderabatur, & eſt unaquæque pronunciatio ſui ſenſus. 21, 48. *Scipio quarta vigilia noctis inſequentis tacito agmine profectus.* Alibi *ſilens agmen* vocat. *Jac. Gron.*

ſumma rerum committebatur: & parva momenta levium certaminum ex tuto cœptorum, finitimo receptu, [1] aſſuefaciebant territum priſtinis cladibus militem, minus jam tandem aut virtutis, aut fortunæ pœnitere ſuæ. Sed non Annibalem magis infeſtum tam ſanis conſiliis habebat, quam magiſtrum equitum. qui nihil aliud, [2] quam quod parebat in imperio, moræ ad rempub. præcipitandam habebat, ferox rapiduſque in conſiliis, ac [3] linguis immodicus; primo inter paucos, dein propalam in vulgus, pro cunctatore [4] ſegnem, & cauto timidum, affingens vicina virtutibus vitia, compellabat: [5] premendorum-

1 *Adſuefaciebant territum priſtinis cladibus militem*] Pal. Men. Voſſ. *priſtinis in cladibus his.* Put. Pet. melior & ſimiles Florent. *priſtinis in his cladibus.* Scribe: *priſtinis trinis cladibus.* nempe ad Ticinum, Trebiam, Traſimenum. Sic lib. 23, 49. *Inter hæc trina caſtra hoſtium: & triniſque caſtris eo die potiti ſunt*, MSS. non *terna terniſque* ut vulgatur. Lib. 25, 26. *Acradinam inde trinis caſtris*, itidem non optimi modo, ſed fere omnes calamo exarati. *J. Fr. Gron.*

2 *Quam quod non imperabat, moræ*] Put. & omnes ſcripti alicujus numeri: *quod imperabat imperio moræ.* Poteſt legi: *quam quod imperabat ſub imperio:* vel, *quod parebat in imperio.* ἀρχόμενος ἄρχει, ut Plutarchus loquitur in præceptis reip. ger. Nam & magiſter equitum imperator, ſed ſub alio imperatore dictatore. Notter lib. 8, 30. *Cujus rei vitium non in belli eventum, quod proſpere geſtum eſt, ſed in rabiem atque iras imperatorum vertit.* L. Papirii Curſoris puta & Q. Fabii Maximi Rulliani: quorum ille dictator, hic magiſter equitum. Et rurſus cap. 33. *Papirium tanquam ex hoſtium ducibus, ſic ex Romano imperatore victoriam & triumphum petere.* Al. Rubenio placebat: *quod parebat imperio.* Idem.

Quam quod parebat in imperio] Etſi verba ſatis apta, & perbelle rem aperiant; non poteſt tamen approbari hæc literarum trajectio in tam ſimplici veterum librorum conſtantia *quam quod imperabat imperio:* ſub quibus non videtur aliud latere, niſi *quam quod impar erat imperio.* Sic ſæpe *æquari* eum *imperio* dixit. 6, 23. *Scire ſe collegam habere jure imperioque parem.* Conſtructio eſt amatiſſima Livio. Cap. 15. *Omni parte virium impar.* 25, 27. *Quod impar viribus aut numero navium eſſet.* 27, 1. *Par audacia Romanus, conſilio & viribus impar.* Jac. Gron.

3 *Linguis immodicus*] At quot, oro? Ex Cantabrig. notavi *lingua.* Idem ex Gud. & Voſſ. adſcripſit pater. Quod omnino Livii eſt, perpetue ſingulari numero contenti, 2, 45. *Nunc armatis ſibi quiſque lingua promtum hoſtem offerri.* 4, 49. *Nactus inter adverſarios ſuperbum ingenium immodicamque linguam.* 7, 4. *Quia infæcundior ſit, & lingua inpromptus.* 23, 5. *Expertem omnis juris & conditionis & lingua prope humanæ.* 39, 40. *Lingua acerba & immodice libera fuit.* de M. Porcio. Non aliter nunc locutus eſt. *Idem.*

4 *Segnem, pro cauto*] Scripti omnes: *pro cunctatore ſegnem & cauto timidum.* J. Fr. Gron.

5 *Premendorumque ſuperiorum arte que*] Ubique in membranis: *premendorum ſuperiorum qua peſſima ars.* omiſſa particula & τῇ *arte.* Fuerit forte:

dorumque ſuperiorum arte (quæ peſſima ars nimis proſperis multorum ſucceſſibus crevit) ſeſe extollebat. [1] Annibal ex Hirpinis in Samnium tranſit, Beneventanum depopulatur agrum. [2] Teleſiam urbem capit: irritat etiam de induſtria ducem, ſi forte accenſum tot indignitatibus cladibuſque ſociorum, [3] detrahere ad æquum certamen poſſit. Inter multitudinem ſociorum Italici generis, qui ad Traſimenum capti ab Annibale dimiſſique fuerant, tres Campani equites erant; multis jam tum illecti donis promiſſiſque Annibalis, ad conciliandos popularium animos. hi nunciantes; ſi in Campaniam exercitum admoviſſet, Capuæ potiendæ copiam fore, quum res major quam auctores eſſet, dubium Annibalem, alterniſque fidentem ac diffidentem, tamen ut Campanos ex Samnio peteret, moverunt: monitoſque [4] ut etiam atque etiam promiſſa rebus adfirmarent, [5] juſſoſque cum pluribus & aliquibus principum redire ad ſe, dimiſit. ipſe imperat duci, [6] ut ſe in agrum Caſinatem ducat: edoctus à peritis regionum, ſi eum ſaltum occupaſſet, exitum Romano ad opem ferendam ſociis interclu-

13

forte: *Premendoque ſuperiorem, quæ peſſima ars.* J. Fr. Gron.

1 *Annibal ex Arpis in Samnium tranſit*] Vet. libr. *ex Arpinis.* Sunt autem *Arpini Arporum populi.* Sigon.

Annibal ex Arpis in Samn. tr.] Pall. tres, Pet. Men. *Arpenis.* Put. Pet. melior, reg. & optimus Florent. *Hirpinis.* Polybius: ἐμβάλλει εἰς Ἀπεννῖνον καὶ καταίρει εἰς τὴν Σαμνίτιν χώραν. Noſter lib. 23. *Crebras excurſiones in agrum Hirpinum & Samnites Caudinos fecit.* Fuerant quidem vicini & ad Arpos in Daunia, ſed crebro caſtris movendis jam pervenerant in Hirpinos, unde proximus tranſitus in Samnium. Denique præpoſitio gentem exigit, non oppidum. *J. Fr. Gron.*

2 *Teleſiam urbem capit*] Polyb. Οὐενσίαν. Ego tamen nihil mutandum puto. *Sigonius.*

3 *Trahere ad æquum certamen poſſit*] Optimi verius *detrahere*, nam per loca alta ducebat Fabius vitata ubique planitie. *J. Fr. Gron.*

4 *Ut etiam atque etiam promiſſa rebus confirmarent*] Fere omnes *adfirmarent.* Sic & apud Tacitum de moribus Germanorum cap. 3 ſcripti: *Quæ neque adfirmare argumentis neque refellere in animo eſt.* Ubi vulgo *confirmare.* Lib. 1. *Ea res utique Trojanis ſpem adfirmat finiendi erroris.* Lib. 8. *Sortes Dodonæi Jovis eventu adfirmaſſe.* Suſpicor autem quoque ſcribendum: *monitoſque etiam atque etiam, ut promiſſa rebus adfirmarent.* Idem.

5 *Juſſoſque cum popularibus*] Membranæ non niſi, *cum pluribus.* Idem.

6 *Ut ſe in agrum Caſinatem ducat*] Sic Plutarchus: ἡγεῖσθαι πρὸς τὸ Καζινάτον. *Sigonius.*

cluſurum. [1] Sed Punicum abhorrens os ab Latinorum nominum prolatione, pro Caſino Caſilinum dux ut acciperet, fecit; [2] averſuſque ab ſuo itinere, per Allifanum, Calatinumque, & Calenum agrum; in campum Stellatem deſcendit: ubi quum montibus fluminibuſque clauſam regionem circumſpexiſſet, vocatum ducem percunctatur, ubi terrarum eſſet? quum is Caſilini eo die manſurum eum dixiſſet, tum demum cognitus eſt error, & Caſinum longe inde alia regione eſſe, virgiſque cæſo duce, & ad reliquorum terrorem in crucem ſublato, caſtris communitis Maharbalem cum equitibus in agrum Falernum prædatum dimiſit. Uſque ad aquas Sinueſſanas populatio ea pervenit. ingentem cladem, fugam tamen terroremque latius, Numidæ fecerunt. Nec tamen is terror, quum omnia bello flagrarent, fide ſocios dimovit: videlicet quia juſto & moderato regebantur imperio; nec abnuebant, quod unum vinculum fidei
14 eſt, melioribus parere. [3] Ut vero ad Vulturnum flumen

1 *Sed Punicum abhorrens à Latino nomen*] Quaſi vero tam celebre in Africa fuerit, ipſa in Italia non admodum nobile, Caſinum, ut aliam appellationem Punicam haberet. Longe aliter in MSS. Put. Petav. melior, duo Flor. duo Pall. *Sed Punicum abhorrens ab Latinorum nominum pro Caſino dux ut acciperet fecit.* Regius & Mediceus unus: *Sed Punicum abhorrens ab Latinorum nominum prolatione pro Caſino Caſilinum dux ut acciperet fecit.* Putes, ſi addatur *os*, nihil melius poſſe fingi. Sed nimis eſt ſupplementorum. Propius veterem ſcripturam foret: *Sed Punicum abhorrens os Latinorum nominum pro Caſino Caſilinum.* Neque enim *abhorrere alicujus*, durius videtur quam *faſtidire alicujus* aut *veresi.* Lib. 29. *Adſpernatus aliarum gentium. Dux ut acciperet, fecit.* ut lib. 25. *Hac pervagata paſſim vox, ut & hoſtes pro victoribus & Romani pro victis eſſent, fecit.* Eſt autem os Punicum abhorrens Latinorum nominum ipſius Hannibalis jubentis Caſinum duci, eamque vocem ita pronuntiando trahentis, ut dux viarum Caſilinum nuncupari putaret. Eſt enim proprium vitium Afrorum in pronuntiatione *Labdaciſmus* teſte Iſidoro lib. 1 Orig. 30, quod belle huc facit, *Labdaciſmus eſt ſi pro uno L duo pronuntientur, ut Afri faciunt.* Sed definitio hæc nimis anguſta: immittitur enim & nonnullis naturali vitio, ubi prorſus non eſt. *J. Fr. Gron.*

2 *Averſuſque ab itinere*] Put. aliique: *averſuſque ab ſuo itinere.* Idem.

3 *Ut vero ad Vulturnum*] Put. Pet. reg. *Ut vero quam ad V.* deinde, *exurebatur*, ſine τῷ *que.* Scribe: *Ut vero, quum ad Vulturnum flumen caſtra ſunt poſita, exurebatur amæniſſimus Italiæ ager.* Idem.

1 Du-

men caſtra ſunt poſita, exurebaturque amœniſſimus Italiæ ager, villæque paſſim incendiis fumabant, per juga Maſſici montis Fabio [1] ducente, tum prope de integro ſeditio accenſa. quieverant enim per paucos dies: quia quum celerius ſolito ductum agmen fuiſſet, feſtinari ad prohibendam populationibus Campaniam crediderant. ut vero in extrema juga [2] Maſſici montis ventum eſt, hoſteſque ſub oculis erant, Falerni agri colonorumque Sinueſſæ tecta urentes, nec ulla erat mentio pugnæ, *Spectatumne huc*, inquit Minucius, [3] *ut rem fruendam oculis, ſociorum cædes, & incendia venimus? nec ſi nullius alterius nos, ne civium quidem horum pudet*, [4] *quos Sinueſſam colonos patres noſtri miſerunt, ut ab Sammite hoſte tuta hæc ora eſſet: quam nunc non vicinus Sammis urit, ſed Pœnus advena; ab extremis orbis terrarum terminis, noſtra cunctatione & ſocordia jam huc progreſſus.* [5] *Tantum (pro!) degeneramus à parentibus noſtris, ut, præter quam oram illi Punicas vagari claſſes, dedecus eſſe imperii ſui duxerint, eam nos nunc* [6] *plenam hoſtium Numidarumque, ac Maurorum jam factam videamus? Qui modo Saguntum oppugnari indignando, non homines tantum, ſed fœdera & deos ciebamus, tendentem ad mœnia Romanæ coloniæ Annibalem lenti ſpectamus. Fumus ex incendiis villarum agrorumque in oculos atque ora venit, ſtrepunt aures clamoribus plorantium ſociorum; ſæpius*

1 *Ducente tum prope de integro eſt orta ſeditio*] Scripti omnes: *ducente tum prope de integro ſeditio ac de ſeditione accenſi, quidam fuerant enim.* Unde Lipſius reciſis *de ſeditione*, tanquam è margine admiſſis: *tum prope de integro ſeditio accenſa, quieti fuerant enim.* Sententiam utique deprehendit. De verbis poſſis cogitare: *tum prope de integro ſeditio ab duce altero eſt accenſa. quieverant enim per paucos dies.* J. Fr. Gron.

2 *Maſſici montis ventum eſt, hoſteſque*] In ſcriptis: *hoſtes ſub oculis:* iterum ſine τῦ *que.* Scribe: *Ut vero in extrema juga Maſſici montis ventum, & hoſtes ſub oculis erant.* Idem.

3 *Ad rem fruendam*] Forte: *ut rem fruendam oculis*, id eſt, tanquam rem jucundam viſu. Sic infra: *levi certamine ut tumultuariam manum fudere.* Idem.

4 *Quos in Sinueſſam*] Meliores: *quos Sinueſſam colonos.* Idem.

5 *Tantum pro dolor*] Iterum meliores: *Tantum pro! degeneramus à patribus noſtris:* omiſſo τῦ *dolor.* Plautus Caſina: *Pro! bonæ frugi hominem te jam pridem eſſe arbitror.* Idem.

6 *Plenam Numidarum hoſtium ac Maurorum*] Potiores: *plenam hoſtium Numidarumque ac Maurorum.* Idem.

ſæpius nos, quam Deorum invocantium opem. nos hic [1] pecorum modo per æſtivos ſaltus deviaſque calles exercitum ducimus; conditi nubibus, ſilviſque. Si hoc modo peragrando cacumina ſaltuſque M. Furius recipere à Gallis urbem voluiſſet, quo hic novus Camillus (nobis dictator unicus [2] in rebus affectis quæſitus) Italiam ab Annibale recuperare parat; Gallorum Roma eſſet: quam vereor, ne, ſic cunctantibus nobis, Annibali ac Pœnis toties ſervaverint majores noſtri. ſed vir, ac vere Romanus, quo die dictatorem eum ex auctoritate Patrum, juſſuque populi dictum, [3] Veios allatum eſt, quum eſſet ſatis altum Janiculum, ubi ſedens proſpectaret hoſtem, deſcendit in æquum: atque illo ipſo die media in urbe, qua nunc buſta Gallica ſunt, & poſtero die, citra Gabios, cecidit Gallorum legiones. Quid? poſt multos annos, quum [4] ad furculas Caudinas ab Samnite hoſte ſub jugum miſſi ſumus; utrum tandem L. Papirius Curſor juga Samnii perluſtrando, an Luceriam premendo obſidendoque, & laceſſendo victorem hoſtem, depulſum ab Romanis cervicibus jugum ſuperbo Samniti impoſuit? [5] Modo C. Lutatio quæ alia res, quam celeritas, victoriam dedit? quod poſtero die quam hoſtem vidit, claſſem gravem commeatibus, [6] impeditam ſuomet ipſam inſtrumento atque apparatu, oppreſſit. Stultitia eſt, ſedendo aut votis debellari credere poſſe.

1 *Pecorum more per æſtivos ſaltus devioſque colles*] Put. Pet. melior, reg. *modo* & *deviaſque callis*: quod utrumque & Grammaticus antiquus notavit, ut olim Lipſius. *J. Fr. Gron.*

Devioſque colles] Vet. lib. *calles*. Sic paulo poſt: *prope inviis callibus ad Dictatorem profugerunt*. Sigonius.

2 *In rebus afflictis*] Vet. lib. *affectis*. Idem.

In reb. afflictis] Non Sigonianus modo, ſed & omnes noſtri, *affectis*. J. Fr. Gron.

3 *Veios allatus eſt nuntius*] Nuſquam τὸ *nuntius* reperimus: quidam etiam clare *adlatum* vel *allatum*, ut & legit Laurentius Valla. *Idem.*

4 *Ad Furcas Caudinas*] Put. Pet. tres Pall. Voſſ. *Furculas*. Deinde Put. *Modo C. Lutatio*. id eſt *Cajo*, non *Conſuli*. Idem.

5 *Modo conſuli Luctatio*] *Lutatio* ex Græcis & Capito. tabulis. Malim etiam ita legi, *Modo C. Lutatio*. Sic enim paulo ante dixit: *L. Papirius Curſor*, abſque nomine magiſtratus, quem, magiſtratum ſi nominaſſet *C. Lutatio conſuli* potius dixiſſet, ut ſemper alias. Sic alibi oſtendam *proconſul Scipio*, pro *P. Scipio* eſſe mendoſe, neque vero in hac re conſulatus nomen momentum aliquod ad augendum habet, *C. Lutatium Catulum* intelligit, qui bello Punico primo confecto triumphavit. *Sigonius.*

6 *Impeditam ſuo ipſam inſtrumento*] Alii *ſuo & ipſam*, unus è Pal. clare: *ſuometipſam*. J. Fr. Gron.

1 *Ar-*

poſſe. [1] *armari copias oportet, deducendas in æquum, ut vir cum viro congrediaris.* [2] *Audendo atque agendo res Romana crevit, non his ſegnibus conſiliis, quæ timidi cauta vocant.* Hæc velut concionanti Minucio, circumfundebatur tribunorum equitumque Romanorum multitudo, & ad aures quoque militum dicta ferocia volvebantur: ac, ſi militaris ſuffragii res eſſet, haud dubie ferebant, [3] Minucium Fabio duci prælaturos. [4] Fabius pariter in ſuos haud minus quam in hoſtes intentus, prius ab illis invictum animum præſtans, quamquam probe ſcit: non in caſtris modo ſuis, [5] ſed jam etiam Romæ infamem ſuam cunctationem eſſe, obſtinatus tamen, eodem conſiliorum tenore æſtatis reliquum extraxit: ut Annibal [6] deſtitutus ab ſpe ſummopere petiti certaminis, jam hibernis locum circumſpectaret: quia ea regio præſentis erat copiæ, non perpetuæ; arbuſta vineæque, & conſita omnia magis

1 *Armari copias oportet, deducendas in æquum*] Put. Voſſ. & primæ editt. *& deducendas.* Lege: *& deducenda res in æquum.* Niſi malis: *armes copias oportet, & deducas in æquum.* J. Fr. Gron.

2 *Audendo agendoque*] Omnes noſtri: *Audendo atque agendo res Romana crevit, non his ſenſibus conſiliiſque.* Quod Lipſius dedit, *ſegnibus conſiliis*, etſi verum puto, non inveni niſi in margine Voſſiani. *Idem.*

3 *Minucium Fabio duci prælaturos*] Forte: *ducem.* 37, 59. *Si imperatorem imperatori, aut Antiochum ducem Annibali conferres.* 28, 41. *Niſi aut Amilcar Annibali dux eſt præferendus.* 9, 16. *Quin eum parem deſtinant animis Magno Alexandro ducem.* Idem.

4 *Fabius pariter in ſuos*] Locus æger: nam ſi τὸ *pariter* ſanum, non bene additur *haud minus quam:* hæc ſi integra, illud ſupervacuum eſt. Aut τὸ *pariter* ab his diſtinctione ſeparandum & ad aliam orationem referendum. Quid autem ibi *prius ab aliis?* Philip. Rubenius, *à fabulis.* Fortaſſe: *Fabius pariter, in ſuos haud minus quam in hoſtes intentus, ab utriſque invictum animum præſtat.* Sic enim etiam, non *præſtans*, omnes ſcripti codices. *Idem.*

Fabius pariter in ſuos haud minus] Planam orationem parva mutatio faciet, ſi ſcribas: *Fabius acriter in ſuos haud minus quam in hoſtes intentus.* Adverbium junctum iſti verbo habes in præfat. *Ad illa mihi pro ſe quiſque acriter intendat animum.* Reliqua 44, 36. *Non minore arte ad ſuos eludendos quam ad hoſtes opus erat conſuli.* Jac. Gron.

5 *Sed etiam Romæ ſuam cunctationem infamem*] Put. Pall. Voſſ. *ſed jam etiam Romæ infamem ſuam cunctationem eſſe.* J. Fr. Gron.

6 *Deſtitutus ab ſpe ſumma appetiti certaminis*] Falſum: nam dum Fabius imperator ad exercitum fuit, ſpem certaminis vix ullam Pœnus habuit. Pall. & Voſſ. *oppetiti.* Put. *ab ſpe ſummoppetiti.* Significat: *ab ſpe ſummopere petiti.* Idem.

magis amœnis quam neceſſariis fructibus. [1] Hæc per exploratores relata Fabio. Quum ſatis ſciret per eaſdem anguſtias, quibus intraverat Falernum agrum, rediturum; Calliculam montem & Caſilinum occupat modicis præſidiis, quæ urbs Vulturno flumine dirempta, [2] Falernum ac Campanum agros dividit: ipſe jugis iiſdem exercitum reducit; miſſo exploratum cum quadringentis equitibus ſociorum L. Hoſtilio Mancino: qui ex turba juvenum audientium ſæpe ferociter concionantem magiſtrum equitum, progreſſus primo exploratoris modo, ut ex tuto ſpecularetur hoſtem; [3] ubi vagos paſſim per vicos Numidas vidit; per occaſionem etiam paucos occidit. extemplo occupatus certamine eſt animus, excideruntque præcepta dictatoris: [4] qui, quantum tuto poſſet, progreſſum prius recipere ſeſe juſſerat, quam in conſpectum hoſtium veniret. Numidæ alii atque alii occurſantes refugienteſque, ad caſtra prope ipſum cum fatigatione equorum atque hominum pertraxere. inde Cartalo, penes quem ſumma equeſtris imperii erat, concitatis equis invectus, quum, prius quam ad conjectum teli veniret, avertiſſet hoſtem, quinque millia ferme continenti curſu ſecutus eſt fugientes. Mancinus, poſtquam nec hoſtem deſiſtere ſequi, nec ſpem vidit effugiendi eſſe, cohortatus ſuos in prœlium rediit,

1 *Hæc per exploratores relata fama Fabio*] Vox *fama* extorris eſt bonis libris, & additamentum haud dubie correctorum. Scribe: *Hæc per exploratores res relata Fabio. Quum ſatis ſciret, per eaſdem anguſtias.* Perinde eſt quaſi dixiſſet, *Qui quum ſatis ſciret*: vel, *Is cum ſatis ſciret*. Solere autem Livium compendifacere id pronomen cum aliunde, tum ex principio operæ noſtræ meminiſti. Lib. 23. (*Hæc neque enim occulte gerebantur*) *quum relata Hannibali eſſent*. J. Fr. Gron.

2 *Falernum à Campano agro dividit*] Put. Petav. melior *Campanum*. Scribe: *Falernum ac Campanum agros dividit*. Uretiam Alb. Rubenio viſum. *Idem*.

3 *Ubi vagos paſſim per vicos Numidas vidit*] Deeſt vox ultima Put. Petav. utroque, reg. Men. immo & editis ante Moguntinum. Nec profecto deſideratur: ſenſus enim: ubi non modo hoc fecit, cujus ergo miſſus erat, ut ſpecularetur hoſtem ex tuto, ſed etiam paucos, per vicos paſſim vagantes, Numidas per occaſionem occidit. *Idem*.

4 *Qui quam tuto poſſet*] Put. *quem*: ſed tres Pall. & Voſſ. *quantum*, ut conjiceret quivis. *Idem*.

1 *Itaque*

rediit, omni parte virium impar. [1] Itaque ipſe, & delecti equitum, circumventi occiduntur. cæteri effuſo rurſus curſu Cales primum, inde, prope inviis callibus, ad dictatorem perfugerunt. Eo forte die Minucius ſe conjunxerat Fabio, miſſus ad firmandum præſidio ſaltum, qui ſuper Tarracinam, in arctas coactus fauces, imminet mari, [2] ne immunito Appiæ limite, Pœnus pervenire in agrum Romanum poſſet. Conjunctis exercitibus dictator ac magiſter equitum caſtra in viam deferunt qua Annibal ducturus erat. duo inde millia hoſtes aberant. Poſtero die Pœni, quod viæ inter bina caſtra erat, agmine complevere. Quum Romani ſub ipſo conſtitiſſent vallo, haud dubie æquiore loco, ſucceſſit tamen Pœnus [3] cum expeditis equitibus, atque ad laceſſendum hoſtem carptim & procurſando recipiendoque ſeſe, pugnavere. reſtitit ſuo loco Romana acies; lenta pugna & ex dictatoris magis, quam Annibalis fuit voluntate. ducenti ab Romanis, octingenti hoſtium cecidere. Incluſus inde videri 16

1 *Itaque ipſe & delecti equitum*] Livius ſolet dicere: *Itaque & ipſe & delecti*. J. Fr. Gron.

2 *Ne immunito Appiæ limite Pœnus pervenire in agrum Romanum poſſet*] Eſt novitium. Put. *nae adminuiſſe Pœnus Appiæ limite*. Nec differunt antiquiores alii. Scribe: *ne ab Sinueſſa Pœnus Appiæ limite pervenire in agrum Romanum poſſet*. Sinueſſanum agrum circumcirca tenebat Pœnus. Ideo ſuperius: *hoſteſque ſub oculis erant, Falernum agrum colonorumque Sinueſſæ tecta urentes*. Illuſtrat Strabo lib. 5. Ἐξῆς δ' ἐκτός ἐστι τῶν Κιρκαίων Τερρακῖνα ὄρος. Ἐνταῦθα ἡ συνάπτουσα τῇ θαλάττῃ πορθμὸν ἡ Ἀππία ὁδὸς, ἐκπεμπέτω μὲν ἀπὸ τῆς Ῥώμης μέχρι Βρεντησίου, πλείστη δ' ὁδοιπορίᾳ τὸ ὅπι θαλάττῃ πόλιν πάνυ ἐκπεπορισμένων μόνον, τῆς τε Τερρακίνης, καὶ τῆς ἐξῆς Φορμίων, καὶ Μινθύρνης καὶ Σινυέσσης, καὶ τῆς ἐκάτων Τέανου τε καὶ Βρεντησίου. Et infra: ἡ μὲν Ἀππία τὰ πρὸς θαλάττῃ ἀφορίζει. σὺν μέσῃ τῆς Λατίνης μέχρι Σινυέσσης. *Idem*.

3 *Cum expeditis equitibus, atque ad laceſſendum hoſtem raptim*] Vet. libri, *cum expeditis equitibus ad laceſſendum hoſtem carptim*: ut ſit ſenſus: Pœnus cum equitibus ad laceſſendum carptim hoſtem paratis ſucceſſit. Itaque procurſando, recipiendoque ſeſe pugnarunt. *Sigonius*.

Cum exped. &c. ad laceſſendum hoſtem raptim & procurſando] Put. & Pet. melior: *captim Pœni & procurando*. Voſſ. *captim ex procurando*. Duo Pal. *captim & procurando*: ex quibus alter *procurrendo*. Pet. alter, reg. tertius Pall. *carptim Pœni & procurando*. Lib. 44. *Si carptim aggrediendo circumagere immobilem longitudine & gravitate haſtam cogas*. Aliud latet. Scribe: *atque ad laceſſendum hoſtem capti impetus, & procurrendo recipiendoque ſeſe pugnavere*.

videri Annibal, [1] via ad Caſilinum obſeſſa : quum Capua & Samnium, & tantum ab tergo divitum ſociorum, Romanis commeatus ſubveheret : Pœnus contra , intra Formiana ſaxa , ac [2] Linterni arenas , ſtagnaque perhorrida ſitu , hibernaturus eſſet. Nec Annibalem fefellit , ſuis ſe artibus peti. itaque quum per Caſilinum evadere non poſſet , petendique montes & jugum Calliculæ ſuperandum eſſet , necubi Romanus incluſum vallibus agmen aggrederetur ; ludibrium oculorum , ſpecie terribile , ad fruſtrandum hoſtem commentus , principio noctis furtim ſuccedere ad montes ſtatuit. Fallacis conſilii talis apparatus fuit. Faces undique ex agris collectæ, faſceſque virgarum , atque arida ſarmenta , præligantur cornibus boum , quos domitos indomitoſque multos inter cæteram agreſtem prædam agebat. ad duo millia ferme boum effecta : Aſdrubalique negotium datum , ut primis tenebris noctis id armentum accenſis cornibus ad montes ageret. maxime , ſi poſſet , [3] ſuper ſaltus ab
17 hoſte inſeſſos. Primis tenebris ſilentio mota caſtra : boves aliquanto ante ſigna acti. ubi ad radices montium viaſque anguſtas ventum eſt ; ſignum extemplo datur, ut accenſis cornibus armenta in adverſos concitentur montes :

vere. Ut ſupra cap. 5. Nuſquam reperi Sigonii : *equitibus ad laceſſendum hoſtem carptim.* J. Fr. Gron.

1 *Et ad Caſilinum obſeſſus*] Put. *uiad Caſilinum obſeſſa.* Unde alii quoque boni : *ut ad Caſilinum obſeſſa.* Repone: *via ad Caſilinum obſeſſa.* Nam ſequitur mox : *quum per Caſilinum evadere non poſſet , petendique montes.* Ita Put. & quidquid tractavimus ſcriptorum præter Men. Voſſ. & Pal. unum , in quibus *petendumque.* quod è ſuo poſuit Lipſius. *Idem.*

Via ad Caſilinum obſeſſa] Dubito , oportueritne ſcripturæ codicis Puteanæi *uiad Caſ.* litera interjici, & ſic reponi ; an verius deleto *uiad* ſcribi *via Caſilinum* ; quod genus loquendi ſæpe corruptum, amatum tamen doctiſſimis veterum , & Livio etiam. Hoc lib. cap. ult. *Romam adventus.* Ubi vide. 32, 15. *Iter à Gomphis Ambraciam.* 42, 63. *Operibus oppugnatio.* Jac. Gron.

2 *Linterni*] Vet. lib. & Græci, *Literni.* Sigonius.

3 *Super ſaltus ab hoſte inſeſſos*] Vet. lib. *ſuper ſaltu ab hoſte inſeſſo.* Recte. Nam paulo ante dixit : *Minucius ſe conjunxerat Fabio ad firmandum præſidia ſaltum.* Item , *Qui ad tranſitus ſaltus inſidendos locati erant.* Saltum vocat Polybius τὰ στενὰ , id eſt , *anguſtias.* Idem.

1 *Ad*

tes: & metus ipſe relucentis flammæ ex capite, calorque jam [1] ad vivum ad imaque cornuum adveniens, velut ſtimulatos furore agebat boves. quo repente diſcurſu, haud ſecus quam ſilvis montibuſque accenſis, omnia circum virgulta ardere [2] capitumque irrita quaſſatio excitans flammam, hominum paſſim diſcurrentium ſpeciem præbebat. Qui [3] ad tranſitum ſaltus inſidendum locati erant, ubi in ſummis montibus ac ſuper ſe quoſdam ignes conſpexerunt, circumventos ſe eſſe rati præſidio exceſſere; [4] qua minime denſæ micabant flammæ, velut tutiſſimum iter, petentes ſumma montium juga. [5] tamen in quoſdam boves palatos ab ſuis gregibus inciderunt: & primo, quum procul cernerent, veluti flammas ſpirantium miraculo attoniti conſtiterunt: deinde, ut humana apparuit fraus, tum vero inſidias rati eſſe; [6] cum majore

1 *Ad vivum ad imaque cornuum*] Omnes veteres: *ad vivum divatimaque*. An, *ad vivum citimaque*. J. Fr. Gron.

2 *Capitumque inquietatio excitans flammam*] Petav. melior & optimus Florentinus: *captumquaeritaquaeratio*. Putean. *captumque rita quaeſatio*. Cæterorum lectiones adſcribere piget: nihil eſt enim monſtroſius. Ex illa autem antiqua ſcriptura nihil exit commodius, quam *capitumque irrita quaſſatio*. Dum nempe fruſtra excutere ignem moliuntur. Silius in eadem parte hiſtoriæ: *& quaſſantibus ægra Armentis capita*. Livius lib. 8. *Quum equus prioribus pedibus erectus magna vi caput quateret*. Plinius 8, 18. *Irrita feritas ſævit in littore*. J. Fr. Gr. Niſi nullo addito apice prætuleris, *capitumque cita quaſſatio*. ut 33,48. *Via cita*. 26, 15. *Eques citus*. Jac. Gron.

3 *Ad tranſitus ſaltus inſidendos*] Put. *ad tranſitum ſ. inſidendum*. J. Fr. Gron.

4 *Qua ingens emicabat flamma*] Scilicet, ſi Herculem OEtæum agere vellent. Omnes hic codices corrupti, leviſſime Put. cujus ſcripturam librarii adſequuti non ſunt. In eo erat à manu prima: *quamnim denſemicabant flamma*. Super ſecundum *M*, manu ſecunda poſitum erat *NG*. quod antiquiores alii ſunt ſecuti. nam Petavianus ille melior: *quam ingens micabant flammae*. Sed improbus iſte corrector fuit: faciendum enim fuerat: *qua minime denſa micabant flamma*. Sic lib. 31. *Ut quiſque minime multa ſtipendia haberet*. Cicero 1 Verr. *Quo quam minime multi ex illis de iſtius nefario ſcelere audire poſſent*. Cæſar 2 Gall. *Qua minime arduus ad noſtras munitiones aſcenſus videbatur*. Columella 1, 6. *Pedes decem vel minime novem*. Forſan &, *velut tutiſſimo itinere*. Idem.

5 *Tum in quoſdam boves palantes à ſuis*] Meliores: *tamen in quoſdam boves palatos ab ſuis*. Idem.

6 *Cum multo maximoque ſtrepitu*] Lipſius conjicit: *cum tumultu maximoque ſtrepitu*. Sed cum *ſtrepitus* ille nullus compareat in melioribus libris, cum Put. & Petav. *cum majore multo concitant*; reponi viſum eſt: *cum majore metu concitant*: ut Regius reddiderat. Quia ergo *leviquoque* habent omnes

jore metu concitant ſe in fugam; levi quoque armaturæ hoſtium incurrere. cæterum nox æquato timore, neutros pugnam incipientes ad lucem tenuit. Interea toto agmine Annibal tranſducto per ſaltum, & quibuſdam in ipſo ſaltu hoſtium oppreſſis, in agro Allifano poſuit caſtra.
18 Hunc tumultum ſenſit Fabius. cæterum & inſidias eſſe ratus, & ab nocturno utique abhorrens certamine, ſuos munimentis tenuit. Luce prima ſub jugo montis prœlium fuit. quo intercluſam ab ſuis levem armaturam facile (etenim numero aliquantum præſtabant) Romani ſuperaſſent, niſi Hiſpanorum cohors ad idipſum remiſſa [1] ab Annibale perveniſſet. ea aſſuetior montibus, & ad concurſandum inter ſaxa rupeſque aptior ac levior, cum velocitate corporum, tum armorum habitu, campeſtrem hoſtem, gravem armis ſtatariumque, pugnæ genere facile eluſit. Ita haudquaquam pari certamine digreſſi, Hiſpani fere omnes incolumes, Romani aliquot ſuis amiſſis, in caſtra contenderunt. Fabius quoque movit caſtra: tranſgreſſuſque ſaltum ſuper Allifas loco alto ac munito conſedit. Tum per Samnium Romam ſe petere ſimulans Annibal, uſque in Pelignos populabundus rediit. [2] Fabius mediis inter hoſtium agmen urbemque Romam jugis ducebat; nec abſtinens nec congrediens. Ex Pelignis Pœnus flexit iter, retroque Apuliam repetens, [3] Geronium pervenit; urbem metu, quia collapſa ruinis pars mœnium erat, ab ſuis deſertam. Dictator in Larinate agro caſtra communiit. inde [4] ſacrorum cauſſa Romam

omnes libri, non *levique*, ut cohæreat oratio, ſic legi debet: *tum vero inſidias rati eſſe, dum majore metu concitant ſe in fugam, levi quoque armatura hoſtium incurrere.* J. Fr. Gron.

1 *Ab Annibale perveniſſet*] Forte, *ſuperveniſſet*. Idem.

2 *Fabius mediis inter hoſtium*] Put. & Voſſ. *medios*. Pet. *medius*. & id verum puto. Sufficit enim *jugis ducere*, per montes. *Idem.*

3 *Gerionem pervenit*] Polybius Γερύνιον vocat. Stephanus: Γερούνιον πόλις Ἰταλίας, Καδμέας ἢ Γηρωνίαν τετάρτην κλῆσιν· τὸ ἐθνικὸν Γερυνῖνος. In vet. lib. ſæpe eſt *Gerionum*. Sigonius.

Gerionem perv.] Put. *Gerionum*. Alii *Gleronum* aut *Gerenum*. Lege *Gerunium* ex Polybio, ut notavit Sigonius. *J. Fr. Gron.*

4 *Sacrorum cauſa Romam revocatus*] Plutarchus, τῆς ἱερῶν κλήσεως αὐτὸν

sig

mam revocatus, non imperio modo, ſed conſilio etiam, ac prope precibus agens cum magiſtro equitum, *ut plus conſilio quam fortunæ confidat: & ſe potius ducem, quam Sempronium* Flaminiumque *imitetur, ne nihil actum cenſeret,* [1] *exacta prope æſtate per ludificationem hoſtis. medicos quoque plus interdum quiete, quam movendo atque agendo proficere. Haud parvam rem eſſe, ab toties victore hoſte vinci deſiſſe, & ab continuis cladibus reſpiraſſe.* Hæc nequicquam præmonito magiſtro equitum, Romam eſt profectus. Principio æſta- 19
tis, qua hæc gerebantur, in Hiſpania quoque [2] terra marique cœptum bellum eſt. Aſdrubal ad eum navium numerum, quem à fratre inſtructum paratumque acceperat, decem adjecit: [3] quadraginta navium claſſem Himilconi tradidit, atque ita Carthagine profectus navibus prope terram, exercitum in littore ducebat: paratus confligere quacumque parte copiarum hoſtis occurriſſet. Cn. Scipioni, poſtquam moviſſe ex hibernis hoſtem audivit, primo idem conſilii fuit: deinde minus terra pro-

eis Ρ'ὰμιλκα ὀπὶ πᾶσι δυνάμεως. *Sigonius.*

1 *Extracta prope æſtate*] Vet. lib. *exacta.* Sic paulo poſt: *per variam fortunam diei majore parte exacta.* Idem.

Exacta prope æſtate] Sic Sigonius, cum legeretur, *extracta.* Ut ſupra: *eodem tenore conſiliorum æſtatis reliquum extraxit.* Et lib. 32. *Ne ſine ullo effectu æſtas extraheretur.* Et ſervant *extracta* plurimi optimique codices. Cæſar lib. 5 Gall. *neque multum æſtatis ſupereſſet, atque id facile extrahi poſſe intelligeret.* Idem lib. 1 Civ. 32. *Latum ab decem tribunis plebis contradicentibus inimicis, Catone etiam acerrime repugnante & priſtina conſuetudine dicendi mora dies extrahente.* Fulvio placeret *diem* pro *die.* Id continuo receptum. Male: ſignificat enim Cæſar, non ſemel ea de re actum, quod ſatis etiam credibile eſt: itaque complures dies hoc modo extraxit vel exemit Cato. Valerius Maximus lib. 2, 10. *Cum inviſo Cæſare conſule adverſus publicanos dicendo in curia diem extraheret.* Pontanus in Analectis: Non producere diem Cato dicendo voluit, ſed veluti fallere & quam citiſſime terminare. Atqui hoc, quod ille utcumque pronuntiat, eſt extrahere diem, nempe fallere, detinere, abſumere, decipere, ne quid ſerii, aut quod inſtitutum eſt, peragatur. Illum tamen abduxit codex, qui *abſtraheret*: cujus ſermonis exemplum ægre reperiet. Noſter lib. 28. *Quibus cum extrahi æſtatem poſſe conſules crederent, nihilominus oppugnari poſſe Locros rati.* J. Fr. Gron.

2 *Terra marique cœptum bellum eſt*] Vet. lib. *pugnari cœptum.* Sigonius.

3 *Quadraginta navium claſſem Himilconi tradidit*] Polybius: Ἀσδρύβας ἐνήχθη πεπαρεσκευῶλα ναυσὶ κατάφρακτοις ἐκ Καινῆς πόλεως, προχειρισάμενος Ἀμίλκαν ἡγεμόνα ναύαρχον. Ex his verbis *Amilcarem* præfectum eſſe, non *Himilconem* apparet, niſi vitium ſit apud Polybium. *Idem.*

1 *Con-*

propter ingentem famam novorum auxiliorum [1] concurrere auſus, delecto [2] milite ad naves impoſito, [3] quinque & triginta navium claſſe ire obviam hoſti pergit. Altero ab Tarracone die ad ſtationem [4] decem millia paſſuum diſtantem ab oſtio Iberi amnis pervenit. inde duæ Maſſilienſium ſpeculatoriæ præmiſſæ retulerunt, claſſem Punicam ſtare in oſtio fluminis, caſtraque in ripa poſita. Itaque ut improvidos incautoſque univerſo ſimul effuſo terrore opprimeret, ſublatis ancoris ad hoſtem vadit. Multas & locis altis poſitas turres Hiſpania habet, quibus & ſpeculis & propugnaculis adverſus latrones utuntur. inde primo conſpectis hoſtium navibus, datum ſignum Aſdrubali eſt; tumultuſque prius in terra & caſtris, quam ad mare & ad naves eſt ortus; nondum aut pulſu remorum ſtrepituque alio nautico exaudito, aut aperientibus claſſem promontoriis; quum repente eques alius ſuper alium ab Aſdrubale miſſus, vagos in littore, quietoſque in tentoriis ſuis, nihil minus quam hoſtem aut prœlium eo die exſpectantes, conſcendere naves propere atque arma capere jubet. [5] claſſem Romanam jam haud procul portu eſſe. Hæc equites dimiſſi paſſim imperabant. mox Aſdrubal ipſe cum omni exercitu aderat: vario-

1 *Concurrere non auſus*] Vet lib. *accurrere*. Vere. Sic enim Polybius: τὸ μὲν κατὰ γῆν ἀπαντᾶν ἀπεδοκίμαζε. *Sigonius.*

2 *Milite in naves impoſito*] Ita quidem frequenter alibi. Sed Put. Petaviani, regius, Men. & quoſcumque vidi: *milite ad naves*. Quæ lectio vera eſt & elegans. *Ad naves* non debent jungi participio *impoſito*, ſed nomini *milite*. *Miles ad naves* eſt claſſiarius miles, ut *ad limina cuſtos, ad lecticam homines*. Noſter lib. 34. *Servos ad remum, numero ex cenſu conſtituto, cum ſtipendio noſtro dabamus. Imponere* ſic apud Ciceronem lib. 2 de Divin. *Cum M. Craſſus exercitum Brundiſii imponeret*. Polybius: λαβὼν ἐν τῷ πλοίῳ στρατιώτας τοὺς ὁπλιτικωτάτους ἄνδρας πρὸς τὴν ὁπλομαχίαν χρείαν. *J. Fr. Gron.*

3 *Quinque & triginta navium claſſe*] Polybius: συμπληρώσας ἢ πέντε καὶ τριάκοντα ναῦς. *Sigonius.*

4 X X *millia paſſuum*] Legendum X *millia*, ex vet. lib. & ex Polybio, qui LXXX ſtadia ait: καὶ κατῆρε δευτεραῖος ἐπὶ Ταράκωνος εἰς τοὺς ἀφ' ἑσπέρας τοῦ Ἴβηρος ποταμοῦ τόπους· καθορμισθεὶς δὲ τὸν ποταμὸν ἐν διοχίμοις ἀφ' οὗ ἐγγὺς ἑκατὸν σταδίους. *Idem.*

5 *Claſſem Romanam haud procul à portu eſſe*] Parum intereſt, ſed tamen omnes libri deficiuntur τοῦ ἀ. J. Fr. Gron.

1 *Fugien-*

varioque omnia tumultu ſtrepunt, ruentibus in naves ſimul remigibus militibuſque; [1] fugientium magis à terra quam in pugnam euntium modo. Vixdum omnes conſcenderant, [2] quum alii reſolutis oris in ancoras evehuntur: alii, ne quid teneat, ancoralia incidunt: raptimque omnia præpropere agendo, militum apparatu nautica miniſteria impediuntur, trepidatione nautarum capere & aptare arma miles prohibetur. Et jam Romanus non appropinquabat modo, ſed [3] direxerat etiam in pugnam naves. itaque non ab hoſte & prœlio magis Pœni, quam ſuomet ipſi [4] tumultu turbati, tentata verius pugna, quam inita, in fugam averterunt claſſem. & quum [5] adverſi amnis os lato agmine ac tam multis ſimul venientibus haud ſane intrabile eſſet, in littus paſſim naves egerunt: atque alii vadis, alii ſicco littore excepti, partim armati, partim inermes, ad inſtructam per littus aciem ſuorum perfugere. Duæ tamen [6] primo concurſu captæ erant Punicæ naves, quatuor ſuppreſſæ. Romani, quamquam terra hoſtium erat, armatamque aciem toto prætentam in littore cernebant, [7] haud cunctanter inſecuti trepidam hoſtium claſſem, [8] naves omnes quæ non aut

1 *Fugientium magis à terra*] Optimi: *è terra*. J. Fr. Gron.

2 *Cum alii reſolvunt oras, aut anchoram vellunt, alii ne quid*, &c.] Vet. lib. *cum alii reſolutis loris anchoram vellunt*, &c. *Sigonius.*

Quum alii reſolvunt oras, alii ancoram vellunt] Legendum, *quum alii reſolutis oris in ancoras evehuntur*. Diximus 4 Obſerv. 26. *J. Fr. Gron.*

3 *Direxerat etiam in pugnam & naves*] Neſciunt copulativam ſcripti. *Idem.*

4 *Tumultu turbabantur. Tentata*] Put. reg. Pet. melior & Pal. *turbati & tentata*. Sed, ut rotundior ſit oratio, delendum τὸ &. Idem.

5 *Averſi ac diverſo late agmine* &c. *haud ſane impenetrabiles eſſent*] Scribe: *Adverſi amnis os lato agmine ac tam multis ſimul venientibus haud ſane intrabile eſſet*. Diximus lib. 4 Obſ. 26. *Idem.*

6 *Primo concurſu*] Vet. lib. *primo occurſu*. Sigonius.

7 *Haud cunctanter tamen inſequuti*] Deeſt vetuſtioribus *tamen*. J. Fr. Gron.

8 *Naves omnes quæ non aut perfregerant*] Ex Punica claſſe x L navium haud dubie quædam, quæ agmen fugientium duxerunt, evaſere in oſtium fluminis, quod tamen cum tam multis ſimul venientibus intrabile non eſſet, plurimi paſſim in litus naves ſuas egerunt. Eas vero vel proras ſicco litore exceptas fregiſſe, vel in vadis fixiſſe carinas dubitari nequit. Romanos has extraxiſſe omnes exceptis forte paucis, quæ pro-

aut perfregerant [1] proras littore illisas, aut carinas fixerant vadis, religatas puppibus in altum extraxere. [2] ad quinque & viginti naves ex quadraginta cepere. Neque id pulcherrimum ejus victoriæ fuit, sed quod una levi pugna toto ejus oræ mari potiti erant. [3] itaque ad Honoscam classe provecti, exscensione ab navibus in terram facta, quum urbem vi cepissent, captamque diripuissent, Carthaginem inde petunt: atque omnem agrum circa depopulati, postremo [4] tecta quoque injuncta muro portisque

ras penitus perfregerant, verisimile facit numerus captarum navium. Nulla certe fuit causa, cur integras naves vadis tantummodo hærentes non abducerent. Et apparet fuisse aliquo molimine opus, quod puppibus religatas extraxere. Ex his constare existimo delendam esse negativam, aut saltem loco suo movendam, legendumque *quæ aut non perfregerant*. Jac. Perizonius.

1 *Proras littore illisas*] Vet. lib. *litteri*. Sigonius.

Proras littore illis.] Vetustiores *litoreis*. J. Fr. Gron.

2 *Ad V & XX naves ex XXX cepere*] Puto legendum, *ex XL*. tot navium classis Asdrubalis fuit, ut ante scripsit. XXV captas item tradit Polybius. *Sigonius*.

3 *Itaque ad Honoscam classe profecti, exscensu e navibus in terram facto*] Put. *adonusam cl. provecti*. Promptum quidem, *Ophiusam*, ni continentis oras se commemorasse hactenus ipse testaretur Livius, ubi ad Ebusum venit. Lege: *ad Oscam*. Hanc enim inter Illergetas non procul ab Ibero sitam scribit Strabo lib. 3. etsi *Ileosca* illic appelletur, sed *Oscam* legendum docet Lud. Nonius in Hispania sua cap. 83. Quia autem & scripti, *exscensio ab n. i. t. facta*, lege: *exscensione ab navibus in terram facta*. J. Fr. Gron.

4 *Tecta quoque conjuncta muro*] Vet. lib. *juncta*. Sigonius.

Tecta quoq. conjuncta m.] Put. *inconcta*. Men. Pal. Voss. *inconjuncta*. Petaviani, regius: *incomta*. Unus Pal. *injuncta*. Memini quæ de hoc verbo supra. Sed optima videtur Sigoniani & tertii Pal. lectio: *tecta quoque juncta*. Lib. 10. *Quorum erant ædificia juncta muro*. Ovidius 1 de Ponto el. 9. *Flaminie Claudia juncta via*. Lib. 2 el. 4. *Nos fora viderunt pariter, nos porticus omnis, Nos via, nos junctis curva theatra locis*. Sic meliores scripti. Male vulgo: *cunctis*: & pejus ille conjector: *vinctis jocis*. *Juncta loca* sunt vicina. Mamertinus Genethliac. *ambo sunt. pariter sunt. quam junctim sedent!* A. Gellius 12, 8. *Fors fuit, ut apud eandem mensam duo illi junctim locarentur*. Iterum Ovidius 6 Fastorum: *res est Romana. tuetur Vesta, quod adsiduo lumine juncta videt*. Ut olim emendabamus ad Statium. Quam correctionem firmat ipse auctor lib. 3 ubi Cæsarem pontificem ait præesse Vestæ: *imperii pignora juncta vides*. Hinc & Claudianum intelligo in consulatu Olybrii & Probini: *Calido si quis conjunctus in axe Nascentem te, Nile, bibit*. Ubi nimis æstuant, qui emendant *compunctus*, aut explicant cognatus, aut huic loco sanando pares se non esse fatentur. Nulla opus nova sanitate sano. *Conjunctus* est vicinus, propinquus, admotus ortui Nili. *J. Fr. Gron.*

tiſque incenderunt. Inde jam præda gravis ad Longunticam pervenit claſſis: [1] ubi vis magna ſparti ad rem nauticam congeſta ab Aſdrubale. quod ſatis in uſum fuit, ſublato, cæterum omne incenſum eſt. Nec continentis modo projectas oras prætervecta, ſed in Ebuſum inſulam tranſmiſſum. ubi urbe, quæ caput inſulæ eſt, biduum nequicquam ſummo labore oppugnata, ubi in ſpem irritam fruſtra teri tempus animadverſum eſt, ad populationem agri verſi, direptis aliquot incenſiſque vicis, majore quam ex continenti præda parta, quum in naves ſeſe recepiſſent, ex Balearibus inſulis legati pacem petentes ad Scipionem venerunt. Inde flexa retro claſſis, reditumque in citeriora provinciæ: quo omnium [2] populorum, qui Iberum incolunt, multorum & ultimæ Hiſpaniæ legati concurrerunt. Sed qui verè ditionis imperiique Romani facti ſunt, obſidibus datis, populi amplius fuerunt centum viginti. Igitur terreſtribus quoque copiis ſatis fidens Romanus, uſque ad ſaltum Caſtulonenſem eſt progreſſus. Aſdrubal in Luſitaniam ac propius Oceanum conceſſit. Quietum inde fore videba- 21
tur reliquum æſtatis tempus, [3] fuiſſetque per Pœnum hoſtem; ſed præterquam quod ipſorum Hiſpanorum inquieta avidaque in novas res ſunt ingenia, [4] Mandonius Indibiliſque, qui antea Illergetum regulus fuerat, poſt-

1 *Ubi vis magna ſparti fuit*] Nuſquam comparet τὸ *fuit*. J. Fr. Gron.

2 *Populorum qui Iberum incolunt*] Lege: *qui circa Iberum incolunt*. ut libro præcedente. Vel, *qui Iberum accolunt*. Idem.

3 *Fuiſſetque per Pœn. hoſtem*] Vet. lib. *ſ. propter per P. h.* Sigonius.

Fuiſſetque prope per Pœnum] *Prope*, quod addidit Sigonius, omnes boni libri ignorant. *J. Fr. Gron.*

4 *Mandonius vir nobilis qui*] Glareanus, cum legeret, *ad populandum venerunt*, ſollicitus erat, ut probaret haud invito Priſciano dici: *Mandonius concitis popularibus venerunt*. Poſtea nèſcio quis audaculus ſuppoſuit, *venit*, contra omnes MSS. quos quidem vidimus: conſtanter enim illi, *venerunt*. Sed Pur. *Mandonius Indebiliſque*. Quod non prius vidi, quam ſuccurrit hunc eſſe illum Polybio Ἀνδοβάλλιον, Livio *Indibilem* dictum, Hiſpaniæ & quidem Illergetum regulum. Lib. 26. *Mandonii uxor, qui frater Indibilis Illergetum reguli erat*. Idem poſtea in multis aliis codd. invenimus, etiam in excerptis unius Pall. Alii: *Mandonius inde nobilis*. Idem.

poſtquam Romani ab ſaltu receſſere ad maritimam oram, concitis popularibus in [1] agrum pacatum ſociorum Romanorum ad populandum venerunt. [2] Adverſus eos tribunus militum cum expeditis auxiliis à Scipione miſſi, levi certamine, ut tumultuariam manum, [3] fudere omnes, occiſis quibuſdam captiſque, [4] magnaque parte armis exuta. Hic tamen tumultus cedentem ad Oceanum Aſdrubalem, cis Iberum ad ſocios tutandos retraxit. Caſtra Punica in agro Ilercaonenſium, caſtra Romana ad novam claſſem erant; [5] quum fama repens alio vertit bellum. [6] Celtiberi, qui principes regionis ſuæ legatos miſerant obſideſque dederant Romanis, nuncio miſſo à Scipione exciti arma capiunt, provinciamque Carthaginienſium valido exercitu invadunt; tria oppida vi expugnant. inde cum ipſo Aſdrubale duobus prœliis egregie pugnantes, quindecim millia hoſtium occiderunt:

1 *Agrum pacatum ſociorum Romanorum*] Liber optimus: *pacatum ſocios Romanorum ad populandum venerunt.* Lege: *ſocios Romanorum depopulatum.* Sic Samnites ad Hannibalem lib. 23. *Ita ſumus aliquoties hac æſtate devaſtati.* Aut ſi vulgatum mavis, accipe quaſi factum ex *ſocii Romanorum*, non ex *ſocii Romani:* neque enim ita loquuntur veteres. Eſtque ambiguitas eadem lib. 23. *Perculit eum præfectorum navium tranſitio.* Sic & poteſt intelligi *ſociorum Romanorum.* J. Fr. Gron.

2 *Adverſus eos tribus millibus cum expeditis auxiliis à Scipione miſſis*] Optimi codices: *tribus militibus*, & deinde, *miſſi.* Scribe: *Adverſus eos tribunus militum cum expeditis auxiliis à Scipione miſſi.* Genus loquendi, quale lib. 21, 60 obſervavimus: *dux cum aliquot principibus capiuntur.* De miniſterio autem tribunorum ſimili lib. 32. *Quatuor millia inde lecta peditum & trecentos equites tribuno militum tradit.* Quintius puta ad Aoum amnem. Lib. 38. *Conſul tribuno militum miſſo cum modica manu, caſtellum vi receptum Alabandenſibus reddidit.* Lib. 42. Cn. Sicinius pr. *inde tribunos cum duobus millibus militum ad occupanda Daſſaretiorum & Illyriorum caſtella, ipſis arceſſentibus præſidia, ut tutiores à finitimorum impetu Macedonum eſſent, miſit.* Idem.

3 *Fudere, multis occiſis, quibuſdam captis*] Put. *Fudere omnis occiſis quibuſdam captiſque.* inter verſus monſtrabatur, *omnibus*, quod in duobus Pet. duobus Pall. reg. Men. Voſſ. inde viſitur. Sed ex principe lectione Salmaſius: *Fudere omnes, occiſis quibuſdam captiſque.* Idem.

4 *Magnaque parte armis exuta*] Ab Aldo ortum eſt. Priores ut & Voſſ. Gud. Mur. Pall. *magna pars armis exuta.* Idem.

5 *Quum fama repens alio vertit bellum*] Put. Pet. melior, *avertit.* Idem.

6 *Celtiberi principes qui regionis ſuæ legatos obſideſque*] Merito diſplicuit Ph. Rubenio, qui *legarant.* Put. *Celtiberi qui principes regionis ſuæ legatos miſerant obſideſque dederant.* Idem.

1 Com-

zed by Google

runt: quatuor millia cum multis militaribus ſignis capiunt. Hoc ſtatu rerum in Hiſpania, P. Scipio in provinciam venit, prorogato poſt conſulatum imperio, ab ſenatu miſſus cum triginta longis navibus, & octo millibus militum, magnoque [1] commeatu advecto. Ea claſſis ingens agmine onerariarum procul viſa, cum magna lætitia civium ſociorumque, portum Tarraconis ex alto tenuit. ibi milite expoſito, profectus Scipio fratri conjungitur: ac deinde communi animo conſilioque gerebant bellum. Occupatis igitur Carthaginienſibus Celtiberico bello, haud cunctanter Iberum tranſgrediuntur: nec ullo viſo hoſte Saguntum pergunt ire, quod ibi obſides totius Hiſpaniæ cuſtodiæ traditos ab Annibale fama erat modico in arce cuſtodiri præſidio. id unum pignus, inclinatos ad Romanam ſocietatem omnium Hiſpaniæ populorum animos morabatur, [2] ne ſanguine liberûm ſuorum culpa defectionis lueretur. Eo vinculo Hiſpaniam vir unus [3] ſolerti magis quam fideli conſilio, exſolvit. [4] Abelox erat Sagunti nobilis Hiſpanus, fidus antè Pœnis: tum ([5] qualia pleraque ſunt barbarorum ingenia) cum fortuna mutaverat fidem. cæterum transfugam ſine magnæ rei proditione venientem ad hoſtes nihil 22

1 *Commeatu adjecto*] Vet. lib. *advecto*. Sigonius.

2 *Ne ſanguine liberorum*] Put. manus prior: *liberum ſuorum*. Lib. 1. *Illas in ſocietate fortunarum omnium, & quo nihil carius humano generi ſit, liberum fore. Et, nepotum illi, liberum hi progeniem. Et, puerum liberum loco cæptum haberi.* Sic lib. 21, 17 ex noſtris dedimus: *& ſocium quantum ipſi videretur*. J. Fr. Gron.

3 *Soleri magis quam fideli*] Put. Pet. melior, duo Pall. Voſſ. *ſolertia magis quam fideli conſilio*. Idem.

4 *Acedux erat Sagunti nobilis Hiſp.*] Hic à Polybio dicitur Ἀβίλυξ, conſtantiſſima libri fide, ut *Abilux* vocandus eſſe videatur. *Sigonius*. Editiones quaſdam habere video *Acedux*. Scriptus Cantabrigiæ & Men. cum Voſſ. *exſocietate dux erat*. Put. Pet. *exſollicitate luxerat*. Unde duntaxat apparet ab Livio etiam fuiſſe appellatum *Abelux* vel *Abelyx*. non *Abelox*, quod editos occupat. Neque mihi dubitandum unquam duxi, veſtigia hujus ipſius nominis elucere in altero nomine principis Celtiberorum adoleſcentis, quod Livio 26, 50 editur *Allucius*, in MSS. *Luccius*. Jac. Gron.

5 *Qualia pleraque ſunt barbarorum*] Omnes: *plerumque ſunt barbarorum ingenia*. J. Fr. Gron.

hil aliud quam unum vile atque infame corpus esse ratus, id agebat ut quam maximum emolumentum novis sociis esset. Circumspectis igitur omnibus, quæ fortuna potestatis ejus poterat facere, obsidibus potissimum tradendis animum adjecit: eam unam rem maxime ratus conciliaturam Romanis principum Hispaniæ amicitiam. Sed quum injussu Bostaris præfecti satis sciret nihil obsidum custodes facturos esse; Bostarem ipsum arte aggreditur. Castra extra urbem in ipso littore habebat Bostar, [1] ut aditum ex portu intercluderet Romanis, ibi eum in secretum abductum, velut ignorantem, [2] monet quo statu sit res. *Metum continuisse ad eam diem Hispanorum animos, quia procul Romani abessent: nunc vix Iberum castra Romana esse, arcem tutam, perfugiumque novis volentibus rei. itaque quos metus non teneat, beneficio & gratia devinciendos esse.* Minanti Bostari, percunctantique, quodnam id subitum tantæ rei donum possit esse? *Obsides*, inquit, *in civitates remitte. id privatim parentibus, quorum maximum nomen in civitatibus est suis,* [3] *& publice populis gratum erit. Valet sibi quisque credi, & habita fides ipsum plerumque obligat fidem. Ministerium restituendorum domos obsidum mihimet depesco ipse, ut opera quoque impensa consilium adjuvem meum, & rei suapte natura*

1 *Ut aditum ex portu intercluderet Romanis*] Toleranda forsitan scriptura. Nihilominus si Saguntus portum habuit, mirari profecto oportet, nullam ejus in tam notabili obsidione vel à Livio vel à Polybio mentionem factam, nec etiam ullo alio in loco præter hunc; & quî ne semel quidem aliqua classis sive Punica seu Romana illuc applicuerit. Cur denique ipse nunc Publius Scipio cum exercitu illuc ire dicitur maluisse itinere terrestri? Sed nec Polybius, quem nunc exprimit Livius, Saguntini portus mentionem hoc loco facit, ac tantummodo Bostarem ait ἐξεπιτηδεύειν τὸν Ζακάνθης ἐν τοῖς πρὸς θάλασσαν μέρεσι. Tum sitam eam dixit præcedenti libro non in litore, non ad fluviolum quendam, sed passus mille à mari reductam. Ut scias, quid velim. Tam suspecta mihi occurrit vulgata lectio, quam arridet Cantabrig. & Petav. *ut aditum ea parte intercluderet Romanis.* Jac. Gronovius.

2 *Monet in quo statu sit res*] Optimi præpositionem ignorant. Cicero 15 Fam. 20. *Ut existimare possimus, quo statu simus.* Revise ad 3, 68. *J. Fr. Gron.*

3 *Et publice populis*] Malim: *id privatim parentibus*, &c. *id publice populis gratum erit.* Vel potius: *Id & privatim par.* &c. *& publice.* Nam MSS. inde. Idem.

1 Nomi-

tura grata, quantam insuper gratiam possim, adjiciam. Homini non ad cætera Punica ingenia callido ut persuasit, nocte clam progressus ad hostium stationes; conventis quibusdam auxiliaribus Hispanis, & ab iis ad Scipionem perductus, quid afferret expromit. Fide accepta dataque, ac loco & tempore constituto ad obsides tradendos, Saguntum redit; diem insequentem absumpsit cum Bostare, mandatis ad rem agendam accipiendis. dimissus, quum se nocte iturum, ut custodias hostium falleret, constituisset, ad compositam cum iis horam excitatis custodibus puerorum profectus, veluti ignarus in præparatas sua fraude insidias ducit. In castra Romana perducti. cætera omnia de reddendis obsidibus, sicut cum Bostare constitutum erat, acta per eundem ordinem, quasi Carthaginiensium [1] nomine sic ageretur. Major aliquanto Romanorum gratia fuit in re pari, quam quanta futura Carthaginiensium fuerat. illos enim graves superbosque in rebus secundis expertos, fortuna & timor mitigasse videri poterat. Romanus primo adventu, incognitus ante, ab re clementi liberalique initium fecerat; & Abelox vir prudens haud frustra videbatur socios mutasse. itaque ingenti consensu [2] defectionem omnes spectare: armaque extemplo mota forent, ni hiems, quæ Romanos quoque & Carthaginienses concedere in tecta coëgit, interveniſſet. Hæc in Hispania quoque secunda æstate Punici belli 23
gesta, quum in Italia paululum intervalli cladibus Romanis solers cunctatio Fabii feciſſet: quæ ut Annibalem non mediocri sollicitum cura habebat, tandem eum militiæ magistrum delegisse Romanos cernentem, qui bellum

1 *Nomine sic agerentur*] Put. Pet. Pal. Voss. aliique non malæ notæ, *nomine sic ageretur*. J. Fr. Gron.

2 *Ad defectionem omnes*] Idem, *consensu defectionem omnes spectare*, sine præpositione. Lib. 3. *Juventus qua inter tales metus detrectationem militiæ telum acerrimum adversus Patres habere solita erat, bellum & arma spectabat.* Lib. 10. *Samnites arma & rebellionem spectare.* Hoc libro: *nobiles juvenes quosdam, quorum principem L. Cæcilium Metellum, mare ac naves spectare.* Idem.

lum ratione, non fortuna gereret; ita contempta erat inter cives armatos pariter togatosque; utique postquam absente eo, temeritate magistri equitum, [1] læto, verius dixerim, quam prospero eventu, pugnatum fuerat. Accesserant duæ res ad augendam invidiam dictatoris: una fraude ac dolo Annibalis, quod quum à perfugis ei monstratus ager dictatoris esset, omnibus circa solo æquatis, ab uno eo ferrum ignemque & vim omnem hostium abstineri jussit, ut occulti alicujus pacti ea merces videri posset: altera ipsius facto, primo forsitan dubio, quia non expectata in eo senatus auctoritas est: ad extremum haud ambigue in maximam laudem verso, in permutandis captivis: quod, sicut primo Punico bello factum erat, convenerat [2] inter duces Romanos Pœnumque, ut [3] quæ pars plus reciperet quam daret, [4] argenti pondo bina & selibras in militem præstaret. [5] Ducentos quadraginta septem

1 *Læto ut verius dixerim quam prospero*] Elegantius τὸ *ut* omittit Put. cum socio Pet. Alludunt que alii, *læto ut prius*, aut *læto ne prius* exhibendo. Suetonius Caligula cap. 13. *Populum Romanum vel dicam hominum genus.* Ut ibi liber Pithœi. Cicero 9 ad Atticum ep. 7. *Unum illud extimescebam, ne quid turpiter facerem, vel dicam, jam effecissem.* Alibi ne *dixerim* quidem addit noster. Lib. 27. *Ab Romano extra Italiam, in exilium verius quam in militiam ablegari.* Lib. 40. *Ab Liguribus latronibus verius quam hostibus justis.* Lib. 41. *Pecora in fanis trucidant verius passim quam rite sacrificant.* J. Fr. Gron.

2 *Inter duces Romanos Pœnumque*] Omnes auctores tribuunt hoc uni e Romanis Fabio. Etiam Livius vocat *ipsius factum*, quod ipsi uni conflaverit invidiam, quoniam non consuluisset patres. Scribendum haud dubie *inter duces Romanum Pœnumque.* Quod clarissime etium ex eo patet, quod paulo post sequitur, *quum plures Romanus quam Pœnus recepisset*: quo evidenter hæc verba, quæ emendamus, respici, nec intelligi Romanum populum sed ipsum ducem, unum illum Fabium, ex contextu verborum satis perspici potest. Infra 24, 15. *Quum utrinque duces Romanus Bruttium Lucanumque, Pœnus Romana municipia verbis obtereret.* 30, 13. *Duos Imperatores Pœnum Romanumque.* Jac. Perizonius. In Voss. *Romanos* quidem scriptum est, sed duabus postremis literis *m* sum superimposito. Sed & in scedis suis Salmasium ista ex MS. Puteaneo scripsisse certio: *inter duces Romanosum Pœnumque.* Lege, *inter duces Romanum Pœnumque.* Jac. Gron.

3 *Quæ pars plus reciperet*] Put. *Quæ pars priurrec.* An fuit *plures*, nempe captivos? Nec moverim tamen vulgatam, ad quam intelligis, *captiverum.* J. Fr. Gron.

4 *Argenti pondo bina & selibras*] Plutarch. vertit: ὁρμιὰς ἑκατέρῳ τῶν στρατιωτῶν. Sigonius.

5 CCXLVII *cum plures*] Plutarchus, *ducentos quadraginta* vertit. Verecar ne scriptum fuerit, CCXLII. *Idem.*

1 *Tardius*

ptem quum plures Romanus quam Pœnus recepiſſet, argentumque pro eis debitum, ſæpe jactata in ſenatu re, quoniam non conſuluiſſet Patres, [1] tardius rogaretur: inviolatum ab hoſte agrum [2] miſſo Romam Quinto filio vendidit, fidemque publicam impendio privato exſolvit. Annibal [3] pro Geronii mœnibus, cujus urbis captæ atque incenſæ [4] ab ſe, in uſum horreorum [5] pauca reliquerat tecta, in ſtativis erat. inde frumentatum duas exercitus partes mittebat: cum tertia ipſe expedita in ſtatione erat, ſimul caſtris præſidio, & circumſpectans necunde impetus in frumentatores fieret. Romanus tunc exercitus in agro Larinati erat. præerat Minucius magiſter equitum; profecto, ſicut ante dictum eſt, ad urbem dictatore. Cæterum caſtra, quæ in monte alto ac tuto loco poſita fuerant, jam in planum deferuntur: agitabanturque pro ingenio ducis conſilia calidiora, ut impetus aut in frumentatores [6] palatos, aut in caſtra relicta cum levi præſidio fieret. Nec Annibalem fefellit, cum duce mutatam eſſe belli rationem, & ferocius, quam conſultius, rem hoſtes geſturos. Ipſe autem (quod minime quis crederet) quum hoſtis propius eſſet, tertiam partem militum frumentatum, duabus in caſtris retentis, dimiſit: deinde caſtra ipſa propius hoſtem movit; [7] duo ferme à Geronio millia, [8] in tumulum hoſti conſpectum: 24

1 *Tardius rogaretur*] *Rogaretur*, pro *erogaretur*, dictum videtur. *Sigonius.*

Tardius rogaretur] Scribe omnino: *tardius erogaretur*: ut ſane & nonnulli habent libri. nam *rogare* veteres dixiſſe pro *erogare* non perſuadet Sigonius. *J. Fr. Gron.*

2 *Miſſo Romam filio*] Put. *miſſo Romanoque filio*. Emenda: *miſſo Romam Quinto filio*. Idem.

3 *Pro Gerionis mœnibus*] Put. & alii: *Geriani*. Lege, *Gerunii*, vel *Geronii*. Idem.

4 *Ab ſe uſum horreorum*] Vet. lib. *in uſum horreorum*. Polybius: βυλόμενος στρατολόγοις χρήσασθαι πρὸς τὰ παρασκευασίαν. *Sigonius.*

5 *Pauca reliquerat tecta, ſtativa habebat*] Put. *Caucalequatratecta inſtituiſeſerant*. Alii *inſtitui ſenſerant*. Valla, *reſtitui juſſerat*. Propius eſt: *pauca reliquerat tecta, in ſtativis erat*. J. Fr. Gron.

6 *Palantes aut in caſtra*] Meliores: *palatos aut in caſtra relicta cum levi præſidio fieret*, Tà *manus* & *que* exulant. *Idem.*

7 *Duo ferme à Gerione millia*] Polybius:

ſpectum: ut intentum ſciret eſſe ad frumentatores, ſi qua vis fieret, tutandos. Propior inde ei, atque ipſis imminens Romanorum caſtris tumulus apparuit: ad quem capiendum ſi luce palam iretur, quia haud dubie [1] hoſtis breviore via præventurus erat, nocte clam miſſi [2] Numidæ ceperunt. quos tenentes locum contempta paucitate Romani [3] poſtero die quum ejeciſſent, ipſi eo transferunt caſtra. Tum itaque ut exiguum ſpatii vallum à vallo aberat, & id ipſum totum prope compleverat Romana acies, ſimul & [4] per averſa caſtra à caſtris Annibalis equitatus cum levi armatura emiſſus in frumentatores latè cædem fugamque hoſtium palatorum fecit. nec acie certare Annibal auſus: quia tanta paucitate vix caſtra, ſi oppugnarentur, tutari poterat. Jamque [5] artibus Fabii pars exercitus aberat, jam ferme ſedendo & cunctando bellum gerebat, receperatque ſuos in priora caſtra, quæ pro Geronii mœnibus erant. Juſta quoque acie & collatis ſignis dimicatum, quidam auctores ſunt. primo concurſu Pœnum uſque ad caſtra fuſum, inde eruptione facta repente verſum terrorem in Romanos: [6] Numerii

lybius: δοὺς δ' πόλιν ἐκκαιδέκατος ἐπεδίωξε. *Sigonius.*

8 *In tumulum hoſti conſpectum*] Reſtituimus veterem lectionem. Lipſius è codice ſuo notaverat: *hoſtium in conſpectu.* id continuo editores in contextum. Poterat utroſque prohibere, qui Titium docuit, quid eſſet *conſpectus locus*, lib. 9 Anim. 1. *J. Fr. Gron.*

1 *Hoſtibus breviore via præventus eſſet*] Boni libri omnes, *præventurus erat.* Recte, ſed & finge, *hoſti*: quod genus mendi non inſolens libris antiquis jam ante notavimus. *Idem.*

2 *Numidæ ceperunt*] Facile pateret ita finiri hoc colon: *nocte clam miſſi Numidæ.* & τὸ *ceperunt* abigi in malam crucem. *Idem.*

3 *Poſtero die quam ejeciſſent*] Lego, *dejeciſſent.* Ut Horatius: *Præſidium regale loco dejecit.* Sen. de Prov. 4. *Aut explorent iidem, aut præſidium loco dejiciant.* Idem.

4 *Per averſa caſtra à caſtris Hannibalis*] Geſtio inducere τὰ *caſtris Hannibalis*, tanquam ab interprete appoſita. *Idem.*

5 *Artibus Fabii pars*] Scribimus de conjectura: *jamque artibus Fabii, dum pars exercitus aberat, ferme ſedendo & cunctando, bellum gerebat.* Schelius tamen noſter putabat ſalvum locum modo illa, *pars exercitus aberat*, virgulis includerentur. Ut etiam Franc. Sanctius. Muretus: *jamque artibus Fabii par erat: jam ferme ſedendo.* Idem.

6 *Numerii Decimi Samnitis deinde adventu*] In vet. lib. eſt, *interventu.* Porro autem *Decimii* legendum eſt. Nam *Numerius* prænomen eſt. *Decimiorum* autem ſæpe mentio fit. *Sigon.*

Numerii Decimi Samnitis de. adv.] Opti-

merii Decimii Samnitis deinde interventu prœlium reſtitutum. Hunc principem genere ac divitiis, non Boviani modo, unde erat, ſed toto Samnio, juſſu dictatoris octo millia peditum, & [1] equites ad quingentos ducentem in caſtra, ab tergo quum apparuiſſet Annibali, [2] ſpeciem parti utrique prœbuiſſe novi ſubſidii, tanquam Fabio ab Roma veniente: Annibalem inſidiarum quoque aliquid timentem recepiſſe ſuos: Romanum inſecutum, adjuvante Samnite duo caſtella eo die expugnaſſe: ſex millia hoſtium cæſa, quinque admodum Romanorum. tamen in tam pari prope clade famam egregiæ victoriæ cum vanioribus litteris magiſtri equitum Romam perlatam. De his rebus perſæpe in ſenatu & in concione actum eſt. Quum læta civitate dictator unus nihil nec famæ, nec litteris [3] crederet, ut vera omnia eſſent, ſecunda ſe magis quam adverſa timere diceret, tum [4] M. Metilius tribunus plebis, [5] *id enim ferendum eſſe negat. Non præſentem ſolum dictatorem obſtitiſſe rei bene gerendæ,*

Optimi libri, *deinde ventu*. Repone ut voluit Sigonius: *Decimii Samnitis deinde interventu*. Lib. 10. *Ibi interventu Gellii cohortiumque Sabellarum paullisper recruduit pugna*. J. Fr. Gron.

1 *Equites ducentos adducentem in caſtra*] Neſciunt MSS. τὸ *ducentos*. Lege: *& equites* D *ducentem*. Idem.

2 *Spem parti utrique prabuiſſe*] Probi codices, *ſpeciem*. Lib. 26. *Errore ſpeciem haud vanam mendacio prabentes verberati ac ſecuri percuſſi tranſfuga*. Sed & meliores: *novi præſidii*, non *ſubſidii*. Continua: *tum quaſi Fabio ab Roma veniente*. non *tumque*. neque enim veniebat, ſed venire falſo Hannibali credebatur. Melius tamen omnia MSS. *tum Q. Fabii ab Roma venientis*. Idem.

3 *Crederet, ut ſi vera omnia eſſent*] Vet. lib. *& ut vera omnia eſſent*. Sigon.

Crederet, ut ſi vera omnia] Sigonius, *& ut vera*: quod nos etiam forte alicubi, ſed in Put. Pet. reg. Men. Voſſ. duobus Pal. Andrea & ejus æmulis invenimus: *crederet; ut vera*. Aſyndeton eſt elegans. Τὸ *ut* autem pro quamvis. Vide 3 Obſ. 6. *J. Fr. Gron.*

4 *Metellus tribunus plebis*] Hic à Plutarcho Μετίλιος dicitur. Fuit autem etiam gens *Metilia*, è qua tribuni pl. multi, atque ita puto legendum. Nam *M. Cacilius Metellus* dixiſſet, ut infra *L. Cacilium Metellum* deſerendæ Italiæ auctorem nominabit. Hujus *M. Metilii* legati cum *L. Latorio* meminit etiam libro 25. *Sigonius.*

5 *Id unum enimvero*] *Unum*, abeſt à veteribus libris. *Idem.*

Id unum enimvero ferendum eſſe negat] Optimi quique τὸ *unum* & *vero* non agnoſcunt, ſed ita: *id enim ferendum eſſe negat*. Puriſſime, & hic uſus particulæ tanquam adverſativæ Plauto frequens. *J. Fr. Gron.*

1 *Duas*

da, ſed abſentem etiam geſta obſtare: & in ducendo bello ſedulo tempus terere; quo diutius in magiſtratu ſit, ſoluſque & Romæ & in exercitu imperium habeat. Quippe conſulum alterum in acie cecidiſſe, alterum ſpecie claſſis Punicæ perſequendæ procul ab Italia ablegatum. [1] Duos prætores Sicilia atque Sardinia occupatos, quorum neutra hoc tempore provincia prætore egeat. M. Minucium magiſtrum equitum, ne hoſtem videret, ne quid rei bellicæ gereret, prope in cuſtodiam habitum. Itaque hercule non Samnium modo, quo jam tanquam trans Iberum agro Pœnis conceſſum ſit, [2] ſed Campanum, Calenumque, & Falernum agrum pervaſtatos eſſe; ſedente Caſilini dictatore, & legionibus populi Romani agrum ſuum tutante. [3] Exercitum cupientem pugnare, & magiſtrum equitum, clauſos prope intra vallum retentos, tanquam hoſtibus captivis arma adempta. tandem ut abſceſſerit inde dictator, ut obſidione liberatos, extra vallum egreſſos fudiſſe ac fugaſſe hoſtes. Quas ob res, ſi antiquus animus plebi Romanæ eſſet, [4] audaciter ſe laturum fuiſſe de abrogando Q. Fabii imperio: nunc modicam rogationem promulgaturum de æquando magiſtri equitum & dictatoris jure: nec tamen, ne ita quidem [5] prius mittendum ad exercitum Q. Fabium, quam conſulem in locum C. Flaminii ſuffeciſſet. Dictator concionibus ſe abſti-

1 *Duos prætores Sicilia atque Sardinia occ.*] *T. Otacilius Craſſus Siciliam, A. Cornelius Mammula Sardiniam* obtinuiſſe videtur. *Cornelius* quidem ſequenti anno in ea pro prætore fuit, & *Craſſus* claſſem hoc anno obtinuit. Reliqui duo prætores fuerunt, *M. Æmilius* qui urbanam, *M. Pomponius Matho*, qui peregrinam provinciam obtinuit. *Sigonius.*

2 *Sed Campanum, Calenumque*] Vet. lib. *& Campanum, Calenumque.* Idem. *Sed Campanum Calenumque*] Mediolani natum. Andreas, ut Put. Voſſ. Pal. *Itaque Hercule non Samnium modo, quo jam tanquam trans Iberum agro Pœnis conceſſum ſit; & Campanum Calenumque & Falernum agros pervaſtatos eſſe.* Et, quod mirum, ſic etiam Sigonianus. Vide lib. 3, 71. *J. Fr. Gron.*

3 *Exercitum cupientem pugnare*] Vet. lib. *eorum etiam exercitum cupientem pugnare.* Sigonius.

4 *Audaciter ſe laturum*] *Audaciter*, quod ex ſuo Lipſius, conſentientium fere omnium vett. lib. ſcriptura eſt. M. Seneca contr. 20. *Dic puer, quis patrem tuum occiderit: dic audaciter.* L. Seneca de Prov. cap. 4. *Audaciter veteranus cruorem ſuum ſpectat.* Etſi judicium Quintiliani ſit lib. 1 cap. 6. *Inhærent tamen quidam moleſtiſſima diligentiæ perverſitate, ut audaciter potius dicant quam audacter, licet omnes oratores aliud ſequantur.* J. Fr. Gron.

5 *Prius dimittendum ad exercitum*] Scripti *mittendum.* eadem ſententia. *Idem.*

1 *Mi-*

ſe abſtinuit, in actione [1] minime popularis: ne in ſenatu quidem ſatis æquis auribus audiebatur, tunc quum hoſtem verbis extolleret, bienniique clades [2] per temeritatem atque inſcientiam ducum acceptas referret: *magiſtroque equitum, [3] quod contra dictum ſuum pugnaſſet, rationem* diceret *reddendam eſſe, ſi penes ſe ſumma imperii conſiliique ſit. Propediem effecturum, ut ſciant homines, bono imperatori haud magni fortunam momenti eſſe: mentem rationemque dominari. [4] Se in tempore, & ſine ignominia ſervaſſe exercitum, quam multa millia hoſtium occidiſſe, ducere majorem gloriam eſſe.* Hujus generis orationibus fruſtra habitis, & [5] conſule creato M.'Atilio Regulo, ne præſens de jure imperii dimicaret, pridie quam rogationis ferendæ dies ad-

1 *Minime popularis*] Malim, quamvis non faveant libri: *in actione minime popularis.* plebs enim favebat temeritati magiſtri equitum. *Idem.*

2 *Per temeritatem atque inſciticm*] Omnes & Andreas, *inſcientiam.* Atque illam vocem ubique fere apud Ciceronem, Cæſarem, Livium inepte curioſi homines deleverant. Reſtituenda eſt etiam Cæſari lib. 4 Gall. *Factum eſt opportunitate loci, hoſtium inſcientia ac defatigatione, virtute militum* &c. Sic enim Andinæ membranæ. Naſcitur ſuſpicio & aliud vitium hujus loci eſſe deditſeque Livium: *bienniique clades temeritati atque inſcientiæ ducum acceptas referret.* Cicero Philipp. 2. *Omnia denique, quæ poſtea vidimus (quid autem mali non vidimus?) tui accepta referemus Antonio.* Valerius Maximus 1, 5. *Succeſſum ſuum omnium acceptum referentes, & tunc Fauni ut Deo immolaverunt* &c. Sic enim vett. edd. & boni ſcripti: quæ peſſime Pighius mutavit. Utitur idem proprie lib. 4, 4, 10. Livius lib. 5. *Quod retulere ſecum prædæ, nec duci nec ſenatui, ſed Licinia familiæ acceptum referebant.* Idem.

3 *Quod contra edictum ſuum pugnaſſet*] Boni omnes: *dictum.* Recte; nam & ſic *dicto audiens, dicto obediens, dicto parere.* Lib. 8. *Ei qui adverſus dictum ſuum turbatis religionibus ac dubiis auſpiciis pugnaſſet.* Idem.

4 *Se ſævo tempore*] Vet. lib. *ſe in tempore, & ſine ignominia.* Eſt autem, *in tempore*, idoneo tempore, ubi tempus tulit ac poſtulavit. Quod qui ignorarunt, *ſævo* addiderunt. *Sigonius.*

Se ſævo tempore] *Se in tempore*, ut Sigonius, omnes boni noſtri: quibus etiam mox abeſt τὸ *ducere*: & cancellandum putamus. Put. *ſit in tempore.* Scribe, *ſe & in tempore & ſine igneminia ſervaſſe exercitum, quam multa millia hoſtium occidiſſe, majorem gloriam eſſe.* Senſus ecce integer eſt: quod ipſe tum, cum maxime opportunum & opus eſſet, exercitum & ſine dedecore ſervarit; eam gloriam majorem eſſe, quam ſi multa millia hoſtium occidiſſet. Salluſtius 1 Hiſtor. *Ferocia regis Mithridatis in tempore belaturi.* Niſi præferes: *Se integrum & ſine ign. ſer. ex. q. m. m. hoſtium occidiſſe majorem gloriam cenſere.* J. Fr. Gron.

5 *Conſule creato M. Atilio Regulo*] Polybius Μάρκον Ῥηγῦλον vocat. Iterum creatum eſſe poſt ſcribit Livius: Fuerat enim ante conſul cum P. Valerio Flacco. *Sigonius.*

1 *Priore*

adeſſet, nocte ad exercitum abiit. Luce orta, quum plebis concilium eſſet, magis tacita invidia dictatoris favorque magiſtri equitum animos verſabat, quam ſatis audebant homines ad ſuadendum, quod vulgo placebat, prodire: & favore ſuperante, auctoritas tamen rogationi deerat. Unus inventus eſt ſuaſor legis C. Terentius Varro, qui [1] priore anno prætor fuerat; loco non humili ſolum, ſed etiam ſordido ortus. patrem lanium fuiſſe ferunt, ipſum inſtitorem mercis, filioque hoc ipſo [2] in
26 ſervilia ejus artis miniſteria uſum. [3] Is juvenis ubi ex eo genere quæſtus pecunia à patre relicta, animos ad ſpem liberalioris fortunæ fecit, togaque & forum placuere, proclamando pro ſordidis hominibus cauſſiſque adverſus rem & famam bonorum, primum in notitiam populi, deinde [4] ad honores pervenit. quæſtura quoque & duabus

1 *Priore anno*] Hujus prætoris priore anno non meminit. Urbanus autem prætor fuit. *Sigonius.*

2 *In ſervili ejus artis miniſterio*] Optimi, *ſervilia miniſteria.* Videtur autem locus omnis ita ſcribendus: *patrem lanium fuiſſe ferunt ipſum, inſtitore mercis filio hoc ipſo in ſervilia ejus artis miniſteria uſum.* Nec putes inane eſſe τὸ ipſum. Lib. 10. *Poſtumium auctor eſt Claudius in Apulia fuſum fugatumque, ſaucium ipſum cum paucis Luceriam compulſum.* Lib. 23. *L. Poſtumium conſulem deſignatum in Gallia ipſum atque exercitum deletos.* J. Fr. Gron.

3 *Is juvenis ubi ex eo genere*] Omnes fere codices: *Is juvenis utrum ex eo.* Deinde optimi *animos ad ſpem liberalioris fortunæ jecit:* à quibus hactenus diſcedunt citerioris ætatis membranæ, quod habent *animum:* cæterum non hæ modo, ſed etiam Andreas, Tarviſ. duæ Venetæ, *utrum* & *jecit.* In Aſcenſio reperi primo quod editur. Livii certe fuit, *animos fecit.* Lib. 1 de L. Tarquinio: *Cum divitiæ jam animos facerent.* Infra hoc libro: *tantum animorum fecerat proſpere ante paucos dies res geſtæ.* Lib. 24. *Animoſque ad tentandum de integro certamen fecit.* Lib. 31. *Sed animos ei faciebat præter ferociam inſitam fœdus ictum cum Antiocho.* Duo autem Florentini optimæ quoque notæ, ſed tamen poſt Put. *Is juvenis utrum ex eo genere quæſtus an pecunia à patre relicta.* Unde Alb. Rubenius: *Juveni lucrum ex eo genere quæſtus, an pecunia à patre relicta animos ad ſpem liberalioris fortunæ fecit.* J. Fr. Gronov. Nuperrime adſcripſit exemplari ſuo pater, Forte: *Is juvenis* (*etenim ex eo genere quæſtus* &c. *placuere*) *proclamando.*

Is juvenis utrum] Quum ſic habeant omnes fere codices, τὸ *utrum* videtur ortum ex UT PRIM. id eſt, *ut primum*, quibus perpetue gaudet Livius. 25, 27. *Siculi ut primum videre.* 36, 19. *Ut primum ſigna & arma errorem aperuerunt.* 40, 54. 41, 2 & 42 & pluries. *Jac. Perizonius.*

4 *Ad honorem pervenit*] Latinius antiqui: *deinde ad honores pervenit.* Quibus etiam ita junxiſſe, quod ſequitur, Livium cenſeo: *quæſturaque in duabus adilitatibus.* non *quæſtura quoque.* J. Fr. Gron.

bus ædilitatibus, plebeia & curuli, poſtremo & prætura perfunctus, jam ad conſulatus ſpem quum attolleret animos; haud parum callide auram [1] favoris popularis ex dictatoria invidia petiit, ſcitique plebis unus gratiam tulit. Omnes eam rogationem, quique Romæ, quique in exercitu erant, æqui atque iniqui, præter ipſum dictatorem, in contumeliam ejus latam acceperunt. ipſe, qua gravitate animi criminantes ſe ad multitudinem inimicos tulerat, eadem & populi in ſe ſævientis injuriam tulit: acceptiſque in ipſo itinere literis ſenatuſconſulti de æquato imperio; ſatis fidens, haudquaquam cum imperii jure artem imperandi æquatam, [2] cumque invicto à civibus hoſtibuſque animo ad exercitum rediit. Minu- 27
cius vero [3] quum jam ante vix tolerabilis fuiſſet, ſecundis rebus ac favore vulgi; tum utique immodice immodeſteque, non Annibale magis victo [4] ab ſe quam Q. Fabio gloriari, *Illum in rebus aſperis* [5] *unicum ducem ac parem quæſitum Annibali, majorem minori, dictatorem magiſtro equitum,*

1 *Favorabilis populi ex dictatoria invidia petiit, ſicque plebis*] Præclare optimi: *auram favoris popularis ex dictatoria invidia petiit, ſcitique plebis unus gratiam tulit.* Appellatur eodem vocabulo & infra: *itaque plebeiſcitum, quo eneratus magis quam honoratus ſum, primus antiquo abrogoque.* Neque eo tamen offendor ad illa: *acceptiſque in ipſo itinere literis ſenatuſconſulti de aquato imperi:* quæ ratio non incommodam conjecturam ſubjecit Lipſio: *literis ſenatus.* Nam poſt legem Horatiam ſive Hortenſiam plebeiſcitorum pares fiebant auctores, & ut plebis eluderent auctoritatem, eadem ſenatuſconſultis confirmabant. Sed hæc ipſa locutio, *literæ ſenatuſconſulti*, me offendit & propterea malim ſi liceat: *acceptiſque in ipſo itinere literis ſenatuſque conſulto.* Ut ante *ſcitique plebis.* Lib. 31. *Senatus inde conſulto.* Voſſ. *Senatuſconſulto.* Unus è Pal. *literis conſulis.* Cicero ad Plancum lib. 16 ad Atticum; *Quin & SC. & lex & conſulum decretum ac literæ apud te plurimum auctoritatis haberent.* J. Fr. Gron.

2 *Cumque invicto à civibus hoſtibuſque animo*] Recide pro ſpurio & ſupervacuo prius *que*, & abeſt à Gud. *Idem.*

3 *Quum jam ante vix tolerabilis fuiſſet*] Poſtremum verbum ſi deleveris, nihil ſententiæ detraxeris. *Idem.*

4 *Ab ſe quam Fabio gloriari*] Meliores: *quam Q. Fabio.* Quod prænomen & ſupra cap. 23 reſtituendum eſſe monuimus & monebimus infra cap. 55. *Idem.*

5 *Unicum ac parem ducem*] Iidem elegantius tranſponunt voces: *illum in rebus aſperis unicum ducem ac parem quæſitum Annibali. Parem* intellige adverſarium. Ut lib. 9. *Ceſſiſſet videlicet in acie oblatus par Manlius Torquatus.* Lib. 28. *Habebo parem, quem das, Hannibalem.* Idem.

1 *Quod*

tum, [1] *quod nulla memoria habeat annalium, juſſu populi æquatum in eadem civitate, in qua magiſtri equitum virgas ac ſecures dictatoris tremere atque horrere ſoliti ſint. in tantum ſuam felicitatem virtutemque enituiſſe. Ergo ſecuturum ſe fortunam ſuam,* [2] *ſi dictator in cunctatione ac ſegnitie, Deorum hominumque judicio damnata, perſtaret.* Itaque quo die primum congreſſus eſt cum Q. Fabio, *ſtatuendum omnium primum,* ait, *eſſe,* [3] *quemadmodum imperio æquato utantur. Se optimum ducere, aut diebus alternis, aut, ſi majora intervalla placerent,* [4] *partitis temporibus alterius ſummum jus imperiumque eſſe: ut par hoſti non ſolum conſilio, ſed viribus etiam eſſet, ſi quam occaſionem rei gerendæ habuiſſet.* Q. Fabio haudquaquam id placere: *omnia enim fortunam habituram, quæcumque temeritas collegæ habuiſſet. Sibi communicatum cum illo,* [5] *non ademptum imperium eſſe. Itaque ſe numquam volentem parte qua poſſet, rerum conſilio gerendarum ceſſurum: nec ſe tempora, aut dies imperii cum eo,* [6] *ſed exercitus diviſurum, ſuiſque conſiliis, quoniam omnia non liceret, quæ poſſet, ſervaturum.* Ita [7] obtinuit, uti legiones, ſicut conſulibus mos eſſet, inter ſe dividerent. [8] prima & quarta Minucio, ſecunda & tertia Fabio

1 *Quod nulla memoria habeat annalium*] Sic Plutarchus: ἀφῆκε μὲν πρότερον ἐν Ῥώμῃ γενέσθαι. Id eſt, ut magiſter equitum æquo eſſet cum dictatore imperio. Item Polybius: ὁ πρότερον ἐξίσου συναρχὴν καὶ Ῥωμαίοις. *Sigonius.*

2 *Si dictatoris cunctatio in ſegnitie*] Put. uterque Pet. & alii: *cunctationi ac ſegnitia deorum.* Scribe: *ſi dictator in contatione ac ſegnitie deorum hominumque judicio damnata perſtaret.* J. Fr. Gron.

3 *Quemadmodum imperio adæquato utantur*] Optimus & alii: *æquato.* Idem.

4 *Partitis temporibus alterius*] Membranæ: *partitu temporibus alterius ſummum jus imperiumque eſſe.* Sic corrige: alioqui ſupervacuum eſſet τὸ *partitis.* Idem.

5 *Sed non ademptum*] *Sed,* vaçat, ut ex vet. lib. *Sigonius.*

6 *Sed exercitus diviſurum*] Voſſ. Gud. *cum eo exercitu diviſurum.* Put. Voſſ. Cantabrig. *nec ſe tempora aut dies imperii cum eo, exercitus diviſurum.* Id omnino Livii eſt, & elegantiſſimus adverſativæ intellectus. Plane ut 1, 25. *Nec his, nec illis periculum ſuum; publicum imperium ſervitiumque obverſatur animo.* 3. 71. *Non juvenem, viceſima jam ſtipendia merentem.* Ubi vide. Quin etiam ut nunc ſcripturam Livii conſtituimus, ita allegatam eam video à patre 4 Obſ. cap. 2 p. 29. *Jac. Gron.*

7 *Obtinuit, ut legiones*] Meliores: *uti legiones.* J. Fr. Gron.

8 *Prima & quarta Minucio* &c.] Plutarchus primam & quartam legionem Fabio, ſecundam & tertiam Minucio eveniſſe tradit. *Sigonius.*

Digitized by Google

Fabio evenerunt. Item equites pari numero, ſociûmque & Latini nominis auxilia diviſerunt: caſtris ſe quoque ſeparari magiſter equitum voluit. Duplex inde Anniba- 28
li gaudium fuit: neque enim quicquam eorum, [1] quæ apud hoſtes agerentur, eum fallebat; & perfugis multa indicantibus, & per ſuos explorantem. nam & liberam Minucii temeritatem ſe ſuo modo captaturum, & ſolertiæ Fabii dimidium virium deceſſiſſe. Tumulus erat inter caſtra [2] Minucii, Pœnorumque. eum qui occupaſſet, haud dubie iniquiorem erat hoſti locum facturus. eum non tam capere ſine certamine volebat Annibal, (quamquam id operæpretium erat) quam cauſſam certaminis cum Minucio, quem ſemper occurſurum ad obſiſtendum ſatis ſciebat, contrahere. Ager omnis medius erat, prima ſpecie inutilis inſidiatori, quia non modo ſilveſtre quicquam, ſed ne vepribus quidem veſtitum habebat: re ipſa natus tegendis inſidiis, eo magis quod in nuda valle nulla talis fraus timeri poterat, & erant in anfractibus cavæ rupes, ut quædam earum ducenos armatos poſſent capere. In has latebras, quot quemque locum aptè inſidere poterant, [3] quinque millia conduntur peditum equitumque. necubi tamen aut motus alicujus temere egreſſi, aut fulgor armorum fraudem in valle tam aperta detegeret, miſſis paucis prima luce ad capiendum, quem ante diximus tumulum, avertit oculos hoſtium. Primo ſtatim conſpectu contempta paucitas: [4] ac ſibi quiſque depo-

1 *Quæ apud hoſtes agerentur*] Voſſ. Gud. Mureti *gerebantur*. J. Fr. Gron.

2 *Minucii, Pœnorumque: eum, qui occupaſſet*] Vet. lib. *Minucii, & Pœnorum, quem qui occupaſſet*. Plutarchus ad verbum ita: *ὡς ὃ λόφος καὶ μέσον, κελεύσειαν μὲν οἱ ἄλλοι, &c. Sigonius.*

3 *Quinque millia peditum equitumque*] Polybius πενταχοσίους μὲν ἱππεῖς, ψιλοὺς δὲ πεζοὺς τοὺς πάντας εἰς πεντακισχιλίους. Numquid igitur & Livius: *equites quingentos*. J. Fr. Gron.

4 *Ac ſibi quiſque depoſcere* &c.] A Moguntinis diſtinguitur ante *dux*, & recte; modo legas: *ac ſibi quiſque depoſcere pellendos inde hoſtes ac locum capiendum. Dux ipſe inter* &c. Sic plane cap. 42. *Clamor inde ortus, ducerent ad perſequendos hoſtes ac protinus caſtra diripienda. Et conſul alter velut unus turba militaris erat*. Idem factum 28, 19. *Jac. Perizonius.*

depoſcere pellendos inde hoſtes. ad locum capiendum dux ipſe inter ſtolidiſſimos ferociſſimoſque ad arma vocat, & vanis animis & minis increpat hoſtem. [1] Principio levem armaturam demittit, deinde conferto agmine mittit equites: poſtremo, quum hoſtibus quoque ſubſidia mitti videret, inſtructis legionibus procedit. Et Annibal laborantibus ſuis, alia atque alia, creſcente certamine, mittens auxilia peditum equitumque, jam juſtam expleverat aciem, ac totis utrimque viribus certabatur. Prima levis armatura Romanorum præoccupatum inferiore loco ſuccedens tumulum, pulſa detruſaque terrorem in ſuccedentem intulit equitem, & ad ſigna legionum refugit. peditum acies inter perculſos impavida ſola erat; videbaturque, ſi juſta aut ſi recta pugna eſſet, haudquaquam impar futura. tantum animorum fecerat proſpere ante paucos dies res geſta. Sed exorti repente inſidiatores, eum tumultum terroremque in latera utrimque ab tergoque incurſantes, fecerunt, ut neque animus ad pu-
29 gnam neque ad fugam ſpes cuiquam ſupereſſet. Tunc Fabius primo clamore paventium audito, dein conſpecta procul turbata acie, [2] *Ita eſt*, inquit, *non celerius quam timui, deprehendit fortuna temeritatem. Fabio æquatus imperio, Annibalem & virtute & fortuna ſuperiorem videt. Sed aliud jurgandi ſuccenſendique tempus erit. nunc ſigna extra vallum proferte. Victoriam hoſti extorqueamus, confeſſionem erroris civibus.* [3] Jam magna ex parte cæſis aliis, aliis circumſpectantibus

1 *Principio levem armaturam dimittit* &c.] Plutarchus ſic vertit: πρῶτον μὲν ἀπέστειλε τὸ κοῦφον στρατιὰν, ἔπειτα τοὺς ἱππεῖς. τέλος δὲ ὁρῶν τὸ Ἀννίβου πρόβουλον τοῖς ὅπλοις πάσῃ δυνάμει, καλέσαντα συμπαραμίνω. *Sigonius.*

Principio levem armaturam dimittit] Scribe, *emittis*: aut potius totum illud verbum pro alieno dele. *J. Fr. Gron.*

2 *Ita eſt, inquit, non celerius* &c.] Hic Plutarch. Ὦ Ἡράκλεις, ὡς ταχέως μὲν ἡ ἐμὴ προσδόκων, βραδίων δὲ ἡ αὐτὸς ἑαυτὸν ἀπολώλεκε. *Sigonius.*

3 *Jam magna ex p. cæſis aliis, aliis circumſpect.*] Cantabr. omiſſo priore *aliis*, refert: *jam magna ex parte cæſis, aliis circumſpect.* Video itidem in Voſſ. & Gud. Sic à patre deprehenſum. Cur igitur retinemus, quod venit à laſciva ſed inepta manu? Eſt enim dictum, ut lib. 3 cap. 37. *Jam ne tergo qui-*

tibus fugam; Fabiana ſe acies repente, velut cœlo demiſſa, ad auxilium oſtendit. Itaque priuſquam ad conjectum teli veniret, aut manum conſereret, & ſuos à fuga effuſa, [1] & ab nimis feroci pugna hoſtes continuit. qui ſolutis ordinibus vage diſſipati erant, undique confugerunt ad integram aciem; qui plures ſimul terga dederant, converſi in hoſtem, volventeſque orbem, nunc ſenſim referre pedem, nunc conglobati reſtare. ac jam prope una acies facta erat victi atque integri exercitus, inferebantque ſigna in hoſtem; quum Pœnus receptui cecinit, palam ferente Annibale, ab ſe Minucium, ſe à Fabio victum. Ita per variam fortunam diei majore parte exacta, quum in caſtra reditum eſſet, Minucius convocatis militibus: [2] *Sæpe ego*, inquit, *audivi, milites, eum primum eſſe virum, qui ipſe conſulat quid in rem ſit; ſecundum eum, qui bene monenti obediat: qui nec ipſe conſulere, nec alteri parêre ſciat, eum extremi ingenii eſſe. Nobis quoniam prima animi ingeniique negata ſors eſt, ſecundam ac mediam teneamus: & dum imperare diſcimus, parêre prudenti in animum inducamus. Caſtra cum Fabio jungamus: ad prætorium ejus ſigna quum tulerimus, ubi ego eum Parentem appellavero; quod* [3] *beneficio ejus*

go quidem abſtinebatur; virgis cædi, alii ſecuri ſubjici. Ubi ſi placet, vide. *Jac. Gronovius.*

1 *Et à feroci pugna hoſtes*] Put. Pet. melior Pal. *& ab animis feroci.* Pal. ſecundus: *& ab armis feroci.* Tertius: *& ab nimis feroci.* Ea vera lectio eſt. *J. Fr. Gron.*

2 *Sæpe ego, inquit, audivi, milites, eum primum eſſe virum, qui ipſe conſulat &c.*] Hanc ſententiam expreſſit ex Heſiodo, qui ait:

Οὗτος μὲν πανάριστος ὃς ἂμπᾶ πάντα νοήσῃ,
Φραζόμενος τά κ' ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ἦσιν ἀμείνω.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων

Ἐν θυμῷ βάλληται, ὁδ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

Hanc eandem ſententiam ſic vertit Cicero pro Cluentio: *Sapientiſſimum eſſe dicunt eum, cui quod opus ſit ipſi, veniat in mentem; proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperat. In ſtultitia contra eſt. Minus enim ſtultus eſt is, cui nihil in mentem venit, quam ille, qui quod ſtultè alteri venit in mentem, comprobat.* Eandem ita adumbravit Plutarchus: τὸ μὲν ἁμαρτεῖν μηδὲν ἐν πράγμασι μεγάλοις, μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον ὄζει· τὸ δ' ἁμαρτόντα χρήσασθαι τοῖς πάθεσι διδάγμασι πρὸς τὸ λοιπὸν, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ νῦν ἔχοντος. *Sigonius.*

3 *Beneficio ejus erga nos ac majeſtate ejus*] Poſtremum *ejus* fortaſſe ejiciendum. *J. Fr. Gron.*

ejus erga nos ac majeſtate ejus dignum eſt ; vos, milites, eos, quorum vos modo arma dexteræque texerunt , Patronos ſalutabitis : & ſi nihil aliud gratorum certe nobis animorum gloriam dies hæc dederit. Signo dato, conclamatur inde, ut colligantur vaſa : profecti & agmine incedentes ad dictatoris caſtra , in admirationem & ipſum, & omnes , qui circa erant , converterunt. Ut conſtituta ſunt ante tribunal ſigna , progreſſus ante alios magiſter equitum , quum patrem Fabium appellaſſet , circumfuſoſque militum ejus totum agmen patronos conſalutaſſet , *Parentibus* , inquit, *meis dictator (quibus te modo nomine, quo fando poſſum , æquavi) vitam tantum debeo : tibi , quum meam ſalutem , tum omnium horum. Itaque plebeiſcitum , quo oneratus magis quam honoratus ſum, primus antiquo, abrogoque : & quod tibi mihique, [1] quod exercitibuſque his tuis ſervato ac conſervatori ſit felix , ſub imperium auſpiciumque tuum redeo , & ſigna hæc legioneſque reſtituo. Tu quæſo placatus [2] me magiſterium equitum,hos ordines ſuos quemque*

1 *Quod meo exercitui tuoque*] Modeſtius & ambitioſius Put. *quod exercitibuſque* (manus prima *exercituſque*) *his tuis ſervato ac conſervatori.* eoque omnes alii , etiam vitioſiſſimi , ſatis alludunt. *J. Fr. Gron.*

2 *Me magiſtrum equitum hos ordinibus ſuis quemque teneri jubeas*] Non poteſt cuiquam docto ſatisfacere. Pal. *Me magiſterio equitum , hos ordinibus ſuis quemque teneri.* Sed in omnium optimo eſt : *magiſtrum equitum hos ordinibus ſuis quemque tenere.* Quæ lectio per ſe menti Minucii eſt adverſaria , ſed ad veram tamen nobis viam aperuit. Quomodo enim peteret , ut ſibi magiſtro equitum liceat hos tenere quaſi ſeparatos ? Immo ea de cauſſa reducit eas , quod tenendis indignum ſe fatetur : ideo dixit , *tuis his exercitibus :* ut emendavimus. Scribe : *Tu quæſo placatus me magiſterium equitum, hos ordines ſuos quemque tenere jubeas.* Diſciplina Romana poſcebat , ut hoc beneficium vitæ ſervatæ & magiſter equitum & exercitus cum ignominia aliqua in exemplum aliorum acciperent. Sic cum L. Minucius conſul ad Corbionem obſidione Æquorum ab L. Quinctio Capitolino liberatus eſſet,dictator prædam omnem ſuo tantum militi dedit; conſularem exercitum ipſumque conſulem increpans : *carebis parte prædæ, miles , ex eo hoſte,cui prope prædæ fuiſti : & tu L. Minuci , donec conſularem animum incipias habere , legatus his legionibus præeris.* Livius lib. 3. Sic de ſententia Appii Claudii ſenatus eos, qui à Pyrrho rege Epirotarum capti & poſtea remiſſi erant, equites ad pedes redegit, pedites ad levem armaturam , omnes extra vallum juſſit tendere, donec bina hoſtium ſpolia referrent. Frontinus 4 Strateg. 1. Hanc ignominiam à mitiſſimo imperatorum & ſibi & militibus ſuis deprecatur. *Ordinibus* factum ex *ordinis.* eo genere mendi , quo ſupra cap. 8 idem codex : *ac pænatibus,* pro *ad penatis* , & infra cap. 37 *adoni-*

que tenere jubeas. Tum dextræ interjunctæ, militeſque concione dimiſſa, à notis ignotiſque benigne atque hoſpitaliter invitati: lætuſque dies, ex admodum triſti paullo ante ac prope execrabili, factus. Romæ, ut eſt perlata fama rei geſtæ, dein literis non magis ipſorum imperatorum, [1] quam vulgi militum ex utroque exercitu affirmata, pro ſe quiſque Maximum laudibus ad cœlum ferre. par gloria apud Annibalem, hoſteſque Pœnos erat: ac tum demum ſentire, cum Romanis atque in Italia bellum eſſe. Nam biennio ante adeo & duces Romanos & milites ſpreverant, ut vix cum eadem gente bellum eſſe crederent, cujus terribilem eam famam à patribus accepiſſent. Annibalem quoque ex acie redeuntem dixiſſe ferunt, [2] *tandem eam nubem, quæ ſedere in jugis montium ſolita ſit, cum procella imbrem dediſſe.* Dum hæc ge- 31
runtur in Italia, Cn. Servilius Geminus conſul cum claſſe CXX navium circumvectus Sardiniæ & Corſicæ oram, & obſidibus utrimque acceptis; in Africam tranſmiſit:

&

adonibus fidelibuſque ſociis, pro *à bonis fidelibuſque*. Poſtea aliquis, ut omnia convenirent *ſuis* pro *ſuos* reſcripſit. *J. Fr. Gron.*

1 *Quam vulgo militum ex utroque exercitu*] Lege, *vulgi militum*. Idem.

2 *Tandem e. nubem quæ ſederet in jugis mont. ſollicitatam pr. i. d.*] Plutarchus: τὴν ὀπὴ τὸ ἄνεμον ταύτην νεφέλην πυκνὴν ὅταν μὴ ζάλης ποτὲ, καὶ χαλαζίδων ὄμβρον ἐμφήξῃ. *Sigonius.*

Nubem ſollicitatam, procella] Non inelegantер fictum eſt. Tamen Put. Petav. melior, Pal. *eam nubem, quæ ſedere in jugis montium ſolita ſit, cum procella imbrem dediſſe.* Put. etiam *ſidere*. Plinius lib. 18, 35. *Cum in cacuminibus montium nubes conſident, hiemabit.* Plutarchus: νεφέλην πυκνήν. Haud dubie verior ſcripta lectio. Lib. 6. *Ingentibus procellis fuſus imber certam magis victoriam quam prælium diremit.* Et itetum: *proſperæ ſpei pugnam imber ingentibus procellis fuſus diremit.* Lib. 23. *Ni ingentibus procellis effuſus imber diremiſſet pugnantes.* Trogus lib. 29. *Videre tonantem ac fulminantem ab occaſu procellam, quam in quaſcumque terrarum partes victoriæ tempeſtas detulerit, magno cruoris imbre omnia fœdaturam.* Curtius lib. 8. *Procella imbrem vix ſub tecto tolerabilem effudit.* Statius 10 Theb. *Qualiter aut Malean aut alta Ceraunia ſupra Ceſſantes in nube ſedent nigriſque leguntur Collibus, & ſubita ſaliunt in vela procellæ.* Credere poſſis ipſius Hannibalis dictum Homero deberi: Ιλ. ε. νεφέλῃσιν ἐοικότες, ἅς τε Κρονίων Νηνεμίης ἔστησεν ἐπ' ἀκροπόλοισιν ὄρεσσιν, Ἀρπέμεν ὄφρ' εὔδῃσι μένων βορέαο καὶ ἄλλων Ζαχρειῶν ἀνέμων, οἵτε νέφεα σκιόεντα Πνοιῇσιν λιγυρῇσι διασκιδνᾶσιν ἀέντες. Socrates ad Νεφέλας apud Ariſtophanem: εἶτ' ἐπ' Ὀλύμπου κορυφὰς ἱερὰς χορεβλήτοισι κάδηται. *J. Fr. Gron.*

& priuſquam in continentem exſcenſiones faceret, [1] Meninge inſula vaſtata, & ab incolentibus Cercinam, ne & ipſorum ureretur diripereturque ager, decem talentis argenti acceptis, ad littora Africæ acceſſit, copiaſque expoſuit. Inde ad populandum agrum ducti milites; navaleſque ſocii juxta effuſi, [2] ac ſi inſulis cultorum egentibus prædarentur. itaque in inſidias temere illati, [3] quum à frequentibus palantes, [4] ab locorum gnaris ignari circumvenirentur, cum multa cæde ac fœda fuga retro ad naves compulſi ſunt. Ad mille hominum, cum his [5] Sempronio Blæſo quæſtore, amiſſum: claſſis à littoribus hoſtium plenis trepide ſoluta in Siciliam curſum tenuit: [6] traditaque Lilybæi T. Otacilio prætori, ut ab legato ejus P. Sura Romam reduceretur, ipſe per Siciliam pedibus profectus, freto in Italiam trajecit: [7] literiſque Fabii accitus & ipſe, & collega ejus M. Atilius, [8] ut exercitum ab ſe exacto jam prope ſemeſtri imperio acciperent. Omnium prope annales Fabium dictatorem adverſus Annibalem rem geſſiſſe tradunt. [9] Cœlius etiam eum pri-

1 *Meninge inſula vaſtata*] Hanc inſulam *Cercinam* vocat Polybius: μετὰ ταῦτα κατὰ πλεύσας τὴν Λιβύης ὡς ὅσον ἐφ' Κερκινιτῶν νῆσον, καὶ λαβὼν παρ' αὐτῶν χρήματα τὰ μὲν πορθήσας ἡ χώραν, ἐπιπλάγη. In vet. lib. *Menia* inſula eſt: duæ hæ finitimæ inſulæ ſunt ad Syrtim. *Sigonius.*

2 *Ac ſi inſulas cultorum egentes*] Jam dictum in vett. libb. eſſe: *inſulis cultorum egentibus.* J. Fr. Gron.

3 *Cum à ſequentibus palantes*] Malim, ut antè, *frequentibus.* quia præceſſit, *Inſulas cultorum egentes.* & poſt: *littoribus hoſtium plenis.* Sigonius.

4 *Et locorum ignari circumvenirentur*] Deeſt una pars antitheſeos. Put. Petav. melior. optimus Florent. *palantes ad locorum & ignari gnaru* (hanc vocem omittunt poſteriores) *circumvenirentur.* Repone: *à frequentibus palantes, ab locorum gnaru ignari circumv.* J. Fr. Gronovius.

5 *Sempronio Bleſo*] *Blaſo*, ex Capitol. lapidibus & Græcis libris. *Sigon.*

Cum hu Sempronio Blaſo quaeſtore, amiſſo] Optimi: *amiſſum.* Illud ſuffecerunt, qui non videbant illa, *cum his Sempronio Blaſo quaeſtore*, poni defectu participii verbi ſubſtantivi. *J. Fr. Gron.*

6 *Traditaque Lilybai tota Atilio prætori*] Jam oſtendi hoc anno *Atilium* nullum prætorem fuiſſe, *T. Otacilium* fuiſſe. Ea res me admonuit, ut turpe mendum delerem, & pro *tota Atilio*, *T. Otacilio* ſcriberem. *Sigonius.*

7 *Literiſque Fabii accitus*] Lege, *literis Q. Fabii*, perſpicue. *Idem.*

8 *Ut exercitum ab ſe*] Iidem: *exercitus ab ſe.* Fabianum nempe & Minucianum, uti mox appellantur. *J. Fr. Gron.*

9 *Cœlius etiam eum à populo*] Scripti:

primum à populo creatum dictatorem ſcribit. Sed & Cœlium & cæteros fugit, uni conſuli Cn. Servilio, qui tum procul in Gallia provincia aberat, jus fuiſſe dicendi dictatoris: quam moram quia exſpectare territa jam clade civitas non poterat, eo decurſum eſſe, ut à populo crearetur qui prodictatore eſſet: res inde geſtas, gloriamque inſignem ducis, [1] & augentes titulum imaginis poſteros, [2] ut dictator Prodictatore diceretur, facile obtinuiſſe. Conſules, M. Atilius Fabiano, Geminus Servi- 32
lius Minuciano exercitu accepto, hibernaculis mature communitis ([3] tum enim autumni erat tempus) Fabii artibus cum ſumma inter ſe concordia bellum geſſerunt. Frumentatum exeunti Annibali, diverſis locis [4] opportuni aderant, carpentes agmen, palatoſque excipientes, in caſum univerſæ dimicationis, quam omnibus artibus petebat hoſtis, non veniebant. [5] adeoque inopia eſt coactus Annibal, ut niſi tum fugæ ſpeciem abeundo timuiſſet, Galliam repetiturus fuerit: nulla relicta ſpe alendi

pti: *Cælius etiam eum primum à populo.* J. Fr. Gron.

1 *Et augenda titulum imaginis poſteris*] Nihil hic ſani ſenſus. Petav. recentior & Men. *& in augendis titulum imagines poſteris.* Put. Petav. Voſſ. *& augendis titulum imagines poſteros.* Illud *augendis* pro *augentis* plurali accuſativo ſcriptum eſt, & *imagines* ἀντὶ τῆς *imaginis.* Idem.

2 *Ut dictator Prodictatore diceretur*] Put. Petav. melior & Florent. *ut qui prodictatore caderetur.* Tres Pall. *ut qui prodictatore:* ut & Men. & Pet. duo cum his, *diceretur*, tertius *crederetur.* Scribendum exiſtimo: *& augentes titulum imaginis poſteros, ut Prodictatore dictator crederetur, facile obtinuiſſe.* Accipe *Prodictatore* nominandi caſu per intellectum articuli ὁ. Ut ſolent in talibus. Sic Ovidius lib. 1 Met. ait pugnare *ſine pondere habentia pondus.* Nili forte verius ſimpliciſſimum, *pro Prodictatore:* ut quoſdam voluiſſe teſtis Glareanus. Lib. 8 extremo: *Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor, falſiſque imaginum titulis, dum familia ad ſe quaque famam rerum geſtarum honorumque fallente mendacio trahunt.* Idem.

3 *Tum enim autumni erat tempus*] Meliores codd. *tum autumni erat:* cætera deſunt. Scribe: *Hibernaculis mature communitis (medium autumni erat) Fabii artibus* &c. Sic lib. 38. *Ipſe (jam enim medium autumni erat) locis gelidis excedere properans.* Idem.

4 *Opportune aderant carpentes agmen palanteſque*] Meliorum ſcriptura: *opportuni aderant carpentes agmen palatoſque excipientes.* Salluſtius Catilin. *Si paullulum modo vos languere viderint, jam omnes feroces aderunt.* Idem.

5 *Adeoque inopia eſt coactus Annibal*] Vix Latina oratio. Tentabam: *& ad id inopia eſt redactus Hannibal.* Idem.

alendi exercitus in eis locis, si insequentes consules eisdem artibus bellum gererent. Quum [1] ad Geronium jam hieme impediente constitisset bellum, Neapolitani legati Romam venere. ab iis quadraginta pateræ aureæ magni ponderis in curiam illatæ, atque ita verba facta, ut dicerent: [2] *Scire sese Romani populi ærarium bello exhauriri: & quum juxta pro urbibus agrisque sociorum, ac pro capite atque arce Italiæ urbe Romana* [3] *atque imperio geratur, æquum censuisse Neapolitanos, quod auri sibi quum* [4] *ad templorum ornatum, tum ad subsidium fortunæ à majoribus relictum foret, eo juvare populum Romanum. Si quam opem in sese crederent, eodem studio fuisse oblaturos. gratum sibi Patres Romanos populumque facturum, si omnes res Neapolitanorum suas duxissent: dignosque judicaverint, ab quibus donum animo ac voluntate eorum, qui libentes darent, quam re majus ampliusque, acciperent.* Legatis gratiæ actæ pro munificentia, curaque. [5] patera, quæ ponderis minimi fuit, accepta. Per eosdem dies speculator Carthaginiensis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehensus, præcisisque manibus dimissus: & servi quinque & viginti in crucem acti, quod in campo Martio conjurassent. indici data libertas, & æris gravis viginti millia. Legati & ad Philippum Macedonum regem missi; [6] ad deposcendum Demetrium Pharium, qui bello victus ad eum fugisset: & [7] alii in Ligu-

33

1 *Ad Gerionem hieme impendente*] Put. Pet. Men. Voss. *ad Gerionium hieme impediente.* J. Fr. Gron.

2 *Scire se Romani populi*] *Sese* fecimus, quia sic in optimis: aliis, *scire eos esse.* Sed *τὸ Romani* vix in scriptis reperitur. Gudianus tamen, *ærarium po. r. bello.* Pall. unus. *po. Ro. ærarium.* Idem.

3 *Atque imperio geratur*] Put. Voss. Gud. *gerantur.* Utrum *cernatur?* an potius scribendum: *id quum juxta*, &c. *geratur.* Alioqui duriuscule subauditur *τὸ bellum.* Idem.

4 *Ad ipsorum ornatum*] Immo *ad templorum.* Sic enim Petav. Pal. margo Vossiani. Put. & alii omnes fere, *temporum.* Idem.

5 *Patera, quæ ponderis*] Cavillatur Camillus Peregrinus IV Dis. p. 728. *Idem.*

6 *Ad deposcendum Demetrium Pharium*] Hic rex Illyriorum fuit paulo ante hoc bellum à Romanis bello superatus: auctor Polybius lib. 3. qui item eundem ad Philippum ex acie confugisse ait. *Sigonius.*

7 *Alii in Ligures*] Veteres, *& alii in Ligures.* J. Fr. Gron.

Digitized by Google

Ligures, ad expoſtulandum quod Pœnum opibus auxiliiſque ſuis juviſſent: ſimul ad viſendum ex propinquo, quæ in Boiis atque Inſubribus gererentur. [1] Ad Pineum quoque regem in Illyrios legati miſſi ad ſtipendium, cujus dies exierat, poſcendum; aut, ſi diem proferre vellet, obſides accipiendos. adeo, etſi bellum ingens in cervicibus erat, nullius uſquam terrarum rei cura Romanos, ne longinqua quidem, effugiebat. In religionem etiam venit, ædem Concordiæ, quam per ſeditionem militarem [2] biennio ante L. Manlius prætor in Gallia voviſſet, locatam ad id tempus non eſſe: itaque duumviri ad eam rem creati [3] à M. Æmilio prætore urbis, Cn. Pupius & [4] Cæſo Quintius Flamininus, ædem in arce faciendam locaverunt. Ab eodem prætore ex ſenatuſconſulto literæ ad conſules miſſæ: ut ſi iis videretur, alter eorum ad conſules creandos Romam veniret. ſe in [5] eam diem, quam juſſiſſent, comitia edicturum. Ad hæc à conſulibus reſcriptum, *Sine detrimento reipublicæ abſcedi non poſſe ab hoſte. itaque per interregem comitia habenda eſſe potius, quam conſulum alter à bello avocaretur.* Patribus rectius viſum eſt, dictatorem à Conſule dici comitiorum habendorum cauſſa. dictus L. Veturius Philo, [6] Manium Pomponium Mathonem magiſtrum equitum dixit. His vitio creatis, juſſiſque die quartodecimo ſe magiſtratu abdicare, ad interregnum res rediit. Conſulibus proroga- 34
tum

1 *Ad Pineum*] Is erat Agronis filius Appiano teſte in Illyricis. *Henricus Valeſius.*

Ad Pineum quoque regem in Illyrios] Olim, *Illyrios.* J. Fr. Gron.

2 *Biennio ante L. Manl. prat. in G. v.*] Miror dixiſſe, *Biennio ante*, de eo qui anno ante prætor in Gallia fuerit, ut lib. 21 tradidit. *Sigonius.*

3 *Ab Æmilio prætore*] Put. *& M. Æmilio prætore.* J. Fr. Gron.

4 *Cæſo Quintius Flaminius*] Lege, *K. Quinctius Flamininus.* Sic enim & antiqua prænominis nota, & nominis, cognominiſque hujus vera ſcriptura cuſtodietur. ut enim *Augurinus Minuciorum*, *Cenſorinus Marciorum* cognomen eſt, ſic *Flamininus Quinctiorum*, lapidibus Capitolinis, & quibuſdam etiam vet. lib. teſtibus. *Sigonius.*

5 *Eam diem, quam juſſiſſent*] Meliores: *quam juſſiſſent.* J. Fr. Gron.

6 *M. Pomponium Mathonem*] Scribe, *M' Pomponium Mathonem*, ob cauſam, quam poſt dicam. *Sigonius.*

Serrano, & Q. Ælio Pæto, quorum alter Pontifex, alter augur erat, C. Terentius conſul unus creatur, ut in manu ejus eſſent comitia rogando collegæ. Tum experta nobilitas, parum fuiſſe virium in competitoribus, L. Æmilium Paullum, [1] qui cum M. Livio conſul fuerat, & [2] damnatione collegæ, & ſua prope ambuſtus evaſerat, infeſtum plebei, diu ac multum recuſantem, ad petitionem compellit. [3] is proximo comitiali die, concedentibus omnibus qui cum Varrone certaverant, [4] par magis in adverſandum, quam collega, datur conſuli. Inde prætoria comitia habita. Creati Manius Pomponius Matho, & P. Furius Philus. [5] Romæ juri dicundo urbana ſors Pomponio; [6] inter cives Romanos & peregrinos, P. Furio Philo evenit. Additi duo prætores, M. Claudius Marcellus in Siciliam, L. Poſtumius Albinus in Galliam. Omnes abſentes creati ſunt, nec cuiquam eorum, præter Terentium conſulem, [7] erat mandatus honos, quem jam non antea geſſiſſet; præteritis aliquot fortibus ac ſtrenuis viris: quia [8] in tali tempore nulli novus magiſtratum ſella curuli ſediſſent, familiarum tamen plebei, ſive de plebe. *J. Fr. Gron.*

1 *Qui cum M. Lælio*] Vet. lib. *M. Livio*. Recte. Sic enim eſt apud Caſſiodorum, & apud Plin. lib. 39. conſules autem fuerunt biennio ante. *Sigonius.*

2 *Damnatione collegæ*] De *M. Livio Salinatore* agit, qui conſularis damnatus eſt à populo, quod prædam non æqualiter diviſerat militibus: Auctor Frontinus lib. 4 cap. 2. *Idem.*

3 *Is proximo comitiali die*] Vet. lib. *ita is proximo*. Idem.

4 *Parque magis*] Vet. lib. *par magis*. Idem.

Parque magis in adverſando] Schottus *compar* è ſcripto laudat. Sed hoc neceſſe non eſt: nam *par*, ut ſupra cap. 28. Optimi vero & complures: *par magis in adverſandum quam collega*. Plinius 27, 2. *Cum eo ſolo colluctatur, velut pare intus invento.* J. Fr. Gron.

5 *Romæ juris dicundi*] Lege ex fidiſſimis: *juri dicundo urbana ſors*. Vel potius, *jure dicundo*. Lib. 42. *His prætoribus provincia decreta, duæ jure Romæ dicundo*. Suetonius Cæſare: *ubi quum mandatu prætoris jure dicundo conventus circumiret*. Vide indicem Inſcriptionum. *Idem.*

6 *Inter cives, & inter peregrinos*] Vet. lib. *inter cives, & peregrinos*, ſic alia ubique. *Sigonius.*

7 *Erat mandatus honos*] Expunge eiſdem auctoribus τὸ *erat*. J. Fr. Gron.

8 *In tali tempore nullus novus*] Put. *nullis novos magiſtratus*. Scribe: *nullis novus mag.* Idem.

In tali tempore nullus novis magiſtratus videb. mand.] *Novum hominem* hic intelligit, non ut paulo ante C. Terentium appellavit, id eſt, eum qui primus

giſtratus videbatur mandandus. Exercitus quoque multiplicati ſunt. Quantæ autem peditum equitumque [1] additæ ſint copiæ, adeo & numero & genere copiarum variant auctores, ut vix quicquam ſatis certum affirmare auſim. Decem millia novorum militum alii ſcripta in ſupplementum; alii [2] novas quatuor legiones, ut octo legionibus rem gererent. numero quoque peditum equitumque legiones auctas, [3] millibus peditum, & centenis equitibus in ſingulas adjectis, ut quina millia peditum, treceni equites eſſent: ſocii duplicem numerum equitum darent, [4] pedites æquarent. [5] Septem & octoginta 36

millia

primus ex familia ſua magiſtratum curulem cepiſſet, ſed eum qui non antea magiſtratum eundem geſſiſſet, quique novus ad munus illud tractandum veniret, id eſt, qui tum primum præturam caperet. *Sigonius.*

1 *Additæ ſint copiæ*] Poſteriorem vocem ignorat Voſſ. *J. Fr. Gron.*

2 *Novas quat. leg. quinque legionibus additas, ut novem leg. r. g.*] Veteres legiones *quatuor* fuiſſe, non *quinque* apparet ex eo, quod Fabio prima & quarta, Minucio ſecunda & tertia evenerunt. Polybius quidem hoc loco octo legionibus rem geſtam ait, non novem: πρὸ ἔτους ὁ στρατηγὸς ἐκέλευε λαμπρύνειν, ὃ πρότερον ἐδόκουν ἐγχωρεῖν οὐδὲ Ῥωμαίοις. Hæc autem ſumit à Polybio Livius. *Sigonius.*

Quatuor legiones quinque legionibus additas, ut novem legionibus] Recte obſervat Sigonius, quatuor fuiſſe veteres, non quinque, apparere ex eo, quod Fabio prima & quarta, Minutio ſecunda & tertia olim evenerint; Polybium etiam octo legionibus rem geſtam narrare. Itaque ſuſpicabar olim, & docuerunt poſtea me MSS. reſectis ineptorum hominum ſomniis legendum: *alii novas quatuor legiones*, (ſcil. ſcriptas auctores ſunt) *ut octo legionibus rem gererent.* Sic plane Put. & Pet. niſi quod hic: *& VIII.* Sic & Pall. tres, Voſſianuſque niſi quod hic (qui tamen in margine, *ut VIII.*) & Pall. duo, *& quinque*, tertius, *& ut octo*: nemo quiſquam alia voce auctior. *J. Fr. Gron.*

3 *Millibus peditum & centenis equitibus in ſingulas adjectis*] Romulus primus legiones conſtituit ex *tribus millibus peditum* ſingulas, ut unaquæque tribus, tum cum tres erant, tria millia daret. Poſt *quatuor millium* facta eſt, unde quadrata dicta, *equitum ducentorum.* Hoc autem primum tempore, *quinque millium peditum* reddita eſt, & *trecentorum equitum* Livio, & Polybio auctoribus. Poſtremo C. Marius *ſex millium* ut eſſet, inſtituit, ut ait Feſtus. Itaque alius aliis temporibus fuit militum legionis numerus. *Sigonius.*

4 *Pedites æquarent*] Cantabr. *pediti.* Idem à Salmaſio ex Put. annotatum adverto, adſcripſitque *forte peditum.* Mihi hujus mutationis cauſa non probatur, & potius videtur acquieſcere ſcriptæ lectioni, *pediti æquarent*, ſcil. numerum. Par numeri variatio 26, 4. *Peditum equiti immiſcendorum.* 31, 21. *Et cornua ab equitibus & medii à pedite pulſi.* Jac. Gron.

5 *Septem, & octoginta millia armatorum, & ducentos*] Plutarchus ſummam confecit, *octo & octoginta.* Sic enim ait: μυριάδες γὰρ ἦσαν ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα. At Polybius: πλεῖον μὲν

depoſcere pellendos inde hoſtes. ad locum capiendum dux ipſe inter ſtolidiſſimos ferociſſimoſque ad arma vocat, & vanis animis & minis increpat hoſtem. [1] Principio levem armaturam demittit, deinde conferto agmine mittit equites: poſtremo, quum hoſtibus quoque ſubſidia mitti videret, inſtructis legionibus procedit. Et Annibal laborantibus ſuis, alia atque alia, creſcente certamine, mittens auxilia peditum equitumque, jam juſtam expleverat aciem, ac totis utrimque viribus certabatur. Prima levis armatura Romanorum præoccupatum inferiore loco ſuccedens tumulum, pulſa detruſaque terrorem in ſuccedentem intulit equitem, & ad ſigna legionum refugit. peditum acies inter perculſos impavida ſola erat; videbaturque, ſi juſta aut ſi recta pugna eſſet, haudquaquam impar futura. tantum animorum fecerat proſpere ante paucos dies res geſta. Sed exorti repente inſidiatores, eum tumultum terroremque in latera utrimque ab tergoque incurſantes, fecerunt, ut neque animus ad pu-
29 gnam neque ad fugam ſpes cuiquam ſupereſſet. Tunc Fabius primo clamore paventium audito, dein conſpecta procul turbata acie, [2] *Ita eſt*, inquit, *non celerius quam timui, deprehendit fortuna temeritatem. Fabio æquatus imperio, Annibalem & virtute & fortuna ſuperiorem videt. Sed aliud jurgandi ſuccenſendique tempus erit. nunc ſigna extra vallum proferte. Victoriam hoſti extorqueamus, confeſſionem erroris civibus.* [3] Jam magna ex parte cæſis aliis, aliis circumſpectantibus

1 *Principio levem armaturam dimittit* &c.] Plutarchus ſic vertit: πρῶτον μὲν ἀπέστειλε τὸ κούφων στρατιὰν, ἔπειτα τοὺς ἱππεῖς. τέλος δὲ ὁρῶν ὁ Ἀννίβας προσβοηθοῦντα τοῖς ὑπὸ λόφῳ πάσῃ δυνάμει, καὶ βιαζόμενα συντίθησιν. *Sigonius.*

Principio levem armaturam dimittit] Scribe, *emittit*: aut potius totum illud verbum pro alieno dele. *J. Fr. Gron.*

2 *Ita eſt, inquit, non celerius* &c.] Hic Plutarch. Ὦ Ἡράκλεις, ὡς ταχέως μὲν ἡ ἐμὴ προσδόκιμον, βραδέως δ' ἡ αὐτὸς ἑαυτὸν ἀπολώλεκε. *Sigonius.*

3 *Jam magna ex p. cæſis aliis, aliis circumſpect.*] Cantabr. omiſſo priore *aliis*, refert: *jam magna ex parte cæſis, aliis circumſpect.* Video itidem in Voſſ. & Gud. Sic à patre deprehenſum. Cur igitur retinemus, quod venit à laſciva ſed inepta manu? Eſt enim dictum, ut lib. 3 cap. 37. *Jam ne tergo qui-*

tibus fugam; Fabiana ſe acies repente, velut cœlo demiſſa, ad auxilium oſtendit. Itaque priuſquam ad conjectum teli veniret, aut manum conſereret, & ſuos à fuga effuſa, [1] & ab nimis feroci pugna hoſtes continuit. qui ſolutis ordinibus vage diſſipati erant, undique confugerunt ad integram aciem; qui plures ſimul terga dederant, converſi in hoſtem, volventeſque orbem, nunc ſenſim referre pedem, nunc conglobati reſtare. ac jam prope una acies facta erat victi atque integri exercitus, inferebantque ſigna in hoſtem; quum Pœnus receptui cecinit, palam ferente Annibale, ab ſe Minucium, ſe à Fabio victum. Ita per variam fortunam diei majore parte exacta, quum in caſtra reditum eſſet, Minucius convocatis militibus: [2] *Sæpe ego*, inquit, *audivi, milites, eum primum eſſe virum, qui ipſe conſulat quid in rem ſit; ſecundum eum, qui bene monenti obediat: qui nec ipſe conſulere, nec alteri parêre ſciat, eum extremi ingenii eſſe. Nobis quoniam prima animi ingeniique negata ſors eſt, ſecundam ac mediam teneamus: & dum imperare diſcimus, parêre prudenti in animum inducamus. Caſtra cum Fabio jungamus: ad prætorium ejus ſigna quum tulerimus, ubi ego eum Parentem appellavero, quod* [3] *beneficio ejus*

go quidem abſtinebatur; virgis cædi, alii ſecuri ſubjici. Ubi ſi placet, vide. *Jac. Gronovius.*

1 *Et à feroci pugna hoſtes*] Put. Pet. melior Pal. *& ab animis feroci.* Pal. ſecundus: *& ab armis feroci.* Tertius: *& ab nimis feroci.* Ea vera lectio eſt. *J. Fr. Gron.*

2 *Sæpe ego, inquit, audivi, milites, eum primum eſſe virum, qui ipſe conſulat &c.*] Hanc ſententiam expreſſit ex Heſiodo, qui ait:

Οὗτος μὲν πανάριστος ὃς ἂν πάντα νοήσῃ,
Φραζόμενος τά κ' ἔπειτα καὶ εἰς τέλος ἦσιν ἀμείνω.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὁδ' αὖτ' ἀχρήϊος ἀνήρ.

Hanc eandem ſententiam ſic vertit Cicero pro Cluentio: *Sapientiſſimum eſſe dicunt eum, cui quod opus ſit ipſi, veniat in mentem; proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperat. In ſtultitia contra eſt. Minus enim ſtultus eſt is, cui nihil in mentem venit, quam ille, qui quod ſtultè alteri venit in mentem, comprobat.* Eandem ita adumbravit Plutarchus: τὸ μὲν ἁμαρτεῖν μηδὲν ἐν πράγμασι μεγάλοις, μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπόν ἐστι· τὸ δ' ἁμαρτόντα χρήσασθαι τοῖς παθήμασι διδάγμασι πρὸς τὸ λοιπὸν, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ νοῦν ἔχοντος. *Sigonius.*

3 *Beneficio ejus erga nos ac majeſtate ejus*] Poſtremum *ejus* fortaſſe ejiciendum. *J. Fr. Gron.*

ejus erga nos ac majeſtate ejus dignum eſt ; vos, milites, eos, quorum vos modo arma dexteræque texerunt , Patronos ſalutabitis : & ſi nihil aliud gratorum certe nobis animorum gloriam dies hæc dederit. Signo dato, conclamatur inde, ut colligantur vaſa : profecti & agmine incedentes ad dictatoris caſtra , in admirationem & ipſum, & omnes , qui circa erant , converterunt. Ut conſtituta ſunt ante tribunal ſigna , progreſſus ante alios magiſter equitum , quum patrem Fabium appellaſſet , circumfuſoſque militum ejus totum agmen patronos conſalutaſſet , *Parentibus* , inquit, *meis dictator (quibus te modo nomine, quo ſando poſſum , æquavi) vitam tantum debeo : tibi , quum meam ſalutem , tum omnium horum. Itaque plebeiſcitum , quo oneratus magis quam honoratus ſum, primus antiquo, abrogoque : & quod tibi mihique, [1] quod exercitibuſque his tuis ſervato ac conſervatori ſit felix , ſub imperium auſpiciumque tuum redeo , & ſigna hæc legioneſque reſtituo. Tu quæſo placatus [2] me magiſterium equitum, hos ordines ſuos quemque*

1 *Quod meo exercitui tuoque*] Modeſtius & ambitioſius Put. *quod exercitibuſque* (manus prima *exercituſque*) *his tuis ſervato ac conſervatori.* eoque omnes alii , etiam vitioſiſſimi , ſatis alludunt. *J. Fr. Gron.*

2 *Me magiſtrum equitum hos ordinibus ſuis quemque teneri jubeat*] Non poteſt cuiquam docto ſatisfacere. Pal. *Me magiſterio equitum , hos ordinibus ſuis quemque teneri.* Sed in omnium optimo eſt : *magiſtrum equitum hos ordinibus ſuis quemque tenere.* Quæ lectio per ſe menti Minucii eſt adverſaria , ſed ad veram tamen nobis viam aperuit. Quomodo enim peteret , ut ſibi magiſtro equitum liceat hos tenere quaſi ſeparatos ? Immo ea de cauſſa reducit eas , quod tenendis indignum ſe fatetur : ideo dixit , *tuis his exercitibus :* ut emendavimus. Scribe : *Tu quæſo placatus me magiſterium equitum, hos ordines ſuos quemque tenere jubeas.* Diſciplina Romana poſcebat , ut hoc beneficium vitæ ſervatæ & magiſter equitum & exercitus cum ignominia aliqua in exemplum aliorum acciperent. Sic cum L. Minucius conſul ad Corbionem obſidione Æquorum ab L. Quinctio Capitolino liberatus eſſet, dictator prædam omnem ſuo tantum militi dedit; conſularem exercitum ipſumque conſulem increpans : *carebis parte prædæ, miles , ex eo hoſte, cui prope prædæ fuiſti : & tu L. Minuci , donec conſularem animum incipias habere , legatus his legionibus præeris.* Livius lib. 3. Sic de ſententia Appii Claudii ſenatus eos, qui à Pyrrho rege Epirotarum capti & poſtea remiſſi erant, equites ad pedes redegit, pedites ad levem armaturam , omnes extra vallum juſſit tendere, donec bina hoſtium ſpolia referrent. Frontinus 4 Strateg. 1. Hanc ignominiam à mitiſſimo imperatorum & ſibi & militibus ſuis deprecatur. *Ordinibus* factum ex *ordinis.* eo genere mendi , quo ſupra cap. 8 idem codex : *ac pænatibus,* pro *ad penatis* , & infra cap. 37 *adoni-*

que tenere jubeas. Tum dextræ interjunctæ, militeſque concione dimiſſa, à notis ignotiſque benigne atque hoſpitaliter invitati: lætuſque dies, ex admodum triſti paullo ante ac prope execrabili, factus. Romæ, ut eſt perlata fama rei geſtæ, dein literis non magis ipſorum imperatorum, [1] quam vulgi militum ex utroque exercitu affirmata, pro ſe quiſque Maximum laudibus ad cœlum ferre. par gloria apud Annibalem, hoſteſque Pœnos erat: ac tum demum ſentire, cum Romanis atque in Italia bellum eſſe. Nam biennio ante adeo & duces Romanos & milites ſpreverant, ut vix cum eadem gente bellum eſſe crederent, cujus terribilem eam famam à patribus accepiſſent. Annibalem quoque ex acie redeuntem dixiſſe ferunt, [2] *tandem eam nubem, quæ ſedere in jugis montium ſolita ſit, cum procella imbrem dediſſe.* Dum hæc ge- 31
runtur in Italia, Cn. Servilius Geminus conſul cum claſſe CXX navium circumvectus Sardiniæ & Corſicæ oram, & obſidibus utrimque acceptis; in Africam tranſmiſit:

&

adonibus fidelibuſque ſociis, pro *à bonis fidelibuſque*. Poſtea aliquis, ut omnia convenirent *ſuu* pro *ſuos* reſcripſit. *J. Fr. Gron.*

1 *Quam vulgo militum ex utroque exercitu*] Lege, *vulgi militum*. Idem.

2 *Tandem e. nubem qua ſederet in jugis mont. ſollicitatam pr. i. d.*] Plutarchus: τὴν ὅτι τὸ ἄκρον τοῦτο νεφέλαι πυκνὸν ὄπ μὴ ζάλης ποτὲ, καὶ χαλαζίδων ὄμβρον ἐκρύξῃ. *Sigonius.*

Nubem ſollicitatam, procella] Non ineleganter fictum eſt. Tamen Put. Petav. melior, Pal. *eam nubem, quæ ſedere in jugis montium ſolita ſit, cum procella imbrem dediſſe.* Put. etiam *ſidere.* Plinius lib. 18, 35. *Cum in cacuminibus montium nubes conſident, hiemabit.* Plutarchus: νεφέλαις νεφέλαι. Haud dubie verior ſcripta lectio. Lib. 6. *Ingentibus procellis fuſius imber certam magis victoriam quam prælium diremit.* Et ite- *tibus procellis fuſius diremit.* Lib. 23. *Ni ingentibus procellis effuſus imber diremiſſet pugnantes.* Trogus lib. 29. *Videre tonantem ac fulminantem ab occaſu procellam, quam in quaſcumque terrarum partes victoriæ tempeſtas detulerit, magno cruoris imbre omnia fœdaturam.* Curtius lib. 8. *Procella imbrem vix ſub tecto tolerabilem effudit.* Statius 10 Theb. *Qualiter aut Malean aut alta Ceraunia ſupra Ceſſantes in nube ſedent nigriſque leguntur Collibus, & ſubita ſaliunt in vela procella.* Credere poſſis ipſius Hannibalis dictum Homero deberi: Ιλ. 1. νεφέλῃσιν ἐοικότες, ἅς τε Κρονίων Νηνεμίης ἔχησιν ἐπ' ἀκροπόλοισιν ὄρεσσιν, Ἀρπέμεναι ὅρη τε ὐδήεντα μήτε βορέαο καὶ ἄλλων Ζαχρειῶν ἀνέμων, οἵτε νέφεα σκιόεντα Πνοιῇσιν λιγυρῇσι διασκιδνᾶσιν ἀέντες. Socrates ad Νεφέλας apud Ariſtophanem: εἴτ' ἐπ' Ὀλύμπου κορυφαῖς ἱεραῖς χορευσόμενοι καθ' ὑμᾶς. *J. Fr. Gron.*

& priuſquam in continentem exſcenſiones faceret, [1] Meninge inſula vaſtata, & ab incolentibus Cercinam, ne & ipſorum ureretur diripereturque ager, decem talentis argenti acceptis, ad littora Africæ acceſſit, copiaſque expoſuit. Inde ad populandum agrum ducti milites; navaleſque ſocii juxta effuſi, [2] ac ſi inſulis cultorum egentibus prædarentur. itaque in inſidias temere illati, [3] quum à frequentibus palantes, [4] ab locorum gnaris ignari circumvenirentur, cum multa cæde ac fœda fuga retro ad naves compulſi ſunt. Ad mille hominum, cum his [5] Sempronio Blæſo quæſtore, amiſſum: claſſis à littoribus hoſtium plenis trepide ſoluta in Siciliam curſum tenuit: [6] traditaque Lilybæi T. Otacilio prætori, ut ab legato ejus P. Sura Romam reduceretur, ipſe per Siciliam pedibus profectus, freto in Italiam trajecit: [7] literiſque Fabii accitus & ipſe, & collega ejus M. Atilius, [8] ut exercitum ab ſe exacto jam prope ſemeſtri imperio acciperent. Omnium prope annales Fabium dictatorem adverſus Annibalem rem geſſiſſe tradunt. [9] Cœlius etiam eum pri-

1 *Meninge inſula vaſtata*] Hanc inſulam *Cercinam* vocat Polybius: μετὰ ταῦτα καταπλεύσας τὴς Λιβύης ὡς ὀπὶ τὴν Κερκινῖτιν νῆσον, καὶ λαβὼν παρ' αὐτῶν χρήματα τάλαντα μὲν πρὸς δέκα, ἀπῆλθε. In vet. lib. *Menia* inſula eſt: duæ hæ finitimæ inſulæ ſunt ad Syrtim. *Sigonius.*

2 *Ac ſi inſulas cultorum egentes*] Jam dictum in vett. libb. eſſe: *inſulis cultorum egentibus.* J. Fr. Gron.

3 *Cum à ſequentibus palantes*] Malim, ut antè, *frequentibus.* quia præceſſit, *Inſulas cultorum egentes.* & poſt: *littoribus hoſtium plenis.* Sigonius.

4 *Et locorum ignari circumvenirentur*] Deeſt una pars antitheſeos. Put. Petav. melior. optimus Florent. *palantes ad locorum & ignari gnaru* (hanc vocem omittunt poſteriores) *circumvenirentur.* Repone: *à frequentibus palantes, ab locorum gnaru ignari circumv.* J. Fr. Gronovius.

5 *Sempronio Bleſo*] *Blaſo*, ex Capitol. lapidibus & Græcis libris. *Sigon.*

Cum hu Sempronio Blaſo quaeſtore, amiſſo] Optimi: *amiſſum.* Illud ſuffecerunt, qui non videbant illa, *cum his Sempronio Blaſo quaſtore*, poni defectu participii verbi ſubſtantivi. *J. Fr. Gron.*

6 *Traditaque Lilybai tota Atilio prætori*] Jam oſtendi hoc anno *Atilium* nullum prætorem fuiſſe, *T. Otacilium* fuiſſe. Ea res me admonuit, ut turpe mendum delerem, & pro *tota Atilio*, *T. Otacilio* ſcriberem. *Sigonius.*

7 *Literiſque Fabii accitus*] Lege, *literis Q. Fabii*, perſpicue. *Idem.*

8 *Ut exercitum ab ſe*] Iidem: *exercitus ab ſe.* Fabianum nempe & Minucianum, uti mox appellantur. *J. Fr. Gron.*

9 *Cœlius etiam eum à populo*] Scripti;

primum à populo creatum dictatorem ſcribit. Sed & Cœlium & cæteros fugit, uni conſuli Cn. Servilio, qui tum procul in Gallia provincia aberat, jus fuiſſe dicendi dictatoris: quam moram quia exſpectare territa jam clade civitas non poterat, eo decurſum eſſe, ut à populo crearetur qui prodictatore eſſet: res inde geſtas, gloriamque inſignem ducis, [1] & augentes titulum imaginis poſteros, [2] ut dictator Prodictatore diceretur, facile obtinuiſſe. Conſules, M. Atilius Fabiano, Geminus Servilius Minuciano exercitu accepto, hibernaculis mature communitis ([3] tum enim autumni erat tempus) Fabii artibus cum ſumma inter ſe concordia bellum geſſerunt. Frumentatum exeunti Annibali, diverſis locis [4] opportuni aderant, carpentes agmen, palatoſque excipientes, in caſum univerſæ dimicationis, quam omnibus artibus petebat hoſtis, non veniebant. [5] adeoque inopia eſt coactus Annibal, ut niſi tum fugæ ſpeciem abeundo timuiſſet, Galliam repetiturus fuerit: nulla relicta ſpe alendi 32

pti: *Cœlius etiam eum primum à populo.* J. Fr. Gron.

1 *Et augendæ titulum imaginis poſteris*] Nihil hic ſani ſenſus. Petav. recentior & Men. *& in augendis titulum imagines poſteris.* Put. Petav. Voſſ. *& augendis titulum imagines poſteros.* Illud *augendis* pro *augentis* plurali accuſativo ſcriptum eſt, & *imagines* ἀντὶ τῆς *imaginis.* Idem.

2 *Ut dictator Prodictatore diceretur*] Put. Petav. melior & Florent. *ut qui prodictatore caderetur.* Tres Pall. *ut qui pro dictatore:* ut & Men. & Pet. duo cum his, *diceretur*, tertius *crederetur.* Scribendum exiſtimo: *& augentes titulum imaginis poſteros, ut Prodictatore dictator crederetur, facile obtinuiſſe.* Accipe *Prodictatore* nominandi caſu per intellectum articuli ὁ. Ut ſolent in talibus. Sic Ovidius lib. 1 Met. ait pugnare *ſine pondere habentia pondus.* Nili forte verius ſimpliciſſimum, *pro Prodictatore:* ut quoſdam voluiſſe teſtis Glareanus. Lib. 8 extremo: *Vitiatam memoriam funebribus laudibus reor, falſiſque imaginum titulis, dum familia ad ſe quaque famam rerum geſtarum honorumque fallente mendacio trahunt.* Idem.

3 *Tum enim autumni erat tempus*] Meliores codd. *tum autumni erat:* cætera deſunt. Scribe: *Hibernaculis mature communitis (medium autumni erat) Fabii artibus* &c. Sic lib. 38. *Ipſe (jam enim medium autumni erat) locis gelidis excedere properans.* Idem.

4 *Opportune aderant carpentes agmen palanteſque*] Meliorum ſcriptura: *opportuni aderant carpentes agmen palatoſque excipientes.* Salluſtius Catilin. *Si paullulum modo vos languere viderint, jam omnes feroces aderunt.* Idem.

5 *Adeoque inopia eſt coactus Annibal*] Vix Latina oratio. Tentabam: *& ad id inopia eſt redactus Hannibal.* Idem.

alendi exercitus in eis locis, si insequentes cōsules eisdem artibus bellum gererent. Quum [1] ad Geronium jam hieme impediente constitisset bellum, Neapolitani legati Romam venere. ab iis quadraginta pateræ aureæ magni ponderis in curiam illatæ, atque ita verba facta, ut dicerent: [2] *Scire sese Romani populi ærarium bello exhauriri: & quum juxta pro urbibus agrisque sociorum, ac pro capite atque arce Italiæ urbe Romana* [3] *atque imperio geratur, æquum censuisse Neapolitanos, quod auri sibi quum* [4] *ad templorum ornatum, tum ad subsidium fortunæ à majoribus relictum foret, eo juvare populum Romanum. Si quam opem in sese crederent, eodem studio fuisse oblaturos. gratum sibi Patres Romanos populumque facturum, si omnes res Neapolitanorum suas duxissent: dignosque judicaverint, ab quibus donum animo ac voluntate eorum, qui libentes darent, quam re majus ampliusque, acciperent.* Legatis gratiæ actæ pro munificentia, cu-
33 raque. [5] patera, quæ ponderis minimi fuit, accepta. Per eosdem dies speculator Carthaginiensis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehensus, præcisisque manibus dimissus: & servi quinque & viginti in crucem acti, quod in campo Martio conjurassent. indici data libertas, & æris gravis viginti millia. Legati & ad Philippum Macedonum regem missi; [6] ad deposcendum Demetrium Pharium, qui bello victus ad eum fugisset: & [7] alii in Ligu-

1 *Ad Gerionem hieme impendente*] Put. Pet. Men. Voss. *ad Gerionium hieme impediente.* J. Fr. Gron.

2 *Scire se Romani populi*] *Sese* fecimus, quia sic in optimis: aliis, *scire ea esse.* Sed *tò Romani* vix in scriptis reperitur. Gudianus tamen, *ararium po. r. bello.* Pall. unus. *po. Ro. erarium.* Idem.

3 *Atque imperio geratur*] Put. Voss. Gud. *gerantur.* Utrum *cernatur?* an potius scribendum: *id quum juxta*, &c. *geratur.* Alioqui duriuscule subauditur *tò bellum.* Idem.

4 *Ad ipsorum ornatum*] Immo *ad templorum.* Sic enim Petav. Pal. margo Vossiani. Put. & alii omnes fere, *temporum.* Idem.

5 *Patera, quæ ponderis*] Cavillatur Camillus Peregrinus IV Dis. p. 728. *Idem.*

6 *Ad deposcendum Demetrium Pharium*] Hic rex Illyriorum fuit paulo ante hoc bellum à Romanis bello superatus: auctor Polybius lib. 3. qui item eundem ad Philippum ex acie confugisse ait. *Sigonius.*

7 *Alii in Ligures*] Veteres, *& alii in Ligures.* J. Fr. Gron.

Ligures, ad expoſtulandum quod Pœnum opibus auxiliiſque ſuis juviſſent: ſimul ad viſendum ex propinquo, quæ in Boiis atque Inſubribus gererentur. [1] Ad Pineum quoque regem in Illyrios legati miſſi ad ſtipendium, cujus dies exierat, poſcendum; aut, ſi diem proferre vellet, obſides accipiendos. adeo, etſi bellum ingens in cervicibus erat, nullius uſquam terrarum rei cura Romanos, ne longinqua quidem, effugiebat. In religionem etiam venit, ædem Concordiæ, quam per ſeditionem militarem [2] biennio ante L. Manlius prætor in Gallia voviſſet, locatam ad id tempus non eſſe: itaque duumviri ad eam rem creati [3] à M. Æmilio prætore urbis, Cn. Pupius & [4] Cæſo Quintius Flamininus, ædem in arce faciendam locaverunt. Ab eodem prætore ex ſenatuſconſulto literæ ad conſules miſſæ: ut ſi iis videretur, alter eorum ad conſules creandos Romam veniret. ſe in [5] eam diem, quam juſſiſſent, comitia edicturum. Ad hæc à conſulibus reſcriptum, *Sine detrimento reipublicæ abſcedi non poſſe ab hoſte. itaque per interregem comitia habenda eſſe potius, quam conſulum alter à bello avocaretur.* Patribus rectius viſum eſt, dictatorem à Conſule dici comitiorum habendorum cauſſa. dictus L. Veturius Philo, [6] Manium Pomponium Mathonem magiſtrum equitum dixit. His vitio creatis, juſſiſque die quartodecimo ſe magiſtratu abdicare, ad interregnum res rediit. Conſulibus prorogatum 34

1 *Ad Pineum*] Is erat Agronis filius Appiano teſte in Illyricis. *Henricus Valeſius.*

Ad Pineum quoque regem in Illyrios] Olim, *Illyrios.* J. Fr. Gron.

2 *Biennio ante L. Manl. prat. in G. v.*] Miror dixiſſe, *Biennio ante*, de eo qui anno ante prætor in Gallia fuerit, ut lib. 21 tradidit. *Sigonius.*

3 *Ab Æmilio pratore*] Put. & *M. Æmilio pratore.* J. Fr. Gron.

4 *Ceſo Quintius Flaminius*] Lege, *K. Quinctius Flamininus.* Sic enim & antiqua prænominis nota, & nominis, cognominiſque hujus vera ſcriptura cuſtodietur. ut enim *Augurinus Minuciorum*, *Cenſorinus Marciorum* cognomen eſt, ſic *Flamininus Quinctiorum*, lapidibus Capitolinis, & quibuſdam etiam vet. lib. teſtibus. *Sigonius.*

5 *Eam diem, qua juſſiſſent*] Meliores: *quam juſſiſſent.* J. Fr. Gron.

6 *M. Pomponium Mathonem*] Scribe, *M' Pomponium Mathonem*, ob cauſſam, quam poſt dicam. *Sigonius.*

tum in annum imperium. interreges proditi à Patribus, [1] C. Claudius, Appii filius, Cento: inde P. Cornelius Aſina. In ejus interregno comitia habita, magno certamine Patrum ac plebis. [2] C. Terentio Varroni, quem ſui generis hominem, plebei inſectatione principum popularibuſque artibus conciliatum, ab Q. Fabii opibus & dictatorio imperio concuſſis, aliena invidia ſplendentem, vulgus etiam extrahere ad conſulatum nitebatur, Patres ſumma ope obſtabant, ne ſe inſectando, ſibi æquari aſſueſcerent homines. [3] Q. Bæbius Herennius tribunus plebis, cognatus C. Terentii, criminando, non ſenatum modo, ſed etiam augures, quod dictatorem prohibuiſſent comitia perficere, per invidiam eorum favorem candidato ſuo conciliabat. *Ab hominibus nobilibus, per multos annos bellum quærentibus Annibalem* [4] *in Italiam adductum: ab iiſdem, quum debellari poſſit, fraude id bellum trahi.* [5] *cum quatuor militum legionibus univerſis pugnari poſſe apparuiſſe eo, quod M. Minucius abſente Fabio proſpere pugnaſſet, duas legiones hoſti ad cædem objectas, deinde ex ipſa cæde ereptas, ut pater patronuſque*

1 *Cn. Claudius Appii filius Cento*] Scribe, *C. Claudius Ap. F. Centho*, ex Capitolinis conſulibus. *Sigonius.*

2 *C. Terentium Varronem ſui generis hominem*] Omnes: *C. Terentio Varrone, quem ſui generis*: vel *Varroni*. quam veram eſſe lectionem diſtinctio mutata prodit. Scribendum enim: *C. Terentio Varroni, quem ſui generis hominem* &c. *vulgus &* (nam & ſic optimi) *extrahere ad conſulatum nitebatur, Patres ſumma ope obſtabant.* J. Fr. Gron.

3 *Bæbius Herennius tribunus plebis*] *Herennius* hoc loco cognominis eſt, ut lib. 9 prænominis, in *Herennio Pontio* C. Pontii patre, alio loco pro nomine eſt, ut in *M. Herennio* conſule. Vereor tamen ne & in prænomine, & in cognomine vitii aliquid ſit. Hoc autem loco ſuſpicor, ne *Vibus Terentius* ſit legendum. eſt enim *Vibus* cognomen, ut in *Vibo Sextio*, & *Vibo Virio*. Hic autem cognatus fuiſſe C. Terentii à Livio dicitur. *Sigonius.*

Bibius Herennius tribunus plebis] Sigonius facit *Vibum Terentium*. ſatis perſpicue in Put. & duobus poſt illum optimis habetur, *Q. Bæbius Herennius*. Eamque veram ſcripturam eſſe exiſtimo. Appellatur lib. 31 tribunus plebis *Quint. Bæbius* hujus fortaſſe filius. Herennium autem cognomen Bæbiis & Octaviis fuiſſe obſervatum eſt viris doctis, qui de gentibus nominibuſque Romanorum ſcripſere. *J. Fr. Gron.*

4 *In Italia abductum*] Vet. lib. *adductum*. Sigonius.

5 *Quum quatuor* &c. *apparuiſſet, ac eo*] Scribendum ex Put. Men. Voſſ. *cum quatuor* &c. *pugnari poſſe apparuiſſe eo*. Solenne vitium mutandis orationibus obliquis. *J. Fr. Gron.*

que appellaretur, qui prius vincere prohibuiſſet Romanos quam vinci. Conſules deinde Fabianis artibus, quum debellare poſſent, bellum traxiſſe. Id fœdus inter omnes nobiles ictum: nec finem ante belli habituros, quam conſulem vere plebeium, id eſt, hominem novum feciſſent. nam plebeios nobiles jam eiſdem incitatos eſſe ſacris, & contemnere plebem, ex quo contemni deſierint à Patribus, cœpiſſe. [1] *Cui non id apparere? id actum & quæſitum eſſe, ut interregnum iniretur: ut in Patrum poteſtate comitia eſſent. Id conſules ambos ad exercitum morando quæſiſſe: id poſtea, quia invitis iis dictator eſſet dictus comitiorum cauſſa, expugnatum eſſe, ut vitioſus dictator per augures fieret. Habere igitur interregnum eos. conſulatum unum certe plebis Romanæ eſſe:* [2] *populum liberum habiturum, ac daturum ei,* [3] *qui magis vere vincere quam diu imperare malit.* Quum his orationibus accenſa plebs eſſet, tribus patriciis petentibus, P. Cornelio Merenda, [4] L. Manlio Volſone, M. Æmilio Lepido, [5] duobus nobilibus jam familiarum plebei, C. Atilio Ser-

1 *Cui non id apparet?*] Quidam, *appareret*. Sed optimus & Pet. *apparere*. Videtur dediſſe Livius: *Cui non apparere, id actum & quæſitum eſſe, ut interregnum iniretur, ut in Patrum poteſtate comitia eſſent?* Nam interreges non erant niſi patricii. Lib. 1. *Cui enim non apparere, affectare eum imperium in Latinos?* Lib. 8. *Cui non apparere, quod plebeius dictator ſit, id vitium auguribus viſum.* J. Fr. Gron.

2 *Populum liberius habiturum*] Phil. Rubenius, *liberum jus*. Put. Pet. Men. tres Pall. Andreas & aliquot priſcæ edit. *liberum habiturum*. Quidam etiam *Romanæ eſſet*. Scribe: *conſulatum unum certe plebis Romanæ eſſe, & populum liberum habiturum*. Nempe eum unum conſulatum. *Liberum habere* dicimur, quod in arbitrio & poteſtate noſtra eſt. Sic infra: *noctem ad erumpendum liberam habuiſſent*. Lib. 23. *Eam nunc poteſtatem tutam habetis ac liberam*. Cicero 3 Verr. *Quid aut quantum praterea eſt, quod liberum poſſit habere ille arator*. Ovidius 1 Faſt. *Verbaque honoratus libera prætor habet*. Idem.

3 *Qui vere vincere, quam diu imperare malit*] Sic MSS. Dele ergo *magis*. Henricus Valeſius.

Qui magis vincere] Put. & Pet. melior: *qui magis vere vincere*. J. Fr. Gron.

4 *L. Manlio Volſone*] *Vulſone*, ex conſulibus Capitolin. & veter. ſæpe libris. *Sigonius*.

5 *Duobus nobilibus, jam familiaribus plebi*] Lipſii liber, *nobilibus ac familiarum plebei*: ubi τὸ *ac* ille mutat in *at*. Put. & Petav. *duobus nobilibus jam familiarum plebei*: ut & duo Pall. niſi quod *familiarium*: unde Gruterus ſic videtur edidiſſe. Freinshemius ad Taciti verſiones malit, *duobus nobilium jam familiarum plebeiis*. Non tu: ſi memineris diſtinguere poſt τὸ *jam*, & hanc accipere ſententiam: tres patricios petiſſe, & duos jam quidem nobiles, quod vel ipſi vel majores eorum

Serrano, & Q. Ælio Pæto, quorum alter Pontifex, alter augur erat, C. Terentius conſul unus creatur, ut in manu ejus eſſent comitia rogando collegæ. Tum experta nobilitas, parum fuiſſe virium in competitoribus, L. Æmilium Paullum, [1] qui cum M. Livio conſul fuerat, & [2] damnatione collegæ, & ſua prope ambuſtus evaſerat, infeſtum plebei, diu ac multum recuſantem, ad petitionem compellit. [3] is proximo comitiali die, concedentibus omnibus qui cum Varrone certaverant, [4] par magis in adverſandum, quam collega, datur conſuli. Inde prætoria comitia habita. Creati Manius Pomponius Matho, & P. Furius Philus. [5] Romæ juri dicundo urbana ſors Pomponio; [6] inter cives Romanos & peregrinos, P. Furio Philo evenit. Additi duo prætores, M. Claudius Marcellus in Siciliam, L. Poſtumius Albinus in Galliam. Omnes abſentes creati ſunt, nec cuiquam eorum, præter Terentium conſulem, [7] erat mandatus honos, quem jam non antea geſſiſſet; præteritis aliquot fortibus ac ſtrenuis viris: quia [8] in tali tempore nulli novus magiſtratum ſella curuli ſediſſent, familiarum tamen plebei, ſive de plebe. *J. Fr. Gron.*

1 *Qui cum M. Lælio*] Vet. lib. *M. Livio*. Recte. Sic enim eſt apud Caſſiodorum, & apud Plin. lib. 39. conſules autem fuerunt biennio ante. *Sigonius.*

2 *Damnatione collegæ*] De *M. Livio Salinatore* agit, qui conſularis damnatus eſt à populo, quod prædam non æqualiter diviſerat militibus: Auctor Frontinus lib. 4 cap. 2. *Idem.*

3 *Is proximo comitiali die*] Vet. lib. *ita is proximo*. Idem.

4 *Parque magis*] Vet. lib. *par magis*. Idem.

Parque magis in adverſando] Schottus *compar* è ſcripto laudat. Sed hoc neceſſe non eſt: nam *par*, ut ſupra cap. 28. Optimi vero & complures: *par magis in adverſandum quam collega*. Plinius 27, 2. *Cum eo ſolo colluctatur, velut pare intus invento*. J. Fr. Gron.

5 *Romæ juru dicundi*] Lege ex fidiſſimis: *juri dicundo urbana ſors*. Vel potius, *jure dicundo*. Lib. 42. *His prætoribus provincia decreta, duæ jure Romæ dicundo*. Suetonius Cæſare: *ubi quum mandatu prætoris jure dicundo conventus circumiret*. Vide indicem Inſcriptionum. *Idem.*

6 *Inter cives, & inter peregrinos*] Vet. lib. *inter cives, & peregrinos*, ſic alia ubique. *Sigonius.*

7 *Erat mandatus honos*] Expunge eiſdem auctoribus *tò erat*. J. Fr. Gron.

8 *In tali tempore nullus novus*] Put. *nullis novos magiſtratus*. Scribe: *nulli novus mag.* Idem.

In tali tempore nullus novis magiſtratus videb. mand.] *Novum hominem* hic intelligit, non ut paulo ante C. Terentium appellavit, id eſt, eum qui primus

Digitized by Google

giſtratus videbatur mandandus. Exercitus quoque multiplicati ſunt. Quantæ autem peditum equitumque [1] additæ ſint copiæ, adeo & numero & genere copiarum variant auctores, ut vix quicquam ſatis certum affirmare auſim. Decem millia novorum militum alii ſcripta in ſupplementum; alii [2] novas quatuor legiones, ut octo legionibus rem gererent. numero quoque peditum equitumque legiones auctas, [3] millibus peditum, & centenis equitibus in ſingulas adjectis, ut quina millia peditum, treceni equites eſſent: ſocii duplicem numerum equitum darent, [4] pedites æquarent. [5] Septem & octoginta millia 36

primus ex familia ſua magiſtratum curulem cepiſſet, ſed eum qui non antea magiſtratum eundem geſſiſſet, quique novus ad munus illud tractandum veniret, id eſt, qui tum primum præturam caperet. *Sigonius.*

1 *Additæ ſint copiæ*] Poſteriorem vocem ignorat Voſſ. *J. Fr. Gron.*

2 *Novas quat. leg. quinque legionibus additas, ut novem leg. r. g.*] Veteres legiones *quatuor* fuiſſe, non *quinque* apparet ex eo, quod Fabio prima & quarta, Minucio ſecunda & tertia evenerunt. Polybius quidem hoc loco octo legionibus rem geſtam ait, non novem: ἀρξάντων ὀκτὼ στρατοπέδων ἐπὶ τὰ Καρχηδονίων, ὃ πρότερον ἐδέποτε ἐγχείρησε Ῥωμαίοις. Hæc autem ſumit à Polybio Livius. *Sigonius.*

Quatuor legiones quinque legionibus additas, ut novem legionibus] Recte obſervat Sigonius, quatuor fuiſſe veteres, non quinque, apparere ex eo, quod Fabio prima & quarta, Minutio ſecunda & tertia olim evenerint; Polybium etiam octo legionibus rem geſtam narrare. Itaque ſuſpicabar olim, & docuerunt poſtea me MSS. reſectis ineptorum hominum ſomniis legendum: *alii novas quatuor legiones*, (ſcil. ſcriptas auctores ſunt) *ut octo legionibus rem gererent*. Sic plane Put. & Pet. niſi quod hic: & VIII. Sic & Pall. tres, Voſſianuſque niſi quod hic (qui tamen in margine, ut VIII.) & Pall. duo, *& quinque*, tertius, *& ut octo*: nemo quiſquam alia voce auctior. *J. Fr. Gron.*

3 *Millibus peditum & centenis equitibus in ſingulas adjectis*] Romulus primus legiones conſtituit ex *tribus millibus peditum* ſingulas, ut unaquæque tribus, tum cum tres erant, tria millia daret. Poſt *quatuor millium* facta eſt, unde quadrata dicta, *equitum ducentorum*. Hoc autem primum tempore, *quinque millium peditum* reddita eſt, & *trecentorum equitum* Livio, & Polybio auctoribus. Poſtremo C. Marius *ſex millium* ut eſſet, inſtituit, ut ait Feſtus. Itaque alius aliis temporibus fuit militum legionis numerus. *Sigonius.*

4 *Pedites æquarent*] Cantabr. *pediti*. Idem à Salmaſio ex Put. annotatum adverto, adſcripſitque *forte peditum*. Mihi hujus mutationis cauſa non probatur, & potius videtur acquieſcere ſcriptæ lectioni, *pediti æquarent*, ſcil. numerum. Par numeri variatio 26, 4. *Peditum equiti immiſcendorum*. 31, 21. *Et cornua ab equitibus & medii à pedite pulſi*. Jac. Gron.

5 *Septem, & octoginta millia armatorum, & ducentos*] Plutarchus ſummam confecit, *octo & octoginta*. Sic enim ait: μυριάδες ἐγένοντο διακόσιαι ἀνδρῶν ὁπλιτῶν. At Polybius: πλεῖον μὲν

millia armatorum, & ducentos in castris Romanis, quum pugnatum ad Cannas est, [1] quidam auctores sunt. Illud haudquaquam discrepat, majore conatu atque impetu rem actam, quam prioribus annis; quia spem posse vinci hostem dictator præbuerat. Cæterum, prius quam signa ab urbe novæ legiones moverent, decemviri libros adire atque inspicere jussi, propter territos vulgo homines novis prodigiis. nam & Romæ in Aventino, & Ariciæ nunciatum erat, sub idem tempus lapidibus pluisse: [2] & multo cruore signa in Sabinis cædis, aquas è fonte calidas manasse. [3] Id quidem etiam quod sæpius acciderat, magis terrebat: & in via Fornicata, quæ ad Campum erat, aliquot

εἰς ὀκτὼ μυριάδας, ἑπτὰς δὲ μικρῷ πλείους τῶν ἑξακισχιλίων. *Sigonius.*

1 *Quidam auctores sunt*] Crederes his in verbis tres diversas Historicorum sententias ab Livio exponi: primam decem millia novorum militum in supplementum esse scripta: alteram novas quatuor legiones prioribus quatuor esse adjunctas, auctumque in singulis earum numerum peditum equitumque: tertiam 87 millia armatorum & quod excurrit in castris Romanis fuisse. Sed re accuratius considerata patebit duas tantum ab Livio memorari, & secundam ac tertiam eandem prorsus esse. Illi enim, qui tradiderunt Coss. octo legionibus rem gessisse, ita auctis, ut essent singulæ 5000 peditum ac 300 equitum, fuerunt ii ipsi, qui memoriæ mandaverunt, tot millia armatorum in castris Romanis ad Cannas fuisse. Etenim octies quinque millia efficiunt 40000, & adjecto altero tanto sociorum, 80000 peditum. Similiter trecenti equites per octo legiones sunt 2400. Quibus si addas bis tantum ab sociis, erunt septem millia ac ducenti. Fuisse ergo Livii videtur: *Septem & LXXX millia armatorum, ducentos in castris Romanis, quum pugnatum ad Cannas, fuisse auctores sunt.* Nimirum *alii*, quæ vox paulo longius abhinc posita causa fuit quamobrem librarii insererent τὸ *quidam*, contra auctoris mentem & verborum sensum. *Jac. Perizonius.*

2 *Et multo cruore signa in Sabinis cadis*] Lipsius, fidenter ille quidem, 5 epist. q. 1. *Signa, in Sabinis, cadis.* Sed habes lib. 23. *Mare arsit eo anno: ad Sinuessam bos equuleum peperit: signa Lanuvii ad Junonis Sospitæ cruore manavere.* Deinde forsan: *signa in Sabinis, Caretes aquas è fonte.* in quibus videlicet & prodigium cap. 1 hujus libri. Put. Pet. Men. *cædes.* J. Fr. Gron.

3 *Id quidem & quod*] Scripti: *Id quidem etiam quod sæpius.* Idem.

Id quidem etiam q. s. a.] Quid illud sit, quod sæpius acciderit, eoque magis terruerit animos hominum, dubium profecto est. A superioribus quidem isthæc πλεῖα σημεῖα, &, ut sentio, recte sejunguntur. Ad sequens prodigium ut nihil pertinere videantur, facit interposita copula. Clara erunt omnia, si legas, ut solet Livius: *Et (id quidem etiam, quod sæpius acciderat, magis terrebat) in via* &c. Lib. 35 cap. 21. *Et (quod maxime terrebat) consulis Cn. Domitii bovem locutum esse.* Jac. Perizonius.

1 *Classi*

quot homines de cœlo tacti exanimatique fuerant. Ea prodigia ex libris procurata. Legati à Pæſto pateras aureas Romam attulerunt. iis ſicut Neapolitanis, gratiæ actæ, aurum non acceptum. Per eoſdem dies ab Hieron- 37.
ne [1] claſſis Oſtiam [2] cum magno commeatu acceſſit. [3] Legati Syracuſani in ſenatum introducti nunciarunt: ***Eadem C. Flaminii conſulis exercituſque allatam,*** [4] *adeo agre tuliſſe regem* ***Hieronem,*** [5] ***ut nulla ſua propria regnique ſui clade moveri magis potuerit. Itaque, quamquam*** *probe ſciat* ***magnitudinem populi Romani admirabiliorem*** *prope adverſis rebus,* ***quam ſecundis*** [6] ***eſſe; tamen ſe omnia, quibus à bonis fidelibuſque ſociis bella juvari ſoleant, miſiſſe, quæ ne accipere abnuant,*** [7] ***magnopere ſe Patres Conſcriptos orare. Jam omnium primum,*** *ominis cauſſa* ***Victoriam auream pondo trecentum viginti afferre ſeſe. acciperent eam tenerentque & haberent*** *propriam & perpetuam.* ***Advexiſſe etiam trecenta millia*** *modium tritici,* ***ducenta hordei, ne commeatus deeſſent & quantum præterea*** [8] ***opus eſſet, quo juſſiſſent, ſubvecturos. Milite*** *atque equite ſcire niſi* ***Romano Latinique nominis non uti populum*** *Romanum:* [9] ***levium armatorum auxilia etiam externa vidiſſe in caſtris Romanis.***

Itaque

1 *Claſſis Oſtiam*] Voſſ. *hoſtica.* Scribe ex Cantabr. *Oſtia.* Vide ad 9, 19. *Jac. Gron.*

2 *Cum magno commeatu*] Vet. lib. *cum magno apparatu.* Quod placet, ut non commeatum ſolum, ſed etiam ſagittarios. & funditores ab Hierone miſſos intelligat. *Sigonius.*

3 *Legati in ſenatum introducti*] Vet. lib. *Legati Syracuſani in ſenatum.* Idem.

Legati Syracuſani] *Tò Syracuſani* ab Sigonio venit. Voſſ. Gud. eo carent. *J. Fr. Gron.*

4 *Adeo agre tuliſſe regem*] Vet. lib. *adeo affeciſſe regem*, quod probo: quia lectior oratio eſt. & quia ſequitur, *ut nulla ſui propria, regnique ſui clade moveri magis potuerit.* Sigonius.

5 *Ut nulla ſui propria*] Latinitas poſcebat *ſua.* idque optimi libri & vett. edd. ſervant. *J. Fr. Gron.*

6 *Miſſa tamen à ſe omnia*] Illi: *quam ſecundis eſſe menſe omnia quibus à bonis* (Put. *adonibus*, ut indicatum) *fidelibuſque ſociis bella juvari ſoleant, miſſiſſe. quæ ne accipere* &c. Apparet vel ex eo legendum: *eſſe: tamen ſe omnia* &c. *Idem.*

7 *Magnopere ſe Patres*] Eximii: *magno opere.* Idem.

8 *Opus eſſet, quo juſſiſſent*] Vet. lib. *& quo juſſiſſent.* Sigonius.

Opus eſſet, & quo] Iidem: *quantum præterea opus eſſet, quo juſſiſſent:* deleta copulativa, quam fruſtra inculcat Sigonius. *J. Fr. Gron.*

9 *Levium armatorum auxilia*] Legimus, *levium armorum*, quamvis deficientibus ſcriptis. Infra: *ex ceteris levium armorum auxiliis prima acies facta.* Idem.

Itaque miſiſſe mille ſagittariorum ac funditorum, aptam manum adverſus Baleares ac Mauros, pugnaceſque alias miſſili telo gentes. Ad ea dona, conſilium quoque addebant, *Ut prætor, cui provincia Sicilia evenisſet, claſſem in Africam trajiceret, ut & hoſtes in terra ſua bellum haberent, minuſque laxamenti daretur iis ad auxilia Annibali ſubmittenda.* Ab ſenatu ita reſponſum regi eſt: *Virum bonum egregiumque ſocium Hieronem eſſe, atque uno tenore, ex quo in amicitiam populi Romani venerit, fidem coluiſſe, ac rem Romanam omni tempore ac loco munifice adjuviſſe.* [1] *id perinde ac deberet, gratum populo Romano eſſe. Aurum & à civitatibus quibuſdam allatum, gratia rei accepta, non accepiſſe populum Romanum. Victoriam, omenque accipere: ſedemque ei ſe Divæ dare, dicare Capitolium, templum Jovis Optimi Maximi, in ea arce urbis Romanæ ſacratam, volentem propitiamque, firmam ac ſtabilem, fore populo Romano.* Funditores, ſagittariique, & frumentum traditum conſulibus. [2] Quinqueremes ad navium claſſem, quæ cum T. Otacilio proprætore in Sicilia erant, quinque & viginti additæ, permiſſumque eſt, ut ſi è republ.
38 cenſeret eſſe, in Africam trajiceret. Delectu perfecto, conſules paucos morati dies, dum ſocii ab nomine Latino venirent. Milites tunc, quod numquam antea factum erat, jurejurando ab tribunis militum adacti, juſſu conſulum conventuros, neque injuſſu abituros. [3] nam ad eam diem nil præter ſacramentum fuerat, & ubi ad decuria-

1 *Id perinde ac deberet, pergratum*] Put. alii: *deberet gratum eſſe.* J.Fr. Gronovius.

2 *Quinqueremes ad navium claſſem, quæ cum T. Otacilio proprætore in Sicilia erant*] Periculum erat ne claſſem populi intelligeremus, ni adjectum foret *navium.* Sed deeſt haud dubie numerus, ut & defuerat cap. 31 ante Lipſium. Si legatus Otacilii non deduxit Romam, quas ei reliquerat deducendas Servilius, fuerunt CXX: ſed nihil certi poteſt ſtatui. Scribo etiam, *erat*, ut & habet Andreas. *Idem.*

3 *Nam ad eam diem nihil præter ſacramentum fuerat, & --- ſua voluntate --- equites d. c. pedites conjurabant*] Quod hoc loco ait intereſſe Livius inter *ſacramentum* & *jusjurandum*, id tradit Servius in 8 Æneid. intereſſe inter *conjurationem* & *ſacramentum.* Nam *cum ipſi qui convenerant, ſimul jurabant, conjuratio, cum ſinguli jurejurando adigebantur ſacramentum erat*, auctore Servio. *Conjurationem* autem & *ſacra-*

curiatum aut centuriatum conveniſſent, ſua voluntate ipſi inter ſe equites decuriati, centuriati pedites conjurabant, ſeſe fugæ atque formidinis ergo non abituros, neque ex ordine receſſuros, niſi teli ſumendi aut petendi, aut hoſtis feriendi, aut civis ſervandi cauſſa. id ex voluntario inter ipſos fœdere [1] à tribunis ad legitimam jurisjurandi adactionem tranſlatum. Conciones, [2] priusquam ab urbe ſigna moverentur, conſulis Varronis multæ ac feroces fuere, denunciantes, bellum arceſſitum in Italiam ab nobilibus, manſurumque in viſceribus reipublicæ, ſi plures Fabios imperatores haberet. [3] ſe quo die hoſtem vidiſſet, perfecturum. Collegæ ejus Paulli una, pridie quam ex urbe proficiſcerentur, concio fuit verior quam gratior populo, qua nihil inclementer in Varronem dictum, niſi id modo; *Mirari ſe*, [4] *quomodo quis dux, priusquam aut ſuum, aut hoſtium exercitum, locorum ſitum, naturam regionis noſſet*, [5] *jam nunc loca-*

tus

ſacramentum idem eſſe apparet ex eo, quod Livius in *ſacramento* explicando *conjurandi* verbum adhibuit. *Sacramentum* ergo voluntarium, *juſjurandum* neceſſarium & legitimum ait fuiſſe. *Sigonius.*

1 *A tribunis ad legitimam*] Voſſ. *ad tribunos*. Gud. *ad tribunos & ad legitimam*. Quod præferendum. *J. Fr. Gron.*

2 *Priuſquam urbe ſigna moverentur*] MSS. *ab urbe*. Idem.

3 *Se quo die hoſtem vidiſſet, profligaturum*] Put. Pet. Men. Voſſ. Pal. Andreas, Aldus & complures veteres edd. *ſe quo die hoſtem vidiſſet, perfecturum*. Vulgatum in primo deprehendi Aſcenſio, ſecuta eſt Moguntina. Lipſius, *confligturum*. Sed verum eſt vetus: ominando victoriam, quo die hoſtem vidiſſet, non pugnaturum ſe, quod ambigui eſſet eventus, ſed *bellum* (ea vox repetenda ex præcedentibus) eſſe perfecturum, ſeu debellaturum ait. Lib. 5. *Aut non ſuſcipi bellum oportuit, aut geri pro dignitate po-*

Tom. II.

Romani, & perfici quam primum. Lib. 21. *Hic erit juvenis, penes quem perfecti hujuſce belli laus eſt.* Lib. 45. *Ad hoc fecimus conſulem, ut bellum per quadriennium ingenti etiam pudore noſtro tractum perficeret.* Juſtinus 6. *Indignum ait bella non perfici, ſed redimi.* Cenſeo etiam ſcribas: *denuntiantis*. Tum diſtinguendum: *denuntiantis, bellum (arceſſitum in Italiam ab nobilibus, manſurumque in viſceribus reipublica, ſi plures Fabios imperatores haberet) ſe, quo die hoſtem vidiſſet, perfecturum.* Idem.

4 *Quomodo quis dux*] Put. Pet. melior, Men. Voſſ. *quod nequi dux*. Significant: *qui nunquam dux*. id eſt, quemadmodum qui nunquam exercitum rexiſſet. Ut nempe Varro. Hoc etiam auget indignationem. *Idem.*

5 *Jam nunc in urbe locatus*] Muretus *togatus*. Idem.

Jam nunc togatus in urbi] Hanc conjecturam Mureti firmat eximie ipſe Livius 3, 10. *Niſi, dum in integro res ſit, dum togati ſint, caveant.* 22, 23.

tus in urbe ſciret, quæ ſibi agenda armato forent; & diem quoque prædicere poſſet, qua cum hoſte ſignis collatis eſſet dimicaturus. Se quæ conſilia magis res dent hominibus, quam homines rebus, ea ante tempus immatura non præcepturum. optare, ut quæ caute atque conſulte geſta eſſent, ſatis proſpere evenirent. Temeritatem præterquam quod ſtulta ſit, infelicem etiam ad id locorum fuiſſe. [1] Id ſua ſponte apparebat, tuta celeribus conſiliis præpoſiturum: & quo id conſtantius perſeveraret, Q. Fabius Maximus ſic eum proficiſcentem allocutus
39 fertur: *Si aut collegam (id quod mallem) tui ſimilem, L. Æmili, haberes, aut tu collegæ tui ſimilis eſſes, ſupervacanea eſſet oratio mea. nam & duo boni conſules,* [2] *etiam me indicente,*

[1] *omnia*

Cunctatio Fabii contempta erat inter cives armatos pariter togatoſque. 4. 11. *Æquavit Quintius Cos. togatus armatæ gloriam collegæ.* Jac. Gron.

1 *Eum ſua ſponte apparebat*] Scripti: *Id ſua ſponte apparebat, tuta eum.* Scribe: *Et ſua ſponte apparebat tuta celeribus conſiliis præpoſiturum, & quo id conſtantius perſeveraret.* Muretus: *Id ſua ſponte apparebat eum tuta:* dein, *& quo in his.* Nemo ſuccinit noſtrorum. Cicero pro Quinctio: *Neque te ipſum id, quod turpiſſime ſuſcepiſſes, perſeverare & tranſigere potuiſſe.* Auctor de bello Africo: *Cum equites jumenta ad inſequendum hoſtem perſeverandumque curſum tardiora haberent.* Fragmentum Corneliæ Gracchorum: *Ne ille ſirit Jupiter te ea perſeverare, nec tibi tantam dementiam venire in animum.* J. Fr. Gro.

2 *Etiam me tacente*] Put. Pet. melior, Men. quatuor Florent. Barberin. tres Pall. Voſſ. *etiam me indigentes.* Pet. alter, *indignante.* An ceſſarem reſcribere, *etiam me indicente:* ut apud Comicum in Adelphis: *Non me indicente hæc fiunt.* Pudet me nonnullius commentatorum ejus, qui auſus hanc duram dicere nimis compoſitionem. Ita eſt Midæ auribus: nam veteres quidem delicias in ea faciunt. Sic *inſperante atque invito* in Andria: ſic *intolerans, inopinans, inſciens.* Varroni *inficientes ἀεργοὶ* lib. 3 de re Ruſt. de apibus: *Neque ipſa ſunt inficientes, nec non oderunt inertes.* Lib. 4 de L. L. Et *facere verba dicimus, & qui aliquid agit, non eſſe inficientem.* Sic *intritus ab labore* Cæſari pro non trito, lib. 5 de Gall. *eductis quatuor cohortibus, quæ præſidio caſtris relicta intrita ab labore erant.* Sic Andinæ membranæ, quibus multa debemus egregia: nec Florent. aliter, & alludunt alii, *interrita*, exhibendo. Vulgo, *integra*, obſidet. *Indelictum* Actius in Hellenibus: *qui niſi probum, omnia alia indelicta exiſtimant.* Sic *innotitiam* dixit A. Gellius, ſi licuiſſet per corruptores, lib. 16, 13. *Simul quia obſcura obliteraque ſunt municipiorum jura, quibus uti jam per innotitiam non queunt.* Sic duo ſcripti Pataviani. Vulgo: *per ignorantiam.* Idem lib. 19, 9. *Labos hic vigiliarum & inquies.* Sed & Guidetus *indicente* judicat indignum Terentiana perſpicuitate, & ſubjicit fatuum *inticente.* Quaſi dicas *inſilente.* At ego ne Ciceronis quidem perſpicuitate indignum judico. Apud quem lib. 3 de Finibus cap. 2. *Eam ſi varietatem diceres, intelligerem, ut etiam non dicente te intelligo.* Verſo cum maxime optimæ fidei membranas, in quibus eſt:

etiam

Digitized by Google

[1] omnia è republica fide veſtra faceretis: & mali, nec mea verba auribus veſtris, [2] nec conſilia animis acciperetis. nunc & collegam tuum & te talem virum intuenti mihi, tecum omnis oratio eſt: quem video nequicquam & virum bonum, & civem fore, [3] ſi altera parte claudicet reſpublica. malis conſiliis idem ac bonis juris & poteſtatis erit. Erras enim, L. Paulle, ſi tibi minus certaminis cum C. Terentio, quam cum Annibale futurum cenſes.

etiam dicente. Itaque plane credo ſcripſiſſe Tullium: *ut etiam indicente te intelligo.* Neque *indicente* pro non dicente majus eſt monſtrum, quam *indictum* pro non dicto. *J. Fr. Gron.*

1 *Omnia è republica fide veſtra fac.*] Alibi addere ſolet copulativam. 25, 7. *Faceret, quod è republica fideque ſua duceret.* 29, 10. *Ut è republ. fideque ſua duceret.* 33, 31. *Id è republica fideque ſua facere, ſtatuere juſſi erant.* 38. 8. *Quod è re Ætolorum fideque ſua eſſe cenſerent.* Jac. Perizonius.

2 *Nec conſilia animis reciperetis*] Optimi: *acciperetis.* Virgilius: *Accipite ergo animis atque hæc mea figite dicta.* J. Fr. Gron.

3 *Si altera parte claudicet*] Non omittendum in optimo & antiquiſſimo legi: *ſi altera parte claudet reſpublica.* Videant eruditi. nam ego ſi probare illud me dixerim, vereor ne mihi veniat aliquis Seſquicaſtalio obſervator, qui omnia me clauda & manca reddidiſſe occentet. Quem tamen vix effugero. Non poteſt tamen negari ſic Cæcilium dixiſſe in Epiclero: *An ubi vos ſitis, ibi conſilium claudeat?* teſte Priſciano; non Salluſtium in oratione Macri: *Neque enim ignorantia claudit res.* Et iterum alibi: *nihil ſecordia claudebat.* Sed & Cicero 5 Tuſcul. 8. *Beatam vitam, etiamſi ex aliqua parte clauderet, tamen multo majore parte obtinere nomen ſuum:* ſi fides antiquiſſimo Fulvii, cui & Scioppius concedit, ſi quatuor codicibus Gruteri. Plinius, quem nos primi addimus, lib. 18, 33. *Nec contra ſeptentrionem paveru ſupra dictum: clodunt ita lippiuntve ab afflatu, & alvo cita pereunt.* Ubi Dalechampius, *clodunt*, id eſt, oculos aperire nequeunt. Unde hæc ſignificatio verbi? Gellius 1, 7. *At ſi, Explicuit, diceret, imperfecto & debili numero verborum ſonus clauderet.* Sic Lipſius de conjectura; L. Fruterius è membranis: quibus nos addimus ſuffragantes & regias Pariſiis, & quas domi ſub oculis habemus. Idem 13, 19. *Ea judicii ſubtilitate, ut, ſi aliter dixeris mutaveriſque, & aliquid tamen auris habeat, ſentias ſuavitatem ſonitus claudere.* Sic edidit Stephanus, & in MSS. deprehendimus ipſi, ubi vulgo *dividere.* Appuleius in Floridis: *Quod utinam mihi pro amplitudine auditorii prolixa oratio ſuppeteret, ac non hic maxime clauderet, ubi me facundiſſimum cuperem.* Sic quidem primus Lipſius, ex codice tamen, neque repugnat Scioppius, & poſt Colvium omnes admiſerunt. Notat ibi Colvius verbum hoc à Lipſio quoque repoſitum Livio. Forſan hunc ipſum locum deſignat. De Deo Socratis: *Ut ubi dubitatione clauderet ibi divinatione conſiſteret.* ut legitur Florentiæ & probat Mercerus. Auſonius in ludo Septem ſapientum: *Sed ſi memoria Rebus vetuſtis claudit.* Agnoverunt Vinetus, Lipſius, Scaliger. Symmachus lib. 1 ad Auſonium, quæ aliis 27, aliis 33 epiſtola: *Diu ſcribendi operam protuliſti, & vereor, ne forte in nos parentis claudat affectio.* Sic v. c. habere jam prioris Jureti, jam duarum Lectii oræ profeſſæ erant: in altera recepit Juretus: addidit ſuorum auctoritatem Scioppius. *Idem.*

ſes. neſcio an infeſtior hic adverſarius, quam ille hoſtis maneat: cum illo in acie tantum, cum hoc omnibus locis ac temporibus certaturus es: & adverſum Annibalem legioneſque ejus tuis equitibus ac peditibus pugnandum tibi eſt; Varro dux, tuis militibus te eſt oppugnaturus. Ominis etiam tibi cauſſá abſit C. *Flaminii memoria. tamen ille conſul demum, & in provincia, & ad exercitum cœpit furere: hic prius quam peteret conſulatum,* [1] *deinde in petendo conſulatu: nunc quoque conſul,* [2] *prius quam caſtra videat, aut hoſtem, inſanit. & qui tantas jam nunc procellas, prœlia atque acies jactando inter togatos ciet, quid inter armatam juventutem cenſes facturum, & ubi extemplo verba res ſequitur? Atqui ſi hic, quod facturum ſe denunciat, extemplo pugnaverit; aut ego rem militarem, belli hoc genus, hoſtem hunc ignoro, aut nobilior alius Traſimeno locus noſtris cladibus erit.* [3] *Nec gloriandi tempus adverſus unum eſt; ut ego contemnendo potius quam appetendo gloriam, modum exceſſerim. Sed ita res habet. una ratio belli gerendi adverſus Annibalem eſt, qua ego geſſi. nec eventus modo hoc docet; ſtultorum iſte magiſter eſt; ſed eadem ratio quæ fuit, futuraque, donec eadem res manebunt, immutabilis eſt. In Italia bellum gerimus, in ſede ac ſolo noſtro. omnia circa plena civium ac ſociorum ſunt. armis, viris, equis, commeatibus juvant, juvabuntque. id jam fidei documentum in adverſis rebus noſtris dederunt. meliores, prudentiores, conſtantiores nos tempus dieſque facit. Annibal contra, in aliena, in hoſtili eſt terra, inter omnia inimica infeſtaque;* [4] *procul ab domo, procul ab patria. neque illi terra, neque mari eſt pax:*

1 *Deinde in petendo conſulatu*] Vox poſtrema eſtne additamentum interpretis? *J. Fr. Gron.*

2 *Priuſquam caſtra videat aut hoſtem*] Neſcio unde ſolus Cantabrig. *priuſquam caſtra videat, & ad exercitum venint aut hoſtem.* 37, 45. *Priuſquam caſtra régia, priuſquam aciem videremus.* Jac. Gron.

3 *Nec gloriandi tempus adverſus unum eſt; ut ego*] Corruptum hoc, corruptum. Sed parum in me auxilii. An *adverſis civium?* an *adverſus hunc?* Flaminium puta. *Et* tamen, credo, ſcripſit, non *ut.* J. Fr. Gron.

4 *Procul ab domo, procul ab patria*] Si ita ſcripſit Livius, recte eſt, ſed vetus nemo defendit. Cantabrig. tamen & Voſſ. alterum *procul* abigunt, *procul ab domo, ab patria.* Nec aliter ex Puteanæo Salmaſius. Certe ſic uno contentus fuit ipſe Livius 25, 6. *Non ſolum*

Digitized by Google

pax: nullæ eum urbes accipiunt, nulla mœnia: nihil uſquam ſui videt: in diem rapto vivit. Partem vix tertiam exercitus ejus habet, [1] *quem Iberum amnem trajecit. plures fames, quam ferrum abſumpſit:* [2] *nec his paucis jam victus ſuppeditat. Dubitas ergo, quin ſedendo ſuperaturi ſimus eum qui ſeneſcat indies, non commeatus, non ſupplementum, non pecuniam habeat? Quam diu* [3] *pro Geronii, caſtelli Apuliæ inopis,* [4] *tamquam pro Carthaginis mœnibus? Sed ne adverſus te quidem ego gloriabor. Cn. Servilius,* [5] *atque Atilius, proximi conſules, vide quemadmodum eum ludificati ſint. Hæc una ſalutis eſt via, L. Paulle, quam difficilem infeſtamque civesſibi magis quam hoſtes facient. idem enim tui, quod hoſtium milites, volent: idem Varro conſul Romanus, quod Annibal Pœnus imperator, cupiet. duobus duci-bus unus reſiſtas oportet: reſiſtes autem, adverſus famam rumo-reſque hominum ſi ſatis firmus ſteteris: ſi te neque collega vana gloria, neque tua falſa infamia moverit.* [6] *Veritatem laborare nimis ſæpe ajunt, extingui numquam. Gloriam qui ſpreverit, veram*

ſolum à patria procul Italiaque, ſed ab hoſte etiam relegati ſumus. Potuit enim illic quoque repetere. *Jac. Gron.*

1 *Quo Iberum amnem trajecit*] Scripti, *quem Iberum*. Et pervagatum eſt hoc noſtro. *J. Fr. Gron.*

2 *Nec his paucis jam victum ſuppeditat*] Cogitabam *victus*: quod inveni poſtea in Voſſ. Gud. Mureti libris. Et ſæpe ſic Livius. *Idem.*

3 *Pro Gerionis caſtelli*] Vet. lib. *Gerioni*, ut vere ita legendum eſſe videatur, quia Polybius Γηρύονον edit. *Sigonius.*

4 *Tanquam pro Carthaginis mœnibus pugnatum eſt?*] Poſtrema *pugnatum eſt*, à Petrarcha eſſe addita teſtis locuples Laurentius Valla: neque ego id uſquam in antiquioribus inveni. Ita autem intelligebam veterem ſcripturam, ut eſſet ἀποσιώπησις modeſta in mentione ejus rei, quæ ad laudem Fabii proprie pertinebat. Nempe ſilet: *eum tenui, maceravi.* Præſertim cùm ſubſequatur: *ſed ne adverſus te quidem ego gloriabor.* Sic apud Silium lib. 7 v. 247 idem Fabius: *quin inter cætera noſtra Haud laude abſuerit, modo qui, ſed parcere dictis Sit melius.* Niſi malis: *tanquam pro Carthaginis mœnibus ſedet? Ne adverſus.* Illud quoque notandum, hic omnes & alibi fere ſemper antiquiſſimos *Gerioni* & *Gerionum* vel *Gerionium*, non *Gerionis* & *Gerionem* præferre. *J. Fr. Gron.*

5 *Atque Atilius*] Vet. lib. *atque M. Atilius.* Sigonius.

Atque Atilius] Forte: *& M. Atilius.* J. Fr. Gron.

6 *A veritate laborare nimis jus ſæpe ajunt*] Vox, *jus*, non eſt in vet. lib. hoc ſenſu: tritum illud proverbium eſt, *Hominem veritatis cauſa nimis ſæpe laborare, numquam vero extingui.* Hæc autem vox, *jus*, ex ingenio à Valla allata eſt. *Sigonius.*

Laborare nimis jus ſæpe] Put. Pet. & quiſque antiquior, *laborare nimiſſæpe.* Scribe: *Veritatem laborare nimis ſæpe ajunt, extingui nunquam. Gloriam*

veram habebit. Sine timidum pro cauto, tardum pro conſiderato, imbellem pro perito belli vocent. malo te ſapiens hoſtis metuat, quam ſtulti cives laudent. Omnia audentem contemnet Annibal: nil temere agentem metuet. Nec ego, [1] *ut nihil agatur, moneo, ſed ut agentem te ratio ducat, non fortuna: tuæ poteſtatis ſemper, tuaque omnia ſint. armatus intentuſque ſis, neque occaſioni tuæ deſis, neque ſuam occaſionem hoſti des. Omnia non properanti clara, certaque erunt. feſtinatio improvida eſt, & cæca.* Adverſus ea oratio conſulis haud ſane læta fuit: magis fatentis, ea quæ diceret, vera, quam facilia factu eſſe. *Dictatori magiſtrum equitum intolerabilem fuiſſe:* [2] *quid conſuli adverſus collegam ſeditioſum ac temerarium virium atque auctoritatis fore? Se populare incendium priore conſulatu ſemiuſtum effugiſſe: optare ut omnia proſpere evenirent. at ſi quid adverſi caderet, hoſtium ſe telis potius, quam ſuffragiis iratorum civium caput objecturum.* Ab hoc ſermone profectum Paullum tradunt; proſequentibus primoribus Patrum. Plebeium conſulem ſua plebes proſecuta, turba quam dignitate conſpectior. Ut in caſtra venerunt, permixto novo exercitu ac vetere, caſtris bifariam factis, [3] ut nova minora eſſent propius Annibalem, in veteribus

qui ſpreverit, veram habebit. Sic conjecit olim Muretus, idque poſtea in ſcripto reperit. ſic prorſus & unus è Pall. Sed *gloriam vanam* fruſtra Muretus 8 Var. 26. Hieronymus dial. adverſus Pelagianos: *Cum dixeris, quæ volueris, audies quæ nequaquam velis. Veritas enim laborare poteſt, vinci non poteſt.* J. Fr. Gron.

1 *Ut nihil agatur, ſed*] Vox una, *moneo*, ex veteribus libris repetenda eſt ita: *Nec ego, ut nihil agatur, moneo, ſed ut agentem.* Sigonius.

Ut nihil agatur, moneo] Put. *Nec ego, ut nihil agatur, ſed ut agentem te ratio ducat, non fortuna vae tuæ poteſtatis.* Sic plane ille excluſo τῷ *moneo*, quod nec Pet. Men. duo Pall. Voſſ. aliique admittunt; immo nec editiones ante Sigonium. Recte, modo pergas, quo manuducit liber antiquiſſimus: *non fortuna, velim: tuæ poteſtatis.* J. Fr. Gron.

2 *Quid conſilii a. c. ſ. ac temerarium virum*] Vet. lib. non *virum* habent, ſed *virium:* Florebellus ingenioſe, pro *conſilii*, *conſuli* reponit: recte utrumque. argumentatur enim, ſi Minucius magiſter equitum dictatori Fabio gravis fuit; quas vires & auctoritatem habebit Paulus conſul adverſus collegam ſuum Varronem? *Sigonius.*

3 *Ut nova minora eſſent propius Annibali*] Put. & Pet. *Annibalem.* Probe. Ut lib. 4. *Propius eſt fidem, obſtringi Fidenatium populum conſcientia tanti ſceleris voluiſſe.* Lib. 23. *Quo propius ſpem belli*

major

major pars, & omne robur virium eſſet; [1] tum conſulum anni prioris M. Atilium, ætatem excuſantem, Romam miſerunt: Geminum Servilium, in minoribus caſtris, legioni Romanæ, & ſocium peditum equitumque duobus millibus præficiunt. Annibal quamquam parte dimidia auctas hoſtium copias cernebat, tamen adventu conſulum mire gaudere. non ſolum enim nihil ex raptis in diem commeatibus ſuperabat, ſed ne unde raperet quidem, quicquam reliqui erat; omni undique frumento, poſteaquam ager parum tutus erat, in urbes munitas convecto: ut vix decem dierum (quod compertum poſtea eſt) frumentum ſupereſſet, Hiſpanorumque ob inopiam tranſitio parata fuerit, [2] ſi maturitas temporum exſpectata foret. Cæterum temeritati conſulis ac præpro- 41
pero ingenio materiam etiam fortuna dedit: quod in prohibendis prædatoribus, tumultuario prœlio, ac procurſu magis militum quam ex præparato aut juſſu imperatorum orto, haudquaquam par Pœnis dimicatio fuit. [3] ad mille & ſeptingentos cæſi; non plus centum Romanorum ſociorumque occiſis. cæterum victoribus effuſe ſequentibus, metu inſidiarum obſtitit Paullus conſul: cujus eo die (nam alternis imperitabant) imperium erat: Varrone indignante ac vociferante, emiſſum hoſtem è manibus: debellarique, ni ceſſatum foret, potuiſſe. Annibal id damnum haud ægerrime pati: quin potius credere, velut ineſcatam temeritatem ferocioris conſulis, ac novorum maxime militum eſſe: & omnia ei hoſtium haud ſecus quam ſua, nota erant: diſſimiles diſcordeſque

belli perficiendi ſit. Lib. 24. *Ceſſere inde Romani propius pacata loca.* Lib. 26. *Ipſæ quoque Hiſpaniæ quo propius ſpem venerant.* Lib. 33. *Media acies, quæ propior dextrum cornu erat.* J. Fr. Gron.

1 *Tum anni prioris conſulem*] Uterque idem: *tum conſultum anni prioris M. Atilium*, ſtatimque *Geminum Servilium*, non *Cnæum*. Scribe: *tum conſulum anni prioris, M. Atilium ætatem excuſantem Romam miſerunt, Geminum Servilium in minoribus caſtris* &c. *Idem.*

2 *Si maturitas temporum*] Vet. lib. *temporis.* Sigonius.

3 *Ad mille & ſeptingentos cæſi*] Alii numeris: ſed integre Gudianus: *ad mille & ſeptingenti cæſi.* Idem.

que imperitare; duas prope partes tironum militum in exercitu esse. Itaque locum & tempus insidiis aptum se habere ratus nocte proxima nihil præter arma ferentes secum milites ducens, castra plena omnis fortunæ publicæ privatæque relinquit, transque proximos montes læva pedites instructos condit, dextra equites, [1] impedimenta per convallem, medium agmen, traducit: ut diripiendis velut desertis fuga dominorum castris occupatum impeditumque hostem opprimeret. Crebri relicti in castris ignes: ut fides fieret, [2] dum ipse longius spatium fuga præciperet, falsa imagine castrorum (sicut Fabium priore anno frustratus esset) [3] tenere in locis
42 consules voluisse. Ubi illuxit, subductæ primo stationes, deinde propius adeuntibus, insolitum silentium admirationem fecit. Jam satis comperta solitudine in castris concursus fit ad prætoria Consulum, nunciantium fugam hostium adeo trepidam, ut tabernaculis stantibus, castra reliquerint: quoque fuga obscurior esset, crebros etiam relictos ignes. Clamor inde ortus, ut signa proferri juberent, ducerentque ad persequendos hostes, ac protinus castra diripienda. Et Consul alter velut unus turbæ militaris erat. Paullus etiam atque etiam dicere, providendum præcavendumque esse. postremo, quum aliter neque seditionem neque ducem seditionis susti-

1 *Impedimenta per cornua in medium*] Hoc fecerunt ex prima scriptura: *per cornuallem medium.* ita enim Put. Cæterum hîc nulli usui ista *cornua.* Scribe: *impedimenta per convallem, medium agmen, traducit.* Ipsa impedimenta per epexegesin dicuntur *agmen medium.* Sic lib. 9. *Dextrum cornu, sacratos more Samnitium milites.* Et, *dextrum cornu, dictatoris acies, alienam pugnam sequetur.* Lib. 28. *Mediæ acies Romanum Pœnumque, quos inter causa belli esset.* Lib. 29. *Lævum cornu, totidem rostratas.* Ubi etiam vulgo vitiatum. Lib. 39. *Acerrima media acies, dextra fortissima legiones dimicabant.* Lib. 42. *In dextrum cornu, Italicos equites, incurrerunt.* J. Fr. Gron.

2 *Dum ipse longius spatium fuga præriperet*] Libri scripti: *præciperet.* Lib. 3. *Sedulo tempus terens, dum præciperent iter nuntii.* Lib. 30. *Aliquantum ad fugam temporis Syphax & Hasdrubal præceperunt.* Lib. 31. *Diei insequentis pars ad præcipiendum iter Philippo data est.* Idem.

3 *Tenere in locis*] An non *tenere iis locis?* 23, 32. *Locisque in præsidio esset.* Jac. Gron.

1 *M. Sta-*

ſuſtinere poſſet, [1] Marium Statilium præfectum cum turma Lucana exploratum mittit. qui, ubi adequitavit portis, ſubſiſtere extra munimenta cæteris juſſis, ipſe cum duobus equitibus vallum intravit: ſpeculatuſque omnia cum cura; renunciat, inſidias profecto eſſe: ignes in parte caſtrorum, quæ vergat in hoſtem, relictos: tabernacula aperta, & omnia cara in promptu relicta: argentum quibuſdam locis temere per vias, velut objectum ad prædam, vidiſſe. Quæ ad deterrendos à cupiditate animos nunciata erant, ea accenderunt: [2] & clamore orto à militibus, ni ſignum detur, ſine ducibus ituros, [3] haudquaquam dux defuit. nam extemplo Varro ſignum dedit proficiſcendi. Paullus, quum ei ſua ſponte cunctanti pulli quoque auſpicio non addixiſſent, obnunciari jam efferenti porta ſigna collegæ juſſit, quod quamquam Varro ægre eſt paſſus, Flaminii tamen recens caſus, [4] Claudiique Conſulis primo Punico bello memorata navalis clades, religionem animo incuſſit. Dii prope ipſi eo die magis diſtulere quam prohibuere imminentem peſtem Romanis. nam forte ita evênit, ut quum referri ſigna in caſtra jubenti Conſuli milites non parerent, ſervi duo, Formiani unus, alter Sidicini equitis, qui Servilio atque Atilio Conſulibus inter pabulatores excepti à Numi-

1 *M. Statilium cum turma Lucanorum exploratum miſit*] Scribe cum optimis: *Marium Statilium cum turma Lucana.* Aurelius Victor in Fabio: *Marium Statilium transfugere ad hoſtes volentem.* Sic enim MSS. non *Manlium. Turma Lucana*, ut 10, 33. *Cohortes duas Lucanam Sueſſanamque.* 44, 40. *Duæ turma equitum, Placentina & Æſernina.* Florus 1, 18. *Frontana turma præfectus.* Mox: *Quæ ad detinendos à cupiditate animos.* Liber optimus: *detrendos:* & ſupra τὸ r pictum inter verſus *n.* Inde Petav. *detenendos.* & cæteri quod vulgatur. Sed verum eſt, *deterrendos.* J. Fr. Gron.

2 *Et clamore ſublato à militibus, niſi ſignum*] Optimi: *& clamore orto à militibus, ni ſignum detur.* Idem.

3 *Haudquaquam dux defuit*] Vox media præcipue mihi ſuſpecta eſt. Abeſt ſane à Cantabrig. abeſt quoque à Voſſ. & percommode ſubauditur, haudquaquam ſignum defuit, ex præcedenti & ſequenti. *Jac. Gron.*

4 *Claudiique conſulis primo Punico bello m. n. cladet*] *P. Claudium Pulchrum* intelligit, qui pullos paſcere nolentes, in mare projici juſſit, ut biberent: auctor Cicero de Divinatione. Valerius de contempta religione. *Sigonius.*

Numidis fuerant, profugerent eo die ad dominos: qui [1] deducti ad Conſules denunciant, omnem exercitum Annibalis trans proximos montes ſedere in inſidiis. Horum opportunus adventus, Conſules imperii potentes fecit, quum ambitio alterius ſuam primum apud eos
43 prava indulgentia majeſtatem ſolviſſet. Annibal poſteaquam motos magis inconſulte Romanos quam ad ultimum temere evectos vidit; nequicquam detecta fraude in caſtra rediit. Ibi plures dies propter inopiam frumenti manere nequibat, novaque conſilia indies, non apud milites ſolum, mixtos ex colluvione omnium gentium, ſed etiam apud ipſum ducem oriebantur. nam quum initio fremitus, deinde aperta vociferatio fuiſſet expoſcentium ſtipendium debitum, querentiumque annonam primo, poſtremo famem, & mercenarios milites, maxime Hiſpani generis de tranſitione cepiſſe conſilium fama eſſet, ipſe etiam interdum Annibal de fuga in Galliam dicitur agitaſſe: ita ut relicto peditatu omni, [2] cum equitibus ſe proriperet. Quum hæc conſilia atque hic habitus animorum eſſet in caſtris, movere inde ſtatuit, in calidiora atque eo maturiora meſſibus Apuliæ loca. ſimul ut quo longius ab hoſte receſſiſſet, transfugia impeditiora levibus ingeniis eſſent. Profectus eſt nocte, ignibus ſimiliter factis, tabernaculiſque paucis in ſpeciem relictis, ut inſidiarum par priori metus contineret Romanos. Sed per eundem Lucanum Statilium, omnibus ultra caſtra tranſque montes exploratis, quum relatum eſſet, viſum procul hoſtium agmen; tum de inſequendo eo conſilia agitari cœpta. Quum utriuſque conſulis [3] eadem,

1 *Deducti ad Coss. denunciant*] Cantabrig. *nunciant*. Præterea Put. Pet. non *qui deducti* ſed *deductique*. 25, 7. *Miſſique qui ſequerentur, ab Tarracina comprehenſos omnes retraxerunt. Deducti in comitio virgiſque approbante populo caſi, de ſaxo dejiciuntur.* Jac. Gron.

2 *Cum equitatu ſe proriperet*] Quibus maxime fides, *cum equitibus*. J. Fr. Gron.

3 *Eadem, quæ ſemper*] Vet. lib. *Cum utriuſque conſulis eadem eſſet, quæ ſemper ante fuiſſet ſententia.* Sigonius.

Digitized by Google

dem, quæ ſemper ante, fuiſſet ſententia; cæterum Varroni fere omnes, Paullo nemo, præter Servilium prioris anni conſulem, aſſentiretur; majoris partis ſententia, ad nobilitandas clade Romana Cannas, urgente fato, profecti ſunt. Prope eum vicum Annibal caſtra poſuerat averſa à Vulturno vento, qui campis torridis ſiccitate nubes pulveris vehit. id quum ipſis caſtris percommodum fuit; tum ſalutare præcipue futurum erat, quum aciem dirigerent, ipſi averſi, terga tantum affiante vento, in obcæcatum pulvere effuſo hoſtem pugnaturi. Conſules ſatis exploratis itineribus ſequentes Pœnum, [1] ut ventum ad Cannas eſt, ubi in conſpectu Pœnum habebant, bina caſtra communiunt; eodem ferme intervallo, quo ad Geronium, ſicut ante, copiis diviſis. Aufidus amnis utriſque caſtris affluens, aditum aquatoribus ex ſua cujuſque opportunitate haud ſine certamine dabat. ex minoribus tamen caſtris, quæ poſita trans Aufidum erant, liberius aquabantur Romani, quia ripa ulterior nullum habebat hoſtium præſidium. Annibal ſpem nactus [2] locis natis ad equeſtrem pugnam, qua parte virium invictus erat, facturos copiam pugnandi conſules, dirigit aciem, laceſſitque Numidarum procurſatione hoſtes. Inde rurſus ſollicitari ſeditione militari ac diſcordia conſulum Romana caſtra: quum Paullus [3] Semproniique & Flaminii temeritatem Varroni, Varro [4] ſpecioſum timidis ac ſegnibus ducibus exemplum Fabii objiceret: 44

1 *Ut ventum ad Cannas eſt, ubi in conſpectu Pœnum*] Put. Pet. uterque reg. Men. Voſſ. *ut ventum ad Cannas eſt, ut in conſpectu.* quod improbare non auſim ob conſenſum librorum. niſi quis malit, *& in conſpectu.* J. Fr. Gron.

2 *Loci ad equeſtrem pugnam* &c. *facturus copiam pugnandi conſulibus*] Put. *Spem nactus locis natis ad equeſtrem pugnam, qua parte virium invictus erat, facturos copiam pugnandi conſules.* Vide 4 Obſerv. 16. Lib. 38. Nicander *praetor ſpem nactus ſolvendæ incepto ſorti obſidionis.* Idem.

3 *Semproniique & Flaminii*] Sic optimi. Item, *deos hominesque.* Idem.

4 *Specioſum timidis ac ſ. d. exemplum Fabii objiceret*] Cantabrig. clare *Fabium.* Quæ appoſitio blandior elegantiorque eſt, quam ut aulim repudiare. Nec aliena aut ingrata Livio. 8, 35. *Caterum in oculis exemplum erat Q. Fabius M. Valerio legato.* 24, 45. *Infidus ſocius, vanus hoſtis, ad Faleriorum*

jiceret : teſtareturque Deos hominesque hic ; nullam penes ſe culpam eſſe, [1] quod Annibal jam velut uſucepiſſet Italiam. ſe conſtrictum à collega teneri. ferrum atque arma iratis & pugnare cupientibus adimi militibus : ille ; ſi quid projectis ac proditis ad inconſultam atque improvidam pugnam legionibus accideret, ſe omnis culpæ exſortem, [2] omnis eventus participem fore diceret. videret, ut quibus lingua tam prompta [3] ac temeraria, æque in pugna vigerent manus. Dum altercationibus magis quam conſiliis tempus teritur, Annibal ex acie, quam ad multum diei tenuerat inſtructam, quum in caſtra cæteras reciperet copias, [4] Numidas ad invadendos ex minoribus caſtris Romanorum aquatores trans flumen mittit. quam inconditam turbam quum vix dum in ripam egreſſi, clamore ac tumultu fugaſſent, in ſtationem quoque pro vallo locatam, atque ipſas prope portas evecti ſunt. Id vero indignum viſum, ab tumultuario auxilio jam etiam caſtra Romana terreri, ut ea modo una cauſſa, ne extemplo tranſirent flumen, dirigerentque aciem, tenuerit Romanos, quod ſumma imperii eo die penes Paullum fuerit. Itaque Varro, poſtero die, cui fors ejus diei imperii erat, nihil conſulto collega, [5] ſignum pugnæ

rum Pyrrhive proditorem tertium decumentum eſſet. 28, 41. *Africa eadem iſta & M. Atilius inſigne utriuſque fortunæ exemplum.* 31, 12. *Ne Pleminium quidem tam clarum recenſque noxæ ſimul ac pœnæ exemplum homines deterrere.* Jac. Gronov.

1 *Quod Annibal jam veluti ſuam cepiſſet Italiam*] Et hoc quoque debetur ingenio Florebelli, *uſucepiſſet.* Jam enim tertius agebatur annus, cum Annibal in Italiam profectus, eam quaſi jure uſucapionis tenebat. Sic lib. 6. *Nec hoc natura inſitum vobis eſt, ſed uſu poſſidemini.* Sigonius.

Quod Hannibal jam velut ſuam cepiſſet Italiam] Put. *jam vel uſucepiſſet Italiam.* Egregie, modo legas, *velut.* Lib. 6. *Nec hoc natura inſitum vobis eſt. Sed uſu poſſidemini.* Seneca epiſt. 12. *Qui Syriam uſu ſuam fecit.* J. Fr. Gron.

2 *Omnis tamen eventus*] Put. & magnus numerus reſecant *tò tamen.* Idem.

3 *Ac temeraria eſſet, æque in pugnam*] Illi : *quibus lingua tam prompta ac temeraria, æque in pugna vigerent manus.* Idem.

4 *Numidas ad invad. ex minor. caſtris*] Polyb. τοὺς δὲ Νομάδας ἐπιφῆκε τοῖς ὑδρευομένοις ἀπὸ τῆς ἐλαττόνος παρεμβολῆς. *Sigonius.*

5 *Signum propoſuit*] Vet. lib. *ſignum pugnæ propoſuit. Signum* autem eſt,

Digitized by Google

pugnæ propoſuit, [1] inſtructaſque copias flumen traduxit, ſequente Paullo: quia magis non probare, quam non adjuvare conſilium poterat. Tranſgreſſi flumen, eas quoque quas in caſtris minoribus habuerant copias, ſuis adjungunt: atque ita inſtructa acie, in dextro cornu (id erat flumini propius) [2] Romanos equites locant, deinde

eſt, ut ait Plutarchus: χεῖρον κέκτηνται τὴν τοῦ πεζικοῦ σκιὰν ἀφελευόμενον. *Signius.*

1 *Inſtructiſque copiis flumen tranſivit*] Put. aliique, *inſtructaſque copias flumen traduxit.* J. Fr. Gron.

2 *Romanos equites locant, deinde pedites*] Salmaſius de Re militari c. 8 tametſi verbis Livii ſatis obſcure ſit expoſita illa ordinatio, hoc tamen eum voluiſſe putat conſtare, dextrum cornu ex equitibus Romanis & peditibus ſocialibus fuiſſe compoſitum; mediam aciem tenuiſſe Romanos; huic adjunctos in lævo cornu pedites ſociorum, quod etiam *extremi*, id eſt, poſt pedites poſiti tenuerint ſociorum equites. Ego, quantum Livius exponit, in dextro cornu nullos ſociorum pedites agnoſco. Neque enim ratio eſt, cur in tali ſermone, *in dextro cornu Romani equites, deinde pedites*, non Romanos, ſed ſociorum pedites intelligam. Tum nihil de his Polybius. Denique in prælii partibus commemoratis noſtro, video in dextro cornu equites Romanos primum ex equis, dein exemplo conſulis pedeſtres pugnare hos ipſos equites, nullos ſocios. Mirum tamen eſt nihil directe dici de media acie, quam tenuiſſe pedites Romanos centum eſt, non dextrum cornu, ut iſta verba velle videntur. Quid quæris? ſcribendum: *Romanos equites locant: medii pedites.* Sic & Polybius: τὸ μὲν ἐν Ῥωμαίων ἱππεῖς παρ' αὐτὸν ἦν πλαισίου ὄντι τῆς δεξιᾶς κέρατος κατέστησεν. τὸ δὲ πρὸς συνεχεῖς τούτοις ὂν τῆς αὐτῆς δεξιᾶς, ἐξέτεινε, πυκνοτέρας ἢ πρόσθεν τὰς σπείρας ποιήσας, καὶ πολλαπλάσιον τὸ βάθος ἐν ταῖς σπείραις ἢ μετώπῳ· τοῦ δὲ συμμέσου ἱππεῖς εἰς τὸ λαιὸν κέρας παρέταξε. Ubi qui vertit πυκνοτέρας &c. *Signa magis conferta in extrema acie quam in prima ſtatuit, numero cohortium, in extremis ordinibus multiplicato:* virum doctiſſimum & rei militaris antiquæ ac Romanæ peritiſſimum, non ſecus Latine reddidiſſe Polybii verba, quam ſi utriuſque rei in ſumma verſaretur ignorantia, pronunciat ὁ πύκνωσις. Ipſe ſic tranſtulit: *magis confertis quam pro more ordinibus & multiplicata altitudine in iis manipulis, qui in fronte conſtituti erant.* Quod haud facile intelligeres, niſi ipſe, quam infeliciter hic rem geſſerit, explicuiſſet. Πρόσθεν ei eſt *pro more*: μέτωπον *media acies*: τὸ βάθος factum πολλαπλάσιον ἐν ταῖς σπείραις ἢ μετώπῳ, *altitudo, vel ordines multiplicati in illis, qui à fronte conſiterant*: idque de his vult narrari, tanquam aliud illo, quod in cornibus contigerat, ubi ſtarent pedites ſociorum; dicique, media in acie duplo plures ordines peditum fuiſſe, quam in ſingulis cornibus. Indagat etiam rationem hujus dicti: nempe tantundem in exercitu fuiſſe civium & ſociorum, & quia ſocii diviſi eſſent in cornua, non potuiſſe illorum ſingulis in cornibus eſſe tot ordines, quot erant civium in media acie conjunctorum. Horum ego ex Polybii loco nihil colligo. Verrendum autem cenſeo: *plures, quam ante, manipulos retro conſtituens, multiplicatis introrſus cujuſque manipuli ordinibus, ſic ut latera frontem vincerent.* Accipio enim, ποιῶν ἐν ταῖς σπείραις τὸ βάθος πολλαπλάσιον

Digitized by Google

deinde pedites: lævum cornu extremi equites ſociorum, intra pedites, ad medium junctι legionibus Romanis tenue-

σιον τ μετώπε, & βάθος pro eo quod alias eſt πλάτος ἢ πάχος, ſubſidia Latinis, latitudinem aciei à primis ordinibus hoſti adverſis ad poſtremos à tergo; μέτωπον, quod & προσωπον, & μῆκος, frontem, longitudinemque aciei, ab equitatu, qui in dextro cornu eſt ad eum, qui in ſiniſtro: & πολλαπλάσιον quod πλεῖον, plurimum eſſe: comparatique cenſeo, non legiones & auxilia, vel mediam aciem cum cornibus, ſed frontem cum ſubſidiis, frontem & latera, latum & longum aciei, ut quidem ut plurimum loquuntur veteres. Adde ad lib. 2, 31. Lib. 25. *Prima legio, & ſiniſtra ala in primo inſtructa, & in longitudinem porrecta acies, clamantibus tribunis, nihil introrſus roboris ac virium eſſe, & quacumque impetum feciſſet hoſtis, perrupturos.* Lib. 28. *Ipſe omnia ſigna peditum in hoſtes vertit: quatuor cohortes in fronte ſtatuit, quia latius pandere aciem non poterat.* Lib. 32. *Conferti pluribus introrſus ordinibus acie firmata.* Lib. 33. *Simul ne facile perrumperetur acies, dimidium de fronte demptum introrſus porrectis ordinibus duplicat, ut longa potius quam lata acies eſſet.* Quod Polybius: τοῖς δ πλατεσιν καὶ τοῖς φαλαγγίταις παρήγγειλε διπλασιάζειν τὸ βάθος καὶ πυκνοῦν. Lib. 27. *Hæc media acies fuit in fronte in decem partes diviſa. partes eas interpoſitis binis elephantis diſtinguebat. à fronte introrſus in duos & triginta ordines armatorum acies patebat.* Polybius lib. 1 de acie Reguli: τὸν δ σύμπασαν τάξιν βραχυτέραν μὲν ἀ πρόσθεν, βαθυτέραν δ ποιήσωλες. ubi tamen τὸ πρόσθεν aliter accipiunt. At in Xanthippi acie habes ibidem τὸ μέτωπον ſic acceptum: τοὺ μὲν ἐλέφαντας ἐξαγαγὼν ἐφ' ἕνα πρὸ πάσης τῆς δυνάμεως ἐν μετώπῳ κατέστησε. Livius lib. 37. *Regii tam lata acie ne ex medio quidem cornua ſua circumſpicere poterant.* Diodorus Siculus lib. 20. Τῶ δ' εὐωνύμω Βομίλκης ἡγούμενος βαθεῖαν ἐποίησε φάλαγγα, κωλύσων τ τὸν πλεῖον παρεκτείνειν ὄχλον πλεῖον. Polyænus lib. 2 in Cleandrida: τὰ φάλαγγα συνήγαγεν εἰς βάθος ἵνα ἦ Λιβυκοὶ κραταιγενήσαντες ὡς ὀλίγων ὄντι μῆκος ἐξέτειναν τὰς τάξεις, ὑπερφαλαγγήσαι πειρώμενοι. Et lib. 4 in Antigono: καὶ τῆς ὑστεραίας τὸ μῆκος τ φάλαγγος διπλάσιον ἐπετείνας, τ χάρακος ἐξήγαγε. οἱ δ πολέμιοι ἀφ' ὑψηλῶν ἀκρωτηρίων τὰ παρεῖναι τ συμμάχων, ἃ μὲν ἔκτασιν τ μήκους φάλαγγος ὁρῶντες, τὸ δ βάθος εὐκαταφρόνητον ἔχοντος, μάχην συνάψαι φοβηθέντες ὤχοντο. Ita legendum, non ἔχοντες. Caſaubonus deeſſe aliquot verba ſuſpicatur, & conjicit ἔχοντας, vel ἔχειν ἀγνοοῦντες. At omnia ſalva, ſi literam mutes: refertur enim τὸ ἔχοντος ad τὸ μήκους. Ὁρῶντες τὰ ἔκτασιν τοῦ μήκους τῆς φάλαγγος, τὸ δ βάθος εὐκαταφρόνητον ἔχοντος, eſt, videntes tam latam aciem phalangis, quæ tamen paucos & contemni faciles introrſus ordines haberet. *J. Fr. Gron.*

In dextro cornu Romanos equites locant, deinde pedites] Sancta debent eſſe hæc verba, & nullo contactu violanda; quum clare pateat ex ſequentibus hos pedites uſque ad medium aciei patuiſſe, donec jungerentur peditibus ſociorum, à quibus læva pars aciei incipiebat. Itaque mirum eſſe non poteſt, nihil directe dici de media acie, quum ſatis intelligatur equitibus Romanis in dextro, ſociorum in ſiniſtro cornu collocatis pedites Romanorum junctos equitibus Romanis tenuiſſe dimidiam partem mediæ aciei, dimidiam occupantibus peditibus ſociorum. Et prorſus ſe ipſe tutatur Livius lib. 10 cap. 27. *Dextro cornu Galli ſiniſtro Samnites conſtiterunt. adverſus Samnites Fabius primam ac tertiam legiones pro dextro cornu, adverſus Gallos pro ſiniſtro Decius quin-*

tam

[1] tenuerunt jaculatores. ex cæteris levium armorum auxiliis prima acies facta. Conſules cornua tenuerunt: Terentius lævum, Æmilius dextrum. [2] Gemino Servilio media pugna tuenda data. Annibal luce prima [3] Balearibus levique alia armatura præmiſſa, tranſgreſſus flumen, ut quoſque traduxerat, ita in acie locabat. Gallos Hiſpanoſque equites prope ripam lævo in cornu adverſus Romanum equitatum: dextrum cornu Numidis equitibus datum; [4] media acie peditibus firmata: ita, ut Afrorum utraque cornua eſſent, interponerentur his medii Galli atque Hiſpani. Afros Romanam magna ex parte crederes aciem: ita armati erant; armis & ad Trebiam, cæterum magna ex parte, ad Traſimenum captis. Gallis Hiſpaniſque ſcuta ejuſdem formæ fere erant: diſpares ac diſſimiles gladii: Gallis prælongi, ac ſine mucronibus: Hiſpano punctim magis quam cæſim aſſueto petere hoſtem, brevitate habiles, [5] & cum mucronibus. 46

ante

tam & ſextam inſtruit. Neque hic ulla mentio mediæ aciei; & tamen ea ſe ipſa ſatis percipiendam ſponte præbet. *Jac. Gron.*

1 *Tenuerunt jaculatores. Ex cæteris*] Scribe: *jaculatores & cætera levium armorum auxilia prima acies facta.* Polybius: πάσης ἡ δυνάμεως τεθείσης τὸ μὲν εὐώνυμον ἐπ' ἀσπιδος. Sed & ſtatim Put. *tenerent.* Pet. melior, Voſſ. & alii, *tenerent:* ut videantur velle *tenuerunt*, pro *tenent:* iidem & plures *Gemino* vel *Geminio Servilio*, non *Cnæo.* Quia autem vix credibile eſt eandem vocem ita in propinquo ſine gratia repetitam, primo loco delendam cenſeo, ut fuerit hoc modo: *in dextro cornu (id erat flumini propius) Romanos equites locant: medii pedites: lævum cornu, extremi, equites ſociorum; intra, pedites, ad medium juncti legionibus Romanis. Jaculatores & cætera levium armorum auxilia, prima acies facta. Conſules cornua tenuerunt, Terentius lævum, Æmilius dextrum; Gemino Servilio media pugna tuenda data.* Sed &, ſi τὸ *pugna* abſit, non deſideres: ut Polybio τὰ μέσα. *J. Fr. Gron.*

2 *Cn. Servilio media pugna tuenda data*] Polybius, *Servilio M.* etiam *Atilium* priore anno *Servilii* collegam addit, quem tamen ætatem excuſantem Romam à conſulibus miſſum fuiſſe ante, Livius ſcripſit. *Sigonius.*

3 *Balearibus, levique alia armatura præmiſſa*] Polybius ante ait: τοὺς μὲν Βαλιαρεῖς καὶ λογχοφόρους. *Idem.*

4 *Media acie*] Vet. lib. *media acies.* Idem.

5 *Et cum mucronibus. ante cæteros habitus gentium*] Tormenta & cruciatus eruditorum in re minimi negotii, ut tandem nobis apparuit. Quod editur, ab Grutero eſt: prius, ut & apud ipſum in ea, quam minore forma dedit: *Ante cæteros armati, is gentium harum habitus.* Put. *ante talius hannibatus gentium harum.* Manus ſecunda inducto *b* ſuperpoſuit *m.* Inde ergo Petav. *ante talias haunimatus.* Florent.

opti-

ante cæteros habitus gentium harum tum magnitudine corporum tum ſpecie terribilis erat. [1] Galli ſuper umbilicum erant nudi: Hiſpani linteis prætextis purpura tunicis, candore miro fulgentibus, conſtiterant. [2] Numerus omnium peditum, qui tum ſteterunt in acie, millium fuit quadraginta, decem equitum. Duces cornibus præerant: [3] ſiniſtro Aſdrubal, dextro Maharbal: mediam aciem Annibal ipſe cum fratre Magone tenuit. Sol, ſeu de induſtria ita locatis, [4] ſeu quod forte ita ſtarent, peropportune utrique parti obliquus erat, Romanis in meridiem, Pœnis in ſeptentrionem verſis. [5] ventus, quem Vul-

optimus: *ante talius animatus.* Duodecim omnes codices membranaceos ſuper hoc loco conſuluimus cum ſimilibus ludibriis. Laur. Valla, *Ante alia habitus*; vel, *Inter alia ipſe habitus.* Lipſius: *Ante alia ornatus*, vel *aſpectus.* Tandem fiximus aciem in principe Put. & eruimus: *Sane & alius habitus gentium harum.* J. Fr. Gron.

1 *Galli ſ. u. e. nudi. Hiſpani linteis prætextis purpura tunicis*] Polybius: τὸ μὲν Κελτῶν γυμνῶν, τὸ δ' Ἰβήρων λινοῖς ἀπεσπορφυρίσις χιτωνίσκοις κεκοσμημένων. Ex quo intelligi poteſt *prætextis purpura* dixiſſe Livium, quod Polybius ἀπεσπορφυρίσις· & cum *prætexta toga* dicitur, præciſe dici, pro *prætexta purpura toga.* Sigonius.

2 *Numerum omnium, qui t. ped. equitumque in a. ſt. illum ferunt, videlicet quadraginta peditum millia, dec. e.*] Vox *illum*, aperte mendoſa eſt: neque enim intelligere potes quo referenda ſit: ſuſpicor, *millia*, pro ea ſcriptum fuiſſe, & L *millia* eſſe legendum ita: *Numerum omnium, qui tum peditum, equitumque in acie ſtetere, L millia ferunt, videlicet quadraginta peditum millia, decem equitum.* De ſumma peditum, equitumque idem ſcribit Polybius. Placet autem, ut quemadmodum de Romanis dixit in univerſum affuiſſe VII & LXXX millia: ſic de Pœnis dicat, deinde vero diſtinguat. *Idem.*

Numerum omnium qui tum peditum equitumque] Sigonius quod vulgo eſt, *illum ferunt*, reddit L *millia ferunt.* ſed aliter hic locus tractandus. Put. *Numerum omnium peditum equitum ſteterent in aciem illum ſunt quadraginta decem equitum.* Neque aliter melior Pet. & optimus Florent. niſi quod *acies.* Hinc fecimus paucis literis ex ratione manifeſta mutatis: *Numerus omnium peditum, qui tum ſteterunt in acie, millium ſuit quadraginta, decem equitum.* Quid pote mitius? Vide ad 10, 3. *J. Fr. Gron.*

3 *Sin. Aſdr. dextrum tegebat Maharbal.*] Vet. lib. *regebat.* Polybius pro *Maharbale*, edit, *Annonem:* τὸ δὲ δεξιὸν Ἄννων. *Sigonius.*

Siniſtrum Aſdrubal, dextrum regebat] Nuſquam in libris vere antiquis *tò regebat*, ſed ſimpliciter: *Duces cornibus præerant, ſiniſtro Haſdrubal, dextro Maharbal.* J. Fr. Gron.

4 *Seu forte ita ſtando*] Plerique omnes: *ſeu quod forte ita ſtare:* ut indicavit ex ſuo Lipſius. Put. *ſtatere.* Subvereor, ne hæc additamentis ſint deformata, ſcripſeritque Livius, ut & Gruterus voluit: *Sol, ſeu de induſtria ita locatis, ſeu forte, peropportune utrique parti obliquus erat.* Vel, *ſeu de induſtria, ſeu forte ita ſtetere.* Idem.

5 *Ventus, quem Vulturnum*] Tò *quem* exſulat à Cantabrig. Haud dubie ſcripſit

Vulturnum incolæ regionis vocant, [1] adverſus Romanis coortus, multo pulvere in ipſa ora volvendo proſpectum ademit. Clamore ſublato, procurſum ab auxiliis, & pu- 47
gna levibus primum armis commiſſa: deinde equitum Gallorum Hiſpanorumque lævum cornu cum dextro Romano concurrit; minime equeſtris more pugnæ: frontibus enim adverſis concurrendum erat: quia nullo circa ad evagandum relicto ſpatio, hinc amnis, hinc peditum acies claudebant in directum utrimque nitentes. [2] Stantibus ac confertis poſtremo turba equis, vir virum amplexus detrahebat equo. pedeſtre magna jam ex parte certamen factum erat: acrius tamen quam diutius pugnatum eſt, pulſique Romani equites terga vertunt. Sub equeſtris finem certaminis coorta eſt peditum pugna. primo & viribus & animis pares conſtabant ordines Gallis, Hiſpaniſque: tandem [3] Romani diu ac ſæpe conniſi, æqua fronte acieque denſa impulere hoſtium cuneum nimis tenuem, eoque parum validum, à cætera prominentem acie. impulſis deinde ac trepide referentibus

pſit Livius: *Ventus (Vulturnum incolæ regionis vocant) adverſus Romanis.* Quæ repentina interjectio tot locis ante patris operam obſcurata fuit. *Jacob. Gronovius.*

1 *Adverſus Romanos coortus*] Optimi, *adverſis Romanis.* Ita lege. Niſi mavis: *adverſus Romanis.* J. Fr. Gron.

2 *Stantibus ac confertis poſtremo turbatis equis*] Scriptor Lipſiani codicis verba, *poſtremo turbatis*, quibus offendebatur, perinde ut ille ſubtiliſſimæ naris Lipſius, omiſit. Sed alia cura eſt opus: *Stantibus ac confertis poſtremo turba equis, vir virum amplexus.* Sic Put. & Petav. melior. *Poſtremo*, id eſt, poſtquam concurriſſent, ſtantibus jam immobilibus & confertis ob nimiam turbam in anguſtiis loci equis. *Idem.*

3 *Romani diu, ac ſæpe conſilio agitabant, qua fronte, &c.*] Malim, *conſilia.* Eſt enim hæc ei trita locutio, *agitare conſilia. Agitare conſilio*, adhuc non legi. *Sigonius.*

Diu ac ſæpe conſilio agitab. qua fronte] Admiſimus, ut & Gruterus correctionem Lipſii, quam ipſe palmariam vocat, ducentibus eodem membranis: niſi quod *aqua*, non *obliqua*, & res ipſa requirit, & ingerit optimus liber, in quo eſt: *conſiliaque fronte.* Et eſt hoc Polybii: ὁμοῦ τῆς εὐθείας. Lib. 36. *Et aqua fronte ad pugnam procedebat.* Lib. 37. *Eumenis tria millia ferme peditum æquata fronte inſtruxit.* Seneca de Vita beata, cap. 4. *Idem exercitus modo latius panditur, modo in anguſtum coarctatur, & aut in cornua ſinuata media parte curvatur, aut recta fronte explicatur.* Mox etiam legam, *inſtitere*, etſi videam, ut alterum defendi poſſit. *J. Fr. Gron.*

bus pedem inſiſtere: ac tenore uno [1] per præceps pavore fugientium agmen in mediam primum aciem illati; poſtremo nullo reſiſtente ad ſubſidia Afrorum pervenerunt: qui utrimque reductis alis conſtiterant, media, qua Galli Hiſpanique ſteterunt, aliquantum prominente acie: qui cuneus, ut pulſus æquavit frontem primum, deinde nitendo etiam ſinum in medio dedit, Afri circa jam cornua fecerant, irruentibuſque incaute in medium Romanis, circumdedere alas: mox cornua extendendo, clauſere & ab tergo hoſtes. Hinc Romani defuncti nequicquam prœlio uno, omiſſis Gallis Hiſpaniſque, quorum terga ceciderant, [2] etiam adverſus Afros integram pugnam ineunt; non tantum eo iniquam, quod incluſi adverſus circumfuſos, ſed etiam quod feſſi cum
48 recentibus ac vegetis pugnabant. [3] Jam & in ſiniſtro cornu Romano, ubi ſociorum equites adverſus Numidas ſteterant, conſertum prœlium erat: ſegne primo, & à Punica cœptum fraude. Quingenti ferme [4] Numidæ, præter juſta arma telaque gladios occultos ſub loricis habentes,

1 *Per præceps pavore fugientium agmine*] Scripti fere, *agmine*. Sed rectè, opinor, correxerunt *agmen*. eſt enim perculſum & inclinatum & præceps actum ſtatumque recuperandi neſcium ob nimium pavorem. Per illud, partim per locum, quem tenuerant, partim inter hos ſolutis ordinibus & disjectos, partim ſuper qui ex iiſdem ſternerentur ſubinde, inſequens avide Romanus continenter & quaſi pro telo in mediam hoſtium aciem receptus eſt, ut loquitur Frontinus Strat. 2, 3, 7. *Poſtremo*, pergit noſter, *nullo reſiſtente ad ſubſidia Afrorum pervenerunt, qui utrimque reductis alis conſtiterant, media, qua Galli Hiſpanique ſteterant, aliquantum prominente acie.* nam ita leg. non *mediique.* nec *mediaque*, ut Lipſius. Put. & Pet. *mediaque.* Quod ſi quis elidendum cenſebit *tò ſteterunt*, adverſarium me non habebit. Polybius: ἐ γὰρ ἅμα συνίεσαν τὰ κέρατα ἢ τὰ μέσα συνάπτειν, ἀλλὰ πρῶτα τὰ μέσα, διὸ τὸ τῶν Κελτῶν ἐν μιμοειδεῖ χάρακι τὰς μίσους, πολὺ προπεπωκέναι τ κεράτων, ἅτε δ μιμίσκεσι, τὸ κύρτωμα πρὸς τὸν πολεμίους ἔχοντ@. Frontinus: *reductis cornibus productaque media acie:* &, *conſerto prælio, paullatim invicem ſinuantibus procedentibuſque ad præceptum cornibus.* J. Fr. Gron.

2 *Etiam adverſus Afros integram*] Lipſio recidenti *tò integrum* ſubſerviunt optimi codices: ſed pro *etiam* volunt *&*. Idem.

3 *Jam & in ſiniſtro cornu Romano*] Optimi neſciunt præpoſitionem, habent autem *Romani.* Scribe: *Jam & ſiniſtro cornu Romanis.* ut & membranæ nonnullæ. *Idem.*

4 *Numidæ præter conſueta arma telaque*] Put. & Pet. melior; *Numidæ præ-*

Digitized by Google

bentes, ſpecie transfugarum cum ab ſuis parmas poſt terga habentes, adequitaſſent; repente ex equis deſiliunt, parmiſque & jaculis ante pedes hoſtium projectis, in mediam aciem accepti, ductique ad ultimos: conſidere ab tergo jubentur, ac dum prœlium ab omni parte conſeritur, quieti manſerunt. poſtquam omnium animos oculoſque occupaverat certamen; tum, arreptis ſcutis, quæ paſſim inter acervos cæſorum corporum ſtrata erant, averſam adoriuntur Romanam aciem, tergaque feri-entes, ac poplites cædentes, [1] ſtragem ingentem, ac majorem aliquanto pavorem ac tumultum fecerunt. Quum alibi terror ac fuga, alibi pertinax in mala jam ſpe prœlium eſſet; [2] Aſdrubal, qui ea parte præerat, ſubductos ex media acie Numidas, quia ſegnis eorum cum adverſis pugna erat, ad perſequendos paſſim fugientes mittit: Hiſpanos & Gallos pedites jam Afris prope feſſis cæde magis

præterita arma. Scribe: *præter juſta arma.* Curtius lib. 4. *Alium funda ſaxa librare, paucis juſta arma eſſe.* Lib. 9. *Macedo juſta arma ſumſerat, æreum clypeum, haſtam:* Silius lib. 12. *Millia bis ſeptem juſtis ducebat in armis Fulvius.* J. Fr. Gron.

[1] *Stragem ingentem dederunt, ac majorem*] Ad Gemonias illud *dederunt.* neque enim ex vere vetuſtis pedem attulit. *Idem.*

[2] *Aſdrubal, qui ea parte præerat, ſubductos &c.*] *Aſdrubal* lævum cornu regebat, *Numidæ* in dextro erant. Itaque mirum videtur, Livium ita loqui. Aſdrubal Numidas ad perſequendos hoſtes mittit, cum ea parte præeſſet. Ego certe malim: *qui læva parte præerat.* Si quidem hoc loco Polybius ait: Aſdrubalem à lævo cornu ad Numidas ſublevandos ſe contuliſſe: ἐπεὶ ὃ αὐτὸς Ἀσδρούβας παρεβοήθησε τοῖς ἰδίοις τῶν Νομάδων. *Sigonius.*

Aſdrubal qui ea parte præerat] Sigonius: *qui læva parte præerat.* Ego quoque hæc corrupta credere malo quam Livium ſui oblitum in locis tam vicinis adeo repugnantia tradiſſe. Haſdrubalem præfecit ſiniſtro cornui: Numidas collocavit in dextro: Gallos & Hiſpanos in prominenti cuneo mediæ aciei. Quemadmodum ergo nunc: *qui ea parte præerat, ſubductos ex media acie Numidas?* Quemadmodum *Hiſpanos & Gallos pedites adjungit Afris* in media acie, in quo ſemper fuerant? Res eſt, Aſdrubalem cum Gallis & Hiſpanis equitibus occidione occidiſſe equitatum Romanum in oppoſito dextro cornu; deinde cum iiſdem advectum ad ſiniſtrum cornu Romanum Numidas ſegnius pugnantes excitaſſe; & hoc quoque profligato Numidis mandaſſe perſequendos profugos; ipſum autem cum Hiſpanis & Gallis profectum ad mediam aciem, conjunctumque cum Afris reliquum prælii confeciſſe. Sic Polybius. *Hiſpanos & Gallos equites* facile eſt reſtituere, ſuperiora mutare arduum. Deſideratur tale quid: *Aſdrubal qua parte præerat, victor, lævum quoque Romanum*

49 magis quam pugna, adjungit. Parte altera pugnæ Paullus, quamquam primo ſtatim prœlio funda graviter ictus fuerat; tamen & occurrit ſæpe cum confertis Annibali, & aliquot locis prœlium reſtituit; protegentibus eum equitibus Romanis. [1] omiſſis poſtremo equis, quia conſulem & ad regendum equum vires deficiebant. tum denuncianti cuidam, juſſiſſe conſulem ad pedes deſcendere equites; dixiſſe Annibalem ferunt: [2] *Quam mallem vinctos mihi traderet!* Equitum pedeſtre prœlium, quale jam haud dubia hoſtium victoria fuit, quum victi mori in veſtigio mallent, quam fugere; victores morantibus victoriam irati, trucidarent quos pellere non poterant. [3] pepulerunt tamen jam paucos ſuperantes, & labore ac vulneribus feſſos. Inde diſſipati omnes ſunt: equoſque ad fugam, qui poterant, repetebant. Cn. Lentulus tribunus militum, quum prætervehens equo, ſedentem in ſaxo cruore oppletum conſulem vidiſſet: *L. Æmili*, inquit, *quem* [4] *unum inſontem culpæ cladis hodiernæ Dii reſpicere debent; cape hunc equum, dum & tibi virium aliquid ſupereſt. comes ego te tollere poſſum ac protegere, ne funeſtam hanc pugnam morte conſulis feceris.* [5] *Etiam ſine hoc lacrimarum ſatis luctuſque eſt.* Ad ea Conſul: *Tu quidem, Cn. Corneli, macte vir-*

manorum cornu adortus pari fortuna, Numidas, quia ſegnis eorum cum adverſis pugna erat, ad perſequendos paſſim fugientes mittit: Hiſpanos & Gallos equites jam Afris prope feſſis, cæde magis quam pugna, adjungit. J. Fr. Gron.

1 *Omiſſis poſtremo equis*] Intellige, protegentibus eum equitibus Romanis, primum juſto militiæ ſuæ more in equis, deinde omiſſis equis. Poſt τὸ *conſulem* interponunt τὸ & meliores. Poſſes etiam: *Omiſſi poſtremo equi, quia & conſulem ad regendum.* Forte & melius, *renuntianti.* Idem.

2 *Quam mallem vinctos mihi traderet*] Plutarchus: τοῦτο μᾶλλον ἀζηλόμην ἢ τοὺς δεδημένους παρίλαβον. Id eſt, *hoc mallem, quam ſi mihi vinctos traderet.* Sigonius.

3 *Pepulerunt tamen jam paucos ſuperatos, & labore*] Put. & Pet. *Superantiſiſet labore.* Lege: *jam paucos ſuperantes & labore*, id eſt, cum jam pauci, & hi labore vulneribuſque exhauſti ſupereſſent. Quod & Alb. Rubenius me monuit. J. Fr. Gron.

4 *Unum inſontem culpæ cladis*] Poteſt ferri: ſi bene tamen Livium novi, ſcripſit *inſontem culpæ.* ut lib. 4 *Malium jure cæſum pronuntiavit, etiamſi regni crimine inſons fuerit.* Idem.

5 *Etiam ſine hoc*] Annon *ſine hac.* morte conſulis. *Idem.*

1 *Me-*

virtute eſto! Sed cave fruſtra miſerando, exiguum tempus è manibus hoſtium evadendi abſumas. Abi, nuncia publice Patribus, urbem Romam muniant, ac prius quam hoſtis victor adveniat, præſidiis firment: privatimque Q. Fabio, L. Æmilium præceptorum ejus [1] *memorem & vixiſſe, & adhuc mori.* [2] *Tu me in hac ſtrage militum meorum patere exſpirare,* [3] *ne aut reus iterum è conſulatu ſim, aut accuſator collega exiſtam, ut alieno crimine innocentiam meam protegam.* [4] Hæc exigentes, prius turba fugientium civium, deinde hoſtes, oppreſſere: conſulem, ignorantes quis eſſet, obruere telis; Lentulum inter tumultum abripuit equus. tum inde effuſe fugiunt. Septem millia hominum in minora caſtra, decem in majora, duo ferme in vicum ipſum Cannas perfugerunt: qui extemplo à Carthalone atque equitibus, nullo munimento tegente vicum, circumventi ſunt. Conſul alter, ſeu forte, ſeu conſilio, [5] nulli fugientium infeſtus agmini, cum ſeptuaginta fere equitibus Venuſiam profugit. [6] Quadraginta millia peditum, duo millia ſeptingenti

1 *Memorem extitiſſe, & vixiſſe*] Florebellus tollit vocem, *extitiſſe*, ut ſupervacaneam. *Sigonius.*

Memorem exſtitiſſe & vixiſſe] Dele auctoribus optimis τὸ *exſtitiſſe*, ut faciendum conjecerat apud Sigonium Florebellus. *J. Fr. Gron.*

2 *Tu me in hac ſtrage*] Quod pretium lateat in hac repentina vocula primæ iteratione, vix capio. Sane ignorant eam Put. Pet. Cantabrig. Nec habent alii. *Jac. Gron.*

3 *Ut reus inteream cauſaque conſulatus accuſator collega exiſtam*] Mera mapalia. Lege: *ne aut reus iterum è conſulatu ſim, aut accuſator collega alieno.* Vide 4 Obſerv. 20. *J. Fr. Gron.*

4 *Hæc exigentem*] Cum legeretur: *Hæc exagentu*, Valla emendavit, *exigentem.* Malim ego, *exequentem*, quo verbo utitur ſæpe Livius. *Sigonius.*

5 *Nihil fugientium infeſtus agmini, cum quinquag.*] Put. Pet. melior, Men. tres Pall. & Andreas, *nulli.* Sed quid *infeſtus?* Vana quidem in tali tempore ducis ira. An *immiſtus?* ut nullum intelligas de tribus, quorum ante meminit. *Quinquaginta* equites bis hic cum Varrone manſiſſe dicuntur: at Polybio ἑξδομήκοντα, & eundem numerum lib. 25, 6 exprimunt omnes ſcripti, ut & hic LXX poni debere videatur. Etiam tres priores: *Venuſiam perfugit*, non *profugit*: duo meliores unuſque de Pall. XXXXV *millia peditum*, quod videtur confirmari lib. 25. *Ubi plus quinquaginta millia hominum ceciderunt.* J. Fr. Gron.

Cum quinquaginta ferme equitibus] Polybius *ſeptuaginta* edit: ἑξδομήκοντα μὲν εἰς Οὐενουσίαν μετὰ Γαΐου διέφυγον. *Sigonius.*

6 *Quadraginta millia peditum, duo mill. ſepting. eq.*] Polybius item ad *ſeptuaginta millia* occila ait. Quod ſequitur: *& tanta civium, ſociorumque pars*, expoſitionis vim habet: eum enim numerum civium, ſociorum-

genti equites, & [1] tanta prope civium ſociorumque pars cæſi dicuntur; [2] in his ambo conſulum quæſtores L. Atilius, & L. Furius Bibaculus: [3] unus & viginti tribuni militum; conſulares quidam prætoriique, & ædilicii: inter eos [4] Cn. Servilium, & M. Minucium numerant, qui magiſter equitum priore anno, Conſul aliquot annis ante fuerat: octoginta [5] præterea aut ſenatores, aut qui eos magiſtratus geſſiſſent, unde in ſenatum legi deberent; quum ſua voluntate milites in legionibus facti eſſent. Capta eo prœlio tria millia peditum, & equites trecenti

que parem prope fuiſſe ſignificat. *Sigonius.*

1 *Tanta prope civium ſociorumque pars*] Utrum *tanta prope civium quanta ſociorum pars:* an *& aqua prope civium ſociorumque pars?* J. Fr. Gron.

2 *In his alter conſulum, quæſtores*] Put. Pet. reg. Voſſ. Men. Pal. *in hu ambo conſulum quæſtores L. Atilius & L. Furius Bibaculus.* Nec opus erat hic de conſule memorare, quod proxime ante factum, nec ſcribere: *amborum conſulum quæſtores.* quod Schotto viſum eſt. Lib. 27. *Duo conſulum prioris anni exercitus.* Idem.

3 *Unus & viginti tribuni*] Put. & antiquiſſimi: *Bibaculus: & viginti unudecemtr.* Videntur velle: x x i x *tribuni militum:* quum bonus homo librarius, notas ix reddidiſſet *unus decem.* Idem.

4 *Cn. Servilius, & C. Minutius Numatius, qui magiſter equit. pr. an. aliq. diebus ante fuerat*] In veteribus libris eſt, *M. Numacius*, mendoſe utrobique. Fuit autem magiſter equitum aliquot ante dies, *Manius Pomponius Matho*, is (ut reor) qui conſul fuit anno DXVII. quemadmodum ſcriptum eſt in conſulibus Capitolinis. Cum autem Livius *M' Matho*, aut *Manius Matho* ſcripſiſſet, imperiti librarii *M. Numatius*, & *Minutius Numatius* fecerunt. Poſtremo imperitiores emendatores *C.* prænomen de ſuo addiderunt. *Sigonius.*

C. Servilius & C. Minutius, qui mag. eq. priore anno aliquot diebus] Quum vulgo legeretur, *C. Minutius Numatius*, conjiciebat Sigonius, *Manius Matho*, quemadmodum & edidit. Modius revocavit alterum. Gruterus τὸ *Numatius* delevit. longe aliter optimi codices: *inter eos Cn. Servilium Minimum & M. Minucium numerant qui Mag. equitum priore anno aliquot annis fuerat octoginta preterea aut ſenatores.* Ergo ſcribendum: *inter eos Cn. Servilium Geminum, & M. Minucium numerant, qui magiſter equitum priore, conſul aliquot annis ante fuerat: octoginta preterea aut ſenatores.* Nihil fere in his ſumus auſi, niſi quod adjecimus τὸ *conſul*, idque ratione evidentiſſima. Fuerat autem conſul ſexto ante anno ab U. C. 532, collega P. Cornelio Aſina, quicum bellum adverſus Iſtros adminiſtravit. Pighius conjecerat: *aliquotque diebus imperator fuerat.* J. Fr. Gron.

Cn. Servilium &c. qui m. e. priore anno, conſul aliquot annis ante] Omnino ſcriptura Puteanei codicis flagitat: *Magiſter equitum priore anno, aliquot ante cos. fuerat.* Jac. Gron.

5 *Præterea ſenatores, aut qui eos magiſtratus geſſiſſent*, &c.] Eorum qui in ſenatum veniebant, alii ſenatores erant, quippe qui lecti à cenſoribus eſſent; alii jure magiſtratus, quem aut

centi dicuntur. [1] Hæc eſt pugna Cannenſis, Allienſi cladi nobilitate par: cæterum ut illis, quæ poſt pugnam accidere, levior, quia ab hoſte ceſſatum eſt; ſic ſtrage exercitus gravior fœdiorque. fuga namque ad Alliam ſicut urbem prodidit, ita exercitum ſervavit: ad Cannas fugientem conſulem vix ſeptuaginta ſecuti ſunt: [2] alterius morientis, prope totus exercitus fuit. Binis in caſtris quum multitudo ſemiermis ſine ducibus eſſet; nuncium, [3] qui in majoribus erant, mittunt; dum prœlio, deinde ex

aut tum gerebant, aut ante geſſerant, jus quidem ſententiæ dicendæ habebant, verum ſententias non rogabantur, ſed quas ſenatores dixiſſent, in eas deſcendebant. Itaque de M. Livio dixit Livius lib. 27. *Sed cum quoque aut verbo aſſentiebatur, aut pedibus in ſententiam ibat.* Hinc cum ſenatores in curiam vocabantur, ita vocabantur; *Senatores, quibuſque ſententiam dicere licet.* Seminarium autem ſenatus, id eſt, eorum qui à cenſoribus legerentur, cum alii multi pro arbitrio cenſorum fuerunt, tum maxime ii, qui curules magiſtratus geſſiſſent. Hæc fere ex Livio & Gellio. *Sigonius.*

1 *Hæc eſt pugna Cannenſi clade nobilitata, par cetera Allienſi, utque hæc illa iis quæ* &c.] Placet priſca lectio: *Hæc eſt pugna Cannenſi clade nobilitata, par Allienſi. Ceterum, ut hæc illa,* &c. Sic Polybius: μὲν οὖν περὶ Κάνναν γενομένη μάχη Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων ἐπλείστη τῶν. *Idem.*

Hæc eſt pugna Cannenſi clade nobilitata] Et hic nihilo modeſtiores fuerunt Livii tortores. Put. *haec ex pugna aliienſi clade nobilitate par caeterum utilis quae poſt pugnam* &c. *gravior fœdiorque fuga namque ad alliam ſicut urbem.* Manus ſecunda ad *aliienſi* adjecerat *ſ.* Prorſus eodem modo optimus Florent. nec differt Petav. niſi quod poſt lituram habet, *Cannenſi*: quemadmodum etiam Barberinus. Inde eduximus & genuinum putamus: *Hæc eſt pugna Cannenſis, Allienſi cladi nobilitate par: caterum ut illis, quæ poſt pugnam accidere levior, quia ab hoſte ceſſatum eſt; ſic ſtrage exercitus gravior fœdiorque. Fuga namque ad Alliam ſicut urbem prodidit* &c. Vel, *cladi nobilitate.* J. Fr. Gron.

2 *Alterius morientis prope totus exercitus fuit*] Hoc à Lipſio: & ſane ſic optimi libri, non *fugit*, ut vulgo. Sed qua ſententia? Non aliud dicit, inquit, quam Æmilio morienti prope omnis exercitus commoritur. Ego vero hoc acumen me non aſſequi fateor, nec videre, ut *morientis eſſe* Latine ſit commori. Hoc ille fruſtra ſperavit nos ſine teſte credituros. Quin & ſic obſidet morbus: & niſi quis meliorem adferet, habe mecum: *alterius mortem prope totus exercitus luit.* Hoc eſt illud ipſum, quod exprimi debuiſſe recte ſentiebat Lipſius: ſed cum aliqua invidia ipſius exercitus, in quo unus Paullus, qui recta ſuaderet, à nemine audiebatur. Unde Lentulus: *quem unum inſontem cladis hujus.* Illi Paullum monentem, prædicentem, deterrentem, Varroni vano creduli, traxerunt in id periculum, quo ſimul perirent: itaque mortem ejus, crimen ſuum, morte conſimili luerunt. *Idem.*

3 *Qui in majoribus caſtris præerant*] Vet. lib. *qui majoribus caſtris præerant*, Sigonius.

Qui majoribus præerant] Edebatur: *qui in majoribus.* Sigonius τὸ *in* ſuſtu-

ex lætitia epulis fatigatos quies nocturna hoſtes premeret, ut ad ſe tranſirent: [1] uno agmine Canuſium abituros eſſe. Eam ſententiam alii totam aſpernari. *Cur enim illos, qui ſe arceſſant, ipſos non venire, quum æque conjungi poſſent? quia videlicet plena hoſtium omnia in medio eſſent: & aliorum, quam ſua corpora tanto periculo mallent objicere.* Aliis non tam ſententia diſplicere, quam animus deeſſe. P. Sempronius Tuditanus tribunus militum, *Capi ergo mavultis,* inquit, *ab avariſſimo & crudeliſſimo hoſte, æſtimarique capita veſtra & exquiri pretia ab interrogantibus,* [2] *Romanus civis ſis, an Latinus ſocius, ut ex tua contumelia & miſeria alteri bonos quæratur?* [3] *Non tu: ſi quidem L. Æmilii Conſulis, qui ſe bene mori, quam turpiter vivere maluit, & tot fortiſſimorum virorum, qui circa eum cumulati jacent, cives eſtis. Sed antequam* [4] *opprimit lux, majoraque hoſtium agmina obſepiunt iter, per hos, qui inordinati atque incompoſiti obſtrepunt portis, erumpamus. Ferro atque audacia via fit,* [5] *quamvis per confertos hoſtes. cuneo quidem hoc laxum atque ſolutum agmen, ut ſi nihil obſtet, tranſibimus. Itaque ite mecum, qui & voſmetipſos & rempublicam ſalvam vultis.* Hæc ubi dicta dedit, ſtringit gladium, cuneoque facto per medios vadit hoſtes. & quum in latus dextrum, quod patebat, Numidæ jacularentur; [6] tranſlatis in dextrum ſcutis, in majora caſtra [7] ad ſexcentos evaſerunt: atque inde protinus, alio magno agmine

lit. Meliores: *qui in majoribus erant.* J. Fr. Gron.

1 *Uno agmine Cannuſium abituros*] *Canuſium* uno *n*, & veteres libri, & Græci ſcribunt. In iiſdem vet. lib. eſt, *uno agmine inde Canuſium abiturus:* ſic paulo poſt: *atque inde protinus Canuſium pervenerunt.* Sigonius.

2 *Romanus civis ſis, an Latinus ſocius*] Hæc interrogatio fiebat, ut in Romanos Annibal animadverteret, ſocios conciliandæ eorum ſibi gratiæ cauſa dimitteret. *Idem.*

3 *Non: ſiquidem vos L. Æmilii, qui*] Scribendum: *Non tu: ſiquidem L. Æmilii conſulis, qui.* Docuimus 4 Obſerv. 20. *J. Fr. Gron.*

4 *Opprimat lux, majoraque h. agm. obſepiant*] Meliores: *opprimit lux, majoraque hoſtium agmina obſepiunt iter.* Idem.

5 *Quamvis per confertos hoſtes*] Id eſt, *per quamvis confertos.* Sigonius.

6 *Tranſlatis in dextram partem ſcutis*] Idem: *in dextrum ſcutis.* J. Fr. Gron.

7 *Ad ſexcentos*] Voſſ. *ad DC^ta hominum millia*, & aliter alii manuſcripti; proculdubio innuentes, per notas *ad DC* primo ſcriptum fuiſſe, quum id Livius non edidiſſet *ad ſexcentos,* ſed

ne adjuncto, Canusium incolumes perveniunt. Hæc apud victos magis [1] impetu animorum, quod ingenium suum cuique aut fors dabat, quam ex consilio ipsorum, aut imperio cujusquam agebantur. Annibali victori quum cæteri circumfusi gratularentur, suaderentque, ut tanto perfunctus bello, diei quod reliquum esset, noctisque insequentis, quietem [2] & ipse sibi sumeret, & fessis daret militibus; [3] Maharbal præfectus equitum minime cessandum ratus, *Imo, ut quid hac pugna sit actum scias*; [4] *die quinto*, inquit, *victor in Capitolio* [5] *epulaberis: sequere. Cum* 51

sed *ad sexcenti*, ut passim, hoc est, circiter. Sic 23, 37. Put. Pet. non habent *ad mille trecentos*, sed *ad mille* CCC, id quod ego pronunciarem *ad mille trecenti*. Jac. Gron.

1 *Impetu animorum, quem ingenium*] MSS. *quod*. Respicit enim relativum *τὸ hac*: quod nempe ex illis consiliis. Schottus ex nescio qua editione citat *apud strictos*, corrigitque *victos*. Quos ego tractavi scriptos editosque, omnes *victos*. J. Fr. Gron.

2 *Et ipse sibi*] Veteres libri: *& ipse sibimet*. Sigonius.

3 *Maharbal præfectus equitum*] Hunc vocat Plutarchus in Fabio: Βάρκαν τὸν Καρχηδόνιον. *Idem.*

4 *Die quinta, inquit, in Capitolio epulaberis*] Vet. lib. alii *die quinto* habent. Ego legendum puto, *diequinti*, copulate pro adverbio. Nam ut Gellius & Macrobius tradiderunt, *diequarto* & *diequinto* de præterito dicitur, *diequarti*, & *diequinti* de futuro, ut hoc loco. Accedit quod Cœlius, & Cato cum hunc eundem locum tractarent, *diequinti* dixerunt, à quibus Livius hæc verba mutuatus est. Cato in Origin. *Igitur dictatorem Carthaginiensium magister equitum monuit. Mitte mecum Romam equitatum, diequinti in Capitolio tibi cœna cocta erit.* Cœlius historiarum libr. 2. *Si vu mihi equitatum dare, & ipse cum cetero exercitu me sequi, diequinti Roma in Capitolio curabo, ut tibi cœna sit cocta.* Plutarchus: πεμπταῖον γὰρ ἀπὸ τῆς νίκης ἐν Καπιτωλίῳ δειπνήσειν. *Idem.*

5 *Epulaberis. sequere, cum equite, u. p. te v. q. v. sciant. Præcedant, Annibal inquit, nuncii, lata res est, sed via major quam ut eam st. c. a. possim*] Ego neque hanc lectionem, neque hunc sensum probare possum. in vet. libr. est: *Præcedant Annibal inimici letales & via major, quam ut eam capere non possint.* Hinc ego hanc elicio, & lectionem & sententiam: *Præcedant, Annibal inquit, nuncii letales, est via major, quam ut eam statim capere nunc possint*; respondet enim ad id quod Maharbal dixerat, *sequere cum equite, ut prius te venisse, quam venturum sciant*, viam majorem esse, quam ut statim capere nunc equites prœlio defessi possint. *Idem.*

Epulaberis. Sequere cum equite] Corruptissimus ad hoc usque locus. Quid turpius, quam attribuere Hannibali verba illa: *lata res est, sed via major?* Quid? an via major erat à Cannis Romam, quam ex Africa per Hispaniam & Galliam in Italiam? Nihil hic de via Livius, nec ut Annibalis, sed sua hæc verba posuerat. Scribe: *victor in Capitolio epulaberis: sequere. Cum equite, ut prius veniisse quam venturum sciant, præcedam.* Hactenus Maharbal: sequitur narratio ex persona historici: *Hannibali nimis lata res*

Cum equite, ut prius veniſſe, quam venturum ſciant, præcedam. Annibali nimis læta res eſt viſa, majorque, quam ut eam ſtatim capere animo poſſet. Itaque *voluntatem ſe laudare Maharbalis*, ait: [1] *ad conſilium penſandum, temporis opus eſſe.* Tum Maharbal, *Non omnia, nimirum, eidem Dii dedere.* [2] *vincere ſcis Annibal, victoria uti neſcis.* Mora ejus diei ſatis creditur ſaluti fuiſſe urbi atque imperio. Poſtero die ubi primum illuxit, ad ſpolia legenda, fœdamque etiam hoſtibus, ſpectandam ſtragem inſiſtunt. Jacebant tot Romanorum millia pedites paſſim equiteſque, ut quem cuique fors aut pugna junxerat, aut fuga. aſſurgentes quidam ex ſtrage media cruenti, quos ſtricta matutino frigore excitaverant vulnera, ab hoſte oppreſſi ſunt. Quoſdam & jacentes vivos ſucciſis feminibus poplitibuſque

eſt viſa, majorque quam ut eam ſtatim capere animo poſſet. Itaque voluntatem &c. Diſtinctionem arbitratu noſtro mutavimus: in verbis pœne nihil niſi ex vett. codd. Oratio Maharbalis eſt, ut in ſubitis, artificioſe abrupta & turbatior. Vulgo, *te veniſſe:* ſed pronomen non eſt in MSS. Dein Put. & optimi: *praecedant Annibal inimicis laeta res & viſa major quae quam ut eam ſtatim capite animo poſſent.* Eoque cæteri alludunt omnes. Lib. 21. *Haud dubia res viſa, quin per invia* &c. Lib. 9. *Velut ſomnio latiore, quam quod mentes eorum capeſſere poſſent.* Lib. 27. *Quum vix gaudium animis caperent.* Lib. 33. *Majus gaudium fuit, quam quod univerſum homines caperent. Sequere*, inquit Maharbal, nempe cum exercitu: ipſe ad præcedendum cum equite & prævertendos ipſos adventus rumores ſe offert. Non Cælius aliter, non Cato, non Silius, rem narrant. Ille quidem: *Si vis mihi equitatum dare, & ipſe cum catero exercitu me ſequi, die quinti Romae in Capitolium curabo tibi cœna ſit cocta.* Alter autem: *Igitur dictatorem Carthaginienſium magiſter equitum monuit: mitte mecum Romam equitatum, die quinti in Capitolium tibi cœna cocta erit.* Quibus vulgata repugnat, quum ab iis hæc Livium mutuatum conſtet. Silius denique Livii diſcipulus: *Mecum exſultet eques, juro hoc caput, accipe muros Iliacos.* Sequitur auctoris judicium de Annibalis animo, quo hoc conſilium accepit. Nempe æſtimanti virtutem Romanam, ex rebus olim geſtis & proxime ſecum, cauto duci, & fortunam potius ex ipſius inconſtantia quam ex ſpe ſua conſideranti, viſa eſt res magis optanda quam præſtanda, neque ita facilis, ut temere concipienda vel aggredienda eſſet. Confirmat Silius lib. 10, apud quem nihil de majore via, ſed: *Vulnera & exhauſtas ſævo certamine vires Ac nimium lætis excuſat fidere rebus.* J. Fr. Gron.

1 *Ad conſilium penſandum tempus opus eſſe*] Optimi: *temporis opus eſſe.* Plancus ad Ciceronem: *Et magni laboris & multa impenſa opus fuit.* Alfenus l. 30 π. 3 Locati: *Quoad in opus lapidis opus erit.* Idem.

2 *Vincere ſcis Annibal, victoria uti neſcis*] Plutarchus: σὺ νικᾶν οἶδας, νίκῃ δ' οὐ χρῆσθαι οὐκ οἶδας. Sigonius.

1 San-

buſque invenerunt; nudantes cervicem jugulumque, & reliquum [1] ſanguinem jubentes haurire. Inventi ſunt quidam merſis in effoſſam terram capitibus, quas ſibi ipſos feciſſe foveas, obruenteſque [2] ora ſuperjecta humo, intercluſiſſe ſpiritum apparebat. Præcipue convertit omnes ſubſtratus Numida mortuo [3] ſuperincubanti Romano vivus, naſo auribuſque laceratis: quum manibus ad capiendum telum inutilibus, [4] in rabiem ira verſus, laniando dentibus hoſtem exſpiraſſet. Spoliis ad multum diei lectis, Annibal ad minora ducit caſtra oppugnanda: & omnium primum [5] brachio objecto flumine eos excludit. Cæterum ab omnibus, labore, vigiliis, vulneribus etiam feſſis, maturior ipſius ſpe deditio eſt facta. pacti, ut arma atque equos traderent, in capita Romana trecenis nummis quadrigatis, in ſocios ducenis, in ſervos centenis; & ut eo pretio perſoluto, cum ſingulis abirent veſtimentis: in caſtra hoſtes [6] acceperunt; traditique [7] in cuſtodiam omnes ſunt, ſed ſeorſum cives ſocii- 52

1 *Sanguinem invitantes haurire*] Put. Petav. melior: *libentes*. Pet. alter, reg. Men. tres Pall. Voſſ. *libantes*. Scribe: *jubentes*. J. Fr. Gron.

2 *Ora ſubjecta ſuper humo injecta intercluſiſſe*] Quis non ſentit ſermonem eſſe nugacem? Put. Pet. Men. Pal. uno abeſt *to injecta*. Scribe: *obruenteſque ora ſuperjecta humo, intercluſiſſe*. Idem.

3 *Superincumbenti Romano*] Meliores, *incubanti*. Idem.

4 *In rabiem ira verſus*] Non male. Put. tamen, *verſus*. An, *verſa*. Idem.

5 *Brachio fluminis objecto eos excludit*] Malim, *brachio flumini objecto*. ſenſus eſt enim, Annibalem brachio objecto Romanis uſum fluminis, & aquationis eripuiſſe. ſic enim captivi ipſi poſt ajunt: *Cum circumſeſſi ab exercitu victore, aqua arceremur*. Lib. 4. *Muro Ardea brachium immiſerat*. Item: *Et munibus hoſtium vallum objecere*. Sigonius.

Brachio fluminis objecto] *Flumine* optimi libri. Ergo duabus vocibus tranſpoſitis liquidam ſententiam redde: *primum brachio objecto, flumine eos excludit*. Vel, *primum flumine, brachio objecto, eos excludit*. Cæſar lib. 1 Civil. *Si hoſtem Ibero intercludere & frumento prohibere poſſet*. Et ibidem: *Quod re frumentaria hoſtes intercluſiſſet. Brachio*, ut noſter lib. 4. *Conſul muro Ardea brachium injunxerat*. Frontinus 3, 17. *Brachiis à latere ductis, foſſa in fronte percuſſa*. Sueton. Claudio: *Portum Oſtiæ extraxit, circumducto dextra ſiniſtraque brachio*. Forte &, *pactos*. J. Fr. Gron.

6 *Acceperunt*] Veteres libri, *receperunt*. Sigonius.

7 *In cuſtodiam omnes ſunt, ſed ſeorſum*] Put. *ſunt ſecorum cives*. Voſſ. *ſunt ſe eorum*. Dele adverſativam, & ſcribe: *omnes ſunt, ſeorſum cives ſociique*. J. Fr. Gron.

ſociique. Dum ibi tempus teritur, interea quum ex majoribus caſtris, quibus ſatis virium aut animi fuit, ad quatuor millia hominum, [1] & ducenti equites, alii agmine, alii palati paſſim per agros, quod haud minus tutum erat, Canuſium perfugiſſent; caſtra ipſa ab ſauciis timidiſque eadem conditione, qua altera, tradita hoſti. Præda ingens parta eſt: &, præter equos viroſque, [2] & ſi quid argenti, quod plurimum in phaleris equorum erat, (nam ad veſcendum facto perexiguo, utique militantes, utebantur) omnis cætera præda diripienda data eſt. Tum ſepeliendi cauſſa conferri in unum corpora ſuorum juſſit. Ad octo millia fuiſſe dicuntur fortiſſimorum virorum. Conſulem quoque Romanum conquiſitum ſepultumque, quidam auctores ſunt. Eos, qui Canuſium perfugerant, [3] mulier Apula, nomine Buſa, genere clara ac divitiis, mœnibus tantum tectiſque à Canuſinis acceptos, frumento, veſte, viatico etiam juvit; pro qua ei munificentia poſtea bello perfecto ab ſenatu honores habiti ſunt. Cæterum, quum ibi tribuni
53 militum quatuor eſſent, Fabius Maximus de legione prima, cujus pater priore anno dictator fuerat, & de legione ſecunda [4] L. Publicius Bibulus, & P. Cornelius Scipio,

1 *Bu centum equites, alii agmine, alii palantes*] Scribe: *ducenti equites, alii agmine, alii palati.* Sic optimi libri: ut & *perfugiſſent.* non *profugiſſent.* Illud *bu centum* neſcio quis in Gruteri editionem intulit: nam ſuperiores cc. *J. Fr. Gron.*

2 *Et aliquid argenti*] *Et ſiquid*, tum *ad veſcendum*, non *veſtiendum* legi oportere, diximus de Pec. vet. 1, 7. *Idem.*

3 *Mulier Paula nomine Buſa genere clara*] Nemo eſt, qui non quærat, quid ſit, *mulier Paula, nomine Buſa, genere clara.* menda enim eſt in voce *Paula.* Nam de *Buſa* nomine ſatis conſtat. ipſe enim poſt ait: *ſed Canuſii gravius onus Buſa multitudo faciebat.* Et Valerius libro 4 de Liberalitate: *Buſa nomine, regionis Apulæ ditiſſima.* Suſpicor igitur legendum eſſe: *mulierecula Buſa nomine*, ut mulierculam appellet, eam comparans cum Canuſinis. Id enim fecit mulierecula, inquit, quod cuncta civitas non fecit, ut veſte, frumento, & viatico Romanos juvaret. Qua de cauſa Valerius eandem etiam, Feminam appellavit: & poſt Livius: *Ne à muliere Canuſina populus Venuſinus beneficio vinceretur.* Eſt autem hic mos Livii, ut primum appellationis nomen afferat, deinde proprium, ut libro 23. *Cum præfecto nomine Iſalca.* Item libro hoc: *Eques, Ducario nomen erat.* Sigonius.

4 *L. Publicius*] *L. Poblicius*, ex Capito-

pio, & de legione tertia Appius Claudius Pulcher, qui proxime ædilis fuerat; omnium conſenſu ad P. Scipionem admodum adoleſcentem, & ad App. Claudium ſumma imperii delata eſt. quibus conſultantibus inter paucos de ſumma rerum, nunciat P. Furius Philus conſularis viri filius, [1] *Nequicquam eos perditam ſpem fovere: deſperatam comploratamque rem eſſe publicam. Nobiles juvenes quoſdam quorum principem L. Cæcilium Metellum, mare ac naves ſpectare, ut deſerta Italia, ad regum aliquem transfugiant.* [2] Quod malum, præterquam atrox, ſuper tot clades etiam novum, cum ſtupore ac miraculo torpidos defixiſſet, & qui aderant, concilium advocandum de eo cenſerent; negat concilii rem eſſe Scipio, juvenis fatalis dux hujuſce belli. [3] *Audendum atque agendum, non conſultandum,* ait, *in tanto malo eſſe. Irent ſecum extemplo armati, qui rempublicam ſalvam vellent.* [4] *nullo verius, quam ubi ea cogitentur, hoſtium caſtra eſſe.* [5] Pergit ire, ſequentibus paucis, in hoſpitium Metelli. & quum concilium ibi juvenum, de

quibus

pitolinis lapidibus & nummis argenteis. *Sigonius.*

1 *Nequidquam eos conſultare, perditam*] Optimi: *Nequidquam eos perditam ſpem fovere:* excluſo τῷ *conſultare.* J. Fr. Gron.

2 *Quod malum, præterquam quod atrox*] Pur. ignorat τὸ *quod.* Nec utique ſemper hæc particula poſt illam ponitur. Lib. 26. *Dum liber, dum mei potens ſum, effugere morte, præterquam honeſta, etiam leni poſſum.* Idem.

3 *Audendum atque agendum, non conſultandum ait in tanto malo eſſe*] Quam contumaces ſunt editi in hac lectione procudenda, tam obfirmati MSS. omnes in apponendo poſt ultimam vocem *Scipio*, tanquam indicantes vel in his verbis, vel in ſuperioribus *negat concilii rem eſſe Scipio*, aliquid eſſe ſupervacuum. Sed ut quam leniſſime pariter ac ſecure agamus, nihil niſi voculam *ait* expungimus: quæ proculdubio aliena eſt, & qui eam adjecit, idem repetivit τὸ *Scipio.* 1, 57. *Collatinus negat verbis opus eſſe, paucis id quidem horis poſſe ſciri.* Videa illic non repeti, ſed ſubaudiri τὸ *ait.* 3, 13. *Tribunus ſupplicium negat ſumpturum ſe de indemnato, ſervaturum tamen in vinculis eſſe.* 6, 27. *Eam ludificationem plebis tribuni ferendam negabant. Fugere ſenatum teſtes* &c. Ita vides in mutatione orationis ex negativa in affirmativam non adeo ſolere à Livio apponi verbum affirmans, ſed potius diſſolvendo τὸ *negat* in *non ait* particulam negativam eum relinquere præcedenti membro, & verbum affirmans transferre ad ſequentia. *Jac. Gron.*

4 *Nuſquam verius quam ubi*] Et optimi & mediocres complures: *nullo verius.* Quorum conſenſu commotus *nullo* breviter dictum cenſeo pro nuſquam vel nullo loco. J. Fr. Gron.

5 *Pergit deinde ire*] Iidem cancellant τὸ *deinde.* Idem.

[1] *Inquit,*

quibus allatum erat, inveniſſet; ſtricto ſuper capita conſultantium gladio, *Ex mei animi ſententia*, [1] inquit, *ut ego rempublicam populi Romani non deſeram, neque alium civem Romanum deſerere patiar.* [2] *Si ſciens fallo, tum me Jupiter Opt. Max. domum, familiam, remque meam peſſimo leto afficias! In hæc verba, L. Cæcili, jures poſtulo, cæterique qui adeſtis: qui non juraverit, in ſe hunc gladium ſtrictum eſſe ſciat.* Haud ſecus pavidi, quam ſi victorem Annibalem cernerent, jurant omnes: cuſtodiendoſque [3] ſemetipſos
54 Scipioni tradunt. Eo tempore, quo hæc Canuſii agebantur, Venuſiam ad Conſulem ad quatuor millia peditum equitumque, qui ſparſi fuga per agros fuerant, pervenere. Eos omnes Venuſini per familias benigne accipiendos curandoſque quum diviſiſſent; in ſingulos equites togas & tunicas, & quadrigatos nummos quinos vicenos, & peditibus denos, & arma quibus deerant, dederunt. cæteraque publice ac privatim hoſpitaliter facta: certatumque, ne à muliere Canuſina populus Venuſinus officiis vinceretur. [4] Sed gravius onus Buſæ, multitudo faciebat, & jam ad decem millia hominum erant. [5] Appiuſque & Scipio poſtquam incolumem eſſe alte-

1 *Inquit, juro, ut ego rempublicam non deſeram*] Cum optimis abolito τῷ *juro*, leges elegantius: *rempublicam populi Romani non deſeram.* Vide 4 Obſervat. 14. *J. Fr. Gron.*

2 *Si ſciens fallo, tum me Jupiter*] Opinor Livium dediſſe: *tu me Jupiter.* Lib. 1, 25. *Si prior deſexit publico conſilio, dolo malo, tu illo die Jupiter populum Romanum ſic ferito.* 21, 45. *Si falleret, Jovem cæteroſque precatus Deos, ita ſe mactarent.* Ne hic quidem immixtam eam particulam vides. Itaque etiam lib. 1, cap. 32 nullus hæreo, quin Livius ſcripſerit: *Si ego injuſte* &c. *expoſco, tu patria compotem me nunquam ſinas eſſe.* Alias ſolent edere *aſt tu.* Jac. Gron.

3 *Semetipſos contra Annibalem Scipioni tradunt*] Vet. lib. *Annibalem contra.* Sic ſæpe alias præpoſitio poſtponitur. *Sigonius.*

Semetipſos contra Annibalem Scipioni] Sigonius, *Annibalem contra*, ſic enim ſæpe præpoſitionem poſtponi. At tu ocius utrumque vocabulum juſſu non niſi optimorum dele: ſunt enim & fatua & falſa: neque contra Pœnum, ſed reipublicæ ſervabantur. *J. Fr. Gron.*

4 *Sed Canuſii gravius onus Buſæ*] Delent *Canuſii*, ut & Aldina, Juntaſque, Andreas, Bec. Mog. *ſed in ſe gravius.* Vulgatum in primo invenio Frobenio: neutrius veſtigium in optimis. *Idem.*

5 *Appiuſque*] Vet. lib. *Appius, & Scipio.* Sigonius.

1 *Occi-*

alterum Conſulem acceperunt, nuncium extemplo mittunt, quantæ ſecum peditum equitumque copiæ eſſent: ſciſcitatumque ſimul, utrum Venuſiam adduci exercitum, an manere juberet Canuſii? Varro ipſe Canuſium copias traduxit. & jam aliqua ſpecies conſularis exercitus erat: mœnibuſque ſe certe, ſi non armis, ab hoſte videbantur defenſuri. Romam ne has quidem reliquias ſupereſſe civium ſociorumque, [1] ſed occidione occiſos cum duobus exercitibus conſules; deletaſque omnes copias, allatum fuerat. Numquam, ſalva urbe, tantum pavoris tumultuſque intra mœnia Romana fuit. itaque ſuccumbam oneri, neque aggrediar narrare, [2] quæ ediſſertando minora vero fecero. Conſule exercituque ad Traſimenum priore anno amiſſo, [3] non vulnus ſuper vulnus, ſed multiplex clades, cum duobus conſulibus conſulares exercitus [4] amiſſi nunciabantur: nec ulla jam caſtra Romana, nec ducem, nec militem eſſe: Annibalis Apuliam, Samnium, ac jam prope totam Italiam factam. Nulla profecto alia gens tanta mole cladis non obruta eſſet. [5] Comparem cladem ad Ægateis inſulas Car-

1 *Occidione occiſum cum duobus exercitibus conſulem*] Suſpicor legi oportere: *occiſos cum duobus exercitibus conſules.* ſubdit enim: *Conſule exercituque ad Thraſimenum priore anno amiſſo, non vulnus ſuper vulnus, ſed multiplex clades, cum duobus conſulibus conſulares exercitus amiſſi nunciabantur, nec ulla jam caſtra Romana, nec ducem, nec militem eſſe.* Non enim inquit, conſul cum exercitu amiſſus, quod vulnus ſuper vulnus fuiſſet, ſed duo conſules cum duobus exercitibus periiſſe: ideo multiplex clades accepta nunciabatur. *Sigonius.*

Sed occidione occiſ. cum duob. exercitib. conſulem] Sigonius de ſuſpicione: *occiſos conſules.* Put. Pet. melior, tres Pall. non habent *τὸ conſulem.* Scribe: *ſed occidione occiſum cum duobus conſulibus exercitum, deletaſque omnes copias.* Compendio ſcripta ea vox fuit: *Cons.* atque eo facilius deperdita. *J. Fr. Gronovius.*

2 *Quæ diſſerendo minora vero fecio*] Put. Pet. melior *edisſertando.* Repone: *quæ ediſſertando minora vero fecero.* Plautus Caſina: *Quid ſit denique, ediſſerta.* Et alibi. *Idem.*

3 *Non vulnus ſuper vulnus*] Etiam *vulnus:* niſi clades ad Traſimenum iſto nomine erat inferior. Quo deinde *ſed?* Scribe: *Conſule exercituque ad Traſimenum ſuperiore anno amiſſo, nunc vulnus ſuper vulnus & multiplex clades.* Idem.

4 *Amiſſi annunciabantur*] Vet. lib. *nunciabantur.* Sigonius.

5 *Comparem cladem ad Ægates inſulas*] Put. *Compareſſet cladem.* Innuit;

Com-

Carthaginienſium prœlio navali acceptam, qùa fracti, Sicilia ac Sardinia ceſſere, hinc vectigales ac ſtipendiarios fieri ſe paſſi ſunt: aut pugnam adverſam in Africa, cui poſtea hic ipſe Annibal ſuccubuit? nulla ex parte comparandæ ſunt: niſi quod minore animo latæ ſunt. [1] P. Furius Philus, & M. Pomponius Prætores, ſenatum in curiam Hoſtiliam vocaverunt, ut de urbis cuſtodia conſulerent. neque enim dubitabant, deletis exercitibus, hoſtem ad oppugnandam Romam, quod unum opus belli reſtaret, venturum. Quum in malis ſicut ingentibus, ita ignotis, ne conſilium quidem ſatis expedirent, obſtreperetque clamor lamentantium mulierum, [2] & nondum palam facto vivi mortuique per omnes penè domos promiſcue complorarentur; [3] tum Q. Fabius Maximus cenſuit, *equites expeditos & Appia & Latina via mittendos,* [4] *qui obvios percunctando aliquos profectos ex fuga, paſſim diſſipatos, forte referant, quæ fortuna conſulum atque exercituum ſit; & ſi quid Dii immortales* [5] *miſeriti imperii reliquum Roma-*

Compares & cladem. id eſt: comparare forſan velis. *J. Fr. Gron.*

1 *P. Furius Phil. & M. Pomp. prætores*] Horum alter urbanam, alter peregrinam juriſdictionem habebat. *Sigonius.*

2 *Et nondum palam facti vivi mortuique*] *Facto* legendum ex optimis ad lib. 1 monuimus. *J. Fr. Gron.*

3 *Tum Fabius Maximus cenſuit*] Put. *tum que Fabius.* Nec aliter Pet. ante lituram. Lege: *tum Q. Fabius Maximus cenſuit.* Idem.

4 *Percontarentur a. p. e. f. p. diſſipatos, forte referant*] Vet. lib. *ſi forte referant.* Sigonius.

Qui obviam euntes percontarentur] Hæc & mire ſuſpecta Schotto. Optimi: *qui obvios percontando:* deinde ignorant τὸ *ſi* male invectum ab Sigonio. Scribe igitur & diſtingue: *qui obvios percontando, aliquos profectos ex fuga, paſſim diſſipatos, forte referant.* J. Fr. Gron.

Qui obvios percunctando &c.] Nihil eorum, quæ hic dicuntur, placet. Quid enim ſapiunt illa *obvios aliquos profectos diſſipatos?* Itaque ſuggerebat mihi Perizonius meus: *Qui obvios percunctentur, ſi quos profectos, ex fuga paſſim diſſipatos, forte reperiant, qua fortuna* &c. Qui ſermo procurrit ſane commodior. Sed induci non potui ad iſtam mutationem perferendam; quippe τὸ *referant* haud dubie verbum ab Livio eſſe, qui ſe ipſum oſtendit lib. 22 cap. 7. *Matrona, quæ repens clades illata, quave fortuna exercitus eſſet, obvios percunctantur; & quanquam nihil certius auditum eſt, tamen alius ab alio impleti rumoribus domos referunt.* Tum qualis illa locutio *aliquos profectos ex fuga?* Ita videor tandem perveniſſe, quo eundum erat, legendo: *qui obvios percontando (aliquos profecto ex fuga paſſim diſſipatos fere) referant, quæ fortuna* &c. *Jac. Gron.*

5 *Miſeri imperii reliquum*] Enimvero

no nomini fecerint: ubi eæ copiæ ſint: quo ſe Annibal poſt prælium contulerit: quid paret, quid agat, acturuſque ſit. Hæc exploranda noſcendaque per impigros juvenes eſſe; illud per Patres ipſos agendum: quoniam magiſtratuum parum ſit, ut tumultum ac trepidationem in urbe tollant, matronas publico arceant, continerique intra ſuum quamque limen cogant: comploratus familiarum coërceant: ſilentium per urbem faciant: nuncios rerum omnium ad prætores deducendos curent: ſuæ quiſque fortunæ domi [1] *auctorem exſpectent: cuſtodes præterea ad portas ponant, qui prohibeant quemquam egredi urbem; cogantque homines nullam, niſi urbe ac mœnibus ſalvis, ſalutem ſperare.* [2] *Ubi conticuerit tumultus, recte tum in curiam Patres revocandos, conſulendumque de urbis cuſtodia eſſe.* Quum in hanc ſententiam pedibus omnes iſſent, ſummotaque [3] foro per magiſtratus turba, Patres diverſi ad ſedandos tumultus diſceſſiſſent; tum demum literæ à Terentio conſule allatæ ſunt: *L. Æmilium conſulem exercitumque cæſum;* [4] *ſeſe Canuſii eſſe, reliquias tantæ cladis velut ex naufragio colligentem.* [5] *ad decem millia militum ferme eſſe incompoſitorum, inordinatorumque.* [6] *Pœnum ſedere ad Cannas, in captivorum pretiis prædaque alia nec victoris animo nec magni ducis more nundinantem.* Tum privatæ quoque per domos clades vulga- 56

tæ

vero οἰκτῶν hoc *miſerum* imperium. Put. *miſeriti.* Scribe: *ſi quid dii immortales miſeriti, imperii reliquum Romano nomini fecerint.* J. Fr. Gron.

1 *Auctorem exſpectet*] Diximus ſupra legendum: *exſpectent.* Idem.

2 *Ubi conticuerit tumultus, recte tum*] Put. *Ubi conticuerit recte tumultus, tum in curiam.* Idem.

3 *Foro per magiſtratus turba*] Tò *per* non modo optimi ſcriptorum, ſed & Andreas, Beccar. & cæteri ante Aſcenſium ignorant. Pal. *foro magiſtratibus:* Forte, *ſummotaque foro magiſtratibus turba.* id eſt, à magiſtratibus lictorum miniſterio. Vel, *magiſtratus turba & Patres diverſi.* Idem.

4 *Canuſiique ſe eſſe*] *Que*, vacat in aliquot vet. lib. *Sigonius.*

Canuſiique ſe eſſe] Tò *que* pellit etiam Sigonius. Put. *ſeſe Canuſii eſſe.* J. Fr. Gron.

5 *Ad decem millia militum ferme eſſe*] Forte: *ad quatuordecim millia*, nam decem millia jam ante Canuſii erant, antequam Varro eo cum quatuor millibus venit. *Idem.*

6 *Sed Annibalem nunc ſedere*] *Sed*, vacat in aliquot vet. lib. *Sigonius.*

Sed Annibalem nunc ſedere ad Cannas] Scribendum: *Pœnum ſedere ad Cannas, in captivorum pretiis prædaque alia nec victoris animo nec magni ducis more nundinantem.* Vide 4 Obſ. 11. J. Fr. Gron.

tæ ſunt: adeoque totam urbem opplevit luctus, ut ſacrum anniverſarium Cereris intermiſſum ſit; quia nec lugentibus id facere eſt fas, nec ulla in illa tempeſtate matrona expers luctus fuerat. Itaque ne ob eandem cauſſam alia quoque ſacra publica aut privata deſererentur, ſenatuſconſulto [1] diebus triginta luctus eſt finitus. Cæterum quum ſedato urbis tumultu, revocati in curiam Patres eſſent, aliæ inſuper ex Sicilia literæ allatæ ſunt ab [2] T. Otacilio proprætore, *Regnum Hieronis claſſe Punica vaſtari: cui quum opem imploranti ferre vellet, nunciatum ſibi eſſe, aliam claſſem ad Ægateis inſulam ſtare paratam inſtructamque, ut ubi ſe verſum ad tuendam Syracuſanam oram Pœni ſenſiſſent, Lilybæum extemplo provinciamque aliam Romanam aggrederentur. itaque claſſe opus eſſe, ſi regem ſocium Siciliamque tueri vellent.* [3] Literis conſulis proprætoriſque lectis, M. Claudium, qui claſſi ad Oſtiam ſtanti præeſſet, Canuſium ad exercitum mittendum, ſcribendumque conſuli, ut quum prætori exercitum tradidiſſet, primo quoque tempore, quantum per commodum reipubl. fieri poſſet, Romam veniret. Territi etiam ſuper tantas clades, quum cæteris prodigiis, tum quod duæ Veſtales eo anno Opimia atque Floronia, ſtupri compertæ; & alte-

1 *Diebus* XXX *luctus*] Sic Plutarchus: πένθος ὃ μὴ τόπου καὶ χρόνου ὅρισι, κατ' οἰκίαν δοποδρηεῖν κελεύσας ἐφ' ἡμέρας τριάκοντα ἐβουλόμην. *Sigonius.*

2 *T. Otilacilio*] *Otacilio*, ex Græcis & Capitolinis monumentis. *Idem.*

3 *Literis conſulis prop. l. M. Claud. &c.*] Locus fractus & depoſitus. Sigonius ſubaudienda notat verba, *cenſuerunt Patres*, vel *decreverunt*. Sed neque hæc ſic ſubaudiri ſolent, & gravius ulcus oſtendunt ſcripti. Put. *Literis conſulis praetoriſque marcium Claudium.* Pet. *Praetoris quem apium Claudium.* Pet. alter, Men. Voſſ. Pal. *Praetoris quem Appium Claudium.* Non multa tamen ad ſententiam requiruntur: & licet obſervare, in hujuſmodi ſcripturæ vitiis, non ſæpius deeſſe aliquid quam ſupereſſe. Quid ſi legas: *alia inſuper ex Sicilia literis allatis ab T. Otacilio propratore, regnum Hieronis &c. vellent: cenſuerunt, praetorem M. Claudium.* J. Fr. Gron.

M. Claudium ---- Canuſium ad exercitum mittendum] Subaudienda ſunt verba, *cenſuerunt patres*, vel *decreverunt*. Sic enim Plutarchus in Marcello: δόγμα τῆς βουλῆς δεξάμενοι εἰς Κανύσιον παρῆλθον, ἢ τὸν ὑπὲρ συλλεγόμενοι στρατεύσων, ἐξήγαγε ἡ ἱερομήτων. *Sigonius.*

1 Qui-

altera ſub terram, ut mos eſt, ad portam Collinam necata fuerat; altera ſibimetipſa mortem conſciverat. L. Cantilius ſcriba pontificis, quos nunc minores pontifices appellant, qui cum Floronia ſtuprum fecerat, à Pontifice maximo eo uſque virgis in comitio cæſus erat, ut inter verbera exſpiraret. Hoc nefas quum inter tot, ut fit, clades, in prodigium verſum eſſet, decemviri libros adire juſſi ſunt. Et Q. Fabius Pictor, Delphos ad oraculum miſſus eſt, ſciſcitatum, [1] quibus precibus ſupplíciiſque Deos poſſent placare. & quænam futura finis tantis cladibus foret. Interim ex fatalibus libris ſacrificia aliquot extraordinaria facta, inter quæ Gallus & Galla, Græcus & Græca, in foro boario ſub terra vivi demiſſi ſunt in locum ſaxo conſeptum; [2] ibi ante hoſtiis humanis, minime Romano ſacro, imbutum. Placatis ſatis, ut rebantur, Deis, M. Claudius Marcellus, ab Oſtia mille & quingentos milites, quos in claſſem ſcriptos habebat, Romam, ut urbi præſidio eſſent, mittit; ipſe legione claſſis (ea tertia legio erat) [3] cum tribunis militum, Teanum Sidicinum præmiſſa, [4] claſſe tradita P. Furio Philo collegæ, paucos poſt dies Canuſium magnis itineribus contendit. Dictator ex auctoritate Patrum dictus M. Junius, [5] & Ti. Sempronius magiſter equitum, delectu edicto,

1 *Quibus precibus, ſupplicationibuſque*] Vet. lib. *quibus precibus ſupplices deos poſſent placare.* Sigonius.

2 *Ibi ante hoſtiis humanis*] Luctatur hic And. Schottus, & certe ſubeſt aliquid vitii. Scripti quidam *ubi* pro *ibi*. Sed Put. ille unicus: *conſeptumuiam ante*. Manus ſecunda ſupra *v* pinxerat *b*. inde iſta. Sed demenda erat ſupervacua litera *v* ſcribendumque: *conſeptum, jam ante*. Factum initio proximi belli Gallici, teſtibus Plutarcho in Marcello, Oroſio 2, 13. Zonara. *J. Fr. Gron.*

3 *Cum tribuno militum Teano Sidicino præmiſſa*] Vet. lib. *cum tribunis militum Teanum Sidicinum*. recte. Hanc enim legionem ex claſſe Canuſium adductarus, Teanum præmiſit. *Sigonius.*

Cum tribunis mil. Teanum Sidicinum &c.] Intellige partem militum tertiæ legionis Romam miſſam, partem Teanum, & deinde ſecutum Marcellum cum Canuſium peteret, claſſem autem P. Furio traditam, non ut puto, omnino militibus vacuam. *Glareanus.*

4 *Claſſe tradita P. Furio collega*] Libri: *P. Furio Philo collega.* alii *Filo.* J. Fr. Gron.

5 *T. Sempronius magiſter equitum*]

cto, juniores ab annis ſeptemdecim & quoſdam prætextatos ſcribunt. quatuor ex his legiones, & mille equites effecti. Item ad ſocios Latinumque nomen [1] ad milites ex formula accipiendos mittunt. arma, tela, alia parari jubent: & vetera hoſtium ſpolia detrahunt templis porticibuſque. Et aliam formam novi delectus inopia liberorum capitum ac neceſſitas dedit: octo millia juvenum validorum ex ſervitiis, prius ſciſcitantes ſingulos, vellentne militare, empta publice armaverunt. Hic miles magis placuit, quum pretio minore redimendi captivos copia fieret. 58 Namque Annibal, ſecundum tam proſperam ad Cannas pugnam, victoris magis quam bellum gerentis intentus curis, quum captivis productis [2] ſegregatiſque ſociis, eos, ſicut ante ad Trebiam Traſimenumque lacum, benigne allocutus, ſine pretio dimiſiſſet; Romanos quoque vocatos (quod nunquam alias antea) ſatis miti ſermone alloquitur: *Non internecinum ſibi eſſe cum Romanis bellum: de dignitate atque imperio certare. Et patres virtuti Romanæ ceſſiſſe: & ſe id admiſi, ut ſuæ invicem ſimul felicitati & virtuti cedatur. Itaque redimendi ſe captivis copiam facere. pretium fore in capita, equiti quingenos quadrigatos nummos, trecenos pediti, [3] ſervo centum.* Quamquam aliquantum adjiciebatur equitibus [4] ad id pretium, quod pepigerant dedentes ſe; læti tamen quamcunque conditionem paciſcendi acceperunt. [5] Placuit ſuffragio ipſorum decem deligi, qui Romam ad ſenatum irent, nec pignus aliud fidei, quam ut jurarent ſe redituros, acceptum. Miſſus cum his Carthalo nobilis Carthaginienſis:

Hic eſt, qui poſt ab Annibale occiſus eſt in Lucania, quem Valerius lib. 5 cap. 1 *Tiberium Gracchum* vocat. Quare *Ti. Sempronius* ſcribendum eſt. Eſt autem *Tiberii* prænomen *Sempronio* familiariſſimum. *Sigonius.*

1 *Ad milites ex formula accipiendos*] De hac formula ſcribit lib. 8 ubi de fœdere cum Latinis icto agit. *Idem.*

2 *Segregatiſque ſociis eos*] Voſſ. Gud. non agnoſcunt *eos*. Forte: *ſegregatos ſocios*. J. Fr. Gron.

3 *Servo centum*] Vet. lib. *centeni*. Sigonius.

4 *Ad id pretium, quod pepigerant*] Melior, *quo*. J. Fr. Gron.

5 *Placuit ſuffragio eorum*] Optimi, nec nihil intereſt, *ipſorum*. Idem.

1 *Valer*

nienſis: qui, ſi forte ad pacem inclinarent animos, conditiones ferret. Quum egreſſi caſtris eſſent, unus ex iis minime Romani ingenii homo, [1] veiut aliquid oblitus, jurisjurandi ſolvendi cauſſa quum in caſtra rediſſet, ante noctem comites aſſequitur. Ubi eos Romam venire nunciatum eſt; Carthaloni obviam lictor miſſus, qui dictatoris verbis nunciaret, ut ante noctem excederet finibus Romanis. Legatis captivorum ſenatus ab dictato- 59
re datus eſt. Quorum princeps M. Junius, *Patres Conſcripti*, inquit, [2] *nemo noſtrum ignorat, nulli unquam civitati viliores fuiſſe captivos, quam noſtræ. Cæterum niſi nobis plus juſto noſtra placet cauſſa, non alii unquam minus negligendi vobis, quam nos, in hoſtium poteſtatem venerunt. non enim in acie per timorem arma tradidimus, ſed quum prope ad noctem ſuperſtantes cumulis cæſorum corporum prælium extraxiſſemus, in caſtra recepimus nos. Diei reliquum ac noctem inſequentem feſſi labore ac vulneribus vallum ſumus tutati. Poſtero die quum circumſeſſi ab exercitu victore aqua arceremur,* [3] *nec ulla jam per confertos hoſtes erumpendi ſpes eſſet, nec eſſe nefas duceremus, quinquaginta millibus hominum ex acie noſtra trucidatis, aliquem ex Cannenſi pugna Romanum militem reſtare; tum demum pacti ſumus pretium quo redempti dimitteremur: arma, in quibus nihil jam auxilii erat, hoſti tradidimus.* [4] *Majores quoque acceperamus ſe à Gallis auro redemiſſe: & patres veſtros, aſperrimos illos ad conditionem pacis, legatos tamen captivorum redimendorum gratia Tarentum miſiſſe.* [5] *atqui & ad Alliam cum Gallis,*

&

1 *Velut aliquid oblitus*] Put. *velut illut aliquid oblitus.* An *illic?* J. Fr. Gron.

2 *Nemo veſtrum ignorat*] Scribe: *nemo noſtrum ignorat.* Idem.

3 *Nec ulla alia jam per confertos*] Put. Pet. Men. tres Pall. Voſſ. reſpuunt τὸ *alia.* Idem.

4 *Majores noſtros quoque* &c. *& patres noſtros*] Malunt etiam: *Majores quoque acceperamus ſe à Gallis redemiſſe, & patres veſtros.* Idem.

5 *Atque in Italia cum Gallis & ad Heracleam*] Mira deſcriptio pugnæ cum Gallis, *in Italia.* Ergo illa cum Pyrrho aut modo Cannenſis in Italia factæ non ſunt? Put. *atqui & aliam:* Scribe: *atqui & ad Alliam cum Gallis & ad Heracleam cum Pyrrho.* Eſt aſſumtio argumenti, quo probat redemptos aliquando captivos, etſi pavore potius ac fuga, quam vi ac virtute hoſtium clades accepta eſſet. *Idem.*

& [1] ad Heracleam cum Pyrrho, utraque non tam clade infamis quam pavore ac fuga, pugna fuit. Cannenſes campos acervi Romanorum corporum tegunt: nec ſuperſumus pugnæ; niſi in quibus trucidandis & ferrum & vires hoſtem defecerunt. Sunt etiam de noſtris quidam, qui [2] ne in acie quidem refugerunt: ſed præſidio caſtris relicti, quum caſtra traderentur, in poteſtatem hoſtium venerunt. Haud equidem ullius civis, aut commilitonis fortunæ aut conditioni invideo, [3] nec premendo alium me extuliſſe velim: ne illi quidem (niſi pernicitatis pedum & curſus aliquod præmium eſt) qui plerique inermes ex acie fugientes, non prius quam Venuſiæ aut Canuſii conſtiterunt, ſe nobis merito prætulerint, gloriatique ſint, in ſe plus quam in nobis præſidii reipubl. eſſe. Sed [4] illis & bonis ac fortibus militibus utemini: & nobis etiam promptioribus pro patria, quod beneficio veſtro redempti, atque in patriam reſtituti fuerimus. Delectum ex omni ætate & fortuna habetis: octo millia ſervorum audio armari. non minor numerus noſter eſt, nec majori pretio redimi poſſumus, quam hi emuntur. nam ſi conferam nos cum illis, injuriam nomini Romano faciam. Illud etiam in tali conſilio animadvertendum vobis cenſeam, Patres Conſcripti, ([5] ſi tamen duriores eſſe velitis, quod nullo noſtro merito faciatis) cui nos hoſti relicturi ſitis. Pyrrho videlicet, qui nos hoſpitum numero habuit captivos, an barbaro, ac Pœno; qui utrum avarior an crudelior ſit, vix [6] exiſtimari poteſt. Si videatis catenas, [7] ſqualorem deformitatemque civium veſtrorum, non minus profecto vos ea ſpecies moveat, quam ſi ex altera parte cernatis ſtratas Cannenſibus campis legiones veſtras. Intueri poteſtis ſollicitudinem & lacrimas in veſtibulo curiæ ſtantium cognato-

1 *Ad Heracleam cum Pyrrho*] Plutarchus in Pyrrho. *Sigonius.*

2 *Nec in acie quidem*] Lege ne. *J. Fr. Gron.*

3 *Nec premendo alium me extuliſſe velim videri*] Duo optimi reſecari jubent *videri.* Idem.

4 *Illis ut bonis ac fortibus viris militibuſque*] Scribe: *ſed illis & bonis ac fortibus militibus utemini, & nobis etiam promtioribus.* Sic optimi & ſenſus expoſcit. *Idem.*

5 *Si tam duri oris eſſe velitis*] Vet. lib. *ſi duriores eſſe velitis.* Sigonius.

6 *Exiſtimari*] Veter. lib. *eſtimari.* Idem.

7 *Squalorem deformitatemque civium*] MS. Cantabrig. *ſqualorem, deformitatem civium.* Et quum idem ex Put. videam annotatum Salmaſio, reor hic quoque, ut ſæpe alias, auctori aſyndeton placuiſſe. *Jac. Gron.*

Digitized by Google

gnatorum noſtrorum, exſpectantiumque reſponſum veſtrum. quum ii pro nobis proque iis qui abſunt, ita ſuſpenſi ac ſolliciti ſint; quem cenſetis animum ipſorum eſſe, quorum in diſcrimine vita libertaſque eſt? Si medius fidius ipſe in nos mitis Annibal contra naturam ſuam eſſe velit, nihil tamen nobis vita opus eſſe cenſeamus, [1] quum indigni ut à vobis redimeremur, viſi ſumus. Rediere Romam quondam remiſſi à Pyrrho ſine pretio capti: ſed rediere cum legatis, primoribus civitatis, ad redimendos ſeſe miſſis. Redeam ego in patriam, trecentis nummis non æſtimatus civis? Suum quiſque habet animum, Patres Conſcripti. Scio in diſcrimine eſſe vitam corpuſque meum. Magis me famæ periculum movet, ne à vobis damnati ac repulſi habeamur. neque enim vos pretio pepercisſe homines credent. Ubi is finem fecit, extemplo ab ea turba, quæ in comitio erat, clamor flebilis eſt ſublatus, manuſque ad curiam tendebant orantes, ut ſibi liberos, fratres, cognatos, redderent. Fœminas quoque metus ac neceſſitas in foro turbæ huic virorum immiſcuerat. Senatus, ſummotis arbitris, conſuli cœptus. Ibi quum ſententiis variaretur, & alii, redimendos de publico, alii, nullam publice impenſam faciendam, nec prohibendos ex privato redimi; ſi quibus argentum in præſentia deeſſet, dandam ex ærario pecuniam mutuam, prædibuſque ac prædiis cavendum populo, cenſerent; tum T. Manlius Torquatus priſcæ ac nimis duræ, ut pleriſque videbatur, ſeveritatis, interrogatus ſententiam, ita locutus fertur: *Si tantummodo poſtulaſſent legati pro iis qui in hoſtium poteſtate ſunt, ut redimerentur; ſine ullius inſectatione eorum, brevi ſententiam peregiſſem. Quid enim aliud quam admonendi eſſetis, ut morem traditum à Patribus neceſſario ad rem militarem exemplo ſervaretis? nunc autem cum prope gloriati ſint, quod ſe hoſtibus dediderint, præferrique non captis modo in acie ab hoſtibus, ſed etiam iis qui Venuſiam Canuſiumque pervenerunt, atque ipſi C. Terentio conſuli, aquum* 60

[1] *Quum indigni, ut à vobis redimeremur, viſi ſumus*] Melius *ſimus*. & ita Muretus. *J. Fr. Gron.*

aquum censuerint; nihil vos eorum, Patres Conscripti, quæ illic acta sunt, ignorare patiar. Atque utinam hæc, quæ apud vos acturus sum, Canusii apud ipsum exercitum agerem; optimum testem ignaviæ cujusque & virtutis: aut unus hic saltem adesset P. Sempronius, quem si isti ducem secuti essent milites, [1] hodie in castris Romanis, non captivi in hostium potestate essent. Sed quum fessis pugnando hostibus, tum victoria lætis, & ipsis plerisque regressis in castra sua, noctem ad erumpendum liberam habuissent, & [2] septem armatorum hominum millia perrumpere etiam confertos hostes potuissent: neque per se ipsi id facere conati sunt, neque alium sequi voluerunt. Nocte prope tota P. Sempronius Tuditanus [3] non destitit monere adhortarique eos, dum paucitas hostium circa castra, dum quies ac silentium esset, dum nox incœptum tegeret, se ducem sequerentur: ante lucem pervenire in tuta loca, in sociorum urbes posse. Sicut avorum memoria, P. Decius Tribunus militum, in Samnio, sicut, nobis adolescentibus, [4] priori Punico bello, Calpurnius Flamma trecentis voluntariis, quum ad tumulum eos capiendum, situm inter medios hostes, duceret, dixit: Moriamur milites, & morte nostra eripiamus ex obsidione circumventas legiones. *Si hoc P. Sempronius diceret;*

1 *Hodie in castris Romanis, non captivi in hostium potestate*] Magnam oppositioni huic integritatem momentumque addideris, si mecum reposueris *in castris Romani*, deleta litera *s*. Quippe captivi non censentur Romani, ut sequitur. Ovidius de Polyxena: *Priami vos filia regis, Non captiva rogo.* Jac. Gron.

2 *Septena armatorum hominum millia erumpere etiam inter confertos hostes potuissent*] Libri optimi *septem* & *possent*, tum carent τῷ *inter*: omnes omnino scripti etiam τῷ *enim* quod statim sequitur. Suspicor: *non captivi in hostium potestate essent. Sed quum fessis pugnando hostibus, tum victoria lætus & ipsis plerisque regressis in castra sua, noctem ad erumpendum liberam habuissent, & septem armatorum hominum millia perrumpere etiam confertos hostes possent; neque per se ipsi id facere conati sunt, neque alium sequi voluerunt.* Schottus 2 Obs. 6 τὸ *neque* abundare ait & abesse à Gelrico exemplari. Sed calamum ejus peccasse puto, cum in mente esset τὸ *enim*: quod nec in editis ante Ascensium reperio. *J. Fr. Gron.*

3 *Non destitit admonere*] Antiquissimi, *monere*. Dein forte, *perveniri*. Idem.

Non dest. monere adhortarique eos] MS. Cantabr. *monere, adhortari eos*. Sic & in Gudiano reperit pater. Et sic Livius scripsit 21, 10. *Per deos monuisse, prædixisse se.* 2, 54. *Suadent, monent, honoribus abstineant.* & alibi. *Jac. Gron.*

4 *Priori Punico bello Calpurnius Flamma*] Livius lib. 17 ut & scriptum in epitoma. *Sigonius.*

1 Nec

ceret ; [1] nec viros quidem, nec Romanos vos duceret, ſi nemo tantæ [2] virtutis exſtitiſſet comes. Viam non ad gloriam magis quam ad ſalutem ferentem demonſtrat ; reduces in patriam, ad parentes, ad conjuges ac liberos facit. Ut ſervemini, deeſt vobis animus ? quid, ſi moriendum pro patria eſſet, faceretis ? Quinquaginta millia civium ſociorumque circa vos eo ipſo die cæſa jacent: ſi tot exempla virtutis non movent, nihil umquam movebit. [3] ſi tanta clades vilem vitam non fecit, nulla faciet. Liberi atque incolumes deſiderate patriam : imo deſiderate, dum patria eſt, cum cives ejus eſtis. ſero nunc deſideratis, [4] deminuti capite, abalienati jure civium, ſervi Carthaginienſium facti. Pretio redituri eſtis eo, unde ignavia ac nequitia abiſtis ? P. Sempronium, civem veſtrum, non audiſtis, arma capere, ac [5] ſequi ſe jubentem : Annibalem poſt paullo audiſtis, caſtra prodi, & arma tradi jubentem. Quam ego ignaviam iſtorum accuſo, quum ſcelus poſſim accuſare ? non enim modo ſequi recuſarunt bene monentem, [6] ſed obſiſtere ac retinere conati ſunt, ni ſtrictis gladiis viri fortiſſimi inertes ſummoviſſent. prius, inquam, P. Sempronio per civium agmen, quam per hoſtium fuit erumpendum. Hos cives patria deſideret ? quorum ſi cæteri ſimiles fuiſſent, neminem hodie ex iis qui ad Cannas pugnaverunt, civem haberet. Ex millibus ſeptem

1 *Nec viros quidem, nec Romanos*] Forte : *ne viros quidem, nedum Romanos.* J. Fr. Gron.

2 *Virtutis exiſteret comes*] Antiquiſſimi, *exſtitiſſet.* Idem.

3 *Si tanta clades vobis vilem*] Abolent *τὸ vobis.* Idem.

4 *Diminuti capite*] Hoc eſt amiſſa civitate & libertate. Sic enim poſt ait : *abalienati jure civium, ſervi Carthaginienſium facti.* Sigonius.

5 *Sequi ſe jubentem: Annibalem paullo poſt*] Meliores : *ac ſequi ſe jubentem: Hannibalem poſt paullo audiſtis.* Gaudent eo ordine harum particularum. Salluſtius Jugurth. 106. *Turpi fuga incerta ac forſitan poſt paullo morbo interitura vita parceret.* Quod nollem mutaſſe Gruterum, multo minus teſtatum elegantius ad aures ſuas *paullo poſt* accidere. Qui non raſit igitur aures & cap. 71. *Nabdalſa poſt paullo experrectus.* Cæſar lib. 7 de Gall. *Ipſe poſt paullo ſilentio egreſſus cum tribus legionibus.* Et lib. 1 de Civ. *Poſt paullo tamen internuntiis ultro citroque miſſis, qua ignorabant de L. Domitii fuga, cognoſcunt.* Noſter lib. 5. *Quod quum ſenatus poſt paullo de his rebus in curia Hoſtilia haberetur.* Lib. 33. *Torti poſt paullo inſontes quum ſcirent.* Quintilianus inſt. orat. lib. 2, 5. *Sed de ratione declamandi poſt paullo.* J. Fr. Gron.

6 *Sed ſubſiſtere ac retinere*] Put. ac melior Pet. *ſed obſiſtere ac retinere.* etſi alibi hoc Livio uſitatum non diverſo ſenſu. *Idem.*

ſeptem armatorum, ſexcenti extiterunt qui erumpere auderent, qui in patriam liberi atque armati redirent: neque iis [1] quadraginta millia hoſtium obſtitere. Quam tutum iter duarum prope legionum agmini futurum cenſetis fuiſſe? [2] Haberetis hodie viginti millia armatorum Canuſii, fortia, fidelia, P. C. nunc autem quemadmodum hi boni fideleſque (nam fortes ne ipſi quidem dixerint) cives eſſe poſſunt? [3] niſi quis credere poteſt fuiſſe, ut erumpentibus quin erumperent, obſiſtere conati ſunt: aut non invidere eos, quum incolumitati tum gloriæ illorum per virtutem partæ, quum ſibi timorem ignaviamque ſervitutis ignominioſæ cauſſam eſſe ſciant. Maluerunt in tentoriis latentes ſimul lucem atque hoſtem exſpectare, quum ſilentio noctis erumpendi occaſio eſſet. [4] At enim, ad erumpendum è caſtris defuit animus: ad tutanda fortiter caſtra animum habuerunt. Dies noctesque aliquot [5] obſeſſi, vallum armis, ſe ipſi tutati vallo ſunt: tandem ultima auſi

1 *Quadraginta millia*] Supra *quinquaginta millia* edidit. in vet. autem libris eſt hoc loco: *ſexcenta millia*, ut videantur opponi, *ſexcentis armatis*, ita: Ex millibus ſeptem armatorum ſexcenti extiterunt, qui erumpere auderent, neque iis ſexcenta millia hoſtium obſtitere. Eſt autem hic numerus uſitatus etiam Ciceroni pro magno quodam & immenſo numero. *Sigonius.*

2 *Haberetis hodie viginti millia armatorum Canuſii fortia, fidelia*] Fortaſſe: *fortium, fidelium.* Vel, *fortes, fideles.* J. Fr. Gron.

3 *Niſi quis credere poteſt fuiſſe, qui erumpentibus*] Non perceperunt viri laude digniſſimi Lipſius & Schottus. Optimi libri: *ut erumpentibus.* Membrum prius disjuncti præteritum tempus reſpicit, poſterius futurum. ſententia hæc. Niſi quis credere poteſt aut tum fuiſſe bonos fideleſque cives, cum viros fortes, ne fortes eſſent, impedire voluerunt, aut paſſuram in poſterum invidiam, ut fideles bonique cives ſint erga illos, quorum incolumitatem & gloriam ſibi vident eſſe ignominiæ & quotidie ignaviam exprobrare. Illam ipſam invidiam ſignificat effecturam, ut iis infidi ſint, & in diſcrimen ſecum deductos deſerant, atque ita aut mori miſere aut parem culpam captivitatis vel turpis fugæ contrahere cogant. *Idem.*

4 *At enim ad erump.*] Tὰ *at enim* nec Put. nec Voſſ. nec Gud. agnoſcunt. *Idem.*

5 *Obſeſſi, armati ſeipſi tutati vallo ſunt*] Put. *Aliquot obſeſſi ballum arma ſe ipſi.* Hinc auream fecimus lectionem: *dies noctesque aliquot obſeſſi, vallum armis, ſe ipſi tutati vallo ſunt.* Sic Livius, ut videas non ignarum ſuæ ipſum elegantiæ fuiſſe, lib. 6. *Tantum Camillus auditus imperator terroris intulerat, ut vallo ſe ipſi, vallum congeſtis arboribus ſepirent.* Lib. 10. *Non enim muris magis ſe Samnites, quam armis ac viris mœnia tutabantur.* Lib. 28. *Exercitum omnem paſſim in civitates dimiſit, ut & muris ſe ipſi & armis muros tutarentur.* Lib. 33. *Prælia impigre inire, & armis magis muros, quam ſe ipſos mœnibus tutari.* Lib. 38 & Galli, *ne parum ſe muris-*

auſi paſſique, [1] *quum omnia ſubſidia vitæ abeſſent, affectiſque fame viribus, arma jam ſuſtinere nequirent, neceſſitatibus magis humanis quam armis victi ſunt. Orto ſole hoſtis ad vallum acceſſit: ante ſecundam horam nullam fortunam certaminis experti, tradiderunt arma ac ſeipſos. Hæc vobis ipſorum per biduum militia fuit, quum in acie ſtare ac pugnare decuerat, tum in caſtra refugerunt: quum pro vallo pugnandum erat, caſtra tradiderunt, neque in acie neque in caſtris utiles. Vos redimam? quum erumpere caſtris oportet, cunctamini, ac manetis: quum manere & caſtra tutari armis neceſſe eſt; & caſtra & arma & vos ipſos traditis hoſti. Ego non magis iſtos redimendos P. C. cenſeo, quam illos dedendos Annibali, qui per medios hoſtes è caſtris erupere, ac per ſummam virtutem ſe patriæ reſtituerunt.* Poſteaquam 61
Manlius dixit, quamquam Patrum quoque pleroſque captivi cognatione attingebant, præter exemplum civitatis minime in captivos jam inde antiquitus indulgentis, pecuniæ quoque ſumma homines movit: quia nec ærarium exhaurire magna jam ſumma erogata in ſervos ad militiam emendos armandoſque, nec Annibalem maxime hujuſce rei, ut fama erat, egentem locupletari volebant. Quum triſte reſponſum, non redimi captivos, redditum eſſet, novuſque ſuper veterem luctus tot jactura civium adjectus eſſet, cum magnis fletibus queſtibuſque legatos ad portam proſecuti ſunt. [2] Unus ex iis domum abiit, quod fallaci reditu in caſtra jurejurando ſe exſolviſſet. Quod ubi innotuit, relatum ad ſenatum eſt. omnes

munimenta ſua tegerent, armati pro vallo conſiterant. Silius 12, 165. *Qui non turribus arma Defendenda daret, verum ultro mœnia dextra Protegeret.* Alii membranacei, non quidem τὸ *vallum* ſed tamen *arma* habent, non *armati.* J. Fr. Gron.

1 *Quum omnia ſubſidia vitæ abeſſent*] Promiſcui libri, ut & Andreas atque Aldus, *deſunt.* Vulgo, *deeſſent.* Idem.

2 *Unus ex iis domum abiit, quod* &c.] Hæc Polybii ſententia fuit, ut ait Cicero lib. 3 de Offic. *Polybius bonus auctor in primis ſcribit ex decem nobiliſſimis, qui tunc erant miſſi, novem revertiſſe, à ſenatu re non impetrata, unum ex decem, qui paulo poſt quam egreſſus erat à caſtris, rediſſet, quaſi aliquid eſſet oblitus, remanſiſſe.* Polybii liber ille, ubi hoc tradebat, intercidit. Eadem hiſtoria eſt apud Gellium lib. 7 c. 8. *Sigonius.*

1 *Eſt*

omnes cenſuerunt, comprehendendum, & cuſtodibus publice datis deducendum ad Annibalem eſſe. [1] Eſt & alia de captivis fama, decem primos veniſſe. de eis quum dubitatum in ſenatu eſſet, admitterentur in urbem, nec-ne, ita admiſſos eſſe, ne tamen iis ſenatus daretur. Morantibus deinde longius omnium ſpe, alios tres inſuper legatos veniſſe, L. Scribonium, & C. Calpurnium, & L. Manlium. tum demum ab cognato Scribonii [2] Tribuno plebis de redimendis captivis relatum eſſe, nec cenſuiſſe redimendos ſenatum: & novos legatos tres ad Annibalem revertiſſe, decem veteres remanſiſſe; quod per cauſſam recognoſcendi nomina captivorum ad Annibalem ex itinere regreſſi religione ſeſe exſolviſſent. de iis dedendis magna contentione actum in ſenatu eſſe: victoſque paucis ſententiis, qui dedendos cenſuerint. cæterum proximis cenſoribus adeo [3] omnibus notis ignominiiſque confectos eſſe, ut quidam eorum mortem [4] ſibi ipſi extemplo conſciverint: cæteri non foro ſolum, omni deinde vita, ſed prope luce ac publico caruerint. Mirari magis, adeo diſcrepare inter auctores, quam [5] quid veri ſit, diſcernere queas. Quanto autem major hæc clades ſuperioribus cladibus fuerit, [6] vel ea res indicio eſt,

1 *Eſt & alia de captivis fama, decem primos veniſſe*, &c.] Acilii hæc opinio fuit eodem Cicerone teſte: *Acilius autem* ille, *qui Græce ſcripſit hiſtoriam, plures ait fuiſſe, qui in caſtra revertiſſent eadem fraude, ut jurejurando liberarentur.* Sigonius.

2 *Tribuni plebis*] Legendum *tribuno plebis*, id eſt, ab Scribonio tribuno pl. L. Scribonii captivi legati cognato relatum eſſe. *Idem.*

3 *Omnium notis, ignominiiſque confectos eſſe*] Vet. lib. *affectos*. Cicero lib. 3 de Offic. eoſdem à cenſoribus omnibus ignominiis notatos eſſe ſcribit. Et Gellius libro 7 cap. 8 de iiſdem: *omnium notarum eos damnis & ignominiis affecerunt.* Idem.

4 *Sibi ipſi extemplo*] Vox ultima non agnoſcitur à MSS. Mox etiam in illis *major hæc clades* Voſſ. & Gud. deſtituuntur τῇ *hæc*. Sed Put. *major ea clades*. J. Fr. Gron.

5 *Quid veri ſit, diſcernere queas*] Lege, *decernere*. Idem.

6 *Vel ea res indicio eſt, quod qui ſociorum*] Manum correctorum arguunt optimi libri. Put. *vel de ea re indicio-rum quæ eadem diem firma ſteterat, tum laborare cœpit, nulla p. a. d. re quam quod ſperaverant de imperio.* Probabilius certe videtur: *vel declaret fides ſociorum, quæ eam ad diem firma ſteterat, tum labare cœpit, nulla profecto alia de re,*

eſt, quod qui ſociorum ad eam diem firmi ſteterant, tum labare cœperunt, nulla profecto alia de re, quam quod deſperaverant de imperio. [1] Defecere autem ad Pœnos hi populi: Atellani, Calatini, Hirpini, [2] Apulorum pars, [3] Samnites præter Pentros, Bruttii omnes, Lucani. [4] præter hos Surrentini, [5] & Græcorum omnis ferme ora; Tarentini, Metapontini, [6] Crotonienſes, Locrique, & Ciſalpini omnes Galli. Nec tamen hæ clades defectioneſque ſociorum moverunt, ut pacis umquam mentio apud Romanos fieret; [7] neque ante Conſulis

te, *quam quod deſperaverunt de imperio.* Noſter lib. 2. *Poſtquam apparuit labare plebis animos.* Lib. 32. *Suberat tamen quædam ſuſpicio animis, labare fidem ſociorum.* Tacitus 1 Hiſt. *Poſtquam vulgatum erat labare Germanici exercitus fidem.* Petavianus melior prorſus, ut Put. Menardi, duo Palk. Voſſ. *vel ea res indiciorumque eadem die firma ſteterat, eum labore.* Salmaſius: *vel fides indicat ſociorum, qua ad eam diem firma ſteterat, tum laborare cæpit* &c. *J. Fr. Gron.*

1 *Defecere autem ad Pœnos hi pop.*] Non ſubito defecere omnes quos hic enumerat, populi: ſed quidam ſtatim, quidam poſt annum, ut Croton ac Locri. Tarentum vero, Metapontus ac Thurium quarto poſt anno, App. Claudio Pulchro, Q. Fulvio Flacco III Coss. Nec omnes Bruttii defecere. Temere ergo hæc omnia prima. *Glareanus.*

2 *Apulorum pars*] Ἀργυριππινοὶ defeciſſe ex Apulis ſcribit Polybius. *Sigonius.*

3 *Samnites præter Petellinos*] Nec *Petellini* inter Samnites ſed inter Bruttios, neque iidem hoc tempore ad Annibalem defecerunt, cum ſequenti libro uni in Bruttiis in amicitia Romana manſiſſe dicantur. Quid ergo? obloquimur ſæpe bonis auctoribus, eoſque aut inconſtantiæ, aut imprudentiæ, aut negligentiæ, arguimus, ſed ſine cauſa, ut hoc loco Glareanus Livio, quem iccirco temerariæ confuſionis arguit. Quam juſte ipſe viderit, non enim hoc loco *Petellinos*, legendum eſt, ſed *Pentros*, quod ille didiciſſet, ſi accuratius manuſcriptos libros, quos ne adiſſe quidem videtur, legiſſet. *Pentrorum* Samnitium meminit in lib. 9. *Inde victor exercitus Bovianum ductus: caput hoc erat Pentrorum, Samnitium longe ditiſſimum.* Poſſis etiam legere: *præter Petellinos Bruttii omnes.* Idem.

4 *Præter hos Surrentini*] Legendum, *Sallentini.* Iſti enim nominari debuiſſent poſt Calatinos. Camillus Peregrinus de Capua diſc. 2. *J. Fr. Gron.*

5 *Et Græcorum omnis ferme ora, Tar. Met.*] Polyb. Καρχηδόνιοι μὲν ἀπεχθήματα τῆς μὲν λοιπῆς παλαιὰς εἶχον πόλεις, καὶ μεγάλης καλυμβήσεις Ἑλλάδος ἤσαν ἐγκαλεῖς. Ταραντῖνοί τε γὰρ ἄλλως ἐπεχείρουν αὐτοῖς. Polybius ſtatim hos populos defeciſſe ait, quod tamen non ita eſſe, infra apparebit, niſi, *ſtatim*, intelligamus, *ut primum potuerunt.* Ceterum quatuor hi populi *Græci* vocabantur, quod Græcorum coloniæ eſſent. *Sigonius.*

6 *Crotonenſes*] *Croto Crotonienſes* edit, at *Cortona Cortonenſis*, Priſcianus: Accedit quod *Croto Crotoniatas* quoque edit, ut omnino *Crotonienſes* videatur eſſe legendum. *Idem.*

7 *Neque ante conſulis Romani adventum*] Ex vet. lib. *neque ante conſulis adventum*

ſulis Romam adventum, nec poſtquam is rediit renovavitque memoriam acceptæ cladis. quo in tempore ipſo, adeo magno animo civitas fuit, ut conſuli ex tanta clade, [1] cujus ipſe cauſſa maxima fuiſſet, redeunti, & [2] obviam itum frequenter ab omnibus ordinibus ſit, & gratiæ actæ, quod de republica non deſperaſſet: cui, ſi Carthaginienſium ductor fuiſſet, nihil recuſandum ſupplicii foret.

ventum Romam. In iis enim eſt: *ante conſulis adventum Romani.* Sigonius.

1 *Cujus ipſe magna cauſa*] Put. Pet. melior, Men. tres Pall. Voſſ. *cujus ipſe cauſa maxima fuiſſet.* J. Fr. Gron.

2 *Obviam itum frequenter*] Plutarchus in Fabio: ἀπιόντι τινὶ ἀπαντᾶν εἰς τὰς πύλας ἦν βουλὴ, καὶ τὸ πλῆθος ἅπαν ἀπαντᾷ. Sigonius.

EPI-

Digitized by Google

EPITOME

LIBRI XXIII.

CAmpani ad Annibalem defecere. Nuncius Cannenſis victoriæ Mago Carthaginem miſſus, annulos aureos à digitis occiſorum Romanorum detractos, in veſtibulo curiæ effudit: quos exceſſiſſe modii menſuram traditur. Poſt quem nuncium Hanno, ex Pœnis nobiliſſimus, ſuadebat ſenatui Carthaginienſium, ut pacem à populo Romano peterent: nec tenuit, obſtrepente Barcina factione. Cl. Marcellus prætor ad Nolam, eruptione adverſus Annibalem ex oppido facta, proſpere pugnavit. Exercitus Annibalis per hiberna Capuæ ita luxuriatus eſt, ut corporum viribus atque animorum enervaretur. Caſilinum à Pœnis obſeſſum, ita fame vexatum eſt, ut lora & pelles ſcutis detractas, item mures eſſent; & nucibus per Vulturnum amnem à Romanis miſſis vixerint. Senatus ex equeſtri ordine hominibus centum nonaginta ſeptem ſuppletus eſt. L. Poſtumius prætor à Gallis cum exercitu cæſus eſt. Cn. & P. Scipiones in Hiſpania Aſdrubalem vicerunt, & Hiſpaniam ſuam fecerunt. Reliquiæ Cannenſis exercitus in Siciliam relegatæ ſunt: ne recederent inde, niſi finito bello. Inter Philippum Macedonum regem & Annibalem ſocietas juncta eſt. Sempronius Gracchus conſul Campanos cecidit. Præterea in Sardinia feliciter à T. Manlio prætore adverſus Pœnos Sardoſque res geſtas continet: à quo Aſdrubal dux, & Mago & Hanno capti. Claudius Marcellus prætor, Annibalis exercitum ad Nolam prœlio fudit, & vicit: primuſque tot cladibus feſſis Romanis meliorem ſpem belli dedit.

Anni-

1 ANnibal poſt Cannenſem pugnam, caſtra capta ac direpta, confeſtim ex Apulia in Samnium moverat: 2 accitus in Hirpinos à Statio, pollicente 3 ſe Compſam traditurum. Compſanus erat Trebius nobilis inter ſuos: 4 ſed premebat eum Mopſiorum factio; familiæ per gratiam Romanorum potentis. Poſt famam Cannenſis pugnæ, vulgatumque Trebii ſermonibus adventum Annibalis, quum Mopſiani urbe excesſiſſent; ſine certamine tradita urbs Pœno, præſidiumque acceptum eſt. Ibi præda omni atque impedimentis relictis, exercitu partito, Magonem, regionis ejus urbes, aut deficientes ab Romanis,

1 *Annibal poſt Cannenſem pugnam caſtra capta, ac direpta*] Glareanus putat legendum: *caſtris captis ac direptis. neque enim*, inquit, *Annibal Romanorum caſtra capta ac direpta movit, neque ſua cepit, ac diripuit, verùm contra.* Erat autem, non enim ea eſt mens ſcriptoris, ſed hæc: Annibal poſt Cannenſem pugnam confectam, & poſt Romanorum caſtra capta, ac direpta, in Samnium moverat. ita ut verbum, *moverat*, abſolute accipiamus. ut ſæpe alias, non ad caſtra referamus. *Sigonius.*

Annibal poſt] Senſus eſt: Annibal poſt Cannenſem pugnam & poſt caſtra capta ac *&c.* Franc. Sanctius.

Annibal poſt Cannenſem pugnam caſtra capta ac direpta] Scripta lectio: *Haec Hannibal poſt Cannenſem pugnam capta ac direpta confeſtim.* Sic Put. Pet. Pal. Voſſ. Sic invenit Laur. Valla & teſtatur ſuo demum ſeculo τὸ *caſtra* adjectum: ipſe autem recidit τὸ *hæc*, & legit: *caſtraque direpta.* Glareanus mallet: *Romanorum caſtris captis ac direptis.* Aliter Sigonius. Videtur ſcribendum: *Æcis Hannibal poſt Cannenſem pugnam captis ac direptis confeſtim.* Hoc enim Apuliæ iſta in vicinia oppidum, in quo cum præſidium reliquiſſet, poſtea id recuperavit vi conſul Q. Fabius Maximus, ut docebimus lib. 24, 20. Polybius lib. 3. Συμμίξας ὁ Φ ἀπ' Αἰ-εμιλίου βοηθήσαις Ῥωμαίοις ἐφεῖτο τοῖς Δαυνίαις, ἀντεφελοπόλουσι τοῖς Καρχηδονίοις ἐφεῖ τὰς Αἴκας καλουμένας. Ita ſcribendum. non Αἴγας. Sic incipit & librum tertium. *J. Fr. Gron.*

2 *Accitus in Hirpinos*] *Irpini* Samnitium ſunt auctore Strabone libro 5, dicti ἀπὸ Φ ἵππου, id eſt, *lupo*, qui dux eis in deducenda colonia fuit. Græce autem ſine aſpiratione ſcribuntur. *Sigonius.*

3 *Se Coſſam traditurum*] Vet. lib. *Compſam* & *Compſanus.* Plinius lib. 3 cap. 11 *Compſam in Irpinis* ſtatuit, de qua nunc Livius. *Idem.*

4 *Sed premebat eum Compſanorum factio*] Put. *Mopſiorum factio.* Alii *Compſinorum* aut *Compſmorum.* Sane pars utraque Compſani. Sed ſi placet iſtud, etiam mox ſcribendum erit: *Mopſii* vel *Mopſiani:* etſi illic & optimus & alii: *quam Compſam urbem exceſſiſſent.* Cluverius legit: *accitus in Hirpinos à Trebio:* deinde: *premebat eum Statianorum factio.* Ego priore loco malim: *in Hirpinos à Statio Trebio.* Eſt enim *Statius* prænomen Italicum. *J. Fr. Gron.*

nis, accipere, aut detrectantes, cogere ad defectionem jubet. ipſe, per agrum Campanum, mare inferum petit; oppugnaturus Neapolim, ut urbem maritimam haberet. Ubi fines Neapolitanorum intravit, Numidas partim in inſidiis, (& pleræque cavæ ſunt viæ, ſinuſque occulti) [1] quacunque apte poterat, diſpoſuit: alios præ ſe actam prædam ex agris oſtentantes obequitare portis juſſit. in quos, quia nec multi & incompoſiti videbantur, quum turma equitum erupiſſet, ab cedentibus conſulto tracta in inſidias, circumventa eſt: nec evaſiſſet quiſquam [2] ni mare propinquum, & haud procul littore naves piſcatoriæ pleræque conſpectæ, peritis nandi dediſſent effugium. Aliquot tamen eo prœlio [3] nobiles juvenes capti cæſique ſunt: [4] inter quos & Hegeas præfectus equitum, intemperantius cedentes ſecutus, cecidit. Ab urbe oppugnanda [5] Pœnum abſterruere conſpecta mœnia; haudquaquam prompta oppugnanti. Inde Capuam flectit iter; luxuriantem longa felicitate atque indulgentia fortunæ. maxime tamen inter corrupta omnia, licentia plebis ſine modo libertatem exercentis. Senatum & ſibi & plebi obnoxium [6] Pacuvius Calavius fecerat; nobilis idem ac popularis homo, cæterum malis artibus nanctus opes. is quum eo forte anno, quo res male geſta ad Traſimenum

1 *Quacunque arte poterat*] Meliores, *apte*. J. Fr. Gron.

Quac. arte poterat] Vet. lib. *potuit*. Sigonius.

2 *Niſi mare propinquum*] Meliores, *ni mare*. J. Fr. Gron.

3 *Nobiles juvenes cæſi ſunt*] Put. & Pet. lectio: *capti cæſique ſunt*. Idem.

4 *Inter quos & Hegeas præfectus* &c. *fugientes ſecutus cecidit*] Vox ultima haud dubie venit ab eo, qui Livium ignoravit. Certe ego pro Liviana nullatenus admittam. Infra cap. 33. *In hanc dimicationem omnes reges gentesque animos intenderant: inter quos Philippus Macedonum rex*. Et ita paſſim. *Jacobus Gronovius*.

5 *Pœnum abſtinuere*] Optimi: *abſterruere*. Lib. 27. *Alii è turribus portæ muriſque, ſaxis, ſudibus, pilis abſterrerent hoſtem*. J. Fr. Gron.

6 *Pacuvius Calavius*] *Calavium* gentis Campanæ nomen eſſe conſtat. Ergo *Pacuvius* hoc in loco prænomen eſt. Vereor tamen ne Paculus ſit legendum. Nam Silius Italicus hunc *Paſtulonem* vocat. Et Livius 39. *Paculla Minia Campana* ſacerdotis meminit. Et in hoc libro haud ita multo poſt: *Minios Celeres Stenium, Pacuviumque* nominat. In veteribus etiam libris eſt *Pacinus*. Sigonius.

num eſt, in ſummo magiſtratu eſſet, jam diu infeſtam ſenatui plebem, ratus, per occaſionem novandi res, magnum auſuram facinus; ut ſi in ea loca Annibal cum victore exercitu veniſſet, trucidato ſenatu traderet Capuam Pœnis; improbus homo, ſed non ad extremum perditus, quum mallet incolumi, quam everſa republica dominari: nullam autem incolumem eſſe orbatam publico conſilio crederet, rationem iniit, qua & ſenatum ſervaret, & obnoxium ſibi ac plebi faceret. Vocato ſenatu, quum ſibi defectionis ab Romanis conſilium placiturum nullo modo, niſi neceſſarium fuiſſet, præfatus eſſet; *Quippe qui liberos ex Appii Claudii filia haberet, filiamque* [1] *Romam nuptum Livio dediſſet; caterum majorem multo rem magiſque timendam inſtare. Non enim per defectionem ad tollendum ex civitate ſenatum plebem ſpectare, ſed per eadem ſenatus vacuam rempublicam tradere Annibali ac Pœnis velle. Eo ſe periculo poſſe liberare eos, ſi ſe permittant ſibi, & certaminum in republ. obliti, credant.* Quum omnes victi metu permitterent; *Claudam in curia vos*, inquit, *& tamquam & ipſe cogitati facinoris particeps, approbando conſilia, quibus nequicquam adverſarer, viam ſaluti veſtræ inveniam. In hoc fidem, quam vultis ipſi, accipite.* Fide data egreſſus, claudi curiam jubet; præſidiumque in veſtibulo reliquit, ne quis adire curiam injuſſu ſuo, neve inde egredi poſſit. Tunc vocato ad concionem populo, *Quod ſæpe*, inquit, *optaſtis, Campani, ut ſupplicii ſumendi vobis ex improbo ac deteſtabili ſenatu poteſtas eſſet; eam nunc, non per tumultum expugnantes domos ſingulorum, quas præſidiis clientium ſervorumque tuentur, cum ſummo veſtro periculo, ſed tutam habetis ac liberam. Clauſos omnes in curiam accipite, ſolos, inermes: nec quicquam raptim, aut fortè temere egeritis. de ſingulorum capite vobis jus ſententiæ dicendæ faciam, ut quas quiſque meritus eſt, pœnas pendat. Sed ante omnia ita vos iræ indulgere oportet, ut potiorem*

1 *Romam nuptum*] Vet. lib. *Rome.* Sigonius.

1 *Odiſſe*

rem ira ſalutem atque utilitatem veſtram habeatis. etenim hos (ut opinor) [1] *odiſtis ſenatores; non ſenatum omnino habere non vultis. quippe aut rex (quod abominandum) aut quod unum liberæ civitatis conſilium eſt, ſenatus habendus eſt. Itaque duæ res ſimul agendæ ſunt vobis, ut & veterem ſenatum tollatis & novum cooptetis. Citari ſingulos ſenatores jubebo, de quorum capite vos conſulam. quod de quoque cenſueritis, fiet. Sed prius in ejus locum virum fortem ac ſtrenuum novum ſenatorem cooptabitis, quam de noxio ſupplicium ſumatur.* Inde conſedit, & nominibus in urnam conjectis citari, quod primum ſorte nomen excidit, ipſumque è curia produci, juſſit. Ubi auditum eſt nomen; malum & improbum pro ſe quiſque clamare, & ſupplicio dignum. Tunc Pacuvius, *Video quæ* [2] *ſententia de hoc ſit data.* [3] *Ejicitur pro malo atque improbo. Bonum ſenatorem & juſtum eligite.* Primo ſilentium erat, inopia potioris ſubjiciundi; deinde quum aliquis omiſſa verecundia quempiam nominaſſet, multo major extemplo clamor oriebatur, quum alii negarent noſſe; alii nunc probra, nunc humilitatem ſordidamque inopiam, & pudendæ artis aut quæſtus genus, objicerent. Hoc multo magis [4] in ſecundo ac tertio citato ſenatore

1 *Odiſtis ſenatores. nàm ſenatum omnino non habere*] Put. Pet. Pal. *odiſtis ſenatores. non ſenatum omnino habere non vultis.* J. Fr. Gron.

2 *Sententia data*] Quid ſi legamus *lata:* ſenſus enim eſt, Video hunc à vobis condemnatum eſſe. *Sigonius.*

3 *Ejicitur pro malo atque improbo. bonum ſenatorem atque juſtum eligite*] Verbum poſtremum, ut & ſuccedaneum ejus, *ſubſtituite*, quod Lipſius protulit, nuſquam inveni. Numquid igitur ſermo corruptus eſt & ita diſtinguendum? *Ejicitur. Pro malo atque improbo bonum ſenatorem & juſtum. Primo ſilentium* &c. Quomodo plane Barberinus codex. Sic Cicero Philipp. 6. *Populi Romani igitur eſt patronus L. Antonius. Malam quidem illi peſtem. clamori enim veſtro adſentior.* Philipp. 14. *Memoria tenent, meis ſententiis à Kal. Januar. nunquam legatos ad Antonium, ſemper illum hoſtem, ſemper hoc bellum.* Lib. 2 de natura Deorum: *Augures rem ad ſenatum: ſenatus, ut abdicarent: conſules abdicaverunt.* Plinius in epiſt. *Primo impudentiam hominis, qui venerit ad ægram, cujus marito inimiciſſimus, ipſi inviſiſſimus fuerat.* Niſi forte legendum: *ſit data. Eligite pro malo atque improbo bonum.* Aut quia in optimo codice eſt, *datacicitur:* & Sigonius quoque offenditur ad τὸ *data*; lege: *video qua ſententia de hoc ſit. Date igitur pro malo atque improbo* &c. J. Fr. Gron.

4 *In ſecundo ac tertio ſenatore*] Vet. lib. *ac tertio citato ſenatore.* Sigonius.

In ſecundo ac tertio ſenatore] *Citato*, quod interponit Sigonius, non

natore factum eſt: ut ipſius pœnitere homines appareret; quem autem in ejus ſubſtituerent locum, deeſſe. quia nec eoſdem nominari attinebat, nihil aliud quam ad audienda probra nominatos, & multo humiliores obſcurioreſque cæteri erant eis, qui primi memoriæ occurrebant. Ita dilabi homines, notiſſimum quodque malum maxime tolerabile dicentes eſſe, jubenteſque ſena-
4 tum ex cuſtodia dimitti. Hoc modo Pacuvius, quum obnoxium vitæ beneficio ſenatum multo ſibi magis quam plebi feciſſet; ſine armis, jam omnibus concedentibus, dominabatur. Hinc ſenatores, omiſſa dignitatis libertatiſque memoria, [1] plebem adulari, ſalutare, benigne invitare: apparatis accipere epulis, eas cauſſas ſuſcipere, ei ſemper parti adeſſe, [2] ſecundum eam litem judices dare, quæ magis popularis aptiorque in vulgus favori conciliando eſſet. Jam vero nihil in ſenatu actum aliter, quam ſi plebis [3] ibi eſſet concilium. Prona ſemper civitas in luxuriam, non ingeniorum modo vitio, ſed affluenti copia voluptatum, & illecebris omnis amœnitatis maritimæ terreſtriſque: tum vero ita obſequio principum & licentia plebei laſcivire, ut nec libidini nec ſumptibus modus eſſet. ad [4] contemptum legum, magiſtratuum, ſenatus, acceſſit tum, poſt Cannenſem cladem, ut cujus aliqua erat verecundia, Romanum quoque imperium ſpernerent. id modo erat in mora, [5] ne extemplo deficerent,

MSS. modo, ſed & antiquæ omnes editiones habent uſque ad Frobenium: hic primo omiſit: inde Gryphius & cæteri. *J. Fr. Gron.*

1 *Plebem adſari*] Put. *plebem aduari*. Lege cum Salmaſio: *adulari*. Idem.

2 *Secundum eum in lite judicem dare*] Lipſius vidit ſenſum & orationem fecit Latiniorem refingendo: *ſecundum eam litem judices dare*. Sed vera lectio ſuppeditatur à Put. & Pet. meliore: *eas cauſſas ſuſcipere, ei ſemper parti adeſſe, ſecundum eam litem judices dare, quæ magis popularis*. Ita plane illi duo, niſi quod una abundante litera: *eamilitem*. Pronomen *eam* intelligit *partem* ex commate præcedente. *Idem.*

3 *Ibi eſſet concil.*] Vet. lib. *adeſſet*. Sigonius.

4 *Contemptum legum, magiſtratuum ſenatuſque*] Copulativam exeſſe jubent optimi. *J. Fr. Gron.*

5 *Ne id extemplo efficerent*] Pronomen

rent, quod connubium vetuſtum multas familias claras ac potentes Romanis miſcuerat: & quod, quum militarent aliquot apud Romanos, maximum vinculum erant, trecenti equites, nobiliſſimus quiſque Campanorum, in præſidia Sicularum urbium delecti ab Romanis ac miſſi. Horum parentes cognatique ægre pervicerunt, ut legati ad conſulem Romanum mitterentur. Ii, nondum Canuſium profectum, ſed Venuſiæ cum paucis ac ſemiermibus conſulem invenerunt, quam poterat maxime miſerabilem bonis ſociis; ſuperbis atque infidelibus, ut erant Campani, ſpernendum. & auxit rerum ſuarum ſuique contemptum conſul nimis detegendo cladem nudandoque. Nam quum legati, ægre ferre ſenatum populumque Campanum, adverſi quicquam eveniſſe Romanis nunciaſſent, pollicerenturque omnia, quæ ad bellum opus eſſent; *Morem*, inquit, *magis loquendi cum ſociis ſervaſtis, Campani; jubentes quæ opus eſſent ad bellum, imperare, quam convenienter ad præſentem fortunæ noſtræ ſtatum locuti eſtis. Quid enim nobis ad Cannas relictum eſt, ut quaſi aliquid habeamus, id quod deeſt, expleri ab ſociis velimus? Pedites vobis imperemus, tamquam equites habeamus? pecuniam deeſſe dicamus, tamquam ea tantum deſit? Nihil, ne quod ſuppleremus quidem, nobis reliquit fortuna. legiones, equitatus, arma, ſigna, equi virique, pecunia, commeatus, aut in acie,* [1] *aut binis poſtero die amiſſis caſtris perierunt. Itaque non juvetis nos in bello oportet, Campani,* [2] *ſed penè bellum pro nobis ſuſcipiatis. Veniat in mentem, ut trepidos quondam majores veſtros intra mœnia compulſos, nec Samnitem modo hoſtem, ſed etiam Sidicinum paventes, receptos in fidem* [3] *apud Saticulam defenderimus,* [4] *cœptumque*

men in iiſdem deſideratur. Scribe: *ne extemplo deficerent.* quomodo & nonnulli veteres clare. *J. Fr. Gron.*

1 *Aut in ruinis poſtero die amiſſis*] Quas quæſo *ruinas* hic finxerunt ſibi? Solus eas fulcit Put. in quo: *autuinis poſtero.* Emenda: *aut in acie aut binis poſtero die amiſſis caſtris.* Vide libro præcedenti. *Idem.*

2 *Sed cum Pœnis bellum*] *Sed pœne bellum*, non Lipſiani modo eſt, ſed omnium meliorum librorum. *Idem.*

3 *Ad Satriculam*] *Saticulam*, ut in libro ſeptimo dixi, & ſæpe alias. *Sigonius.*

4 *Cœptum propter vos cum Samnitib.*

que propter vos cum Samnitibus bellum per centum prope annos, variante fortuna eventum, tulerimus. Adjicite ad hæc, [1] quod fœdus æquum deditis, quod leges veſtras, quod ad extremum, ([2] id quod ante Cannenſem certe cladem maximum fuit) civitatem noſtram magnæ parti veſtrum dedimus, communicavimuſque vobiſcum. Itaque communem vos hanc cladem, quæ accepta eſt, credere, Campani, oportet, communem patriam tuendam arbitrari eſſe. Non cum Samnite aut Etruſco res eſt, ut quod à nobis ablatum ſit, in Italia tamen imperium maneat. [3] Pœnus hoſtis, ne Africæ quidem indigenam, ab ultimis terrarum oris, freto Oceani Herculiſque columnis, expertem omnis juris & conditionis & linguæ prope humanæ, militem trahit. Hunc natura & moribus immitem ferumque, inſuper dux ipſe efferavit; pontibus ac molibus ex humanorum corporum ſtrue faciendis, & (quod proloqui etiam piget) [4] veſci humanis corporibus docendo.

[1] *Hos*

bellum per 100 *prope annos*] Libro trigeſ. primo de bello Macedonico ait legatus Romanus in concilio Ætolorum, *per annos propè ſeptuaginta:* quod magis veriſimile eſt ex catalogo Coss. & annalibus, ſed hic oratorie omnia auget. *Glareanus.*

Per centum prope annos] Elatorie dixit Terentius, *per centum prope annos.* Verius autem legatus Romanus in concilio Ætolorum, lib. 31, qui *per annos ſeptuaginta* bellatum eſſe cum Samnitibus ait. Etenim cœptum eſt anno ab urbe condita CDXII M. Valerio, A. Cornelio Coss. finitum ann. CDLXXIX C. Fabricio, C. Claudio Coss. De iis enim C. Claudius Cos, triumphavit, ut extat in Capitolinis triumphorum fragmentis. *Sigonius.*

1 *Quod fœdus æquum dedimus, quod leges noſtras*] Hoc factum M. Foſſio, L. Plautio conſulibus, ut ait lib. 9. *Eodem anno primum præfecti Capua creari cœpti, legibus ab L. Furio prætore datis.* Idem.

Quod fœdus æquum dedimus, quod leges noſtras] Optimi quique libri, *deditis*, & *veſtras.* Haud dubie verum eſt: *quod fœdus æquum deditis, quod leges veſtras.* recurre ad lib. 7. *Noſtras* tolerari poſſet, ut reſpiceretur ad leges à L. Furio prætore datas, cum illi hoc pro remedio ægris rebus diſcordia inteſtina peterent: de quo lib. 9. Sed illud magis decet plenam libertatem deditis redditam. Lib. 45. *Liberos eſſe jubere Macedonas, habentes urbes eaſdem agroſque, utentes legibus ſuis, annuos creantes magiſtratus.* J. Fr. Gron.

2 *Id quod ante Cannenſem*] Cantabrig. *τὸ quod* non agnoſcit, & melius aberit. *Jac. Gron.*

3 *Pœnus ne Africæ quidem indigena ab ultimis* &c.] Veteres libri habent, *indigenam*, quam lectionem probo, ut non Annibalem, ſed militem ejus Africæ indigenam eſſe neget, quippe quem ex ultimis terrarum oris extraxiſſet. Etenim lib. 28 ſic ait, cum de exercitu Romano loquatur: *Romana arma, & exercitum alienigenam.* Sigonius.

4 *Veſci humanis corporibus docendo*] De Annibalis crudelitate loquitur, qui adeo efferaverat animos militum, ut eos etiam veſci carnibus humanis

Digitize

[2] *Hos infandis paſtos epulis, quos contingere etiam nefas ſit, videre atque habere dominos, & ex Africa & à Carthagine jura petere, & Italiam Numidarum ac Maurorum pati provinciam eſſe, cui non, genito modo in Italia, deteſtabile ſit? Pulchrum erit, Campani, [2] prolapſum clade Romanum imperium veſtra fide, veſtris viribus retentum ac recuperatum eſſe. Triginta millia peditum, quatuor equitum arbitror [3] ex Campania ſcribi poſſe. jam pecuniæ affatim eſt, frumentique; [4] ſi parem fortunæ veſtræ fidem habetis, nec Annibal ſe viciſſe ſentiet, nec Romani victos eſſe.* [5] Hac oratione conſulis dimiſſis redeuntibuſque domum legatis [6] unus ex iis, Vibius Virius, *Tempus veniſſe*, ait, *quo Campani non agrum ſolum ab Romanis quondam per injuriam ademptum recuperare, ſed imperio etiam Italiæ potiri poſſint. Fœdus enim cum Annibale quibus velint legibus facturos. neque controverſiam fore,* [7] *quin cum ipſe confecto bello* 6

manis docuerit. Hoc autem falſum eſſe tradit Porphyrius lib. 2 περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων. *Sigonius.*

1 *Hos infandis paſtos*] Put. & Pet. *His infandis paſtos epulis.* Conflat autem hanc invidiam Hannibali unus è comitibus ejus Hannibal Monomachus, qui deliberanti de annona & commeatibus exercitui per longum ex Hiſpania in Italiam iter inter barbaras nationes comparandis conſilium dedit, διδάξαι τοὺς ἀνωμίους ἀνθρωποφαγεῖν καὶ τότε πονηροὺς εἶναι δόξειε· à quo tamen ipſe abhorruit, ut eſt apud Polybium in excerptis lib. 9. *J. Fr. Gron.*

2 *Prolapſum clade Romanum imperium*] Non agnoſco hic damnum pulcri ſenſus, qui recuperetur ſcribendo, *Romana.* Nam & ſic apud ſocios loquuntur, lib 27. *Tum quidem quæ temere agitaſſent, ea prodendi imperii Romani fore.* Et inferius hoc libro: *Illum Romani finem imperii fore.* Idem.

3 *Ex Campania vos ſcripſiſſe*] Omnes ſcripti: *arbitror ex Campania ſcripſiſſe.* itaque adſentimur Lipſio reponendum: *ſcribi poſſe.* Idem.

4 *Qui ſi parem fortunæ veſtræ*] Scribe: *jam pecuniæ adfatim eſt frumentique: ſi parem fortunæ veſtræ fidem habetis, nec Hannibal ſe viciſſe ſentiet nec Romani victos eſſe.* deletis τοῦ *qui* & τοῦ *ſe* poſteriori. Ita enim volunt Put. & Pet. Alioqui, *quod ſi.* Idem.

5 *Hac oratione conſul. dimiſſis*] Nihil mutant libri. Repone tamen: *Ab hac oratione conſulis dimiſſis redeuntibuſque domum legatis.* Ut ſequenti: *Ab hac concione legati miſſi ſunt.* Lib. 37. *Ab hac voce ad diripiendam urbem paſſim diſcurrerunt.* Lib. 44. *Ab his præceptis concionem dimiſit.* Idem.

6 *Unus ex iis Sabius Virius*] Vet.lib. *Vibius Virius:* puto legendum *Vibus Virius.* Eſt enim *Vibus*, prænomen, ut in *P. Seſtio* Q. F. VIBI N. Capitolino conſule. *Sigonius.*

Un. ex iis, Sabius Virius] Put. *Ubius Virrius.* non *Sabius*, non *Vibus.* At lib. 26 idem integrum eſt, *Vibius Virius.* J. Fr. Gron.

7 *Quin ipſe confecto bello*] Put. Pet. Voſſ. tres Pall. *quin quum ipſe confecto.*

bello Annibal victor in Africam decedat, exercitumque [1] *deportet; Italiæ imperium Campanis relinquatur.* Hæc Virio loquenti assensi omnes, ita renunciant legationem, uti deletum omnibus videretur nomen Romanum. Extemplo plebes ad defectionem [2] ac pars major senatus spectare. extracta tamen auctoritatibus seniorum per paucos dies est res: postremo vicit sententia plurium, ut iidem legati, qui ad consulem Romanum ierant, ad Annibalem mitterentur. Quo prius quam iretur, certumque defectionis consilium esset, Romam legatos missos à Campanis, in quibusdam annalibus invenio; postulantes, ut alter Consul Campanus fieret, si rem Romanam adjuvari vellent. indignatione orta summoveri à curia jussos esse: missumque lictorem, qui ex urbe educeret eos, atque eo die manere extra fines Romanos juberet. Quia nimis compar [3] Latinorum quondam postulatio erat, Cœliusque & alii id haud sine caussa prætermiserant scriptores, ponere pro certo sum veritus.
7 Legati ad Annibalem venerunt, [4] pacemque cum eo con-

Put. etiam: *in Africa incedebat*. Lege: *in Africam decedat*. expuncto τῷ *hinc*. J. Fr. Gron.

1 *Deportet, Italiæ*] Tres priores modo nuncupati: *& Italiæ*. Possis cogitare: *deportet, & Italiæ imperium Campanis relinquat*. Idem.

2 *Ac pars maxima senatus*] Optimi, *pars major*. Idem.

3 *Latinorum quondam postulationi*] De qua supra lib. 8. *Sigonius*.

Latinorum quondam postulationi erat] Put. Pet. unusque Pal. cum Aldina *postulatio*. infra cap. 22. *Ipsorum quondam postulatum Latinorum*. Sed ibi subaudi, huic postulationi. *J. Fr. Gron.*

4 *Pacemque cum eo his conditionibus fecerunt*] Nec Put. neque ulli alii boni Gall. aut Pall. aut Voss. codices habent τὸ *his*: & jure deleri puto. Sed & optimi *conditionis*: hoc librarii erratum in principe, indeque propagatum, de quo supra. Scribe ergo: *pacemque cum eo conditionibus fecerunt*. Sic lib. 24 de Hannone: *Is conditionibus ad deditionem compellere Crotoniatas conatus, ut coloniam* &c. Cic. pro Quinctio: *Annum & sex menses nihil petit, quiescit, conditionibus hunc, quoad potest, producit*. Sallustius Jugurth. *Sibi per Debarem ex Sulla cognitum, posse conditionibus bellum poni*. Pomponius Mela: *Ad dirimendum conditionibus bellum*. Noster lib. 6. *Cum tamen per dictatorem conditionibus sedata discordia sunt*. Lib. 35. *Quæ neque vi expugnare ad eam diem poterat, neque conditionibus in amicitiam perlicere*. Velleius lib. 2. *Discordiaque civium antea conditionibus sanari solita, ferro dijudicatæ*. Et de Maraboduo: *finitimos omnes aut bello domuit, aut conditionibus sui juris fecit*. Idem.

conditionibus fecerunt: *Ne quis imperator magiſtratuſve Pœnorum jus ullum in civem Campanum haberet, neve civis Campanus invitus militaret, munuſve faceret. ut ſuæ leges,* [1] *ſui magiſtratus Capuæ eſſent. ut* [2] *trecentos ex Romanis captivis Pœnus daret Campanis, quos ipſi elegiſſent; cum quibus equitum Campanorum, qui in Sicilia ſtipendia facerent, permutatio fieret.* [3] Hæc pacta: illa inſuper, quam quæ pacta erant, facinora Campani ediderunt. nam præfectos ſocium civeſque Romanos alios, partim aliquo militiæ munere occupatos, partim privatis negotiis implicitos, plebs repente omnes comprehenſos, [4] velut cuſtodiæ cauſſa, balneis includi juſſit: ubi [5] fervore atque æſtu anima intercluſa, fœdum in modum exſpirarent. Ea ne fierent, neu legatio mitteretur ad Pœnum, ſumma ope [6] Decius Magius, vir cui ad ſummam auctoritatem nihil præter ſanam civium mentem defuit, reſtiterat. ut vero præſidium mitti ab Annibale audivit, Pyrrhi ſuperbam dominationem, miſerabilemque Tarentinorum ſervitutem, exempla referens, primo ne reciperetur præſidium, palam vociferatus eſt: deinde, ut receptum aut ejiceretur, aut, ſi malum facinus, quod à vetuſtiſſimis ſociis conſanguineiſque defeciſſent, forti ac memorabili facinore purgare vellent, ut, interfecto Punico præſidio, reſtituerent ſe Romanis. Hæc (neque enim occulte agebantur) quum relata Annibali eſſent; primo miſit, qui vocarent Magium

1 *Sui magiſtratus Campanis*] Put. & Pet. melior: *ut ſuæ leges, ſui magiſtratus Capuæ eſſent.* quamquam parum interſit, ut infra ad lib. 27 videbimus. Men. Voſſ. & tres Pall. *Campanie.* J. Fr. Gron.

2 *Trecentos ex Romanis captivos*] Optimi, *captivis.* Lib. 8. *M. Fabius, captivus Romanus per negligentiam cuſtodum ruptis vinculis.* Idem.

3 *Hæc pacta: alia inſuper*] Omnes ſcripti & antiquitus editi: *Hæc pacta: illa inſuper.* Lib. 43. *Hæc miſſa: illa petentibus data,* ut &c. *Idem.*

4 *Velut cuſtodiæ ſuæ cauſſa*] Deeſt in omnibus pronomen. *Idem.*

5 *Fervore atque æſtu*] Vet. lib. *fœtore atque æſtu.* Sigonius.

6 *Decius Magius*] *Magios* item gentem Campanam eſſe, & hic Livius, & contra Rullum Cicero oſtendit, cum inquit: *Magios, Bloſios mihi videbar illos videre ac Jubellios.* Quare *Decius,* quod alias nomen eſt gentis, in hoc viro prænomen eſt, mendoſe, ut ſolet, pro *Decimus.* Idem.

gium ad ſeſe in caſtra: deinde quum is ferociter negaſſet ſe iturum (nec enim Annibali jus eſſe in civem Campanum) concitatus ira Pœnus, comprehendi hominem, vinctumque attrahi ad ſe juſſit. veritus deinde, ne quid inter vim tumultus, atque ex concitatione animorum inconſulti certaminis oriretur, ipſe, præmiſſo nuncio ad [1] Marium Bloſium Prætorem Campanum, poſtero die ſe Capuæ futurum, proficiſcitur è caſtris cum modico præſidio. Marius concione advocata edicit, ut frequentes cum conjugibus ac liberis obviam irent Annibali. Ab univerſis, id non obedienter modo, ſed enixe, favore etiam vulgi, & ſtudio viſendi tot jam victoriis clarum imperatorem factum eſt. Decius Magius nec obviam egreſſus eſt, nec, quo timorem aliquem ex conſcientia ſignificare poſſet, [2] privatim ſe tenuit: in foro cum filio clientibuſque paucis otioſe inambulavit, trepidante tota civitate ad excipiendum Pœnum, viſendumque. Annibal ingreſſus urbem, ſenatum extemplo poſtulat, precantibuſque inde primoribus Campanorum, [3] ne quid eo die feriæ rei gereret; diemque ut ipſe adventu ſuo feſtum lætus ac libens celebraret; quamquam præceps ingenio in iram erat, tamen ne quid in principio negaret; [4] viſenda

1 *Marium Bloſſium*] *Bloſios* pariter gentem eſſe Campanam idem Ciceronis locus docet: unde *C. Bloſius* genus traxit, is qui cum Ti. Graccho tribunus pl. fuit. De quo Cicero in Lælio, & contra Rullum. Quod ſi ita eſt, ergo corrupte *Marius* pro *Marco*, vel *Manio*. Sit enim prænomen neceſſe eſt. *Sigonius.*

2 *Nec privatim ſe tenuit*] An non *privato*? Lib. 2. *Undique tota urbe provipientium ſe ex privato.* Lib. 9. *Conſules in privato abditi nihil pro magiſtratu agere.* Lib. 32. *Ut & obſides in privato ſervarentur, neque in publicum prodeundi facultas daretur.* Lib. 39 de mulieribus: *Ut ipſi in privato animadverterent in eas.* J. Fr. Gron.

3 *Nequid eo die fere gereret*] *Ne quid eo die feria rei gereret:* Modii feliciſſima eſt conjectura, ſatis firmata vetuſtiſſimo Put. in quo *fereret.* Eandem formulam aboleverant imperiti lib. 26, 17. *Illum diem religioſum Carthaginienſibus ad agendum quidquam rei feriæ eſſe.* Sic enim nos ex optimis libris. Illi *feriatum eſſe.* Plautus Pœnulo: *Ita res divina mihi fuerit. res ſerias omnes extollo ex hoc die in alium diem.* Frontinus 2, 1. *Judæos Saturni die, quo eis nefas eſt quicquam feriæ rei agere, adortus ſuperavit.* Idem.

4 *Viſendo urbem magnam partem*] Alii *viſendam:* optimi, *viſenda urbe.* Sic lib. 2. *Plus dignitatis comitiis ipſis detractum eſt Patribus ex concilio ſummovendis,*

Digitized by Google

ſenda urbe; magnam diei partem conſumpſit. Diverſatus eſt apud [1] Minios Celeres Stenium, Pacuviumque, inclitos nobilitate ac divitiis. Eo Pacuvius Calavius, de quo ante dictum eſt, princeps factionis ejus, quæ traxerat rem ad Pœnos, filium juvenem adduxit; abſtractum abs Decii Magii latere, cum quo ferociſſime pro Romana ſocietate adverſus Punicum fœdus ſteterat, nec eum aut inclinata in partem alteram civitas, aut patria majeſtas ſententia depulerat. Huic tum pater juveni Annibalem deprecando magis quam purgando placavit, victuſque patris precibus lacrimiſque, etiam ad cœnam eum cum patre vocari juſſit: cui convivio neminem Campanum, præter quam hoſpites, Jubelliumque Tauream inſignem bello virum, adhibiturus erat. Cœperunt epulari de die, & convivium non ex more Punico, aut militari diſciplina eſſe: ſed ut in civitate, [2] atque etiam domo luxurioſa omnibus voluptatium inlecebris inſtructum. Unus nec dominorum invitatione, nec ipſius interdum Annibalis, Calavii filius Perolla vinci potuit: ipſe valetudinem excuſans, patre animi quoque ejus haud mira- 8

bilem

vendis, quam virium additum plebi. Quod alius diceret, *Patres ſummovendo.* Lib. 3. *Nec comitiorum militarium prærogativam urbana comitia iiſdem tribunis plebis creandis ſequerentur.* Lib. 21, de elephantis, *Excidere quidam in flumen, ſed pendere ipſo ſtabiles quærendis vadis in terram evaſere.* Cicero: *Gratiam quoque nos inire ab eo defendendæ pacis arbitrabamur.* Pro *defendendo pacem.* Uterque infinitis locis. Plautus Epidico: *Quum militabam, pugnis memorandis meis Eradicabam hominum aureis.* id eſt, pugnas memorando meas. Fruſtra alii *memorandus* conjiciunt. *J. Fr. Gron.*

1 *Munios Celeres*] Vet. lib. *Minios*; recte. nam *Paculla Minia Campana* lib. 39 meminit. *Sigonius.*

Minios Celeres Stenium Paculliumque] Put. Pet. melior, Men. Pal. *Ninnios.* Cæterum hoc & ſequenti capite, non Livius ſed Lerna atque Hydra conſederant: domuimus tamen omnia fere monſtra adjuti à Put. aliiſque fidis libris, ut explicitum latius 4 Obſervat. 4. Veræ lectiones pleræque ſunt in contextu. *J. Fr. Gron.*

2 *Atque etiam domo diu ad variæ omnium voluptatum illecebras inſtructum*] Malim pro *diu, divite:* ut in civitate, & domo divite. Nam *Calavios*, quorum domi erat Annibal, inclytos nobilitate, ac divitiis paulo ante nominavit. In vet. lib. eſt *interdiu*, luxatis fortaſſe ſyllabis. Hoc certe ſententia poſtulat, ut recta ſit ἀντίθεσις. *Sigonius.*

Omnibus voluptatium illecebris inſtructum] Curtius 5, 1. *Nihil urbis hujus corruptius moribus, nihil ad irritandas voluptates illiciendaſque inſtructius.* J. Fr. Gron.

1 *Tu-*

bilem interturbationem cauſſante. Solis ferme occaſu patrem Calavium ex convivio egreſſum, ſecutus filius, ubi in ſecretum (hortus erat poſticis ædium partibus) pervenerunt: *Conſilium*, inquit, *affero, pater; quo non veniam ſolum* [1] *peccati, quo defecimus ad Annibalem, impetraturi ab Romanis, ſed in multo majore dignitate & gratia ſimus Campani, quam unquam fuimus.* Quum mirabundus pater, quidnam id eſſet conſilii, quæreret; toga rejecta ab humero, latus ſuccinctum gladio nudat: *Jam ego*, inquit, *ſanguine Annibalis ſanciam Romanum fœdus. te id prius ſcire vo-*
9 *lui, ſi forte abeſſe, dum facinus patratur, malles.* Quæ ubi vidit audivitque ſenex, velut ſi jam agendis, quæ audiebat, intereſſet, amens metu: *Per ego te*, inquit, *fili, quæcumque jura liberos jungunt parentibus, precor quæſoque, ne ante oculos patris facere & pati omnia infanda velis. Paucæ horæ ſunt, intra quas jurantes per quicquid Deorum eſt, dextræ dextras jungentes, fidem obſtrinximus* [2] *ut ſacratis de menſis eſſemus: digreſſi ab colloquio extemplo in eum armaremur? Surgis ab hoſpitali menſa, ad quam tertius Campanorum adhibitus ab Annibale es, ut eam ipſam menſam cruentares hoſpitis ſanguine?* [3] *Annibalem pater filio meo potui placare, filium Annibali non poſſum?* [4] *Sed ſit nihil ſancti, non fides, non religio, non pietas: audeantur infanda, ſi non perniciem nobis cum ſcelere afferunt.*

Unus

1 *Peccati quo defecimus*]. Malim, *quod.* J. Fr. Gron.

2 *Ut ſacratis de menſis eſſemus*] Optimi: *dextra dextras jungentes fidem obſtrinximus, ut ſacratas fide menſis digreſſi.* Lege: *ad ſacratas Deum aras.* Idem.

Ut ſacratas fide menſis digr.] Sic quoque cum reliqua ſcriptorum cohorte Cantabrigienſis. Sed præterea quoque *armaremus*, non *mur.* Hinc ecce verum: *Ut ſacratas fide manus, digreſſi ab colloquio, extemplo in eum armaremus?* Illud *ſacratas fide* ſic habes 25, 8. *Congreſſi cum Annibale rurſus fide ſanxerunt.* Jac. Gron.

3 *Annibalem pater filio meo potui placare*] Vet. lib. *Annibalem modo.* Sigonius.

4 *Sed ſi nihil ſancti, n. f. n. r. n. pietas, audeantur infanda, ſi n. p. n. c. ſ. afferunt, unus es aggr. Annibalem*] Longe aliter hæc oratio, & legitur & interpungiur in vet. lib. & proculdubio melius: *Sed ſi nihil ſancti, non fides, non religio, non pietas audiantur, infanda ſi non perniciem nobis cum ſcelere afferunt, unus es aggreſſurus Annibalem.* Duo enim argumenta ſunt, quibus deterret filium pater ab impetu in Annibalem faciendo, unum ἀπὸ τῆς αἰτίας, alterum ἀπὸ τῆς ἐδυνάτου. *Idem.*

1 *Quid*

Unus aggreſſurus es Annibalem? quid illa turba tot liberorum, ſervorumque? quid in unum intenti omnium oculi? [1] quid tot dextræ? torpeſcentne in amentia illa? Vultum ipſius Annibalis quem armati exercitus ſuſtinere nequeunt, quem horret populus Romanus, tu ſuſtinebis? & alia auxilia deſint, meipſum ferire, corpus meum opponentem pro corpore Annibalis, ſuſtinebis? Atqui per meum pectus petendus ille tibi, transfigenduſque eſt. deterreri hic ſine te potius, quam illic vinci. Valeant preces apud te meæ, ſicut pro te hodie valuerunt. Lacrimantem inde juvenem cernens, medium complectitur, atque oſculo hærens, non ante precibus abſtitit, quam pervicit, ut gladium poneret, fidemque daret, nihil facturum tale. Tum juvenis: *Ego quidem*, inquit, *quam patriæ debeo pietatem exſolvam patri. tuam doleo vicem, cui ter proditæ patriæ ſuſtinendum eſt crimen; ſemel, quum defectionis ab Romanis; iterum, quum pacis cum Annibale fuiſti auctor; [2] tertio hodie, quum reſtituendæ Romanis Capuæ mora atque impedimentum es. Tu patria, ferrum, quo pro te armatus [3] hanc arcem defendere volebam, hoſti minime parcens; quando parens extorquet, [4] recipe.* Hæc quum dixiſſet, gladium in publicum trans maceriam horti abjecit: & quo minus res ſuſpecta eſſet, ſe ipſe convivio reddidit. Poſtero die ſenatus frequens [5] datus Annibali. ubi prima ejus oratio perblanda

ac

1 *Quid tot dextræ? t. ne in a. illa? vultum i. A. q. a. exercitus tremunt, horret p. R. tu ſuſtinebis?*] Et hic etiam locus caſtigatior, ac ſincerior eſt in manuſcriptis exemplaribus, ſic: *quid tot dextræ? torpeſcent ne? in amentia illa vultum ipſius Annibalis*, &c. quaſi vero velit intelligi, aliis temporibus eum poſſe, in amentia illa fore, ut non poſſit. *Sigonius.*

In amentia] Videtur delenda præpoſitio. *J. Fr. Gron.*

2 *Tertio hodie, quum*] Lego: *tertium hodie.* Vides quamobrem. *Tan. Faber.*

3 *Hanc arcem defendere*] Primum, *quam arcem*, quæ nulla erat? Deinde, *hoſti minime parcens*, mirum. Illud quidem *parcens* natum arbitror ex *parens*, quod mox ſequitur. Legendum auguror: *Tu patria ferrum, quo pro te armatus hoſtem ultum volebam, quando parens extorquet, recipe.* Cætera ex gloſſematis puto. *Idem.*

Hanc arcem defendere volebam] Put. *hanc arcem hoſtrimini quoniam parens.* Unde Alb. Rubenius: *hanc arcem hoſtium inii.* Videtur enim commode domum, ubi Hannibal diverſabatur, *hoſtium arcem* appellare. *J. Fr. Gron.*

4 *Recipe*] Vet. lib. *accipe.* Sigon.

5 *Datur Annibali*] Vet. lib. *datus.* Idem.

x *Brevi*

ac benigna fuit, qua gratias egit Campanis, quod amicitiam ſuam Romanæ ſocietati præpoſuiſſent: & inter cætera magnifica promiſſa pollicitus, [1] brevi caput Italiæ omni Capuam fore: juraque inde [2] cum cæteris populis Romanum etiam petiturum. Unum eſſe exortem Punicæ amicitiæ fœderiſque ſecum facti, quem neque eſſe Campanum, neque dici debere, Magium Decium: eum poſtulare, ut ſibi dedatur, ac ſe præſente de eo referatur, ſenatuſque conſultum fiat. Omnes in eam ſententiam ierunt: quamquam magnæ parti, & vir indignus ea calamitate, & [3] haud parvo initio minui videbatur jus libertatis. Egreſſus curia, in templo magiſtratus conſedit: comprehendique Decium Magium, atque ante pedes deſtitutum, cauſſam dicere juſſit. Qui quum, manente ferocia animi, negaret lege fœderis id cogi poſſe, tum injectæ catenæ, ducique ante lictorem in caſtra eſt juſſus. Quoad capite aperto eſt ductus, concionabundus inceſſit, ad circumfuſam undique multitudinem, vociferans, [4] *Habetis libertatem, Campani, quam petiſtis; foro medio, luce clara, videntibus vobis, nulli Campanorum ſecundus, vinctus ad mortem rapior. Quid violentius Capua capta fieret? Ite obviam Annibali, exornate urbem, diemque adventus ejus conſecrate, ut hunc triumphum de cive veſtro ſpectetis.* [5] Hæc vociferanti, quum moveri vulgus videretur, obvolutum caput eſt, ociuſque rapi extra portam juſſus. ita in caſtra perducitur: extemploque impoſitus in navim, [6] & Carthagi-

1 *Brevi caput Italiæ omnis Capuam fore*] Libri, *omni*. Plautus Aſinar. *Ego caput huic argento fui hodie reperiundo*. J. Fr. Gron.

2 *Cum ceteris populis*] Vet. lib. *cum ceteris populum Rom. etiam petiturum*. Sigonius.

Cum cæteris populum Romanum] MSS. *popalu*. J. Fr. Gron.

3 *Haud parvo initio minui*] Vet. lib. *judicio*. Judicium enim intelligitur, quod parabatur in Magium ex Senatuſconſulto. *Sigonius*.

4 *Habetis libert. Camp.*] Vet. lib. *Habetis en libertatem Campani*. Idem.

Habetis eam libertatem] Sigonius: *Habetis en libertatem*. Sed noſtri omnes utravis voce carent. *J. Fr. Gron*.

5 *Hæc eo vociferante*] Scripti carent medio pronomine. Scribimus ergo: *Hæc vociferanti*. Idem.

6 *Et Carthaginem miſſus*] Malim, *eſt Carthaginem miſſus*. Sigonius.

Digitized by Google

thaginem miſſus, ne motu aliquo Capuæ ex indignitate rei orto, ſenatum quoque pœniteret dediti principis: & legatione miſſa ad repetendum eum, ne aut [1] negando rem, quam primum peterent, offendendi ſibi novi ſocii; aut tribuendo, habendus Capuæ eſſet ſeditionis ac turbarum auctor. Navem Cyrenas detulit tempeſtas, [2] quæ tum in ditione regum erant. ibi quum Magius ad ſtatuam Ptolemæi regis confugiſſet, deportatus à cuſtodibus Alexandriam ad Ptolemæum; cum eum docuiſſet, contra jus fœderis vinctum ſe ab Annibale eſſe, vinculis liberatur; permiſſumque ut rediret, ſeu Romam, ſeu Capuam mallet. *Nec* Magius *Capuam ſibi tutam* dicere: *& Romam eo tempore, quo inter Romanos Campanoſque bellum ſit, transfugæ magis quam hoſpitis* [3] *fore domicilium. nuſquam malle, quam in regno ejus vivere, quem vindicem atque auctorem habeat libertatis.* Dum hæc geruntur, [4] Q. Fabius Pictor legatus à Delphis Romam rediit, reſponſumque ex ſcripto recitavit: Divi quoque in eo erant, quibus quoque modo ſupplicaretur. [5] *Tum ſi ita faxitis Romani,* [6] *veſtræ res meliores facilioreſque erunt: magiſque ex ſententia reſpubl.* 11

veſtra

1 *Negando rem, quam primum peterent*] Lege, *primam*. J. Fr. Gron.

2 *Quæ tum in ditione Regum erant*] Sic omnes. Nuſquam *Ægypti*, quod excidiſſe ſuſpicabatur Lipſius. Poſſumus tueri, ut tacuerit hoc Livius, quia modo eoſdem, quos Ægyptus, modo proprios habuere reges, ut Magam, Phyſconem, Apionem. Statim malo: *quum eum docuiſſet*, quam *dum*. Idem.

3 *Fore domicilium*] Vet. lib. *domicilium fore*. Sigonius.

4 *Q. Fabius Pictor legatus à Delph. Rom. red.*] Ejuſdem legati meminit Plutarchus in Fabio. Hunc eundem illum eſſe, qui res Romanas ſcripſit tradit Appianus in Annibalis hiſtoria, quam manuſcriptam ſæpius apud eum, quem ante etiam nominavi, omni & literarum & humanitatis genere ornatiſſimum Ludovicum Beccatellum legi, cujus hiſtorici, ut horum temporum æqualis, ſæpe & in hoc bello, & in aliis meminit Livius. *Sigonius.*

Q. Fabius Pictor à Delphis Romam rediit] Libri ſcripti: *Q. Fabius Pictor legatus à Delphis*. J. Fr. Gron.

5 *Tum ſi ita faxitis*] Voculam primam in poſtrema editione ſubnotavit lineola pater, forte ſuſpicatus repetitam ex ultima ſyllaba vocis præcedentis. Nihil tamen ex MSS. notatum video. *Jac. Gron.*

6 *Veſtræ res meliores, facilioreſque erunt*] Vet. lib. *feliciores*. Sigonius.

Meliores facilioreſque erunt] Omnes melioris notæ: *res veſtræ meliores facilioreſque erunt, magiſque ex ſententia.*

Non

vestra vobis procedet, victoriaque duelli populi Romani erit. Pythio Apollini, republ. vestra bene gesta servataque, [1] lucris meritis donum mittitote, deque præda, manubiis, spoliisque [2] honorem habetote, lasciviam à vobis prohibetote. Hæc ubi ex Græco carmine interpretata recitavit, tum dixit, *se oraculo egressum extemplo his [3] omnibus Divis rem divinam thure ac vino fecisse: jussumque ab templi antistite, sicut [4] coronatus laurea corona & oraculum adisset, & rem divinam fecisset; ita [5] coronatum navim ascendere, nec ante deponere eam, quam Romam pervenisset. Se quæcumque imperata sint, cum summa religione ac diligentia exsecutum; coronam Romæ [6] in ara Apollinis deposuisse.*

Non ullus horum *feliciores*, quod intrusit Sigonius. Terentius Adelphis: *Quam vos facillime agitis, quam estis maxime potentes, dites, fortunati, nobiles.* Virgilius: *bello Egregiam & facilem victu per secula gentem.* Plautus Curcul. *Nugas garris.* Cu. *soleo; nam propter eas vivo facilius.* Epidico; *Quam facile & quam fortunate evenit illi, obsecro, mulieri.* Cicero 6 Famil. 5. *Res & fortunæ tuæ mihi maximæ curæ sunt, quæ quidem quotidie faciliores mihi & meliores videntur.* Sic Tacitus in vita Agricolæ: *Augeatque quotidie facilitatem imperii Nerva Trajanus.* Quod non debuit mutare Pichena. Theophrastus charact. εἰδόλωρ. ὡς χαλεπὸν ὂν τὸ ζῆν. *J. Fr. Gron.*

1 *Lucris meritis donum mittitote*] Scaliger ad Festum, *lucaris meriti*: quod vellem ipse explicuisset. MSS. nihil mutant. An vitium è notis ortum, quas non ceperint maleque interpretati sint librarii, & voluit auctor *lubentes merito donum mittitote?* An *divisque meritis?* Plures enim Pythio συνάναοι· unde *universorum templorum antistites*; & non juvenis modo, sed & duæ armatæ virgines Gallos infestos repellunt, apud Trogum 24, 8: & mox refert noster: *his omnibus divis.* An & servabimus potius vulgatam, & *lucris meritis* est, lucris perceptis, quæ deorum nutu & strenua virtute promeriti estis? Lib. 45 in orat. Servilii: *Victor in Capitolio, triumphans ad eosdem deos, quibus vota nuncupavit, merita dona traducit.* Idem.

2 *Honorem habetote*] Adjiciunt Put. & non nisi optimi: *lasciviam à vobis prohibetote.* Denotat hic *lascivia* irreligiosam exsultationem in rebus secundis, atque ex ea deum incuriam atque oblivionem. *Idem.*

3 *Omnibus diis rem* &c. *jussumque ab antistite*] Scripti magno numero, *divis.* Put. etiam *ab tempi antistite.* sic, ut *b* & *t* in unam contracta sint figuram. Lege: *ab templi antistite.* Idem.

4 *Coronatus laurea corona*] Vocem postremam indicio libri Cantabrig. ea carentis, pro additamento intueor hominis nimium simplicis; æque ut infra hoc lib. cap. 23. *Aut civicam coronam accepissent.* Ubi cernis MSS. omnes agnoscere *civicam Romanam.* Sed & *Romanam* & *coronam* ejusdem pretii videntur. 27, 37. *Virginum ordinem sequebantur decemviri coronati laurea pratextatique.* Jac. Gron.

5 *Coronatum navim ascend.*] Ex veteri more, de quo plura notavi ad syntagma Castellani de Græcorum festis in Δ Η Λ Ι Α. *Henr. Valesius.*

6 *In ara Apollinis*] Membranæ: *in aram.* J. Fr. Gron.

ſuiſſe. Senatus decrevit, ut eæ res divinæ ſupplicationeſque primo quoque tempore cum cura fierent. Dum hæc Romæ atque in Italia geruntur, nuncius victoriæ ad Cannas Carthaginem venerat Mago Amilcaris filius: non ex ipſa acie à fratre miſſus, ſed retentus aliquot dies in recipiendis civitatibus Bruttiorum, [1] quæque deficiebant. Is quum ei ſenatus datus eſſet, res geſtas in Italia [2] à fratre exponit, [3] *Cum ſex imperatoribus eum, quorum quatuor conſules, duo dictator ac magiſter equitum fuerint, cum ſex conſularibus exercitibus acie conflixiſſe: occidiſſe ſupra ducenta millia hoſtium: ſupra quinquaginta millia cepiſſe. Ex quatuor conſulibus duos occidiſſe; ex duobus ſaucium alterum, alterum toto exercitu amiſſo vix cum quinquaginta hominibus effugiſſe. Magiſtrum equitum,* [4] *quæ conſularis poteſtas ſit, fuſum fugatumque: dictatorem, quia ſe in aciem nunquam commiſerit, unicum haberi imperatorem. Bruttios Apuloſque,* [5] *partim Samnitium ac Lucanorum defeciſſe ad Pœnos. Capuam, quod ca-*

put,

1 *Quæ deficiebant*] Optimi & complures: *quæque deficiebant.* J. Fr. Gron.

2 *A fratre expoſuit*] Meliores, *exponit.* Idem.

3 *Cum* VI *Imperatoribus eum quorum* IV *Cos.*] Nemini dubium, Magonem hæc qua potuerit magnificentia ſenatui Carthaginienſi retuliſſe cum ampliſſimo, ut decuit, fratris encomio. Quare miror hunc locum non ita legi: *Cum ſeptem imperatoribus eum, quorum quinque Coss.* &c. Sunt autem hi, P. Scipio, Ti. Sempronius, C. Flaminius, L. Æmilius, C. Terentius, Q. Fabius, & M. Minucius. Præterea cum ſex ait conſularibus exercitibus, ubi etiam plures inveniet, qui pugnas ordine leget: & in repetitione imperatorum Sempronii oblitus videtur. *Glareanus.*

Cum ſex imperatoribus eum] Præteritus eſt *Ti. Sempronius*, quem Annibal ad Trebiam vicit, non librarii vitio ſed auctoris. Quod ex verbis ipſis intelligi perſpicue poteſt. Nam dictatorem & magiſtrum equitum nominat, Q. Fabium, & M. Minucium, & duos conſules occiſos, C. Flaminium, & C. Paullum: & duos, quorum alter ſaucius fuerit, P. Cornelius Scipio, alter vix cum L. hominibus evaſerit, C. Terentius Varro. *Sigonius.*

4 *Qui conſularis poteſtatis ſit*] Egregie ſanctiores: *Magiſtrum equitum quæ conſularis poteſtas ſit.* Sic lib. 1. *Virgineſque Veſtæ legit, Albæ oriundum ſacerdotium, & genti conditoris haud alienum.* Lib. 4. *Preces tribunorum plebis, poteſtatis ſacroſanctæ.* Lib. 8. *Pareantque ei conſules, regia poteſtas.* Lib. 24. *Puellis ut ſaltem parcerent, à qua ætate etiam hoſtes iratos abſtinere.* Lib. 30. *Suffetes, quod velut conſulare imperium apud eos erat.* Seneca in Contr. Sacerdos proſtituta: *Summum imperium conſules cedent tibi.* Juſtinus 18. *Sacerdoti Herculis, qui honos ſecundus à rege erat.* J. Fr. Gron.

5 *Partem Samnitum*] Put. Pet. Flor. *partim*

put, non Campaniæ modo, ſed poſt afflictam rem Romanam Cannenſi pugna, Italiæ ſit, Annibali ſe tradidiſſe. [1] *Pro his tantis totque victoriis verum eſſe grates deis immortalibus agi habe-*
12 *riique.* Ad fidem deinde tam lætarum rerum, effundi in veſtibulo curiæ juſſit annulos aureos, qui tantus acervus fuit, ut metientibus, [2] dimidium ſuper treis modios expleſſe, ſint quidam auctores. Fama tenuit, quæ propior vero eſt, haud plus fuiſſe modio. Adjecit deinde verbis, quo majoris cladis indicium eſſet, neminem, niſi equitem atque eorum ipſorum primores, id gerere inſigne. Summa fuit orationis, [3] *Quo propius ſpem belli perficiendi ſit, eo magis omni ope juvandum Annibalem eſſe. procul enim ab domo militiam eſſe, in media hoſtium terra. magnam vim* [4] *frumenti, pecuniæ, abſumi: & tot acies, ut hoſtium exercitus deleſſe, ita victoria etiam copias parte aliqua minuiſſe. Mittendum igitur ſupplementum eſſe,* [5] *mittendam in ſtipendium pecuniam frumentumque tam bene meritis de nomine Punico militibus.* Secundum hæc dicta Magonis lætis omnibus, Himilco

partim Samnitium. Vide 3 Obſerv. 2. *J. Fr.Gron.*

1 *Pro his tantis totque victoriis verum ſacrum diis immortalibus agi*] Vet. lib. non habent vocem, *verum:* & pro *tantis, totque* habent *tot tantiſque.* Quidam libri olim habebant, *rerum*, non *verum.* Itaque in ſuſpicionem venio, ne quoniam huic ſententiæ ſubaudiendum eſt verbum, *petere*, ne pro *rerum* voce perſpicue depravata, *petere*, ſit ſubſtituendum. Quod tamen non affirmo. *Sigonius.*

Pro his &c. *verum ſacrum diis immortalibus agi haberi*] Exercuit hoc Sigonium & Modium. Ille quia invenerat alicubi *rerum*, quod & Andreas habet, ſuſpicatur ſubſtituendum, *petere:* hic alterum tuetur. Sed vetuſtiſſimus: *victoriis atrum eſſe graes deis.* Unde liquet ſcribendum: *Pro his tantis totque victoriis, verum eſſe, grates deis immortalibus agi haberique.* Vide ad lib. 2, 48. *J. Fr. Gronovius.*

2 *Dimidium ſuper treis medios*] Hinc Plinius lib. 33 cap. 50. *Annulorum aureorum promiſcuus uſus fuit ſecundo bello Punico, neque enim aliter potuiſſent trimodia illa annulorum, Carthaginem ab Annibale mitti.* Sigonius.

3 *Quo propius ſpes belli perficiendi*] Libri, *ſpem*, ut diximus ad lib. 22, 40. *ſit*, nempe ipſe Hannibal. *J. Fr.Gron.*

4 *Frumenti pecuniæque*] Put. Pet. Men. duo Pall. Voſſ. *magnam vim frumenti, pecuniæ, abſumi.* extrita copulativa. *Idem.*

5 *Mittendam in ſtipendium pecuniam frumentumq.*] A Livii calamo ieor prodiiſſe *mittenda.* 24, 24. *Huic genus & fortuna honeſta erant.* 33, 33. *Et ubique jus, fas, lex potentiſſima ſint.* 34, 4. *Quum aurum & purpuram data & oblata ultro non accipiebant.* Et cap. 19. *Quum incerta belli an pax cum Celtiberis eſſent.* Jac. Gron.

1 *Vir*

Digitized by Google

eò [1] vir factionis Barcinæ, locum Hannonis increpandi esse ratus: *Quid est Hanno?* inquit, [2] *etiam nunc pœnitet belli susceptí adversus Romanos? Jube dedi Annibalem: veta in tam prosperis rebus* [3] *grates Diis immortalibus agi. audiamus Romanum senatorem in Carthaginiensium curia.* Tum Hanno: *Tacuissem hodie, Patres Conscripti, ne quid in communi omnium gaudio, minus lætum quod esset vobis, loquerer.* [4] *nunc interroganti senatori, pœniteatne me adhuc suscepti adversus Romanos belli, si reticeam, aut superbus aut obnoxius videar: quorum alterum est hominis alienæ libertatis obliti; alterum suæ.* [5] *Respondeam igitur Himilconi, non desisse pœnitere me belli, neque desiturum ante invictum nostrum imperatorem incusare, quam finitum aliqua tolerabili conditione bellum videro: nec mihi pacis antiquæ desiderium ulla alia res quam pax nova finiet. Itaque ista quæ modo Mago jactavit,* [6] *Himilconi cæterisque Annibalis satellitibus jam læta sunt. mihi possint læta esse, quia res bello bene gestæ, si volumus fortuna uti, pacem nobis æquiorem dabunt. nam si prætermittimus hoc tempus, quo magis dare quam accipere possumus videri pacem; vereor ne hæc quoque lætitia luxuriet*

1 *Vir factionis Barchinæ*] Optimus, *Barcinæ*, & sic fere semper. *J. Fr. Gron.*

2 *Etiam nunc pœnitet*) Vet. lib. *etiam nunc te pœnitet*. Sigonius.

Et. n. te pœnitet] Iidem spernunt pronomen ab Sigonio ingestum. *J. Fr. Gron.*

3 *Gratias diis immortalibus*] MSS. *grates*: quod quia poëtis magis quam oratoribus Grammaticorum tribuerunt edictiones, ubique fere deleverunt. *Idem.*

4 *Nunc interroganti senatori*] Videtur legendum, *interrogante senatore*. Sigonius.

Nunc interroganti senatori] Sic omnes sine variatione. Sigonius voluit, *interrogante senatore*: non recordatus sermonis elegantis, *reticere alicui*. Lib. 3. *Et ad Valerium negantem se privato reticere, lictorem accedere jussit.* Ovidius lib. 3 Met. *Quæ nec reticere loquenti Nec prior ipsa loqui didicit.* Tacitus 14 Ann. *Vitellius optimum quemque jurgiis lacessens & respondenti reticens.* J. Fr. Gron.

5 *Respondeam, inquit, Himilconi*] Vet. lib. *Respondeam igitur Imilconi*, & recte. Cur enim vox *inquit*, in media oratione inculcetur, quæ initio solet collocari? apta autem est huic loco particula, *igitur*, qua concludit, sibi potius respondendum esse, quam reticendum. *Sigonius.*

Respondeam igitur Himilconi] Put. *Responde ad inquit Himilc.* Sed inter versus super *d* posterius positum erat *m*. Inde alii fere omnes scripti: *Respondeam inquit Him.* Vulgatum est ab Sigonio. *J. Fr. Gron.*

6 *Himilconi cæterisque*] Fortasse: *jactavit, & Himilconi cæterisque Hannibalis satellitibus tam læta sunt. mihi possunt.* Idem.

put, non Campaniæ modo, ſed poſt afflictam rem Romanam Cannenſi pugna, Italiæ ſit, Annibali ſe tradidiſſe. [1] *Pro his tantis totque victoriis verum eſſe grates deis immortalibus agi habe-*
12 *rique.* Ad fidem deinde tam lætarum rerum, effundi in veſtibulo curiæ juſſit annulos aureos, qui tantus acervus fuit, ut metientibus, [2] dimidium ſuper treis modios expleſſe, ſint quidam auctores. Fama tenuit, quæ propior vero eſt, haud plus fuiſſe modio. Adjecit deinde verbis, quo majoris cladis indicium eſſet, neminem, niſi equitem atque eorum ipſorum primores, id gerere inſigne. Summa fuit orationis, [3] *Quo propius ſpem belli perficiendi ſit, eo magis omni ope juvandum Annibalem eſſe. procul enim ab domo militiam eſſe, in media hoſtium terra. magnam vim* [4] *frumenti, pecuniæ, abſumi: & tot acies, ut hoſtium exercitus deleſſe, ita victoria etiam copias parte aliqua minuiſſe. Mittendum igitur ſupplementum eſſe,* [5] *mittendam in ſtipendium pecuniam frumentumque tam bene meritis de nomine Punico militibus.* Secundum hæc dicta Magonis lætis omnibus, Himilco

partim Samnitium. Vide 3 Obſerv. 2. *J. Fr. Gron.*

1 *Pro his tantis totque victoriis verum ſacrum diis immortalibus agi*] Vet. lib. non habent vocem, *verum:* & pro *tantis, totque* habent *tot tantiſque.* Quidam libri olim habebant, *rerum*, non *verum.* Itaque in ſuſpicionem venio, ne quoniam huic ſententiæ ſubaudiendum eſt verbum, *petere*, ne pro *rerum* voce perſpicue depravata, *petere*, ſit ſubſtituendum. Quod tamen non affirmo. *Sigonius.*

Pro his &c. verum ſacrum diis immortalibus agi haberi] Exercuit hoc Sigonium & Modium. Ille quia invenerat alicubi *rerum*, quod & Andreas habet, ſuſpicatur ſubſtituendum, *petere:* hic alterum tuetur. Sed vetuſtiſſimus: *victoriis atrum eſſe graes deis.* Unde liquet ſcribendum: *Pro his tantis totque victoriis, verum eſſe, grates deis immortalibus agi haberique.* Vide ad lib. 2, 48. *J. Fr. Gronovius.*

2 *Dimidium ſuper treis medios*] Hinc Plinius lib. 33 cap. 50. *Annulorum aureorum promiſcuus uſus fuit ſecundo bello Punico, neque enim aliter potuiſſent trimodia illa annulorum, Carthaginem ab Annibale mitti.* Sigonius.

3 *Quo propius ſpes belli perficiendi*] Libri, *ſpem*, ut diximus ad lib. 22, 40. *ſit*, nempe ipſe Hannibal. *J. Fr. Gron.*

4 *Frumenti pecuniæque*] Put. Pet. Men. duo Pall. Voſſ. *magnam vim frumenti, pecunia, abſumi.* extrita copulativa. *Idem.*

5 *Mittendam in ſtipendium pecuniam frumentumq.*] A Livii calamo reor prodiiſſe *mittenda.* 24, 24. *Huic genus & fortuna honeſta erant.* 33, 33. *Et ubique jus, fas, lex potentiſſima ſint.* 34, 4. *Quum aurum & purpuram data & oblata ultro non acciperent.* Et cap. 19. *Quum incerta belli an pax cum Celtiberis eſſent.* Jac. Gron.

1 *Vi*

cō [1] vir factionis Barcinæ, locum Hannonis increpandi esse ratus: *Quid est Hanno?* inquit, [2] *etiam nunc pœnitet belli susceptī adversus Romanos? Jube dedi Annibalem: veta in tam prosperis rebus* [3] *grates Diis immortalibus agi. audiamus Romanum senatorem in Carthaginiensium curia.* Tum Hanno: *Tacuissem hodie, Patres Conscripti, ne quid in communi omnium gaudio, minus lætum quod esset vobis, loquerer.* [4] *nunc interroganti senatori, pœniteatne me adhuc susceptī adversus Romanos belli, si reticeam, aut superbus aut obnoxius videar: quorum alterum est hominis alienæ libertatis obliti; alterum suæ.* [5] *Respondeam igitur Himilconi, non desisse pœnitere me belli, neque desiturum ante invictum nostrum imperatorem incusare, quam finitum aliqua tolerabili conditione bellum videro: nec mihi pacis antiquæ desiderium ulla alia res quam pax nova finiet. Itaque ista quæ modo Mago jactavit,* [6] *Himilconi cæterisque Annibalis satellitibus jam læta sunt. mihi possint læta esse, quia res bello bene gestæ, si volumus fortuna uti, pacem nobis æquiorem dabunt. nam si prætermittimus hoc tempus, quo magis dare quam accipere possumus videri pacem; vereor ne hæc quoque lætitia luxuriet*

1 *Vir factionis Barchinæ*] Optimus, *Earcinæ*, & sic fere semper. *J. Fr. Gron.*

2 *Etiam nunc pœnitet*) Vet. lib. *etiam nunc te pœnitet.* Sigonius.

Et. n. te pœnitet] Idem spernunt pronomen ab Sigonio ingestum. *J. Fr. Gron.*

3 *Gratias diis immortalibus*] MSS. *grates*: quod quia poëtis magis quam oratoribus Grammaticorum tribuerunt edictiones, ubique fere deleverunt. *Idem.*

4 *Nunc interroganti senatori*] Videtur legendum, *interrogante senatore.* Sigonius.

Nunc interroganti senatori] Sic omnes sine variatione. Sigonius voluit, *interrogante senatore*: non recordatus sermonis elegantis, *reticere alicui.* Lib. 3. *Et ad Valerium negantem se privato reticere, lictorem accedere jussit.* Ovidius lib. 3 Met. *Quæ nec reticere loquenti Nec prior ipsa loqui didicit.* Tacitus 14 Ann. *Vitellius optimum quemque jurgiis lacessens & respondenti reticens.* J. Fr. Gron.

5 *Respondeam, inquit, Himilconi*] Vet. lib. *Respondeam igitur Imilconi*, & recte. Cur enim vox *inquit*, in media oratione inculcetur, quæ initio solet collocari? apta autem est huic loco particula, *igitur*, qua concludit, sibi potius respondendum esse, quam reticendum. *Sigonius.*

Respondeam igitur Himilconi] Put. *Responde ad inquit Himilc.* Sed inter versus super *d* posterius positum erat *m*. Inde alii fere omnes scripti: *Respondeam inquit Him.* Vulgatum est ab Sigonio. *J. Fr. Gron.*

6 *Himilconi cæterisque*] Fortasse: *jactavit, & Himilconi cæterisque Hannibalis satellitibus tam læta sunt. mihi possunt.* Idem.

xuriet nobis, ac vana evadat. Quæ tamen nunc quoque qualis est? Occidi exercitus hostium: mittite milites mihi. quid aliud rogares, si esses victus? Hostium cepi bina castra, prædæ videlicet plena & commeatuum; frumentum, & pecuniam date. [1] *quid aliud, si spoliatus, si exutus castris esses, peteres? Et ne omnia ipse mirer; (mihi quoque enim, quoniam respondi Himilconi, interrogare jus fasque est) velim seu Himilco, seu Mago respondeat: quum ad internecionem Romani imperii pugnatum ad Cannas sit, constetque in defectione totam Italiam esse; primum ecquis Latini nominis populus defecerit ad nos? deinde ecquis homo, ex quinque & triginta tribubus, ad Annibalem transfugerit?* Quum utrumque Mago negasset: *Hostium quidem ergo*, inquit, [2] *adhuc nimis multum supersit. sed multitudo ea*
13 *quid animorum, quidve spei habeat, scire velim.* [3] Quum, id nescire, Mago diceret: *Nihil facilius scitu est*, inquit. *Ecquos legatos ad Annibalem Romani miserunt de pace? ecquam denique mentionem pacis Romæ factam esse, allatum ad vos est?* Quum id quoque negasset: *Bellum igitur*, inquit, *tam integrum habemus, quam habuimus, qua die Annibal* [4] *in Italiam est transgressus. Quam varia victoria* [5] *priore Punico bello fuerit, plerique qui meminerimus, supersumus. numquam terra marique magis prosperæ res nostræ visæ sunt, quam ante consules C. Lutatium & A. Postumium fuerunt. Lutatio & Postumio Consulibus, devicti ad Ægateis insulas sumus. Quod si (id quod Dii omen avertant) nunc quoque fortuna aliquid variaverit; tum pacem speratis* [6] *quum vincemur, quam nunc, quum vincimus, dat*

1 *Quid aliud inquam si spoliatus*] Volentibus omnibus scriptis relegamus *tò inquam*. J. Fr. Gron.

2 *Adhuc multum supersit*] Probi nostri: *adhuc nimis multum*. Idem.

3 *Quum id se nescire*] Put. Pet. Pal. Voss. *id nescire Mago diceret:* omisso pronomine *se*. Idem.

4 *In Italiam est ingressus*] Meliores: *in Italiam est transgressus*. Idem.

5 *Priore Punico bello*] Ridicule, quum homo Pœnus loquatur: qui non potuit magis id *Punicum* bellum dicere, quam Romanus si loqueretur idem vocare posset Romanum. Dele igitur *tò Punico*, aut si vis subjice *Romano* vel *Italico* aut *pugnatum*. Idem.

6 *Cum vincim. quam nunc vicimus dat nemo*] Legendum perspicue: *quam nunc cum vicimus*. Sigonius.

Quum vincimur, quam nunc, cum vicimus] Optimi: *quum vincemur quam nunc cum vincimus, dat nemo*. Velim ergo:

dat nemo? Ego, ſi quis de pace conſulet, ſeu deferenda hoſtibus ſeu accipienda; habeo quid ſententiæ dicam: ſi de iis quæ Mago poſtulat, refertis; nec victoribus mitti attinere puto; & fruſtrantibus nos [1] falſa atque inani ſpe, multo minus cenſeo mittenda eſſe. Haud multos movit Hannonis oratio. nam & ſimultas cum familia Barcina leviorem auctorem faciebat. & occupati animi præſenti lætitia, nihil quo vanius fieret gaudium ſuum, auribus admittebant: debellatumque mox fore, ſi adniti paululum voluiſſent, rebantur. Itaque ingenti conſenſu fit ſenatuſconſultum. Ut Annibali quatuor Numidarum millia in ſupplementum mitterentur: & quadraginta elephanti, [2] & argenti multa talenta. [3] Dictatorque cum Magone in Hiſpaniam præmiſſus eſt ad conducenda viginti millia peditum, quatuor equitum, quibus exercitus, qui in Italia quique in Hiſpania erant, ſupplerentur. Cæterum 14
hæc, ut in ſecundis rebus, ſegniter otioſeque geſta. Romanos præter inſitam induſtriam animis, fortuna etiam cunctari prohibebat. nam nec conſul ulli rei, quæ per eum agenda eſſet, deerat: [4] & dictator M. Junius Pera, rebus ergo: *quum vincemur, quam nunc dum vincimus.* J. Fr. Gron.

1 *Falſa atque inani victoria multo*] Exterminant τὸ *victoria*, ejuſque vice Put. *falſa atque inanis quæ multo*. Pet. & Men. *falſa atque inania que*. Voſſ. *falſa atque inania multo*. Scribe: *falſa atque inani ſpe multo*. Nempe Mago ipſe dixerat: *Quo propius ſpem belli perficiendi ſit*. Idem.

2 *Et argenti multa talenta*] Put. & Pet. omittunt τὸ *multa*, ut credibile ſit numerum excidiſſe. M. Antonius Muretus acute legit *M. VC^ta*. quod explicat, *mille quingenta talenta*. 16 Var. lect. 8. *Mille* forte ſufficient ex cap. 32 hujus libri. Pro *quadraginta* vero millibus Numidarum *quatuor millia* notis iiſdem liber optimus, quibus Lipſianus productus illi 2 Elect. 11. *Idem.*

3 *Dictatorque cum Magone in Hiſpaniam*, &c.] Miratur Glareanus Livium Dictatoris Carthaginienſis meminiſſe. Jam nunc mirari deſinat. Nam Gellius libro 10 cap. 24 hæc verba profert ex Catonis Orig. *Dictatorem Carthaginienſium magiſter equitum monuit. mitte mecum Romanum equitatum, die quinta in Capitolio tibi cœna cocta erit.* Dictatorem autem Cato vocat imperatorem Annibalem. *Sigon.*

4 *Et dictator M. Junius rebus divinis perfectus*] Put. meliorque Pet. & Voſſ. *Junius per rebus*. Scribe omnino: *M. Junius Pera rebus*. Nam id cognomen dictatoris fuiſſe conſtat. Quod etiam vereor ne corruptum ſit apud Valerium Maximum lib. 7, 6. *Cannenſis autem clades adeo urbem noſtram confudit, ut M. Junii opera dictatura rempublicam adminiſtrantis ſpolia hoſtium adfi-*

rebus divinis perfectis, [1] latoque, ut ſolet, ad populum, ut equum eſcendere liceret, præter duas urbanas legiones, quæ principio anni à conſulibus conſcriptæ fuerant, & ſervorum delectum, cohorteſque ex agro Piceno & Gallico collectas, ad ultimum prope deſperatæ reipublicæ auxilium, quum honeſta utilibus cedunt, [2] deſcendit edixitque: *Qui* [3] *capitalem fraudem auſi, quique* [4] *pecuniæ judicati in vinculis eſſent; qui eorum apud ſe milites fierent,*

ra templis, deorum numini conſecrata, inſtrumento militiæ futura convellerentur. Sic ex ſcriptis edidit Pighius, elegantius, ut putat, quam vulgo: *opera M. Junii.* Non equidem admiror prædicatam elegantiam hujus tranſpoſitionis, ſed in ea propiora ad veritatem veſtigia deprehendo. Neque enim dubito, quin ſcripſerit Valerius: *ut M. Junio Pera dictatura rempublicam adminiſtrante.* Apud eundem legendum ex vet. cod. lib. 2, 4. *Gladiatorium munus primum Romæ datum eſt in foro Boario Ap. Claudio M. Fulvio conſulibus. dederunt M. & D. Bruti Pera, funebri memoria patris cineres honorando.* Utrumque eſt Juniorum cognomen & habetur in Faſtis paucis annis ante hos conſules, cum N. Fabio Pictore *D. Junius Pera*, poſt cenſor *D. Junius Pera* cum L. Poſtumio Megello. *J. Fr. Gron.*

1 *Latoque, ut ſolet, ad populum, ut equum aſcendere liceret*] De hoc more, de quo ambigit apud Livium Glareanus, agit etiam Plutarchus in Fabio, id eſt cur Dictator peteret, ut ſibi equum aſcendere liceret: ᾠετο γὰρ μὴ χρήσιμον ἔσεσθαι τὸν σύγκλητον, ἵππῳ χρῆσθαι πρὸς τὰς στρατείας. ὁ γὰρ ἱππεὺς, ἀλλ' ἀπηγορεύετο κατὰ δή τινα νόμον παλαιὸν, εἴτε καὶ ἄλλης τὸ πλεῖστον ἐν τῷ πεζῷ πανσμένων, ἢ διὰ τοῦτο καὶ στρατηγὸν οἰομένων δεῖν ἀφαιρεῖσθαι τὴν φάλαγγι, ἢ μὴ προλείπειν· εἰθ' ὅτι πυρρίχιον εἰς ἅπαντα πάλλα, ἢ μέγα τὸ τῆς ἀρχῆς κράτος ἔξιν, ἵν' ἅμα τούτῳ βελόμενοι καὶ δικτάτορα τὸν ἄνδρα φαίνεσθαι δεόμενον. *Sigonius.*

Latoque ut ſolet, ad populum] Nota hunc morem, de quo vide omnino Plutarchum in Fabio, ubi ejus rei ratio redditur. Exiſtimo hanc legem curiatam eſſe, quam & Dictator & cæteri magiſtratus ſibi de imperio ferebant. Vide omnino pag. 250. *Henricus Valeſius.*

2 *Aſcendit equo dixitque*] Plane, ut voluit Lipſius, *deſcendit edixitque*, Fut. & Pet. melior. *J. Fr. Gron.*

3 *Capitalem fraudem auſi*] *Capitalem fraudem frauſi* voluit Scaliger ad illud Feſti: *Frauſus erit, fraudem commiſerit.* Plautus: *Metuo in commune ne quam fraudem frauſus ſiet.* Et ſolent in hujuſmodi formulis antiquitatem amare nitidiſſimi quoque ſcriptores. Sed omnes MSS. ut editur. Lib. 26. *Capitalia auſi plerique.* Lib. 27. *Auſi tantum nefas.* Idem.

4 *Quique pecuniæ judicati*] In optimis pleriſque *pecunia judicati.* At lib. 6. *Centurionem judicatum pecunia.* Lib. 26. *Quoad vel capitis vel pecuniæ judicaſſet privato.* Statimque iterum: *tum Sempronius perduellionis ſe judicare Cn. Fulvio dixit.* Ex quo loco, ſic in optimis codd. integro, jam dudum ambigo, ſit ne eadem antiqua & exquiſita formula reſtituenda lib. 1, 26. *Duumviros, qui Horatio perduellionis judicent ſecundum legem, facio.* Et, *Duumviri perduellionis judicent.* iterumque: *P. Horati, tibi perduellionis judico.* Nec ſecus lib. 43, 16. *Et utrique cenſori perduellionis ſe judicare pronuntiavit.* Quibus omnibus locis vulgo habetur, *perduellionem.* Idem.

Digitized by Google

rent, eos noxæ pecuniaque [1] *ſeſe exſolvi juſſurum,* ea ſex millia hominum Gallicis ſpoliis, quæ triumpho C. Flaminii tranſlata erant, armavit. [2] itaque cum viginti quinque millibus armatorum ab urbe proficiſcitur. Annibal, Capua recepta, quum iterum Neapolitanorum animos, partim ſpe, partim metu nequicquam tentaſſet, in agrum Nolanum [3] exercitum traducit: & ut non hoſtiliter ſtatim, quia non deſperabat voluntariam deditionem; ita ſi morarentur ſpem, nihil eorum quæ pati aut timere poſſent, prætermiſſurus. Senatus, ac maxime primores ejus in ſocietate Romana cum fide perſtare; plebs novarum, ut ſolet, rerum, atque Annibalis tota eſſe: metumque agrorum populationis, & patienda in obſidione multa gravia indignaque proponere animo. neque auctores defectionis deerant. Itaque ubi ſenatum metus cepit, [4] ſi propalam tenderent, reſiſti multitudini concitatæ non poſſe; clam ſimulando dilationem mali inveniunt. placere enim ſibi defectionem ad Annibalem ſimulant: quibus autem conditionibus in fœdus amicitiamque novam tranſeant, parum conſtare. Ita ſpatio ſum-

1 *Se exſolvi juſſurum: & ſex millia*] Duo optimi: *ſeſe exſolvi juſſurum. Ea ſex millia.* Alterum notavit & Sigonius, & paſſim in ſcriptis habetur. *J. Fr. Gron.*

Et ſex millia hominum Gallicis ſpoliis] Vet. lib. *ea ſex millia hominum.* Eos enim intelligit, quos ſe noxa, pecuniaque exſoluturum Dictator promiſerat. *Sigonius.*

2 *Itaque cum*] Vet. lib. *ita cum.* Idem.

3 *Exercitum traducit & ut non hoſtiliter*] Supervacuum & delendum τὸ *&*. Vide Freinshemium ad Taciti Ann. 11, 7. *J. Fr. Gron.*

4 *Si palam tenderent, reſiſti multitudini concitatæ non poſſe, clam ſimulando*] Optimi quique: *ſi prolatam tenderent.* Lege: *ſi propalam tenderent.* Lib. 4. *Interrex ac ſenatus, conſulum comitia; tr. plebis & plebs, tribunorum militum ut habeantur, tendunt.* Rurſum: *ne in parvis quoque rebus incommode adverſarentur, haud ſane retendere.* Deinde Barberin. *Non poſſe ſed clam ſimulanda ſimulando dil.* Florentini: *non poſſe ſecum diſſimulanda ſimulando dil.* Put. Pet. & Flor. optimi: *poſſe ſecunda ſimulanda ſimulando.* Forte: *reſiſti multitudini concitatæ non poſſe, ſecunda ſimulando dilationem mali inveniunt.* Sic lib. 2. *Et eos ipſos ſedulo audientes ſecunda ira verba.* id eſt, ſubſervientia, ſubſcribentia. Lib. 8. *Tres leges ſecundiſſimas plebei, adverſus nobilitati tulit.* Silius de Petilia: *Infelix fidei miſeræque ſecunda Sagunto.* Toti loco ſimiliſeſt lib. 3. *Propalam obviam ire cupiditati parum auſi, obſecundando mollire impetum aggrediuntur.* Quare hic quoque ſuadeo facias: *poſſe, obſecundando dilationem mali*

ſumpto, legatos propere ad prætorem Romanum Marcellum Claudium, [1] qui Caſilini cum exercitu erat, mittunt: docentque quanto in diſcrimine ſit Nolana res. agrum Annibalis eſſe, & Pœnorum urbem extemplo futuram, ni ſubveniatur. concedendo plebei ſenatum, ubi velint defecturos ſe, ne deficere præfeſtinarent, effeciſſe. Marcellus collaudatis Nolanis, eadem ſimulatione extrahi rem in ſuum adventum juſſit: interim celari quæ ſecum acta eſſent, ſpemque omnem auxilii Romani. Ipſe à Caſilino Calatiam petit: atque inde Vulturno amne trajecto, perque [2] agrum Saticulanum Trebulanumque ſuper Sueſſulam per montes Nolam pervenit. 15 Sub adventum prætoris Romani, Pœnus agro Nolano exceſſit: & ad mare proxime Neapolim deſcendit; cupidus maritimi oppidi potiundi, quo curſus navibus tutus ex Africa eſſet. Cæterum poſteaquam Neapolim à præfecto Romano teneri accepit ([3] M. Junius Silanus erat, ab ipſis Neapolitanis accitus) [4] Neapolim quoque ſicut Nolam non admiſſus, petit Nuceriam. eam quum aliquandiu circumſediſſet; ſæpe vi, ſæpe ſollicitandis nequicquam nunc plebe, nunc principibus, fame demum in deditionem accepit: pactus ut inermes cum ſingulis abirent veſtimentis: deinde, ut qui à principio mitis omnibus Italicis, præter Romanos, videri vellet; præ-

mali inveniunt? Video ſatis frequenter in optimo & primo codice potius ſuperare aliquas literas quam deeſſe. Sufficit autem mox ſequi *ſimulant.* J. Fr. Gron.

1 *Qui Canuſii cum exercitu erat*] Vet. lib. *Caſilini*, quam lectionem probat Glareanus. Ego contra probo magis, *Canuſii*, quod & primo libro Marcellum magnis itineribus Canuſium contendiſſe dixerit, & quod Plutarchus in Marcello, Canuſio item Marcellum ad tutandos ſocios eſſe profectum, tradiderit. ἔπειτα δόγμα τῆς βουλῆς δεξάμενος εἰς Καινύσιον παρῆλθεν, ἐν τοῦ ἐκεῖ συμπολεμήσας Σαλαθηνοῖς ἐξήγαγε τὸ ἱρυμάτων ὡς ἀφεστηκότας ἀπὸ χώραν. *Sigonius.*

2 *Agrum Saticulanum*] Vet. lib. *Saticulanum*, recte, ut ante dixi. *Idem.*

3 *M. Junius Syllanus erat*] Lege cum optimis: *Silanus.* J. Fr. Gron.

4 *Neapolim quoque, ſicut Nolam, non admiſſus*] MSS. *Neapoli quoque ſicut Nolano omiſſa.* Scribe cum Valla: *ſicut Nola omiſſa.* Niſi fuerit tamen: *Neapoli quoque, ſicut Nolæ, non admiſſus.* Idem.

1 *Ho-*

præmia atque [1] honores qui remanerent, ac militare ſecum voluiſſent, propoſuit. [2] Nec ea ſpe quemquam tenuit. dilapſi omnes, quocumque hoſpitia, aut fortuitus animi impetus tulit, per Campaniæ urbes, maxime Nolam Neapolimque. Quum ferme triginta ſenatores, ac forte primus quiſque Capuam petiſſent; excluſi inde, quod portas Annibali clauſiſſent, Cumas ſe contulerunt. Nuceriæ præda militi data eſt, urbs direpta atque incenſa. Nolam Marcellus non ſui magis fiducia præſidii, quam voluntate principum habebat. plebes timebatur, & ante omnes [3] L. Bantius, [4] quem conſenſus attentatæ defectionis, ac metus à prætore Romano, nunc ad proditionem patriæ, [5] nunc ſi ad id fortuna defuiſſet, ad transfugiendum ſtimulabat. Erat juvenis acer, & ſociorum [6] ea tempeſtate prope nobiliſſimus eques. [7] ſeminecem eum ad Cannas in acervo cæſorum corporum inventum, curatumque benigne, etiam cum donis Annibal domum remiſerat. ob ejus gratiam meriti rem Nolanam in jus ditionemque dare voluerat Pœno: anxiumque eum, & ſollicitum cura novandi res, prætor cernebat.

1 *Honores iis qui remanſiſſent ac militare vellent ſecum*] Meliores: *honores qui remanſerant ac militare ſecum voluiſſent, propoſuit. nec ea ſpe.* non *ſpes.* Pro *remanſerant* lege *remanerent* vel *remanere.* Sed ſuave τὸ *iis* omiſſum. Plautus Trinummo: *Pater cum peregre veniet, in porta eſt locus.* Ubi Douza: *Patri.* Sed illo modo MSS. Menæchmis a. 5 ſc. 8. *Eripui, homines qui te ferebant ſublimem quatuor.* Ubi hærent interpretes. Sed ſententia eſt: Qui homines quatuor te ſublimem ferebant, iis te eripui. Noſter lib. 4. *Ex peregrino patricius, deinde conſul fiat? civis Romanus, ſi ſit ex plebe, præciſa conſulatus ſpes erit.* Lib. 10, 25. *Hodierno & craſtino die, qui nomina dederitis, mecum ducam.* Ubi quid opus *dederint* Sigonii? *J. Fr. Gron.*

2 *Nec ea ſpes quemquam tenuit*] Voſſ. Gud. Pal. Mureti: *nec ea ſpe quemquam tenuit.* nimirum ipſe Hannibal. *Idem.*

3 *L. Bantius*] Hunc Λεόντιον Βάντιον vocat Plutarchus in Marcello. *Sigonius.*

4 *Quem conſenſus attentatæ*] Put. Pet. Voſſ. *quem conſenſu attemptatæ.* Gud. *conſenſum.* Lege: *quem conſcientia tentatæ defectionis.* J. Fr. Gron.

5 *Nunc ſi ea die fortuna defuiſſet*] Put. *ſi a die fortuna.* Lege: *ſi ad id fortuna defuiſſet.* nempe ad prodendam patriam. *Idem.*

6 *Ea tempeſtate nobiliſſimus*] Moderatius ſcripti. *ea tempeſtate prope nobiliſſimus eques.* Forte &, *ſeminecem ad Cannas,* deleto pronomine. *Idem.*

7 *Seminecem - - - inventum*] Eadem ad verbum ſcribit Plutarchus in Marcello. *Sigonius.*

bat. Cæterum, quum aut pœna cohibendus esset, aut beneficio conciliandus; sibi assumpsisse, quam hosti ademisse fortem ac strenuum maluit socium, accitumque ad se benigne appellat: *Multos eum invidos inter populares habere, inde existimatu facile esse, quod nemo civis Nolanus sibi indicaverit, quam multa ejus egregia facinora militaria essent. Sed qui in Romanis militaverit castris, non posse obscuram ejus virtutem esse. multos sibi qui cum eo stipendia fecerint, referre, qui vir esset ille, quæque & quoties pericula pro salute ac dignitate populi Romani adisset: utique* [1] *Cannensi prælio non prius pugna abstiterit, quam prope exsanguis ruina superincidentium virorum, equorum, armorumque sit oppressus. Itaque macte virtute esto*, inquit. *apud me tibi omnis honos atque omne præmium erit: & quo frequentior mecum fueris, senties eam rem tibi dignitati atque emolumento esse.* Lætoque juveni promissis, [2] equum eximium dono dat, bigatosque quingentos quæstorem numerare jubet: lictoribus imperat, ut eum
16 se adire, quoties velit, patiantur. Hac comitate Marcelli ferocis juvenis animus adeo est mollitus, ut nemo inde sociorum rem Romanam fortius ac fidelius juverit. Quum Annibal ad portas esset, (Nolam enim rursus à Nuceria [3] moverat castra) plebesque Nolana de integro ad defectionem spectaret, Marcellus, sub adventum hostium, intra muros se recepit, non castris metuens, sed ne prodendæ urbis occasionem nimis multis in eam imminentibus daret. Instrui deinde utrimque acies cœptæ; Romanorum pro mœnibus Nolæ; Pœnorum ante castra sua. prœlia hinc parva inter urbem castraque, & vario eventu fiebant: quia duces nec prohibere paucos temere roganteis, nec dare signum universæ pugnæ vole-

1 *Cannensi pugna non prius prælio*] Optimi: *Cannensi prælio non prius pugna*: quamquam parum interest. *J. Fr. Gron.*

2 *Equum eximium dono dat, bigatosque quingentos quæstorem numerare jubet*] Plutarchus ita: ἵππον τε δωρεῖται πολεμιστὴν ἀπὸ, καὶ δραχμὰς ἀργυρίου πεντακοσίας. *Sigonius.*

3 *Moverat castra*] Scripti omnes *movit*. J. Fr. Gron.

1 *In*

volebant. [1] In hac cotidiana duorum exercituum ſtatione, principes Nolanorum nunciant Marcello, *Nocturna colloquia inter plebem ac Pœnos fieri: ſtatutumque eſſe, ut quum Romana acies egreſſa portis foret, impedimenta eorum ac ſarcinas diriperent,* [2] *clauderent deinde portas, muroſque occuparent,* [3] *ut potentes rerum ſuarum atque urbis, Pœnum inde pro Romano acciperent.* Hæc ubi nunciata ſunt Marcello, collaudatis ſenatoribus Nolanis, priuſquam [4] aliquis motus intus oriretur, fortunam pugnæ experiri ſtatuit. Ad treis portas in hoſtes verſas tripartito exercitum inſtruxit: impedimenta ſubſequi juſſit: calones lixaſque & invalidos milites, vallum ferre. media porta robora legionum & Romanos equites; duabus circa portis novos milites, levemque armaturam ac ſociorum equites ſtatuit. Nolani muros portaſque adire vetiti; [5] ſubſidiaque deſtinata impedimentis data, ne occupatis prœlio legionibus in ea impetus fieret. ita inſtructi intra portas ſtabant. Annibali ſub ſignis (id quod per aliquot dies fecerat)

1 *In hac comitiaria duor. exercit. ſt.*] Vet. lib. *In hac continua duorum.* Sigon.

In hac continua jam duorum] Eſt à Sigonio, cum omnes haberent editi, *comitiaria.* Sed in Put. eſt *coditia.* Manus ſecunda virgula transfixit τὸ *o* ac ſuperpoſuit *m.* inde *comitia*, mox *comitiaria.* Verum eſt: *In hac cotidiana duorum exercituum ſtatione.* vel, *quotidiana.* J. Fr. Gron.

2 *Clauderentque deinde portas*] Meliores relegant copulam. *Idem.*

3 *Ut potientes rerum ſuarum atque urbi*] Scripti, *potentes.* Sic in contrarium lib. 9. *Vaniſſimam increpans gentem, qua ſuarum impotens rerum.* Ovidius Amor. 2. *Ille potens domina: cætera turba jacet.* Ita notavimus in MSS. & verum videtur contra tot varietates. Sic *regnum potens* Lucano, & Ceres *frugum potens* Senecæ, eidemque 1 Nat. quæſt. 17. *Materiam excipiendarum imaginum potentem.* Idem.

4 *Aliquis motus in muris oriretur*] Vet. lib. *intus oriretur.* Sigonius.

Aliquis motus intus oriretur] Sic Sigonius, quum legeretur *in muris.* Voſſ. & Pal. *in viris.* Alius *in muneris.* Pet. *in juru.* Optimus: *injuriſe orcretur.* Scribe: *aliquis motus injuriave oreretur.* Terentius Adelphis: *Tamen tibi à me nulla eſt orta injuria.* Solet autem idem codex *orcretur* ſcriptum habere pro *oriretur.* Sic cap. 7 hujus libri: *Certaminis orcretur.* Et cap. 21. *In Sicilia orcretur.* J. Fr. Gron.

5 *Subſidiaque deſtinata impedimentis data*] Quæ ſunt *deſtinata ſubſidia?* Et tamen ſic omnes libri. An forte: *ſubſidiaque & ſtationes impedimentis data.* Adde lib. 23, 37. *J. Fr. Gronov. Deſtinata* videtur nunc vocare, quæ alibi *aſſueta præſidia.* 36, 18. *Elephantos cum aſſueto præſidio poſuit.* Alias plerumque jungit *neceſſaria præſidia.* 8, 26. *Juventus præter neceſſarium urbis præſidium ad litus miſſa.* Hoc lib. cap. 48. *Jac. Gron.*

1 *Mox-*

fecerat) ad multum diei in acie ſtanti, primo miraculo eſſe, quod nec exercitus Romanus porta egrederetur, nec armatus quiſquam in muris eſſet. ratus deinde prodita colloquia eſſe, metuque reſides factos, partem militum in caſtra remittit, juſſos propere apparatum omnem oppugnandæ urbis in primam aciem afferre: ſatis fidens, ſi cunctantibus inſtaret, tumultum aliquem in urbe plebem moturam. [1] Dum in ſua quiſque miniſteria diſcurſu trepidat ad prima ſigna, ſucceditque ad muros acies, patefacta repente porta, Marcellus, ſigna canere, clamoremque tolli, ac pedites primum, deinde equites, quanto maximo poſſent impetu, in hoſtem erumpere jubet. Satis terroris tumultuſque in aciem mediam intulerant, quum duabus circa portis P. Valerius Flaccus & C. Aurelius legati in cornua hoſtium erupere. Addidere clamorem lixæ caloneſque, & alia turba cuſtodiæ impedimentorum appoſita, ut paucitatem maxime ſpernentibus Pœnis, ingentis repente exercitus ſpeciem fecerint. [2] Vix equidem auſim affirmare, quod quidam auctores ſunt, duo millia & trecentos hoſtium cæſos: non plus uno Romanos amiſiſſe. ſive tanta, ſive minor victoria fuit; [3] ingens eo die res, ac neſcio an maxima illo bello, geſta

1 *Mox que dum in ſua quiſque miniſteria*] Volentibus iiſdem exegi *mox que*: quod ceu ferrumen male ſibi hærentis orationis inſeruerant male ſeduli. At eodem prorſus modo lib. 27, 14. *Duodeviceſimam legionem in primam aciem inducit. Dum alii trepide cedunt, alii ſegniter ſubeunt, turbata tota acies eſt*, &c. *J. Fr. Gron.*

2 *Vix equidem auſim affirmare, - - - duo millia & CCC hoſtium cæſos* &c.] Supra quinque millia hoſtium cæſa, haud plures quam quingentos Romanos cecidiſſe tradit Plutarchus, hoc tamen à Livio reprobari ait: λέγεται γὰρ πεντακισχιλίους ἀποθανεῖν, ἀποβαλεῖν δὲ Ῥωμαίων οὐ πλείους ἢ πεντακοσίους. ὁ δὲ Λίβιος οὔτε μικρὰ οὔτε ἀληθεύειν τὰ χιλίοις μεγάλοις ἔπεσιν, οὐδὲ πιστεῖν τοσούτους τῷ πολεμίῳ. *Sigonius.*

Vix equid. &c. *duo millia & trecentos*] Numerum hunc auget Put. habet enim *millia &* DCCC. Sic etiam de Romanis: *non plus* D *Romanorum amiſiſſe.* ubi vulgo: *non plus uno Romanos amiſiſſe.* Lege: *Romanum.* Aliæ membranæ: *non plus Romanorum.* ſine τῷ *uno.* Numerum à vetuſtiſſimo editum confirmat Plutarchus in Marcello. *J. Fr. Gron.*

3 *Ingens eo die res*, &c.] Hinc Cicero in Bruto ait: *Poſt Cannenſem illam calamitatem primum Marcelli ad Nolam prælio populus Romanus ſe erexit.* Sigonius.

Ingens eo die res, ac neſcio an maxima illo

Digitized by Google

gesta sit. non vinci enim ab Annibale vincentibus difficilius fuit, quam postea vincere. Annibal spe potiundæ 17
Nolæ adempta, quum Acerras recessisset: Marcellus extemplo clausis portis, custodibusque dispositis, ne quis egrederetur, quæstionem in foro de iis qui clam in colloquiis hostium fuerant, habuit: supra septuaginta damnatos proditionis securi percussit, [1] bonaque eorum jussit publica populi Romani esse: & summa rerum senatui tradita, cum exercitu omni profectus supra Suessulam, castris positis consedit. Pœnus Acerras primum ad voluntariam deditionem conatus perlicere, postea-quam obstinatos vidit, obsidere inde atque oppugnare parat. cæterum Acerranis plus animi quam virium erat. itaque desperata tutela urbis, ut circumvallari mœnia viderunt, priusquam continuarentur hostium opera, per intermissa munimenta neglectasque custodias, silentio noctis dilapsi, per vias inviaque, qua quemque aut [2] consilium, aut terror tulit, in urbes Campaniæ, quas satis certum erat non mutasse fidem, perfugerunt. Annibal Acerris direptis atque incensis, quum à Casilino dictatorem Romanum [3] legionesque novas acciri nunciassent, [4] ne quis tam propinquis hostium castris Capuam quoque

illo bello gesta sit] Vir doctus: *gesta est*. At isto modo Livius lib. 22. *Nescio an infestior hic adversarius quam ille hostu maneat*. Tò *est* intelligendum post *res*. J. Fr. Gron.

1 *Bonaque eorum jussit publica esse*] Præclare Put. *jussit publica P. R. esse*. quod est, *populi Romani*. Idem.

2 *Consilium aut terror*] Imo, *error*. Ita emend. Lucret. alibi. Sic & alibi Livius. *Tan. Faber*.

Consilium aut terror tulit] Fortassis, *error*. nam *terror* quidem agitabat & eos, qui legerunt locum exilio. Alterum genus tenuerunt, ad quæ forte delati sunt. Supra cap. 15. *Quocumque hospitia aut fortuitus animi impetus tulit*. Ubi forsan etiam legendum: *quo quemque*. J. Fr. Gron.

3 *Legionesque nuncii accipi nunciassent*] Vet. lib. *legionesque minus accipi nunciatum esset*. Pro his repositum est, *nuncii accipi nunciassent*. recte: quod ad sententiam pertinet, quod autem ad verba, malim legi, auctore Valla: *legionesque novas accipi nunciatum esset*. Nam de his legionibus paulo ante scripsit. *Sigonius*.

Legionesque eminus adspici] Voss. *legionesque nimis accipi*. Gud. *legionesque novas accipi*, & in margine *aovas*. Quod verum est. *J. Fr. Gron*.

4 *Ne quis tam propinquis hostium castris Capuam quoque recurrat*] Quis non videt esse corruptum? Lipsius: *ne quid r. p. h. s. Capua quoque occurreret*. In Put.

quoque recurrat, exercitum ad Casilinum ducit. [1] Casilinum eo tempore quingenti Prænestini habebant, cum paucis Romanis Latinique nominis, quos eodem audita Cannensis clades contulerat. hi non confecto Præneste ad diem delectu, serius profecti domo, quum Casilinum ante adversæ pugnæ famam veniissent, & aliis aggregarent sese Romanis sociisque, profecti à Casilino cum satis magno agmine irent; avertit eos retro Casilinum nuncius Cannensis pugnæ. ibi quum dies aliquot suspecti Campanis timentesque, cavendis ac struendis invicem insidiis traduxissent, [2] jamque de Capuæ defectione agi accipique Annibalem [3] satis pro certo habuere; interfectis nocte oppidanis, [4] partem urbis quæ cis Vulturnum est; (eo enim dividitur amni) occupavere. idque præsidii Casilini habebant Romani. Additur & Perusina cohors, homines quadringenti sexaginta, eodem nuncio, quo Prænestini paucos ante dies Casilinum compulsi. & satis ferme armatorum ad tam exigua mœnia, & flumine altera parte cincta, tuenda, erat. penuria frumenti, nimium etiam ut videretur hominum, efficie-

18 bat. Annibal quum jam inde haud procul esset, Gætulos cum præfecto, nomine Isalca, [5] præmittit: ac primo,

Put. est: *Capuæ quoque orere currant.* A manu secunda erat deletum *ore*: inde corruptius alii libri, & tandem exstructa est vulgata. Sed videtur olim fuisse: *ne quid r. p. h. c. Capua quoque moveretur.* J. Fr. Gron.

1 *Casilinum quingenti Prænestini habebant*] In vet. libris. Nullus numerus est Prænestinorum. Paulo post Livius eos quingentos septuaginta fuisse scribit: at Strabo lib. 5 quingentos quadraginta: ἐν τῷ Καπλίνῳ πολιορκούμενοι Πραινεστίνων ἄνδρες μ καὶ φ σφᾶς ἀκμάζοντα Ἀννίβαι ὅπι τοῦτον ἐπῆγον, &c. Ut ergo de Perusinis ait, CCCC & LX, sic de Prænestinis, D & LXX scribendum videtur. *Sigonius.*

2 *Jamque de Capuæ defectione*] Gud. & Voss. à manu secunda *ita de Capua def.* J. Fr. Gron.

3 *Satis pro certo habuere*] Tempus *habuere*, non est sententiæ huic aptum. *Haberent*, sensus postulat. In veteribus certe libris est, *habere*, reliquæ duæ literæ *nt*, ex principio insequentis vocis, *interfectis*, sunt repetendæ. *Sigonius.*

4 *Partem urbis, quæ citra Vulturnum est*] Put. à manu prima: *quæ civulturnum.* Lege: *quæ cis Vulturnum.* J. Fr. Gron.

5 *Præmittit: primo si fiat*] Optimi: *præmittit, ac primo.* Idem.

1 *Mo-*

Digitized by Google

mo, si fiat colloquii copia, verbis benignis ad portas aperiendas præsidiumque accipiendum perlicere jubet: si in pertinacia perstent, rem gerere ac tentare, si qua parte invadere urbem possit. Ubi ad mœnia accessere, quia silentium erat, solitudo visa, metuque concessum barbarus ratus, [1] moliri portas & claustra refringere parat. quum patefactis repente portis [2] cohortes duæ ad ipsum instructæ intus, ingenti cum tumultu erumpunt, stragemque hostium faciunt. Ita primis repulsis, Maharbal cum majore robore virorum missus, nec ipse eruptionem cohortium sustinuit. postremo Annibal, castris ante ipsa mœnia oppositis, parvam urbem parvumque præsidium summa vi atque omnibus copiis oppugnare parat. ac dum instat lacessitque, corona undique circumdatis mœnibus, aliquot milites & promptissimum quemque è muro turribusque ictos amisit. Semel ultro erumpentes agmine elephantorum oppositio prope intercluſit, trepidosque compulit in urbem: satis multis, ut ex tanta paucitate, interfectis. plures cecidissent, ni nox prœlio interveniſſet. Postero die omnium animi ad oppugnandum accenduntur; utique posteaquam corona aurea muralis proposita est, atque ipse dux, castelli plano loco positi segnem oppugnationem Sagunti expugnatoribus exprobrabat: Cannarum Trasimenique & Trebiæ singulos admonens, universosque. Inde vineæ quoque cœptæ agi, cuniculique: nec ad varios conatus hostium aut vis ulla, aut ars deerat. [3] Socii Romanorum propugnacula adversus vineas statuere, transversis cuniculis hostium cuniculos excipere, & palam & clam cœptis obviam ire; donec pudor etiam Annibalem ab incœpto

1 *Moliri portas & seras claustraque effringere*] Illis est: *moliri portas & claustra refringere.* J. Fr. Gron.

2 *Cohortes duæ ad ipsum instructæ intus*] Malis forte: *ad id ipsum.* Et lic membranæ quædam. *Idem.*

3 *Socii Romani propugnacula*] Scripti: *Socii Romanorum.* Lege: *aut ars deerat socius Romanorum. Propugnacula* &c. *Idem.*

cœpto avertit: caſtriſque communitis ac præſidio modico impoſito, ne omiſſa res videretur, in hiberna Capuam conceſſit. Ibi partem majorem hiemis exercitum in tectis habuit; adverſus omnia humana mala [1] ſæpe ac diu durantem, bonis inexpertum atque inſuetum. itaque quos nulla mali vicerat vis, perdidere nimia bona ac voluptates immodicæ: & eo impenſius, quo avidius, ex inſolentia [2] in eas ſe merſerant. Somnus enim, & vinum, & epulæ, & [3] ſcorta, balineaque, & otium, conſuetudine indies blandius, ita enervaverunt corpora animoſque, ut magis deinde præteritæ eos victoriæ quam præſentes tutarentur vires: majuſque id peccatum ducis apud peritos artium militarium haberetur, quam quod non ex Cannenſi acie protinus ad urbem Romanam duxiſſet. illa enim cunctatio, diſtuliſſe modo victoriam videri potuit; hic error vires ademiſſe ad vincendum. Itaque, hercule, velut ſi cum alio exercitu à Capua exiret, nihil uſquam priſtinæ diſciplinæ tenuit. nam & redierunt plerique ſcortis impliciti: & ubi primum ſub pellibus haberi cœpti ſunt, viaque & alius militaris labor excepit, tironum modo, corporibus animiſque deficiebant: & deinde per omne æſtivorum tempus magna pars ſine commeatibus ab ſignis dilabebantur: neque aliæ latebræ, quam Capua, deſertoribus erant. Cæterum, mi-
19 teſcente jam hieme, [4] educto ex hibernis milite, Caſilinum redit. ubi quamquam ab oppugnatione ceſſatum erat, obſidio tamen continuata oppidanos præſidiumque ad ultimum inopiæ adduxerat. Caſtris Romanis [5] Ti. Sem-

1 *Sæpe ac diu durantem*] Put. & Pet. *duratam*. etſi τὸ *ſæpe* illud flagitare videatur. Lib. 7. *Fluentes luxu ab duratis uſu armorum in Sidicino pulſi agro.* Lib. 30. *Exercitum æqualem ſtipendiis ſuis, duratum omnium rerum patientia.* J. Fr. Gron.

2 *In eas ſe immerſerant*] Scripti, *merſerant*. Idem.

3 *Scorta balneaque*] Illi, *balineaque*. Idem.

4 *Ducto ex hibernis milite*] Libri: *educto*. Idem.

5 *T. Sempronius præerat*] *Ti. Sempronius*, ut ante: magiſtrum enim equitum intelligit. *Sigonius*.

1 *Prece*

Sempronius præerat; dictatore auſpiciorum repetendorum cauſſa profecto Romam. Marcellum & ipſum cupientem ferre auxilium obſeſſis, & Vulturnus amnis inflatus aquis, & [1] preces Nolanorum atque Acerranorum, tenebant; Campanos timentium, ſi præſidium Romanum abſceſſiſſet. Gracchus aſſidens tantum Caſilino, [2] quia prædictum erat dictatoris, ne quid abſente eo rei gereret, nihil movebat: quamquam quæ facile omnem patientiam vincerent, nunciabantur à Caſilino. nam & præcipitaſſe ſe quoſdam non tolerantes famem, conſtabat: & ſtare inermes in muris, nuda corpora ad miſſilium telorum ictus præbentes. Ea ægre patiens Gracchus; quum neque pugnam conſerere dictatoris injuſſu auderet; (pugnandum autem eſſe, [3] ſi palam frumentum importaret, videbat;) neque clam importandi ſpes eſſet; farre, ex agris circa undique convecto, quum complura dolia compleſſet, nuncium ad magiſtratum Caſilinum miſit, ut exciperent dolia, quæ amnis deferret. Inſequenti nocte intentis omnibus in flumen, ac ſpem ab nuncio Romano factam, dolia medio miſſa amni defluxerunt: æqualiter inter omnes frumentum diviſum. Id poſtero quoque die ac tertio factum eſt. nocte & mittebantur & [4] perveniebant: eo cuſtodias hoſtium fallebant. Imbribus deinde continuis citatior ſolito amnis, tranſverſo vortice dolia impulit ad ripam quam hoſtes ſervabant. ibi hærentia inter obnata ripis ſalicta conſpiciuntur:

1 *Preces Nolanorum atque Acerranorum*] Atqui *Acerrani* jam nulli erant urbe capta, direpta, incenſa, oppidanis ſparſis per vicina loca, ut habes cap. 17. Utrum igitur reſtituti fuere: an leg. *Avellanorum?* Juſtinus 20, 1. *Jam Faliſci, Nolani, Avellani, nonne Chalcidenſium coloni ſunt?* J. Fr. Gron.

2 *Quia prædictum erat dictatoris*] Vet. lib. *quia edictum erat dictatoris.* Sigonius.

Quia edictum er. dict.] Ab Sigonio, cum ſcripti & editi priores, *prædictum.* Tacitus 13 Ann. *Ne pugnam priores auderent, prædixit.* Reſtituimus alibi Valerio. *J. Fr. Gron.*

3 *Si palam frumentum importare vellet, videret*] Scripti, *importaret, videbat.* Vide ad lib. 21, 31. & 37, 17. *Idem.*

4 *Preveniebant*] Florebellus probat magis *perveniebant.* Sigonius.

tur: nunciatumque Annibali eſt, & deinde interiore cuſtodia cautum, ne quid falleret Vulturno ad urbem miſſum. [1] Nuces tamen fuſæ ab Romanis caſtris, quum medio amni ad Caſilinum defluerent, cratibus excipiebantur. Poſtremo ad id ventum inopiæ eſt, ut lora detractaſque ſcutis pelles, ubi fervida molliſſent aqua, mandere conarentur, nec muribus aliove animali abſtinerent, & omne herbarum radicumque genus aggeribus infimis muri eruerent; & quum hoſtes obaraſſent quidquid herbidi terreni extra murum erat, [2] raporum ſemen injecerunt, ut Annibal, *Eone uſque dum ea naſcantur, ad Caſilinum* [3] *ſeſſurus ſum*, exclamaret: & qui nullam antea pactionem auribus admiſerat, tum demum agi ſecum eſt paſſus de redemptione liberorum capitum. Septunces auri in ſingulos pretium convenit. Fide accepta, ſeſe tradiderunt: donec omne aurum perſolutum eſt, in vinculis habiti: tum remiſſi Cumas cum fide. Id verius eſt, quam ab equite in abeuntes immiſſo interfectos. Prænestini maxima pars fuere. ex quingentis ſeptuaginta, qui in præſidio fuerunt, minus dimidium, ferrum fameſque abſumpſit: cæteri incolumes Prænesſte cum prætore ſuo

1 *Nuces inde fuſæ*] Membranæ, *nuces tamen fuſæ*. Ponitur eleganter iſta particula, quaſi aliud membrum cum eo, cui reſpondere ſolet, *etſi*, præceſſiſſet. Plenus eſt ſenſus: Quamvis intendiſſent cuſtodias Pœni, tamen nuces fuſæ fefellere & excipiebantur. Sic Silius Italicus lib. 7 de Pallade: *Atque adſuetum caſſide crinem Involvi tum comta tamen.* ut emendamus 1 Obſerv. 17. Integre eſt: atque adſuetum involvi caſſide crinem, quamvis rariſſime comat, tum tamen comtum habens. *J. Fr. Gron.*

Nuces inde fuſa ab Romanis] Hinc Feſtus: *Prænestinos Nuculas dictos eſſe* ait, *quod incluſi à Pœnis Caſilini famem nucibus ſuſtentarint.* Sigonius.

2 *Raporum ſemen injecerunt*] Glareanus credit eam hoc loco fuiſſe Livii ſententiam, ut iidem Pœni, qui herbidum terrenum extra muros obaraſſent, raporum ſemen injecerint, cum rapos, non Pœni, ſed Caſilinates injecerint, ac fructum ex Pœnorum obaratione illa ſe capturos eſſe indicaverint, neque vero aliter Livius tradit, atque Strabo libro quinto, ὁ δ' Ἀννίβας ἰδὼν αὐτὸς πλησίον τὸ τείχους ἀντιστρατοπεδεύσας χερσὶν ἐσκάπτετο. Quod autem ait Strabo πλησίον τὸ τείχους, id eſt, *prope muros*, Glareanus *intra muros* interpretatur, quaſi vero Pœni ad terrenum obarandum Caſilinum accepti ſint. *Idem.*

3 *Seſſurus ſum?*] Vet. lib. *ſeſſuri ſumus.* Idem.

1 *Titulo*

ſuo Manicio (ſcriba is antea fuerat) redierunt. Statua ejus indicio fuit, Prænesſte in foro ſtatuta, loricata, amicta toga, velato capite: & tria ſigna cum [1] titulo lamnæ æneæ inſcripto, *Manicium pro militibus, qui Caſilini in præſidio fuerint, votum voviſſe.* Idem titulus tribus ſignis in æde Fortunæ poſitis fuit ſubjectus. Caſilinum oppidum redditum Campanis eſt; firmatum ſeptingentorum militum de exercitu Annibalis præſidio: ne ubi Pœnus inde abſceſſiſſet, Romani oppugnarent. Prænestinis militibus ſenatus Romanus, duplex ſtipendium & [2] quinquennii militiæ vacationem decrevit. civitate quum donarentur ob virtutem, non mutaverunt. Peruſinorum caſus obſcurior fama eſt: quia nec ipſorum monumento ullo eſt illuſtratus, nec decreto Romanorum. Eodem tempore [3] Petellinos, qui uni ex Bruttiis manſerant in amicitia Romana, non Carthaginienſes modo, qui regionem obtinebant, ſed Bruttii quoque cæteri ob ſeparata ab ſe conſilia oppugnabant. [4] Quum obſiſtere malis nequirent Petellini, legatos Romam ad præſidium petendum miſerunt. quorum preces lacrimæque (in queſtus enim flebiles, quum ſibimetipſi conſulere juſſi ſunt, ſeſe in veſtibulo curiæ profuderunt) ingentem miſericordiam Patribus ac populo moverunt. [5] conſultique iterum

1 *Titulo lamina anea*] Optimus, *lamnæ*. J. Fr. Gron.

2 *Quinquennii militiæ vacationem*] Nihil ad hæc alii codices. At ſolus Cantabrig. *quinquennium*, quod Livio abjudicandum non videtur; qui frequenter hoc pacto, *Ludi biduum, triduum, inſtaurati: Supplicatio diem unum habita.* 3, 30. *Quoniam ipſi quinquennium eluſi eſſent.* 29, 15. *Annum jam ferme ſextum vacationem militiæ habere.* Juſtinus *in* vel *per quinquennium* ſolet dicere. *Jac. Gron.*

3 *Petellinos*] Meminit Appianus in Annibal. apud quem Πετηλῖνοι legitur male pro Πετηλῖνοι. *Henricus Valeſius.*

4 *Cum obſiſtere malis*] Vet. lib. *Quibus cum reſiſtere malu nequirent Petellini.* Sigonius.

Quum obſiſtere malis neq.] Ut notavit Sigonius, video in Voſſ. Gud. Pall. occurriſſe patri, *Quibus quum obſiſtere malu.* Neque aliter mihi lectum Cantabrigiæ; ut placere omnino debeat hic pleonaſmus, & ſimile ſit iis quæ collecta habes ad lib. 38. 9. *Jac. Gron.*

5 *Conſultique iterum à M. Æmilio prætore patres*] Hoc anno M' Pomponius prætor urbanam, P. Furius peregrinam ſortem, M. Marcellus Siciliam, L. Poſtumius Galliam ſorti-

Digitized by Google

rum à Manio Pomponio Prætore Patres, circumſpectis omnibus imperii viribus, fateri coacti, nihil jam longinquis ſociis in ſe præſidii eſſe; redire domum, fideque ad ultimum expleta, [1] conſulere ſibimetipſos in reliquum præſenti fortuna juſſerunt. Hæc poſteaquam renunciata legatio Petellinis eſt, tantus repente mœror pavorque ſenatum eorum cepit, ut pars profugiendi qua quiſque poſſet, ac deſerendæ urbis auctores eſſent: [2] pars quando deſerti à veteribus ſociis eſſent, adjungendi ſe cæteris Bruttiis, ac per eos dedendi Annibali. Vicit tamen ea pars, quæ nihil raptim nec temere agendum conſulendumque de integro cenſuit. [3] Re laxata poſtero die per minorem trepidationem retinuerunt optimates, ut con-
21 vectis omnibus ex agris, urbem ac muros firmarent. Per idem fere tempus literæ ex Sicilia Sardiniaque Romam allatæ. [4] Priores ex Sicilia T. Otacilii Proprætoris in ſenatu recitatæ ſunt: [5] L. Furium Prætorem cum claſſe ex Africa Lilybæum veniſſe: [6] ipſum graviter ſaucium in diſ-

ti ſunt. Quod cum ita ſit, certe mendoſe legitur hoc in loco, *M. Æmilio*, pro *M' Pomponio*. Quod inde etiam intelligi poteſt, cum ait: *Conſulti iterum*: tum enim conſulti ſunt primum, cum C. Furius & Manius Pomponius prætores ſenatum in Curiam Hoſtiliam vocaverunt. Germanam autem lectionem, & quæ depravando nomini cauſam dederit, fuit, puto, quod ſcriptum erat, *conſultique iterum à Manio prætore*. Nam Pomponium hoc prænomen tuliſſe ſupra oſtendi. Quam vocem qui depravatam eſſe duxerunt *Manilio* fortaſſe, atque inde *M. Æmilio* fecerunt. *Sigonius*.

1 *Conſulere ſibimet ipſos in præſenti fortuna*] Optimi: *conſulere ſibimetipſos in reliquum præſenti fortuna juſſerunt*. id eſt, in futurum, dum præſens fortuna duraret. Lib. 20. *In reliquum curæ ſenatui rem Syracuſanam fore*. Lib. 36. *Ad confirmandos in reliquum ſociorum animos*. J. Fr. Gron.

2 *Pars quando deſerti*] Cantabrig. *quandoque*, nec fas eſt de ejus ſcripturæ veritate dubitare. Vide ad lib. 1, 24. *Jac. Gron.*

3 *Relaxata p. d p. m. t. retinuerunt optimates*] Vet. lib. *Relaxata poſtero die per minorem trepidationem re tenuerunt optimates*. Sigonius.

Re lax. p. d. per minorem trepidationem retinuerunt optimates] Scribe: *tenuerunt*. id eſt, impetraverunt, obtinuerunt. Lib. 4. *In eo quoque plebs ſuperior fuit, quod tenuit, ne conſules in proximum annum crearentur*. J. Fr. Gron.

4 *Priores ex Sicilia Otacilii proprætoris*] Put. *Totacilii*. Lege: *Titi Otacilii*. Idem.

5 *L. Furium prætorem*] Lege *P. Furium*. Sic enim alias ubique hunc Livius vocat. *Sigonius*.

6 *Ipſum graviter ſaucium*] Ita Put. & Petav. ille melior. Lipſianus, Menardi, duo Pall. Voſſ. *graviter ictum ſau-*

Digitized by Google

diſcrimine ultimo vitæ eſſe. militi & navalibus ſociis neque ſtipendium neque frumentum ad diem dari; neque unde detur, eſſe. Magnopere ſuadere, ut quam primum ea mittantur: ſibique ſi ita videatur, ex novis prætoribus ſucceſſorem mittant. Eademque ferme de ſtipendio frumentoque ab A. Cornelio Mammula Proprætore ex Sardinia ſcripta. Reſponſum utriſque, non eſſe unde mitteretur. juſſique ipſi, claſſibus [1] atque exercitibus ſuis conſulere. T. Otacilius, ad unicum ſubſidium populi Romani Hieronem legatos quum miſiſſet, [2] in ſtipendium, quanti argenti opus fuit, & ſex menſium frumentum, accepit. Cornelio in Sardinia civitates ſociæ benigne contulerunt. Et Romæ quoque propter penuriam argenti, triumviri menſarii rogatione M. Minucii trib. pleb. facti, [3] L. Æmilius Papus qui conſul cenſorque fuerat: & [4] M. Atilius Regulus, qui bis conſul fuerat: & L. Scribonius Libo, qui tum tribunus pleb. erat. Et duumviri creati, M. & C. Atilii, ædem Concordiæ, quam L. Manlius Prætor voverat, dedicaverunt. Et tres pontifices creati, Q. Cæcilius Metellus, & Q. Fabius Maximus, & Q. Fulvius Flaccus; in locum P. Scantinii

ſaucium. immo & Andreas, Beccar. Aſc. Moguntina, & complures aliæ editiones. Pal. tertius: *ictum ſauciumque.* Lipſius conjicit: *graviter relictum ſaucium.* Atqui niſi auctoritas duum vetuſtiſſimorum impediret, reciperem plane alterorum codd. ſcripturam ſine ulla præterea conjectura. Quid enim opus? *graviter ictum ſaucium*, uti jam ante, *armatis dimicantibus*, *vagus errans*, & ſimilia notavimus. *J. Fr. Gron.*

1 *Atque exercitibus ſuis conſulerent*] Scribendum ex genio ſtyli Liviani, *conſulere.* Nec tamen otioſas putes literas ſequentes: ultimam certe accipe pro prænomine ejus, cujus mentio ſtatim ſequitur, ſcribeque *conſulem. T. Otacilius ad unicum ſubſidium* &c. *Idem.*

2 *In ſtipendium quantum argenti*] Meliores: *quanti argenti.* Idem.

3 *L. Æmilius conſul cenſorque*] *L. Æmilium Papum* conſulem cum C. Atilio Regulo, cenſorem cum C. Flaminio intelligit. Glareanus inſcite *L. Æmilium Paullum* qui ad Cannas ceciderat interpretatur. *Sigonius.*

L. Æmilius, qui conſul] Optimi: *L. Æmilius Papus, qui conſul.* quem recte intellexerat Sigonius. *J. Fr. Gron.*

4 *M. Atilius Regulus bis conſul*] *M.* hic *Atilius Regulus* conſul primum fuit cum P. Valerio Flacco, iterum ſuffectus in locum C. Flaminii ad Traſimenum occiſi cum Cn. Servilio Gemino. *Sigonius.*

tinii demortui, & L. Æmilii Paulli Conſulis, & Q. Æ-
22 lii Pæti, qui ceciderant [1] pugna Cannenſi. Quum cætera quæ continuis cladibus fortuna minuerat, quantum conſiliis humanis aſſequi poterant, Patres expleſſent; tandem ſe quoque & ſolitudinem curiæ, paucitatemque convenientium ad publicum concilium reſpexerunt. neque enim poſt [2] L. Æmilium & C. Flaminium cenſores ſenatus lectus fuerat, quum tantum ſenatorum adverſæ pugnæ, ad hoc ſui quemque caſus per quinquennium abſumpſiſſent. [3] Quum de ea re Manius Pomponius Prætor, dictatore poſt Caſilinum amiſſum profecto jam ad exercitum, expoſcentibus cunctis retuliſſet; tum Sp. Carvilius, quum longa oratione non ſolum inopiam, ſed paucitatem etiam civium, ex quibus in Patres legerentur, conqueſtus eſſet; explendi ſenatus cauſſa, & jungendi arctius Latini nominis, pro magna re ſuadere, dixit, ut ex ſingulis populis Latinorum, binis ſenatoribus, [4] ſi Patres Romani cenſuiſſent, civitas daretur: atque in demortuorum locum in ſenatum legerentur. Eam ſententiam haud æquioribus animis, quam ipſorum quondam poſtulatum Latinorum Patres audierunt: & quum fremitus indignantium tota curia eſſet; & [5] præcipue Manlius, eſſe etiam nunc ſtirpis ejus virum, diceret, ex qua quondam in Capitolio Conſul minatus eſſet, quem Latinum in curia vidiſſet, eum ſua manu ſe interfecturum; Q. Fabius Maximus, *Numquam rei ullius alieniore tempore mentionem factam in ſenatu*, dixit, *quam inter tam ſuſpenſos ſociorum animos*, [6] *incertamque fidem, id tactum, quod*

1 *Pugna Cannenſi*] Vet. lib. *in pugna Cannenſi*. Sigonius.

In pugna] Omnes ſcripti: *qui ceciderant pugna Cannenſi*. J. Fr. Gron.

2 *L. Æmilium, C. Flaminium cenſores*] De his cenſoribus dixi in epitoma libri 20. *Sigonius*.

3 *Cum de ea re M. Æmilius prætor*] Lego, *Manius prætor*, ut ante dixi, ut ſit *M' Pomponius*. Idem.

4 *Si patres Romani cenſuiſſent*] Vet. lib. *quos patres Romani cenſuiſſent*. Idem.

5 *Præcipue Manlius*] Put. *præcipue TN Manlius*. Forte *M. Manlius*. inquit Salmaſius. Immo *Titus*. J. Fr. Gron.

6 *Incertamque fidem, id tactum*] Scribebam: *id jactum*. Lib. 5. *Quod prime*

quod insuper sollicitaret eos. eam unius hominis temerariam vocem silentio omnium extinguendam esse: & si quid umquam arcani sanctive ad silendum in curia fuerit, id omnium maxime tegendum, occulendum, obliviscendum, pro non dicto habendum esse. ita ejus rei oppressa mentio est. Dictatorem, qui censor ante fuisset, vetustissimusque ex eis qui viverent censoriis esset, creari placuit, qui senatum legeret: accirique C. Terentium consulem ad dictatorem dicendum jusserunt. qui quum ex Apulia, relicto ibi præsidio, magnis itineribus Romam rediisset; nocte proxima, ut mos erat, [1] M. Fabium Buteonem ex SC. sine magistro equitum dictatorem in sex menses dixit. Is, ubi cum lictoribus in Rostra escendit, [2] *neque duos dictatores tempore uno, quod numquam antea factum esset, probare se*, dixit: [3] *neque dictatorem se sine magistro equitum: nec censoriam vim permissam uni & eidem iterum: nec dictatori, nisi rei gerendæ caussa creato, in sex menses datum imperium. Quæ immoderata fors, tempus ac necessitas fecerint, iis se modum impositurum. nam neque senatu quemquam moturum ex iis, quos C. Flaminius, L. Æmilius censores in senatum legissent: transcribi tantum recitarique eos jussurum; ne penes unum hominem judicium arbitriumque de fama ac moribus senatoris fuerit: &* [4] *ita in demortuorum locum sublecturum, ut ordo ordini, non homo homini prælatus videretur.* Recitato vetere senatu, inde primos

primo velut temere jactum sperni, agitari deinde sermonibus. Lib. 6. *Quum omisso discrimine, vera an vana jaceret, thesauros Gallici auri occultari à Patribus jecit.* Sed vetat Cicero lib. 2 de Orat. *Nam illud tertium, quod & à Crasso tactum est, & (ut audio) ille ipse Aristoteles, qui hæc maxime illustravit, adjunxit.* J. Fr. Gron.

1 *M. Fabium Buteonem*] N. *Fabium* scribi oportere existimo, quia inquit, hunc vetustissimum ex censoriis, qui viverent, fuisse. Censor autem, ut opinor, fuit anno DXII cum C. Aurelio Cotta, cum consul fuisset anno DVI, ut est in Capitolinis tabulis. *Sigonius.*

2 *Neque duos dictatores temp. uno*] Horum dictatorum M. Junii, & Fabii Buteonis, quorum alter rei gerendæ causa creatus aberat, alter senatus legendi causa dictus erat, meminit quoque Plutarchus in Fabio. *Idem.*

3 *Neque dictatorem se sine*] Vet. lib. *neque dictatorem sine magistro equitum*, probe. res enim eum non persona offendebat. *Idem.*

4 *Ita in demortuorum locum sublecturum, ut ordo ordini &c.*] Sensus est;

mos in demortuorum locum legit, qui poſt L. Æmilium & C. Flaminium cenſores curulem magiſtratum cepiſſent, necdum in ſenatum lecti eſſent; [1] ut quiſque eorum primus creatus erat: tum legit, qui [2] ædiles, tribuni plebeii, quæſtoreſve fuerant: [3] tum ex iis qui magiſtratus

eſt: Dictator ne in legendo ſenatu ignominia quemquam afficeret, ex veteribus cenſoriis tabulis ſenatores eo ordine quo in illas relati erant recitavit: in demortuorum autem locum alios ita ſublegit, ut ſi quem alteri præferret, is eum ordinis, non hominis dignitate adductus, prætuliſſe videri poſſet. Nam primum legit eos, qui curulem magiſtratum, deinde qui tribunatum ædilitatemque plebis, & quæſturam geſſiſſent, tum ex iis, qui magiſtratum non cepiſſent, qui ſpolia ex Romano hoſte fixa domi haberent aut coronam civicam accepiſſent. In legendis autem iis qui magiſtratus geſſerant, quo quiſque eorum ordine magiſtratum ceperant, eos ita legebat ac recitabat. *Idem.*

1 *Ut quiſque eorum ſenator primus creatus erat*] Vox *ſenator*, redundat. Hic enim ſenſus eſt: Qui poſt priores cenſores curulem magiſtratum ceperant, quo quiſque illum ordine ceperat, lectum in ſenatum eſſe. *Idem.*

Ut quiſque eorum ſenator primus] Hæc verba ſic interpretatur P. Manutius in libro de ſenatu Romano: ut quiſque curulem magiſtratum aſſecutus in ſenatum venerat, & dicendæ poſt magiſtratum ſententiæ jus acceperat: docetque ut animadverſione dignum, *ſenatorem creari* & *in ſenatum legi* non idem fuiſſe: fatetur tamen, ſi ad veteris conſularis edicti formulam reſpicias, non ſatis proprie Livium eſſe locutum. At Glareanus & Sigonius inducunt τὸ *ſenator*: ſed parum diligentem ſe oſtendit prior, quum Moguntinos hoc vocabulum addidiſſe ſcribit: quod omnes ab Andrea uſque tenuerunt. Sed tamen hic tolerari nequit: & qui magiſtratum curulem ceperit, eum dicere *ſenatorem creatum*, non eſt minus proprie loqui, ſed σολοικίζειν. In MSS. ſincerioribus eſt *ſenatus*: ſic Put. Pet. Pal. Men. Voſſ. & ſcribendum videtur: *ut quiſque eorum magiſtratus primus creatus erat.* J. Fr. Gron.

2 *Ædiles, tribuni, prætores quæſtoreſque*] Paullus Manutius, vir, ut ſupra dixi, ſummo judicio præditus, legendum exiſtimat: *ædiles, tribuni plebis, quæſtoreſque*, & recte; nam prætura inter curules magiſtratus erat, quos ſuperiore verſu complexus eſt. Errorem attulit, ut ſolet, compendioſa ſcriptura: *trib. pr. & trib. pl.* Sigonius.

3 *Tum ex iis, qui ſpolia ex Romano hoſte fixa d. h.*] In manuſcriptis omnibus & pleriſque etiam impreſſis legitur: *tum ex iis, qui magiſtratus cepiſſent, qui ſpolia ex Romano*, &c. Quod cum emendatores neſcio qui non intelligerent, omnino tollendum putarunt. Eſt autem ita legendum: *tum ex iis qui magiſtratus non cepiſſent, qui ſpolia*, &c. Nam ex iis qui magiſtratus ceperant, legit primum, qui curulem, deinde, qui plebeium ceperant magiſtratum. Ex iis autem, qui omnino nullum ceperant magiſtratum, legit, qui ſpolia ex Romano hoſte haberent. *Idem.*

Tum ex iis, qui ſpolia ex Romano] Ut refert Sigonius: *tum ex his, qui magiſtratus cepiſſent, qui ſpolia:* omnes boni libri, nec quicquam verius emendatione ejuſdem negativam interponentis, quæ & nobis ad conſpectum veteris ſcripturæ naſcebatur. Cæterum & optimus liber: *qui ſpolia ex hoſte fixa domi haberent aut civicam Romanam* acce-

ſtratus non cepiſſent, qui ſpolia ex hoſte fixa domi haberent, aut civicam coronam accepiſſent. Ita centum ſeptuaginta ſeptem [1] cum ingenti approbatione hominum in ſenatum lectis, extemplo ſe magiſtratu abdicavit, privatuſque de Roſtris deſcendit; lictoribus abire juſſis. turbæque ſe immiſcuit privatas agentium res, [2] tempus hoc ſedulo terens, ne deducendi ſui cauſſa populum de foro abduceret: neque tamen elanguit cura hominum ea mora, frequenteſque eum domum deduxerunt. Conſul nocte inſequenti ad exercitum rediit; non facto certiore ſenatu, ne comitiorum cauſſa in urbe retineretur. Poſtero die [3] conſultus à Man. Pomponio prætore ſenatus decrevit dictatori ſcribendum, uti, ſi è republica cenſeret eſſe, ad conſules ſubrogandos veniret cum magiſtro equitum, & prætore M. Marcello, ut ex iis præſentibus noſcere Patres poſſent, [4] quo ſtatu reſpublica eſſet, conſiliaque ex rebus caperent. Qui acciti erant, omnes venerunt, relictis legatis qui legionibus præeſſent. 24
Dictator, [5] de ſe pauca ac modice locutus, in magiſtrum equitum, Ti. Sempronium Gracchum, magnam partem gloriæ vertit; comitiaque edixit, quibus L. Poſtumius tertium abſens, qui tum Galliam provinciam obtinebat, & Ti. Sempronius [6] Gracchus, qui tum magiſter equitum

accepiſſent. Bene *ex hoſte fixa:* nam *hoſtis Romanus* eſt Romanus hoſtis alteri; non hoſtis Romanorum. *J. Fr. Gron.*

1 *Cum ingenti approbatione omnium*] Put. Pet. Men. tres Pall. *cum ingenti approbatione hominum.* Idem.

2 *Tempus hoc ſedulo terens*] Vet. lib. *hic*, id eſt, *in foro.* Sic etiam reddit Plutarchus in Fabio, ubi eandem rem his verbis perſequitur: ὡς πρὸ ἰδιωτικοῦ τοῦ τῆς ἀγορᾶς ἀντεχόμενα. *Sigonius.*

3 *Conſultus à M. Pomponio prat. ſen.*] Ita lib. vet. Ex hoc loco convincitur etiam ſupra bis mendoſe eſſe *M. Æmilio prætore.* Idem.

4 *Quo ſtatu reſpublica eſſent*] Vet. lib. *reſpub. eſſet.* Idem.

5 *De ſe pauca ac modice loquutus*] Optimi: *ac demodice.* An *permodice?* J. Fr. Gron.

6 *Gracchus, qui tum magiſter equitum eo accurrerat*] Vet. lib. *qui tum magiſter equitum, & ea accurrerat.* Suſpicor legendum *ad ea*, ut comitia intelligamus: opponit enim hunc Poſtumio, ille enim abſens in Gallia, hic cum ad comitia accurriſſet, conſul eſt creatus: ſic paulo ante, *qui tum Galliam provinciam obtinebat.* L. autem Poſtumius Albinus primum

tum eo accurrerat, conſules crearentur. Prætores inde creati, M. Valerius Lævinus, Ap. Claudius Pulcher, Q. Fulvius Flaccus, Q. Mucius Scævola. Dictator, creatis magiſtratibus, Theanum in hiberna ad exercitum rediit; relicto magiſtro equitum Romæ: qui quum poſt paucos dies magiſtratum initurus eſſet, de exercitibus ſcribendis comparandiſque in annum, Patres conſuleret. Quum eæ res maxime agerentur, [1] nova clades nunciata; [2] aliam ſuper aliam cumulante in eum annum fortuna; L. Poſtumium conſulem deſignatum, in Gallia ipſum atque exercitum deletos. Silva erat vaſta ([3] Litanam Galli vocabant) qua exercitum traducturus erat. ejus ſilvæ dextra lævaque circa viam Galli arbores ita inciderant, ut immotæ ſtarent, [4] momento levi impulſæ occiderent. Legiones duas Romanas habebat Poſtumius, ſociumque ab ſupero mari tantum conſcripſerat, ut viginti quinque millia armatorum [5] in agros hoſtium induxerit. Galli [6] oram extremæ ſilvæ quum circumſediſſent, ubi intravit agmen ſaltum, tum extremas arborum ſucciſarum impellunt. quæ alia in aliam inſtabilem per ſe ac

mum cum Sp. Carvilio Maximo, iterum cum Cn. Fulvio Centumalo conſul fuerat. *Sigonius.*

Equitum eo accurrerat] Glareanus *cum eo*, ut intelligas dictatore. Nobis quoque in ſcriptis obvium fuit *& ea accurrerat*, ut Sigonio. Sed Andreas, Tarviſ. duo Venetæ edd. *& eo occurrerat*. Scribendum: *qui tum magiſter equitum ad ea occurrerat*. Nempe comitia. Livii eſt *occurrere ad concilium, occurrere ad comitia*. Dicemus infra. *J. Fr. Gron.*

1 *Nova clades nunciata*] Hujus Poſtumianæ cladis auctor eſt etiam Polyb. lib. 3 extremo. *Sigonius.*

2 *Alia ſupra alia*] Vet. lib. *ſuper aliam*. Idem.

Alia ſuper alia cumulante in eum annum fortuna] Plures: *alia ſuper aliam*. Sed unus è Pall & Voſſ. clare, ut conjiciebam: *aliam ſuper aliam*. Referuntur enim ad *cladem* hæ voces. *J. Fr. Gronov.*

3 *Litanam Galli vocant*] Hujus ſilvæ, & harum inſidiarum meminit etiam Frontinus lib. 1 cap. 6. *Sigonius.*

Litanam Galli vocant] Optimi, *vocabant*. J. Fr. Gron.

4 *Momento levi impulſæ occiderent*] Valde faveo huic etiam veterum librorum ſcripturæ, modo exemplum ſit. Secus poſſes, *conciderent*. Andreas: *ceciderent*. Idem.

5 *In agros hoſtium induxiſſet*] Et optimi & lex loquendi, *induxerit*. Idem.

6 *Oram extremæ ſilvæ*] Aliter tamen loquitur 21, 31. *Inde per extremam oram Vocontiorum agri tetendit in Tricorios*. Jac. Gron.

1 *Ne*

Digitized by Google

ſe ac male hærentem, incidentes, ancipiti ſtrage, arma, viros, equos obruerunt, ut vix decem homines effugerent. Nam quum exanimati plerique eſſent arborum truncis fragmentiſque ramorum, cæteram quoque multitudinem inopinato malo trepidam, Galli, ſaltum omnem armati circumſidentes, interfecerunt; paucis è tanto numero captis, qui fluminis pontem petentes, obſeſſo ante ab hoſtibus ponte intercluſi ſunt. Ibi Poſtumius, omni vi, [1] ne caperetur, dimicans occubuit. ſpolia corporis caputque ducis præciſum Boii ovantes, templo, quod ſanctiſſimum eſt apud eos, intulere: purgato inde capite, ut mos iis eſt, calvam auro cælavere. [2] idque ſacrum vas iis erat, quo ſolennibus libarent: [3] poculumque idem ſacerdoti eſſe, ac templi antiſtitibus. Præda quoque haud minor Gallis quam victoria fuit. nam etſi magna pars animalium ſtrage ſilvæ oppreſſa erat, tamen cæteræ res, quia nihil diſſipatum fuga eſt, ſtratæ per omnem jacentis agminis ordinem inventæ ſunt. Hac nunciata clade, quum per dies multos in tanto pavore fuiſſet civitas, ut, tabernis clauſis, velut nocturna ſolitudine per urbem acta, ſenatus ædilibus negotium daret, ut urbem circumirent, aperirique tabernas, & [4] mœſtitiæ publicæ ſpeciem urbi demi juberent; tum Ti. Sempronius ſenatum habuit, conſolatuſque Patres eſt & adhortatus, *ne, qui Cannenſi ruinæ non ſuccubuiſſent, ad minores calamitates animos ſummitterent. quod ad Carthaginienſes hoſtes* [5] *Annibalemque attinet,* [6] *proſpera modo eſſent, ſicut ſperaret, futura;*

1 *Ne caperetur obnixus*] Jam ſic Aſcenſius, Beckarius, Juntas. At Andreas, Taryſ. Venet. cum promiſcuis codicibus, ignorant τὸ *obnixus*. Scribamus igitur cum Put. Petav. Pal. *omni vi, ne caperetur, dimicans occubuit.* J. Fr. Gron.

2 *Idque ſacrum vas iis erat, quo ſolennibus libarent, poculumque idem ſacerdoti eſſe*] Freinshemius ut ſupervacuum delet τὸ *eſſe*; ego potius τὸ *erat*, & hoc refero ad illa, de quibus ad lib. 6, 27. *Idem.*

3 *Poculumque idem ſacerdotis*] Vet. lib. *ſacerdoti.* Sigonius.

4 *Mœſtitiæ ſpeciem publicæ*] Vet. lib. *mœſtitiæ p. ſp.* Idem.

5 *Annibalemque attinet*] Forte, *attineret.* J. Fr. Gron.

6 *Proſpera modo eſſet, ſicut ſperaret, fortuna*]

futura; Gallicum bellum & omitti tuto & differri posse: ultionemque eam fraudis in Deorum ac populi Romani potestate fore. De hoste Pœno exercitibusque, per quos id bellum gereretur, consultandum atque agitandum. Ipse primum quid peditum equitumque, quid civium, quid sociorum in exercitu esset dictatoris, disseruit. Tum Marcellus suarum copiarum summam exposuit. Quid in Apulia cum C. Terentio consule esset, à peritis quæsitum est: [1] nec unde consulares exercitus satis firmi ad tantum bellum efficerentur, inibatur ratio. itaque Galliam, quamquam stimulabat justa ira, omitti eo anno placuit. Exercitus dictatoris Consuli decretus est. [2] *De exercitu Marcelli, qui eorum ex fuga Cannensi essent, in Siciliam eos traduci, atque ibi militare,*

fortuna] Optimi: *modo essent, sicut speraret, futura.* J.Fr.Gron.

1 *Duo ne consulares exercitus satis firmati tanto bello sufficerent*] Vet. lib. *ne secundo consulares exercitus satis firmi ad tantum bellum efficerentur, inibatur ratio.* Quod cum ita sit, aptior est certe ad sententiam emendatio Vallæ, qui pro, *ne secundo*, legit, *nec quomodo*. Sequitur enim: *itaque Galliam omitti eo anno placuit.* Sigonius.

Duone cons. e. satis firmati tanto bello sufficerent] Sic pessime correctores, quum in MSS. & ante Vallam esset: *ne secundo cons. exerc. sat. firmi ad tantum bellum efficerentur.* Unde Valla: *nec quomodo consul.* Melius certe quam illi, judice quoque Sigonio. Put. *quaesitum est necundo consulares.* Manus secunda inter *e* & *c* adjecerat inter versus syllabam *se*. Inde ortum & propagatum in sequiores omnes libros: *ne secundo.* Vera est autem quam edidimus: *nec, unde consulares exercitus satis firmi ad tantum bellum efficerentur, inibatur ratio.* Ad phrasin illustrandam Cæsar 1 de Gall. *Regno occupato per tres potentissimos ac firmissimos populos.* Lib. 5. *Senones, quæ est civitas in primis firma & magnæ inter Gallos auctoritatis.* Lib. 7. *Cohortes, quas minime firmas ad dimicandum esse existimabat.* Varro lib. 2 de Rust. 12. *Mulieres esse oportet firmas, quæ in opere non cedant viris.* Ovidius lib. 3 Fastor. *Inde datæ leges, ne firmior omnia posset.* sic meliores MSS. ubi substituerunt *fortior:* lib. 7 Metam. *qui quamquam milite, quamquam Classe valet, patria tamen est firmissimus ira.* Nam *fortissimus*, quod non male videntur habere libri quidam Bersmanno, alterius est explicatio. Columella quoque, ut semper eleganter lib. 6. *Major pregnantibus adhibenda cura est, largoque pascuo firmanda.* Eodem: *& defecto viridi pabulo & largo ordeo firmandus.* Jam Sallustii, *exercitum argento fecit*, notum est ex crebra Arruntii imitatione Senecæ reprehensa. Noster lib. 25. *Summaque trium & viginti legionum eo anno effecta est.* Lib. 31. *Donec & ipse quinque millia socium ac nominis Latini effeciset.* J. Fr. Gron.

2 *De exercitu Marcelli qui ex fuga*] Laudat Glareanus: *De exercitu eos qui ex fuga.* Plerique veteres: *De exercitu Marcelli, eorum qui:* aut eodem modo deleta voce *Marcelli.* Sed Put. & Vet. *De exercitu Marcelli, qui eorum ex fuga.* Idem.

1 *Nisi*

re, donec in Italia bellum eſſet, placuit. eodem ex dictatoris legionibus rejici militem minimi quemque roboris: nullo præſtituto militiæ tempore, [1] *niſi qui ſtipendiorum legitimorum eſſet. Duæ legiones urbanæ alteri Conſuli, qui in locum L. Poſtumii ſuffectus eſſet, decretæ ſunt: eumque, quum primum ſalvis auſpiciis poſſet, creari placuit. legiones præterea duas primo quoque tempore ex Sicilia acciri:* [2] *atque inde conſul, cui legiones urbanæ eveniſſent, militum ſumeret quantum opus eſſet.* [3] *C. Terentio Conſuli propagari in annum imperium: neque de eo exercitu quem ad præſidium Apuliæ haberet, quicquam minui.* Dum hæc in 26
Italia geruntur apparanturque, nihilo ſegnius in Hiſpania bellum erat: ſed ad eam diem magis proſperum Romanis, [4] P. & Cn. Scipionibus inter ſe partitis copias, ut Cnæus terra, Publius navibus rem gereret. Aſdrubal Pœnorum imperator, neutri parti virium ſatis fidens, [5] procul ab hoſte, intervallo ac locis tutus tenebat ſe: cui mul-

1 *Niſi quod ſtipendiorum*] MSS. *qui*. Et puto rectius, *niſi qui legitimorum ſtipendiorum eſſent*. Miles dicitur *eſſe ſtipendiorum legitimorum*, qui ſtipendiorum legitimorum numerum confecit. *J. Fr. Gron.*

2 *Atque inde conſul cui* &c. *militum ſumeret*] Put. *ſumere*. Forte: *atque inde conſulem cui* &c. *militum ſumere*. Idem.

3 *C. Terentio conſuli prorogari in annum imperium*] Put. Pal. Voſſ. & plerique ſcripti *propagari*, nec non Andreas, Bec. Tarviſ. ambo Veneti. Mutatum in Aſcenſio video. Suetonius Auguſt. 23. *Præſidibus provinciarum propagavit imperium*. Caligula 29. *Propagari ſibi commeatum ſæpius deſiderantem*. Cicero ad Attic. 8, 3. *Ille provincia propagator*. Lib. 5 Famil. 15. *Ea vita, in qua nihil inſit, niſi propagatio miſerrimi temporis*. Idem.

4 *P. & Cn. Scip. inter ſe partiti cop.*] In vet. lib. eſt *partitis copias*: ut legendum eſſe videatur *partiti ſunt copias*. Ita enim lib. 24. *Ita inter ſe munera belli partiti ſunt, ut Epicides præeſſet cuſtodiæ urbis, Hippocrates adverſus Cos. Romanum bellum gereret*. Niſi malis *partitis copiis*, & ſententiæ aliquid deeſſet, ut lib. 25. *Optimum rati diviſis bifariam copiis, totius ſimul Hiſpaniæ ampletti bellum, ita inter ſe diviſerunt, ut* &c. *Sigonius*.

Publius & Cnæus Scipiones inter ſe partiti] Sigonius in veteri ait eſſe *partitis*, ut legebat Glareanus: unde ſcribit ille: *partiti ſunt copias*, vel *partitis copiis*. Sed optimi noſtri Voſſ. & Pall. tres: *P. & Cn.* (intellige, *Publio & Cnæo*) *Scipionibus inter ſe partitis copias, ut Cnæus terra, Publius navibus rem gereret; Aſdrubal Pœnorum imperator*. Deeſt enim etiam τὸ *mari* cum copulativa. *J. Fr. Gron.*

5 *Procul ab hoſte, intervallo ac locis tutis*] Optimi, *tutus*. Lib. 27. *Concurſatorem hoſtem atque intervallo tutum*. Lib. 28. *Urbem aut ſitu ac munimento tutam*. Lib. 31. *Tumulum quamvis levi munimento tutum*. Ovidius lib. 13 Met. *Conſtitit hic, & tuta loco*. Tacit. 3 Hiſtor. *Caſtra permuniit, tutus loco, quum terga flumine, latera objectu paludis*

multum ac diu obteſtanti, quatuor millia peditum, & quingenti equites in ſupplementum miſſi ex Africa ſunt. Tum refecta tandem ſpe, caſtra propius hoſtem movit: claſſemque & ipſe inſtrui pararique jubet, ad inſulas maritimamque oram tutandam. In ipſo impetu movendarum de integro rerum, perculit eum præfectorum navium tranſitio: qui poſt claſſem ad Iberum per pavorem deſertam graviter increpiti, numquam deinde ſatis fidi aut duci aut Carthaginienſium rebus fuerant. Fecerant ii transfugæ motum in [1] Carpeſiorum gente, deſciverantque iis auctoribus urbes aliquot: una etiam ab ipſis vi capta fuerat. In eam gentem verſum ab Romanis bellum eſt: infeſtoque exercitu Aſdrubal ingreſſus agrum hoſtium, pro captæ ante dies paucos urbis mœnibus, [2] Galbum nobilem Carpeſiorum ducem, cum valido exercitu caſtris ſeſe tenentem, aggredi ſtatuit. Præmiſſa igitur levi

dis tegerentur. Florus 2, 3. *Tuti locis & fuga.* J. Fr. Gron.

6 *Tutius tenebat ſe, cui multum ac diu obteſtanti*] Voſſ. & Pal. *quo id multum.* Pal. alter, Gud. Mureti: *quoad multum.* Recte. Valet hic illa particula non *quamdiu*, ut cum Cicero ait, *quoad erit integrum*, ſed *tam diu donec*, ut ipſe Livius lib. 26. *Quoad dedita arx eſt, cædes tota urbe paſſim facta.* Vide Gellium lib. 7 cap. 21. *Idem.*

1 *Tarteſiorum gentem*] Aſii *Carteſiorum.* Tarteſos oppidum ad Calpen, ita & Græcis dictum, alias Carteia, ut Plin. lib. 3 cap. 1 innuit. Nec diſtantia ab Ibero impedit, cum Haſdrubal alibi ad Oceanum uſque fugiſſe dicatur. *Glarean.*

In Carpeſiorum gente] Glareanus nuſquam ſe legiſſe *Carpeſios* populos ait, itaque *Tarteſios* mavult, a *Tarteſo* oppido ad Calpen ſito. *Carpeſiorum* tamen ad Iberum meminit Polybius lib. 3. & Stephanus ita: Καρπήσιοι ἔθνος Ἰβηρικὸν πρὸς ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ. *Sigonius.*

In Carpeſiorum gente] Hoc natum Mogontiaci: accepit primus inde Aldus in Erratis hujus tomi ſic corrigendum monens: deinde Juntas, Frobenius & omnes. Andreas, Beccar. Aldus ipſe in corpore Livii: *Cartheſiorum.* Duæ Ven. Aſcen. Savet. *Tartheſiorum.* Hinc Glareanus *Tarteſſiorum* mavult, Sigonius *Carpeſiorum.* Sane Καρπήσιοι Polybio, qui Livio ſuperiore in hiſtoria *Carpetani:* & ad illum reſpexit Stephanus, cui Καρπήσιοι ἔθνος Ἰβηρικόν. Cæterum MSS. item fere dant ſecundum Glareanum. Put. Petaviani, Men. Reg. Voſſ. Pal. *Tarteſſiorum.* aut *Tarteſiorum.* duo alii Pal. *Cartheſiorum.* Nuſquam *Carpeſiorum:* nec id ex membranis expreſſiſſe, ſed ex Polybio finxiſſe videntur. *J. Fr. Gron.*

2 *Galbum nobilem Carpeſiorum* &c. *caſtris ſe detinentem*] Optimi: *Chalbum nobilem Tarteſſiorum ducem.* Tum *caſtris ſe tetenentem.* non *detinentem*, quod vix eſt hoc ſenſu Latinum. Corrige: *caſtru ſe ſe tenentem.* Lib. 31. *Intra muros deinde tenentibus milites Athenienſibus.* Idem.

1 Qua

vi armatura, [1] quæ eliceret hoſtes ad certamen, peditum partem ad depopulandum per agros paſſim dimiſit, ut palantes exciperent. Simul & ad caſtra tumultus erat, & per agros fugaque & cædes; deinde undique diverſis itineribus quum in caſtra ſe recepiſſent, adeo repente deceſſit animis pavor, ut non ad munimenta modo defendenda ſatis animorum eſſet, ſed etiam ad laceſſendum hoſtem prœlio. Erumpunt igitur agmine è caſtris, tripudiantes, more ſuo: repentinaque eorum audacia terrorem hoſti paulo ante ultro laceſſenti incuſſit. itaque & ipſe Aſdrubal, in collem ſatis arduum, [2] tutumque flumine etiam objecto, tum copias ſubducit, & præmiſſam levem armaturam, equiteſque palatos, eodem recipit: nec aut colli aut flumini ſatis fidens, vallo caſtra permunit. In hoc alterno pavore, certamina aliquot ſunt contracta. nec Numida Hiſpano eques par fuit: nec jaculator Maurus cetrato, velocitate pari, robore animi viriumque, aliquantum præſtanti. Poſteaquam neque elicere Pœnum ad certamen obverſati caſtris poterant, neque caſtrorum oppugnatio facilis erat; [3] urbem Aſenam, quo fines hoſtium ingrediens Aſdrubal frumentum commeatuſque alios convexerat, vi capiunt, omnique circa agro potiuntur. nec jam aut in agmine aut in caſtris, ullo imperio contineri. Quam ubi negligentiam ex re (ut fit) bene geſta oriri ſenſerat Aſdrubal, cohortatus milites, [4] ut palatos ſine ſignis hoſtes aggrederentur; [5] degreſſus colle, pergit ire acie inſtructa ad caſtra. quem ut adeſſe tumultuoſe [6] nuncii refugientes ex ſpeculis ſtationibuſque

27

que

1 *Quæ eliceret hoſtes ad pugnam*] Meliores, *certamen*. J. Fr. Gron.

2 *Tutumque flumine etiam objecto*] Cantabrig. ejecta copulativa, quæ nihil huc facit, *tutum flumine* &c. Itidem ex Put. notavit Salmaſius. *Jac. Gron.*

3 *Urbem Aſenam*] Vet. lib. *Aſcuam*. *Sigonius.*

Urb. Aſenam] Omnes, ut & Sigonianus, *Aſcuam*. J. Fr. Gron.

4 *Ut palantes ſignis hoſtes*] Scripti: *ut palatos ſine ſignis hoſtes*. Idem.

5 *Digreſſus colle*] *Degreſſus*, ut alias. *Sigonius.*

6 *Nuntii refugientes ex ſpeculis ſtationibuſque attulere*] Optimi: *adeſſe tumultuoſe nuntiares fugientes*. Poſſis ſuſpicari

que attulere, ad arma conclamatum eſt. Ut quiſque arma ceperat, ſine imperio, ſine ſigno, incompoſiti, inordinati in prœlium ruunt. Jam primi conſeruerunt manus, quum alii catervatim currerent, alii nondum è caſtris exiſſent. [1] tamen primo ipſa audacia terruere hoſtem. deinde rari in confertos illati: quum paucitas parum tuta eſſet, reſpicere alii alios, & undique pulſi coire in orbem, & dum corporibus applicantur, armaque armis jungunt, in arctum compulſi, quum vix movendis armis ſatis ſpatii eſſet, corona hoſtium cincti, ad multum diei cæduntur. Exigua pars eruptione facta, ſilvas ac montes petit: parique terrore & caſtra ſunt deſerta, & univerſa gens poſtero die in deditionem venit. [2] Nec diu in pacato manſit. nam ſubinde ab Carthagine allatum eſt, ut Aſdrubal primo quoque tempore in Italiam exercitum duceret. quæ vulgata res per Hiſpaniam, omnium ferme animos ad Romanos avertit. Itaque Aſdrubal extemplo literas Carthaginem mittit; indicans, *quanto fama profectionis ſuæ damno fuiſſet. Si vero inde pergeret, priuſquam Iberum tranſiret, Romanorum Hiſpaniam fore. Nam præterquam quod nec præſidium nec ducem haberet, quem relinqueret* [3] *pro ſe; eos imperatores eſſe Romanos, quibus vix æquis viribus reſiſti poſſit. Itaque ſi ulla Hiſpaniæ cura eſſet, ſucceſſorem ſibi cum valido exercitu mitterent:* [4] *cui ut omnia proſpere evenirent,*

ri τὸ *attulere* à mala manu eſſe, & ſcribendum: *quem ut adeſſe tumultuoſe nuntiavere refugientes ex ſpeculis ſtationibuſque, ad arma conclamatum eſt.* Putaverunt fartores deeſſe ſubſtantivum, ideo fecerunt *nuntii*, & poſtmodum illud adjecerunt. Lib. 42. *Quum ex frumentatoribus refugientes quidam in caſtra nuntiaſſent conſuli circumſideri præſidium.* J. Fr. Gron.

1 *Tum primo ipſa*] Scripti: *tamen primo ipſa audacia.* Idem.

2 *Nec diu in pacato manſit*] Diſplicet genus dicendi Glareano. Poſſis intelligere, *ſtatu:* aut lege: *Nec diu pacata manſit.* nempe *gens.* Idem.

3 *Pro ſe imperatores*] Meliores: *quem relinqueret prope eos imperatores eſſe Romanos.* Ita plane Put. Scribe: *quem relinqueret pro ſe: eos imperatores eſſe Romanos.* Niſi malit: *quem relinqueret prope eos imperatores Romanos,* extrito τὸ *eſſe.* Idem.

4 *Cui ſi omnia proſpere evenirent*] Idem, Pet. Men. carent particula *ſi.* Nempe fuit: *cui ut omnia evenirent.* Tale vitium apud Cæſarem lib. 2 de bello Gall. in principio: *qui Germanos*

diutius

Digitized by Google

rent, non tamen otioſam provinciam fore. Hæ literæ quam- 28
quam primo admodum moverunt ſenatum; tamen quia Italiæ cura prior potiorque erat, nihil de Aſdrubale, neque de copiis ejus mutatum. Himilco, cum exercitu juſto, & aucta claſſe, ad retinendam terra marique, ac tuendam Hiſpaniam eſt miſſus; qui ut pedeſtres navaleſque copias trajecit, caſtris communitis, navibuſque ſubductis, & vallo circumdatis, cum equitibus delectis ipſe, quantum maxime accelerare poterat, per dubios infeſtoſque populos juxta intentus ad Aſdrubalem pervenit. Quum decreta ſenatus mandataque expoſuiſſet, atque edidiciſſet ipſe invicem, quemadmodum tractandum bellum in Hiſpania foret, retro in ſua caſtra rediit; nulla re quam celeritate tutior, quod undique abierat, [1] antequam conſentirent. Aſdrubal, priuſquam moveret caſtra, pecunias imperat populis omnibus ſuæ ditionis; ſatis gnarus, Annibalem tranſitus quoſdam pretio mercatum: nec auxilia Gallica aliter quam conducta habuiſſe; inopem tantum iter ingreſſum, vix penetraturum ad Alpes fuiſſe. pecuniis igitur raptim exactis, ad Iberum deſcendit. Decreta Carthaginienſium & Aſdrubalis iter ubi ad Romanos ſunt perlata, omnibus omiſſis rebus, ambo duces, junctis copiis, ire obviam cœptis atque obſiſtere parant; rati ſi Annibali, vix per ſe ipſi tolerando Italiæ hoſti, Aſdrubal dux atque Hiſpanienſis exercitus eſſet junctus, [2] illum Romani finem imperii fore. His anxii curis,

diutius in Gallia verſari nollent, ita populi Romani exercitum hiemare atque inveteraſcere in Gallia moleſte ferebant. Nam & ſenſus & Græcus interpres volunt: *qui ut Germanos.* Uſus particulæ idem apud eundem lib. 3 de Gall. *Ac jam ut omnia contra opinionem accideren, tamen ſe plurimum navibus poſſe.* J. Fr. Gron.

1 *Antequam populi conſentirent*] Sic quidem jam & Andreas. Scripti omnes: *antequam conſentirent.* Nec aliter invenit Valla: qui reprehendit æmulos ſuos corrigentes, *cum ſentirent* ipſe ſubjecit: *conſules ſentirent.* Sed Publius & Cnæus jam deſierant eſſe conſules. Quin ſalva ſit vetus ſcriptura: nimirum Hiſpani ubique, qua tranſibat, ad eum obruendum. Non enim poterat fieri ſine cœtu & concurſu, quum delectos equites præſidium ſecum traheret Himilco. *Idem.*

2 *Illico Romani finem imperii fore*] Tres Pall. Men. Voſſ. & editiones

ris, ad Iberum contrahunt copias, & tranſito amne, quum diu conſultaſſent, utrum caſtra caſtris conferrent, an ſatis haberent, ſociis Carthaginienſium oppugnandis, morari ab itinere propoſito hoſtem; urbem à propinquo flumine Iberam appellatam, opulentiſſimam ea tempeſtate regionis ejus, oppugnare parant. quod ubi ſenſit Aſdrubal, pro ope ferenda ſociis, pergit ipſe ire ad urbem, deditam nuper in fidem Romanam, oppugnandam. ita jam cœpta obſidio omiſſa ab Romanis eſt, & in ipſum
29 Aſdrubalem verſum bellum. Quinque millium intervallo caſtra diſtantia habuere paucos dies: nec ſine levibus prœliis, nec ut in aciem exirent. tandem uno eodemque die velut ex compoſito utrimque ſignum pugnæ propoſitum eſt, atque [1] omnibus copiis in campum deſcenſum eſt. Triplex ſtetit Romana acies. [2] velitum pars inter anteſignanos locata, pars poſt ſigna accepta, equites cor-

uſque ad Aſcenſium: *illi Romani*. Pet. melior: *illus*. Put. vere & elegantiſſime: *illum Romani*. Lib. 2. *Ita ceſi in medio prædatores, neque ad pugnam viribus pares, & ad fugam ſeptis omnibus viis: finiſque ille tam effuſe vagandi Etruſcis fuit*. Lib. 3. *Ille finis Appio aliena perſona ferenda fuit*. Iterumque: *Is finis pugnæ equeſtris fuit*. Lib. 6 extremo: *Et ne is quidem finis certaminis fuit*. J. Fr. Gron.

1 *Omnibus copiis in campum deſcenſum eſt*] Verbum *eſt* & poteſt commode abeſſe, quia paullo ante *propoſitum eſt*, nec inveniebatur in Gu. & Mureti libris. *Idem*.

2 *Peditum pars ante ſigna locata*] Pet. Men. tres Pall. *pars interante ſigna*. Put. *velitum pars interanteſignalos locata*. Unde ſcribendum haud dubie: *velitum pars inter anteſignanos locata*. Sic lib. 30. *Viæ patentes inter manipulos anteſignanorum velitibus complevit*. Lib. 38. *Quod ubi Romani viderunt, expediunt ſeſe ad pugnam. ante ſigna modico intervallo velites eunt*. Sunt ergo de Livii ſententia non omnes anteſignani velites. Quod & indicat lib. 27. *In eas velites anteſignanique & qui primi agminis erant*. Et Vegetii lib. 2, 2. *Legio autem propriis cohortibus plena, cum gravem armaturam, hoc eſt, principes, haſtatos, triarios, anteſignanos, item levem armaturam, hoc eſt ferentarios, ſagittarios, funditores, balliſtarios, cum propries & ſibi inſitos equites legionarius, iiſdem matriculis teneat*. Eſt autem hæc mens ejus: triplex ſtetit Romana acies, haſtatorum, principum, triariorum: hos intellige partim anteſignanos, partim ſub ſignis: extra hunc numerum velites, quorum alios intermiſtos anteſignanis, alios poſt ſigna locatos fuiſſe ait: tum equitem in duo cornua diviſum. *Velites* autem hic intellige, non illos eximios, quos lib. 26 demum in obſidione Capuæ inſtitutos narrat, conſentiente Valerio Maximo lib. 2, 3: ſed in genere levis armaturæ militem. Non aliter diſpoſuerat lib. 8. nam ibi quoque haſtatos & principes *anteſignanos* facit; haſtatorum manipulis ſingulis addit vicenos leviter armatos. Eſt autem vox

cornua cinxere. Aſdrubal mediam aciem Hiſpanis firmat: in cornibus, dextro Pœnos locat, [1] lævo Afros, mercenariorumque auxilia equitum, Numidas Pœnorum peditibus; cæteros Afris pro cornibus opponit. nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, ſed quibus deſultorum in modum, binos trahentibus equos inter acerrimam ſæpe pugnam in recentem equum ex feſſo armatis tranſultare mos erat: tanta velocitas ipſis, tamque docile equorum genus eſt. Quum hoc modo inſtructi ſtarent, imperatorum utriuſque partis haud ferme diſpares ſpes erant. nam ne multum quidem, aut numero, aut genere militum, hi aut illi præſtabant: militibus longe diſpar animus erat. Romanis enim, quamquam procul à patria pugnarent, facile perſuaſerant duces, pro Italia atque urbe Romana eos pugnare. itaque, velut quibus reditus in patriam eo diſcrimine pugnæ verteretur, obſtinaverant animis, vincere aut mori. Minus pertinaces viros habebat altera acies. nam maxima pars Hiſpanī erant: qui vinci in Hiſpania, quam victores in Italiam trahi, malebant. Primo igitur concurſu quum vix pila conjecta eſſent, retulit pedem media acies, inferentibuſque ſeſe magno impetu Romanis terga vertit. Nihilo

vox eadem corrupta vulgo apud Frontinum lib. 2, 3, 17. *Tum poſtſignanis, qui in ſecunda acie erant, imperavit, ut denſos numeroſoſque palos firme in terram defigerent: intraque eos, appropinquantibus quadrigis, ante ſigna noſtram aciem recepit.* Lego: *anteſignanorum aciem recepit.* J. Fr. Gron.

1 *Lævo Afros: mercenariorumque auxilia equitum*] Alb. Rubenius monuit me ſcribendum & diſtinguendum: *lævo Afros mercenariorumque auxilia: equitum Numidas Pœnorum peditibus, cæteros Afris pro cornibus apponit.* Facile amplector, niſi quod *τὸ opponit* mutare nondum audeo. Auctor de bello Africano: *Sagittarios ante aciem conſtituit: equites dextro ſiniſtroque cornu opponit.* Livius lib. 2. *Manlius conſul revectus in caſtra, ad omnes portas militem oppoſito, hoſtibus viam clauſerat.* Lib. 27. *Circa eos lævo in cornu adverſus Claudium Gallos opponit.* Lib. 34. *Non ſuſtinuit impetum eorum ſtatio, quæ porta oppoſita erat.* Lib. 37, in acie Romana adverſus Antiochum: *Ultra eos equitum minus tria millia oppoſuit.* Et mox: *quatuor tamen inde turmæ equitum oppoſitæ.* Et in acie Antiochi: *Ad latus dextrum phalangitarum mille & quingentos equites Gallogræcorum oppoſuit.* Hæc propemodum exigunt: *equitum Numidas Pœnorum peditum, cæteros Afrorum pro cornibus opponit.* Et ſane Voſſianus manu ſecunda inter verſus *Afrorum.* Idem.

lo ſegnius in cornibus prœlium fuit. hinc Pœnus, hinc Afer urget: & velut in circumventos prœlio ancipiti pugnant. Sed quum in medium tota jam coiſſet Romana acies, ſatis virium ad dimovenda hoſtium cornua habuit. [1] itaque duo diverſa prœlia erant: utroque Romani, [2] ut qui pulſis tandem mediis, & numero & robore virorum præſtarent, haud dubie ſuperarunt. Magna vis hominum ibi occiſa. & niſi Hiſpani vix dum conſerto prœlio tam effuſe fugiſſent, perpauci ex tota ſuperfuiſſent acie. Equeſtris pugna nulla admodum fuit. quia ſimul inclinatam mediam aciem Mauri Numidæque viderunt, extemplo fuga effuſa nuda cornua, elephantis quoque præ ſe actis, deſeruere. [3] Et Aſdrubal uſque ad ultimum eventum pugnæ moratus, è media cæde cum paucis effugit. [4] Caſtra Romani cepere, atque diripuere. Ea pugna, ſi qua dubia in Hiſpania erant, Romanis adjunxit: Aſdrubalique non modo in Italiam traducendi exercitus, ſed ne manendi quidem ſatis tuto [5] in Hiſpania, ſpem reliquit. Quæ poſteaquam literis Scipionum Romæ vulgata ſunt; non tam victoria, quam prohibito Aſ-
30 drubalis in Italiam tranſitu lætabantur. Dum hæc in Hiſpania geruntur, Petellia in Bruttiis aliquot poſt menſibus quam cœpta oppugnari erat, ab Himilcone, præfecto Annibalis, expugnata eſt; [6] multoque ſanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria ſtetit: nec ulla magis vis obſeſſos, quam fames expugnavit. abſumptis enim frugum

1 *Itaque duo*] Vet. lib. *ita duo*. Sigonius.

2 *Ut qui pulſis tandem mediis & numero*] Liber optimus: *pulſis tandantem medu*. Scribe: *ut qui pulſis jam tum mediu*. Vel, *jam ante*. Nam præcedit: *quum vix pila conjecta eſſent, retulit pedem media acies*. J. Fr. Gron.

3 *Et Aſdrubal uſque ad ultimum eventum pugnæ*] Nullum uſum video copulativæ: ideoque delendam cenſeo. *Idem*.

4 *Caſtra Romani cepere, atque inde diripuere*] Optimi jubent induci ni *inde*. Idem.

5 *In Hiſpania ſpem reliquit*] Put. Pet. Voſſ. *reliquerat*. Lege: *ſpes reliqua erat*. Idem.

6 *Multorumque ſanguine ac vulneribus*] Optimi: *Multo ſanguine*. Melius, ut hinc exordium capiat nova periodus. Etiam tres Pall. & Aldina: *multoque*. Idem.

1 *Sue*

gum alimentis, carnisque omnis generis quadrupedum; [1] sutrinæ postremo coriis, herbisque & radicibus, & corticibus teneris, strictisque rubis vixere; nec, antequam vires ad standum in muris ferendaque arma derant, expugnati sunt. [2] Recepta Petellia, Pœnus ad Consentiam copias traducit: quam minus pertinaciter defensam, intra paucos dies in deditionem accepit. Iisdem ferme diebus, & Bruttiorum exercitus, Crotonem, Græcam urbem, circumsedit; opulentam quondam armis virisque: tum jam adeo multis magnisque cladibus afflictam, ut omnis ætatis minus viginti millia civium supersessent. [3] itaque urbe defensoribus vasta, facile potiti sunt hostes: arx tantum retenta, in quam inter tumultum captæ urbis è media cæde quidam effugere. Et Locrenses descivere ad Bruttios Pœnosque; prodita multitudine à principibus. Rhegini tantummodo regionis ejus, & in fide erga Romanos, & potestatis suæ ad ultimum manserunt. In Siciliam quoque eadem inclinatio animorum pervenit: & ne domus quidem Hieronis tota ab defectione abstinuit. namque Gelo maximus stirpis, contempta simul senectute patris, simul post Cannensem cladem, Romana societate, ad Pœnos defecit: movissetque in Sicilia res, nisi mors adeo opportuna, ut patrem quoque suspicione adspergeret, armantem eum multi-

1 *Sutrina postremo coriis*] Put. *suetaeque postremo.* Eoque alludunt omnes alii exhibendo *sueteque* aut *suetemque*, ut & erat ante Vallam, qui conjecit, *scutorumque.* Vulgatum est ab Andrea. Salmasius ita concinnabat: *absumtis enim frugum alimentis, carnisque omnis generis quadrupedum, suetaque, postremo coriis.* Scribe etiam cum Put. *armantem eum multitudinem sollicitantemque socios.* J. Fr. Gron.

2 *Recepta Petelia Pœnus ad Consentiam copias traducit*] Si *Consentia* in Bruttiis pro Romanis stabat, profecto non *Petelini* uni inter Bruttios in fide Romanorum post Cannensem cladem mansisse videntur, quod ante dixit, præsertim vero cum Consentia Bruttiorum metropolis sit, auctore Strabone lib. 6. *Sigonius.*

3 *Itaque urbe defensoribus vastata*] Magna menda est in voce, *vastata*, quæ ex prisca lectione deletur, quæ est *defensoribus vacua*, si quidem opulentissimam olim urbem eo redactam, *ut omnis ætatis minus viginti millia civium supersessent*, scribit. Sic lib. 42. *Vacua defensoribus mœnia.* Idem.

multitudinem, ſollicitantemque ſocios abſumpſiſſet. Hæc eo anno in Italia, in Africa, in Sicilia, in Hiſpania vario eventu acta. Exitu anni Q. Fabius Maximus à ſenatu poſtulavit, ut ædem Veneris Erycinæ, quam dictator voviſſet, dedicare liceret. Senatus decrevit, ut Ti. Sempronius Conſul deſignatus, [1] quum primum magiſtratum iniſſet, ad populum ferret, [2] ut Q. Fabium duumvirum

1 *Cum primum magiſtratum iniiſſet*] Videndum etiam atque etiam, quid ſit, quod in omnibus vet. lib. legitur: *ut Ti. Sempronius Cos. deſ. cum in bono iniſſet.* Nam qui emendarunt, *cum primum magiſtratum iniſſet*, mentem potius attendiſſe videntur auctoris, quam verba. Valla olim legendum putavit: *cum bono omine ad populum ferret:* quod non probo, quia nullam habet rationem vocis *iniſſet.* Ego malim, *cum magiſtratum iniſſet.* Sic enim Cicero prima Philipp. *Uti C. Panſa, A. Hirtius conſules deſignati, cum magiſtratum inierint.* Et Cœlius ad Ciceronem: *D. E. R. I. C. uti C. Paullus, C. Marcellus, cum magiſtratum iniſſent.* Sigonius.

Quum primum magiſtratum iniſſet] Put. *cumiboiniſſet.* Additum inter ordines verſuum, *no.* Unde Pet. & Flor. meliores Pall. Barber. Voſſ. *cum ibono iniſſet.* Alter Pal. *cum primo iniſſet.* Men. *cum ibone iniſſet.* A peſſima manu alter Petav. *cum in bono augurio magiſtratum iniſſet.* Fortaſſis: *ut Tib. Sempronius conſul deſignatus, quam primum meminiſſet ad populum ferre.* J. Fr. Gron.

2 *Ut Fabium duumvirum eſſe juberent ædu dedicandæ cauſa*] Miror hoc loco neglectam eſſe Vallæ correctionem, quæ veterum librorum auctoritate confirmatur, *ut duumviros eſſe juberent:* miror item ſpretam eſſe alteram Glareani, *adium dedicandarum cauſſa.* Duæ enim erant ædes dedicandæ, quarum cauſa duumviri creandi erant. Quare paulo poſt ita loquitur: *Interea duumviri creati ſunt, Q. Fabius Maximus, & T. Otacilius Craſſus ædibus dedicandis, Menti Otacilius, Fabius Veneri Erycinæ.* Sigonius.

Ut duumviros eſſe juberent ædu dedicandæ cauſſa] A Valla & Sigonio eſt, qui poſterior quorum librorum vett. auctoritatem obtendit, illi ſacres finceri, ut ajebant antiqui, non ſunt. Put. *ut quae Fabium duumvirum eſſe juberent.* Pet. & Flor. *ut Fabium duumvirum.* quemadmodum & priſcæ editiones. Barber. Pall. Men. Voſſ. Pet. alter: *ut duumvirum.* Vera ſcriptura eſt: *ut Q. Fabium duumvirum eſſe juberent ædis dedicandæ cauſſa.* Sic ſæpe Livius. Lib. 2 de æde Caſtoris Latino bello à Poſtumio dictatore vota. *filius ejus duumvir ad id ipſum creatus dedicavit.* Lib. 6. *Eo anno ædes Martis Gallico bello vota, dedicata eſt à T. Quinctio duumviro ſacris faciundis.* Lib. 34. *Ædem Fortunæ Primigeniæ in colle Quirinali dedicavit Q. Martius Ralla, duumvir ad id ipſum creatus.* Lib. 36. *Juventatis ædem in Circo Maximo C. Licinius Lucullus dedicavit.* Sed ait Glareanus manere debere pluralem numerum, quod & T. Otacilius creatus ſit ædi Mentis dedicandæ: ideoque ſcribendum, *ædium dedicandarum cauſſa.* At prædixerat Livius, Fabium poſtulaſſe ab ſenatu, ut ædem Veneris Erycinæ, quam dictator voverat, dedicare liceret: non etiam Otacilium de æde Mentis. De quo ergo uno inſtituerat loqui, de eo ſolo pergit. Quod autem poſtea duarum ædium dedicandarum cauſſa duumviros creatos narrat, minime cum his pugnat. Hic enim mos hiſtoricorum eſt, cujus & alibi Glareanum Sigonius

rum esse juberent ædis dedicandæ caussa. Et [1] M. Æmilio Lepido, qui bis consul augurque fuerat, filii tres, Lucius, Marcus, Quintus, ludos funebres per triduum, & gladiatorum paria duo & viginti per triduum in foro dederunt. Ædiles curules [2] C. Lætorius, & Ti. Sempronius Gracchus, Consul designatus, qui in ædilitate magister equitum fuerat, ludos Romanos fecerunt, qui per triduum instaurati sunt. Plebeii [3] ludi ædilium M. Aurelii Cottæ, & M. Claudii Marcelli ter instaurati. Circumacto tertio anno Punici belli, Ti. Sempronius Consul Idibus Martiis magistratum iniit. [4] Prætores Q. Fulvius Flaccus, [5] qui antea consul censorque fuerat, urbanam; M. Valerius Lævinus peregrinam sortem in jurisdictione habuit. Ap. Claudius Pulcher Siciliam, Q. Mu-

nius admonet, multa reticere, quæ ex consequentibus narratis facta intelligantur. Cogitandum igitur occasione hujus mentionis à Fabio illatæ, etiam Otacilium de æde ab se vota sermonem movisse, & par decretum tulisse. *J. Fr. Gron.*

1 *M. Æmilio Lepido, qui bis consul augurque f.*] M. Æmilium Lepidum, & M. Valerium Lævinum bis consules nominat Livius, quos tamen neque in Capitolinis tabulis, neque apud Cassiodorum invenias nisi semel fuisse. Hinc ego suspicor, ne suffecti fuerint L. Veturio, & C. Lutatio consulibus, Lepidus II, Lævinus primum. Quoniam autem ea pars in Capitolinis Consulatibus desideratur, & Cassiodorus eorum tantum consulum, qui primum facti sunt, qui ordinarii nominantur, meminit, in neutro horum monumentorum hæc nomina inveniri. Sed de hac re accuratius in Fastorum consularium commentariis. me enim movet, quod duo patricii consules comparantur. *Sigonius.*

2 *C. Lectorius*] *C. Latorius, & Ti. Sempronius*, ut sæpe dixi. *Idem.*

3 *Ludi à M. Aurelio Cotta, & M. Claudio Marcello*] Put. & Pet. melior: *Plebeii ludi ædilium M. Aurelii Cottæ & M. Claudii Marcelli ter instaurati. Circumacto.* Nec aliter Vossianus, nisi quod retinet *tò sunt*. J. Fr. Gron.

4 *Prætoresque Fulv. Fl.*] Castiga: *Prætores, Q. Fulvius Flaccus*, perpicue. Ceterum consul hic fuerat cum L. Cornelio Lentulo, censor cum T. Manlio Torquato. *Sigonius.*

5 *Qui antea consul censorque fuerat*] At jam bis ante Consul fuerat anno 516 & 529, ut videre est in Fastis Capitolinis. Unde & infra 25, 3 *tertium* consul fieri dicitur. Latet numerus in litera A, deditque Livius; *qui ante II consul censorque fuerat*. Plane ut infra de hoc ipso homine 25, 5. *Q. Fulvius Flaccus consul, qui & ante bis consul & censor fuerat*. Et de eodem 28, 45. *Q. Fulvius qui quater consul & censor fuerat*. Sic hoc cap. paulo ante. *M. Æmilio Lepido, qui bis consul augurque fuerat*. Cap. 21. *M. Atilius Regulus, qui bis consul fuerat*. Cap. 34. *T. Manlius Torquatus, qui bis consul censorque fuerat*. Atque ita semper. *Jac. Perizonius.*

Q. Mucius Scævola Sardiniam ſortiti ſunt. [1] M. Marcello Proconſule imperium eſſe populus juſſit, quod poſt Cannenſem cladem unus Romanorum imperatorum in
31 Italia proſpere rem geſſiſſet. Senatus quo die primum eſt in Capitolio conſultus, decrevit, [2] ut, quo eo anno duplex tributum imperaretur; ſimplex confeſtim exigeretur, ex quo ſtipendium præſens omnibus militibus daretur, præterquam [3] qui milites ad Cannas fuiſſent. De exercitibus ita decreverunt, ut duabus legionibus urbanis Ti. Sempronius Conſul Cales ad conveniendum diem ediceret. [4] Inde ſex legiones in caſtra Claudiana ſupra Sueſſulam deducerentur. quæ ibi legiones eſſent, (erant autem Cannenſis maxime exercitus) eas App. Claudius Pulcher Prætor in Siciliam trajiceret; quæque in Sicilia eſſent, Romam deportarentur. Ad exercitum, cui ad conveniendum Cales edicta dies erat, M. Claudius Marcellus miſſus: iſque juſſus in caſtra Claudiana deducere urbanas legiones. Ad veterem exercitum accipiendum, [5] deducendumque inde in Siciliam, T. Metilius Croto legatus ab Ap. Claudio eſt miſſus. Taciti primo exſpectavc-

1 *Marcello proconſuli imperium eſſe*] Put. & Pet. *proconſule.* J. Fr. Gron.

2 *Ut eo anno duplex*] Repone ex Put. Pet. Men. duob. Pall. Voſſ. *ut quo eo anno.* Ponitur pro conjunctione τὸ *quo.* Alludunt alii libri, qui fere omnes habent *quo* expuncto τῷ *eo.* Idem.

3 *Qui milites ad Cannas fuiſſent. Inde de exercitibus ita decretum eſt*] Put. *Cannas fuiſſe ide exercitibus ita decreverunt.* Cur autem, *decretum eſt*, ſubjecerunt? Nempe quia præcedenti periodo: *ſenatus decrevit.* Hoc ſapere eſt. *Idem.*

4 *Inde ſex legiones*] Unde hic ſex legiones, quot nemo unus ſive conſul ſive dictator toto hoc bello habuit? Edicta utique erat Cales duabus tantum legionibus dies ad conveniendum, eaſque nec plures ſtatim traditur in caſtra Claudiana deduxiſſe Marcellus, qui in illis manſit, donec cum iis copiis, *quas habebat*, quæque illic erant, Nolam in præſidium eſt miſſus à Fabio. Vide capp. 31 & 39. Lege igitur, *Inde eas legiones.* Cauſa erroris fuit A. mutatum in X, quo nihil frequentius etiam in optimo Puteanæo. *Jac. Perizonius.*

Sex legiones in caſtra Claudiana ſupra Sueſſulam deducerentur] Hinc paulo ante dixit: *Claudius à Canuſio Calatiam petit, atque inde Vulturno amne trajecto, perque agrum Saticulanum, Trebianumque ſuper Sueſſulam per montes Nolam pervenit.* Et paulo poſt: *M. Claudius ad eum exercitum, qui ſupra Sueſſulam Nolæ præſideret miſſus.* Sigonius.

5 *Deducendumque in Siciliam*] Optimi: *accipiendum deducendumque inde in Siciliam.* J. Fr. Gron.

1 Quem-

ctaverant homines, uti conſul comitia collegæ creando haberet. deinde, ubi ablegatum, velut de induſtria, M. Marcellum viderunt, [1] quem maxime conſulem in eum annum ob egregie in prætura res geſtas creari volebant, fremitus in curia eſt ortus. Quod ubi ſenſit conſul; *Utrumque*, inquit, *è republica fuit, Patres Conſcripti, & M. Claudium ad permutandos exercitus in Campaniam proficiſci, & comitia non prius edici, quam is inde, confecto, quod mandatum eſt, negotio, revertiſſet. Ut vos conſulem, quem tempus reipublicæ poſtularet, quem maxime vultis, haberetis.* Ita de comitiis, donec rediit Marcellus, ſilentium fuit. Interea duumviri creati ſunt Q. Fabius Maximus & T. Otacilius Craſſus, ædibus dedicandis: Menti Otacilius, Fabius Veneri Erycinæ. Utraque in Capitolio eſt; canali uno diſcretæ. Et de trecentis equitibus Campanis, qui in Sicilia cum fide ſtipendiis emeritis Romam venerant, [2] dein latum ad populum, ut cives Romani eſſent: [3] item, uti municipes Cumani eſſent, pridie quam populus Campanus à populo Romano defeciſſet. Maxime ut hoc ferretur, moverat, quod, quorum hominum eſſent, ſcire ſe ipſi negabant; vetere patria relicta, in eam in quam redierant, nondum adſciti. Poſteaquam Marcellus ab exercitu rediit, comitia uni conſuli rogando in locum L. Poſtumii edicuntur. Creatur ingenti conſenſu Marcellus, qui extemplo magiſtratum occiperet. cui ineunti

1 *Quemque maxime vultis*] Scripti omnes: *quem maxime*. J. Fr. Gron.

2 *Delatum ad populum, ut c. R. e.*] Emendo, *dein latum ad populum*. Hæc eſt enim uſitata in hac re loquendi forma: & ipſe ſubdit: *maxime ut hoc ferretur, moverat*. Sigonius.

3 *Item uti municipes Cumani eſſent, pridie quam populus Cumanus à populo Romano defeciſſet*] Cum dicimus *eſſe quid pridie diei illius* vel Kalendarum vel Nonarum vel Iduum, illum diem & non poſteriores deſignamus. Itaque pœne ineptum eſt dicere, *ut pridie illius diei cives eſſent*: quid enim poſt illum diem erant futuri? Sed voluit exprimere Livius, ex illo die in ſequentes omnes pro municipibus illos haberi. hoc non dicitur Latine, *illo die*, ſed *ex illo die*. Suſpicor igitur excidiſſe tres voculas, & ſcripſiſſe auctorem: *item uti municipes Cumani eſſent ex ante diem pridie, quam populus*. Scripta fuit per ſingulas literas *ex a. d.* eo facilius perire potuit hæc temporis deſignatio. *J. Fr. Gron.*

eunti conſulatum [1] quum tonuiſſet, vocati augures, vitio creatum videri pronunciaverunt; vulgoque Patres ita fama ferebant, quod tum primum duo plebeii conſules facti eſſent, id deis cordi non eſſe. In locum Marcelli, ubi is ſe magiſtratu abdicavit, ſuffectus [2] Fabius Maximus tertium. Mare arſit eo anno: ad Sinueſſam bos equuleum peperit: ſigna Lanuvii ad Junonis Soſpitæ cruore manavere, lapidibuſque circa id templum pluit. ob quem imbrem novemdiale, ut aſſolet, ſacrum
32 fuit: cæteraque prodigia cum cura expiata. [3] Conſules exercitus inter ſe diviſerunt. Fabio exercitus, cui M. Junius dictator præfuerat, evenit; Sempronio volones qui fierent, & ſociorum viginti quinque millia; M. Valerio prætori legiones quæ ex Sicilia rediſſent, decretæ: M. Claudius proconſul, ad eum exercitum, qui ſupra Sueſſulam Nolæ præſideret, miſſus. Prætores in Siciliam ac Sardiniam profecti. Conſules edixerunt, [4] quoties in ſenatum vocaſſent, uti ſenatores, quibuſque in ſenatu

1 *Cum tonuiſſet, voc. augures vitio creatum videri reſponderunt*] Plutarchus idem in Marcello: ὑπεροπτήσαντες ὡς ἔτι θεοῦ, καὶ περὶ ἱερείων ἐν ἑκάστοις τεμνομένων τὸ σημεῖον, ἐμπαύειν ἐκέλευον καὶ διδόναι τὸν δῆμον, αὐτοὺς ἐξωμόσασθαι τὰ ἀρχεῖα. *Sigonius.*

2 *Fab. Max. tertium*] Primum fuit cum M' Pomponio Mathone: iterum cum Sp. Carvilio Maximo. *Idem.*

3 *Conſules exercitus inter ſe diviſerunt*] Locus miſere adfectus. Put. *Cos. exercitus inter ſeſet juſſerunt Favio exercitus trani cui M. Junius dictator praterfuerat evenit Sempronior volones que fierent.* Eodemque modo Pet. niſi quod *intereſſe* & *tradi.* Cui conſentiunt Flor. Voſſ. Palatinuſque unus. Suſpicor duabus vocibus eraſis veram ſcripturam eſſe: *Conſules inter ſeſe juſſerunt, Fabio exercitum tradi, cui M. Junius Pera dictator prafuerat, Tib. Sempronio Volones, qui fierent, & ſociorum viginti quinque millia. M. Valerio &c.* Dicit conſules ita inter ſe comparaviſſe, ut juberent &c. Illud *praterfuerat*, revocabat in mentem mihi propoſitam ſuperius conjecturam veriſimam in cognomine dictatoris. Videtur enim illud *ter* abundans corruptum primo ex *Per*: ut & illic: *Junius per rebus*: deinde cum in vicinia nullum aliud verbum eſſet, cui adjungi poſſet, interjecerunt librarii *præfuerat.* Ait etiam *volones, qui fierent*, quomodo & Andreas Aldinaque: nam qui antea lecti erant, in exercitu manebant Junii dictatoris, uti conſtat ex prioribus. *J. Fr. Gron.*

4 *Quoties ſenatum vocaſſent*] Put. Pet. tres. Pall. Voſſ. *quoties in Senatum vocaſſent*: quemadmodum alibi, *advocare ad concionem, advocare in conſilium.* Lib. 9. *Ad conſules mœſtos, ne advocantes quidem in conſilium, ſua ſponte legati ac tribuni conveniunt.* Lib. 37. *Conſul, poſteaquam detrectari certamen vidit, poſtero die in conſilium advocavit, quid*

Digitized by Google

natu dicere ſententiam liceret, ad portam Capenam convenirent. Prætores quorum juriſdictio erat, tribunalia ad Piſcinam publicam poſuerunt. eo [1] vadimonia fieri juſſerunt: ibique eo anno jus dictum eſt. Interim Carthaginem, unde Mago frater Annibalis duodecim millia peditum, & mille quingentos equites, viginti elephantos, mille argenti talenta in Italiam tranſmiſſurus erat, cum præſidio ſexaginta navium longarum; nuncius affertur, in Hiſpania rem male geſtam, omneſque ferme ejus provinciæ populos ad Romanos defeciſſe. Erant qui Magonem, cum claſſe ea, copiiſque, omiſſa Italia, in Hiſpaniam averterent; quum Sardiniæ recipiendæ repentina ſpes adfulſit. *Parvum ibi exercitum Romanum eſſe: veterem* [2] *prætorem inde A. Cornelium provinciæ peritum decedere, novum exſpectari. Ad hoc, feſſos jam animos Sardorum eſſe diuturnitate imperii: & proximo iis anno acerbe atque avare imperatum. Gravi tributo &* [3] *collatione iniqua frumenti preſſos. nihil deeſſe aliud quam auctorem, ad quem deficerent.* Hæc clandeſtina legatio per principes miſſa erat: maxime eam [4] rem moliente Hampſicora, qui tum auctoritate atque opibus longe primus erat. His nunciis prope uno tempore turbati erectique, Magonem cum claſſe ſua copiiſque in Hiſpaniam mittunt. in Sardiniam [5] Aſdrubalem, cognomento Calvum, deligunt ducem: & tantum ferme copiarum, quantum Magoni, decernunt. Et Romæ

quid ſibi faciendum eſſet. Vide ad lib. 2, 55. *Idem.*

1 *Vadimonia fieri*] Sic Vadimonium facere Valerius Max. lib. 3 cap. 7. *Henr. Valeſius.*

2 *Pratorem inde Cornelium*] Put. *veterem pratorem inde A. Cornelium.* J. Fr. Gron.

3 *Collatione iniqua frumenti oppreſſos*] Put. Pet. duo Pall. Men. Voſſ. *frumenti preſſos.* Idem.

4 *Rem moliente Harſicora*] Nomen hujus principis Sardi *Ampſicora* vel *Hampſicora* & hic & ubique faciunt optimi, id quod propius accedit ad Silii *Hampſagoras.* Apud Plautum Pœnulo *Ampſigora* Punicum mulieris nomen. Utrumque poteſt videri deductum à flumine Africæ celeberrimo *Ampſaga.* Voſſianus: *auſpicor equitum auctoritate:* & in margine: vel, *auſicor.* Idem.

5 *Aſdrubalem cognomento Calvum*] Put. Pet. Men. Voſſ. duo Pal. ignorant duo poſteriora vocabula. Nec iis opus, cum idem dicatur cap. 34. *Idem.*

1 *Ti-*

mæ conſules, tranſactis rebus quæ in urbe agendæ erant, movebant jam ſeſe ad bellum. [1] Ti. Sempronius, militibus Sinueſſam diem ad conveniendum edixit. & Q. Fabius, conſulto prius ſenatu, ut frumenta omnes ex agris, [2] ante Kalendas Junias primas, in urbes munitas conveherent. [3] *Qui non invexiſſet, ejus ſe agrum populaturum: ſervos ſub haſta venditurum, villas incenſurum.* Ne prætoribus quidem, qui ad jus dicendum creati erant, vacatio ab belli adminiſtratione data eſt. Valerium prætorem in Apuliam ire placuit, ad exercitum à Terentio accipiendum. quum ex Sicilia legiones veniſſent; iis potiſſimum uti ad regionis ejus præſidium: [4] Terentianum mitti cum aliquo legatorum.[5] Et viginti quinque naves M. Valerio datæ ſunt, quibus oram maritimam inter Brunduſium

1 *Ti. Sempronius militibus Sinueſſam diem ad conven. ed.*] Idem Sempronius paulo ante diem duabus legionibus urbanis Cales ad conveniendum edixerat, ad quas accipiendas deinde M. Marcellus eſt miſſus: nunc Sinueſſam ad conveniendum diem edicit volonibus, & ſociorum XXV millibus, quæ ſibi ſorte evenerant. *Sigonius.*

2 *Ante Calendas Julias primas*] Vet. lib. *Junias*, quod placet: quia de hoc tempore locutus, *Quintiles* dixiſſet. *Idem.*

Ante Calendas Julias primas] Omnes, *Junias*, ut Sigonius. *J. Fr. Gron.*

3 *Qui non invexiſſent, eorum*] Optimi, *invexiſſet, ejus.* Idem.

4 *Terentianum mitti cum aliquo legatorum*] Senſus eſt: Terentianum exercitum in Siciliam mitti, legiones ex Sicilia revocatas M. Valerio cum claſſe ad tutandam oram maritimam dari. *Sigonius.*

5 *Et XXV naves M. Valerio datæ ſunt*] Nomen prænomenque hic inſerta merito ſunt vehementer ſuſpecta. Si enim eſt idem, qui nominatur paulo ante prætor, ſane credi vix poteſt non modo tam feſtinanter repetitum fuiſſe ejus nomen à Livio, ſed etiam ita repetitum fuiſſe, ut nunc addat prænomen, quod paulo ante omiſit. Accedit, quod nihil eorum nominum in codice Cantabrig. legatur, nihil in Voſſiano. Gudianus habet *naves magne date quibus.* Puteanus ſolo *w' ſunt* deſtituitur, ut quoque alii. Itaque ſi deleri ea placet (fiet autem percommode) intelligemus M. Valerio Lævino prætet Apuliam contigiſſe quoque provinciam claſſem circa Calabriam, qui poſt recepta ex Hirpinis tria oppida (cap. 37) juſſus quoque eſt Apulia relicta ad claſſem proficiſci (cap. 38) L. Apuſtio legato exercitui impoſito, quod etiam, ſed alio modo, factum eſſe docet cap. 48. iſque deinceps ſemper claſſi adfuiſſe & maritimis oris curaſſe oſtenditur. Quod ſi tamen retineri potius erit, utique corrigi debebit *P. Valerio*, qui primo Conſul, poſtea legatus ad Annibalem, nunc præfectus claſſi præeſſe jubetur; quem quum excepiſſet poſtea Lævinus, Romam reverſus in ſenatu ſententiam dicit 26, 8. Sed præplacet prius, idque ad MSS^tos videtur convenientius. *Jac. Gron.*

ſium ac Tarentum tutari poſſet. Par navium numerus Q. Fulvio prætori urbano decretus ad ſuburbana littora tutanda. [1] C. Terentio proconſuli negotium datum, ut in Piceno agro conquiſitionem militum haberet, locisque iis præſidio eſſet. Et T. Otacilius Craſſus poſteaquam ædem Mentis in Capitolio dedicavit, in Siciliam cum imperio, qui claſſi præeſſet, miſſus. In hanc dimi- 33
cationem duorum opulentiſſimorum in terris populorum, omnes reges genteſque animos intenderant. inter quos Philippus Macedonum rex, eo magis, quod propior Italiæ ac mari tantum Ionio diſcretus erat. Is ubi primum fama accepit, Annibalem Alpes tranſgreſſum; ut bello inter Romanos Pœnumque orto lætatus erat: ita utrius populi mallet victoriam eſſe, incertis adhuc viribus, fluctuatus animo fuerat. Poſteaquam tertia jam pugna, tertia victoria [2] cum Pœnis erat; ad fortunam inclinavit, legatoſque ad Annibalem miſit: qui vitantes portus Brunduſinum Tarentinumque, quia cuſtodiis navium Romanarum tenebantur; [3] ad Laciniæ Junonis in terram egreſſi ſunt. Inde per Apuliam petentes Capuam, media in præſidia Romana illati ſunt: deductique ad M. Valerium Lævinum prætorem, [4] circa Nuceriam caſtra habentem. Ibi intrepide Xenophanes legationis princeps à Philippo rege ſe miſſum, ait, ad amicitiam ſocietatemque jungendam cum populo Romano, mandata habere ad conſules, ac ſenatum populumque Romanum. [5] Inter defectiones veterum ſociorum, Valerius

1 *C. Terentio Proconſuli*] Hic quoque Cantabrig. clare *proconſule*, ut paulo ante *Marcello proconſule*. Jac. Gron.

2 *Cum Hannibale & Pœnis erat*] In optimis nomen ducis cum copulativa non extant. *J. Fr. Gron.*

3 *Ad Laciniæ Junonis templum*] Delevit *τὸ templum* Lipſius & ita Voſſ. & duo Pall. Put. tamen & Pet. retinent. *Idem.*

4 *Circa Nuceriam*] De legatis Philippi loquitur per Apuliam venientibus: ex quo *Luceriam*, videtur eſſe legendum. Nam paulo poſt ait: *Ti. Gracchus à Cumis Luceriam in Apuliam legiones cum duxiſſet, M. Valerium inde prætorem Brunduſium cum eo, quem Luceriæ habuerat, exercitu miſit.* Sigon.

5 *Inter defectiones veterum ſociorum Valerius*] Nomen prætoris vix inve-

lerius nova ſocietate tam clari regis lætus admodum, [1] hoſtes pro hoſpitibus comiter accepit. dat qui proſequantur, [2] itinera cum cura demonſtrent, quæ loca, quoſque ſaltus, [3] aut Romanus, aut hoſtes teneant. Xenophanes per præſidia Romana in Campaniam, inde qua proximum fuit, in caſtra Annibalis pervenit, fœduſque cum eo atque amicitiam junxit [4] legibus his: *ut Philippus rex quam maxima claſſe (ducentas autem naves videbatur effecturus) in Italiam trajiceret, & vaſtaret maritimam oram: bellum pro parte ſua terra marique gereret. ubi debellatum eſſet, Italia omnis cum ipſa urbe Roma Carthaginienſium atque Annibalis eſſet, prædaque omnis Annibali cederet. Perdomita Italia, navigarent in Græciam, bellumque cum quibus regibus placeret, gererent. quæ civitates continentis, [5] quæ inſulæ ad Macedoniam vergunt, eæ Philippi regnique ejus eſſent.* In has ferme leges,
34 inter Pœnum ducem legatoſque Macedonum ictum fœdus, miſſique cum iis ad regis ipſius firmandam fidem legati, Giſgo, & Boſtar, & Mago, eodem ad Junonis Laciniæ, ubi navis occulta in ſtatione erat, perveniunt: inde profecti, quum jam altum tenerent, conſpecti à claſſe Romana ſunt, quæ præſidio erat Calabriæ littoribus. [6] P. Valerius Flaccus cercuros ad perſequendam retrahen-

nias in ſcriptis. Igitur Muretus: *Præter inter defectiones veterum ſociorum nova ſocietate.* Nam cum eſſet in primigeniis, *ſenatum p. q; r. PR. inter*, facile ob ſimilitudinem omiſſæ videntur duæ literæ. *J. Fr. Gron.*

1 *Hoſtem pro hoſpite comiter*] Optimi: *hoſtem pro hoſpitibus.* Scribe ergo & *hoſtes.* Idem.

2 *Itineraque cum cura demonſtrent*] *Que*, abeſt à vet. lib. *Sigonius.*

Itineraque &c.] Abeſt omnibus copulativa, ut & Sigoniano. Forte: *dat qui proſequantur; itinera cum cura demonſtrat, qua loca, quoſque ſaltus aut Romanus aut hoſtes teneant.* J. Fr. Gron.

3 *Aut Romani aut hoſtes*] Optimi, *Romanus.* Idem.

4 *Legibus his, Philippus*] Meliores, *legibus his, ut Philippus.* Idem.

5 *Quæ inſula ad Macedoniam*] Idem: *quæque inſulæ.* Scribe etiam: *cum quibus regi placeret.* Idem.

6 *Q. Fulvius Flaccus Corcyræos ad perſequendum*] Caſtiga ex veter. lib. *P. Valerius Flaccus.* Etenim Q. Fulvius Flaccus prætor urbanus, cui ſuburbana littora cuſtodienda tradita erant adhuc ab urbe non moverat. *P.* autem *Valerius Flaccus*, de quo poſt meminit etiam Livius, M. Valerii Lævini prætoris, cui ora inter Brunduſium & Tarentum tutanda decreta fuerat, legatus erat. *Sigonius.*

Q. Fulvius Flaccus Corcyræos ad perſeq.] *P. Valerius* legendum eſſe recte

mo-

trahendamque navem quum miſiſſet, primo fugere regii conati: deinde, [1] ubi celeritate vinci ſenſerunt, tradunt ſe Romanis: & ad præfectum claſſis adducti, quum quæreret, qui, & unde, & quo tenderent curſum; Xenophanes primo, ſatis jam ſemel felix mendacium ſtruere, à Philippo ſe ad Romanos miſſum, ad M. Valerium, ad quem unum iter tutum fuerit, perveniſſe. Campaniam ſuperare nequiſſe, ſeptam hoſtium præſidiis. deinde ut Punicus cultus, habituſque ſuſpectos legatos fecit Annibalis, interrogatoſque ſermo prodidit; tum, comitibus eorum ſeductis, ac metu territis, [2] literæ quoque ab Annibale ad Philippum inventæ, & pacta pacis inter regem Macedonum Pœnumque ducem. Quibus ſatis cognitis, optimum viſum eſt, captivos comiteſque eorum, Romam ad ſenatum, aut ad conſules, ubicumque eſſent, quam primum deportare. ad id celerrimæ quinque naves delectæ: ac L. Valerius Antias, qui præeſſet, miſſus: eique mandatum, ut in omnes naves [3] legatos ſeparatim cuſtodiendos divideret: daretque operam, ne quod iis colloquium inter ſe, neve quæ communicatio conſilii eſſet. Per idem tempus Romæ quum A. Cornelius Mammula, ex Sardinia provincia decedens, retuliſſet, qui

monuerunt Glareanus & Sigonius ex cap. 16 & 38. ubi integrum hoc nomen omnibus in ſcriptis ſervatur. nam hic fere: *Valerius Q. Flaccus.* niſi malis *Valerius P. Flaccus.* Solet enim interdum prænomina poſtponere. Quomodo autem *Corcyraeos?* quum ſtatim: *tradunt ſe Romanis.* Put. *cercyras.* Alii *corcyros.* Salmaſius ſubmonuit velle *cercuros. Cercurus* genus navis apud A. Gellium 10,25, Plautum Mercatore & Sticho, Lucilium citante Nonio. Noſter lib. 33. *Cum claſſe centum tectarum navium, ad hoc levioribus navigiis cercuriſque ac lembis ducentis proficiſcitur.* Appianus Libycis, de Romanis tertium Punicum bellum molientibus: *καὶ ὁ μὲν ἐπιεγκλήσας μὲν πεντήκοντα μὲν πεντήρεσιν, ἑκατὸν δ' ἀμφιλίαις, ἀδρείκτοις ὅ τε καρχέσιν καὶ σκαφίλοις πολλοῖς.* J. Fr. Gron.

1 *Ubi celeritate victi ceſſerunt*] Probi omnes: *vinci ſenſerunt.* Recte quidem, nam intelligitur τὸ ſe. Idem.

2 *Literæ quoque ab Annibale ad Philippum inventæ de pace*] Put. *inventæ & pactae & pactis inter:* cum virgulis tamen, quæ *& pactis* cancellabant. Ita Pet. melior: *& pactae.* Lege: *inventæ & pacta pacis inter regem Macedonum Pœnumque ducem.* Forte &, *Macedonem.* Idem.

3 *Legatos ſeparatim cuſtodiendos*] Boni fere omnes, *partim.* Sed & optimi: *neve qua communicatio.* Idem.

qui ſtatus rerum in inſula eſſet, [1] bellum ac defectionem omnes ſpectare; Q. Mucium, qui ſucceſſiſſet ſibi, gravitate cœli aquarumque advenientem exceptum, non tam in periculoſum, quam longum morbum implicitum, diu ad belli vim ſuſtinendam inutilem fore, exercitumque ibi ut ſatis firmum [2] pacatæ provinciæ præſidem eſſe; ita parum bello, quod motum iri videretur: decreverunt Patres, ut Q. Fulvius Flaccus quinque millia peditum, quadringentos equites ſcriberet, eamque legionem primo quoque tempore in Sardiniam trajiciendam curaret, mitteretque cum imperio quem ipſi videretur, qui rem gereret, quoad Mucius convaluiſſet. Ad eam rem miſſus eſt [3] T. Manlius Torquatus, qui bis conſul cenſorque fuerat, ſubegeratque in conſulatu Sardos. Sub idem fere tempus, & à Carthagine in Sardiniam claſſis miſſa duce Aſdrubale, cui Calvo cognomen erat, fœda tempeſtate vexata, [4] ad Baleares inſulas ejicitur. ibique (adeo non armamenta modo, ſed etiam alvei navium quaſſati erant) ſubductæ naves dum reficiuntur, aliquantum temporis triverunt. In Italia quum poſt Cannenſem pugnam, fractis partis alterius viribus, alterius mollitis animis, ſegnius bellum eſſet: Campani per ſe adorti ſunt rem

1 *Ad bellum & defectionem omnes ſpectare*] In melioribus deeſt præpoſitio. Quia utroque modo Livius alibi, cur vetuſtiſſimis libris non obſequeremur? *J. Fr. Gron.*

2 *Pacata provincia præſidem*] Mur. & Gud. *præſidium*. Lege: *exercitumque ibi ut ſatis firmum pacatæ provinciæ præſidio eſſe, ita parum bello*. Idem.

3 *T. Manl. Torq. q. bis conſul, cenſorque*] Conſul fuit cum Atilio Bulbo, quo in magiſtratu de Sardis triumphavit; iterum cum Q. Fulvio Flacco, quem eundem etiam in cenſura collegam habuit, auctoribus Cap. ſcriptoribus. *Sigonius.*

4 *Ad Baleares inſulas ejicitur*] Scripti *dicitur*, factum ex *deicitur*, ut ſolent fere libri vett. pro *dejicitur*. Naufragi quidem *ejici* dicuntur (& notavimus ad M. Senecam) ſed naufragi. At qui ſumma re ſalva tempeſtate vertuntur à curſu vel à medio mari ad inferiorem partem, *dejici* dicuntur. Ut apud Cæſarem lib. 4 Gall. *Tanta tempeſtas ſubito coorta eſt, ut nulla earum curſum tenere poſſet, ſed alia eodem, unde profecta erant, referrentur naves, alia ad inferiorem partem magno ſui cum periculo dejicerentur*. Noſter infra: *qua tempeſtate dejecta ad Baleares erat*. Lib. 21, 49. *Eam quoque claſſem ad Ægates inſulas dejectam*. J. Fr. Gronovius.

rem Cumanam ſuæ ditionis facere; primo ſollicitantes, ut ab Romanis deficerent. ubi id parum proceſſit, dolum ad capiendos eos comparant. Campanis omnibus ſtatum ſacrificium ad Hamas. eo ſenatum Campanum venturum certiores Cumanos fecerunt: petieruntque, ut & Cumanus eo ſenatus veniret ad conſultandum communiter, ut eoſdem uterque populus ſocios hoſteſque haberet: præſidium ibi armatum ſeſe habituros, [1] ne quid ab Romano Pœnove periculi eſſet. Cumani (quamquam ſuſpecta fraus erat) nihil abnuere; ita tegi fallax conſilium poſſe rati. Interim Ti. Sempronius conſul Romanus Sinueſſæ, quo ad conveniendum diem edixerat, exercitu luſtrato, tranſgreſſus Vulturnum flumen, circa [2] Liternum caſtra poſuit. Ibi, quia otioſa ſtativa erant, crebro decurrere milites cogebat, ut tirones ([3] ea maxima pars volonum erat) aſſueſcerent ſigna ſequi, & in acie agnoſcere ordines ſuos. [4] inter quæ maxima inerat tum cura duci, itaque legatis tribuniſque præceperat, *ne qua exprobratio cuiquam veteris fortunæ diſcordiam inter ordines ſereret: vetus miles tironi, liber voloni ſeſe exæquari ſineret. omnes*

1 *Ne quid ab Romano novi periculi eſſet*] Solus Put. hic nos adjuvit: *ab Romanonenove*. Verum eſt: *ab Romano Pœnove periculi*. J. Fr. Gron.

2 *Linternum*] Vet. lib. *Liternum*. Sigonius.

3 *Ea maxima pars volonum erat*] Sic Juſtinus lib. 5. *Ex quibus major pars Athenienſium erat*. Tamen hic meliores fere: *erant*. Ut forſan auctores ſcripſerint: *volones erant*: &, *Athenienſes erant*. J. Fr. Gron.

4 *Inter quæ concordia maxima erat*] Put. *inter quas maxemamerat curacura duci*: omiſſo τὸ *concordia*, quod & Per. & Men. & Voſſ. prorſus ignorant. Scribe primum: *maxima inerat tum cura duci*. Salluſtius: *Prorſus multa facetia multuſque lepos inerat*. Noſter lib. 42. *Inerat cura inſita mortalibus videndi congredientes nobilem regem & populi principis terrarum legatos*. Curtius lib. 7. *Una erat cura, ne inultus occideret*. Deinde iidem quatuor: *ne qua exprobratio*. Vix eſt, ut τὸ *concordia* non adjecerit aliquis, qui neſciebat τὸ *itaque* non hic eſſe cauſſale, ſed poſitum pro & *ita*. Quid enim integrius? *inter quæ maxima inerat tum cura duci, itaque legatis tribuniſque præceperat, ne qua exprobratio cuiquam veteris fortunæ diſcordiam inter ordines ſereret*. *Exprobratio cuiquam* verbali regente caſum verbi, eſt exprobratio cuiquam facta. Ut apud Plautum: *verbis velitationem fieri compendii volo*. Id eſt, velitationem, quæ fit verbis, fieri compendii volo. Et, *Opulento homini hoc ſervitus dura eſt*. Sic apud Ciceronem, quod jam notavimus: *eruptio Mutina*, pro eruptione Mutina facta. *Idem*.

omnes ſatis honeſtos, generoſoſque ducerent, quibus arma ſua ſignaque populus Romanus commiſiſſet. quæ fortuna coëgiſſet ita fieri, eandem cogere tueri factum. Ea non majore cura præcepta ab ducibus ſunt quam à militibus obſervata, brevique tanta concordia coaluerant omnium animi, ut prope in oblivionem veniret, qua ex conditione quiſque eſſet miles factus. Hæc agenti Graccho, legati Cumani nunciarunt, quæ à Campanis legatio paucos ante dies veniſſet, & quid iis ipſi reſpondiſſent. Triduum poſt eum diem feſtum eſſe: non ſenatum ſolum omnem ibi futurum, ſed caſtra etiam & exercitum Campanum. Gracchus, juſſis Cumanis omnia ex agris in urbem convehere & manere intra muros, ipſe [1] pridie quam ſtatum ſacrificium Campanis eſſet; Cumas movet caſtra. Hamæ inde tria millia paſſuum abſunt. Jam Campani eo frequentes ex compoſito convenerant, nec procul inde in occulto [2] Marius Alfius Medixtuticus (ſummus magiſtratus erat Campanis) cum quatuordecim millibus armatorum habebat caſtra, ſacrificio apparando, & inter id inſtruendæ fraudi aliquanto intentior, quam muniendis caſtris, aut ulli militari operi. [3] Triduum ſacrificatum ad Hamas.

1 *Pridie quam ſtatutum*] Put. Pet. *pridie quam ſtatum ſacrificium* ut legendum eſſe ſe apud Regem diſputaſſe Valla gloriatur. *J. Fr. Gron.*

2 *Marius Alfius qui ſummus*] *Nec procul inde in occulto Marius Alpius edixtuticus ſummus magiſtratus erat Campanis cum* XIIII. *malorum habebat caſtra.* Sic Put. Pet. Men. Pall. duo, Florent. Voſſ. Barberin. paucis apicibus forte, quos annotaſſe nihil intereſt, differentes. Scribe: *nec procul inde in occulto Marius Alfius Medixtuticus (ſummus magiſtratus erat Campanis) cum quatuordecim millibus armatorum habebat caſtra; ſacrificio apparando & inter id fraudi inſtruendæ intentior quam muniendis caſtris aut ulli militari operi. Triduum* &c. Nam τὸ *in* vel ii & *fuit*, quibus auctiores vulgatæ, optimi noſtri abjurant. Laurentius Valla præivit. Lipſius pro ſupervacuo delet: *ſummus magiſtratus erat Campanis.* Quid igitur fiet lib. 30. *Senatum itaque Suffetes, (quod velut conſulare imperium apud eos erat) vocaverunt.* aut lib. 35. *per apocletos autem (id vocant ſanctius concilium: ex delectu conſtat viris) id agitabant*, &c. Et lib. 38. *Damiurgis civitatum, qui ſummus eſt magiſtratus, Ægium evocantibus.* Cicero lib. 4 in Verr. *Dionyſiarchum ad ſe Proagorum, hoc eſt, ſummum magiſtratum, vocari jubet.* Idem.

3 *Triduum ſacrificatum ad Hamas*] Quis credat Gracchum, qui pridie illius ſacrificii jam moverat Cumas, poſt triduum demum oppreſſiſſe Cam-

gitized by Googl

mas. Nocturnum erat ſacrum, ita ut ante mediam noctem compleretur. Huic Gracchus inſidiandum tempori ratus, cuſtodibus ad portas poſitis, [1] ne quis enunciare poſſet cœpta, & ab decima diei hora coactis militibus corpora curare, ſomnoque operam dare, ut primis tenebris convenire ad ſignum poſſent, vigilia ferme prima tolli juſſit ſigna, ſilentique profectus agmine, quum ad Hamas media nocte perveniſſet, caſtra Campana, ut in pervigilio neglecta, ſimul omnibus portis invadit: alios ſomno ſtratos, alios perpetrato ſacro inermes redeuntes, obtruncat. hominum [2] eo tumultu nocturno cæſa plus duo millia, cum ipſo duce Mario Alfio. capta ſunt ſigna militaria quatuor & triginta. Gracchus minus centum militum jactura caſtris hoſtium potitus, Cumas ſe propere recepit; ab Annibale metuens, [3] qui ſuper Capuam in Tifatis habebat caſtra. [4] Nec eum provida futuri fefellit opinio. nam ſimul Capuam ea clades eſt nunciata, ratus Annibal, ab re bene geſta inſolenter lætum exercitum tironum magna ex parte ſervorumque, ſpoliantem victos, prædaſque agentem, ad Hamas ſe inventu- 36

Campanos, & non primo quoque tempore, antequam detegerentur inſidiæ, quas etiamſi nemo enunciaret, in tam propinquo loco celare difficile erat, & eo ipſo animadvertere potuiſſent Campani, quod nemo Cumanorum, contra quam dictum erat, adveniſſet. Verisimile eſt his verbis æque ac ſequentibus deſcribi ipſum illud ſacrum, legendumque levi mutatione *ſacrificandum*. Jac. Perizonius.

1 *Ne quis enuntiare poſſet, à ſexta ad decimam diei horam*] Put. *ne quis enunciare poſſet cœpta & an decuma diei horam*. Sic Pet. uterque & Men. Voſſ. Barberin. & quatuor Flor. cum Aldina: niſi quod omnes, *ad decimam diei horam*. Quippe in vetuſtiſſimo libro ℞ an poſteriori literæ tranſlutæ à ſupraſcriptum eſt. Me vero prima manus ambiguum relinquit, *ante decimam*, an *ad decimam* an *ab decima diei hora* (quo maxime inclino) probare malim. *Enuntiare cœpta*, ut apud Silium *prodere cœpta*. Infra: *nocte, ne cujus interventus cœpta impediret, mortem ſibi conſcivit*. J. Fr. Gron.

2 *Eo tumultu nocturno*] Vox, *nocturno*, redundat. nam ex priore verſu ſatis intelligitur rem nocte actam eſſe: abeſt certe à vet. lib. *Sigonius*.

3 *Qui ſuper Capuam ac Tifata habebat caſtra*] Put. Pet. Pal. Voſſ. *antiſatis*. Scribe: *ſuper Capuam in Tifatis*. Infra: *caſtraque Annibalis, quæ in Tifatis erant*. J. Fr. Gron.

4 *Nec eum provida viri*] Put. *providaſuituiri*. Scribe: *nec eum provida futuri ſefellit opinio*. Tacitus 6 Ann. *Jactu tamen vocibus, per quas intelligeretur providus futurorum*. Idem.

venturum; citatum agmen præter Capuam rapit: obvioſque ex fuga [1] Campanorum dato præſidio Capuam duci, ſaucios vehiculis portari jubet. [2] ipſe Hamis vacua ab hoſtibus caſtra, nec quicquam præter recentis veſtigia cædis, ſtrataque paſſim corpora ſociorum invenit. Auctores erant quidam, ut protinus inde Cumas duceret, urbemque oppugnaret. Id quamquam haud modice Annibal cupiebat, ut quia Neapolim non potuerat, Cumas ſaltem, maritimam urbem, haberet; tamen, quia præter arma nihil ſecum miles raptim acto agmine extulerat, retro in caſtra ſupra Tifata ſe recepit. inde fatigatus Campanorum precibus, ſequenti die cum omni apparatu oppugnandæ urbis, Cumas redit: [3] perpopulatoque agro Cumano, mille paſſus ab urbe caſtra locat. Tum Gracchus, magis verecundia in tali neceſſitate deſerendi ſocios, implorantes fidem ſuam populique Romani ſubſtitit, quam ſatis fidens exercitui. Nec alter conſul Fabius, qui ad Cales caſtra habebat, [4] Vulturnum flumen traducere audebat exercitum: occupatus primo [5] auſpiciis repetendis; dein prodigiis, quæ alia ſuper alia nunciabantur, expiantique ea haud facile litari aruſpices reſpondebant. Hæ cauſſæ quum Fabium tenerent, Sempronius
37 in obſidione erat; & jam operibus oppugnabatur. adverſus ligneam [6] ingentem admotam urbi, aliam turrem ex ipſo muro excitavit conſul Romanus, aliquanto altiorem: quia muro ſatis per ſe alto ſubjectis validis ſublicis

1 *Campanorum per duo præſidia*] Put. Pet. Voſſ. tres Pal. *Campanorum duo præſidio*. unde recte Lipſius *dato*. Sed & optimi: *ſaucios vehiculo portari jubet*. ubi vulgo, *tolli portarique*. Ubi & alii codices ignorant τὸ *tolli*. J. Fr. Gron.

2 *Ipſe ad Hamas vacua*] Alii, *ad Hamis*. Optimus, *ipſe Hamis*. Idem.

3 *Populatoque agro Cumano*] Meliores: *perpopulatoque*. Idem.

4 *Vulturnum traducere*] Iidem, *Vulturnum flumen traducere*. Idem.

5 *Auſpiciis repetendis Roma*] Latinitas aliud poſtulat, *Roma*: aut delendum. *Tan. Faber*.

Auſpiciis repetendis Roma] Vox ultima ſpernitur ab optimis libris. *J. Fr. Gron*.

6 *Ingentem turrim admotam urbi*] Abeſt τὸ *turrim*. & jure, cum ſtatim ſequatur: *aliam turrem*. Idem.

licis pro ſolo uſus erat. inde primum ſaxis, ſudibuſque, & cæteris miſſilibus [1] propugnatores mœnia atque urbem tuebantur: poſtremo, ubi promovendo adjunctam muro viderunt turrem, facibus ardentibus plurimum ſimul ignem conjecerunt. quo incendio trepida armatorum multitudo quum de turri ſeſe præcipitaret, [2] eruptio ex oppido ſimul duabus portis facta, ſtationes hoſtium fudit, fugavitque in caſtra; ut eo die obſeſſo, quam obſidenti ſimilior eſſet Pœnus. Ad mille [3] trecentos Carthaginienſium cæſi: & undeſexaginta vivi capti, qui circa muros & in ſtationibus ſolute ac negligenter agentes, quum nihil minus quam eruptionem timuiſſent, [4] ex improviſo oppreſſi fuerant. Gracchus, priuſquam ſe hoſtes ab repentino pavore colligerent, receptui ſignum dedit, ac ſuos intra muros recepit. [5] Poſtero die Annibal elatum ſecunda re conſulem juſto prœlio ratus certaturum, aciem inter caſtra atque urbem inſtruxit. cæterum poſteaquam neminem moveri ab ſolita cuſtodia urbis vidit, nec committi quicquam temerariæ ſpei, ad Tifata redit infecta re. Quibus diebus Cumæ liberatæ ſunt obſidione, iiſdem diebus, & in Lucanis ad Grumentum Ti. Sempronius, cui Longo cognomen erat, cum Hannone Pœno proſpere pugnat. Supra duo millia hoſtium occidit, & ducentos octoginta milites amiſit: ſigna militaria ad quadraginta unum cepit. Pulſus finibus Lucanis Hanno, retro in Bruttios ſeſe recepit. Et ex Hirpinis

1 *Propugnatores urbem ac mœnia*] Omnes: *propugnatores mœnia atque urbem.* J. Fr. Gron.

2 *Eruptio ex oppido ſimul duabus portis facta*] Non comparet *tò facta* in Put. Pet. duobus Pall. Voſſ. *Idem.*

3 *Quadringentos C. caſi, undequadraginta*] Put. Pet. *Ad mille trecentos Carthaginienſium caſi, & undeſexaginta vivi capti.* Poſteriorem numerum habet & Voſſianus & Pal. monueratque Valla. *Idem.*

4 *Ex improviſo oppreſſi ſunt*] Duo optimi: *oppreſſi fuerant.* Idem.

5 *Poſtero die Annibal elatum ſecunda re conſulem*] Tò *elatum* non habet auctores ſcriptos. Voſſ. *Hannibal cum ſecunda.* Duo Pall. *cum Hannibal ſecunda.* tertius, *Hannibal à ſecunda.* Put. & Petav. *Hannibaletum ſecunda.* Scribe: *Hannibal latum ſecunda.* Lib. 22. *Feſſis pugnando hoſtibus, tum victoria latiu.* Id.

nis oppida tria, quæ à populo Romano defecerant, vi recepta per M. Valerium prætorem. [1] Vercellius Siciliusque, auctores defectionis ſecuri percuſſi. ſupra mille captivorum ſub haſta venierunt: præda alia militi conceſſa, [2] exercitus Luceriam reductus. Dum hæc in Lu-
38 canis atque in Hirpinis geruntur, quinque naves, quæ Macedonum atque Pœnorum captos legatos Romam portabant, ab ſupero mari ad inferum circumvectæ prope omnem Italiæ oram, quum præter Cumas velis ferrentur, neque hoſtium an ſociorum eſſent, ſatis ſciretur, Gracchus obviam ex claſſe ſua naves miſit. cum percunctando invicem cognitum eſſet, conſulem Cumis eſſe; naves Cumas appulſæ, captivique ad conſulem deducti, & literæ datæ. Conſul literis Philippi atque Annibalis perlectis, conſignata omnia ad ſenatum itinere terreſtri miſit: navibus devehi legatos juſſit. Quum eodem fere die literæ legatique Romam veniſſent, & percunctatione facta, dicta cum ſcriptis congruerent; primo gravis cura Patres inceſſit, cernentes, quanta vix tolerantibus Punicum bellum, Macedonici belli moles inſtaret, cui tamen adeo non ſuccubuerunt, ut extemplo agitaretur, quemadmodum ultro inferendo bello averterent ab Italia hoſtem. [3] Captivis in vincula condi juſſis, comitibuſque eorum

1 *Vercellius Siciliuſque auctores*] Si fides optimis libris, ex oppidis tribus tres homines fecerunt editores. nam ita Put. & Pet. *Et ex Hirpinis oppida tria, quæ à populo Romano defecerant, vi recepta per M. Valerium prætorem, Vercellium, Veſcellium, Sicilinum & auctores defectionis ſecuri percuſſi.* Men. *Veſcellum, Vercellium, Sicilium & auctores.* Infra lib. 24, 44 mentio fit *Jovis Viſilini*, quod templum in Compſano agro ſit. Quis ſit ille aut cur ita dictus, non meminiſſe ait Glareanus. Etiam Caſſium illum Spurium, qui regnum Romæ adfectavit, *Viſcellinum* dictum fuiſſe notum eſt. Sed & *Sicilium* agnoſcit in Italia Dionyſius, etſi in Tiburtibus ponat. Voſſ. *PR. Vercellium Sicilinumque & auctores.* J. Fr. Gron.

2 *Exercituſque Cumas reductus*] Miror, quod Cumas M. Valerius exercitum reduxerit, cum ipſe Luceriæ in Apulia præſideret. Cumis autem Ti. Sempronius in præſidio eſſet, præſertim vero cum ex Irpinis reduxiſſe dicatur. *Sigonius.*

Exercituſque Cumas red.] Voſſ. & Men. *Cumam.* Put. & Pet. *exercituſque curiam reductus.* non *Cumas.* Scribe: *exercitus Luceriam reductus.* Vide Sigonium. *J. Fr. Gron.*

3 *Captivis in vincula conditis*] Put. *conditus ſit.* Scribe: *condi juſſis.* Idem.

1 Ad

rum ſub haſta venditis, [1] ad naves viginti quinque, quibus P. Valerius Flaccus præfectus præerat, [2] viginti paratas alias decernunt. His comparatis deductiſque, & additis quinque navibus, quæ advexerant captivos legatos, quinquaginta naves ab Oſtia Tarentum profectæ: [3] juſſuſque P. Valerius, militibus Varronianis, quibus L. Apuſtius legatus Tarenti præerat, in naves impoſitis, quinquaginta navium claſſe non tueri modo Italiæ oram, ſed explorare de Macedonico bello. ſi congruentia literis legatorumque indiciis Philippi conſilia eſſent, ut M. Valerium prætorem literis certiorem faceret: iſque L. Apuſtio legato exercitui præpoſito, Tarentum ad claſſem profectus primo quoque tempore in Macedoniam tranſmitteret: daretque operam, ut Philippum in regno contineret. Pecunia ad claſſem tuendam bellumque Macedonicum [4] ea decreta eſt, quæ Ap. Claudio in Siciliam miſſa erat, ut redderetur Hieroni regi: ea per L. Apuſtium legatum Tarentum eſt devecta. ſimul ab Hierone miſſa ducenta millia modium tritici, & hordei centum. Dum hæc Romani parant, aguntque; ad Phi- 39
lippum captiva navis, una ex iis, quæ Romam miſſæ erant,

1 *Ad naves* XXV *quib. Q. Fulvius Flaccus præf. pr.*] Legendum, ut ante dixi, *P. Valerius Flaccus*. Et paulo poſt: *juſſuſque P. Valerius*. Sic enim veteres libri. *Sigonius.*

Ad naves XXV *quibus P. Valerius Flaccus præfectus præerat*] Id vero palam falſum eſt. Nam quum hæc claſſis ab initio conſtitiſſet viginti quinque navibus, poſtea quinque celerrimas ex iis cum L. Valerio Antiate dimiſit ad legatos Philippi captivos Romam portandos, ut ait cap. 34, idque hoc in loco repetit: & quia eaſdem quinque poſtea rurſus claſſi adnumerat, dubitari non poteſt, quin iſtæ quinque fuerint etiam ex bellicarum numero, non onerariarum, quæ commeatus portabant. Itaque ſi ſalvum volumus Livii calculum, tranſponendæ voces hoc modo: *Ad naves viginti quibus P. Valerius Flaccus præfectus præerat, viginti quinque paratas alias decernunt.* Jac. Gron.

2 *Viginti paratas alias decernunt*] Optimi & Voſſ. *paratu*. Scribe: *parari alias*. Niſi tamen id verbum omnino delendum. *J. Fr. Gron.*

3 *Juſſuſque Q. Fulvius militibus Varronianis*] Ut Sigonius, omnes, *juſſuſque P. Valerius*. Nec aliter Andreas, Aſcenſius, Mog. aliique veteres editi ante Aldum. *Idem.*

4 *Ei decreta eſt, quæ* &c. *Hieroni regi: & per hæc*] Scripti fere: *ea decreta eſt*. Deinde Put. *regiex per*. Lege: *ut redderetur Hieroni regi: ea per L. Apuſtium Tarentum eſt devecta*. Idem.

Digitized by Google

erant, [1] ex curſu refugit: inde ſcitum, legatos cum literis captos. [2] itaque ignarus de iis quæ cum Annibale legatis ſuis conveniſſent, quæque legati ejus ad ſe allaturi fuiſſent, legationem aliam cum eiſdem mandatis mittit. Legati ad Annibalem miſſi, Heraclitus, [3] cui Scotino cognomen erat, & Crito Berræus, & Soſitheus Magnes. Hi proſpere tulerunt ac retulerunt mandata. ſed prius ſe æſtas circumegit, quam movere ac moliri quicquam rex poſſet: tantum navis una capta cum legatis momenti fecit, ad dilationem imminentis Romanis belli. Et circa Capuam, tranſgreſſo Vulturnum Fabio, poſt expiata tandem prodigia, ambo conſules rem gerebant. Combulteriam, & Trebulam, & Saticulam, urbes, quæ ad Pœnum defecerant, Fabius vi cepit; præſidiaque in iis Annibalis, [4] Campanique permulti capti. & Nolæ, ſicut priore anno, ſenatus Romanorum, plebs Annibalis erat: conſiliaque occulta de cæde principum & proditione urbis inibantur. Quibus ne incepta procederent, inter Capuam caſtraque Annibalis, quæ in Tifatis erant, traducto exercitu, [5] Fabius ſuper Veſuvium in Caſtris Claudianis conſedit, inde [6] M. Marcellum proconſulem, cum

iis

1 *Ex curſu fugit*] Scribe cum optimis: *ex curſu refugit*. nam & alii *excurſo refugit*. vel, *excuſſa refugit*. Lib. 44. *Brunduſii legatos jam eſſe, hos ex curſu Dyrrachium rejectos*. J. Fr. Gron.

2 *Itaque ignarus de iis quæ cum Annibale*] Put. *ignarus ex quæ*. Adjecit manus altera inter verſus *hec*. Unde Pet. *ex haec*. Men. *ex hi s ignarus*. Voſſ. *ex his*. Scribe: *itaque ignarus rex ecquæ cum Hannibale legatus ſuus conveniſſent*. Idem.

3 *Cui Scotino cognomen erat*] Ab aliena manu ſuſpicari additum poſſis. Nam verus ille Σκοτεινὸς multis ætatibus ante Philippum Demetrii filium vixit: niſi homo ineptus æmulatione prioris hoc ſibi cognomen adſcivit. Alter legatorum Philippi dicitur vulgo: *Crito Berræus*: Put. *Boeuſotius & Soſitheus*. Ambiguum relinquit fueritne *Beroeus* an *Bœotius*. Illud malo. In aliis quoque libris mirifice contortum id nomen: nam Pal. & Voſſ. *Critobo Euſotu*: alter *Crito boeuſetis*. Tertius: *Critoboeſis*. Andreas atque Aldus: *Crito Boreuſetus*. Idem.

4 *Campani permulti capti*] Meliores, *Campanique*. Idem.

5 *Fabius ſuper Veſuvium*] Cluverius ſatis bona ratione: *ſuper Sueſſulam in caſtris Claudianis*. 3 Ital. ant. 5. *Idem*.

6 *M. Marcellum pro pratore*] Vet. lib. *Pro conſule*. ſic etiam paulo poſt: ſic Plutarchus ad Nolam ἀνθύπατον, vocat, id eſt, *pro conſule*. Sigonius.

1 *Cala-*

Digitized by Google

iis copiis quas habebat, Nolam in præſidium miſit. Et in Sardinia res per T. Manlium prætorem adminiſtrari cœptæ, quæ omiſſæ erant, poſteaquam Q. Mucius prætor gravi morbo eſt implicitus. Manlius navibus longis ad [1] Carales ſubductis, navalibuſque ſociis armatis, ut terra rem gereret, & à prætore exercitu accepto, duo & viginti millia peditum, mille & ducentos equites confecit. Cum his equitum peditumque copiis profectus in agrum hoſtium, haud procul ab Hampſicoræ caſtris caſtra poſuit. Hampſicora tum forte profectus erat [2] in Pellidos Sardos ad juventutem armandam, qua copias augeret. Filius ejus, nomine Hioſtus, caſtris præerat: is adoleſcentia ferox, temere prœlio inito fuſus, fugatuſque. ad tria millia Sardorum eo prœlio cæſa, [3] trecenti ferme vivi capti. Alius exercitus primo per agros ſilvaſque fuga palatus; dein, quo ducem fugiſſe fama erat, ad urbem nomine Cornum, caput ejus regionis, confugit. debellatumque eo prœlio in Sardinia eſſet, ni claſſis Punica cum duce Aſdrubale, quæ tempeſtate dejecta ad Baleares erat, in tempore ad ſpem rebellandi adveniſſet. Manlius poſt famam appulſæ Punicæ claſſis, Carales ſe recepit. ea occaſio Hampſicoræ data, Pœno ſe jungendi. Aſdrubal copiis in terram expoſitis, & claſſe remiſſa Carthaginem, duce Hampſicora ad ſociorum populi

1 *Calares*] *Carales*, Græci & Latini libri veteres auctores. *Sigonius.*

2 *In Pellidos Sardos*] Optimi, *Pellitos*: ut ſuſpicati ſunt olim viri docti, quum apud Ciceronem Sardi vocentur *maſtrucati latrunculi*. Ea vox reſtituenda Plinio lib. 33 cap. 12. *At Hercules Pompeium Paullinum, Arelatenſis equitis Romani filium, paternaque gente Pellitum, duodecim pondo argenti habuiſſe apud exercitum, ferociſſimis gentibus oppoſitum, ſcimus.* Sic optimus codex Voſſianus. Alter minoris pretii: *paternaque gente appellatum d. p. a. habuiſſe.* Vulgo: *pulſum, quod duodecim p. argenti habuiſſet.* Eſt tamen in iſto quoque illa litera correcta, & ſic formata, ut dubites *d* an *t* prius fuerit. *J. Fr. Gron.*

3 *Trecenti ferme vivi capti*] Priores editi præponunt *mille trec.* Editis conſentiunt Voſſ. & Gud. ex quibus iſte *M* cum incurva ſupra notula, alter clare *mile* præmittit. Omnia ex perperam conſiderata vetere ſcriptura. Nam Put. Pet. *DCCC*, quomodo ad amuſſim Cantabrigienſis; ſcilicet dimidio non contenti, ex ſe alterum tantum auxerunt. *Jac. Gron.*

populi Romani agrum populandum profectus, Carales perventurus erat, ni Manlius obvio exercitu ab effusa eum populatione continuisset. Primo castra castris modico intervallo sunt objecta, deinde procursationes leviaque certamina vario eventu inita: postremo descensum in aciem, signisque collatis justo prœlio per quatuor horas pugnatum. Diu pugnam ancipitem Pœni, Sardis facile vinci assuetis, fecerunt: postremo & ipsi, quum omnia circa strage ac fuga Sardorum repleta essent, fusi. cæterum terga dantes, circumducto cornu, quo pepulerat Sardos, inclusit Romanus. cædes inde magis, quam pugna fuit. Duodecim millia hostium cæsa, Sardorum simul Pœnorumque ferme tria millia & 41 sexcenti capti, & signa militaria septem & viginti. Ante omnia claram & memorabilem pugnam fecit Asdrubal imperator captus, & Hanno, & Mago, nobiles Carthaginienses. Mago ex gente Barcina, propinqua cognatione Annibali junctus: Hanno auctor rebellionis Sardis; [1] bellique ejus haud dubie concitor. Nec Sardorum duces minus nobilem eam pugnam cladibus suis fecerunt. nam & filius Hampsicoræ Hiostus in acie cecidit: & Hampsicora cum paucis equitibus fugiens, ut super afflictas res necem quoque filii audivit, nocte [2] ne cujus interventus cœpta impediret, mortem sibi conscivit. Cæteris urbs Cornus eadem, quæ ante, fugæ receptaculum fuit. quam Manlius victore exercitu aggressus, intra paucos dies recepit. Deinde aliæ quoque civitates, quæ ad Hampsicoram Pœnosque defecerant, obsidibus datis, dedi-

1 *Bellique ejus haud dubie concitator*] Optimi, *concitor*: quam vocem & lib. 37, 45 ex MSS. restitutum ivimus: *Thoantem quoque Ætolum concitorem Ætolici belli*. Habent & Tacitus Justinusque & Ammianus. *J. Fr. Gron.*

2 *Ne cujusquam interventus cœptum*] Pet. & Voss. *ne cujus interv. cœptam peteret*. Put. *cujus interventus cœptam pediret*. Scribe: *ne cujus interventus cœpta impediret*, non *cujusquam* & *cœptum*, ut vulgo. Lib. 21. *Daturum se operam, ne cujus suorum popularium mutatam secum fortunam esse vellent*. Idem.

1 *Sti-*

dediderunt ſeſe. quibus ſtipendio frumentoque imperato pro cujuſque aut viribus aut delicto, Carales exercitum reduxit. Ibi navibus longis deductis, impoſitoque quem ſecum advexerat milite, Romam navigat, Sardiniamque perdomitam nunciat Patribus: & [1] ſtipendium quæſtoribus, frumentum ædilibus, captivoſque Fulvio prætori tradidit. Per idem tempus [2] T. Otacilius prætor [3] quinquaginta navium ab Lilybæo claſſe in Africam tranſvectus, depopulatuſque agrum Carthaginienſem, quum Sardiniam inde peteret, quo fama erat Aſdrubalem à Balearibus nuper trajeciſſe, claſſi Africam repetenti occurrit, [4] levique certamine in alto commiſſo, ſeptem inde naves cum ſociis navalibus cepit: cæteras metus haud ſecus, quam tempeſtas, paſſim disjecit. Per eoſdem forte dies & [5] Bomilcar cum militibus ad ſupplementum Carthagine miſſis, quadragintaque elephantis, & commeatu, Locros acceſſit. quem ut incautum opprimeret Ap. Claudius per ſimulationem provinciæ circumeundæ Meſſanam raptim exercitu ducto, [6] æſtu ſecundo Locros trajecit. Jam inde Bomilcar ad Hanno-

nem

1 *Stipendium quæſtoribus, & frumentum ædilibus*] Scripti abſque copula. *J. Fr. Gron.*

2 *T. Otacilius prætor*] Forte: *propretore.* Non enim cap. 30 inter prætores numeratur. Adde caput 32. *Idem.*

3 *Quinquaginta navium ab Lil. el. in Afr. tr.*] Vet. lib. *quinquaginta navium claſſe ab Lilybæo in Africam tranſvectus.* Sigonius.

4 *Levique armatura certamine in alto commiſſo*] Deeſt optimis τὲ *armatura*, nec niſi ſtulte adjicitur. *J. Fr. Gron.*

5 *Bomilcar cum militibus ad ſupplementum*] Meliores: *Bomilcar cummilibus ad ſupplementum Carthagine miſſis, elephantiſque.* non habent *quadragintaque.* Corrige: *Bomilcar quatuor millibus ad ſupplementum Carthagine miſſis, elephantiſque & commeatu Locros acceſſit.* Numerum ſupplevimus ex cap. 13 ſupra: ubi etſi vulgo legitur: *quadraginta millia Numidarum:* tamen Put. perinde ut Lipſianus ∞ ∞ ∞ ∞. Neque offendat quemquam defectus præpoſitionis. Sic enim lib. 5. *Reſtat ut jam novis copiis veniant.* Lib. 10. *Etruſci omnibus copiis aderant.* Lib. 27. *Advenit Livius peditum omnibus copiis.* Idem.

6 *Æſtu ſecundo Locros trajecit*] Non eſt ſincerum hoc, etſi Salluſtius: *æſtu ſecundo furtim aut celeritate vitare prælium in tranſgreſſu conatus eſt.* Cæſar 4 Gall. *Et ventum & æſtum uno tempore nactus ſecundum.* Juſtinus 12. *Secundo æſtu oſtio fluminis Indi invehitur.* nam Put. & Pet. *æſtuquaeſuo.* Tres etiam Pall. & Men. *æſtuque ſuo Locros.* Latet aliquid. Forte: *raptim exercitum duxit, æſtuque ſuo Locros trajecit.* Ut *æſtum* dixerit

nem in Bruttios profectus erat, & Locrenſes portas Romanis clauſerunt. Appius magno conatu nulla re geſta, Meſſanam repetit. Eadem æſtate Marcellus ab Nola, quam præſidio obtinebat, crebras excurſiones in agrum Hirpinum, & Samnites Caudinos fecit. adeoque omnia ferro atque igni vaſtavit, ut antiquarum cladium Samnio
42 memoriam renovaret. Itaque extemplo legati ad Annibalem miſſi ſimul ex utraque gente, ita Pœnum allocuti ſunt: *Hoſtes populi Romani, Annibal, fuimus primum per nos ipſi, quoad noſtra arma, noſtræ vires nos tutari poterant. poſteaquam iis parum fidebamus, [1] Pyrrho regi nos adjunximus: à quo relicti, pacem neceſſariam accepimus, fuimuſque in ea [2] per annos prope quinquaginta, ad id tempus quo in Italiam veniſti. Tua nos non magis virtus fortunaque, quam unica comitas ac benignitas*

xerit *ſuum*, quemadmodum *locos, deos, ventos ſuos* pro ſecundis dicunt: quod Al. Rubenio quoque videbatur. Horatius, *ventis iturus non ſuis*. Ovidius: *& vento naviget uſque ſuo*. J. Fr. Gron.

Æſtu ſecundo] Hæc lectio ab aliis concinnata eſt ad exemplum lib. 29 cap. 7. ubi in eodem loco, *Scipio, quum primum æſtu fretum inclinatum eſt, naves mari ſecundo miſit*. Sed eadem fortuna, qua cap. 25 *ſecundo* ſubjecerunt. Cæterum Cantabrig. quoque, ut alii, *æſtuque ſuo*, haud dubie ex Puteanæo primum propagata lectione. Quare omnibus ſpretis, in eum ſolum oculis fixis legendum putamus vix quoquam immutato *æſtu quæſito* hoc eſt, exſpectato, donec æſtus illuc ferret: impetrato, quem exſpectabat, æſtu. 30, 16. *Quippe qui moram temporis quæreret*. 25, 23. *Quum adiri locus non poſſet, occaſio quærebatur*. Polybio eſt ἔκπλους. *Jac. Gron.*

1 *Pyrrho regi nos adjunximus*] Samnites loquuntur. Eſt autem illud bellum Pyrrhi, Tarentinorum, Samnitum, Lucanorum & Brutiorum copiis, exercituque geſtum. Quod ex triumphis illorum annotum intelligi poteſt. M. quidem Curius non tam de Pyrrho rege, quam de Samnitibus triumphaſſe traditur. *Sigonius.*

2 *Per annos prope quinquaginta ad id tempus, quo tu in It. ven.*] Pax data Samnitibus; eſt anno ab urbe condita CDLXXIX, quo anno C. Claudius Canina conſul de iis triumphavit, cum per annos LXX geſtum bellum eſſet, ut ait Livius lib. 31 in oratione legati Rom. in concilio Ætolorum. Quod ita eſſe inde facile intelligi poteſt, quod cœptum erat bellum M. Valerio, A. Cornelio Coss. anno CDXII. ſi igitur anno CDLXXIX victis Samnitibus pax data eſt, in pace autem fuerunt uſque ad adventum Annibalis in Italiam, P. Scipione & Ti. Longo Coss. anno DXXXII, id eſt, annis LIII poſtquam pacem Samnites acceperant: ergo hoc loco legendum videtur, *in ea fuimus per annos prope* LX. Nam vox illa, *prope*, majori numero non expleto adjicitur. In hac autem oratione omnia oratorie in majus ornantur, ut cum ait: *per centum prope annos cum populo Rom. bellum geſſimus, nullo externo adjuti, nec duce, nec exercitu*. Idem.

tas erga cives noſtros, quos captos nobis remiſiſti, ita conciliavit tibi, ut te ſalvo atque incolumi amico, non modo populum Romanum, ſed ne Deos quidem iratos (ſi dici fas eſt) timeremus. At, Hercule, non ſolum incolumi & victore, ſed præſente te, quum ploratum prope conjugum ac liberorum noſtrorum exaudire, & flagrantia tecta poſſes conſpicere: ita ſumus aliquoties hac æſtate devaſtati, ut M. Marcellus, non Annibal viciſſe ad Cannas videatur: glorienturque Romani, te [1] *ad unum modo ictum vigentem, velut aculeo emiſſo, torpere. Per centum prope annos cum populo Romano bellum geſſimus: nullo externo adjuti nec duce, nec exercitu: niſi quod per biennium Pyrrhus noſtro magis milite ſuas auxit vires, quam ſuis viribus nos defendit.* [2] *Non ego ſecundis rebus noſtris gloriabor: duos conſules, ac duos conſulares exercitus à nobis ſub jugum miſſos, & ſi qua alia aut læta aut glorioſa nobis evenerunt. quæ aſpera adverſaque tunc acciderunt, minore indignatione referre poſſumus, quam quæ hodie eveniunt. Magni dictatores cum magiſtris equitum, bini conſules cum binis conſularibus exercitibus ingrediebantur fines noſtros; ante explorato & ſubſidiis poſitis: & ſub ſignis ad populandum ducebant.* [3] *nunc prope unius & parvi ad tuendam Nolam præſidii*

1 *Ad unum modo ictum vigentem velut jaculo*] Put. *velutaculegemiſſo.* Scribe: *velut aculeo emiſſo.* Ut Freinſhemius quoque conjecit ex Curtii lib. 4. *Ubi primum impetum effudit, velut quadam animalia, emiſſo aculeo, torpet.* Cicero pro Flacco: *Mortuus eſt aculeo jam dimiſſo ac dicto teſtimonio.* Plutarchus Pericle: καθάπερ κέντρον εἰς τὸν ἅπαξ πληγὴν ἢ θυμὸν ἀφεικότων περὶ πολλῶν. *J. Fr. Gron.*

2 *Non ego ſecundis noſtris rebus gloriabor*] Vet. lib. *Non ergo ſecundis noſtris rebus gloriabimur*, recte. loquuntur enim legati Samnitum, Irpinorum, Claudinorumque. Sequitur autem: *Quæ aſpera, adverſaque acciderunt, minore indignatione referre poſſumus.* Sigonius.

Non ergo ſec. reb. n. gloriabimur] Put. duo Pall. aliique meliores: *Non ego ſecundis rebus noſtris gloriabor.* Et ſic reſtituendum. *J. Fr. Gron.*

3 *Nunc prope unius & parvi*] Hoc alienæ manus videtur. Put. *propriunius.* Unde Salmaſius *propria.* Sed verius videtur ex Cantabrig. venire *nunc proprii unius*, hoc eſt, quod uni certæ urbi deſtinatum propriumque eſt. 2, 49. *Sequebatur turba propria alia cognatorum ſodaliumque.* 25, 33. *Ut non plus ſui roboris, ſuarumque proprie virium in caſtris habeant.* 27, 38. *Annibalem ſuo proprio occupandum bello.* Sed & τὸ *ingrediebantur* ignorat liber Cantabr. & fors fuit, ut Livius ſcripſerit: *Bini conſules cum binis conſularibus exercitibus in fines noſtros, ante explorato & ſubſidiis poſitis & ſub ſignis ad populandum ducebant.* Habes ſane omnibus numeris perfectam periodum. *Jac. Gron.*

1 *Præ-*

dii præda ſumus: Jam, ne manipulatim quidem, ſed latronum modo, percurſant totis finibus noſtris negligentius, quam ſi in Romano vagarentur agro. Cauſſa autem hæc eſt, quod neque tu defendis; & noſtra juventus, quæ ſi domi eſſet, tutaretur, omnis ſub ſignis militat tuis. Nec te, nec exercitum tuum norim: niſi à quo tot Romanas acies fuſas ſtrataſque eſſe ſciam, ei facile eſſe ducam opprimere populatores noſtros vagos, ſine ſignis, palatos, quo quemque trahit, quamvis vana, prædæ ſpes. Numidarum paucorum illi quidem præda erunt, [1]præſidiumque miſſum nobis erit, & Nolæ ademeris: ſi modo, quos ut ſocios haberes dignos duxiſti, 43 *haud indignos judicas, quos in fidem receptos tuearis.* Ad ea Annibal reſpondit: *Omnia ſimul facere Hirpinos Samniteſque: & indicare clades ſuas, & petere præſidium, & queri indefenſos ſe, neglectoſque. Indicandum autem fuiſſe primum, deinde petendum præſidium: poſtremo, ni impetraretur, tum denique querendum, fruſtra opem imploratam. Exercitum, ſe non in agrum Hirpinum Samnitemve, ne & ipſe oneri eſſet, ſed in proxima loca ſociorum populi Romani adducturum. iis populandis & militem ſuum repleturum ſe, & metu procul ab iis ſummoturum hoſteis. Quod ad bellum Romanum attineret, ſi Traſimeni quam Tre-*

1 *Præſidiumque miſſum nobis erit, & Nolæ ademeris*] Senſum aptum nullum elicere poſſum ex his verbis: *& Nolæ ademeris.* Suſpicor autem, quia in veteribus libris legitur, *præſidiumque miſſum nobis & Nolæ ademeris*, ne ſit legendum: *præſidiumque miſſum nobis & Nolam ademerit.* Suadent enim Samnites, ut Annibal præſidium Numidarum ad ſe ab impetu militum Romanorum, qui Nolæ erant, defendendos mittat, quod idem præſidium & ſe defenſurum ſit, & Nolam, cui maxime imminebat Annibal, Romanis adempturum ſit. *Sigonius.*

Miſſum nobis erit & Nolæ ademeris] Tè *erit* Magontiaci natum. Scripti, quorum nobis copia, ſed & Andreas, Tarviſ. Ven. Bechar. Aſcenſ. abdicant. Utrumvis autem quid ſibi velit, haud facile adſequare. Sigonius, *& Nolam ademerit.* Lipſius, *nobis & Nolæ idem erit:* & nobis, inquit, propugnandis & Nolanis premendis. Sed cui perſuadebit, *idem præſidium erit Nolæ*, Latine dici pro eo, quod eſt, Nolanos premet aut vexabit? Potius dixiſſet Nolæ, ut ſperabatur, Romano præſidio occiſo. Put. *præſidiumquemiſul nobis & nolae ademdem eris.* Cogitabam: *ſimul nobis & Nolæ ademptum erit. Simul erit nobis*, id eſt, nos habebimus adverſus quamcumque vim: *& erit ademptum Nolæ* exſis nempe præſidiariis per Numidas. Aut etiam: *præſidiumque miſſum nobis, & Nolam redemerit.* Sic loquitur quaſi Nola parum libera, quia plebs Hannibali favebat & invita ab Romanis continebatur. *J. Fr. Gron.*

Trebiæ, ſi Cannarum quam Traſimeni pugna nobilior eſſet; Cannarum ſe quoque memoriam obſcuram majore & clariore victoria facturum. Cum hoc reſponſo, muneribuſque amplis, legatos dimiſit. ipſe præſidio modico relicto in Tifatis, profectus cætero exercitu ire Nolam pergit. Eodem Hanno ex Bruttiis, cum ſupplemento Carthagine advecto atque elephantis, venit. [1] caſtris haud procul poſitis, longe alia omnia inquirenti comperta ſunt, quam quæ à legatis ſociorum audierat. nihil enim Marcellus ita gerebat, ut aut fortunæ, aut temere hoſti commiſſum dici poſſet. [2] explorato, cum firmiſque præſidiis tuto receptu prædatum ierat: omniaque velut adverſus præſentem Annibalem cauta proviſaque fuerunt. Tum ubi ſenſit hoſtem adventare, copias intra mœnia tenuit: per muros inambulare ſenatores Nolanos juſſit, & omnia circa explorare, quæ apud hoſtes fierent. Ex iis Hanno, quum ad murum ſucceſſiſſet, Herennium Baſſum, & [3] Herium Petrium, ad colloquium evocatos, permiſſuque Marcelli egreſſos, per interpretem alloquitur. Annibalis virtutem, fortunamque extollit: populi Romani obterit ſeneſcentem cum viribus majeſtatem, *quæ ſi paria eſſent, ut quondam fuiſſent, tamen expertis quam grave Romanum imperium ſociis, quanta indulgentia Annibalis etiam in captivos omnes Italici nominis fuiſſet; Punicam Romanæ ſocietatem atque amicitiam præoptandam eſſe. Si ambo conſules cum ſuis exercitibus ad Nolam eſſent, tamen non magis pares Annibali futuros, quam ad Cannas fuiſſent: nedum prætor unus cum paucis & novis militibus Nolam tutari poſſit.* [4] *ipſorum quam Annibalis intereſſe, capta an tradita Nola potiretur. potiturum enim, ut*

Capua

1 *Ibi caſtris haud procul poſitis*] Vox *ibi* ignoratur in optimis, & eſt eorum, qui multa hujuſmodi inferſerunt, ubi oratio minus cohærere bonis hominibus viſa. *J. Fr. Gron.*

2 *Explorato cum firmiſque*] Voſſ. *explorato enim firmiſque.* Idem.

3 *Herium Petrium*] Vet. lib. *Henum.* Sigonius.

Herium Petrium] Et optimi & alii codices, *Herium Pettium.* J. Fr. Gron.

4 *Ipſorum magis quam Annibalis intereſſe*] Spernunt omnes boni libri *magis*, ut jam diximus. *Idem.*

1 *Cujus*

Capua Nuceriaque potitus esset: sed quid inter Capuæ Nuceriæque fortunam interesset, ipsos prope in medio sitos Nolanos scire. Nolle ominari quæ captæ urbi cessura forent: sed potius spondere, si Marcellum cum præsidio ac Nolam tradidissent, neminem alium quam ipsos legem, qua in societatem amicitiamque Annibalis venirent, dicturum. Ad ea Herennius Bassus respondit: *Multos annos jam inter Romanum Nolanumque populum amicitiam esse,* [1] *cujus neutros ad eam diem pœnitere; & sibi si cum fortuna mutanda fides fuerat, sero jam esse mutare eam. dedituris se Annibali, non fuisse arcessendum Romanum præsidium: cum iis qui ad se tuendos venissent, omnia sibi & esse consociata, & ad ultimum fore.* Hoc colloquium abstulit spem Annibali per proditionem recipiendæ Nolæ. itaque oppidum corona circumdedit, ut simul ab omni parte mœnia aggrederetur. Quem ut successisse muris Marcellus vidit, instructa intra portam acie, cum magno tumultu erupit. aliquot primo impetu perculsi, cæsique sunt, [2] dein concursu ad pugnantes facto, æquatisque viribus, atrox cœpit esse pugna. memorabilisque inter paucas fuisset, ni ingentibus procellis effusus imber diremisset pugnantes. Eo die commisso modico certamine, atque irritatis animis, in urbem Romani, Pœni in castra sese receperunt. tamen Pœnorum prima eruptione perculsi ceciderunt, haud plus quam triginta: [3] Romanorum nullus. Imber continens per noctem totam usque ad horam tertiam diei insequentis tenuit: itaque quamquam utraque [4] pars

44

post p. 336

avidi

1 *Cujus neutros ad eam diem pœniteret*] Immo: *pœnitere:* ut & habet Andreas & Bec. & quicquid video ante Badianam editionem. Mox forsan, *fuerit, serum.* J. Fr. Gron.

2 *Deinde concursu ad pugnam facto*] Put. Pet. melior, Men. *dein* & *pugnanti.* Scribe: *dein concursu ad pugnantes facto.* Antiqua scriptura fuit *pugnantis* pro *pugnanteis.* Idem.

3 *Romanorum nullus. Imber continens*] Put. *Romani liber continens.* Lege: *Romani quinquaginta. Imber continens.* Fuerat per notas, *Romani L.* Lib. 24. *Plus tamen duo millia hostium eo die cæsa traduntur: Romani minus quadringentis.* Falsus etiam numerus triginta. Forte *trecenti.* Idem.

4 *Pars avida certaminis erat*] Put. Pet. *avidi certaminis erant, eo die tenuerunt se tamen munimentis.* Idem.

Digitized by Google

Apulia ne hiems quidem quieta inter Romanos atque Annibalem erat. Luceriæ Sempronius consul, Annibal haud procul Arpis hibernabat. Inter eos levia prœlia ex occasione, aut opportunitate hujus aut illius partis oriebantur: meliorque eis Romanus, & indies cautior tutiorque ab insidiis fiebat. In Sicilia Romanis omnia mutaverat mors Hieronis, regnumque ad Hieronymum nepotem ejus translatum: puerum, vixdum libertatem, nedum dominationem, modice laturum. [1] Læte id ingenium tutores atque amici ad præcipitandum in omnia vitia acceperunt: quæ ita futura cernens Hiero, ultima senecta voluisse dicitur, liberas Syracusas relinquere, ne sub dominatu puerili, per ludibrium, bonis artibus partum firmatumque interiret regnum. Huic consilio ejus summa ope [2] obstitere filiæ: nomen regium penes puerum futurum ratæ, regimen rerum omnium penes se, [3] virosque suos, Andranodorum, & Zoippum: nam ii tutorum primi relinquebantur. Non facile erat nonagesimum jam agenti annum, circumsesso dies noctesque mu-

1 *Læte id ingenium*] Jam sic in Tarvisina invenio. Andreas, *laturum ætatis. Id ingenium:* ut etiam Men. Buslid. Voss. tres Pal. Laur. Valla conjecerat, *Lætati.* Optimus vero: *laturum ætatis ut ingenium & tutores.* Manus secunda inter *A* & *S*, immittendum supra posuerat *TE.* unde Pet. melior, *ætates.* Salmasio videbatur: *Ea ætas, id ingenium: & tutores.* Alb. Rubenio: *Hac ætate id ingenium.* Nobis: *puerum vix dum libertatem, nedum dominationem, modice laturo ætatis. Id ingenium & tutores atque amici.* Justinus lib. 10. *Puero immaturæ ætatis.* J. Fr. Gron.

2 *Obsistere filiæ*] Sic & Modiana; sed scripti omnes & prius editi, *obstitere.* Idem.

3 *Virosque suos Andronodorum & Zeidum*] Scribe: *Andranodorum & Zoippum.* Illud est à Pur. qui semper ita, confirmatque Polybius; hoc à Polybio hic quidem, sed in aliis locis satis confirmat Pur. ut monebimus. Transtulit autem Polybium Livius in hac parte quoque historiæ, Ἐχωρίσαντο δὲ Θερσιτῶν, οἱ περὶ Ζοίππων καὶ Ἀνδρανόδωρον. Sic utrumque nomen apud nostrum reconcinna. Nam ne putes ab Ἄνδρων Ἄνδρωνος, quod ipsum nomen est, alterum originem capere, Andranus erat ὄπωρ Χίων δαίμων cognominis Adranitarum in Sicilia oppidi, teste Ælian. περὶ ζώων 11, 20. Sic ergo verum est ab Ἄνδρανος Ἀνδρανόδωρος, ut ab aliorum deum nominibus Διόδωρος, Ἑρμόδωρος, Ἀθηνόδωρος, Ἀπολλόδωρος. Atque ita potius apud Polybium Liviumque restituendum. etsi literam *n* solitos interdum διχρονίας χάριν interjicere non ignoro. Idem.

muliebribus blanditiis liberare animum,& convertere [1]ad publicam privata curam. Itaque [2] tutores numero quindecim puero reliquit. quos precatus est moriens, ut [3] fidem erga populum Romanum, quinquaginta annos ab se cultam inviolatam servarent, juvenemque suis potissimum vestigiis insistere vellent, [4] disciplinæque, in qua edoctus esset. [5] Post hæc mandata quum exspirasset, tutores prodeunt. testamento prolato, pueroque in concionem producto, (erat autem quindecim tunc ferme annorum) paucis, qui per concionem ad excitandos clamores dispositi erant, approbantibus testamentum, cæteris velut patre amisso in orba civitate omnia timentibus; funus fit regium, magis amore civium & caritate, quam cura suorum celebre. Deinde cæteros tutores summovet Andranodorus: juvenem jam esse dictitans Hieronymum,

1 *Ad publicam privatamque curam*] Optimi: *liberare animum & convertere ad publicam privata curam.* hoc est, ita statuere de domo sua ut præcipue reipublicæ consuleret, & illius statum hujus commodo attemperaret. *J. Fr. Gron.*

2 *Tutores numero quindecim puero reliquit*] Put. *pueri.* Idem.

3 *Fidem erga pop. Rom. quinquaginta annos ab se cultam*] De Hierone Rege loquitur, qui secundo anno primi belli Punici in societatem venit Romanam M' Valerio Maximo, M' Otacilio Crasso consulibus, ut scribit Polybius, à quo anno ad hunc numerantur anni XLIX. *Sigonius.*

4 *Disciplinæque in qua edoctus esset*] *Disciplina* hic non pertinet ad studia aut doctrinam, sed ad sectam rationemque interioris vitæ, cultum domesticum, moderationem in illis, quæ ad victum, cultum, voluptates adhibentur. Itaque melius forsan *eductus*, quod & vetus quædam editio occupavit. Sic lib. 21. *In prætorio patris, clarissimi imperatoris, prope natum, certe eductum.* J. Fr. Gronovius.

In qua edoctus] Mallem *eductus.* sed fortasse non est tanti. Tamen mallem. *Tan. Faber.*

5 *Post hæc mandata quum exspirasset, tutores prodeunt*] Primam & ultimam vocem fidissimi quique libri aspernantur. Fortasse: *his mandatis*, vel, *hæc mandans quum exspirasset, tutores testamento prolato* &c. *funus faciunt regium.* J.Fr. Gron.

Post hæc mandata quum exspirasset &c.] Vide, an ad voluntatem scriptorum codicum & Livii consuetudinem aptius sit ita lectionem constitui: *Hæc mandata. Quum exspirasset per tutores testamento* &c. Frequentissimus enim hic Livii usus est, hunc in modum absolvere & finem dare præcedenti orationi. Hoc lib. cap. 13. *Hæc cum spe dimissi Tarentini.* 31, 11. *Hæc ad Carthaginienses mandata.* 21, 54. *Hæc mandata Numidis.* 37, 55. *His, quæ præsentis disceptationis essent, libera mandata.* 31, 32. *Hæc in concilio Etolorum acta.* 27, 43. *Hæc senatui scripta.* Et passim. *Jac. Gron.*

num, ac regni potentem: [1] deponendoque tutelam, quæ ipsi cum pluribus communis erat, in se unum omnium vires convertit. Vix quidem ulli bono, moderatoque regi facilis erat favor apud Syracusanos, [2] succedenti tantæ caritati Hieronis. verum enim vero Hieronymus, velut suis vitiis desiderabilem efficere vellet avum, primo statim conspectu omnia quam disparia essent, ostendit. nam qui per tot annos Hieronem, filiumque ejus Gelonem, nec vestis habitu, nec alio ullo insigni differentes à cæteris civibus vidissent, conspexere purpuram, ac diadema, ac satellites armatos: quadrigisque etiam alborum equorum interdum ex regia procedentem, more Dionysii tyranni. Hunc tam superbum apparatum habitumque, [3] convenientes sequebantur, contemptus omnium hominum, superbæ aures, contumeliosa dicta: rari aditus non alienis modo, sed [4] tutoribus etiam: libidines novæ, inhumana crudelitas. Itaque tan-

tus

1 *Deponendoque tutelam, quæ ipsi cum pluribus*] Plerique libri scripti, *deponendamque tutelam*, vel *deponendaque tutelam*: ut verum putem, quod & Valla, *deponendaque tutela*. Ut præcedente libro, *visenda urbe*. Deinde omnes: *ipsæ quæ cum*. *Convertit in se*, ut lib. 21. *omnem exercitum in se convertit*. Suetonius Vespasiano: *Ut primum provinciam attigit, proximas quoque convertit in se*. J. Fr. Gron.

2 *Succedendi tantæ caritate Hieronis*] Olim hic legebatur *succedenti*, ut & in Pet. Pall. Voss. in quo cum hæreret Glareanus, Sigonius fecit quod editur. Optimus: *succedenti tantæ*. Bene, sed totum sit: *succedenti tantæ caritati Hieronis*. id est, qui succederet tam caro Hieroni. Lib. 1. *Regnavit ita, ut bono moderatoque succedenti regi difficilis æmulatio esset*. Lib. 4. *Fabius & Æbutius Coss. quo majori gloriæ rerum domi forisque gestarum succedere si cernebant*. Justinus lib. 3. *Ut non numero tantum amissorum civium, sed dignitati succederent*. Lib. 22. *Agathocle qui magnitudini prioris Dionysii successit*. Plinius lib. 2 ep. 13. *Huic quoque nomini pietate successit*. Idem.

3 *Convenientes sequebantur mores*] Nostrorum vetustiorum nemo *convenientes mores* habet, neque invenit Valla, qui conjectat *convenientia*. Sed opus non est: quum enim hoc adjectivum numero respondeat omnibus, quæ sequuntur, tyrannidos notis, in genere positum est proximæ, nempe *contemptus*. Adde notata ad lib. 30, 34. Nisi malis *convenienter*. Idem.

Convenientes sequebantur contemptus &c.] Crediderim primam vocem corruptam esse pro *comites sequeb.* Sic enim sæpe videmus à veteribus in proverbiis dici rem unam esse alterius comitem non secus ac umbra. Seneca epist. 7. *Ferre impetum vitiorum tam magno comitatu venientium*. Jac. Gron.

4 *Tutoribus etiam difficiles*] Postremum vocabulum fatetur addere

populi Romani agrum populandum profectus, Carales perventurus erat, ni Manlius obvio exercitu ab effusa eum populatione continuisset. Primo castra castris modico intervallo sunt objecta, deinde procursationes leviaque certamina vario eventu inita: postremo descensum in aciem, signisque collatis justo prœlio per quatuor horas pugnatum. Diu pugnam ancipitem Pœni, Sardis facile vinci assuetis, fecerunt: postremo & ipsi, quum omnia circa strage ac fuga Sardorum repleta essent, fusi. cæterum terga dantes, circumducto cornu, quo pepulerat Sardos, inclusit Romanus. cædes inde magis, quam pugna fuit. Duodecim millia hostium cæsa, Sardorum simul Pœnorumque ferme tria millia & 41 sexcenti capti, & signa militaria septem & viginti. Ante omnia claram & memorabilem pugnam fecit Asdrubal imperator captus, & Hanno, & Mago, nobiles Carthaginienses. Mago ex gente Barcina, propinqua cognatione Annibali junctus: Hanno auctor rebellionis Sardis; [1] bellique ejus haud dubie concitor. Nec Sardorum duces minus nobilem eam pugnam cladibus suis fecerunt. nam & filius Hampsicoræ Hiostus in acie cecidit: & Hampsicora cum paucis equitibus fugiens, ut super afflictas res necem quoque filii audivit, nocte [2] ne cujus interventus cœpta impediret, mortem sibi consicivit. Cæteris urbs Cornus eadem, quæ ante, fugæ receptaculum fuit. quam Manlius victore exercitu aggressus, intra paucos dies recepit. Deinde aliæ quoque civitates, quæ ad Hampsicoram Pœnosque defecerant, obsidibus datis, dedi-

1 *Bellique ejus haud dubie concitator*] Optimi, *concitor*: quam vocem & lib. 37, 45 ex MSS. restitutum ivimus: *Thoantem quoque Ætolum concitorem Ætolici belli*. Habent & Tacitus Justinusque & Ammianus. *J. Fr. Giron.*

2 *Ne cujusquam interventus cœptum*] Pet. & Voss. *ne cujus interv. cœptam peteret*. Put. *cujus interventus cœptampediret*. Scribe: *ne cujus interventus cœpta impediret*, non *cujusquam* & *cœptum*, ut vulgo. Lib. 21. *Daturum se operam, ne cujus suorum popularium mutatam secum fortunam esse vellent*. Idem.

1 *Sti-*

dediderunt ſeſe. quibus ſtipendio frumentoque imperato pro cujuſque aut viribus aut delicto, Carales exercitum reduxit. Ibi navibus longis deductis, impoſitoque quem ſecum advexerat milite, Romam navigat, Sardiniamque perdomitam nunciat Patribus: & [1] ſtipendium quæſtoribus, frumentum ædilibus, captivoſque Fulvio prætori tradidit. Per idem tempus [2] T. Otacilius prætor [3] quinquaginta navium ab Lilybæo claſſe in Africam tranſvectus, depopulatuſque agrum Carthaginienſem, quum Sardiniam inde peteret, quo fama erat Aſdrubalem à Balearibus nuper trajeciſſe, claſſi Africam repetenti occurrit, [4] levique certamine in alto commiſſo, ſeptem inde naves cum ſociis navalibus cepit: cæteras metus haud ſecus, quam tempeſtas, paſſim disjecit. Per eoſdem forte dies & [5] Bomilcar cum militibus ad ſupplementum Carthagine miſſis, quadragintaque elephantis, & commeatu, Locros acceſſit. quem ut incautum opprimeret Ap. Claudius per ſimulationem provinciæ circumeundæ Meſſanam raptim exercitu ducto, [6] æſtu ſecundo Locros trajecit. Jam inde Bomilcar ad Hannonem

1 *Stipendium quæſtoribus, & frumentum ædilibus*] Scripti abſque copula. *J. Fr. Gron.*

2 *T. Otacilius prætor*] Forte: *propretore.* Non enim cap. 30 inter prætores numeratur. Adde caput 32. *Idem.*

3 *Quinquaginta navium ab Lil. cl. in Afr. tr.*] Vet. lib. *quinquaginta navium claſſe ab Lilybæo in Africam tranſvectus.* Sigonius.

4 *Levique armatura certamine in alto commiſſo*] Deeſt optimis *τὸ armatura*, nec niſi ſtulte adjicitur. *J. Fr. Gron.*

5 *Bomilcar cum militibus ad ſupplementum*] Meliores: *Bomilcar cum militibus ad ſupplementum Carthagine miſſis, elephantiſque.* non habent *quadragintaque.* Corrige: *Bomilcar quatuor millibus ad ſupplementum Carthagine miſſis, elephantiſque & commeatu Locros acceſſit.* Numerum ſupplevimus ex cap. 13 ſupra: ubi etſi vulgo legitur: *quadraginta millia Numidarum:* tamen Put. perinde ut Lipſianus ∞ ∞ ∞ ∞. Neque offendat quemquam defectus præpoſitionis. Sic enim lib. 5. *Reſtat ut jam novis copiis veniant.* Lib. 10. *Etruſci omnibus copiis aderant.* Lib. 27. *Advenit Livius peditum omnibus copiis.* Idem.

6 *Æſtu ſecundo Locros trajecit*] Non eſt ſincerum hoc, etſi Salluſtius: *æſtu ſecundo furtim aut celeritate vitare prælium in tranſgreſſu conatus eſt.* Cæſar 4 Gall. *Et ventum & æſtum uno tempore nactus ſecundum.* Juſtinus 12. *Secundo æſtu oſtio fluminis Indi invehitur.* nam Put. & Pet. *aeſtuquaeſuo.* Tres etiam Pall. & Men. *æſtuque ſuo Locros.* Latet aliquid. Forte: *raptim exercitum duxit, æſtuque ſuo Locros trajecit.* Ut *æſtum* dixerit

nem in Bruttios profectus erat, & Locrenſes portas Romanis clauſerunt. Appius magno conatu nulla re geſta, Meſſanam repetit. Eadem æſtate Marcellus ab Nola, quam præſidio obtinebat, crebras excurſiones in agrum Hirpinum, & Samnites Caudinos fecit. adeoque omnia ferro atque igni vaſtavit, ut antiquarum cladium Samnio
42 memoriam renovaret. Itaque extemplo legati ad Annibalem miſſi ſimul ex utraque gente, ita Pœnum allocuti ſunt: *Hoſtes populi Romani, Annibal, fuimus primum per nos ipſi, quoad noſtra arma, noſtræ vires nos tutari poterant. poſteaquam iis parum fidebamus,* [1] *Pyrrho regi nos adjunximus: à quo relicti, pacem neceſſariam accepimus, fuimuſque in ea* [2] *per annos prope quinquaginta, ad id tempus quo in Italiam veniſti. Tua nos non magis virtus fortunaque, quam unica comitas ac benignitas*

xerit *ſuum*, quemadmodum *locos, deos, ventos ſuos* pro ſecundis dicunt: quod Al. Rubenio quoque videbatur. Horatius, *ventis iturus non ſuis*. Ovidius: *& vento naviget uſque ſuo*. J. Fr. Gron.

Æſtu ſecundo] Hæc lectio ab aliis concinnata eſt ad exemplum lib. 29 cap. 7. ubi in eodem loco, *Scipio, quum primum æſtu fretum inclinatum eſt, naves mari ſecundo miſit*. Sed eadem fortuna, qua cap. 25 *ſecundo* ſubjecerunt. Cæterum Cantabrig. quoque, ut alii, *æſtuque ſuo*, haud dubie ex Puteanæo primum propagata lectione. Quare omnibus ſpretis, in eum ſolum oculis fixis legendum putamus vix quoquam immutato *æſtu quæſito* hoc eſt, exſpectato, donec æſtus illuc ferret: impetrato, quem exſpectabat, æſtu. 30, 16. *Quippe qui moram temporis quæreret*. 25, 23. *Quum adiri locus non poſſet, occaſio quærebatur*. Polybio eſt ἐπιτηρεῖν. *Jac. Gron.*

1 *Pyrrho regi nos adjunximus*] Samnites loquuntur. Eſt autem illud bellum Pyrrhi, Tarentinorum, Samnitum, Lucanorum & Brutiorum copiis, exercituque geſtum. Quod ex triumphis illorum annorum intelligi poteſt. M. quidem Curius non tam de Pyrrho rege, quam de Samnitibus triumphaſſe traditur. *Sigonius.*

2 *Per annos prope quinquaginta ad id tempus, quo tu in It. ven.*] Pax data Samnitibus; eſt anno ab urbe condita CDLXXIX, quo anno C. Claudius Canina conſul de iis triumphavit, cum per annos LXX geſtum bellum eſſet, ut ait Livius lib. 31 in oratione legati Rom. in concilio Ætolorum. Quod ita eſſe inde facile intelligi poteſt, quod cœptum erat bellum M. Valerio, A. Cornelio Coss. anno CDXII. ſi igitur anno CDLXXIX victis Samnitibus pax data eſt, in pace autem fuerunt uſque ad adventum Annibalis in Italiam, P. Scipione & Ti. Longo Coss. anno DXXXII, id eſt, annis LIII poſtquam pacem Samnites acceperant: ergo hoc loco legendum videtur, *in ea fuimus per annos prope* LX. Nam vox illa, *prope*, majori numero non expleto adjicitur. In hac autem oratione omnia oratorie in majus ornantur, ut cum ait: *per centum prope annos cum populo Rom. bellum geſſimus, nullo externo adjuti, nec duce, nec exercitu*. Idem.

tas erga cives noſtros, quos captos nobis remiſiſti, ita conciliavit tibi, ut te ſalvo atque incolumi amico, non modo populum Romanum, ſed ne Deos quidem iratos (ſi dici fas eſt) timeremus. At, Hercule, non ſolum incolumi & victore, ſed præſente te, quum ploratum prope conjugum ac liberorum noſtrorum exaudire, & flagrantia tecta poſſes conſpicere: ita ſumus aliquoties hac æſtate devaſtati, ut M. Marcellus, non Annibal viciſſe ad Cannas videatur: glorienturque Romani, te [1] *ad unum modo ictum vigentem, velut aculeo emiſſo, torpere. Per centum prope annos cum populo Romano bellum geſſimus: nullo externo adjuti nec duce, nec exercitu: niſi quod per biennium Pyrrhus noſtro magis milite ſuas auxit vires, quam ſuis viribus nos defendit.* [2] *Non ego ſecundis rebus noſtris gloriabor: duos conſules, ac duos conſulares exercitus à nobis ſub jugum miſſos, & ſi qua alia aut læta aut glorioſa nobis evenerunt. quæ aſpera adverſaque tunc acciderunt, minore indignatione referre poſſumus, quam quæ hodie eveniunt. Magni dictatores cum magiſtris equitum, bini conſules cum binis conſularibus exercitibus ingrediebantur fines noſtros; ante explorato & ſubſidiis poſitis: & ſub ſignis ad populandum ducebant.* [3] *nunc prope unius & parvi ad tuendam Nolam præſidii*

1 *Ad unum modo ictum vigentem velut jaculo*] Put. *velutaculegemiſſo.* Scribe: *velut aculeo emiſſo.* Ut Freinſhemius quoque conjecit ex Curtii lib. 4. *Ubi primum impetum effudit, velut quædam animalia, emiſſo aculeo, torpet.* Cicero pro Flacco: *Mortuus eſt aculeo jam dimiſſo ac dicto teſtimonio.* Plutarchus Pericle: καθάπερ κέντρον εἰς τὸν ἄρτι πληγὴν ἢ θυμὸν ἀφεικότων ἤδη πολλῶν. *J. Fr. Gron.*

2 *Non ego ſecundis noſtris rebus gloriabor*] Vet. lib. *Non ergo ſecundis noſtris rebus gloriabimur*, recte. loquuntur enim legati Samnitum, Irpinorum, Claudinorumque. Sequitur autem: *Quæ aſpera, adverſaque acciderunt, minore indignatione referre poſſumus.* Sigonius.

Non ergo ſec. reb. n. gloriabimur] Put. duo Pall. aliique meliores: *Non ego ſecundis rebus noſtris gloriabor.* Et ſic reſtituendum. *J. Fr. Gron.*

3 *Nunc prope unius & parvi*] Hoc alienæ manus videtur. Put. *propriunius.* Unde Salmaſius *propria.* Sed verius videtur ex Cantabrig. venire *nunc proprii unius*, hoc eſt, quod uni certæ urbi deſtinatum propriumque eſt. 2, 49. *Sequebatur turba propria alia cognatorum ſodalium que.* 25, 33. *Ut non plus ſui roboris, ſuarumque proprie virium in caſtris habeant.* 27, 38. *Annibalem ſuo proprio occupandum bello.* Sed & τὸ *ingrediebantur* ignorat liber Cantabr. & fors fuit, ut Livius ſcripſerit: *Bini conſules cum binis conſularibus exercitibus in fines noſtros, ante explorato & ſubſidiis poſitis & ſub ſignis ad populandum ducebant.* Habes ſane omnibus numeris perfectam periodum. *Jac. Gron.*

1 *Præ-*

dii præda ſumus: Jam, ne manipulatim quidem, ſed latronum modo, percurſant totis finibus noſtris negligentius, quam ſi in Romano vagarentur agro. Cauſſa autem hæc eſt, quod neque tu defendis; & noſtra juventus, quæ ſi domi eſſet, tutaretur, omnis ſub ſignis militat tuis. Nec te, nec exercitum tuum norim: niſi à quo tot Romanas acies fuſas ſtrataſque eſſe ſciam, ei facile eſſe ducam opprimere populatores noſtros vagos, ſine ſignis, palatos, quo quemque trahit, quamvis vana, prædæ ſpes. Numidarum paucorum illi quidem præda erunt, [1] præſidiumque miſſum nobis erit, & Nolæ ademeris: ſi modo, quos ut ſocios haberes dignos duxiſti, 43 *haud indignos judicas, quos in fidem receptos tuearis.* Ad ea Annibal reſpondit: *Omnia ſimul facere Hirpinos Samniteſque: & indicare clades ſuas, & petere præſidium, & queri indefenſos ſe, neglectoſque. Indicandum autem fuiſſe primum, deinde petendum præſidium: poſtremo, ni impetraretur, tum denique querendum, fruſtra opem imploratam. Exercitum, ſe non in agrum Hirpinum Samnitemve, ne & ipſe oneri eſſet, ſed in proxima loca ſociorum populi Romani adducturum. iis populandis & militem ſuum repleturum ſe, & metu procul ab iis ſummoturum hoſteis. Quod ad bellum Romanum attineret, ſi Traſimeni quam Tre-*

1 *Præſidiumque miſſum nobis erit, & Nolæ ademeris*] Senſum aptum nullum elicere poſſum ex his verbis: *& Nolæ ademeris.* Suſpicor autem, quia in veteribus libris legitur, *præſidiumque miſſum nobis & Nolæ ademeris*, ne ſit legendum: *præſidiumque miſſum nobis & Nolam ademerit.* Suadent enim Samnites, ut Annibal præſidium Numidarum ad ſe ab impetu militum Romanorum, qui Nolæ erant, defendendos mittat, quod idem præſidium & ſe defenſurum ſit, & Nolam, cui maxime imminebat Annibal, Romanis adempturum ſit. *Sigonius.*

Miſſum nobis erit & Nolæ ademeris] *Tò erit* Magontiaci natum. Scripti, quorum nobis copia, ſed & Andreas, Tarviſ. Ven. Bechar. Aſcenſ. abdicant. Utrumvis autem quid ſibi velit, haud facile adſequare. Sigonius, *& Nolam ademerit.* Lipſius, *nobis & Nolæ idem erit:* & nobis, inquit, propugnandis & Nolanis premendis. Sed cui perſuadebit, *idem præſidium erit Nolæ*, Latine dici pro eo, quod eſt, Nolanos premet aut vexabit? Potius dixiſſet Nolæ, ut ſperabatur, Romano præſidio occiſo. Put. *præſidiumque miſſum nobis & nolae ademdem erit.* Cogitabam: *ſimul nobis & Nolæ ademptum erit. Simul erit nobis*, id eſt, nos habebimus adverſus quamcumque vim: *& erit ademptum Nolæ* exſtis nempe præſidiariis per Numidas. Aut etiam: *præſidiumque miſſum nobis, & Nolam redemerit.* Sic loquitur quaſi Nola parum libera, quia plebs Hannibali favebat & invita ab Romanis continebatur. *J. Fr. Gron.*

Trebia, ſi Cannarum quam Traſimeni pugna nobilior eſſet; Cannarum ſe quoque memoriam obſcuram majore & clariore victoria facturum. Cum hoc reſponſo, muneribuſque amplis, legatos dimiſit. ipſe præſidio modico relicto in Tifatis, profectus cætero exercitu ire Nolam pergit. Eodem Hanno ex Bruttiis, cum ſupplemento Carthagine advecto atque elephantis, venit. [1] caſtris haud procul poſitis, longe alia omnia inquirenti comperta ſunt, quam quæ à legatis ſociorum audierat. nihil enim Marcellus ita gerebat, ut aut fortunæ, aut temere hoſti commiſſum dici poſſet. [2] explorato, cum firmiſque præſidiis tuto receptu prædatum ierat: omniaque velut adverſus præſentem Annibalem cauta proviſaque fuerunt. Tum ubi ſenſit hoſtem adventare, copias intra mœnia tenuit: per muros inambulare ſenatores Nolanos juſſit, & omnia circa explorare, quæ apud hoſtes fierent. Ex iis Hanno, quum ad murum ſucceſſiſſet, Herennium Baſſum, & [3] Herium Petrium, ad colloquium evocatos, permiſſuque Marcelli egreſſos, per interpretem alloquitur. Annibalis virtutem, fortunamque extollit: populi Romani obterit ſeneſcentem cum viribus majeſtatem, *quæ ſi paria eſſent, ut quondam fuiſſent, tamen expertis quam grave Romanum imperium ſociis, quanta indulgentia Annibalis etiam in captivos omnes Italici nominis fuiſſet; Punicam Romanæ ſocietatem atque amicitiam præoptandam eſſe. Si ambo conſules cum ſuis exercitibus ad Nolam eſſent, tamen non magis pares Annibali futuros, quam ad Cannas fuiſſent: nedum prætor unus cum paucis & novis militibus Nolam tutari poſſit.* [4] *ipſorum quam Annibalis intereſſe, capta an tradita Nola potiretur. potiturum enim, ut*

Capua

1 *Ibi caſtris haud procul poſitis*] Vox *ibi* ignotatur in optimis, & eſt eorum, qui multa hujuſmodi inferſerunt, ubi oratio minus cohærere bonis hominibus viſa. *J. Fr. Gron.*

2 *Explorato cum firmiſque*] Voſſ. *explorato enim firmiſque.* Idem.

3 *Herium Petrium*] Vet. lib. *Henum.* Sigonius.

Herium Petrium] Et optimi & alii codices, *Herium Pettium.* J. Fr. Gron.

4 *Ipſorum magis quam Annibalis intereſſe*] Spernunt omnes boni libri *magis*, ut jam diximus. *Idem.*

1 *Cujus*

Apulia ne hiems quidem quieta inter Romanos atque Annibalem erat. Luceriæ Sempronius consul, Annibal haud procul Arpis hibernabat. Inter eos levia prœlia ex occasione, aut opportunitate hujus aut illius partis oriebantur: meliorque eis Romanus, & indies cautior tutiorque ab insidiis fiebat. In Sicilia Romanis omnia mu- 4
taverat mors Hieronis, regnumque ad Hieronymum nepotem ejus translatum: puerum, vixdum libertatem, nedum dominationem, modice laturum. [1] Læte id ingenium tutores atque amici ad præcipitandum in omnia vitia acceperunt: quæ ita futura cernens Hiero, ultima senecta voluisse dicitur, liberas Syracusas relinquere, ne sub dominatu puerili, per ludibrium, bonis artibus partum firmatumque interiret regnum. Huic consilio ejus summa ope [2] obstitere filiæ: nomen regium penes puerum futurum ratæ, regimen rerum omnium penes se, [3] virosque suos, Andranodorum, & Zoippum: nam ii tutorum primi relinquebantur. Non facile erat nonagesimum jam agenti annum, circumsesso dies noctesque mu-

1 *Late id ingenium*] Jam sic in Tarvisina invenio. Andreas, *laturum aetatis. Id ingenium:* ut etiam Men. Buslid. Voss. tres Pal. Laur. Valla conjecerat, *Latati.* Optimus vero: *laturum aetatis ingenium & tutores.* Manus secunda inter *A* & *S*, immittendum supra posuerat *TE.* unde Pet. melior, *atates.* Salmasio videbatur: *Ea aetas, id ingenium: & tutores.* Alb. Rubenius: *Hac aetate id ingenium.* Nobis: *puerum vix dum libertatem, nedum dominationem, modice latura aetatis. Id ingenium & tutores atque amici.* Justinus lib. 10. *Puero immatura aetatis.* J. Fr. Gron.

2 *Obsistere filia*] Sic & Modiana; sed scripti omnes & prius editi, *obsistere.* Idem.

3 *Virosque suos Andronodorum & Zoilum*] Scribe: *Andranodorum & Zoippum.* Illud est à Put. qui semper ita, confirmatque Polybius; hoc à Polybio hic quidem, sed in aliis locis satis confirmat Put. ut monebimus. Transtulit autem Polybium Livius in hac parte quoque historiæ, Ἐχεκρατείδου καὶ Θεσσαλοῦ, οἱ περὶ Ἱέρωνα καὶ Ἀνδραιόδωρον. Sic utrumque nomen apud nostrum reconcinna. Nam ne putes ab Ἄνδρων Ἀνδρωνος. quod ipsum nomen est, alterum originem capere, Andranus erat ὄνομα χώρου δαίμων cognominis Adranitarum in Sicilia oppidi, teste Æliano περὶ ζώων 11, 20. Sic ergo verum est ab Ἀνδραῖος Ἀνδραιόδωρος, ut ab aliorum deum nominibus Διόδωρος, Ἑρμόδωρος, Ἀθηνόδωρος, Ἀπολλόδωρος. Atque ita potius apud Polybium, Liviumque restituendum. etsi literam *n* solitos interdum διφωνίας χάριν interjicere non ignoremus. Idem.

muliebribus blanditiis liberare animum,& convertere [1]ad publicam privata curam. Itaque [2] tutores numero quindecim puero reliquit. quos precatus est moriens, ut [3] fidem erga populum Romanum, quinquaginta annos ab se cultam inviolatam servarent, juvenemque suis potissimum vestigiis insistere vellent, [4] disciplinæque, in qua edoctus esset. [5] Post hæc mandata quum exspirasset, tutores prodeunt. testamento prolato, pueroque in concionem producto, (erat autem quindecim tunc ferme annorum) paucis, qui per concionem ad excitandos clamores dispositi erant, approbantibus testamentum, cæteris velut patre amisso in orba civitate omnia timentibus; funus fit regium, magis amore civium & caritate, quam cura suorum celebre. Deinde cæteros tutores summovet Andranodorus: juvenem jam esse dictitans Hieronymum,

1 *Ad publicam privatamque curam*] Optimi: *liberare animum & convertere ad publicam privata curam.* hoc est, ita statuere de domo sua ut præcipue reipublicæ consuleret, & illius statum hujus commodo attemperaret. *J. Fr. Gron.*

2 *Tutores numero quindecim puero relinquit*] Put. *pueri.* Idem.

3 *Fidem erga pop. Rom. quinquaginta annos ab se cultam*] De Hierone Rege loquitur, qui secundo anno primi belli Punici in societatem venit Romanam M' Valerio Maximo, M' Otacilio Crasso consulibus, ut scribit Polybius, à quo anno ad hunc numerantur anni XLIX. *Sigonius.*

4 *Disciplinæque in qua edoctus esset*] *Disciplina* hic non pertinet ad studia aut doctrinam, sed ad sectam rationemque interioris vitæ, cultum domesticum, moderationem in illis, quæ ad victum, cultum, voluptates adhibentur. Itaque melius forsan *eductus*, quod & vetus quædam editio occupavit. Sic lib. 21. *In prætorio patris, clarissimi imperatoris, prope natum, certe eductum.* J. Fr. Gronovius.

In qua edoctus] Mallem *eductus.* sed fortasse non est tanti. Tamen mallem. *Tan. Faber.*

5 *Post hæc mandata quum exspirasset, tutores prodeunt*] Primam & ultimam vocem fidissimi quique libri aspernantur. Fortasse: *his mandatis*, vel, *hæc mandans quum exspirasset, tutores testamento prolato* &c. *funus faciunt regium.* J.Fr.Gron.

Post hæc mandata quum exspirasset &c.] Vide, an ad voluntatem scriptorum codicum & Livii consuetudinem aptius sit ita lectionem constitui: *Hæc mandata. Quum exspirasset per tutores testamento* &c. Frequentissimus enim hic Livii usus est, hunc in modum absolvere & finem dare præcedenti orationi. Hoc lib. cap. 13. *Hæc cum spe dimissi Tarentini.* 31, 11. *Hæc ad Carthaginienses mandata.* 21, 54. *Hæc mandata Numidis.* 37, 55. *His, quæ præsentis disceptationis essent, libera mandata.* 31, 32. *Hæc in concilio Ætolorum acta.* 27, 43. *Hæc senatui scripta.* Et passim. *Jac. Gron.*

[a] *Depe-*

num, ac regni potentem: [1] deponendoque tutelam, quæ ipsi cum pluribus communis erat, in se unum omnium vires convertit. Vix quidem ulli bono, moderatoque regi facilis erat favor apud Syracusanos, [2] succedenti tantæ caritati Hieronis. verum enim vero Hieronymus, velut suis vitiis desiderabilem efficere vellet avum, primo statim conspectu omnia quam disparia essent, ostendit. nam qui per tot annos Hieronem, filiumque ejus Gelonem, nec vestis habitu, nec alio ullo insigni differentes à cæteris civibus vidissent, conspexere purpuram, ac diadema, ac satellites armatos: quadrigisque etiam alborum equorum interdum ex regia procedentem, more Dionysii tyranni. Hunc tam superbum apparatum habitumque, [3] convenientes sequebantur, contemptus omnium hominum, superbæ aures, contumelioſa dicta: rari aditus non alienis modo, sed [4] tutoribus etiam: libidines novæ, inhumana crudelitas. Itaque tantus

1 *Deponendoque tutelam, quæ ipsi cum pluribus*] Plerique libri scripti, *deponendamque tutelam*, vel *deponendaque tutelam*: ut verum putem, quod & Valla, *deponendaque tutela*. Ut præcedente libro, *visenda urbe*. Deinde omnes: *ipse qua cum. Convertit in se*, ut lib. 21. *omnem exercitum in se convertit*. Suetonius Vespasiano: *Ut primum provinciam attigit, proximas quoque convertit in se*. J. Fr. Gron.

2 *Succedendi tantæ caritate Hieronis*] Olim hic legebatur *succedenti*, ut & in Pet. Pall. Voss. in quo cum hæreret Glareanus, Sigonius fecit quod editur. Optimus: *succedenti tantæ*. Bene, sed totum sit: *succedenti tantæ caritati Hieronis*. id est, qui succederet tam caro Hieroni. Lib. 1. *Regnavit ita, ut bono moderatoque succedenti regi difficilis æmulatio esset*. Lib. 4. *Fabius & Æbutius Coss. quo majori gloriæ rerum domi forisque gestarum succedere æternebant*. Justinus lib. 3. *Ut non numero tantum amissorum civium, sed & dignitati succederent*. Lib. 22. *Agathocle qui magnitudini prioris Dionysii successit*. Plinius lib. 2 ep. 13. *Huic quoque nomini pietate successit*. Idem.

3 *Convenientes sequebantur mores*] Nostrorum vetustiorum nemo *ne mores* habet, neque invenit Valla, qui conjectat *convenientia*. Sed opus non est: quum enim hoc adjectivum numero respondeat omnibus, quæ sequuntur, tyrannidos notis, in genere positum est proximæ, nempe *contemptus*. Adde notata ad lib. 30, 34. Nisi malis *convenienter*. Idem.

Convenientes sequebantur contemptus &c.] Crediderim primam vocem corruptam esse pro *comites sequeb.* Sic enim sæpe videmus à veteribus in proverbiis dici rem unam esse alterius comitem non secus ac umbra. Seneca epist. 7. *Ferre impetum vitiorum tam magno comitatu venientium*. Jac. Gron.

4 *Tutoribus etiam difficiles*] Postremum vocabulum fatetur addere

tus omnes terror invaſerat, ut quidam ex tutoribus, aut morte voluntaria aut fuga præverterent metum ſuppliciorum. Tres ex iis, quibus ſolis aditus in domum familiarior erat, Andranodorus & Zoippus, generi Hieronis, & Thraſo quidam, de aliis quidem rebus haud magnopere audiebantur: tendendo autem duo ad Carthaginienſes, Thraſo ad ſocietatem Romanam, certamine ac ſtudiis interdum in ſe convertebant [1] animum adoleſcentis: cum conjuratio in tyranni caput facta, indicatur per calonem quendam æqualem Hieronymi, & jam inde à puero in omnia familiaria jura aſſuetum. Index unum [2] ex conjuratis Theodotum, à quo ipſe appellatus erat, nominare potuit. qui comprehenſus extemplo, traditusque Andranodoro torquendus, de ſe ipſe haud cunctanter faſſus, conſcios celabat. poſtremo, quum omnibus intolerandis patientiæ humanæ cruciatibus laceraretur, victum malis ſe ſimulans, avertit ab conſciis in inſontes indicium ([3] Thraſonem eſſe auctorem conſilii mentitus. nec niſi tam potenti duce confiſos, rem tantam auſuros) [4] ab latere tyranni, quorum capita viliſſima

quoſdam Valla, ſeque illis adſentiri. Boni libri omnes vocem illam reſpuunt. Deeſt tamen alia, cujus veſtigia deprehendimus in Put. *contumelioſa dictari aditus non alienis.* Scribe: *contumelioſa dicta, rari aditus non alienis modo, ſed tutoribus etiam: libidines novæ.* Sic lib. 3, de decemviris: *jam haud diſſimulando ſuperbiam, rari aditus, colloquentibus difficiles.* J. Fr. Gron.

1 *Animum adoleſcentis. Conjuratio*] Put. Pet. Voſſ. *convertebant animum adoleſcentium conjuratio.* Refinge: *interdum in ſe convertebant animum adoleſcentis: cum conjuratio.* Idem.

2 *Ex conjuratis Theodorum*] Iidem ubique *Theodorum.* Et ſic Valerio Maximo 3, 3 reddendum hoc nomen. *Idem.*

3 *Thraſonem eſſe auctorem*] Hiccine eſt, quem Athenæus lib. 6 ſcribit Hieronymi κόλακα γεγενῆσθαι Θρασώνα ἢ Καρχαρίαν ὀνομαζόμενον. Et addit: τοῦτον δὲ ἐποίησεν ἀναιρεθῆναι ὑπὸ τῶν Ἱερωνύμου ἑταίρων κόλακα, Ὧσπερ ὄνομα. Opinor Σὼσις, ille ipſe, qui Livio nominatur inter conjuratos, qui poſtea tyrannum occiderunt. *Idem.*

4 *Ab latere inde eos nominat tyranni*] Verba *inde eos nominat* à Put. Pet. reg. Voſſ. tribus Pall. pluribus Florent. & fido quoque abſunt. *Ab latere* ſunt ipſa latera, ut alioqui Latinis vocantur, familiares, domeſtici, ſatellites, tyranni plurimum latera tegentes. Curtius lib. 3. *Inexperta remedia haud injuria ipſis eſſe ſuſpecta, quum ad perniciem ejus etiam a latere ipſius pecunia ſollicitaret hoſtis.* Diſtingue: *avertit ab conſciis in inſontes indicium (Thraſonem eſſe auctorem conſilii mentitus, nec niſi tam*

potenti

ma fingenti inter dolores gemituſque occurrere. Maxime animo tyranni credibile indicium Thraſo nominatus fecit. Itaque extemplo traditur ad ſupplicium. adjectique pœnæ cæteri juxta inſontes. Conſciorum nemo, quum diu ſocius conſilii torqueretur, aut latuit, aut fugit. tantum illis in virtute ac fide Theodoti fiduciæ fuit: tantumque ipſi Theodoto virium ad arcana occultanda. [1] Itaque quod omne vinculum cum Romanis ſocietatis 6
erat, Thraſone ſublato è medio, extemplo haud dubie ad defectionem res ſpectabat. [2] legatique ad Annibalem miſſi: ac remiſſi ab eo cum Annibale nobili adoleſcente Hip-

potenti duce conſiſos rem tantam auſuros) *ab latere tyranni quorum capita viliſſima fingenti inter dolores gemituſque occurrere.* id eſt, in inſontes quoſdam eorum, qui eſſent ab latere tyranni: Vel, in inſontes, quorum ab latere tyranni, ex proximis ejus, capita. Valerius: *ſatellitem, in quo totius dominationis ſumma, quaſi quodam cardine, verſabatur, falſa criminatione inquinando, fidum lateri ejus cuſtodem eripuit.* J. Fr. Gron.

1 *Itaque quod unum vinculum*] Scribe cum Put. multo elegantius: *Ita quod omne vinculum cum Romanis ſocietatis erat.* Idem.

2 *Legatique ad Annibal. miſſi, ac re. ab eo cum Annibale n. adoleſcentulo Hipp. & Epic.*] Duos legatos ubique nominat Livius ad Annibalem ab Syracuſanis miſſos de fœdere contra Romanos jungendo Hippocratem & Epicidem, quia nati Carthagine erant, oriundi ab Syracuſis, *Annibalis adoleſcentuli* tertii legati nuſquam meminit niſi hoc loco. Quamobrem probo opinionem Henrici Glareani, qui legendum putat, *ac remiſſi ab eodem Annibale nobiles adoleſcentuli Hippocrates, Epicides:* ita ut mentio tollatur tertii legati Annibalis, & omnia ad imperatorem Annibalem referantur. *Sigonius.*

Legatique ad Hannibalem miſſi] Πολύκλειτος ὁ Κυρηναῖος καὶ Φιλόξενος ὁ Ἀργεῖος, quorum meminit Livius alio loco, nempe lib. 29 cap. 25 & 28. Non enim Hippocrates & *Epicydes*, (ſic ſcribendum: nam Græci Ἐπικύδης, Polybius & Pauſanias, etſi poſterior in alia perſona) ut Glareanus & Sigonius cenſuerunt: nam hi adhuc conſuerant συνδιάγειν μετ' Ἀννίβα, πολιτευόμενοι δὲ Καρχηδονίοις· & hi ſunt, quos mutuo honore legatos miſit ad Hieronymum Hannibal una cum tertio Hannibale nobili *adoleſcente* (ſic MSS.) quem non ignorat Polybius, Ἀπόπεμψις τῶν πρέσβεων Hieronymi Hannibal, inquit: σωὶ ᾧ τότοις Ἀννίβαν τ' Καρχηδόνιον, ὄντα τότε τριήραρχον, καὶ τὸν Συρακοσίοις Ἱπποκράτη καὶ τ' ἀδελφὸν αὐτοῦ τ' νεώτερον Ἐπικύδην. Fruſtra igitur viri illi doctiſſimi, quem alibi apud Livium non inveniunt, hic quoque abolent. Nam Hannibal ille trierarchus legationem ad Senatum Carthaginienſem, & ut credibile eſt, ad imperatorem Hannibalem poſtea renuntiavit, & ſic abiit ex hac ſcena poſt ſiparium: at Hippocrates & Epicydes non invito imperatore Hannibale apud Hieronymum manſerunt, more aſſiduorum legatorum, quibus nunc utuntur: & deinde magnas etiam partes in hac tragœdia ſuſtinuerunt. Ergo & male corrigunt: *ac remiſſi ab eodem Hannibale nobiles adole-*

Hippocrates & Epicydes nati Carthagine; ſed oriundi ab Syracuſis, exſule avo, Pœni ipſi materno genere. Per hos juncta ſocietas Annibali ac Syracuſano tyranno: nec invito Annibale apud tyrannum manſerunt. Appius Claudius prætor, cujus Sicilia provincia erat, ubi ea accepit, extemplo legatos ad Hieronymum miſit: qui quum ſeſe ad renovandam ſocietatem, quæ cum avo fuiſſet, veniſſe dicerent, per ludibrium auditi dimiſſique ſunt, ab quærente per jocum Hieronymo, *quæ fortuna eis pugnæ ad Cannas fuiſſet? vix credibilia enim legatos Annibalis narrare. Velle quid veri ſit ſcire, ut ex eo utram ſpem ſequatur, conſilium capiat.* Romani, quum ſerio legationes audire cœpiſſet, redituros ſe ad eum dicentes eſſe; monito magis eo, quam rogato, ne fidem temere mutaret, proficiſcuntur. Hieronymus legatos Carthaginem miſit; ad fœdus ex ſocietate cum Annibale faciendum. Pacto convenit, ut quum Romanos Sicilia expuliſſent (id autem brevi fore, ſi naves atque exercitum miſiſſent) Himera amnis, qui ferme inſulam dividit, finis regni Syracuſani ac Punici imperii eſſet. Aliam deinde inflatus aſſentationibus eorum, qui eum non Hieronis tantum, ſed Pyrrhi etiam regis materni avi jubebant meminiſſe, legationem miſit: quia æquum cenſebat, [1] Sicilia ſibi omni cedi: Italiæ imperium proprium quæri Carthaginienſi populo. Hanc levitatem ac jactationem animi neque mirabantur in juvene furioſo, neque arguebant; dummodo
7 averterent eum ab Romanis. Sed omnia in eo præcipitia ad exitium fuerunt. nam quum præmiſſis Hippocrate atque

ſcentuli Hippocrates atque Epicydes. Quod etſi olim improbaverit Fulvius Urſinus, hactenus tamen valuit, ut in exemplaria veniret τὸ *eodem*; quum in ſcriptis omnibus priuſque editis ſit: *remiſſique ab eo cum Hannibale.* Leve eſt, inquies: ſed id leve cur oberuderetur auctori, cauſa non erat: & talia levia accumulata graves fecerunt errores. *J. Fr. Gron.*

1 *Siciliam ſibi omnem cedi*] Optimi: *Sicilia ſibi omni cedi.* Lib. 32. *Achaia non Argis modo, ſed etiam Corintho ceſſurum.* Martialis 12 epigr. 96. *Cede ſuam pueris, utere parte tua.* MSS. bonæ notæ: *Cede ſua pueris.* Idem.

1 *Vni*

que Epicyde cum binis millibus armatorum ad tentandas urbes, quæ præſidiis tenebantur Romanis; & ipſe in Leontinos cum cætero omni exercitu (erant autem ad quindecim millia peditum equitumque) profectus eſſet; liberas ædes conjurati (& omnes forte militabant) imminentes viæ anguſtæ, qua deſcendere ad forum rex ſolebat, ſumpſerunt. ibi, quum inſtructi armatique cæteri tranſitum exſpectantes ſtarent, [1] uni ex eis (Dinomeni fuit nomen) quia cuſtos corporis erat, partes datæ ſunt, ut quum appropinquaret januæ rex, per cauſſam aliquam in anguſtiis ſuſtineret ab tergo agmen. Ita ut convenerat, factum eſt. tanquam laxaret elatum pedem [2] ab ſtricto nodo, moratus turbam Dinomenes, tantum intervalli fecit, ut quum in prætereuntem ſine armatis regem impetus fieret, confoderetur aliquot prius vulneribus quam ſuccurri poſſet. Clamore & tumultu audito, in Dinomenem jam haud dubie obſtantem [3] tela conjiciuntur: per quæ tamen duobus acceptis vulneribus, evaſit. Fuga ſatellitum, ut jacentem videre regem, facta eſt. interfectores pars in forum ad multitudinem lætam libertate, pars Syracuſas pergunt, ad præoccupanda Andranodori, regiorumque aliorum conſilia. Incerto rerum ſtatu, Ap. Claudius bellum oriens ex propinquo quum cerneret, ſenatum literis certiorem fecit; Siciliam Carthaginienſi populo & Annibali conciliari: ipſe adverſus Syracuſana conſilia, [4] provinciam, regnique fines omnia

1 *Uni ex iis, Indigemini fuit nomen*] Memineris, ubicumque hoc nomen in præſente hiſtoria occurrit, ſcribere cum antiquiſſimo librorum, quem pleriſque locis ſequuntur melior Petav. duo optimi Etruſci, Voſſianuſque, *Dinomeni*, *Dinomenem*, *Dinomene*. Eſt enim Græcum Δεινομένης, & manſit integrum in vulgatis cap. 30. mitius corruptum cap. 23 ubi *Deomenem* expreſſerunt. Sed Put. & Pet. *Dinomenem*. non *Dionem*, ut Sigonianus. *J. Fr. Gron.*

2 *Abſtricto nodo*] Lego, *abſtricto*, ita poſtulante ſenſu. *Sigonius.*

3 *Tela conjiciuntur, per quæ tamen*] Put. Pet. Voſſ. *in qua tamen*. Scribe: *inter qua tamen*. J. Fr. Gron.

4 *Provinciam regnique fines*] Non incommode Pighius: *ad provincia regnique fines omnia convertit præſidia.* Idem.

dii præda ſumus: Jam, ne manipulatim quidem, ſed latronum modo, percurſant totis finibus noſtris negligentius, quam ſi in Romano vagarentur agro. Cauſſa autem hæc eſt, quod neque tu defendis; & noſtra juventus, quæ ſi domi eſſet, tutaretur, omnis ſub ſignis militat tuis. Nec te, nec exercitum tuum norim: niſi à quo tot Romanas acies fuſas ſtrataſque eſſe ſciam, ei facile eſſe ducam opprimere populatores noſtros vagos, ſine ſignis, palatos, quo quemque trahit, quamvis vana, prædæ ſpes. Numidarum paucorum illi quidem præda erunt, [1] præſidiumque miſſum nobis erit, & Nolæ ademeris: ſi modo, quos ut ſocios haberes dignos duxiſti, 43 *haud indignos judicas, quos in fidem receptos tuearis.* Ad ea Annibal reſpondit: *Omnia ſimul facere Hirpinos Samniteſque: & indicare clades ſuas, & petere præſidium, & queri indefenſos ſe, neglectoſque. Indicandum autem fuiſſe primum, deinde petendum præſidium: poſtremo, ni impetraretur, tum denique querendum, fruſtra opem imploratam. Exercitum, ſe non in agrum Hirpinum Samnitemve, ne & ipſe oneri eſſet, ſed in proxima loca ſociorum populi Romani adducturum. iis populandis & militem ſuum repleturum ſe, & metu procul ab iis ſummoturum hoſteis. Quod ad bellum Romanum attineret, ſi Traſimeni quam Tre-*

1 *Præſidiumque miſſum nobis erit, & Nolæ ademeris*] Senſum aptum nullum elicere poſſum ex his verbis: *& Nolæ ademeris.* Suſpicor autem, quia In veteribus libris legitur, *præſidiumque miſſum nobis & Nolæ ademeris*, ne ſit legendum: *præſidiumque miſſum nobis & Nolam ademerit.* Suadent enim Samnites, ut Annibal præſidium Numidarum ad ſe ab impetu militum Romanorum, qui Nolæ erant, defendendos mittat, quod idem præſidium & ſe defenſurum ſit, & Nolam, cui maxime imminebat Annibal, Romanis adempturum ſit. *Sigonius.*

Miſſum nobis erit & Nolæ ademeris] Tè *erit* Magontiaci natum. Scripti, quorum nobis copia, ſed & Andreas, Tarviſ. Ven. Bechar. Aſcenſ. abdicant. Utrumvis autem quid ſibi velit, haud facile adſequare. Sigonius, *& Nolam ademerit.* Lipſius, *nobis & Nolæ idem erit:* & nobis, inquit, propugnandis & Nolanis premendis. Sed cui perſuadebit, *idem præſidium erit Nolæ*, Latine dici pro eo, quod eſt, Nolanos premet aut vexabit? Potius dixiſſet Nolæ, ut ſperabatur, Romano præſidio occiſo. Put. *præſidiumquemiſul nobis & nolae ademdem eris.* Cogitabam: *ſimul nobis & Nolæ ademptum erit. Simul erit nobis*, id eſt, nos habebimus adverſus quamcumque vim: *& erit ademptum Nolæ* cæſis nempe præſidiariis per Numidas. Aut etiam: *præſidiumque miſſum nobis, & Nolam redemerit.* Sic loquitur quaſi Nola parum libera, quia plebs Hannibali favebat & invita ab Romanis continebatur. *J. Fr. Gron.*

Trebiæ, ſi Cannarum quam Traſimeni pugna nobilior eſſet; Cannarum ſe quoque memoriam obſcuram majore & clariore victoria facturum. Cum hoc reſponſo, muneribuſque amplis, legatos dimiſit. ipſe præſidio modico relicto in Tifatis, profectus cætero exercitu ire Nolam pergit. Eodem Hanno ex Bruttiis, cum ſupplemento Carthagine advecto atque elephantis, venit. [1] caſtris haud procul poſitis, longe alia omnia inquirenti comperta ſunt, quam quæ à legatis ſociorum audierat. nihil enim Marcellus ita gerebat, ut aut fortunæ, aut temere hoſti commiſſum dici poſſet. [2] explorato, cum firmiſque præſidiis tuto receptu prædatum ierat: omniaque velut adverſus præſentem Annibalem cauta proviſaque fuerunt. Tum ubi ſenſit hoſtem adventare, copias intra mœnia tenuit: per muros inambulare ſenatores Nolanos juſſit, & omnia circa explorare, quæ apud hoſtes fierent. Ex iis Hanno, quum ad murum ſucceſſiſſet, Herennium Baſſum, & [3] Herium Petrium, ad colloquium evocatos, permiſſuque Marcelli egreſſos, per interpretem alloquitur. Annibalis virtutem, fortunamque extollit: populi Romani obterit ſeneſcentem cum viribus majeſtatem, *quæ ſi paria eſſent, ut quondam fuiſſent, tamen expertis quam grave Romanum imperium ſociis, quanta indulgentia Annibalis etiam in captivos omnes Italici nominis fuiſſet; Punicam Romanæ ſocietatem atque amicitiam præoptandam eſſe. Si ambo conſules cum ſuis exercitibus ad Nolam eſſent, tamen non magis pares Annibali futuros, quam ad Cannas fuiſſent: nedum prætor unus cum paucis & novis militibus Nolam tutari poſſit.* [4] *ipſorum quam Annibalis intereſſe, capta an tradita Nola potiretur. potiturum enim, ut*

Capuæ

1 *Ibi caſtris haud procul poſitis*] Vox *ibi* ignoratur in optimis, & eſt eorum, qui multa hujuſmodi inſerſerunt, ubi oratio minus cohærere bonis hominibus viſa. *J. Fr. Gron.*

2 *Explorato cum firmiſque*] Voſſ. *explorato enim firmiſque.* Idem.

3 *Herium Petrium*] Vet. lib. *Henum.* Sigonius.

Herium Petrium] Et optimi & alii codices, *Herium Pettium.* J. Fr. Gron.

4 *Ipſorum magis quam Annibalis intereſſe*] Spernunt omnes boni libri *magis*, ut jam diximus. *Idem.*

1 *Cujus*

nem in Bruttios profectus erat, & Locrenſes portas Romanis clauſerunt. Appius magno conatu nulla re geſta, Meſſanam repetit. Eadem æſtate Marcellus ab Nola, quam præſidio obtinebat, crebras excurſiones in agrum Hirpinum, & Samnites Caudinos fecit. adeoque omnia ferro atque igni vaſtavit, ut antiquarum cladium Samnio
42 memoriam renovaret. Itaque extemplo legati ad Annibalem miſſi ſimul ex utraque gente, ita Pœnum allocuti ſunt: *Hoſtes populi Romani, Annibal, fuimus primum per nos ipſi, quoad noſtra arma, noſtræ vires nos tutari poterant. poſteaquam iis parum fidebamus, [1] Pyrrho regi nos adjunximus: à quo relicti, pacem neceſſariam accepimus, fuimuſque in ea [2] per annos prope quinquaginta, ad id tempus quo in Italiam veniſti. Tua nos non magis virtus fortunaque, quam unica comitas ac benignitas*

xerit *ſuum*, quemadmodum *locos, deos, ventos ſuos* pro ſecundis dicunt: quod Al. Rubenio quoque videbatur. Horatius, *ventu iturus non ſuo*. Ovidius: *& vento naviget uſque ſuo*. J. Fr. Gron.

Æſtu ſecundo] Hæc lectio ab aliis concinnata eſt ad exemplum lib. 29 cap. 7. ubi in eodem loco, *Scipio, quum primum æſtu fretum inclinatum eſt, naves mari ſecundo miſit*. Sed eadem fortuna, qua cap. 25 *ſecundo* ſubjecerunt. Cæterum Cantabrig. quoque, ut alii, *æſtuque ſuo*, haud dubie ex Puteanæo primum propagata lectione. Quare omnibus ſpretis, in eum ſolum oculis fixis legendum putamus vix quoquam immutato *æſtu quæſito* hoc eſt, exſpectato, donec æſtus illuc ferret: impetrato, quem exſpectabat, æſtu. 30, 16. *Quippe qui moram temporis quæreret*. 25, 23. *Quum adiri locus non poſſet, occaſio quærebatur*. Polybio eſt ἔκπτωσις. *Jac. Gron.*

1 *Pyrrho regi nos adjunximus*] Samnites loquuntur. Eſt autem illud bellum Pyrrhi, Tarentinorum, Samnitum, Lucanorum & Brutiorum copiis, exercituque geſtum. Quod ex triumphis illorum annotum intelligi poteſt. M. quidem Curius non tam de Pyrrho rege, quam de Samnitibus triumphaſſe traditur. *Sigonius.*

2 *Per annos prope quinquaginta ad id tempus, quo tu in It. ven.*] Pax data Samnitibus, eſt anno ab urbe condita CDLXXIX, quo anno C. Claudius Canina conſul de iis triumphavit, cum per annos LXX geſtum bellum eſſet, ut ait Livius lib. 31 in oratione legati Rom. in concilio Ætolorum. Quod ita eſſe inde facile intelligi poteſt, quod cœptum erat bellum M. Valerio, A. Cornelio Coss. anno CDXII. ſi igitur anno CDLXXIX victis Samnitibus pax data eſt, in pace autem fuerunt uſque ad adventum Annibalis in Italiam, P. Scipione & Ti. Longo Coss. anno DXXXII, id eſt, annis LIII poſtquam pacem Samnites acceperant: ergo hoc loco legendum videtur, *in ea fuimus per annos prope* LX. Nam vox illa, *prope*, majori numero non expleto adjicitur. In hac autem oratione omnia oratorie in majus ornantur, ut cum ait: *per centum prope annos cum populo Rom. bellum geſſimus, nullo externo adjuti, nec duce, nec exercitu*. Idem.

1 Ad

tas erga cives noſtros, quos captos nobis remiſiſti, ita conciliavit tibi, ut te ſalvo atque incolumi amico, non modo populum Romanum, ſed ne Deos quidem iratos (ſi dici fas eſt) timeremus. At, Hercule, non ſolum incolumi & victore, ſed præſente te, quum ploratum prope conjugum ac liberorum noſtrorum exaudire, & flagrantia tecta poſſes conſpicere: ita ſumus aliquoties hac æſtate devaſtati, ut M. Marcellus, non Annibal viciſſe ad Cannas videatur: glorienturque Romani, te [1] *ad unum modo ictum vigentem, velut aculeo emiſſo, torpere. Per centum prope annos cum populo Romano bellum geſſimus: nullo externo adjuti nec duce, nec exercitu: niſi quod per biennium Pyrrhus noſtro magis milite ſuas auxit vires, quam ſuis viribus nos defendit.* [2] *Non ego ſecundis rebus noſtris gloriabor: duos conſules, ac duos conſulares exercitus à nobis ſub jugum miſſos, & ſi qua alia aut læta aut glorioſa nobis evenerunt. quæ aſpera adverſaque tunc acciderunt, minore indignatione referre poſſumus, quam quæ hodie eveniunt. Magni dictatores cum magiſtris equitum, bini conſules cum binis conſularibus exercitibus ingrediebantur fines noſtros; ante explorato & ſubſidiis poſitis: & ſub ſignis ad populandum ducebant.* [3] *nunc prope unius & parvi ad tuendam Nolam præſidii*

1 *Ad unum modo ictum vigentem velut jaculo*] Put. *velutaculegemiſſo*. Scribe: *velut aculeo emiſſo*. Ut Freinſhemius quoque conjecit ex Curtii lib. 4. *Ubi primum impetum effudit, velut quædam animalia, emiſſo aculeo, torpet*. Cicero pro Flacco: *Mortuus eſt aculeo jam dimiſſo ac dicto teſtimonio*. Plutarchus Pericle: καθάπερ κέντρον εἰς τὸν τοῦ ἄμμα πληγὴν ἢ θυμὸν ἀφεικότων ἤδη πολλῶν. *J. Fr. Gron.*

2 *Non ego ſecundis noſtris rebus gloriabor*] Vet. lib. *Non ergo ſecundis noſtris rebus gloriabimur*, recte. loquuntur enim legati Samnitum, Irpinorum, Claudinorumque. Sequitur autem: *Quæ aſpera, adverſaque acciderunt, minore indignatione referre poſſumus*. Sigonius.

Non ergo ſec. reb. n. gloriabimur] Put. duo Pall. aliique meliores; *Non ego ſecundis rebus noſtris gloriabor*. Et ſic reſtituendum. *J. Fr. Gron.*

3 *Nunc prope unius & parvi*] Hoc alienæ manus videtur. Put. *propriunius*. Unde Salmaſius *propria*. Sed verius videtur ex Cantabrig. venire *nunc proprii unius*, hoc eſt, quod uni certæ urbi deſtinatum propriumque eſt. 2, 49. *Sequebatur turba propria alia cognatorum ſodalium que*. 25, 33. *Ut non plus ſui roboris, ſuarumque proprie virium in caſtris habeant*. 27, 38. *Annibalem ſuo proprio occupandum bello*. Sed & τὸ *ingrediebantur* ignorat liber Cantabr. & fors fuit, ut Livius ſcripſerit: *Bini conſules cum binis conſularibus exercitibus in fines noſtros, ante explorato & ſubſidiis poſitis & ſub ſignis ad populandum ducebant*. Habes ſane omnibus numeris perfectam periodum. *Jac. Gron.*

dii præda ſumus: Jam, ne manipulatim quidem, ſed latronum modo, percurſant totis finibus noſtris negligentius, quam ſi in Romano vagarentur agro. Cauſſa autem hæc eſt, quod neque tu defendis; & noſtra juventus, quæ ſi domi eſſet, tutaretur, omnis ſub ſignis militat tuis. Nec te, nec exercitum tuum norim: niſi à quo tot Romanas acies fuſas ſtrataſque eſſe ſciam, ei facile eſſe ducam opprimere populatores noſtros vagos, ſine ſignis, palatos, quo quemque trahit, quamvis vana, prædæ ſpes. Numidarum paucorum illi quidem præda erunt, [1] præſidiumque miſſum nobis erit, & Nolæ ademeris: ſi modo, quos ut ſocios haberes dignos duxiſti, 43 *haud indignos judicas, quos in fidem receptos tuearis.* Ad ea Annibal reſpondit: *Omnia ſimul facere Hirpinos Samniteſque: & indicare clades ſuas, & petere præſidium, & queri indefenſos ſe, neglectoſque. Indicandum autem fuiſſe primum, deinde petendum præſidium: poſtremo, ni impetraretur, tum denique querendum, fruſtra opem imploratam. Exercitum, ſe non in agrum Hirpinum Samnitemve, ne & ipſe oneri eſſet, ſed in proxima loca ſociorum populi Romani adducturum. iis populandis & militem ſuum repleturum ſe, & metu procul ab iis ſummoturum hoſteis. Quod ad bellum Romanum attineret, ſi Traſimeni quam Tre-*

1 *Præſidiumque miſſum nobis erit, & Nolæ ademeris*] Senſum aptum nullum elicere poſſum ex his verbis: *& Nolæ ademeris.* Suſpicor autem, quia in veteribus libris legitur, *præſidiumque miſſum nobis & Nolæ ademeris*, ne ſit legendum: *præſidiumque miſſum nobis & Nolam ademerit.* Suadent enim Samnites, ut Annibal præſidium Numidarum ad ſe ab impetu militum Romanorum, qui Nolæ erant, defendendos mittat, quod idem præſidium & ſe defenſurum ſit, & Nolam, cui maxime imminebat Annibal, Romanis adempturum ſit. *Sigonius.*

Miſſum nobis erit & Nolæ ademeris] Tò *erit* Magontiaci natum. Scripti, quorum nobis copia, ſed & Andreas, Tarviſ. Ven. Bechar. Aſcenſ. abdicant. Utrumvis autem quid ſibi velit, haud facile adſequare. Sigonius, *& Nolam ademerit.* Lipſius, *nobis & Nolæ idem erit:* & nobis, inquit, propugnandis & Nolanis premendis. Sed cui perſuadebit, *idem præſidium erit Nolæ*, Latine dici pro eo, quod eſt, Nolanos premet aut vexabit? Potius dixiſſet Nolæ, ut ſperabatur, Romano præſidio occiſo. Put. *præſidiumquemiſul nobis & nolae ademdem eris.* Cogitabam: *ſimul nobis & Nolæ ademptum erit. Simul erit nobis*, id eſt, nos habebimus adverſus quamcumque vim: *& erit ademptum Nolæ* cæſis nempe præſidiariis per Numidas. Aut etiam: *præſidiumque miſſum nobis, & Nolam redemerit.* Sic loquitur quaſi Nola parum libera, quia plebs Hannibali favebat & invita ab Romanis continebatur. *J. Fr. Gron.*

Trebiæ, ſi Cannarum quam Traſimeni pugna nobilior eſſet; Cannarum ſe quoque memoriam obſcuram majore & clariore victoria facturum. Cum hoc reſponſo, muneribuſque amplis, legatos dimiſit. ipſe præſidio modico relicto in Tifatis, profectus cætero exercitu ire Nolam pergit. Eodem Hanno ex Bruttiis, cum ſupplemento Carthagine advecto atque elephantis, venit. [1] caſtris haud procul poſitis, longe alia omnia inquirenti comperta ſunt, quam quæ à legatis ſociorum audierat. nihil enim Marcellus ita gerebat, ut aut fortunæ, aut temere hoſti commiſſum dici poſſet. [2] explorato, cum firmiſque præſidiis tuto receptu prædatum ierat: omniaque velut adverſus præſentem Annibalem cauta proviſaque fuerunt. Tum ubi ſenſit hoſtem adventare, copias intra mœnia tenuit: per muros inambulare ſenatores Nolanos juſſit, & omnia circa explorare, quæ apud hoſtes fierent. Ex iis Hanno, quum ad murum ſucceſſiſſet, Herennium Baſſum, & [3] Herium Petrium, ad colloquium evocatos, permiſſuque Marcelli egreſſos, per interpretem alloquitur. Annibalis virtutem, fortunamque extollit: populi Romani obterit ſeneſcentem cum viribus majeſtatem, *quæ ſi paria eſſent, ut quondam fuiſſent, tamen expertis quam grave Romanum imperium ſociis, quanta indulgentia Annibalis etiam in captivos omnes Italici nominis fuiſſet; Punicam Romanæ ſocietatem atque amicitiam præoptandam eſſe. Si ambo conſules cum ſuis exercitibus ad Nolam eſſent, tamen non magis pares Annibali futuros, quam ad Cannas fuiſſent: nedum prætor unus cum paucis & novis militibus Nolam tutari poſſit.* [4] *ipſorum quam Annibalis intereſſe, capta an tradita Nola potiretur. potiturum enim, ut*

Capua

1 *Ibi caſtris haud procul poſitis*] Vox *ibi* ignoratur in optimis, & eſt eorum, qui multa hujuſmodi inferſerunt, ubi oratio minus cohærere bonis hominibus viſa. *J. Fr. Gron.*

2 *Explorato cum firmiſque*] Voſſ. *explorato enim firmiſque.* Idem.

3 *Herium Petrium*] Vet. lib. *Henum.* Sigonius.

Herium Petrium] Et optimi & alii codices, *Herium Pettium.* J. Fr. Gron.

4 *Ipſorum magis quam Annibalis intereſſe*] Spernunt omnes boni libri *magis*, ut jam diximus. *Idem.*

1 *Cujus*

Apulia ne hiems quidem quieta inter Romanos atque Annibalem erat. Luceriæ Sempronius consul, Annibal haud procul Arpis hibernabat. Inter eos levia prœlia ex occasione, aut opportunitate hujus aut illius partis oriebantur: meliorque eis Romanus, & indies cautior tutiorque ab insidiis fiebat. In Sicilia Romanis omnia mutaverat mors Hieronis, regnumque ad Hieronymum nepotem ejus translatum: puerum, vixdum libertatem, nedum dominationem, modice laturum. [1] Læte id ingenium tutores atque amici ad præcipitandum in omnia vitia acceperunt: quæ ita futura cernens Hiero, ultima senecta voluisse dicitur, liberas Syracusas relinquere, ne sub dominatu puerili, per ludibrium, bonis artibus partum firmatumque interiret regnum. Huic consilio ejus summa ope [2] obstitere filiæ: nomen regium penes puerum futurum ratæ, regimen rerum omnium penes se, [3] virosque suos, Andranodorum, & Zoippum: nam ii tutorum primi relinquebantur. Non facile erat nonagesimum jam agenti annum, circumsesso dies noctesque mu-

1 *Læte id ingenium*] Jam sic in Tarvisina invenio. Andreas, *laturum ætatis. Id ingenium:* ut etiam Men. Buslid. Voss. tres Pal. Laur. Valla conjecerat, *Lætati.* Optimus vero: *laturum ætatis ingenium & tutores.* Manus secunda inter *A* & *S*, immittendum supra posuerat *TE.* unde Pet. melior, *ætates.* Salmasio videbatur: *Ea ætas, id ingenium: & tutores.* Alb. Rubenio: *Hac ætate id ingenium.* Nobis: *puerum vix dum libertatem, nedum dominationem, modice laturo ætatis. Id ingenium & tutores atque amici.* Justinus lib. 10. *Puero immaturæ ætatis.* J. Fr. Gron.

2 *Obsistere filiæ*] Sic & Modiana; sed scripti omnes & prius editi, *obstitere.* Idem.

3 *Virosque suos Andronodorum & Zeilum*] Scribe: *Andranodorum & Zoippum.* Illud est à Put. qui semper ita, confirmatque Polybius; hoc à Polybio hic quidem, sed in aliis locis satis confirmat Put. ut monebimus. Transtulit autem Polybium Livius in hac parte quoque historiæ, Ἐχχωρήσαντος δὲ Θερσιτος, οἱ περὶ τὸν Ζοίππον καὶ Ἀνδραιόδωρον. Sic utrumque nomen apud nostrum reconcinna. Nam ne putes ab Ἄνδρων Ἀνδρωνος. quod ipsum nomen est, alterum originem capere, Andranus erat ὁπὸ χώρου δαίμων cognominis Adranitarum in Sicilia oppidi, teste Ælio no περὶ ζώων 11, 20. Sic ergo verum est ab Ἀνδραῖος Ἀνδραιόδωρος, ut ab aliorum deum nominibus Διόδωρος, Ἑρμόδωρος, Ἀθηνόδωρος, Ἀπολλόδωρος. Atque ita potius apud Polybium, Liviumque restituendum. etsi literam *n* solitos interdum διφωνίας χάριν interjicere non ignoremus. *Idem.*

muliebribus blanditiis liberare animum,& convertere [1]ad publicam privata curam. Itaque [2] tutores numero quindecim puero reliquit. quos precatus est moriens, ut [3] fidem erga populum Romanum, quinquaginta annos ab se cultam inviolatam servarent, juvenemque suis potissimum vestigiis insistere vellent, [4] disciplinæque, in qua edoctus esset. [5] Post hæc mandata quum exspirasset, tutores prodeunt. testamento prolato, pueroque in concionem producto, (erat autem quindecim tunc ferme annorum) paucis, qui per concionem ad excitandos clamores dispositi erant, approbantibus testamentum, cæteris velut patre amisso in orba civitate omnia timentibus; funus fit regium, magis amore civium & caritate, quam cura suorum celebre. Deinde cæteros tutores summovet Andranodorus: juvenem jam esse dictitans Hieronymum,

1 *Ad publicam privatamque curam*] Optimi: *liberare animum & convertere ad publicam privata curam.* hoc est, ita statuere de domo sua ut præcipue reipublicæ consuleret, & illius statum hujus commodo attemperaret. *J. Fr. Gron.*

2 *Tutores numero quindecim puero relinquit*] Put. *pueri.* Idem.

3 *Fidem erga pop. Rom. quinquaginta annos ab se cultam*] De Hierone Rege loquitur, qui secundo anno primi belli Punici in societatem venit Romanam M' Valerio Maximo, M' Otacilio Crasso consulibus, ut scribit Polybius, à quo anno ad hunc numerantur anni XLIX. *Sigonius.*

4 *Disciplinæque in qua edoctus esset*] *Disciplina* hic non pertinet ad studia aut doctrinam, sed ad sectam rationemque interioris vitæ, cultum domesticum, moderationem in illis, quæ ad victum, cultum, voluptates adhibentur. Itaque melius forsan *eductus*, quod & vetus quædam editio occupavit. Sic lib. 21. *In prætorio patris, clarissimi imperatoris, prope natum, certe eductum.* J. Fr. Gronovius.

In qua edoctus] Mallem *eductus.* sed fortasse non est tanti. Tamen mallem. *Tan. Faber.*

5 *Post hæc mandata quum exspirasset, tutores prodeunt*] Primam & ultimam vocem fidissimi quique libri aspernantur. Fortasse: *his mandatis*, vel, *hæc mandans quum exspirasset, tutores testamento prolato* &c. *funus faciunt regium.* J.Fr.Gron.

Post hæc mandata quum exspirasset &c.] Vide, an ad voluntatem scriptorum codicum & Livii consuetudinem aptius sit ita lectionem constitui: *Hæc mandata. Quum exspirasset per tutores testamento* &c. Frequentissimus enim hic Livii usus est, hunc in modum absolvere & finem dare præcedenti orationi. Hoc lib. cap. 13. *Hæc cum spe dimissi Tarentini.* 31, 11. *Hæc ad Carthaginienses mandata.* 21, 54. *Hæc mandata Numidis.* 37, 55. *His, quæ præsentis disceptationis essent, libera mandata.* 31, 32. *Hæc in concilio Ætolorum acta.* 27, 43. *Hæc senatui scripta.* Et passim. *Jac. Gron.*

2 *Depo-*

num, ac regni potentem: [1] deponendoque tutelam, quæ ipsi cum pluribus communis erat, in se unum omnium vires convertit. Vix quidem ulli bono, moderatoque regi facilis erat favor apud Syracusanos, [2] succedenti tantæ caritati Hieronis. verum enim vero Hieronymus, velut suis vitiis desiderabilem efficere vellet avum, primo statim conspectu omnia quam disparia essent, ostendit. nam qui per tot annos Hieronem, filiumque ejus Gelonem, nec vestis habitu, nec alio ullo insigni differentes à cæteris civibus vidissent, conspexere purpuram, ac diadema, ac satellites armatos: quadrigisque etiam alborum equorum interdum ex regia procedentem, more Dionysii tyranni. Hunc tam superbum apparatum habitumque, [3] convenientes sequebantur, contemptus omnium hominum, superbæ aures, contumeliosa dicta: rari aditus non alienis modo, sed [4] tutoribus etiam: libidines novæ, inhumana crudelitas. Itaque tan-

tus

1 *Deponendoque tutelam, quæ ipsi cum pluribus*] Plerique libri scripti, *deponendamque tutelam*, vel *deponendaque tutelam*: ut verum putem, quod & Valla, *deponendaque tutela*. Ut præcedente libro, *visenda urbe*. Deinde omnes: *ipsæque cum. Convertit in se*, ut lib. 21. *omnem exercitum in se convertit*. Suetonius Vespasiano: *Ut primum provinciam attigit, proximas quoque convertit in se*. J. Fr. Gron.

2 *Succedendi tantæ caritate Hieronis*] Olim hic legebatur *succedenti*, ut & in Pet. Pall. Voss. in quo cum hæreret Glareanus, Sigonius fecit quod editur. Optimus: *succedenti tantæ*. Bene, sed totum sit: *succedenti tantæ caritati Hieronis*. id est, qui succederet tam caro Hieroni. Lib. 1. *Regnavit ita, ut bono moderatoque succedenti regi difficilis æmulatio esset*. Lib. 4. *Fabius & Æbutius Coss. quo majori gloriæ rerum domi foriisque gestarum succedere se cernebant*. Justinus lib. 3. *Ut non numero tantum amissorum civium, sed dignitati succederent*. Lib. 22. *Agathocle qui magnitudini prioris Dionysii successit*. Plinius lib. 2 ep. 13. *Huic quoque nomini pietate successit*. Idem.

3 *Convenientes sequebantur mores*] Nostrorum vetustiorum nemo *convenientes mores* habet, neque invenit Valla, qui conjectat *convenientia*. Sed opus non est: quum enim hoc adjectivum numero respondeat omnibus, quæ sequuntur, tyrannidos notis, in genere positum est proximæ, nempe *contemptus*. Adde notata ad lib. 30, 34. Nisi malis *convenienter*. Idem.

Convenientes sequebantur contemptus &c.] Crediderim primam vocem corruptam esse pro *comites sequeb.* Sic enim sæpe videmus à veteribus in proverbiis dici rem unam esse alterius comitem non secus ac umbra. Seneca epist. 7. *Ferre impetum vitiorum tam magno comitatu venientium*. Jac. Gron.

4 *Tutoribus etiam difficiles*] Postremum vocabulum fatetur addere

tus omnes terror invaſerat, ut quidam ex tutoribus, aut morte voluntaria aut fuga præverterent metum ſupplíciorum. Tres ex iis, quibus ſolis aditus in domum familiarior erat, Andranodorus & Zoippus, generi Hieronis, & Thraſo quidam, de aliis quidem rebus haud magnopere audiebantur: tendendo autem duo ad Carthaginienſes, Thraſo ad ſocietatem Romanam, certamine ac ſtudiis interdum in ſe convertebant [1] animum adoleſcentis: cum conjuratio in tyranni caput facta, indicatur per calonem quendam æqualem Hieronymi, & jam inde à puero in omnia familiaria jura aſſuetum. Index unum [2] ex conjuratis Theodotum, à quo ipſe appellatus erat, nominare potuit. qui comprehenſus extemplo, traditusque Andranodoro torquendus, de ſe ipſe haud cunctanter faſſus, conſcios celabat. poſtremo, quum omnibus intolerandis patientiæ humanæ cruciatibus lacerarętur, victum malis ſe ſimulans, avertit ab conſciis in inſontes indicium ([3] Thraſonem eſſe auctorem conſilii mentitus. nec niſi tam potenti duce confiſos, rem tantam auſuros) [4] ab latere tyranni, quorum capita viliſſi-

quoſdam Valla, ſeque illis adſentiri. Boni libri omnes vocem illam reſpuunt. Deeſt tamen alia, cujus veſtigia deprehendimus in Put. *contumelioſa dictari aditus non alienis.* Scribe: *contumelioſa dicta, rari aditus non alienis modo, ſed tutoribus etiam: libidines novæ.* Sic lib. 3, de decemviris: *jam haud diſſimulando ſuperbiam, rari aditus, colloquentibus difficiles.* J. Fr. Gron.

1 *Animum adoleſcentis. Conjuratio*] Put. Pet. Voſſ. *convertebant animum adoleſcentium conjuratio.* Refinge: *interdum in ſe convertebant animum adoleſcentis: cum conjuratio.* Idem.

2 *Ex conjuratis Theodorum*] Iidem ubique *Theodotum.* Et ſic Valerio Maximo 3, 3 reddendum hoc nomen. *Idem.*

3 *Thraſonem eſſe auctorem*] Hiccine eſt, quem Athenæus lib. 6 ſcribit Hieronymi κόλακα γενέσθαι Θρασώνα ἢ Καρχαρόδοντα ὀνομαζόμενον. Et addit: τῶν δ' ἐπὶ τούτου ἀναιρεθέντων ὑπὸ τῆς Ἱερωνύμου ἔτρεφε κόλαξ, Ὧσις ὄνομα. Opinor Σώσις, ille ipſe, qui Livio nominatur inter conjuratos, qui poſtea tyrannum occiderunt. *Idem.*

4 *Ab latere inde eos nominat tyranni*] Verba *inde eos nominat* à Put. Pet. reg. Voſſ. tribus Pall. pluribus Florent. & ſido quoque abſunt. *Ab latere* ſunt ipſa latera, ut alioqui Latinis vocantur, familiares, domeſtici, ſatellites, tyranni plurimum latera tegentes. Curtius lib. 3. *Inexperta remedia haud injuria ipſis eſſe ſuſpecta, quam ad perniciem ejus etiam a latere ipſius pecunia ſollicitaret hoſtis.* Diſtingue: *avertit ab conſciis in inſontes indicium (Thraſonem eſſe auctorem conſilii mentitus, nec niſi tam potenti*

ma fingenti inter dolores gemituſque occurrere. Maxime animo tyranni credibile indicium Thraſo nominatus fecit. Itaque extemplo traditur ad ſupplicium. adjectique pœnæ cæteri juxta inſontes. Conſciorum nemo, quum diu ſocius conſilii torqueretur, aut latuit, aut fugit. tantum illis in virtute ac fide Theodoti fiduciæ fuit: tantumque ipſi Theodoto virium ad arcana occultanda. [1] Itaque quod omne vinculum cum Romanis ſocietatis 6
erat, Thraſone ſublato è medio, extemplo haud dubie ad defectionem res ſpectabat. [2] legatique ad Annibalem miſſi: ac remiſſi ab eo cum Annibale nobili adoleſcente Hip-

potenti duce confiſos rem tantam auſuros) ab latere tyranni quorum capita viliſſima fingenti inter dolores gemituſque occurrere. id eſt, in inſontes quoſdam eorum, qui eſſent ab latere tyranni: Vel, in inſontes, quorum ab latere tyranni, ex proximis ejus, capita. Valerius: *ſatellitem, in quo totius dominationis ſumma, quaſi quodam cardine, verſabatur, falſa criminatione inquinando, fidum lateri ejus cuſtodem eripuit.* J. Fr. Gron.

1 *Itaque quod unum vinculum*] Scribe cum Put. multo elegantius: *Ita quod omne vinculum cum Romanis ſocietatis erat.* Idem.

2 *Legatique ad Annibal. miſſi, ac re. ab eo cum Annibale n. adoleſcentulo Hipp. & Epic.*] Duos legatos ubique nominat Livius ad Annibalem ab Syracuſanis miſſos de fœdere contra Romanos jungendo Hippocratem & Epicidem, quia nati Carthagine erant, oriundi ab Syracuſis, *Annibalis adoleſcentuli* tertii legati nuſquam meminit niſi hoc loco. Quamobrem probo opinionem Henrici Glareani, qui legendum putat, *ac remiſſi ab eodem Annibale nobiles adoleſcentuli Hippocrates, Epicides:* ita ut mentio tollatur tertii legati Annibalis, & omnia ad imperatorem Annibalem referantur. *Sigonius.*

Legatique ad Hannibalem miſſi] Πολύκλειτος ὁ Κυρηναῖος καὶ Φιλόδημος ὁ Ἀργεῖος, quorum meminit Livius alio loco, nempe lib. 29 cap. 25 & 28. Non enim Hippocrates & *Epicydes*, (ſic ſcribendum: nam Græci Ἐπικύδης, Polybius & Pauſanias, etſi poſterior in alia perſona) ut Glareanus & Sigonius cenſuerunt: nam hi adhuc conſuerant στρατιώτας μετ' Ἀννίβα, πολιτευόμενοι ὑπὲρ Καρχηδονίων· & hi ſunt, quos mutuo honore legatos miſit ad Hieronymum Hannibal una cum tertio Hannibale nobili *adoleſcente* (ſic MSS.) quem non ignorat Polybius, Ἀπέστειλε τοὺς πρέσβεις Hieronymi Hannibal, inquit: σὺν ᾧ τισὶ Ἀννίβαν τὸν Καρχηδόνιον, ὄντα τότε τριήραρχον, καὶ τοὺς Συρακοσίους Ἱπποκράτη καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν νεώτερον Ἐπικύδη. Fruſtra igitur viri illi doctiſſimi, quem alibi apud Livium non inveniunt, hic quoque abolent. Nam Hannibal ille trierarchus legationem ad Senatum Carthaginienſem, & ut credibile eſt, ad imperatorem Hannibalem poſtea renuntiavit, & ſic abiit ex hac ſcena poſt ſiparium: at Hippocrates & Epicydes non invito imperatore Hannibale apud Hieronymum manſerunt, more aſſiduorum legatorum, quibus nunc utuntur: & deinde magnas etiam partes in hac tragœdia ſuſtinuerunt. Ergo & male corrigunt: *ac remiſſi ab eodem Hannibale nobiles adole-*

Hippocrates & Epicydes nati Carthagine; ſed oriundi ab Syracuſis, exſule avo, Pœni ipſi materno genere. Per hos juncta ſocietas Annibali ac Syracuſano tyranno: nec invito Annibale apud tyrannum manſerunt. Appius Claudius prætor, cujus Sicilia provincia erat, ubi ea accepit, extemplo legatos ad Hieronymum miſit: qui quum ſeſe ad renovandam ſocietatem, quæ cum avo fuiſſet, veniſſe dicerent, per ludibrium auditi dimiſſique ſunt, ab quærente per jocum Hieronymo, *quæ fortuna eis pugnæ ad Cannas fuiſſet? vix credibilia enim legatos Annibalis narrare. Velle quid veri ſit ſcire, ut ex eo utram ſpem ſequatur, conſilium capiat.* Romani, quum ſerio legationes audire cœpiſſet, redituros ſe ad eum dicentes eſſe; monito magis eo, quam rogato, ne fidem temere mutaret, proficiſcuntur. Hieronymus legatos Carthaginem miſit; ad fœdus ex ſocietate cum Annibale faciendum. Pacto convenit, ut quum Romanos Sicilia expuliſſent (id autem brevi fore, ſi naves atque exercitum miſiſſent) Himera amnis, qui ferme inſulam dividit, finis regni Syracuſani ac Punici imperii eſſet. Aliam deinde inflatus aſſentationibus eorum, qui eum non Hieronis tantum, ſed Pyrrhi etiam regis materni avi jubebant meminiſſe, legationem miſit: quia æquum cenſebat, [1] Sicilia ſibi omni cedi: Italiæ imperium proprium quæri Carthaginienſi populo. Hanc levitatem ac jactationem animi neque mirabantur in juvene furioſo, neque arguebant; dummodo
7 averterent eum ab Romanis. Sed omnia in eo præcipitia ad exitium fuerunt. nam quum præmiſſis Hippocrate atque

ſentuli Hippocrates atque Epicydes. Quod etſi olim improbaverit Fulvius Urſinus, hactenus tamen valuit, ut in exemplaria veniret *ni eodem*; quum in ſcriptis omnibus priuſque editis ſit: *remiſſique ab eo cum Hannibale.* Leve eſt, inquies: ſed id leve cur oberuderetur auctori, cauſa non erat: & talia levia accumulata graves fecerunt errores. *J. Fr. Gron.*

1 *Siciliam ſibi omnem cedi*] Optimi: *Sicilia ſibi omni cedi.* Lib. 32. *Achaia non Argis modo, ſed etiam Corintho ceſſurum.* Martialis 12 epigr. 96. *Cede ſuam pueris, utere parte tua.* MSS. bonæ notæ: *Cede ſua pueris.* Idem.

1 *Uni*

que Epicyde cum binis millibus armatorum ad tentandas urbes, quæ præſidiis tenebantur Romanis; & ipſe in Leontinos cum cætero omni exercitu (erant autem ad quindecim millia peditum equitumque) profectus eſſet; liberas ædes conjurati (& omnes forte militabant) imminentes viæ anguſtæ, qua deſcendere ad forum rex ſolebat, ſumpſerunt. ibi, quum inſtructi armatique cæteri tranſitum exſpectantes ſtarent, [1] uni ex eis (Dinomeni fuit nomen) quia cuſtos corporis erat, partes datæ ſunt, ut quum appropinquaret januæ rex, per cauſſam aliquam in anguſtiis ſuſtineret ab tergo agmen. Ita ut convenerat, factum eſt. tanquam laxaret elatum pedem [2] ab ſtricto nodo, moratus turbam Dinomenes, tantum intervalli fecit, ut quum in prætereuntem ſine armatis regem impetus fieret, confoderetur aliquot prius vulneribus quam ſuccurri poſſet. Clamore & tumultu audito, in Dinomenem jam haud dubie obſtantem [3] tela conjiciuntur: per quæ tamen duobus acceptis vulneribus, evaſit. Fuga ſatellitum, ut jacentem videre regem, facta eſt. interfectores pars in forum ad multitudinem lætam libertate, pars Syracuſas pergunt, ad præoccupanda Andranodori, regiorumque aliorum conſilia. Incerto rerum ſtatu, Ap. Claudius bellum oriens ex propinquo quum cerneret, ſenatum literis certiorem fecit; Siciliam Carthaginienſi populo & Annibali conciliari: ipſe adverſus Syracuſana conſilia, [4] provinciam, regnique fines omnia

1 *Uni ex iis, Indigemini fuit nomen*] Memineris, ubicumque hoc nomen in præſente hiſtoria occurrit, ſcribere cum antiquiſſimo librorum, quem pleriſque locis ſequuntur melior Petav. duo optimi Etruſci, Voſſianuſque, *Dinomeni*, *Dinomenem*, *Dinomene*. Eſt enim Græcum Δεινομένης, & manſit integrum in vulgatis cap. 30. mitius corruptum cap. 23 ubi *Deomenem* expreſſerunt. Sed Put. & Pet. *Dinomenem*. non *Dienem*, ut Sigonianus. *J. Fr. Gron.*

2 *Abſtricto nodo*] Lego, *abſtricto*, ita poſtulante ſenſu. *Sigonius.*

3 *Tela conjiciuntur, per quæ tamen*] Put. Pet. Voſſ. *in quæ tamen*. Scribe: *inter quæ tamen*. J. Fr. Gron.

4 *Provinciam regnique fines*] Non incommode Pighius: *ad provincia regnique fines omnia convertit præſidia*. Idem.

omnia convertit præſidia. Exitu anni ejus Q. Fabius ex auctoritate ſenatus Puteolos, per bellum cœptum frequentari emporium, communiit, præſidiumque impoſuit. inde Romam comitiorum cauſſa veniens, in eum quem primum diem comitialem habuit, comitia edixit; atque ex itinere præter urbem in campum deſcendit. Eo die quum [1] ſors prærogativæ Anienſi juniorum exiſſet, eaque T. Otacilium, M. Æmilium Regillum conſules diceret; tum Q. Fabius ſilentio facto, tali oratione eſt § uſus: *Si aut pacem in Italia* [2] *aut bellum cum eo hoſte haberemus,* [3] *in quo negligentiæ laxior locus eſſet, qui veſtris ſtudiis, quæ in campum ad mandandos, quibus velitis, honores affertis,* [4] *moram ullam offerret, is mihi parum meminiſſe videretur veſtræ libertatis. ſed quum in hoc bello, in hoc hoſte, numquam ab ullo duce ſine ingenti noſtra clade erratum ſit, eadem vos cura, qua in aciem armati deſcenditis, inire ſuffragium ad creandos conſules decet, & ſibi ſic quemque dicere; Annibali imperatori parem conſulem nomino. Hoc anno ad Capuam Jubellio Taureæ Campano ſummo equiti provocanti, ſummus Romanus eques Aſel-lus* [5] *Claudius eſt oppoſitus. Adverſus Gallum quondam* [6] *provocantem in ponte Anienis, T. Manlium, ſidentem & animo & viribus, miſere majores noſtri. Ob eandem cauſſam haud multis annis poſt fuiſſe non negaverim, cur M. Valerio non diffideretur, adverſus ſimiliter provocantem arma capienti Gallum ad certamen.*

1 *Sors prærogativæ ante juniorum exiſſet*] Quia MSS. omnes: *anteſiludiorum*, ſcripſimus: *Anienſi juniorum.* Quemadmodum & capite ſequenti præclare reſtitutum eſt: *præco Anienſem juniorum in ſuffragium revoca.* Ubi edebatur antea: *prærogativa juniorum in ſuffragium revocata.* MSS. autem habebant: *Praeconienſem juniorum in ſuf. revoca.* De quibus late diximus in 4 Obſervat. cap. 1. *J. Fr. Gron.*

2 *Aut bellum cum eo hoſte haberemus*] Put. & Pet. *bellum cumque hoſtem.* Alii: *bellum cumquo hoſte.* Scribe: *aut bellum cumque hoſtem.* Idem.

3 *In quo negligentiæ aut errori locus eſſet*] Put. *neclegentiæ laxior locus.* Pet. recentior: *negligentiæ laxior.* Pet. melior, & Pal. *neglegentiæ anxior.* Men. *neglegentiæ aptior.* & in margine: *anxior.* ut & Buſl. & Voſſ. Vide ad Senecæ Conſol. ad Helviam cap. 6. *Idem.*

4 *Moram offerret*] Vet. lib. *afferret.* Sigonius.

5 *Claudius oppoſitus*] Optimi: *Claudius eſt oppoſitus.* J. Fr. Gron.

6 *Provocantem in ponte Anienis Manlium*] Put. *anienet Manlium.* Alii, *Anienem Manlium.* Scribe: *Anienis T. Manlium.* Idem.

men. Quemadmodum pedites equitesque optamus, ut validiores, si minus, ut pares hosti, habeamus; ita duci hostium parem imperatorem quæramus. Quum qui est summus in civitate dux, eum legerimus; [1] tamen repente lectus, in annum creatus adversus veterem ac perpetuum imperatorem comparabitur, nullis neque temporis, neque juris inclusum angustiis, quo minus ita omnia gerat administretque, [2] ut tempora postulabunt belli. nobis autem [3] in apparatu ipso, ac tantum inchoantibus res, annus circumagitur. Quoniam quales viros creare vos consules deceat, satis est dictum; restat ut pauca de eis, in quos prærogativæ favor inclinavit, dicam. M. Æmilius Regillus flamen est Quirinalis, quem neque mittere à sacris, neque retinere possumus, ut non Deum aut belli deseramus curam. [4] Otacilius, sororis meæ filiam uxorem, atque ex ea liberos habet. caterum non ea vestra in me majoresque meos merita sunt, ut non potiorem privatis necessitudinibus rempublicam habeam. Quilibet nautarum vectorumque tranquillo mari gubernare potest: ubi sæva orta tempestas est, ac turbato mari rapitur vento navis, tum viro & gubernatore opus est. Non tranquillo navigamus, sed jam aliquot procellis submersi penè sumus. itaque quis ad gubernacula sedeat, summa cura providendum ac præcavendum vobis est. [5] In minore te experti, T. Otacili, re sumus. haud sane, cur ad majora tibi fidamus, documenti quicquam dedisti. Classem hoc anno, cui tu præfuisti, trium rerum caussa paravimus: ut Africæ oram popularetur, ut tuta nobis Italiæ littora essent, ante omnia, ne supplementum cum stipendio commeatuque ab Carthagine Annibali transportaretur. Create consulem T. Otacilium, non dico si omnia hæc, sed si ali-

1 *Tum repente lectus*] Melius boni libri: *tamen repente lectus.* J. Fr. Gron.

2 *Ut temp. postul. belli*] Vet. lib. *ut belli tempora postulabunt.* Sigonius.

3 *In apparatu ipso ac tantum inchoantibus res*] Suspicor fuisse: *ac tantum non inchoantibus.* etsi potest illud ferri. *J. Fr. Gron.*

4 *Otacilius sororis meæ filiam uxorem*] Pighius corrigit, *Otacili*, & *habes*: quia, inquit, ex una voce *vestra* cognoscere est ad Otacilium orationem illam dirigi. Ridiculo errore, nam ad Patres & senatum pertinet illud *vestra.* Itaque & mox, *providendum ac præcavendum vobis* meliores, non *nobis.* Idem.

5 *In minore experti, T. Otacili, operam tuam sumus*] Put. *In minore te experti, T. Otacili, re sumus.* Idem.

ſi aliquid eorum reipublicæ præſtitit. Sin autem, te claſſem obtinente, etiam velut pacato mari quælibet Annibali tuta atque integra ab domo venerunt; ſi ora Italiæ infeſtior hoc anno, quam Africæ fuit; quid dicere potes, [1] *cur te potiſſimum ducem Annibali hoſti opponamus? Si conſul eſſes, dictatorem dicendum* [2] *exemplo majorum noſtrorum cenſeremus. nec tu id indignari poſſes, aliquem in civitate Romana meliorem bello haberi, quam te. magis nullius intereſt, quam tua, T. Otacili, non imponi cervicibus tuis onus, ſub quo concidas. Ego magnopere ſuadeo, eodem animo, quo, ſi ſtantibus vobis* [3] *in aciem armatis repente delegendi duo imperatores eſſent, quorum ductu atque auſpicio dimicaretis, hodie quoque conſules creetis:* [4] *quibus ſacramento liberi veſtri dicant, ad quorum edictum conveniant, ſub quorum tutela atque cura militent. Lacus Traſimenus & Cannæ,* [5] *triſtia ad recordationem exempla, ſed ad præcavendum ſimile, utiles documento ſunt. Præco Anienſem juniorum in ſuffragium revoca.* 9 Quum T. Otacilius ferociter, eum continuare conſulatum velle, vociferaretur atque obſtreperet, lictores ad eum accedere conſul juſſit. & quia in urbem non inierat, protinus in campum ex itinere profectus, [6] admonuit cum ſecuribus ſibi faſces præferri. Iterum

1 *Cur te potiſſimam ducem Hannibali hoſti opponant*] Put. *oppugnabant*. Scribe cum Salmaſio: *opponamus*. J. Fr. Gron.

2 *Exemplo majorum noſtrorum cenſeremus*] Malim, *cenſerem*. Idem.

3 *In aciem*] Vet. lib. *in acie*. Sigonius.

4 *Quibus ſacramenta liberi noſtri*] Optimi: *quibus ſacramento liberi veſtri, dicant*. Notæ phraſes: *ſacramento rogari, adigi, dicere*. Noſter lib. 41. *exauctorati qui ſacramento dixerant*. J. Fr. Gron.

5 *Triſte ad rec. exemplar, at ad præcav. ſim. utiles documento ſ.*] Vet. lib. *utilia documenta ſunt*. Quod magis placet. Sic enim inter ſe hæc reſpondebunt: *Triſte exemplar ad recordationem, utilia documenta ad ſimile præcavendum*. Sigonius.

6 *Admonuit cum ſecuribus ſibi faſces præferri*] Val. Poplicola in urbe faſcibus abſtulerat ſecures; extra urbem autem eas præferebant Coss. ut Dionyſ. Halicar. lib. 5 ſcribit. Admonet igitur hoc loco Otacilium Fabius, ut ſileat: nam ſecures adeſſe & faſces, quibus occidere eum poſſit, ſi jus ineundi ſuffragia populo impedire conetur. *Admonuit* igitur, minitantis eſt. *Glareanus*.

Cum ſecuribus ſibi faſces præferri] Minatur ſe in eum animadverſurum, quod ſecures ſibi præferantur, quas niſi extra urbem conſul non præferebat. *Sigonius*.

rum prærogativa ſuffragium init; creatique in ea conſules Q. Fabius Maximus quartum, M. Marcellus tertium. Eoſdem conſules cæteræ centuriæ ſine variatione ulla dixerunt. Et prætor [1] unus refectus, Q. Fulvius Flaccus: novi tres alii creati, T. Otacilius Craſſus iterum, Q. Fabius conſulis filius, qui tum ædilis curulis erat, P. Cornelius Lentulus. Comitiis prætorum perfectis, ſenatuſconſultum factum eſt, *ut* [2] *Q. Fulvio extra ordinem urbanæ provincia eſſet: iſque potiſſimum conſulibus ad bellum profectis, urbi præeſſet.* [3] Aquæ magnæ bis eo anno fuerunt: Tiberiſque agros inundavit cum magna ſtrage tectorum, pecorumque & hominum pernicie. Quinto anno ſecundi Punici belli, Q. Fabius Maximus quartum, M. Claudius

1 *Unus refectus Q. Fulvius Flaccus nonum, alii creati*] Fœdam labem in his verbis deſidentem nemo adhuc non ſolum non exemit, ſed ne animadvertit quidem. Quid eſt enim, *refectus nonum?* nonne qui novies jam prætor factus eſt? certe. at hic honos nemini unquam habitus eſt, ne ipſi quidem. Sequamur igitur auctoritatem man uſcripti libri, in quo eſt; *prator unus refectus Q. Fulvius Flaccus, novi alii creati T. Otacilius.* Intereſt autem an aliquis reficiatur, an novus fiat. Nam qui reficitur, continuat magiſtratum in annum ſequentem; qui novus fit, is aut tum primum, aut certe interpoſito anno honorem illum rurſus capit. *Sigonius.*

Unus ref. &c. *novi alii creati*] Sic bene Sigonius, quum vulgo eſſet: *Fulvius Flaccus nonum, alii creati.* Noſtri ſcripti: *Flaccus noneſati creauit:* item, *nevesali:* denique, *novi & alii.* Margo Voſſiani: *novi tres creati.* Scribendum igitur: *Et prator unus refectus, Q. Fulvius Flaccus: novi tres alii creati.* J. Fr. Gron.

2 *Q. Fulvio extra ordinem urbana provincia eſſet*] In tot relationibus apud Livium de partitis in annum magiſtratibus, non memini uſpiam ita memorari, ut alicujus prætoris, immo ne quidem conſulis, *urbana provincia* dicatur, nimis impotenti elatoque titulo. Video ſane prætores quoque dici ſortitos provincias, & nunc huic, nunc illi contigiſſe urbanam. Non tamen uſpiam ita conjunctis vocibus invenias *urbanam provinciam.* Ut ego ſemper crediderim ſub τοῖς *urbana* & *peregrina* nunquam ſubaudiendum eſſe *provinciam*, ſed ſortem & juriſdictionem, quod plene retulit Livius 30, 1. *Tum pratorum provincia in ſortem conjecta. Juriſdictionem urbanam Petus Ælius, Sardiniam Cn. Lentulus* &c. *eſt ſortitus.* Non aliter cap. 40 eod. lib. & 33, 26. Et quemadmodum in ſimili narratione aliquid intritum eſt apud Livium 27, 36 & 31, 6; ita fidem nunc præbeo codici Cantabrig. τὸ *provincia* prorſus ignoranti, eam vocem peregrinæ manus eſſe. *Jac. Gron.*

3 *Aqua magna & nives eo anno*] Put. clare: *Aqua magna bis eo anno.* Manus ſecunda adjecit ſuperius *ni*, inde Pet. *Aqua magna nivis:* & omnes fere ſcripti: *Atque magna nives.* Adjecerunt poſtea, ut vara vibiam ſequitur, copulam. *J. Fr. Gron.*

1 *Ma-*

dius Marcellus tertium, conſulatum ineuntes, plus ſolito converterant in ſe civitatis animos. multis enim annis tale conſulum par non fuerat. Referebant ſenes, ſic [1] Maximum Rullum cum P. Decio ad bellum Gallicum, [2] ſic poſtea Papirium Carviliumque adverſus Samnites, Bruttioſque, & Lucanum cum Tarentino populum, conſules declaratos. Abſens Marcellus conſul creatus, quum ad exercitum eſſet; præſenti Fabio, atque ipſo comitia habente, conſulatus continuatus. Tempus ac neceſſitas belli, ac diſcrimen ſummæ rerum faciebant, ne quis aut in exemplum exquireret: aut ſuſpectum cupiditatis imperii conſulem haberet. quin laudabant potius magnitudinem animi, quod [3] quum ſummo imperatore eſſe opus reipublicæ ſciret, ſeque eum haud dubie eſſe; minoris invidiam ſuam, ſi qua ex re oriretur, quam utilitatem reipublicæ feciſſet. Quo die magiſtratum inierunt conſules, ſenatus in Capitolio eſt habitus: decretumque omnium primum, ut conſules ſortirentur, compararentve inter ſe, uter cenſoribus creandis comitia haberet, priuſquam ad exercitum proficiſceretur. Prorogatum deinde imperium omnibus, qui ad exercitus erant; juſſique in provinciis manere. Ti. Gracchus Luceriæ, ubi cum volonum exercitu erat; C. Terentius Varro in agro Piceno, Manius Pomponius in Gallico. [4] ex prætoribus prioris anni [5] pro prætore Q. Mucius obtineret Sardiniam, M. Valerius ad Brunduſium oræ maritimæ, intentus adverſus omnes motus Phi-

1 *Maximum Rullum cum P. Decio*] Hi conſules fuerunt anno CDLVII. Q. Fabius Maximus Rullianus V. P. Decius Mus IV. lib. 10. *Sigonius.*

2 *Sic poſtea Papirium, & Carvilium adverſus Samn.*] L. Papirius Curſor II, Sp. Carvilius Maximus II conſules fuerunt anno CDLXXXX. atque ambo in magiſtratu de his populis triumpharunt, ut extat in Fragmentis Capitolinis. *Idem.*

3 *Cum ſumme imperat. op. eſſe reip. ſciret, ſeque eum*] Vet. lib. *quod cum ſummo imperatore opus eſſet reip. ſciretque eum haud dubie eſſe.* Idem.

4 *Ex prætoribus prioris anni*] Voſſ. Gud. *& P. prioris anni.* Lege igitur: *& prætores prioris anni.* J. Fr. Gron.

5 *Proprætor Q. Muc.*] Vet. lib. *pro prætore.* Sigonius.

1 *Eo*

Philippi Macedonum regis præeſſet. P. Cornelio Lentulo prætori Sicilia decreta provincia. T. Otacilio claſſis eadem, quam adverſus Carthaginienſes priore anno habuiſſet. Prodigia eo anno multa nunciata ſunt. quæ quo magis credebant ſimplices ac religioſi homines, [1] eo plura nunciabantur: [2] Lanuvii in æde intus Soſpitæ Junonis corvos nidum feciſſe. In Apulia palmam viridem arſiſſe. Mantuæ ſtagnum effuſum Mincio amni, cruentum viſum. Et Calibus creta, & Romæ [3] in foro boario ſanguine pluiſſe. [4] Et in vico Iſtrico fontem ſub terra tanta vi aquarum fluxiſſe, [5] ut ſerias doliaque quæ in eo loco erant, provoluta [6] velut impetus torrentis tulerit. Tacta de cœlo, atrium publicum in Capitolio, ædem in campo Vulcani, nucem in Sabinis, publicamque viam, murum ac portam Gabiis. Jam alia vulgata miracula erant: haſtam Martis Prænestæ ſua ſponte promotam: bovem in Sicilia locutum: infantem in utero matris in Marrucinis, Io triumphe! clamaſſe: ex muliere Spoleti virum

1 *Eo etiam plura nuntiabantur*] To' *etiam* deleri imperant Put. Voſſ. Gud. tres Pall. Mureti libri. *J. Fr. Gron.*

2 *Lanuvii in æde intus Junonis Soſpitæ*] Put. *Jani in æde intus Soſpitæ Junonis.* Omnino ſcribi placet Salmaſio: *Lanuvii æde intus Soſpitæ Junonis.* Sic in vett. inſcriptionibus: *intus ædibus.* Idem.

3 *In foro boario ſanguine pluiſſe*] Put. *in foro bovario ſanguine pluviſſe.* Et ſic ſemper, Quorum alterum ab ipſo Livio eſſe confirmat auctoritas Priſciani. *Idem.*

4 *Et in vico Iſtrico*] Put. Pet. Men. Voſſ. *Et in vico Inſteio.* Idem.

Et in vico Iſtrico] Quum in Cantabrig. legiſſem *vico Inſteio*, haud trepide ſuſpicabar ſcripſiſſe auctorem *vico Tuſco*, cujus memineram ex noſtri libro 2 cap. 14, & 27, 27, ex Horatio, ex Martiale, ex Feſto in voce *Sepultum morte meroque.* Nunc video recenti ſepia à patre etiam ſummæ oræ adſcriptum *An vico Tuſco?* Notum tamen in Rom. familiis vocabulum *Inſteius* fuit. *Jac. Gron.*

5 *Ut ſerias, doliaque*] Magnum vas *ſeriam* fuiſſe, non dubitamus. Adhæc Columella lib. 13 docet, ex ſeriis in minora vaſa vinum diffundi ad vetuſtatem ſervandam, nempe in cados & amphoras. Alciatus ait, Seriam vas fuiſſe majus, & capacitatis majoris quam cullenm, quod vicenas amphoras continebat. Et fictile vas fuiſſe ſeriam, ex Perſio & Donato affirmare poſſemus. Seriarum olearium, (quod erat ad oleum ſeu olivas conditas ſervandas deſtinatum vas) meminit Varro lib. 3 de re Ruſt. cap. 2. *Marcell. Donat.*

6 *Velut impetus torrentis*] Nec male, opinor, foret, *impetu.* J. Fr. Gronovius.

1 *Hadriæ*

virum factum: [1] Hadriæ áram in cœlo, ſpecieſque hominum circum eam, cum candida veſte, viſas eſſe. Quin Romæ quoque in ipſa urbe [2] ſecundùm apum examen in foro viſum. Affirmantes quidam legiones ſe armatas in Janiculo videre, concitaverunt civitatem ad arma: [3] qui tum in Janiculo eſſent, negarunt quemquam ibi, præter aſſuetos collis ejus cultores, apparuiſſe. Hæc prodigia hoſtiis majoribus procurata ſunt, ex aruſpicum reſponſo: & ſupplicatio omnibus deis, [4] quorum pulvi-
11 naria Romæ eſſent, indicta eſt. Perpetratis, quæ ad pacem Deum pertinebant, de republ. belloque gerendo, & quantum copiarum, & ubi quæque eſſent, conſules ad ſenatum retulerunt. Duodeviginti legionibus bellum geri placuit: binas conſules ſibi ſumere. binis Galliam Siciliamque ac Sardiniam obtineri: duabuſque Q. Fabium prætorem Apuliæ, duabus volonum Ti. Gracchum circa Luceriam præeſſe. ſingulas C. Terentio procos. ad Picenum, & M. Valerio [5] ad claſſem circa Brunduſium relinqui, & duas urbi præſidio eſſe. Hic ut numerus legionum expleretur, ſex novæ legiones erant ſcribendæ. eas primo quoque tempore conſules ſcribere juſſi, & claſſem parare: ut cum eis navibus, quæ pro Calabriæ littoribus in ſtatione eſſent, centum quinquaginta longarum navium claſſis eo anno expleretur. Delectu habito, & navibus novis deductis, Q. Fabius comitia cen-

1 *Hadriæ aram*] Vet. & Græci libri, *Adriæ*. Sigonius.

2 *Secundum apum examen*] Defectum putat Lipſius, ſed diſtinguendum modo & explicandum me monuit Alb. Rubenius: *Quin Romæ quoque in ipſa urbe, secundum apum examen in foro viſum, affirmantes quidam* &c. *Tò ſecundum* eſt *poſt*, ut ſæpe Livio. poſtquam apum examen in foro viſum eſſet. *J. Fr. Gron.*

3 *Qui quum in Janiculum iviſſent*] Ut monuit Lipſius; optimi quique libri: *qui tum in Janiculo eſſent*. Idem.

4 *Quorum pulvinaria Romæ ſint*] Put. & Pet. *Romæ exſint*. Alii, *Romæ ea ſint*. Scribe: *Romæ eſſent* Idem.

5 *Ad claſſem circa Brunduſium & duas urbi præſidium relinqui*] Put. *Brundiſium relinquidbas urbi præſidium relinquidbas urbi præſidio eſſe*. Scribe reſectis ſuperfluis & una litera mutata: *ad claſſem circa Brundiſium relinqui, duas urbi præſidio eſſe*. Pet. & Voſſ. *Brundiſium & duas urbi præſidium relinqui duas*. *Hic*. Idem.

censoribus creandis habuit. creati M. Atilius Regulus, & P. Furius Philus. Quum increbescerent rumor, bellum in Sicilia esse; T. Otacilius eo cum classe proficisci jussus est. Quum deessent nautæ, consules ex senatusconsulto edixerunt, *ut qui L. Æmilio, C. Flaminio censoribus, millibus aris quinquaginta ipse aut pater ejus census fuisset usque ad centum millia; aut cui postea res tanta esset facta, nautam unum cum sex mensium stipendio daret. qui supra centum millia usque ad trecenta millia, tres nautas cum stipendio annuo: qui supra trecenta millia usque ad decies aris, quinque nautas: qui supra decies, septem: senatores octo nautas cum annuo stipendio darent.* Ex hoc edicto dati nautæ armati instructique ab dominis, cum triginta dierum coctis cibariis naves conscenderunt. Tum primum est factum, ut classis Romana sociis navalibus privata impensa paratis compleretur. Hic 12
major solito apparatus præcipue conterruit Campanos, ne ab obsidione Capuæ bellum ejus anni Romani inciperent. itaque legatos ad Annibalem oratum miserunt, ut Capuam exercitum admoveret. ad eam oppugnandam novos exercitus scribi Romæ; nec ullius urbis defectioni magis infensos eorum animos esse. Id quia tam trepidi nunciabant, maturandum Annibal ratus, ne prævenirent Romani, profectus Arpis ad Tifata, in veteribus castris super Capuam consedit. inde Numidis Hispanisque, ad præsidium simul castrorum simul Capuæ relictis, cum cætero exercitu ad lacum Averni, (per speciem sacrificandi; re ipsa, ut tentaret [1] Puteolos, quodque ibi præsidii erat) descendit. Maximus, postquam Annibalem Arpis profectum, & regredi in Campaniam, allatum est; nec die nec nocte intermisso itinere, ad exercitum redit: & Ti. Gracchum ab Luceria Beneventum copias admovere, Q. Fabium Prætorem (is filius consulis erat) Luce-

1 *Puteolos quique ibi præsidio erant*] Elegantius Put. *quodque ibi præsidii erat.* Sic voluit enim, nam revera *præsidi* est. Eodem alludunt alii, in quibus: *quoque ibi præsidio erat.* J. Fr. Gronovius.

1 Lo-

avidi certaminis erant, eo die tenuerunt ſeſe tamen munimentis. tertio die Annibal, partem copiarum prædatum in agrum Nolanum miſit. Quod ubi animadvertit Marcellus; extemplo in aciem copias eduxit: neque Annibal detrectavit. Mille fere paſſuum inter urbem erant, caſtraque. eo ſpatio (& ſunt omnia campi circa Nolam) concurrerunt. Clamor ex parte utraque ſublatus, proximos ex cohortibus iis, quæ in agros prædatum exierant, ad prœlium jam commiſſum revocavit. Et Nolani aciem Romanam auxerunt: quos collaudatos Marcellus in ſubſidiis ſtare, & ſaucios ex acie efferre juſſit. [1] pugna abſtinere, ni ab ſe ſignum accepiſſent. Prœlium erat anceps: 45
ſumma vi [2] & duces hortabantur, & milites pugnabant. Marcellus victis ante diem tertium, fugatis ante paucos dies à Cumis, pulſis priore anno ab Nola ab eodem ſe duce, milite alio, inſtare jubet. *Non omnes eſſe in acie: prædantes vagari in agro, ſed* [3] *qui pugnent, marcere Campana luxuria, vino & ſcortis, omnibuſque luſtris per totam hiemem confectos. Abiiſſe illam vim, vigoremque: dilapſa eſſe robora corporum animorumque, quibus Pyrenæi, Alpiumque ſuperata ſint juga. reliquias illorum virorum, vix arma membraque ſuſtinentes pugnare. Capuam Annibali Cannas fuiſſe. ibi virtutem bellicam, ibi militarem diſciplinam, ibi præteriti temporis famam, ibi ſpem futuri extinctam.* Quum hæc [4] exprobrando hoſti Marcellus, ſuorum militum animos erigeret, Annibal multo gravioribus probris increpabat: [5] *Arma ſignaque eadem ſe noſcere, quæ ad Trebiam Traſimenumque, poſtremo ad Cannas viderit, habueritque. militem alium profecto ſe in hiber-*

na

1 *Pugna abſtinerent niſi ab ſe*] Put. Pet. Voſſ. ignorant τὸ *niſi*. Scribe: *pugna abſtinere, ni ab ſe ſignum*. Repetendum ἀπὸ κοινοῦ τὸ *juſſit*. J. Fr. Gron.

2 *Et duces adhortabantur*] Put. Pet. Men. Voſſ. *& duces hortabantur*. Nec ſecus Andreas atque Aldina. *Idem.*

3 *Qui pugnant*] Libri: *pugnent*. Tum, *vino & ſcortis*. Idem.

4 *Exprobrando hoſti*] Put. & Pet. *exprobrandam hoſti Marcellus*. Forte: *exprobrando in hoſtem Marcellus*. Idem.

5 *Arma ſignaque eadem ſe ajebat noſcere*] Expunge voluntate optimorum τὸ *ajebat*. Idem.

na Capuam duxiſſe, alium inde eduxiſſe. [1] *Legatumne Romanum, & legionis unius atque alæ, magno certamine vix toleratis pugnam, quos binæ acies conſulares nunquam ſuſtinuerunt? Marcellus, tirone milite ac* [2] *Nolanis ſubſidiis, inultus nos jam iterum laceſſit? Ubi ille meus miles eſt, qui erepto ex equo C. Flaminio conſuli caput abſtulit? ubi, qui L. Paullum ad Cannas occidit?* [3] *Ferrum nunc hebet? an dextræ torpent? an quid prodigii eſt aliud? Qui pauci plures vincere ſoliti eſtis, nunc paucis plures* [4] *vix reſtatis. Romam vos expugnaturos, ſi quis duceret, fortes lingua jactabatis.* [5] *En nunc minor eſt res. hic experiri vim, virtutemque volo. Expugnate Nolam: campeſtrem urbem, non flumine non mari ſeptam. hinc vos ex tam opulenta urbe præda ſpo-*
46 *liiſque onuſtos, vel ducam quo voletis, vel ſequar.* Nec bene, nec male dicta profuerunt ad confirmandos animos. Quum omni parte pellerentur, Romaniſque creſcerent animi non duce ſolum adhortante, ſed Nolanis etiam per clamorem favoris indicem [6] accendentibus ardorem pugnæ, terga Pœni dederunt, atque in caſtra compulſi ſunt, quæ oppugnare cupientes milites Romanos, Marcellus Nolam reducit cum magno gaudio, & gratulatione etiam plebis, quæ ante inclinatior ad Pœnos fuerat. [7] Hoſtium plus quinque millia cæſa eo die, vivi capti ſexcenti, & ſigna

1 *Legatum ne Roman.*] Vet. lib. *Legati ne Romani.* Sigonius.

2 *Nolanis ſubſidiis fultus nos j. i. laceſſit*] Vet. lib. pro *fultus, inultus*, habent, id eſt, impunitus: innuit cladem à Marcello ante acceptam ad Nolam, quam adhuc Annibal non erat ultus, idcirco ait: *inultus iterum nos jam laceſſit?* Idem.

Subſidiis fultus] Put. Pet. Men. tres Pall. Voſſ. & Aldina: *tirone milite ac Nolanis ſubſidiis inultus nos jam iterum laceſſit.* quod & Sigonius vult. *J. Fr. Gron.*

3 *Ferrum nunc debet, an dextra torrent?*] Vet. lib. *Ferruminne hebet, an dextra torpent?* Forte ita legendum: *Ferrumne nunc hebet?* Sigonius.

Ferrumne hebet] Scripti: *ferrum nunc hebet.* Andreas: *ferrum non habet.* Aldina: *Ferrum nunc habet.* J. Fr. Gron.

4 *Vix reſtatis*] Vet. lib. *reſiſtitis.* Sigonius.

5 *En nunc minor eſt res*] Optimi: *enim minor eſt res:* ut fuit ante Vallam. *J. Fr. Gron.*

6 *Accedentibus ad ardorem pugnæ*] Repone cum optimis: *accendentibus ardorem pugnæ.* Idem.

7 *Hoſtium plus mille cæſi eo die, capti mille* D C - - - *& duo elephanti* &c. *quatuor in acie occiſi*] Vet. lib. *Hoſtium plus vel cæſi, vel eo die vivi capti* V *millia.* Suſpicor autem legendum: *Hoſtium plus vel cæſi eo die, vel vivi capti quinque millia:* ſi quidem Plutarchus

huno

& ſigna militaria undeviginti, & duo elephanti. quatuor in acie occiſi. Romanorum minus mille interfecti. poſterum diem, induciis tacitis, ſepeliendo utrimque cæſos in acie, conſumpſerunt. Spolia hoſtium Marcellus, Vulcano votum, cremavit. [1] Tertio poſt die (ob iram credo aliquam, aut ſpem liberalioris militiæ) mille ducenti ſeptuaginta duo equites, mixti Numidæ Hiſpanique, ad Marcellum transfugerunt. eorum forti fidelique opera in eo bello uſi ſunt ſæpe Romani. [2] Ager Hiſpanis in Hiſpania, Numidis in Africa poſt bellum virtutis cauſſa latus, datus eſt. Annibal ab Nola remiſſo in Bruttios Hannone, cum quibus venerat copiis, ipſe Apuliæ hiberna petit, circaque Arpos conſedit. Q. Fabius ut profectum in Apuliam Annibalem audivit, frumento ab Nola Neapolique in ea caſtra convecto, quæ ſuper Sueſſulam erant, munimentiſque firmatis, & præſidio, [3] quod per hiberna ad tutandum locum ſatis eſſet, relicto,

hunc numerum edit in Marcello, ubi hunc totum locum ita vertit: *πεμπτῇ μὲν γὰρ ἡμέρᾳ πεντακισχιλίους, καὶ τετρακοσίους ἱππεῖς τοὺς ἀλλοφύλων τεσσάρας μὲν πόντας, δύο δὲ ζώους ἁλόντες. Sigonius.*

Hoſtium plus mille caſi eo die, capti mille ſexcenti] Sigonius: *Hoſtium plus vel caſi eo die vel vivi capti quinque millia.* Et eundem ſane numerum edidit Plutarchus, qui vertiſſe Livium videtur. Put. *Hoſtium plus vel cauſa eo die vivi capti de & ſigna.* Scribe: *Hoſtium plus* VCIO *caſa eo die, vivi capti ſexcenti & ſigna.* Hoc verum eſt, nam repetitum *vel* non niſi in admodum recenti libro invenimus, eſtque fartorum, non Livii. *J. Fr. Gron.*

1 *Tertio poſt die mille* CCLXXII *equites --- tranſfugerunt*] Hoc ſic vertit Plutarchus: *ἡμέρᾳ τρίτῃ μὲν ἀπὸ μείζω ἐπιστὰς Ἰβήρων καὶ Νομάδων μυριάδες ἀπομελλῶσιν ὑπὲρ τοὺς τετρακοσίους.* Diſcrepat autem in numero, niſi forte legendum *ὑπὲρ τοὺς χιλίους τετρακοσίους. Sigonius.*

2 *Ager Hiſpanis in Hiſpania, Numidis in Africa poſt bellum virtutis cauſſa latus datus eſt*] Tò *latus* non habet Put. à manu prima: poſtea adſcriptum eſt *locus*, ut fere habent ſcripti poſt illum antiquiores: quidam ut magis aptum redderent, fabricarunt: *& locus datus eſt.* Inde vulgata propagata videtur. Nec me præterit in lege Thoria: *quemve. agrum. locum. de eo agro. loco. qui. publicus. po. Romani.* &c. *adſignatum. eſſe. fuiſſeve. judicaverit.* & ſimiliter in eadem centies. Neque oblitus ſum *latiſundia*, aut Ciceronis 3 Verr. *Magni & navi aratores agros latos & fertiles deſererent*: aut Virgilii 2 Georg. *at latu otia fundu.* Ovid. 7 Met. *& latos indagine cinximus agros*: ſimiliaque apud agrimenſores. Nimirum non, quid non male dictum ſit, ſed primam fidiſſimamque ſcripturam quærimus. *J. Fr. Gron.*

3 *Quod per hiberna ad tutandum locum ſatis eſſet*] Put. Pet. Men. Voſſ. *ad petendum locum.* An fuit *tenendum?*

ćto, ipſe Capuam propius movit caſtra, agrumque Campanum ferro ignique eſt depopulatus. donec coacti ſunt Campani, nihil admodum viribus ſuis fidentes, egredi portis, & caſtra ante urbem in aperto communire. Sex millia armatorum habebant, peditem imbellem: equitatu plus poterant. itaque equeſtribus prœliis laceſſebant hoſtem. [1] Inter multos nobiles equites Campanos, Cerrinus Jubellius erat; cognomine Taurea. civis indidem erat, longe omnium Campanorum fortiſſimus eques: adeo, ut quum apud Romanos militaret, unus eum Romanus, Claudius Aſellus, gloria equeſtri æquaret. Hunc Taurea quum diu perluſtrans oculis obequitaſſet hoſtium turmis; tandem facto ſilentio, ubi eſſet Claudius Aſellus? quæſivit. *& quoniam verbis ſecum de virtute ambigere ſolitus eſſet, cur non ferro decerneret;* [2] *daretque opima ſpolia victus, aut victor caperet?* Hæc ubi Aſello nunciata
47 ſunt in caſtra; id modo moratus, ut conſulem percunctaretur, liceretne extra ordinem in provocantem hoſtem pugnare? permiſſu ejus arma extemplo cepit: provectuſque ante ſtationes equo, Tauream nomine compellavit, congredique ubi vellet, juſſit. Jam Romani ad ſpectaculum pugnæ ejus frequentes exierant: & Campani, non vallum modo caſtrorum, ſed mœnia etiam urbis proſpectantes repleverant. Quum jam ante ferocibus dictis rem nobilitaſſent, infeſtis haſtis concitarunt equos. dein libero ſpatio inter ſe ludificantes, ſine vulnere pugnam extrahebant. Tum Campanus Romano, *Equorum*, inquit, *hoc*,

Libro ſequenti: *ad tentandas urbes, quæ præſidio tenebantur Romanis.* J. Fr. Gron.

1 *Inter multos nobiles equites acerrimus erat*] Omnes libri alicujus meriti: *Inter multos nobiles equites Campanos Cerrinus Jubellius erat, cognomine Taurea.* Eam gentem nobilem Capuæ fuiſſe apparet ex lib. 39. *Nam & viros eam primam ſuos filios initiaſſe, Minium & Herennium Cerrinios.* Ibidemque Minius ille *Cerrinus* vel *Cerrinius* (etenim variant ſcripti) bis appellatur. *Idem.*

2 *Daretque opima ſpolia victus*] *Opima* propria dici ſpolia non potuerunt, ſiquidem ea *opima* ſunt quæ dux duci detraxerit: dux autem ſit, cujus auſpiciis bellum geratur, ut ſupra traditum eſt. Neuter enim eorum equitum dux erat. *Sigonius.*

Digitized by Google

hoc, non equitum erit certamen, niſi è campo in cavam hanc viam demittimus equos. ibi nullo ad evagandum ſpatio cominus conſerentur manus. Dicto prope citius, [1] equum in viam Claudius dejecit. Taurea verbis ferocior quam re, [2] *Minime ſis*, inquit, *cantherium in foſſa.* quæ vox in ruſticum inde proverbium prodita. Claudius quum ex via longe perequitaſſet, nullo obvio hoſte in campum rurſum evectus, increpans ignaviam hoſtis, cum magno gaudio & gratulatione, victor in caſtra redit. Huic pugnæ equeſtri rem ([3] quam ſatis certam, communis exiſtimatio eſt) mirabilem

1 *Equum in viam Claudius egit*] Put. Pet. Men. Pal. Voſſ. *delegit.* Scribe, *dejecit*, ut reliqui duo habent Pall. Cæſar 1 Civil. *Lucretius & Altius de muro ſe dejecerunt.* pro demiſerunt. Statius 7 Thebaid. *Magno cum fragmine ripæ Contantem dejecit equum.* Sic Lucanus lib. 4, 762, de Curione: *Medios aciem dejecit in agros.* Quod & nos in duobus ſcriptis invenimus, & habuerunt ſive Pulmanni ſive Berſmanni codices. *J. Fr. Gron.*

2 *Minime ſis cantherium in foſſa*] Κανθήλιον Græcis aſinus & clitellæ. Inde Latinis *cantherius*, equus caſtratus: & *cantherius* vel *cantherium*, adminiculum vel pedamentum vitium inſtar furcæ & patibuli humilioris. Columella 4, 12. Fodiebantur vineæ: in foſſa figebantur cantherii: quibus applicabantur & imponebantur teneræ vites. Igitur proprie *cantherium in foſſa* eſt, ubi cantheriata vitis eſt. Sed quia *cantherius* etiam genus equi eſt, via autem cava propter altiorem utrimque campum vel agrum inſtar foſſæ; illudens Taurea, poſtquam Claudius equum egerat in viam cavam, *en*, inquit, *cantherium in foſſa:* vel, *Hoc poſſis vere dicere cantherium in foſſa, quod ego me eſſe nolo.* Quod quidem dictum nullam aliam tum temporis vim habebat, quam ut invidiam ignavi turpiſque diſceſſus dicenti minueret, ut ſolebant ſolentque hodie homines rerum atrocium ac fœdarum urbanitate τὴν μοχθηρίαν ἀφαιρεῖσθαι, ut Ariſtophanes, *ſubducere*, ut M. Seneca loquuntur: & deprehenſi pudorem ſuum ridiculo aliquo explicare, ut Fabius Quintilianus. Sic Livius Druſus *muriam turdorum* Marcii Philippi, cum collum ei torſiſſet, profluentem ſanguinem appellabat: ſic ſacrilegia Dionyſius & Alexander Zabinas apud Juſtinum *facetis jocis circumſcribebant.* Nec vero hujus auctor Jubellius, ſed vetus proverbium ruſticum videtur fuiſſe: *Minime ſis cantherium in foſſa.* id eſt, ne ſinas alios de te creſcere, ut vitis creſcit ſtante & adminiculante cantherio. Et quadrat in omnes, qui ſuo damno alienas opes alunt: per quos augentur & extolluntur, qui ipſos, per quos creverunt, olim ſunt oppreſſuri. Sic *cantherium in foſſa* Pompeius fuit Cæſari, & Antonius Lepiduſque Octavio: & multi quotidie ſunt aliis. Et plura ſunt ejuſmodi proverbia vetuſtiſſimos Romanorum agricolas fuiſſe teſtantia. Ut, *ita fugias, ne præter caſam:* & *plauſtrum perculi:* &, *habeto cum porcis, cum ſiſcina:* & verbis *delirare, prævaricari*, ac ſimilia. *Idem.*

3 *Quam ſatis certam communis exiſtimatio eſt*] Valtæ hæc conjectura. Men. Voſſ. tres Pall. *quam etatis communis certe exiſtim.* Put. Pet. *quam vetatis com-*

bilem certe, adjiciunt quidam annales. quum refugientem ad urbem Tauream Claudius ſequeretur, patenti hoſtium portæ invectum, per alteram ſtupentibus mira-
48 culo hoſtibus intactum evaſiſſe. Quieta inde ſtativa fuere, ac retro etiam conſul movit caſtra, ut ſementem Campani facerent: nec ante violavit agrum Campanum, quam jam altæ in ſegetibus herbæ pabulum præbere poterant. id convexit in Claudiana caſtra ſuper Sueſſulam; ibique hiberna ædificavit. M. Claudio proconſuli imperavit, ut retento Nolæ neceſſario ad tuendam urbem præſidio, cæteros milites dimitteret Romam; ne oneri ſociis, & ſumptui reipublicæ eſſent. Et Ti. Gracchus à Cumis Luceriam in Apuliam [1] legiones dum duxiſſet, M. Valerium inde prætorem Brunduſium, cum eo, quem Luceriæ habuerat, exercitu miſit, tuerique oram agri Salentini, & providere quod ad Philippum bellumque Macedonicum attineret, juſſit. Exitu æſtatis ejus, qua hæc geſta perſcripſimus, literæ à P. & Cn. Scipionibus venerunt, quantas, quamque proſperas in Hiſpania res geſſiſſent. ſed pecuniam in ſtipendium, veſtimentaque, & frumentum exercitui, & ſociis navalibus, omnia deeſſe. Quod ad ſtipendium attineat, ſi ærarium inops eſſet, ſe aliquam rationem inituros, quo modo ab Hiſpanis ſumant. cætera utique ab Roma mittenda eſſe: nec aliter, [2] aut exercitum, aut provinciam, retineri poſſe. Literis recitatis, [3] nemo omnium erat, quin & vera ſcribi & poſtulari æqua fateretur: ſed occurrebat animis, quantos exer-

communis certe. Suſpicari queas ſcripſiſſe auctorem: *rem (quam vera ſit, communis exiſtimatio eſt) mirabilem certe adjiciunt.* Lib. 3 de ſpoliis opimis Coſſi: *Qui ſi in ea re ſit error, quod tam veteres annales, quodque magiſtratuum libri &c. habeant, exiſtimatio communis omnibus eſt.* To *certe* præpoſtere interpolitum videtur. *J. Fr. Gron.*

1 *Legiones dum duxiſſet*] Scribe: *quum duxiſſet.* Idem.

2 *Aut exercitum aut provinciam retineri poſſe*] Quidam libri: *teneri.* Put. *ateneri.* adjecto ſuperius ab altera manu novo t. Petav. *atteneri.* Pal. & Voſſ. *attineri.* Et illo vel hoc modo ſcribendum. *Idem.*

3 *Nemo omnium erat, qui non & vera*] Pall. & Voſſ. *qui nec vera.* Optimi: *quin & vera.* ut vidit Valla. *Idem.*

1 *Tri-*

Digitized by Google

exercitus terreſtres navaleſque tuerentur, quantaque nova claſſis mox paranda eſſet; ſi bellum Macedonicum moveretur. *Siciliam & Sardiniam, quæ ante bellum vectigales fuiſſent, vix præſides provinciarum exercitus alere:* [1] *tributo ſumptus ſuppeditari. verùm eum ipſum tributum conferentium numerum tantis exercituum ſtragibus, & ad Traſimenum lacum, & ad Cannas, imminutum; qui ſupereſſent pauci, ſi multiplici gravarentur ſtipendio, alia perituros peſte. Itaque* [2] *niſi fide ſtaret reſpublica, opibus non ſtaturam. Prodeundum in concionem Fulvio prætori eſſe,* [3] *indicandas populo publicas neceſſitates, cohortandoſque,* [4] *qui redempturis auxiſſent patrimonia, ut reipublicæ ex*

1 *Tributo ſumptus ſuppeditari*] Lego, *tributum ſumptibus ſuperari.* Tan. Faber.

Tributo ſumptus ſuppeditari. Verum quum ipſum - - - imminutum; tum qui] Poſſis, *ſuppeditare.* Ut lib. 26. *Vis magna ex ingenti copia congeſta telorum ſuppeditabat.* Et paſſim Cicero. Sed non eſt neceſſe. Tò *quum* accipiendum eſt non ἀντὶ τοῦ &, nec ut ei reſpondeat τὸ *tum*, quod ſequitur, ſed quaſi eſſet, *quum interim* vel *quum tamen.* Sic in eadem vicinia, τὸ *tum*, nullo reſpectu ad præcedens *quum* poſitum lib. 6 extremo: *Quum commoditas juvaret* &c. Lib. 22, 6. *Sed quum feſſis pugnando hoſtibus, tum victoriæ lætus.* Præſtabit tamen ad depellendos hos ſcopulos emendare ex Voſſ. Gud. *verum eum ipſum*, & mox delere τὸ *tum* auctoribus iiſdem MSS. cum Put. idque nunc plene ſecuti ſumus. *Sumptus* hic accipe pro pecunia in ſumptus, & *ſumptus ſuppeditari* eſt Juſtino lib. 6 *reſici impenſas. Tributum* vero, non quod populi, qui proprie *tributarii, ſtipendiarii, vectigales* dicuntur, dant, ſed quod cives & Italici conferunt. Id ex eo colligas licet, quod ait numerum id conferentium tantis ſtragibus ad Traſimenum & Cannas imminutum. Cicero ad Atticum 6 ep. 1 de rege Ariobarzane: *Nullum enim erarium, nullum vectigal habet. Appii inſtituto tributa imperat.* J. Fr. Gron.

2 *Niſi fide ſtaret reſp. op. n. ſt.*] Ita Saluſtius in epiſtola Pompeii, voce, *fide*, utitur. *Ego non rem familiarem modo, ſed etiam fidem conſumpſi.* ſenſus eſt: Niſi reſp. pecunia mutuo ſumpta ſublevetur, præſenti ærarii pecunia ſe ſuſtinere non poſſe. *Sigonius.*

3 *Indicandaſque populo publicas neceſſitates, exhortandoſque*] Scripti: *indicandas populo publicas neceſſitates, cohortandoſque.* J. Fr. Gron.

4 *Qui redempturis auxiſſent patrimonia*] Publicani dicebantur vectigalia *redimere* ſeu conducere: & *redemptores* vocabantur: ita redemptor ſilvæ, portus, venalium rerum, & aliorum conſimilium pop. Rom. redituum: & magis proprie, qui etiam aliquod opus publicum faciendum pacta pecunia in ſe recipiebant. *Redemptores*, inquit Feſtus, *proprie & antiqua conſuetudine dicebantur, qui quum quid publice faciendum aut præbendum conduxerant effecerantque, tum demum pecunias accipiebant.* A redemptore dicta *redemptura*, quæ eſt redemptio ſeu conductio publicorum operum. Publicanorum autem ordo potentiſſimus Romæ erat, qui redempturas exercebat, plurimumque auctoritate valebat. *Marcell. Donat.*

ex quæ crevissent, [1] *ad tempus commodarent:* [2] *conducerentque ea lege præbenda, quæ ad exercitum Hispaniensem opus essent, ut quum pecunia in ærario esset, iis primis solveretur.* [3] Hæc prætor in concione edixit, qua die vestimenta, frumentum Hispaniensi exercitui præbenda, quæque alia opus essent
49 navalibus sociis, esset locaturus. Ubi ea dies venit, ad conducendum tres societates aderant hominum undeviginti, quorum duo postulata fuere: [4] unum, ut militia vacarent, dum in eo publico essent: alterum, ut quæ in naves imposuissent, [5] ab hostium tempestatisque vi, publico periculo essent. Utroque impetrato, conduxerunt: privataque pecunia respublica administrata est. Hi mores, eaque caritas patriæ per omnes ordines velut tenore uno [6] pertinebat. Quemadmodum conducta omnia magno animo sunt, sic summa fide præbita: [7] nec secus quam

1 *Ad tempus commodarent*] Abolenda est præpositio volentibus Voss. Gud. Put. *J. Fr. Gron.*

2 *Conducerentque ex lege prabenda*] Nihil desideratur, contra quam censet Glareanus. Lex enim quam requirit, hæc est, ut conducerent ea lege, ut cum primum pecunia in ærario esset, iis primis solveretur. Hinc ego malim legi, *conducerentque ea lege.* Sigonius.

3 *Hac prator in concione edixit*] Malim: *Hinc pretor.* Sensus est: *hinc*, id est, *ex* SC. prætor in concione edixit, qua die quæ exercitui Hispaniensi præbenda essent, esset locaturus. *Idem.*

In concione edixit qua die] Censeo legas: *Hac pretor in concione: edixitque qua die.* J. Fr. Gron.

4 *Unum ne alii triennio eo publicani essent*] Auream hujus loci correctionem adfirmavimus 4 Observationum 23. *Unum, ut militia vacarent, dum in eo publico essent.* Put. *unum militia vacarent tumineo publico essent.* Vulgatum est à Valla. *Idem.*

5 *Ab hostium, tempestatisque vi publico periculo essent*] Suspicor ne vox desit, legendumque sit: *ab hostium, tempestatisque vi publico periculo tuta essent.* postulat enim ut populus Rom. sibi damnum præstet, quod à tempestate, & hoste afferri possit. *Sigonius.*

Ab host. tempest. vi publ. periculo essent] Sermonem vitiat Sigonius inserendo *tuta.* Noster lib. 25. *Quia publicum periculum erat à vi tempestatu in iis, quæ portarentur ad exercitus.* Cic. 1 Fam. 4. *Ego tibi à vi, hac præsertim imbecillitate magistratuum, præstare nihil possum.* Lib. 6 ad Attic. 1. *Impingit mihi epistolam Scaptius Bruti, rem illam suo periculo esse.* Pro Flacco: *Facis injuste, Lali, si putas periculo nostro vivere tuos contubernales.* J. Fr. Gron.

6 *Pertinebat*] Vitiatum esse suspicatur hunc locum Glareanus, ob verbi *pertinebat*, usum: neque intelligit eodem modo locutum etiam Ciceronem esse de Natura deorum: *Ratio quadam pertinens per omnem rerum naturam.* Sigonius.

7 *Nec quidquam desideratum, ac si ex opulento ærario*] Put. *nec quicquam si ex op.* Vox autem *desideratum* in omnibus

quam ſi ex opulento ærario, ut quondam, alerentur. Quum hi commeatus venerunt, Illiturgi oppidum ab Aſdrubale [1] ac Magone, & Amilcare Bomilcaris filio, ob defectionem ad Romanos oppugnabatur. [2] Inter hæc trina caſtra hoſtium Scipiones, quum in urbem ſociorum, magno certamine ac ſtrage obſiſtentium, perveniſſent; frumentum, cujus inopia erat, advexerunt: cohortatique oppidanos, ut eodem animo mœnia tutarentur, quo pro ſe pugnantem Romanum exercitum vidiſſent; ad caſtra maxima oppugnanda, quibus Aſdrubal præerat, ducunt. Eodem & duo duces, & duo exercitus Carthaginienſium, ibi rem ſummam agi cernentes, convenerunt. Itaque eruptione è caſtris pugnatum eſt. ſexaginta hoſtium millia eo die in pugna fuerunt, ſexdecim circiter Romanis. tamen adeo haud dubia victoria fuit, ut plures numero, quam ipſi erant, Romani hoſtium occiderint: ceperint amplius tria millia hominum, paulo minus mille equorum, [3] undeſexaginta militaria ſigna; elephantis quinque in prœlio occiſis. triniſque caſtris eo die potiti ſunt. [4] Illiturgi obſidione liberato, ad Intibili oppugnandum Punici exercitus traducti; ſuppletis copiis ex provincia, ut quæ maxime omnium belli avida

bus ſcriptis deſideratur, neque eam Valla invenit: quod ſane antequam vidi, in adſpectu vetuſtiſſimarum membranarum eadem prope conjectura naſcebatur mihi, quæ & illi nata eſt. Nos enim: *nec ſequius quam ſi ex op. erar.* Ille autem: *nec ſecus ac ſi ex op.* Intelligitur, conducta & præbita ſunt. Habet autem Vallæ lectionem Mediolanenſis. *J. Fr. Gron.*

1 *Et Magone & Amilcare Bomilcaris filio*] In melioribus eſt; *Hannibale Bomilcaris filio.* Idem.

2 *Inter hæc terna caſtra*] Scripti, *trina:* & inferius, *triniſque caſtris.* Sic Cicero, Cæſar, Ovidius, alii. *Idem.*

3 *Unde ſexaginta militaria ſigna, elephantis quinque*] Voſſ. *ſignavit elephantis.* Put. *ſigna* VIR *elephantis.* Lege: *militaria ſigna,* VII *elephantos, quinque in prælio occiſis.* Idem.

4 *Illiturgi - - ad Incibili*] Glareanus legit *ab Indibili*, putatque viri nomen eſſe ejus, de quo poſt ſæpius Livius; verum errat. Nam ſive *Incibili*, ſive *Indibili* legas, oppidi nomen eſt: ſic enim Frontin. lib. 1 cap. 3. *Cn. Scipio in Hiſpania adverſus Annonem ad oppidum Indibili cum animadvertiſſet Punicam aciem directam.* De hujuſmodi nominibus ſic Priſcianus lib. 6. *Inveniuntur & barbara in i; Livius vigeſimo tertio ab urbe condita: Illiturgi oppidum oppugnabatur.* Sigonius.

avida, modo præda aut merces eſſet; [1] & tum juventute abundante. Iterum ſignis collatis eadem fortuna utriuſque partis pugnatum. [2] ſupra tredecim millia hoſtium cæſa, ſupra duo capta; cum ſignis duobus & quadraginta, & novem elephantis. Tum vero omnes prope Hiſpaniæ populi ad Romanos defecerunt: multoque majores ea æſtate in Hiſpania quam in Italia res geſtæ.

1 *Et tum juventute abundante*] Put. & Pet. eſt *juvente*. Voſſ. & Pall. *juventa*. J. Fr. Gron.

2 *Supra tredecim millia hoſtium caſa, ſupraque tria capta*] Pet. melior: *ſupra capta*, Voſſ. *ſupraque capta*. Put. *ſuprati capta*. Lege: *ſupra duo capta*. Signis fuerat perſcriptus numerus. *Idem.*

EPITOME

LIBRI XXIV.

Ieronymus, Syracuſanorum rex, cujus avus Hiero amicus populo Romano fuerat, ad Carthaginienſes defecit: & propter crudelitatem ſuperbiamque, à ſuis interfectus eſt. Ti. Sempronius Gracchus, proconſul proſpere adverſus Pœnos & Hannonem ducem ad Beneventum pugnavit; ſervorum maxime opera, quos liberos eſſe juſſit. Claudius Marcellus, conſul, in Sicilia, quæ prope tota ad Pœnos defecerat, Syracuſas obſedit. Philippo Macedonum regi bellum indictum eſt; qui ad Apolloniam nocturno prælio oppreſſus, fugatuſque, in Macedoniam cum prope inermi exercitu perfugit. ad id bellum gerendum Valerius prætor miſſus. Res præterea in Hiſpania à P. & Cn. Scipionibus adverſus Carthaginienſes geſtas continet. Syphax rex Numidarum, in amicitiam [1] aſcitus, & à Maſaniſſa, rege Maſſyliorum, pro Carthaginienſibus pugnante, victus, in Mauruſios cum maxima manu tranſit contra Gades. ubi

1 *Aſcitus contra Maſſaniſam regem Maſæſulorum pro Carthag. pugnans victus*] Sincera lectio, & ſententia hujus loci eruitur partim ex ipſo Livio, partim ex veteribus epitomæ libris, in quibus ita eſt: *& à Maſſaniſa rege Maſſyliorum pro Carthaginienſibus pugnante victus.* Sigonius.

ubi anguſto freto Africa & Hiſpania dirimuntur. Celtiberi quoque in amicitiam recepti. quorum auxiliis aſcitis, tunc primum mercenarium militem Romana caſtra habuerunt.

1 VT ex Campania in Bruttios reditum eſt, 1
Hanno adjutoribus & 2 ducibus Bruttiis Græcas urbes tentavit: eo facilius in ſocietate manentes Romana, quod Bruttios, quos & oderant, & metuebant, Carthaginienſium partis factos cernebant. Rhegium primum tentatum eſt, dieſque aliquot ibi nequicquam abſumpti. 3 Interim Locrenſes frumentum, lignaque, & cætera neceſſaria uſibus ex agris in urbem rapere; etiam ne quid relictum prædæ hoſtibus eſſet: & in dies major omnibus portis multitudo effundi. poſtremo ii modo relicti in urbe erant, qui reficere muros ac portas, telaque in propugnacula congerere cogebantur. In permixtam omnium ætatum ordinumque multitudinem, & vagantem in agris magna ex parte inermem, Amilcar Pœnus equites emiſit, qui violare quemquam vetiti, tantum ut excluderent ab urbe fuga diſſipatos, turmas objecere. Dux ipſe 4 loco ſuperiore capto, unde

1 *Ut ex Camp. in Brutt. redit. eſt, Anno adjutorib. Brutt.*] Sic libro priore fere extremo: *Annibal ab Nola remiſſo in Bruttios Annone cum quibus venerat copiis.* Sigonius.

2 *Ducibus Bruttiis Græcas urbes tentavit*] Polybius libro 3 omnem fere magnam Græciam ad Annibalem poſt Cannenſem cladem defeciſſe ait. Sunt autem Græcæ urbes Rhegium, Locri & Croto, quas à Bruttiis ſeparare videtur & hoc loco, & ſupra, cum unos ex Bruttiis Petellinos in fide Romana manſiſſe dixit, alioquin & Rhegini, & Locrenſes, & Crotoniatæ etiam permanſerunt. *Idem.*

3 *Interim Locrenſes frumentum*] Hoc loco Locrenſes à Pœnis oppugnantur, cum tamen priore libro antequam Anno in Bruttios rediret, eos & ad Pœnos deſciviſſe ſcripſerit, & Romanis portas clauſiſſe: neque vero occurri poteſt, eos poſtquam ſe à Pœnis ad Romanos contuliſſent, à Pœnis invadi. neque enim de iis ita hoc loco dixiſſet: *Pauci magis taciti probarent conſtantem fidem, quam probatam tueri auderent.* Quid ergo eſt? an priore libro rem ſtrictim ἐν παρόδῳ demonſtravit, hic autem pluribus verbis ac conſulto expoſuit? idem de Crotone judicandum eſt, quod oppidum & priore libro captum eſſe à Bruttiis excepta arce dixit, & hoc loco repetit: verum ibi breviter, hic vero pluribus verbis. Ita eſt profecto, ut etiam in principio lib. 25 oſtendam. *Idem.*

4 *Loco ſuperiore caſtra ponit, unde agros*]

unde agros urbemque poſſet conſpicere, Bruttiorum cohortem adire muros, atque evocare principes Locrenſium ad colloquium juſſit, & pollicentes amicitiam Annibalis, adhortari ad urbem tradendam. Bruttiis in colloquio nullius rei primo fides: deinde ut Pœnus apparuit in collibus, & refugientes pauci aliam omnem multitudinem in poteſtate hoſtium eſſe afferebant; tum, metu victi, conſulturos ſe populum reſponderunt. advocataque extemplo concione, quum & leviſſimus quiſque novas res novamque ſocietatem mallent, & quorum propinqui extra urbem intercluſi ab hoſtibus erant, velut obſidibus datis, pigneratos haberent animos; pauci magis taciti probarent conſtantem fidem, quam probatam tueri auderent; haud dubio in ſpeciem conſenſu fit ad Pœnos deditio: L. Atilio præfecto præſidii, quique cum eo milites Romani erant, clam in portum deductis, atque impoſitis in naves, ut Rhegium deveherentur; Amilcarem Pœnoſque ea conditione, ut fœdus extemplo æquis legibus fieret, in urbem acceperunt. cujus rei prope non ſervata fides deditis eſt, quum Pœnus, dolo dimiſſum Romanum incuſaret: Locrenſes, profugiſſe ipſum cauſſarentur. Inſecuti etiam equites ſunt, ſi quo caſu in freto æſtus morari aut deferre naves in terram poſſet. & eos quidem, quos ſequebantur, non ſunt adepti: alias à Meſſana trajicientes freto Rhegium naves conſpexerunt. Milites erant Romani à Claudio prætore miſſi ad obtinendam urbem præſidio. itaque Rhegio extemplo abſceſſum eſt. Locrenſibus juſſu Annibalis data pax, *ut liberi ſuis legibus viverent:* [1] *urbs pateret Pœnis, portus in*

agros] Put. & Pet. *ſuperiore caſto unde agros urbem poſſet.* Etiam tres Pall. & Voſſ. ignorant τὸ *ponit* & ſervant ἀσυνδέτον. Lege & diſtingue: *Dux ipſe loco ſuperiore capto, unde agros, urbem, poſſet conſpicere, Bruttiorum cohortem adire muros atque evocare principes Locrenſium ad colloquium juſſit.* J. Fr. Gron.

1 *Urbs pariter & portus in poteſtate Locrenſium eſſet*] Plerique libri: *urbs pariter & Pœnus portus.* Sed præclare Put. *urbs pateret Pœnus, portus in poteſtatem Locrenſium eſſet.* Manus ſecunda ſupra

in poteſtate Locrenſium eſſet: ſocietas eo jure ſtaret, ut Pœnus Locrenſem, Locrenſiſque Pœnum pace ac bello juvaret. Sic à freto Pœni reducti, frementibus Bruttiis, quod Rhegium ac Locros, quas urbes direpturos ſe deſtinaverant, intactas reliquiſſent. Itaque per ſe ipſi conſcriptis armatiſque juventutis ſuæ quindecim millibus, ad Crotonem oppugnandum pergunt ire; Græcam & ipſam urbem, & maritimam: plurimum acceſſurum opibus, ſi in ora maris [1] portum ac urbem mœnibus validam tenuiſſent, credentes. Ea cura angebat, quod neque non arceſſere ad auxilium Pœnos ſatis audebant, ne quid non pro ſociis egiſſe viderentur: & ſi Pœnus rurſus magis arbiter pacis quam adjutor belli fuiſſet, ne in libertatem Crotonis, ſicut ante Locrorum, fruſtra pugnaretur. Itaque optimum viſum eſt, ad Annibalem mitti legatos: caverique ab eo, ut receptus Croto Bruttiorum eſſet. Annibal quum, præſentium eam conſultationem eſſe, reſpondiſſet, & ad Hannonem eos rejeciſſet; ab Hannone [2] nihil certi allatum. Nec enim diripi volebant nobilem atque opulentam urbem: & ſperabant quum Bruttius oppugnaret, Pœnos nec probare, nec juvare eam oppugnationem appareret, eo maturius ad ſe defecturos. Crotone nec conſilium unum inter populares nec voluntas erat. unus velut morbus invaſerat omnes Italiæ civitates, ut [3] plebes ab optimatibus diſſentiret: ſenatus Romanis faveret, plebs ad Pœnos rem traheret. Eam diſſenſionem

ſupra *PAT* adpoſuerat *RI*. Inde omnes libri vitiati. Etiam melior Pet. Men. Voſſ. duo Pall. habent. *poteſtatem*. J. Fr. Gron.

1 *Portum ac urbem mœnibus*] Put. Voſſ. Gud. *maris urbem ac portum mœnibus validam*. Itaque verum puto, quod è lib. v Muretus margini ſui codicis adſcripſerat: *ſi in ora maris urbem portu ac mœnibus validam tenuiſſent*. Idem.

2 *Nihil certi allatum*] Vet. lib. *ablatum*. Sigonius.

Nih. c. allatum] Salmaſius ex Put. Sigonius ex vet. lib. notant *ablatum*. Idem nos ex Cantabrig. confirmamus. & omnino Livii eſt. Plane ut Cicero ad Plancum lib. 16 ad Attic. *Adimus ad Cæſarem, verba fecimus pro Buthrotiis, decretum liberaliſſimum abſtulimus*. Jac. Gron.

3 *Plebes diſſentirent*] Vet. lib. *diſſentiret*. Sigonius.

1 *La-*

nem in urbe perfuga nunciat Bruttiis, Ariſtomachum eſſe principem plebis, tradendæque auctorem urbis: & in vaſta urbe [1] lateque omnibus disjectis mœnibus partitas ſtationes cuſtodiaſque ſenatorum ac plebis eſſe. quacumque cuſtodiant plebis homines, ea patere aditum. Auctore ac duce perfuga, Bruttii corona cinxerunt urbem: [2] acceptique à plebe, primo impetu locos omnes, præter arcem, cepere. Arcem optimates tenebant; præparato jam ante ad talem caſum perfugio. Eodem Ariſtomachus perfugit; tamquam Pœnis, non Bruttiis, au-
3 ctor urbis tradendæ fuiſſet. Urbs Croto murum in circuitu patentem duodecim millia paſſuum habuit ante Pyrrhi in Italiam adventum. poſt vaſtitatem eo bello factam, vix pars dimidia habitabatur: flumen quod medio oppido fluxerat, extra frequentia tectis loca [3] præterfluebat: & arx procul iis, quæ habitabantur. Sex millia

aberat

1 *Lateque omnibus disjectis mœnibus partitas ſtationes*] Memini ex lib. 4. *Partita ducibus multitudinis miniſteria eſſe.* Hic tamen ea vox non integra: nam liber optimus, *paraſet:* manus ſecunda aliud ſ ſuperius adjecit: unde complures ſcripti, *paraſſet:* unus, *paſſim.* Sed & Put. *lataque*; prorſus autem ignorant τὸ *ac plebis:* quas duas voces & neſcit Voſſianus. Videtur fuiſſe: *& in vaſta urbe laxaque omnibus disjectis mœnibus raras ſtationes cuſtodiaſque ſenatorum eſſe.* Satis enim intelligitur, ubi deficiant ſenatores, ibi plebem excubias egiſſe, præſertim quum ſubjungatur: *quacumque cuſtodiant plebis homines.* Belli Gall. lib. 8. *Quum raris disjectiſque ex ædificiis pabulum conquireretur.* Noſter infra: *Vaſtam disjectamque ſpatio urbem parte aliqua ſe invaſuros.* J. Fr. Gron.

2 *Acceptique à plebe primo impetu locos omnes præter arcem cepere*] Neſcit liber optimus *locos.* Neſciunt & Voſſ. treſque Pal. Sed ex his unus, *omnia.* Voſſianus inter verſus ſupraſcriptum habet, *omnem.* quod videtur verum, ut intelligas, urbem. *Idem.*

3 *Præterfluebat muros, procul iis quæ inhabitabantur*] Laurentii Vallæ eſt, quum antea legeretur: *præterfluebat & agros:* quomodo fere in ſcriptis reperimus. Put. *præterfluebat etaros, procul iis, quæ habitabantur.* Superius addidit manus altera τὸ *G.* inde manavit in alios. Conjiciebam: *flumen, quod medio oppido fluxerat, extra frequentia tectis loca præterfluebat Æſaros:* omiſſis τοῖς *procul iis quæ habitabantur,* quæ videbantur explicatio τῆς *extra frequentia tectis loca.* Strabo: μεσότιτα δὲ Κρότων ἐν ἑκατὸν καὶ πʹ σταδίοις ἀπὸ τῆς Λακινίας, καὶ ποταμὸς Αἴσαρος καὶ λιμήν. Ovidius lib. 15. *I, pete diverſi lapidoſæ Æſaris undas.* Et poſt ibidem: *Invenit Æſarei fatalia fluminis ora.* Eſt tamen Livii lib. 2. *Vicorum, quibus frequenter habitabatur.* Et lib. 36. *Arcem extra muros, quæ frequentius prope quam urbs habitabatur.* Ideo diſplicet hæc lectio & veriſſimam judico Salmaſii conjecturam: *extra frequentia*

tectis

aberat ab urbe nobile templum, ipſa urbe nobilius, Laciniæ Junonis; ſanctum omnibus circa populis. Lucus ibi frequenti ſilva, & proceris abietis arboribus ſeptus, læta in medio paſcua habuit, ubi omnis generis ſacrum Deæ paſcebatur pecus ſine ullo paſtore: [1] ſeparatimque egreſſi cujuſque generis greges, nocte remeabant ad ſtabula; numquam inſidiis ferarum, non fraude violati hominum. Magni igitur fructus ex eo pecore capti, columnaque inde aurea ſolida facta, & ſacrata eſt: inclitumque templum, divitiis etiam, non tantum ſanctitate, fuit. [2] Ac miracula aliqua affinguntur plerumque tam inſignibus locis. Fama eſt, aram eſſe in veſtibulo templi, cujus cinerem [3] nullo unquam moveri vento. Sed arx Crotonis

tectis loca præterfluebat; & arx procul iis, quæ habitabantur. Scriptum fuit: *etarcs.* inde factum *etaros.* Sic infra hoc capite: *Et arx Crotonis:* idem Put. *etaros Crotonis.* Porro ſtatim optimus liber hanc lectionem ſuggerere videtur: *& arx procul iis, quæ habitabantur, ſex millia aberat. In urbe nobili templum ipſa urbe erat nobilius.* Sed ea tolerari non poteſt: non enim Laciniæ Junonis templum Crotone fuit, ſed in promontorio Lacinio, quod tot ſtadiis ab ea urbe locat Strabo. Hoc potius largiamur optimo libro, ut reponamus: *& arx procul iis quæ habitabantur. Sex millia aberat inde urbe nobili templum ipſa urbe nobilius Laciniæ Junonis* &c. Cæterum & Caſaubono pro miro adnotatum, centum quinquaginta ſtadiis, hoc eſt, prope novendecim millibus, ſeparare Strabonem, quæ ſex millibus, hoc eſt, ſtadiis quadraginta & octo, diſtare ait Livius. An aliquid corrigendum? ut aut Strabo ſcripſerit: ἐν πεντήκοντα καὶ ἑ στα-δίοις, quæ ſex millia trecentos ſeptuaginta quinque faciunt: aut Livius: XVIII *millia aberat?* An potius ita conciliabimus, ut Strabonem maritimum iter, quod circumvectio reddit longius, Livium terreſtre deſignaſſe dicamus? *J. Fr. Gron.*

1 *Separatimque egreſſi cujuſque generis greges*] Liber optimus ignorat *greges*, ut & qui bonitate illi proximi: ſic autem illi: *ſeparatimque egreſſui cujuſque generis nocte.* Scribe: *ſeparatique greges ſui quique generis nocte remeabant.* Idem.

2 *Ac miracula aliqua affinguntur plerumque*] Sermo anhelans. Legendum: *ac miracula aliqua affingunt, ut plerumque tam inſignibus locis. Fama eſt aram* &c. Sic perpetuo Livius. 2, 7. *Adjiciunt miracula huic pugnæ, ingentem vocem editam.* 25, 39. *Apud omnes magnum nomen Marcii ducis eſt; & vera gloria ejus etiam miracula addunt, flammam ei ſuſam è capite.* Sive homines ſubaudire placeat, ſeu annales. Exempla autem hæc quoque videntur in dubium trahere *ut fama eſt*, quæ certe nullo modo hic ſunt neceſſaria. *Jac. Gron.*

3 *Nullus unquam moveat ventus. Et arx*] Plerique *movet.* Petav. *movet ventos.* Sed optimus: *nullo unquam move ventos.* Unde faciendum: *nullo unquam moveri vento. Sed arx Crotonis.* Plinius lib. 2, 107. *In Laciniæ Junonis ara, ſub divo ſita cinerem immobilem eſſe, perflantibus undique procellis.* J. Fr. Gron.

1 *Una*

post. 304.

duum ibi moratus Pœnus, ab omni parte tentato præsidio, deinde ut nihil procedebat, ad populandum agrum Neapolitanum, magis ira quam potiundæ urbis spe processit. Adventu ejus in propinquum agrum Nolana mota est plebs, jamdiu aversa ab Romanis, & infesta senatui suo. itaque legati ad arcessendum Annibalem cum haud dubio promisso tradendæ urbis venerunt. Prævenit incœptum eorum Marcellus consul à primoribus accitus. Die uno Suessulam à Calibus, quum Vulturnus amnis trajicientem moratus esset, contenderat. inde proxima nocte sex millia peditum, equitesque trecentos, quī præsidio senatui essent, Nolam intromisit: & uti à consule omnia impigre facta sunt ad præoccupandam Nolam; ita Annibal tempus terebat; bis jam ante nequicquam tentata re, segnior ad credendum Nolanis factus. Iisdem diebus & Q. Fabius consul ad Casilinum tentan- 14
dum, quod præsidio Punico tenebatur, venit. Et ad Beneventum, velut ex composito, parte altera Hanno ex Bruttiis cum magna peditum equitumque manu, altera Ti. Gracchus ab Luceria accessit. qui primo oppidum intravit. Deinde, ut Hannonem tria millia ferme ab urbe ad Calorem fluvium castra posuisse, & inde agrum populari audivit; & ipse egressus mœnibus, mille ferme passus ab hoste castra locat: ibique concionem militum habuit. Legiones magna ex parte volonum habebat: qui jam alterum annum libertatem tacite mereri, quam postulare palam maluerant. Senserat tamen hibernis egrediens murmur in agmine esse [1] quærentium, *en umquam liberi militaturi essent?* Scripseratque senatui, non tam quid desiderarent; quam quid meruissent, bona fortique opera eorum se ad eam diem usum: neque ad exemplum justi militis quicquam eis, præter libertatem, deesse.

1 *Quærentium, numquamne liberi militaturi essent*] Put. *enumquam liberi.* Scribe: *quærentium, en unquam liberi.* Scitissimum loquendi genus, de quo vide ad lib. 30, 22. *J. Fr. Gron.*

deeſſe. De eo permiſſum ipſi erat, faceret quod è republica duceret eſſe. Itaque prius quam cum hoſte manum conſereret, pronunciat; *tempus veniſſe ejus libertatis, quam diu ſperaſſent, potiundæ. poſtero die ſignis collatis dimicaturum puro ac patenti campo; ubi ſine ullo inſidiarum metu vera virtute geri res poſſet. Qui caput hoſtis retuliſſet, eum ſe extemplo liberum juſſurum eſſe: qui loco ceſſiſſet, in eum ſervili ſupplicio animadverſurum. Suam cuique fortunam in manu eſſe: libertatis auctorem eis non ſe fore ſolum, ſed conſulem M. Marcellum, ſed univerſos Patres,* [1] *quos conſultos ab ſe de libertate eorum, ſibi permiſiſſe.* Literas inde conſulis ac ſenatuſconſultum recitavit. Ad quæ clamor cum ingenti aſſenſu eſt ſublatus. pugnam poſcebant, ſignumque ut daret extemplo, ferociter inſtabant. Gracchus prœlio in poſterum diem pronunciato, concionem dimiſit. Milites læti præcipue [2] quibus merces navatæ in unum diem operæ libertas futura erat, [3] armis expediendis diei reliquum con-
15 ſumunt. Poſtero die ubi ſigna cœperunt canere, primi omnium parati inſtructique ad prætorium conveniunt. Sole orto, [4] Gracchus in aciem copias educit. nec hoſtes moram dimicandi fecerunt. [5] Decem & ſeptem millia peditum erant; maxima ex parte Bruttii ac Lucani. equites mille ducenti: inter quos pauci admodum Italici, cæteri Numidæ fere omnes Maurique. Pugnatum eſt & acriter, & diu. quatuor horis neutro inclinata eſt pugna: nec alia magis Romanum impediebat res, quam capita hoſtium

1 *Qui conſulti &c. permiſiſſent*] Put. Pet. Men. Voſſ. *quos conſultos &c. ſibi permiſiſſe.* J. Fr. Gron.

2 *Quibus merces navata in unum diem opera libertas futura eſſet*] Scripti magno conſenſu, *libertatu.* Lege: *quibus merces navata in unum diem opera libertatu futura eſſet.* Hoc eſt, quibus opera in unum diem navata eſſet futura merces vel pro mercede libertatis. *Idem.*

3 *Armis expediendis quod reliquum diei fuit, conſumſerunt*] Put. Petav. Men. Voſſ. *que relicum* (vel *reliquum*) *communi poſtero.* Scribe: *armu expediendu diei reliquum conſumunt. Poſtero.* Idem.

4 *Gracchus in aciem copias eduxit*] Meliores, *educit.* Idem.

5 *Decem & ſeptem millia*] Iidem: *Decem ſeptem millia peditum*, reciſa copulativa. *Idem.*

hoſtium pretia libertati facta. Nam [1] ut quiſque hoſtem impigre occiderat, primum capite ægre inter turbam tumultumque abſcindendo tempus terebat: deinde, occupata dextra tenendo caput, fortiſſimus quiſque pugnator eſſe [2] deſierat: ſegnibus ac timidis tradita pugna erat. Quod ubi tribuni militum Graccho nunciaverunt, neminem ſtantem jam vulnerari hoſtem: carnificari jacentes, & in dextris militum pro gladiis humana capita eſſe: ſignum dare propere juſſit: projicerent capita, invaderentque hoſtem. Claram ſatis & inſignem virtutem eſſe: nec dubiam libertatem futuram ſtrenuis viris. Tum redintegrata pugna eſt, & eques etiam in hoſtem emiſſus. Quibus quum impigre Numidæ concurriſſent, nec ſegnior equitum quam peditum pugna eſſet: iterum in dubium adducta res: quum utrimque duces Romanus Bruttium Lucanumque, toties à majoribus ſuis victos ſubactoſque; Pœnus mancipia Romana, & ex ergaſtulo militem, verbis obtereret. Poſtremo pronunciat Gracchus, eſſe nihil quod de libertate ſperarent, niſi eo die fuſi fugatique hoſtes eſſent. Ea demum vox [3] ita animos 16 accendit, atque, renovato clamore, velut alii repente facti, tanta vi ſe in hoſtem intulerunt, ut ſuſtineri ultra non

1 *Ut quiſque hoſtem impigre occiderat, primum capita*] Optimus quiſque: *ut quique hoſtem impigre occiderat, primum capite agre inter turbam tumultumque abſcidendo.* non *capita abſcindendo.* Senſu eodem, ſed genere loquendi exquiſitiore, de quo & ſupra. Cicero Bruto: *Antonius conjectura movenda, aut ſedanda ſuſpicione aut excitanda, incredibilem vim habebat.* Pro Milone: *Gloria qua quotidie augebatur frangendis furoribus Clodianis.* Livius lib. 31. *Quum priorem populationem ſepulchru circa urbem diruendu exercuiſſet.* Sed & τὸ *quique* antiquum. Cicero: *ſi qui familiam meam de fundo dejecerit: ſi quis mihi præſto fuerit cum armatis.* J. Fr. Gron.

2 *Deſierat*] Adde hæc verba ex vet. lib. fide, incuria librariorum omiſſa: *ſegnibus, ac timidis tradita pugna erat.* Sigonius.

3 *Ita animos accendit, atque renovato --- intulerunt*] Veteres libri, *ita animos accendit, ut renovato clamore, velut alii repente facti tanta vi ſe in hoſtem intulerint.* Idem.

Ita animos accendit atque renovato] Sigonius è ſuis: *accendit ut renovato* &c. *intulerint.* Noſtri meliores neque *atque* neque *ut* agnoſcunt: quidam, *& renovato:* omnes autem *intulerunt*, vel *intulere.* Scribe: *Ea demum vox ira animos accendit. Renovato clamore, velut alii repente facti, tanta vi ſe in hoſtem intulerunt, ut ſuſtineri ultra non poſſent.* J. Fr. Gron.

non poſſent. Primo anteſignani Pœnorum, deinde ſigna perturbata, poſtremo tota impulſa acies; inde haud dubie terga data, ruuntque fugientes in caſtra: adeo pavidi trepidique, ut ne in portis quidem aut vallo quiſquam reſiterit, ac prope continenti agmine Romani inſecuti, novum de integro prœlium incluſi hoſtium vallo ediderint. Ibi [1] ſicut pugna impeditior in anguſtiis, ita cædes atrocior fuit: & adjuvere captivi, qui rapto inter tumultum ferro conglobati, & ab tergo ceciderunt Pœnos, & fugam impedierunt. Itaque minus duo millia hominum ex tanto exercitu, [2] & ea major pars equitum, cum ipſo duce effugerunt: alii omnes cæſi aut capti. capta & ſigna duodequadraginta. Ex victoribus duo millia ferme cecidere. præda omnis (præterquam hominum captorum) militi conceſſa eſt: & pecus exceptum eſt, quod intra dies triginta domini cognoviſſent. Quum præda onuſti in caſtra rediſſent, quatuor millia ferme volonum militum, qui pugnaverant ſegnius, nec in caſtra irruperant ſimul; metu pœnæ collem haud procul caſtris ceperunt. poſtero die per Tribunum militum inde deducti, [3] concione militum advocata à Graccho, ſuperveniunt. Ubi quum proconſul veteres milites primum, prout cujuſque virtus atque opera in ea pugna fuerat, militaribus donis donaſſet; tunc quod ad volones attineret, *omnes*, ait, *malle laudatos à ſe*, [4] *dignos indigneſque, quam quemquam eo die caſtigatum eſſe. Quod bonum, fauſtum, felixque reipublicæ ipſiſque eſſet, omnes eos liberos eſſe jubere.* Ad quam vocem quum cla-

1 *Sicut pugna impeditior*] Put. Tetav. Men. Voſſ. duo Pall. *inexpeditior*. J. Fr. Gron.

2 *Et ea major pars equitum*] Utrum *equites*: an ut lib. 23, 35 *ea maxima pars volonum*? Idem.

3 *Concione militum advocata à Graccho*] Poſterius *militum* abundare videtur, nec agnoſcunt ſcripti quidam. *Idem.*

4 *Dignos indigneſque quam*] Longe feſtivius hæc profert Cantabrig. per aſyndeton *dignos indignos, quam*. 27, 13. *Ut poſtero die omnes pedites, equites armati adeſſent*. 10, 36. *Omnes undique anniſi duces, milites, peditum equitumque vu*. Vides antecedente voce *omnes* ita placere Livio per ſingula ire ſine copula. *Jac. Gron.*

1 *Niſi*

Digitized by Google

clamor ingenti alacritate ſublatus eſſet; ac nunc complexi inter ſe gratulanteſque, nunc manus ad cœlum tollentes, bona omnia populo Romano Gracchoque ipſi precarentur; tum Gracchus: *Prius quam omnes jure libertatis æquaſſem*, inquit, *neminem nota ſtrenui aut ignavi militis notaſſe volui. Nunc exſoluta jam fide publica, ne diſcrimen omne virtutis ignaviæque pereat, nomina eorum, qui detrectata pugnæ memores feceſſionem paulo ante fecerunt, referri ad me jubebo: citatoſque ſingulos jurejurando adigam,* [1] *niſi queis morbus cauſſa erit, non aliter, quam* [2] *ſtantes cibum potionemque, quoad ſtipendia facient, capturos eſſe. Hanc mulctam ita æquo animo feretis, ſi reputabitis, nulla ignaviæ nota leviore vos deſignari potuiſſe.* Signum deinde colligendi vaſa dedit: militeſque prædam portantes agenteſque per laſciviam ac jocum ita ludibundi Beneventum rediere, ut ab epulis per celebrem feſtumque diem actis, non ex acie reverti viderentur. Beneventani omnes turba effuſa quum obviam ad portas exiſſent, complecti milites, gratulari, vocare in hoſpitium. Apparata convivia omnibus in propatulo ædium fuerant: ad ea invitabant, Gracchumque orabant, ut epulari permitteret militibus. Et Gracchus ita [3] permiſit, in publico epularentur omnes. Ante ſuas quibuſque fores prolata omnia. pileati, aut lana alba velatis capitibus volones epulati ſunt; alii accubantes, alii ſtantes: qui ſimul miniſtrabant, veſcebanturque. Digna res viſa, ut ſimulacrum celebrati ejus diei Gracchus, poſtquam Romam rediit, pingi juberet in æde Libertatis, quam pater ejus in Aventino ex multaticia pecunia faciendam cura-

1 *Niſi quibus morbus cauſa erit*] Put. & Pet. *niſi que morbus*. Scribe: *niſi queis*. Duæ literæ interciderunt. *J. Fr. Gron.*

2 *Stantes cibum potumque*] Optimus, *potionemque*. Et hoc ſæpe malunt veteres. Cicero de Fin. 2. *Cibi condimentum eſſe famem, potionis ſitim*. Tuſc. 3. *Demus ſcutellam dulciculæ potionis, aliquid provideamus & cibi*. De nat. Deor. 2. *Nec iis eſcis aut potionibus veſcuntur*. Idem.

3 *Permiſit: in publico epular.o.*] Malim legi, *ſi in publico epularentur omnes*, ut repetenda ſit ultima ſyllaba vocis præcedentis, *permiſit*. quamquam eodem genere hoc libro uſus eſt: *permiſſum ipſi erat faceret quod è rep. duceret eſſe*. Sigonius.

17 curavit dedicavitque. Dum hæc ad Beneventum geruntur, Annibal depopulatus agrum Neapolitanum, ad Nolam caſtra movet. quem ubi adventare conſul ſenſit, [1] Pomponio proprætore cum eo exercitu, qui ſuper Sueſſulam in caſtris erat, accito, ire obviam [2] hoſti parat, nec moram dimicandi facere. Claudium Neronem cum robore equitum, ſilentio noctis per averſam maxime ab hoſte portam emittit: circumvectumque occulte ſubſequi ſenſim agmen hoſtium jubet. & [3] cum coortum prœlium videret, ab tergo ſe objicere. Id errore viarum, an exiguitate temporis, Nero exſequi non potuerit, incertum eſt. Abſente eo quum prœlium commiſſum eſſet, ſuperior quidem haud dubie Romanus erat: ſed quia equites non affuere in tempore, ratio compoſitæ rei turbata eſt. non auſus inſequi cedentes Marcellus, vincentibus ſuis ſignum receptui dedit. Plus tamen duo millia hoſtium eo die cæſa traduntur: [4] Romani minus quadringentis. Solis ferè occaſu Nero diem noctemque nequicquam fatigatis equis hominibuſque, ne viſo quidem hoſte rediens, adeo graviter eſt [5] ab conſule increpitus, ut per eum ſtetiſſe diceret, quo minus accepta ad Cannas redderetur hoſti clades. Poſtero die Romanus in aciem deſcendit: Pœnus, tacita etiam confeſſione victus, caſtris ſe tenuit. Tertio die ſilentio noctis, omiſſa ſpe Nolæ potiundæ, rei numquam proſperè tentatæ, Taren-

1 *Pomponio proprætore cum eo exerc.*] Ab initio hujus anni Pomponius in agro Gallico erat, nec interea ejus ulla mentio. Oportet ergo hic intelligere Romam accitum, ac deinde cum conſule Marcello in Campaniam conceſſiſſe. *Glareanus.*

Pomponio proprætore &c.] M. Pomponium pro prætore in agro Gallico manere juſſum paulo ante tradidit. *Sigonius.*

2 *Hoſti parat, ne moram dimicandi faceret*] Put. & aliquot boni: *parat, nec moram dimicandi facere.* Ita refinge. *J. Fr. Gron.*

3 *Cum coortum prælium*] Vet. lib. *cum cœptum prælio videret.* Sigonius.

4 *Romanorum minus quadringentis*] Put. Pet. Men. *Romanus.* Significant, ut videre facile: *Romani minus quadringentis.* J. Fr. Gron.

5 *Ab conſule increpatus*] Vet. lib. *increpitus.* Sigonius.

Ab conſ. increpatus] Optimus & alii: *increpitus*, ut Sigonius. *J. Fr. Gron.*

1 *Res*

Digitized by Google

Tarentum ad certiorem ſpem proditionis proficiſcitur. Nec minore animo [1] res Romana domi quam militiæ 18
gerebatur. Cenſores vacui ab operum locandorum cura, propter inopiam ærarii, ad mores hominum regendos animum adverterunt, caſtigandaque vitia; quæ velut diutinis morbis ægra corpora [2] ex ſe gignunt, nata bello erant. Primum eos citaverunt, qui poſt Cannenſem pugnam rempublicam deſeruiſſe Italiaque exceſſiſſe velle dicebantur. princeps eorum L. Cæcilius [3] Metellus, qui quæſtor tum forte erat. Juſſo deinde eo, cæteriſque ejuſdem noxæ reis cauſſam dicere, quum purgari nequiſſent, pronunciarunt, verba orationemque eos adverſus rempublicam habuiſſe, quo conjuratio deſerendæ Italiæ cauſſa fieret. Secundum eos citati nimis callidi exſolvendi jurisjurandi interpretes: qui captivorum ex itinere regreſſi clam in caſtra Annibalis, ſolutum quod juraverant redituros, rebantur. His ſuperioribuſque illis equi adempti, qui publicum equum habebant: [4] tribuque moti, ærarii omnes facti. Neque ſenatu modo, aut equc-

1 *Res Romanæ domi quam militiæ gerebantur*] Put. *Romanæ* & *gerebatur*. J. Fr. Gron.

2 *Ex ſe gignunt, nata bello erant*] Put. *ſignunt, acanata bello erant*. An forte: *tunc enata*. Idem.

Nata bello erant] Relinquenda hæc ſuo auctori. Si indicio Puteanei codicis ſua conſtat fides, de qua dubitare nefas, ſcripſit Livius *acervata bello erant*. Senſus per ſe clarus, & ipſa vox huic noſtro amata. 3, 34. *In hoc immenſo aliarum ſuper alias acervatarum legum cumulo*. 5, 48. *Promiſcue acervatos cumulos hominum urebant*. 22, 7. *Segregata ex hoſtium coacervatorum cumulis corpora ſuorum*. Jac. Gron.

3 *Metellus, qui quæſtor tum forte*] Relativa particula in Cantabrig. non apparet. Etiam Salmaſius id de Puteaneo teſtatur. Cur igitur malumus orationem tantopere interciſam, ac non potius? *Princeps eorum L. Cæcilius Metellus quæſtor tum forte erat*. Idem.

4 *Tribuque moti, ærarii omnes facti*] *Ærarium facere* vel *relinquere*, vel *referre in ærarios*, nil aliud, quam redigere eum vel eos in numerum capite cenſorum, ut ſcil. pro capite ſtatutam pecuniam penderent, nec militiæ adſcribi poſſent, quod ignominioſum fuiſſe conſtat. Cenſores enim, quos nota afficiebant, triplici pœna plectere ſolebant: nempe vel *ærarios faciebant*, vel *tribu movebant*, vel *in Cæritum tabulas referebant*. Gravior erat nota, ærarium fieri; nam & idem ſuffragio privabatur, quum ex albo centuriæ ſuæ obliteraretur, & per conſequens, in Cæritum tabulas relatus eſſet. Minor nota erat, referri in tabulas Cæritum; nam nulla alia pœna hi afficiebantur, quam

equeſtri ordine regendo cura ſe cenſorum tenuit. nomina omnium ex juniorum tabulis excerpſerunt, qui quadriennio non militaſſent; quibus neque vacatio juſta militiæ, neque morbus cauſſa fuiſſet. Et ea ſupra duo millia nominum in ærarios relata, tribuque omnes moti. [1] Additumque inerti cenſoriæ notæ triſte ſenatuſconſultum: ut ii omnes, quos cenſores notaſſent, pedibus mererent, mitterenturque in Siciliam ad Cannenſis exercitus reliquias, cui militum generi non prius [2] quam pulſus Italia hoſtis eſſet, finitum ſtipendiorum tempus erat. Quum cenſores, ob inopiam ærarii ſe jam locationibus abſtinerent ædium ſacrarum tuendarum, curuliumque equorum præbendorum, ac ſimilium his rerum; convenere ad eos frequentes, qui haſtæ hujus generis aſſueverant: hortatique cenſores, ut omnia perinde [3] agerent locarent, ac ſi pecunia in ærario eſſet. Neminem niſi bello confecto, pecuniam ab ærario petiturum eſſe. Convenere deinde domini eorum, quos Ti. Sempronius ad Beneventum manu emiſerat: arceſſitoſque ſe

ab

quod ſuffragandi munere privabantur: ut Gellius teſtatur l. 16 cap. 13. Tertia adhuc minor nota erat, tribu moveri; movebantur tribu, qui ex honeſtiori, in minus honeſtam migrare jubebantur ob ignominiam, & reatus alicujus pœnam, quod clare docet Liv. lib. 25. Id autem præſertim fiebat, quum ex ruſtica tribu in urbanam tribum motus pertranſire cogebatur. Vide Plin. lib. 18 cap. 3. *Marc. Donatus.*

1 *Additumque inerti cenſoria notæ*] Put. *Additumque tamerici cenſoriæ.* Omnes alii meliores eam vocem corruptam habent. Pet. Men. Voſſ. Aldina: *meri.* Andreas: *mereique.* Forte: *additumque tam amaræ cenſoriæ notæ.* Vel, *acerbæ.* Lib. 4. *Exemplo acerbitatu cenſoriæ offenſos.* Lib. 27. *Addidevunt acerbitati etiam tempus, ne præterita ſtipendia procederent.* Loquitur de cenſoribus. Juſtino Antipater *amarus miniſter regni.* Deſ. Heraldus: *Additumque inertiæ notæ.* Rubenius: *tam tetricæ*, vel *atroci.* J. Fr. Gron.

Additumque inerti cenſoriæ notæ] Potuerunt ſummi viri & ad Livii phraſin & ad ſcripturam unici codicis conjectando propius accedere, quæ facit omnino: *additumque tam truci.* Sic *trux cantus* 5, 37. *ingenium* 3, 54. *ſævuſque inſectator* 3, 33. *tribunus* 3, 15. *ſententia* 29, 19. *vox* 45, 10. *Jac. Gron.*

2 *Quam pulſus Italia hoſtis eſſet*] Tres Pall. Voſſ. & Andreas: *Italia omnis hoſtis.* Clamant ſcilicet: *quam pulſus Italia omni hoſtis eſſet.* Non tamen in Gallicis notavi. *J. Fr. Gronovius.*

3 *Agerent locarentque*] Put. Pet. Voſſ. aſyndeto: *omnia perinde agerent locarent, ac ſi.* Idem.

1 *Sta-*

Digitized by Google

ab triumviris menſariis eſſe dixerunt, ut pretia ſervorum acciperent. ceterum non ante quam bello confecto accepturos eſſe. Quum hæc inclinatio animorum plebis ad ſuſtinendam inopiam ærarii fieret; pecuniæ quoque pupillares primo, deinde viduarum cœptæ conferri: nuſquam eas tutius ſanctiuſque deponere credentibus, qui deferebant, quam in publica fide. inde ſi quid emptum paratumque pupillis ac viduis foret, à quæſtore perſcribebatur. Manavit ea privatorum benignitas ex urbe etiam in caſtra, ut non eques, non centurio ſtipendium acciperent, mercenariumque increpantes vocarent, qui accepiſſet. Q. Fabius Conſul ad Caſilinum caſtra habe- 19
bat, quod duum millium Campanorum, & ſeptingentorum militum Annibalis tenebatur præſidio. Præerat [1] Statius Metius, miſſus ab Cn. Magio Atellano: qui eo anno Medixtuticus erat, ſervitiaque & plebem promiſcue armabat, ut caſtra Romana invaderet; intento conſule ad Caſilinum oppugnandum. Nihil eorum Fabium fefellit. Itaque Nolam ad collegam mittit, altero exercitu, dum Caſilinum oppugnatur, opus eſſe, qui Campanis opponatur. Vel ipſe relicto Nolæ præſidio modico veniret: vel ſi eum Nola teneret, & necdum ſecuræ res ab Annibale eſſent, ſe Ti. Gracchum proconſulem à Benevento acciturum. Hoc nuncio Marcellus duobus militum millibus Nolæ in præſidio relictis, cum cætero exercitu Caſilinum venit, adventuque ejus Campani jam moventes ſeſe quieverunt. Ita à duobus conſulibus Caſilinum oppugnari cœptum. ubi quum multa ſuccedentes temere mœnibus Romani milites acciperent vulnera, [2] neque ſatis inceptis ſuccederet, Fabius, omittendam rem

1 *Statius Metius*] Vet. lib. *Statius Minius*; probo, ne duo prænomina coeant: *Minii* autem gens Campana eſt, ut ſupra oſtendi. Hic autem Campanus fuit. *Sigonius.*

2 *Neque ſatis inceptis ſuccederet*] Sic & lib. 40. *Si facinori eorum ſucceſſerit, mortem meam idem tu perſequi non poteris.* Lib. 45. *Militiamque ſi talibus ſuccedat ducibus, horridiorem aſperioremque bellantibus futuram.* Tamen in Put. & Pet. eſt *inceptu*. Delibera maliſne hoc

rem parvam ac juxta magnis difficilem, abſcedendumque inde cenſebat, quum res majores inſtarent. Marcellus, multa magnis ducibus ſicut non aggredienda, ita ſemel aggreſſis non dimittenda eſſe, dicendo, quia magna famæ momenta in utramque partem fierent, [1] tenuit, ne irrito incepto abiretur. Vineæ inde omniaque alia operum machinationumque genera quum admoverentur, Campanique Fabium orarent, ut abire Capuam tuto liceret; paucis egreſſis, Marcellus portam, qua egrediebantur, occupavit, cædeſque promiſcue omnium circa portam primo, deinde, irruptione facta, etiam in urbe fieri cœpta eſt. Quinquaginta fere primo egreſſi Campanorum, quum ad Fabium confugiſſent, præſidio ejus Capuam pervenerunt. Caſilinum, inter colloquia cunctationemque petentium fidem, per occaſionem captum eſt. captivi, quique Campanorum, quique Annibalis militum erant, Romam miſſi, atque ibi in carcere incluſi ſunt: oppidanorum turba per finitimos populos in cuſtodiam diviſa. Quibus diebus à Caſilino re bene geſta receſſum eſt, eis Gracchus in Lucanis aliquot cohortes in ea regione conſcriptas cum præfecto ſociorum in agros hoſtium prædatum miſit. eos effuſe palatos Hanno adortus, haud multo minorem [2] quam ad Beneventum acceperat, reddidit hoſti cladem, atque in Bruttios raptim, ne Gracchus aſſequeretur, conceſſit. [3] Conſules, Marcellus retro, unde venerat, Nolam redit; Fabius

accipere pro *inceptui* (nam in præfatione totius operis, *fœdum inceptu*) an ſcribere *inceptum*. J. Fr. Gron.

1 *Tenuit, ne incepto abiretur*] Put. & Petav. *ne immerito incepto*. Duo Pall. & Voſſ. *ne in momento incepto*. Tertius evidenter: *ne irrito incepto abiretur*. Hoc verum. Fuerat in primævis, *inrito*: inde iſta moſtella. Silius Italicus: *Irritus incepti*. Noſter lib. 31. *Cum multis vulneribus repulſi, irrito inceptu regreſſi*. Lib. 26. *Abſcedere irrito incepto, & movere à Capua ſtatuit caſtra*. Lib. 29. *Cum nequidquam omnia experiens obſedisſet Uticam, abſcederet inde irrito incepto*. Idem.

2 *Quam à Benevento acceperat*] Vet. lib. *ad Beneventum*. Sigonius.

Quam à Benevento accep.] Put. Petav. *ab Beneventum*. Scribe cum Sigonio: *ad Beneventum*. J. Fr. Gron.

3 *Conſul Marcellus retro*] Fac ex melioribus mutata ſimul diſtinctione: *Conſules, Marcellus retro, unde venerat,*

bius in Samnium ad populandos agros, recipiendaſque armis, quæ defecerant, urbes, proceſſit. Caudinus Samnis gravius devaſtatus; [1] peruſti late agri, prædæ pecudum hominumque actæ. oppida vi capta, Compulteria, [2] Teleſia, Compſa, Melæ, Fulfulæ & Orbitanium. ex Lucanis Blandæ. [3] Apulorum Æcæ oppugnatæ. Millia hoſtium in his urbibus viginti quinque capta aut occiſa: & recepti perfugæ trecenti ſeptuaginta; quos quum Romam miſiſſet conſul, virgis in comitio cæſi omnes, ac de ſaxo dejecti. Hæc à Q. Fabio intra paucos dies geſta. Marcellum ab gerundis rebus valetudo adverſa Nolæ tenuit. Et à prætore Q. Fabio, cui circa Luceriam provincia erat, Accua oppidum per eos dies vi captum: [4] ſtativaque ad Ardoneas communita. [5] Dum hæc aliis locis ab Romanis geruntur, jam Tarentum pervenerat Annibal, cum maxima omnium, quacunque ierat, clade. In Tarentino demum agro pacatum incedere agmen cœpit. nihil ibi violatum, [6] neque uſquam via ex-

rat, *Nolam rediit; Fabius in Samniam.* J. Fr. Gron.

1 *Peruſti populatique late agri*] Deeſt Put. Pet. Voſſ. Men. & Pall. *populatique.* Idem.

2 *Teleſſia, Coſſa*] Vet. lib. *Compſa.* Ita vero nominari Irpinorum urbem quam nunc ſignificat, ante etiam docui. *Sigonius.*

3 *Apulorum Anca oppugnata*] Fruſtra Geographi Ancas in Apulia quæruntur. Male Ortelius cum Callipoli confundit, nec melius Cluverius cum *Anxia* Lucanorum, corrigitque: *ex Lucanis Blanda atque Anca.* MSS. *ece.* Put. & Petav. *aecae.* Hoc germanum oppidi nomen, *Ecae.* Tabula Peutingeri: *Foro novo* X. *Equo Tutico* XII. *Ecas* XVIII. Hinc Plinio *Ecani.* Et Frontino de Coloniis *Ager Ecanenſis.* Videtur etiam *occupata* vel *expugnata* legendum. Id oppidum poſt cladem Cannenſem ceperat Hannibal, ut initio lib. 23 narravit Livius, eique præſidium impoſuerat: ideo nunc vi recuperandum fuit. Caterum hoc de loco ſic reſtituendo etiam me monuit Albertus Rubenius. *J. Fr. Gron.*

4 *Stativaque ad Ardoneas*] Ptolemæus *Erdonea* in Apulis meminit, *Ardonearum* nemo. Strabo libro 6 Καρδονίας appellat, ut puto mendoſe. *Sigonius.*

5 *Dum hæc aliis locis ab Romanis geruntur*] Vereor, ne quid exciderit, & Livius ſcripſerit *alius atque alius locis.* 27, 25. *Marcellum alia atque alia objecta animo religiones tenebant.* 28, 35. *Inchoata res alius atque alius de cauſis dilata erat.* 30, 28. *Quum aſſueſſent per aliquot annos bellum alius atque alius in Italiæ partibus gerere.* Adde 6, 12. Itaque ſi hallucinor, ſuccurret pudori meo genius ſtyli Liviani. *Jac. Gron.*

6 *Neque uſquam via exceſſum eſt*] Put.

exceſſum eſt: apparebatque non id modeſtia militum aut ducis, [1] niſi ad conciliandos Tarentinorum animos, fieri. [2] Cæterum quum propemodo muris acceſſiſſet, nullo ad conſpectum primi agminis, ut rebatur, motu facto, caſtra ab urbe ferme paſſus mille locat. [3] Tarenti triduo antequam Annibal ad mœnia accederet, à M. Valerio proprætore, qui claſſi ad Brunduſium præerat, miſſus M. Livius, primore juventute conſcripta, diſpoſitiſque ad omnes portas, circaque muros, qua res poſtulabat, ſtationibus; die ac nocte plurimum intentus, neque hoſtibus, neque dubiis ſociis loci quicquam [4] præbuit ad tentandum. Quare diebus aliquot fruſtra ibi abſumptis,

Put. Pet. Men. Voſſ. *Uſque jam vim exceſſum.* Videntur voluiſſe *neque uſquam viam exceſſum eſt.* Ut ſuperius lib. 3, 1. *Urbem exceſſiſſent.* Lib. 2, 37. *Factoque ſenatuſconſulto, ut urbem excederent Volſci.* Lib. 25. *Ne diverti quemquam aut excedere ordinem agminis paterentur.* J. Fr. Gron.

1 *Niſi ad conciliandos*] Vet. lib. *ſed ad conciliandos.* Quod genus dicendi planius eſt. *Sigonius.*

Niſi ad concil. Tarentinorum animos fieri] Put. *niſi.* Illi codices, ex quibus *ſed ad* probat Sigonius, haud dubie vitiati: nam ea notione particula *niſi* apud Plautum, Terentium, Ciceronem, noſtrum, frequens. *J. Fr. Gron.*

2 *Caterum quum prope jam mœnibus acceſſiſſet*] Put. Pet. Men. duo Pall. Voſſ. *Quum propemodo quis acceſſiſſet.* Si nihil aliud, arcent *vo jam.* Pal. tertius: *prope muros.* Niſi malis: *quum propemodo muris ſucceſſiſſet.* Nam *propemodo* & Plauti eſt, ut ad eum notamus. *Idem.*

3 *Tarentum triduo* &c. *præerat, T. Valerius legatus miſſus. Is primorum juventute conſcripta*] Hic primum Put. Pet. Voſſ. Men. *Tarenti:* dein ablegant illa, *T. Valerius legatus*, quæ & abſunt omnibus editis ante Curionem & Gryphium, non modo libro Sigonii recte ſuſpicantis, ſi quid judico, M. Livium potius nominari debuiſſe: porro omnes, *priore*, non *primorum:* & ita quidem Put. *præerat miſſus ibi ſin priore conſcripta juventute.* Repone igitur: *Tarenti triduo antequam Hannibal ad mœnia accederet, à M. Valerio proprætore, qui claſſi ad Brunduſium præerat, miſſus M. Livius, primore conſcripta juventute, diſpoſitiſque ad omnes* &c. Patet ergo locum non habere, quod conjiciebat vir doctus: *Is Tarentinorum.* Idem.

Præerat, P. Valerius legatus miſſus. Is primorum juv.] *P. Valerium Flaccum*, quem ſupra *Q. Fulvium Flaccum* bis per mendum, vocavit, ſignificat. Hoc autem loco vulgo *T. Valerius* legebatur: in vet. lib. hoc nomen omiſſum eſt, Suſpicor autem ne *M. Livius* potius reponendum ſit, præſertim quod eo præfecto Tarentum amiſſum ſit, Polybio, Livio, & Plutarcho auctoribus, quamquam apud hunc mendoſe eſt Μάρκ@ Λβίν@, pro Μάρκ@ Λίβι@. *Sigonius.*

4 *Præbuit ad tentandum. Sicque diebus aliquot*] Put. *adtentandumque diebus.* delera particula media. Scribe: *ad tentandum. Quare diebus aliquot.* J. Fr. Gron.

1 Non-

ſumptis, Annibal, quum eorum nemo qui ad lacum Averni adiſſent, aut ipſi venirent aut nuncium literaſve mitterent, vana promiſſa ſe temere ſecutum cernens, caſtra inde movit. Tum quoque, intacto agro Tarentino (quamquam ſimulata lenitas [1] nihildum profuerat, tamen [2] ſpe labefactandæ fidei haud abſiſtens) Salapiam ut venit, frumentum ex agris Metapontino atque Heraclienſi (jam media æſtas exacta erat, & hibernis placebat locus) comportat. Prædatum inde Numidæ Maurique per Salentinum agrum proximoſque Apuliæ ſaltus dimiſſi. unde cæteræ prædæ haud multum, equorum greges maxime abacti: è quibus ad quatuor millia domanda equitibus diviſa. Romani, quum bellum nequaquam 21
contemnendum in Sicilia oriretur, morſque tyranni duces magis impigros dediſſet Syracuſanis, quam cauſſam aut animos mutaſſet; M. Marcello alteri conſulum eam provinciam decernunt. Secundum Hieronymi cædem primo tumultuatum in Leontinis apud milites fuerat, vociferatumque ferociter, parentandum regi ſanguine conjuratorum eſſe. Deinde libertatis reſtitutæ [3] dulce auditu nomen crebro uſurpatum, [4] ſpes facta ex pecunia regia

1 *Nondum profuerat*] Optimi: *ſimulata lenitas nihildum profuerat*. J. Fr. Gron.

2 *Spe haud abſiſtens Salapiam tendit*] Vet. lib. *haud aſſiſtens*, hoc ſenſu: Annibal ubi ſe à proditoribus Tarenti non excipi vidit, haud diu ad Tarentum aſſiſtens Salapiam tendit, quod celeritate diſceſſus ſperaret, ſe fidem hominum eſſe labefactaturum, ſe Tarenti capiendi cauſa cum veniſſet, eluſum eſſe. ſi legas, *haud abſiſtens ſpe*, id erit æque ac ſi dicas: haud ſpe deſtitutus. *Sigonius.*

Spe h. abſ. Salapiam tendit, eoque frumentum] Put. *Salapiam viventi frumentum*. Pet. *Salapiam ut venti frum.* Men. Voſſ. *Salapiam ut vendi frum.* deeſt autem omnibus τὲ *eoque*. Scribe: *Salapiam ut venit, frumentum.* Nec vero optimus: *jam media æſtas*: ſed, *jamen aeſtas*. Totum ergo locum ſic reconcinna: *Tum quoque intacto agro Tarentino, quamquam ſimulata lenitas nihildum profuerat, tamen ſpe labefactando fidei haud abſiſtens, Salapiam ut venit, frumentum ex agris Metapontino atque Heraclienſi (jam enim æſtas exacta erat, & hibernis placebat locus) comportat.* Nam, *haud aſſiſtens*, quod ingerit Sigonius, nec in ſcriptis eſt, & ſenſus refutat. *J. Fr. Gron.*

3 *Dulce auditum nomen*] Ab conjectura noſtra eſt *auditu*. Idem.

4 *Spe facta &c. militi, atque fungendi potioribus*] MSS. optimi: *ſpes facta ex pec. regia largitionis militi atque fungendis potioribus ducibus*. Unde exſtruxi;

regia largitionis, militiæque fungendæ potioris ducibus, & relata tyranni fœda ſcelera, fœdioreſque libidines; adeo mutavere animos, ut inſepultum jacere corpus paulo ante deſiderati regis paterentur. Quum cæteri ex conjuratis ad exercitum obtinendum remanſiſſent, Theodotus & Soſis regiis equis quanto maximo curſu poterant, ut ignaros omnium regios opprimerent, Syracuſas contendunt. cæterum prævenerat, non fama ſolum, (qua nihil in talibus rebus eſt celerius,) ſed nuncius etiam ex regiis ſervis. Itaque Andranodorus, [1] & Inſulam & arcem, & alia quæ poterat, quæque opportuna erant, præſidiis firmarat. Hexapylo [2] Theodotus ac Soſis poſt ſolis occaſum jam obſcura luce invecti, quum cruentam regiam veſtem atque inſigne capitis oſtentarent, [3] travecti per Tycham, ſimul ad libertatem, ſimul ad arma vocantes, [4] in Achradinam convenire jubent. Multitudo pars procurrit in vias, [5] pars in ædium veſtibulis ſtat: pars

xi: *Deinde libertatis reſtitutæ dulce auditu nomen crebro uſurpatum, ſpes facta ex pecunia regia largitionis, militiæque fungendæ potioris ducibus.* Vulgatum ſenſu caret. Livius lib. 26. *Quod in oppido hibernare vetiti erant, ſegni fungebantur militia.* Tacitus 2 Hiſt. *Legionum legati, qui ante præturam ea militia fungebantur.* Idem lib. 1 Hiſt. *Facta & ſpes honoratioris in poſterum militiæ.* Lib. 4. *Manentibus honorata militia, digredientibus ſpolia Romanorum offerebantur.* Ammianus lib. 18. *Et poſt ejus exceſſum nobilioris militiæ faſtu elatus.* J. Fr. Gronovius.

1 *Et inſulam & arcem, - - - firmarat*] *Inſulam*, Syracuſarum quartam partem intelligit, non totam Siciliam, ut poſt dicam. *Sigonius.*

2 *Theodotus ac Soſis*] Rurſus ſcripti, *Theodotus.* J. Fr. Gron.

3 *Tranſvecti per Thicam*] Vet. lib. *Ticam.* legendum eſt autem *Tycham* vel *Tychen*, pars una & hæc Syracuſarium fuit, quod ibi templum Fortunæ eſſet, ita appellata: auctor Cicero in Verrem. *Sigonius.*

Tranſvecti per Tycham] Iidem etiam optimi: *travecti per Tycham.* J. Fr. Gron.

4 *In Acradinam*] Vet. lib. *Achradinam.* Sic Stephanus, Ἀχραδίνη ἤτοι ἔχουσα πόλιν ἢ πολίσμα Μάρκελλος, καὶ Ἀχραδίνη μοῖρα Συρακουσῶν. Hanc partem etiam Syracuſarum fuiſſe ſcribit eodem in loco Cicero. *Sigonius.*

5 *Pars in ædium veſtibulis ſtat*] Taceri non debet in codice Puteanæo, hoc eſt, uno inſtar omnium, & cujus auctoritas prægravat ſola, item Voſſ. Gud. ac Cantabrig. abeſſe τὸ *ædium.* Quid igitur? Nempe adjungit Livius lib. 5, 41. *Intuebantur in ædium veſtibulis ſedentes viros.* 33, 48. *Concurſus ad veſtibulum ædium eſt factus.* Addit item quinti libri epitome. Ergo ἀπερίξ retinenda ea vox. At omittit ipſe item Livius 2, 54. *Qui obverſati veſtibulo tribuni fuerant.* Et quum animadvertam hunc ipſum Livium, qui libro

pars ex tectis feneſtriſque proſpectant, & quid rei ſit, rogitant. Omnia luminibus collucent, ſtrepituque vario complentur. armati locis patentibus congregantur. inermes ex Olympii Jovis templo ſpolia Gallorum Illyriorumque, dono data Hieroni à populo Romano fixaque ab eo, detrahunt; precantes Jovem, ut volens propitius præbeat ſacra arma, pro patria, pro Deum delubris, pro libertate ſeſe armantibus. Hæc quoque multitudo ſtationibus per principes regionum urbis diſpoſitis adjungitur. In Inſula inter cætera Andranodorus præſidiis firmat horrea publica. Locus ſaxo quadrato ſeptus, atque arcis in modum emunitus, capitur ab juventute quæ præſidio ejus loci attributa erat: mittuntque nuncios in Achradinam; horrea frumentumque in ſenatus poteſtate eſſe. Luce prima populus omnis armatus inermiſque 22
in Achradinam ad curiam convenit. ibi pro Concordiæ ara, quæ in eo ſita loco erat, [1] ex principibus unus nomine Polyænus concionem & liberam & moderatam habuit: [2] *Servitudinis indignitatiſque homines expertos, adverſus notum malum irritatos eſſe. Diſcordia civilis quas importet clades, audiſſe magis à patribus Syracuſanos, quam ipſos vidiſſe. Arma quod impigre ceperint, laudare: magis laudaturum, ſi non utantur, niſi ultima neceſſitate coacti. In præſentia legatos ad Andranodorum mitti placere, qui denuncient, ut in poteſtate ſenatus ac populi ſit:* [3] *portæ Inſulæ pateant, recedat præſidium.*

bro 24, 16 dixerat: *Apparata convivia omnibus in propatulo adium fuerant.* 26, 13 *Magno rogo in propatulo adium accenſo.* maluiſſe abſque τοῦ *adium* ſcribere lib. 25, 12. *Vulgo apertis januis in propatulis epulati ſunt*; quæ cauſa me differre jubet, ut non ocius in ea vocula verſo ſtylo utar? *Jac. Gron.*

1 *Ex principibus unus nomine Polyneus*] Scribe: *Polyænus.* Πολύαινος. Etenim hoc capite: *ex qua pridie Polyneus*: Put. clare: *Poltanus.* J. Fr. Gronovius.

2 *Servitudinis indignitatiſque homines expertos*] Sic MSS. ut & vulgati. Lipſius conjicit: *Servitii tedium.* Poſſis & *Servitii pœnas indignitateſque.* Vox tamen eſt apud Feſtum: *Eritudo, ſervitudo.* Idem.

3 *Portæ Inſulæ pateant, reddat præſidium*] Liber optimus: *portas inſulæ aperat.* Quaſi ſignificet *aperiat.* Satis tamen placet vulgatum, dummodo ſcribas deinceps: *recedat præſidium.* Idem.

dium. Si tutelam alieni regni ſuum regnum velit facere, eundem ſe cenſere: multo acrius ab Andranodoro, quam ab Hieronymo repeti libertatem. Ab hac concione legati miſſi ſunt. Senatus inde haberi cœptus eſt. quod ſicut regnante Hierone manſerat publicum conſilium, ita poſt mortem ejus ante eam diem nulla de re neque convocati neque conſulti fuerant. Ut ventum ad Andranodorum eſt, ipſum quidem movebat & civium conſenſus & quum aliæ occupatæ urbis partes, [1]tum pars Inſulæ, velut munitiſſima prodita atque alienata: ſed evocatum eum ab legatis Demarata uxor, filia Hieronis, inflata adhuc regiis animis ac muliebri ſpiritu, admonet ſæpe uſurpatæ Dionyſii tyranni vocis: *qua, pedibus tractum, non inſidentem equo relinquere tyrannidem dixerit debere. Facile eſſe momento quo quis velit, cedere poſſeſſione magnæ fortunæ: facere & parare eam, difficile atque arduum eſſe.* [2]*Paullulum ſumeret ſpatii ad conſultandum ab legatis. eo uteretur ad arceſſendos ex Leontinis milites: quibus ſi pecuniam regiam pollicitus eſſet, omnia in poteſtate ejus futura.* Hæc muliebria conſilia Andranodorus neque tota aſpernatus eſt, neque extemplo accepit: tutiorem ad opes affectandas ratus eſſe viam, ſi in præſentia tempori ceſſiſſet. Itaque legatos renunciare juſſit, futurum ſe in ſenatus ac populi poteſtate. Poſtero die luce prima patefactis Inſulæ portis, in forum Achradinæ venit. ibi in aram Concordiæ, ex qua pridie Polyænus concionatus erat, eſcendit: orationemque eam orſus eſt, qua primum cunctationis ſuæ veniam petivit.

Se

1 *Tum pars Inſulæ, velut munitiſſima, prodita atque alienata*] Deletis duabus literis ſcribe: *vel munitiſſima.* Cicero pro Roſcio: *L. Cornelius Chryſogonus, vel potentiſſimus hoc tempore civitatis.* Lib. 2 de Orat. *Ego me hercule ex omnibus Latinis verbis, hujus verbi vim vel maximam ſemper putavi.* J. Fr. Gron.

2 *Paullulum ſumeret ſpatii ad conſultandum ab legatis*] Put. Pet. optimuſque Flor. *Paullum.* dein omittunt τὸ *ſpatii*, ut & Men. Voſſianuſque: quod inſeruerunt, qui ſenſum, non ſcripturam veterem, conſiderabant. Alioquin pronum fuiſſet: *Paullum ſumeret moræ ad conſultandum.* Nempe τὸ *moræ* haulit vox præcedens. *J. Fr. Gronov.* An potius in τῷ *paullum* latet vox *ſpatium*? ut fuerit; *ſpatium ſumeret ad conſultandum.* Jac. Gron.

1 *Quod*

Se enim clauſas habuiſſe portas; non ſeparantem ſuas res à publicis, ſed ſtrictis ſemel gladiis timentem, qui finis cædibus eſſet futurus: utrum, [1] *quod ſatis libertati foret, contenti nece tyranni eſſent; an quicumque aut propinquitate, aut affinitate, aut aliquibus miniſteriis regiam contigiſſent, alienæ culpæ rei trucidarentur.* [2] *Poſtquam animadvertit, eos qui liberaſſent patriam, ſervare etiam liberatam velle, atque undique conſuli in medium; non dubitaſſe, quin & corpus ſuum, & cætera omnia, quæ ſuæ fidei tutelæque eſſent, quoniam eum, qui mandaſſet, ſuus furor abſumpſiſſet, patriæ reſtitueret.* Converſus deinde ad interfectores tyranni, ac nomine appellans [3] Theodotum ac Soſim: *Facinus*, inquit, *memorabile feciſtis. Sed mihi credite, inchoata veſtra gloria, nondum perfecta eſt:* [4] *periculumque ingens manet, niſi paci & concordiæ conſulitis, ne libera*

1 *Quod ſatis libertati foret*] Vet. lib. *libertati*, id eſt, quod ad libertatem recipiendam ſatis valeret. *Sigon.*

2 *Poſtquam animadvertit eos*] Scribe, *animadverterit*. J. Fr. Gron.

3 *Theodorum & Soſim*] Rurſus ſcripti: *Theodotum*. Idem.

4 *Periculumque ing. manet, niſi communi concordiæ conſulitu, ne libera efferatur res. Poſt*] Nihil eſt obſcurius his verbis: *ne libera efferatur res.* Qua de re nos etiam admonuit Glareanus. Dicam ipſe quid ſentiam: puto legendum eſſe, *ne libera efferatur reſp.* Fecit enim litera prima ſequentis vocis, *poſt*, ut librarius literam *p*, inconſulto præteriret. Verba autem ſunt ad tyrannicidas, quorum hic eſt ſenſus: Quæ egiſtis magna ſunt, ſed inchoata veſtra gloria nondum perfecta eſt. Nam niſi civitatis concordiæ conſulitis, timendum eſt, ne reſp. liberata intereat. quaſi dicat: non eſt ſatis civitatem tyrannide liberare, niſi inteſtina ſeditione liberetur, alioquin fiet, ut quodammodo libera ſerviat. Quod autem dixit, *efferatur*, verbo uſus eſt tranſlato. *Efferri* enim dicuntur cadavera. Sic lib. 28. *Meo unius funere elata populi Rom. eſſet reſp.* Sigonius.

Peric. i. m. niſi communi concordiæ conſulitu] A Valla eſt, cujus ex pluribus conjecturis alieniſſimam ab antiquis apicibus editores ſunt ſequuti. Put. & Petav. *faciet concordia*. Alii *faciem*. Verum eſt igitur, quod idem Valla conjecerat: *niſi paci & concordiæ conſulitu*. Sic lib. 37. *Vinci ſuam temperantiam Romana cupiditate pacis & concordiæ cauſſa regem paſſurum*. Quod ſequitur: *ne libera efferatur reſpublica*: & ſervant omnes libri (niſi quod plerique *res*) & probare tamen non poſſum; etſi norim allegare Sigonium e lib. 28. *Meo unius funere elata populi Romani eſſet reſpublica*. Alius hoc generis eſt. Senſu alio verbum hoc tuebatur Rubenius ex Seneca de Tranquill. *Deſciſcat oportet à ſolito & efferatur & mordeat frenos & rectorem rapiat ſuum*. Nondum acquieſco. Vellem, *ne luxuriet effera res*. Vel *ne libertas ſit effrenis reipublicæ*. Sed nimis audemus. *J. Fr. Gron.*

Periculum &c. *ne libera efferatur reſpublica*] Poſt has in conjectando varietates publicatas videtur ὁ μανθάνων,

23 *bera efferatur reſpublica.* Poſt hanc orationem claves portarum pecuniæque regiæ ante pedes eorum poſuit. atque illo quidem die dimiſſi ex concione læti, circa omnia fana Deum ſupplicaverunt cum conjugibus ac liberis: [1] poſtero die comitia Prætoribus creandis habita. Creatus in primis Andranodorus, cæteri magna ex parte interfectores tyranni. duos etiam abſentes, [2] Sopatrum ac Dinomenen fecerunt. [3] Qui auditis quæ Syracuſis acta erant, pecuniam regiam, quæ in Leontinis erat, Syracuſas devectam, quæſtoribus ad idipſum creatis tradiderunt: & ea [4] quæ in Inſula erat & Achradina, tradita eſt, murique ea pars, quæ ab cætera urbe nimis firmo munimento interſepiebat Inſulam, conſenſu omnium dejecta eſt. ſecutæ & cæteræ res hanc inclinationem animorum ad libertatem. Hippocrates atque Epicydes audita morte tyranni, quam Hippocrates etiam nuncio interfecto celare voluerat; deſerti à militibus, quia id tutiſſimum ex præſentibus videbatur, Syracuſas rediere. [5] ubi ne ſuſpecti obſervarentur, tamquam novandi res aliquam occa-

ſionem

me, quod ex atramenti ætate apparet, incidiſſe in hanc lectionem, margini appoſitam: *ne libertate evertatur reſpubl.* Deinde acquieviſſe vulgato, non eo ſenſu, quo volebat Sigonius, & quo uſus eſt Livius quoque 31, 29. *Capua ſepulcrum ac monumentum Campani populi, elato & extorri ejecto ipſo populo.* Sed quo Cicero 4 Tuſc. 17, ubi eum beatum eſſe inquit, *cui nihil nimis lætabile, ad efferendum videri poteſt.* Rurſus: *An ratio parum præcipit, nec bonum illud eſſe, quod aut cupias ardenter, aut adeptus efferas te inſolenter.* Et hoc præferendum. *Jac. Gron.*

1 *Poſtero die comitia prætoribus creandis habita*] Put. Pet. Veſſ. *prætorum.* Unde non abſurde ſuſpicatur Salmaſius: *comitia prætorum creandi.* Quale apud Comicum Captivis: *Nominandi tibi iſtorum erit magis quam edundi copia.* Noſque reſtituimus apud Servium ad principium lib. 9 Æneidos: *Pilumnus & Picumnus fratres fuerunt dii. Horum Picumnus uſum ſtercorandi adinvenit agrorum, unde & Stercutinus dictus.* Ita membranæ apud Andes, non *Stercorandorum.* J. Fr. Gron.

2 *Sopatrum, ac Deomenem*] Vet. lib. *Dionem.* Sigonius.

3 *Qui auditis iis, quæ Syracuſis acta erant*] Non habent *iis* optimi. *J. Fr. Gron.*

4 *Quæ in Inſula erat & Achradina tradita eſt*] Gud. *erat Achradyna tradita.* Voſſ. *erat achrădinā tradita eſt.* & à manu ſecunda ſuperſcriptum *trāſlata.* Et alterutrum videtur Livii. *Idem.*

5 *Ubi ne ſuſpecti obſervarentur*] Immo *obverſarentur*, id eſt, ne illic obverſando & oculis hominum ſe ingerendo ſuſpecti fierent. Sequenti cap. *Dum regiis ſtipendiis paſtis obverſaretur milites.*

Digitized by Google

ſionem quærentes, prætores primum, deinde per eos ſenatum adeunt: Ab Annibale ſe miſſos prædicant ad Hieronymum; tamquam amicum ac ſocium. [1] paruiſſe imperio ejus, cujus imperator ſuus voluerit. velle ad Annibalem redire. cæterum quum iter tutum non ſit, vagantibus paſſim per totam Siciliam Romanis armis, petere ut præſidii dent aliquid, quo Locros in Italiam perducantur, gratiam magnam eos parva opera apud Annibalem inituros. Facile res impetrata: abire enim duces regios, quum peritos militiæ, tum egentes eoſdem atque audaces cupiebant: ſed quod volebant non quam maturato opus erat naviter expediebant. Interim juvenes militares, & aſſueti militibus, nunc apud eos ipſos, nunc apud transfugas, quorum maxima pars ex navalibus ſociis Romanorum erat, nunc etiam apud infimæ plebis homines crimina ferebant in ſenatum [2] optimateſque: id moliri clam eos atque ſtruere, ut Syracuſæ per ſpeciem reconciliatæ ſocietatis in ditione Romanorum ſint; dein factio, [3] & pauci auctores fœderis renovati dominentur. His audiendis credendiſque opportuna multitudo major indies Syracuſas confluebat: [4] nec Hippocrati & Epicydi ſolum ſpem novandarum rerum, ſed 24

An-

miles. Lib. 31. *Magnam partem eorum palam Carthagini obverſari.* Lib. 35. *Legatuſque Romanus, ne alieno tempore incommodus obverſaretur, Pergamum conceſſit.* J. Fr. Gron.

1 *Paruiſſe imperio ejus, cujus imperator ſuus voluerit*] Aut *το ejus* deleverim, aut ſcripſerim, *cui.* Idem.

2 *Optimateſque: moliri clam eos atque ſtruere*] Put. Pet. Voſſ. *ut moliri.* Tres Pall. *& moliri.* Scribe: *id moliri clam eos atque ſtruere.* Deinde cum duobus primis: *Ut Syracuſæ per ſpeciem reconciliatæ ſocietatis in ditione Romanorum ſint.* non *reconcilianda* & *deditione*, ut vulgo. *Idem.*

3 *Et pauci*] Vet. lib. *ac perpauci auctores.* Sigonius.

4 *Nec Hippocrati & Epicydi ſolum*] Verba *Hippocrati &* nec ab optimo Puteano, nec Voſſ. nec Gud. nec Cantabrig. agnoſcuntur. Cur igitur vulgo pro Livianis habentur? Sane opinor ab ignaro correctore addita, cui non ſatisfaciebat alteruter nominatus: id quod tamen faciunt auctores, quum tamen de utroque omnia velint intelligi. Tale utique eſt illud Livii ipſius 21, 52, ubi quum Coss. Sempronius & P. Cornelius juncta haberent caſtra, & Galli à Pœnis vaſtati ad eos mitterent oratum auxilia, tamen ſcribit: *legatiſque ad conſulem miſſis*, ac nihilominus ſtatim poſt ambo conſules inter ſe deliberant: ſic ut omnino in

Andranodoro etiam præbebat. Qui feſſus tandem uxoris vocibus monentis, Nunc illud eſſe tempus occupandi res, dum [1] turbata omnia nova atque incondita libertate eſſent, dum regiis ſtipendiis paſtus obverſaretur miles: dum ab Annibale miſſi duces aſſueti militibus juvare poſſent incepta; [2] cum Themiſto, cui Gelonis filia nupta, rem conſociatam paucos poſt dies Ariſtoni cuidam tragico actori, [3] cui & alia arcana committere aſſuerat, incaute aperit. Huic & genus & fortuna honeſta erant, nec ars, quia nihil tale apud Græcos pudori eſt, ea deformabat. itaque fidem potiorem ratus, quam patriæ debebat, indicium ad Prætores defert. Qui ubi rem haud vanam eſſe certis indiciis compererunt, conſultis ſenioribus, & auctoritate eorum præſidio ad fores poſito, ingreſſos curiam Themiſtum atque Andranodorum interfecerunt: & quum tumultus ab re in ſpeciem atrociore, cauſſam aliis ignorantibus, ortus eſſet; ſilentio tandem facto, indicem in curiam introduxerunt. Qui quum ordine omnia edocuiſſet, & principium conjurationis factum ab Harmoniæ Gelonis filiæ nuptiis, quibus Themiſto

unius appellatione uterque comprehendatur. Infra hoc lib. cap. 35. *Poſtquam ab Hippocrate occupatæ Syracuſæ erant.* quum palam ſit ab Epicyde & Hippocrate ſimul id factum. Idem quoque fecerat Livius hoc lib. cap. 31. Eadem numeri enallage eſt, quæ lib. 25 cap. 18 Quintium Criſpinum ait provocatum conſuluiſſe *imperatores*, Claudium ſcil. Fulviumque; libro autem 26 cap. 4 referens Q. Navium auctorem extitiſſe peditum equiti immiſcendorum, addit honori id ei apud *imperatorem* fuiſſe; ubi tamen iidem Claudius Fulviuſque præerant. Ita lib. 26, 2 placuit Livio narrare tantum de eo, quem cum imperio mitti placeret in Hiſpaniam ad eum exercitum, *cui Cn. Scipio Imperator præfuiſſet*; tanquam Publius nullus fuiſſet. *Jacobus Gronovius.*

1 *Turbata omnia nova atque incognita libertate eſſent*] Egregie Put. Pet. Pal. *atque incondita.* Sic lib. 15. *Inconditam inermemque aliam turbam advenisse.* Lib. 26. *Potiſſimum ratus Syracuſanis, nova pace inconditas componere res.* Lib. 30. *Exercitu omni prope novo atque incondito.* Sic *libertas incondita* incompoſita, nondum legibus certoque ſtatu civitatis formata ac firmata. *J. Fr. Gron.*

2 *Cum Themiſtio*] Vet. lib. *Themiſto*, & ſic ubique. *Sigonius.*

Cum Themiſtio, cui Gelonus] In libro optimo ſemper aut *Themiſius*, aut, quod rectum puto, *Themiſtus* vocatur. *J. Fr. Gron.*

3 *Cui & alia arcana committere adſueverat*] Meliores, *adſuerat.* Idem.

1 *In*

Digitized by Google

miſto juncta eſſet; Aſrorum Hiſpanorumque auxiliares inſtructos ad cædem Prætorum principumque aliorum; bonaque eorum prædæ futura interfectoribus pronunciatum; jam mercenariorum manum aſſuetam imperiis Andranodori paratam fuiſſe ad Inſulam rurſus occupandam; ſingula deinde, quæ per quoſque agerentur, totamque viris armiſque inſtructam conjurationem ante oculos poſuiſſet; ſenatui quidem tam jure cæſi, quam Hieronymus, videbantur. Ante curiam variæ atque incertæ rerum multitudinis clamor erat. quam ferociter minitantem [1] in veſtibulo curiæ, corpora conjuratorum eo metu compreſſerunt, ut ſilentes integram plebem in concionem ſequerentur. Sopatro mandatum ab ſenatu & ab collegis, ut verba faceret. [2] Is tamquam reos age- 25
bat. ab anteacta vita orſus, quæcumque poſt Hieronis mortem ſceleſte atque impie facta eſſent, Andranodorum ac Themiſtum arguit feciſſe. [3] *Quid enim ſua ſponte feciſſe Hieronymum puerum, ac vix dum pubeſcentem facere potuiſſe?* [4] *Tutores ac magiſtros ejus ſub aliena invidia regnaſſe. itaque aut ante Hieronymum, aut certe cum Hieronymo perire eos*

1 *In veſtibulo curiæ corpora*] Diſtingue: *quam ferociter minitantem in veſtibulo curiæ, corpora conjuratorum eo metu compreſſerunt.* Intellige projecta vel expolita. *J. Fr. Gron.*

2 *Is tanquam reos agebat*] Video alicubi editum: *Is (tanquam reos agebat) ab anteacta.* Sed Gudianus & Mureti *ageret.* Placet igitur: *Is tanquam reos ageret, ab anteacta vita orſus.* Idem.

3 *Quid enim ſua ſponte feciſſe Hieronymum*] Videtur inſititium τὸ *feciſſe.* Id.

4 *Tutores ac magiſtratus ejus ſub aliena invidia regnaſſe*] Qui *magiſtratus ejus?* an quos ipſe crearit, aut quibus munera mandaverit? Non placet. Scribatur: *Tutores ac magiſtros ejus.* Revereor ſane veteres libros: at illorum ſcripturam nunquam prævertam ei, quam ipſos auctores reliquiſſe credibile eſt. Lib. 22, 15. Put. exhibet: *ferociter concionantem magiſtratum equitum.* Quod ſi quis ab ipſo Patavino profectum exiſtimet, is me, jam nunc prædico, ſentire ſecum ne poſtulet. Idem fidiſſimus omnium liber hic *magiſtratos.* quod mihi quidem certum indicium eſt Livium ſcripſiſſe *magiſtros,* & duas literas vacare. Nam & *magiſtratum* pro magiſtro vel *magiſtratos* pro magiſtratibus ut dixiſſe noſtrum utique credam, aliis quam adhuc factum eſt, doceri me oportet. Parum etiam evincit apud me doctiſſimus Gruterus, quod pleriſque jam perſuaſit, auctores attentius loquutos promiſcuo *magiſterium* & *magiſtratum* uſurpaſſe. *Magiſtri* ſunt, ut ait Feſtus, pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorum, equitum: ludorum prætérea & conviviorum: denique doctores artium: eorum-

eos debuisse. At illos debitos jam morti destinatosque, alia nova scelera post mortem tyranni molitos: palam primo, cum clausis Andranodorus Insulæ portis hæreditatem regni creverit, quæque procurator tenuerat, pro domino possederit; proditus deinde ab eis, qui in Insula erant, circumsessus ab universa civitate, quæ Achradinam tenuerit, nequicquam palam atque aperte petitum regnum, clam & dolo affectare conatus sit, & ne beneficio quidem atque honore potuerit vinci, quum inter liberatores patriæ insidiator ipse libertatis creatus esset Prætor. Sed animos eis regios regias conjuges fecisse: alteri Hieronis, alteri Gelonis, filias nuptas. Sub hanc vocem ex omnibus partibus concionis clamor oritur, nullam earum vivere debere, nec quemquam supersesse tyrannorum stirpis. Hæc natura multitudinis est, aut servit humiliter aut superbe dominatur: [1] libertatem, quæ media est, nec spernere modice, nec habere

rundem ergo dignitas *magisterium*, non *magistratus*. Frustra ostentat ex Suetonii Caligula, *Magisteria sacerdotii*: etenim sacerdotum collegia sunt, non magistratus. Frustra ex ejusdem Domitiano: *Minervæ, cui collegium instituerat, ex quo sorte ducti magisterio fungerentur.* Diserte enim id *collegium* vocat, cujus sodales nemo vocaret *magistratus*. Nec juvat ex Symmacho lib. 4 epist. 45 de censura: *Nolo mireris gravissimum ordinem magisterium respuisse.* Etenim censor dicebatur & *magister morum*: eoque respectu Censura *magisterium morum*: etsi in hoc *magistratus* & *magisterium* concurrant, quemadmodum & in magistro equitum. Illius magisterium morum & hujus magisterium equitum facit sane ambos magistratus populi Romani: non tamen illum *magistratum morum*, hunc *magistratum equitum* gessisse dices. At vero ad Plautum Bacchidibus: *Jam excessit mihi ætas ex magisterio tuo*: quod opus vel meminisse semibarbarorum corruptorum, *ex magistratu*, nisi ut exhibeatur, quum illud constanter habeant libri antiquissimi. Nihilo potior apud me duorum Senecæ codicum auctoritas, qui epist. 15. *Accediunt pessimæ notæ mancipia in magistratum recepta.* Nam duo alii Gruteri cum membranis, quas ipsi inspeximus, & longe pluribus, quas alii consuluerunt: *in magisterium*, ut omnis vulgata. Appulejus sane *ædilis magisterium* dixit lib. 1 Metamorph. (nam quæ alia ex illo adnotant in hunc usum vocis male sedulí, ipso adspectu refutes licet) sed loquitur: ut de municipiorum decurionibus Romani solebant. Suetonius Octavio cap. 2. *Avus municipalibus magisteriis contentus.* J. Fr. Gron.

1 *Libertatem, quæ media est, nec spernere modice, nec habere sciunt.* Libertatem *spernunt modice*, qui sic sunt obnoxii, ut non vehementer adulentur, neque omnem libertatem amittant: qui aliquid etiam in serviendo libertatis retinent, admittunt, audent, neque se deprimunt in extremum servitutis. *Immodice*, qui serviunt humiliter & abjiciunt se. Hoc eo monui, quia homo doctus

habere sciunt: & non ferme desunt irarum indulgentes ministri, qui avidos atque [1] intemperantes plebeiorum animos, ad sanguinem & cædes irritent. [2] Sicut tum extemplo Prætores rogationem promulgarunt: acceptaque penè prius quam promulgata est, [3] ut omnis regia stirps interficeretur. missique à Prætoribus [4] Demaratam Hieronis, & Harmoniam Gelonis filias, conjuges Andranodori & Themisti, interfecerunt. [5] Heraclea erat 26
filia Hieronis, uxor Zoippi, qui legatus ab Hieronymo ad regem Ptolemæum missus, voluntarium conscíverat exilium. [6] Ea quum ad se quoque venire præsciisset, in sacrarium ad penates confugit cum duabus filiabus virginibus, resolutis crinibus, miserabilique alio habitu: & ad ea addidit preces, *nunc per memoriam Hieronis patris, Geloniſque fratris, ne se innoxiam invidia Hieronymi conflagrare sine-*

Hiero Rex.

Demarata uxor Andronodori.	Gelo ante patrem mort.	N. uxor Zoili.	Heraclea uxor Sosippi.

Hieronymus Rex annorum xv post Hieronem.

Harmonia uxor Themisti. *Sig.*

etus apud me fatebatur se non capere hanc sententiolam, & tentabat: *sperare.* J. Fr. Gron.

1 *Intemperantes plebeiorum animos*] Id quoque correctorum erit haud dubie. Voss. *plubiciorum.* Gud. & Cantabrig. *publiciorum.* De Puteano nihil notatum invenio, etsi non dubitem, quin par illic sit diversitas. Delibera, fueritne *humiliorum*, an *vulgi civium.* Jac. Gron.

2 *Sicut tum*] Vet. lib. *Sic tum extemplo.* Sigonius.

3 *Ut omnis regia stirps interficeretur*] Vet. lib. *ut omnes regia stirpis interficerentur.* Idem.

Omnis regia stirps] Non moveo: tamen ut voluit Sigonius, optimi codices: *ut omnes regia stirpis interficerentur.* J. Fr. Gron.

4 *Demaratam Hieronis, & Harmon. Gelonis filiam*] Veter. lib. *Demarata.* Item *filiae.* Stirps autem Hieronis regis hæc fuit.

que error Sigonii facientis in stirpe Hieronis regis, præter Demaratam & Heracleam, tertiam ei filiam sine nomine, uxorem Zoili. Nam nec maritus nec uxor in rerum natura fuerunt. *J. Fr. Gron.*

5 *Heraclea erat filia Hieronis, uxor Sosippi*] Put. *Zoipsi.* Ibidemque plane: *si quis Zoippo nuntiet.* Hic est ille *Zoippus*, qui supra male *Zoilus* appellatur. Atque hinc confirmatur nostra sententia ex Polybio hoc nomen corrigendum & ubique scribendum *Zoippus*, variato tamen casu. Paret-

6 *Ea quum ad se quoque venire praesciisset*] Lege, *veniri.* Idem.

ſinerent. Nihil ſe ex regno illius, præter exilium viri habere; neque fortunam ſuam eandem vivo Hieronymo fuiſſe quam ſororis, neque interfecto eo cauſſam eandem eſſe. Quid? quod ſi Andranodoro conſilia proceſſiſſent, illa cum viro fuerit regnatura: ſibi cum cæteris ſerviendum. Si quis Zoippo nunciet, interfectum Hieronymum, ac liberatas Syracuſas; cui dubium eſſe, quin extemplo conſcenſurus ſit navim, atque in patriam redituras? [1] *Quantum ſpes hominum fallit! In liberata patria conjugem ejus, ac liberos de vita dimicare; quid obſtantes libertati, aut legibus?* [2] *Quod ab ſe cuiquam periculum, à ſola ac prope vidua, & puellis in orbitate degentibus eſſe? At enim periculi quidem nihil ab ſe timeri:* [3] *inviſam tamen regiam ſtirpem eſſe. Ablegarent ergo procul ab Syracuſis Siciliaque, & aſportari Alexandriam juberent, ad virum uxorem, ad patrem filias.* [4] Averſis auribus animiſque, caſſe ne tempus tereretur, (ferrum enim quoſdam expedientes cernebat) tum omiſſis pro ſe precibus, puellis ut ſaltem parcerent, orare inſtitit, à qua ætate etiam [5] hoſtes iratos abſtinere; ne tyrannos ulciſcendo, quæ odiſſent ſcelera, ipſi imitarentur. Inter hæc abſtractam à penetralibus jugulant: in virgines deinde reſperſas matris cruore impetum faciunt. quæ alie-

1 *Quantum ſpes hominum fallit*] Immo, *falli*. nam tota oratio obliqua eſt. *J. Fr. Gron.*

2 *Quod ab ſe cuiquam periculum, à ſola ac prope vidua*] Deleo præpoſitionem, *à*. Idem.

3 *Inviſam tantum ſtirpem regiam eſſe*] Scribe ex Put. Pet. Voſſ. *inviſam tamen*. Idem.

4 *Averſis auribus animiſque caſſe ne tempus tereretur (ferrum enim*] Qui hiſce ſanitatem conſtare adfirmet, ei nos mentem & judicium in literis conſtare negabimus. Lib. 38. *Quum averſis auribus pauca loquuti eſſent*. Lib. 41. *Quum concione advocata fugam è caſtru A. Manlii averſis auribus militum jactaſſet*. Tale quid & hic deeſſe putes. At ego τὸ *caſſe* abſque vitio eſſe non facile concedam: nec facit huc illud ex lib. 2. *incaſſum miſſa preces*. Libri juvant hactenus, ut Put. Pet. Voſſ. tres Pall. immo fere quicquid meliorum, cum Andrea Aldinaque careant τὸ *enim*. Vide an ſit melius: *Averſis auribus animiſque (nam ne tempus tereretur, ferrum quoſdam expedientes cernebat) tum omiſſis pro ſe precibus*. Primam vocem plane ut participium, non tantum ut adjectivum nomen, poſitam intellige, quaſi foret expreſſum: *Quum omnium aures animique averſi eſſent*. Rubenius: *animiſque à ſe (ne tempus tereretur*. Idem.

5 *Hoſtes irati abſtinerent*] Legendum ex Pet. Men. Pall. Voſſ. *a qua ætate etiam hoſtes iratos abſtinere*. Idem.

1 *Occur-*

alienata mente ſimul luctu metuque, velut captæ furore, [1] eo curſu ſe ex ſacrario proripuerunt; ut ſi effugium patuiſſet in publicum, impleturæ urbem tumultu fuerint. Tum quoque haud magno ædium ſpatio inter medios tot armatos aliquoties integro corpore evaſerunt: [2] tenentibuſque quum tot ac tam validæ eluctandæ manus eſſent, ſeſe eripuerunt: tandem vulneribus confectæ, quum omnia repleſſent ſanguine, exanimes corruerunt. Cædemque per ſe miſerabilem miſerabiliorem caſus fecit: quod paullo poſt nuncius venit, mutatis repente ad miſericordiam animis, ne interficerentur. Ira deinde ex miſericordia orta, quod adeo feſtinatum ad ſupplicium, neque locus pœnitendi, aut regreſſus ab ira relictus eſſet. itaque fremere multitudo, & in locum Andranodori ac Themiſti (nam ambo prætores fuerant) comitia poſcere: quæ nequaquam ex ſententia prætorum futura eſſent. [3] Statutus eſt comitiis dies: quo nec opi- 27
nantibus omnibus unus ex ultima turba Epicydem nominavit, tum inde alius Hippocratem. crebriores deinde eæ voces, & cum haud dubio aſſenſu multitudinis eſſe. Et erat confuſa concio: [4] non populari modo, ſed militari quoque turba, magna ex parte etiam perfugis, qui omnia novare cupiebant, permixtis. [5] Prætores diſſimulare primo, & trahenda re eſſe, poſtremo victi conſenſu, & ſeditionem metuentes, pronunciant eos prætores.

1 *Occurſu ſe è ſacrario prorip.*] Florobellus ut eſt ſummo judicio præditus legit, *eo curſu*. quod laudo. ſic enim libro 26. *Ad fretum eo curſu contendit, ut prope repentino adventu incantos oppreſſerit.* & lib. 42. *In jugum Parnaſſi refugerant, eo curſu, ut cum unus &c.* *Sigonius.*

2 *Tenentibuſque quum tot ac tam validæ eluctandæ manus eſſent, ſeſe eripuerunt*] Horum omnium nihil prorſus exſtabat in libro Cantabrigienſi. Et ſane quid potiſſimum adferant, alius me doceat. *Jac. Gronovius.*

3 *Statutus eſt comitiis dies*] Put. & Pet. *eſſent*. Forte: *Statutus eſt inde comitiis dies*. J. Fr. Gron.

4 *Non populari modo, ſed militari quoque turba*] Optimus: *turbis*. Scribe: *turbis*. Idem.

5 *Prætores diſſimulare primo & trahendam rem eſſe*] Put. & Pet. *& trahenda re eſſe*. Recte, ut puto. Senſus eſt, in eo eſſe, id agere, ut extraherent rem. Lib. 7. *Hu conſilio dictator bellum trahebat*. Idem.

tores. Nec illi primo ſtatim creati nudare quid vellent: quamquam ægre ferebant, & de induciis dierum decem legatos iſſe ad Appium Claudium, & impetratis eis alios, qui de fœdere antiquo renovando agerent, miſſos. Ad Murgantiam tum [1] claſſem navium centum Romanus habebat, [2] quonam evaderent motus ex cædibus tyrannorum orti Syracuſis, quove eos ageret nova atque inſolita libertas, opperiens. Per eoſdem dies quum ad Marcellum venientem in Siciliam, legati Syracuſani miſſi ab Appio eſſent, auditis conditionibus pacis; Marcellus poſſe rem convenire ratus, & ipſe legatos Syracuſas, qui curam cum prætoribus de renovando fœdere agerent, miſit. Et jam ibi nequaquam eadem quies & tranquillitas erat. poſtquam Punicam claſſem acceſſiſſe Pachynum allatum eſt, demto timore Hippocrates & Epicydes, nunc apud mercenarios milites, nunc apud tranſfugas, [3] prodi Romano Syracuſas, criminabantur. [4] Ut vero Appius naves ad oſtium portus, quo aliæ partis hominibus animus accederet, in ſtatione habere cœpit, ingens in ſpeciem criminibus vanis acceſſerat fides: ac primo etiam tumultuoſe decurrerat multitudo ad prohibendos, ſi in

1 *Claſſem navium centum Romanus habebat*] De Ap. Claudio loquitur, de quo ita Polybius lib. 8. Ἄππιος μὲν ἐκατὸν πεντηκοντόροις ναυσὶ, Μάρκος δὲ Κλαύδιος πεζικὰς ἔχων δυνάμεις, ἐπεβοήθει τοῖς κατὰ τὴν Σικελίαν. Sigonius.

2 *Quo evaderent motus ex cædibus tyrannorum orti*] Put. Pet. Voſſ. *quoniam evaderent*. Men. *quam evad.* Lege, ut Pal. unus: *quonam evaderent*. J. Fr. Gron.

3 *Prodi Romanis Syracuſas*] Alii *Romanes*. Optimi: *prodi Romano Syracuſas*. De quo genere ad priores libros dictum eſt. Sic & ante: *Ad Murgantiam tum claſſem navium centum Romanus habebat*. Idem.

4 *At vero Appius ad oſtium portus, quid alia partis hominibus animi accederet opperiens*] Put. à manu prima & Pet. alter: *quo alia partis hominibus animus accederet, in ſtatione*. Nam in optimo correctrix manus *quid* pro *quo* fecit. *Opperiens* nuſquam, uti nec in Pet. meliore, nec Men. nec Voſſ. qui pariter *animus*. Palat. *quidem alia partis hominibus animus*. Nec dubito illud *opperiens* in iiſdem non repertum, etſi lileat excerptor. Enimvero re diligenter expenſa deprehendimus veram lectionem diſtinctione & unica præterea litera mutata: *Ut vero Appius naves ad oſtium portus, quo alia partis hominibus animus accederet, in ſtatione habere cœpit; ingens in ſpeciem criminibus vanis acceſſerat fides*. Idem.

1 *In*

si in terram egrederentur. In hac turbatione rerum, [1] in 28
concionem vocari placuit. [2] ubi quum alii alio tenderent, nec procul seditione res esset, Apollonides principum unus orationem salutarem, ut in tali tempore, habuit: *nec spem salutis, nec perniciem propiorem unquam civitati ulli fuisse. Si enim uno animo omnes, vel ad Romanos vel Carthaginienses inclinent,* [3] *nullius civitatis statum fortunatiorem beatioremve fore.* [4] *si alii alio trahant res, non inter Pœnos Romanosque bellum atrocius fore, quam inter ipsos Syracusanos; quum intra eosdem muros* [5] *pars utraque suos exercitus, sua arma, suos habitura sit duces. Itaque ut omnes idem sentiant, summa vi agendum esse; utra societas sit utilior, eam* [6] *longe minorem ac levioris momenti consultationem esse.* [7] *sed tamen Hieronis*

1 *In concionem vocari placuit*] Sic omnes nostri. Muretus præpositionem delet. Sed dictum est, ut *vocare in senatum*, quod alibi Livio asseruimus. Justinus lib. 16. *Demetrius eadem apud exercitum excusaturus, in concionem vocat.* Frontinus Strateg. 4, 1. *Ad concionem vocato exercitu, exposuit, quam id necessarium & facile esset.* Melius forte ex vestigiis scriptorum, *concione vocata, exercitui exposuit*, inquit Pet. Scriverius. Immo pejus. *J. Fr. Gron.*

2 *Ubi quum alii alio tenderent, nec procul à seditione*] Omnes Gallici & Voss. *tenerent*: iidemque cum tribus Pall. præpositionem à cancellant. *Idem.*

3 *Nullius civitatis statum fortunatiorem gratioremve fore*] Sive *gratior* sive *gravior* (nam utrumvis habent vulgatæ) status non potest esse ad gustum sapidi palati. Put. *creatiorem.* sine τὸ ve: quod & alii omnes libri ignorant. Scribe cum Salmasio: *fortunatiorem ac beatiorem fore.* Suetonius Domitiano: *beatiorem post se latioremque portendi reipubl. statum.* Seneca epist. 81. *Res magna & ex beatissimo animi statu profecta.* Idem.

4 *Si alia alio trahat res*] Probo magis, *si alius alio trahat res*, ut legit Florobellus. *Sigonius.*

Si alia alio trahat res] Quæ res trahat, & quid tandem trahat? Eximius ille Put. iterum: *si alia lio trahant.* Quod sane est: *si alii alio trahant res.* J. Fr. Gron.

5 *Pars unaquaque suos exercitus*] Optimus: *pars utraque.* Idem.

6 *Longe minoris adeo rem momenti consultatione esse*] Vet. lib. *consultationem.* Hinc ego, *ad consultationem* lego. Sic enim paulo post: *esse etiam momenti aliquid ad consilium.* Et Cicero de Fin. *Ne minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum.* Sigonius.

Longe minoris adeo rem mom. consultatione esse: tamen Hieronis] Sigonius: *ad consultationem.* Voss. Pet. Men. unusque ex Pall. *longe minorem adeo rei momenti consultationem esse, sed tamen.* Put. & Pet. melior: *eam longe minorem adeo rei momenti consultationem essoset tamen.* Quis dubitet veram esse lectionem: *utilior, eam longe minorem ac levioris momenti consultationem esse: sed tamen Hieronis.* Uti plane integreque unus è Pall. Lib. 9. *Ea modo, qua inirent, consultatio fuit.* J. Fr. Gron.

7 *Sed tamen Hieronis potius*] Si recte attendas, nihil huic sententiæ deesse

ronis potius quam Hieronymi auctoritatem ſequendam in ſociis legendis, [1] *vel quinquaginta annis feliciter expertam amicitiam nunc incognitæ, quondam infideli, præferendam. Eſſe etiam momenti aliquid ad conſilium, quod Carthaginienſibus ita pax negari poſſit, ut non utique in præſentia bellum cum eis geratur: cum Romanis extemplo aut pacem, aut bellum habendum.* Quo minus cupiditatis ac ſtudii viſa eſt oratio habere, eo plus auctoritatis habuit. Adjectum eſt prætoribus ac delectis ſenatorum militare etiam conſilium. juſſi & duces ordinum præfectique auxiliorum ſimul conſulere. [2] Quum ſæpe acta res eſſet magnis certaminibus, poſtremo quia belli cum Romanis gerendi ratio nulla apparebat, pacem fieri placuit. [3] mittique cum eis legatos ad
29 rem confirmandam. [4] Dies haud ita multi interceſſerunt, quum ex Leontinis legati præſidium finibus ſuis orantes venerunt. Quæ legatio peropportuna viſa ad multitudinem inconditam ac tumultuoſam exonerandam, duceſque ejus ablegandos. Hippocrates prætor ducere eo transfugas juſſus: ſecuti multi ex auxiliis mercenariis, quatuor millia armatorum effecerunt. Et mittentibus & miſſis ea læta expeditio fuit. nam & illis, quod jam diu cupiebant, novandi res occaſio data eſt, & hi ſentinam quandam urbis rati exhauſtam, lætabantur. cæterum levaverunt modo in præſentia velut corpus ægrum, quo mox in graviorem morbum recideret. Hippocrates

deeſſe reperias, contra quam ſtatuit Glareanus, qui ſubaudit verbum *oſtendere*. Sigonius.

1 *Vel quinquaginta annis*] Glareano videtur deſiderari verbum *oſtendere*, ut ſit ſenſus Hieronis potius auctoritatem ſequendam; id oſtendere amicitiam L annis fideliter expertam. Sigonius, ſi recte attendas, nihil huic ſententiæ deeſſe repertum iri: hoc tantum. Sed certe aliquid infuſcatum eſt. Scribe: *ſequendam in ſocis legendis, & quinquaginta annis feliciter expertam*. J. Fr. Gronovius.

2 *Quum ſæpe acta res eſſet mediis certaminibus*] Put. *maeris certaminibus*. Scribe: *magnis certaminibus*. Idem.

3 *Mittique cum eis legatos*] Forte: *mittique legatos ad rem cum eis confirmandam*. Idem.

4 *Dies haud ita multi interceſſerant*] Noſtri & præcipue Put. *interceſſerunt*. Addunt etiam pronomen: *qua legatio peropportuna viſa*. Opportune, exiſtimo. *Idem*.

1 *Re-*

pocrates enim finitima provinciæ Romanæ primo furtivis excurſionibus vaſtare cœpit: deinde, quum ad tuendos ſociorum agros miſſum ab Appio præſidium eſſet, omnibus copiis impetum in oppoſitam ſtationem cum cæde multorum fecit. Quæ quum eſſent nunciata Marcello, legatos extemplo Syracuſas miſit, qui pacis fidem ruptam eſſe dicerent: nec belli defuturam unquam cauſſam, niſi Hippocrates atque Epicydes, non ab Syracuſis modo, ſed totâ procul Sicilia ablegarentur. Epicydes ne aut reus criminis abſentis fratris præſens eſſet, aut deeſſet pro parte ſua concitando bello; profectus & ipſe in Leontinos, quia ſatis eos adverſus populum Romanum concitatos cernebat, avertere etiam ab Syracuſis cœpit. *Nam ita eos pacem pepigiſſe cum Romanis, ut quicumque populi ſub regibus fuiſſent, & ſuæ ditionis eſſent; nec jam libertate contentos eſſe, niſi etiam* [1] *regant ac dominentur. Renunciandum igitur eis eſſe, Leontinos quoque æquum cenſere liberos eſſe: vel quod in ſolo urbis ſuæ tyrannus ceciderit, vel quod ibi primum conclamatum ad libertatem, relictiſque regiis ducibus Syracuſas ſit concurſum. Itaque aut eximendum id de fœdere eſſe, aut legem eam fœderis non accipiendam.* Facile multitudini perſuaſum: legatiſque Syracuſanorum & de cæde ſtationis Romanæ querentibus, & Hippocratem atque Epicydem abire, ſeu Locros, ſeu quo alio mallent, dummodo Sicilia cederent, jubentibus; ferociter reſponſum eſt, Neque mandaſſe ſeſe Syracuſanis, ut pacem pro ſe cum Romanis facerent: neque teneri alienis fœderibus. Hæc ad Romanos Syracuſani detulerunt: abnuentes Leontinos

1 *Regant ac dominentur*] Male junguntur hæc verba, quorum alterum eſt invidioſiſſimum & eorum, qui nihil penſi habent; alterum qui cum modo imperant & ſecundum leges, quod quidem huc non convenit. Itaque ſtatim arripui, ſimul in Cantabrig. reperi: *regnent ac dominentur.* Nunc idem à Salmatio ex Put. notatum cerno, ut dubitare ultra non liceat. In ipſo Livio obſerves, τὸ *regnare* regibus & αὐτοκράτορσι, dynaſtis aut impotentibus imperii magiſtratibus dari, *regere* magiſtratibus non incivilibus, in libertate ac Romanis. 6, 40. *Perpetuos, ſi Dis placet, tribunos, tantum licentiæ novem annis, quibus regnant, ſumpſiſſe.* Jac. Gron.

nos in ſua poteſtate eſſe. itaque integro ſecum fœdere bellum Romanos cum iis geſturos. neque ſeſe defuturos ei bello; ita, ut in poteſtatem redacti, ſuæ rurſus ditionis eſſent, ſicut pax conveniſſet. Marcellus cum omni exercitu profectus in Leontinos, Appio quoque accito, ut altera parte aggrederetur, tanto ardore militum eſt uſus [1] ab ira inter conditiones pacis interfectæ ſtationis, ut primo impetu urbem expugnarent. Hippocrates atque Epicydes, poſteaquam capi muros refringique portas viderunt, in arcem ſeſe cum paucis recepere. inde clam nocte Herbeſſum perfugiunt. Syracuſanis octo millium armatorum agmine profectis domo, ad Mylam flumen nuncius occurrit, captam urbem eſſe; cætera falſa mixta veris ferens: cædem promiſcuam militum atque oppidanorum factam, [2] nec quemquam puberem arbitrari ſupereſſe. direptam urbem: bona locupletum donata. Ad nuncium tam atrocem conſtitit agmen: concitatiſque omnibus, duces (erant autem Soſis ac Dinomenes) quid agerent conſultabant. [3] Terroris ſpeciem haud vanam mendacio præbuerant verberati ac ſecuri percuſſi transfugæ ad duo millia hominum. cæterum Leontinorum militumque aliorum nemo poſt captam urbem violatus fuerat: ſuaque omnia eis, niſi quæ primus tumultus captæ urbis abſumpſerat, reſtituebantur. [4] Nec ut Leontinos irent,

1 *Ab ira inter conditiones pacis interfectæ*] Lectio à Lipſio introducta auctores habet omnes noſtros. Vulgo: *ob iram*. Malim etiam *conditionem*, dum pax conditur, dum de pace paciſcenda agitur. *J. Fr. Gron.*

2 *Nec quemquam puberem arbitrari ſupereſſe*] Put. Pet. melior, Men. Voſſ. *quicquam*. Scribe: *nec quicquam pubetum*. Idem.

3 *Erroris ſpeciem haud vanam mendacio præbuerant*] Quid eſt *ſpeciem erroris præbere mendacio*. Si velimus defendere, non poteſt explicari aliter quam ut ſit extenuare mendacium & efficere, ut pro errore habeatur. Placet potius: *Terroris ſpeciem haud vanam mendacio præbuerant*. Id eſt; ut hoc mendacium vim terrendi haberet, fecerunt verberati illi. Petav. clare: *Terrori*. Mendum contrarium ſuperius ſuſtulimus. Schelius malebat: *Rumoris ſpeciem haud vani*. Idem.

4 *Nec ut Leontinos irent*] Vet. lib. *Ut in Leontinos irent*. Sigonius.

Nec ut in Leontinos ir.] Put. & alii ſcripti editique neſciunt præpoſitionem, quam adlevit Sigonius, immemor

irent, proditos ad cædem commilitones querentes, perpelli potuere, nec ut eodem loco certiorem nuncium exſpectarent. Quum ad defectionem inclinatos animos cernerent Prætores, ſed eum motum haud diuturnum fore, ſi duces amentiæ ſublati eſſent; exercitum [1] ducunt Megaram. ipſi cum paucis equitibus Herbeſſum proficiſcuntur: ſpe territis omnibus per proditionem urbis potiundæ. quod ubi fruſtra eis fuit inceptum, vi agendum rati, poſtero die Megaris caſtra movent, ut Herbeſſum omnibus copiis oppugnarent. Hippocrates & Epicydes, non tam tutum prima ſpecie, quam unum ſpe undique abſciſſa conſilium eſſe rati, ut ſe militibus permitterent, & aſſuetis magna ex parte ſibi, & tum fama cædis commilitonum accenſis, obviam agmini procedunt. Prima forte ſigna ſexcentorum Cretenſium erant, qui apud Hieronymum meruerant ſub eis, & Annibalis beneficium habebant; [2] capti ad Traſimenum inter Romanorum auxilia, dimiſſique. quos ubi ex ſignis armatorumque habitu cognovere Hippocrates atque Epicydes, ramos oleæ ac velamenta alia ſupplicum porrigentes, orare, ut reciperent ſeſe, receptoſque tutarentur, neu proderent Syracuſanis: à quibus mox ipſi trucidandi populo Romano dederentur. Enimvero conclamant, bonum 3
ut animum haberent. omnem ſe cum illis fortunam ſubituros. Inter hoc colloquium ſigna conſtiterant, tenebaturque agmen: nec dum quæ moræ cauſſa foret, perveneratur

memor *Leontinos* & urbis & populi nomen eſſe, ut *OEniada, Pariſii, Andes.* Cicero 4 Verr. *Leontinus, miſera in civitate atque inani, tamen iſtius in gymnaſio ſtatua dejecta eſt.* Lib. 3. *C. Matrinium, Leontinus, in foro biduum tenuit.* Statimque: *biduum Leontinus, in foro, cuſtodiis Apronii retentum.* Noſter infra: *ſicut Leontinos terrore ac primo impetu ceperant.* Idem.

1 *Ducunt Megaram*] Urbs Siciliæ Megara, quæ ante Hybla dicebatur auctore Stephano. Hanc etiam *Megaras* vocat Livius. Et Plutarchus in Marcello, Μεγαρίας πόλιν, forte pro Μεγαρεῖς. *Sigonius.*

2 *Capti ad Traſimenum inter Romana auxilia*] Omnes Gallici, Pall. Voſſ. *Romanorum.* Statim: *ex ſignis armaturumque habitu*] Scripti: *armaturum habituque.* Lege igitur: *ex ſignis armorum habitusque.* J. Fr. Gron.

1 *Poſt-*

venerat ad duces. [1] poſtquam Hippocraten atque Epicyden adeſſe pervaſit rumor, fremituſque toto agmine erat, haud dubie approbantium adventum eorum; extemplo Prætores citatis equis ad prima ſigna perrexerunt, Qui mos ille, quæ licentia Cretenſium eſſet; rogitantes, colloquia ferendi cum hoſte, injuſſuque prætorum miſcendi eos agmini ſuo. [2] Comprendi injicique catenas juſſerunt Hippocrati. ad quam vocem tantus extemplo primum [3] à Cretibus clamor eſt ortus, deinde exceptus ab aliis, ut facile, ſi ultra tenderent, appareret eis timendum eſſe. Solliciti incertique rerum ſuarum, Megaram, unde profecti erant, referri ſigna jubent, nunciosque de ſtatu præſenti Syracuſas mittunt. Fraudem quoque Hippocrates addit, inclinatis ad omnem ſuſpicionem animis: & Cretenſium quibuſdam ad itinera inſidenda miſſis, velut interceptas literas, quas ipſe compoſuerat, recitat: [4] *Prætores Syracuſani Cos. Marcello.* ſecundum ſalutem, ut aſſolet, ſcriptum erat: *Recte eum atque ordine feciſſe, quod in Leontinis nulli pepercisſet. Sed omnium mercenariorum mi-*

litum eandem eſſe cauſſam, nec umquam Syracuſas quieturas, donec quicquam externorum auxiliorum, aut in urbe aut in exercitu ſuo eſſet. itaque daret operam, ut eos qui cum ſuis præ-

1 *Poſtquam Hippocratem atque Epicydem adeſſe*] Optimus: *Hippocraten atque Epicyden.* Deinde nuſquam τὸ *adeſſe.* Recte, intelligitur enim, *cauſſas moræ eſſe.* J. Fr. Gron.

2 *Comprendi vincirique catenis juſſerunt Hippocratem*] Omnis ſcripta bonorum librorum lectio: *injicique* (vel *inicique*) *catenas juſſerunt Hippocrati.* Nimirum delendum eſt, τὸ *Hippocrati*; neque enim ratio eſt, cur huic potius, quam & alteri. Imitatur Livius breve imperium, quod fuerat: *Comprendite. injicite catenas.* Et forte fuit: *comprenderent, injicerentque catenas. Ad quam vocem.* Idem.

3 *A Cretenſibus clamor eſt ortus*] Quia in optimo eſt *Crentibus*, veriſimile eſt *Cretibus* ſcripſiſſe Livium. Cicero 2 Tuſc. *Cretum quidem leges, quas ſive Jupiter ſive Minos ſanxit, de Jovis quidem ſententia.* Lib. 1 de Legib. *Ut ille cum Crete Clinia & cum Lacedæmonio Megillo.* Cæſar 2 Gall. *Numidas & Cretas ſagittarios & funditores Baleares.* Idem.

4 *Prætores Syracuſani Marcello ſuo ſalutem*] Duæ poſtremæ voces veteres libros nullos habent fundos, & ſane quod ſequitur: *ſecundum ſalutem*; ſpuriam arguit alteram. Put. & Pet. *Syracuſanos.* Verum eſt ergo: *Prætores Syracuſani Cos. Marcello. Secundum ſalutem* &c. *Idem.*

1 *Re-*

prætoribus caſtra ad Megaram haberent, in ſuam poteſtatem redigeret, ac ſupplicio eorum liberaret tandem Syracuſas. Hæc quum [1] recitata eſſent; cum tanto clamore ad arma diſcurſum eſt, ut prætores inter tumultum pavidi adequitaverint Syracuſas: & ne fuga quidem eorum ſeditio compreſſa eſt, impetuſque in Syracuſanos milites fiebant. nec ab ullo temperatum foret, ni Epicydes atque Hippocrates iræ multitudinis obviam iſſent: non à miſericordia aut humano conſilio, ſed ne ſpem reditus præciderent ſibi, & quum ipſos ſimul milites fidos haberent, ſimul obſides; tum cognatos quoque eorum atque amicos tanto merito primum, dein pignore ſibi conciliarent: expertique quam vana aut levi aura mobile vulgus eſſet, militem nancti ex eo numero, qui in Leontinis circumſeſſi erant, ſubornant; ut Syracuſas perferret nuncium convenientem eis, quæ ad Mylam falſo nunciata erant: auctoremque ſe exhibendo, ac velut viſa quæ dubia erant, narrando, concitaret iras hominum. Huic non apud vulgum modo fides fuit, ſed ſena- 37
tum quoque [2] in curiam introductus movit. haud vani quidam homines palam ferre, perbene detectam in Leontinis eſſe avaritiam & crudelitatem Romanorum. eadem ſi intraſſent Syracuſas, aut fœdiora etiam, quo majus ibi avaritiæ præmium eſſet, facturos fuiſſe. Itaque claudendas cuncti portas, & cuſtodiendam urbem cenſere. ſed non ab eiſdem omnes timere, nec eoſdem odiſſe. [3] ad militare genus omne, partemque magnam plebis

1 *Recitata eſſent, tanto*] Scripti: *cum tanto clamore ad arma diſcurſum eſt*: Item, *adequitaverint Syracuſas*, non *obequitaverint*, & *impetuſque in Syracuſanos milites fiebant*, non *fiebat*. ut alibi monitum. *J. Fr. Gron.*

2 *In curiam introductus movit*] Placet τὸ *movit*, etſi Pet. *monuit*. Pal. Men. *ammonuit*. Put. *monuit haud vani quiddam homines palam ferre perbene*. Pet. quoque & Men. *ferre*, non *ferrent*: ut & Voſſianus, cui *haud* etiam, non *ut*. Poſſis: *movit. Haud vani quidam homines palam ferre, perbene detectam* &c. Quidam etiam prudentium palam ferebant. *Idem.*

3 *Apud militares pœne omnes partemque magnam plebis*] Plurimi: *ad militares ſenes omnes*. Quidam: *ad militares ſerius omnem*. Put. *ad militare ſenus omnem*.

plebis inviſum eſſe nomen Romanum. Prætores optimatumque pauci [1] quamquam inflati vano nuncio erant, tamen ad propius præſentiuſque malum cautiores eſſe. Et jam ad Hexapylum erant Hippocrates atque Epicydes: ferebanturque colloquia per propinquos popularium, qui in exercitu erant, ut portas aperirent, ſinerentque communem patriam defendi ab impetu Romanorum. Jam, unis [2] foribus Hexapyli apertis, cœpti erant recipi, quum Prætores intervenerunt. & primo imperio miniſque, deinde auctoritate, deterrendo, poſtremo, ut omnia vana erant, obliti majeſtatis precibus agebant, ne proderent patriam, tyranni ante ſatellitibus, & tum corruptoribus exercitus. [3] Sed ſurdæ ad hæc omnia aures concitatæ multitudinis erant, nec minore intus vi quam foris portæ effringebantur: effractiſque omnibus tuto in Hexapylo agmen receptum eſt. Prætores in Achradinam cum juventute popularium confugiunt. mercenarii milites perfugæque, & quicquid regiorum militum Syracuſis erat, agmen hoſtium augent. Ita Achradina quoque primo impetu capitur, [4] prætoreſque (niſi qui inter tumul-

omnem. Scribendum: *ad militare genus omne partemque magnam plebis.* Sic lib. 44. *Agrianes & Peneſtæ Illyrii vocantur, bellicoſum utrumque genus.* Eodem libro: *Thraces navibus ſe committere non auſi, domos dilapſi, & alia militaris generis turba.* Cicero lib. 4 Fam. 7. *Neque te conſilium civilis belli ita gerendi, neque copiæ Cnæi Pompeii, nec genus exercitus probare.* J. Fr. Gron.

1 *Quamquam inflati*] Hoc verbum pertinet ad inſoleſcentes fortuna, quæ his adfectio procul. Utrum igitur *adflati*, id eſt, icti: *Fulminis adflavit ventu:* an *inflammati:* ut Cicero pro Flacco: *Habetis cauſam inimicitiarum, qua cauſa inflammatus Decianus.* Niſi *inflatus*, ut *turgens ira, in fermento.* Idem.

2 *Foribus Hexapyli*] *Hexapylum* dicitur pars urbis poſtrema, in qua ſex portæ ſunt, per quas ex urbe egreſſus eſt. Sic *Dipylon* Athenis fuit, cujus meminit Livius & Polybius. Sic *Tetrapylon* Cæſareæ in Palæſtina, cujus mentio eſt in Expoſitione totius mundi. *Henr. Valeſius.*

3 *Sed ſurdæ adeo omnium aures concitatæ multitudinis erant, quod non minore*] Put. *ſed ſurdæ ad homnium aures.* Manus ſecunda *aec* adpoſuerat. Non male, ut puto. Scribendum enim: *Sed ſurdæ ad hæc omnia aures concitatæ multitudinis erant, nec minore intus vi quam foris portæ effringebantur, effractiſque* &c. Nam ſic quoque concinnat cætera Put. habetque conſentientem meliorem Petavianum. Denique Put. *tuto Hexapylo agmen receptum eſt.* ſine τῷ *in.* J. Fr. Gron.

4 *Prætoreſque omnes interficiuntur*] Cantabrig. *prætorumque omnes.* Nec au-

ſim

tumultum effugerunt) omnes interficiuntur. nox cædibus finem fecit. Postero die servi ad pilcum vocati, & carcere vincti emissi: confusaque hæc omnis multitudo Hippocratem atque Epicydem creant prætores, Syracusæque, quum breve tempus libertas affulsisset, in antiquam servitutem reciderunt. Hæc nunciata quum essent Romanis, ex Leontinis mota sunt extemplo castra ad Syracusas. Et ab Appio legati per portum missi forte in quinqueremi erant. præmissa quadriremis, quum intrasset fauces portus, capitur: legati ægre effugerunt. Et jam non modo pacis, sed ne belli quidem jura relicta erant: quum Romanus exercitus [1] ad Olympium (Jovis id templum est) mille & quingentis passibus ab urbe castra posuit. Inde quoque legatos præmitti placuit: quibus ne intrarent urbem, extra portam Hippocrates atque Epicydes obviam cum suis processerunt. Romanus orator *non bellum se Syracusanis, sed opem auxiliumque afferre*, ait: *& eis qui ex media cæde elapsi perfugerint ad se, & eis, qui metu oppressi, fœdiorem, non exilio solum, sed etiam morte, servitutem patiantur. Nec cædem nefandam sociorum inultam Romanos passuros. Itaque si eis qui ad se perfugerunt, tutus in patriam reditus pateret, [2] ac cædis auctores dedantur, & libertas legesque Syracusanis restituantur, nihil armis opus esse. si ea non fiant, quicumque in mora sit, bello persecuturos.* Ad ea Epicydes, *si quæ ad se mandata haberent, responsum eis*, ait, *se daturos fuisse: quum in eorum ad quos venerint manu, res Syracusana esset, tum reverterentur. Si bello lacessant, ipsa re intellecturos, nequaquam idem esse Syracusas ac Leon-*

33

sim rejicere, quum sic rursum Livius lib. 31. *Macedonum fere omnibus & quibusdam Andriorum.* Nam lib. 10 cap. 31, ad quem is locus citatur, suspecta etiam verba sunt. 29, 29. *Capusa cum multis principum.* Jac. Gron.

1 *Ad Olympium, Jovis id templum est*] Thucydides Ὀλυμπιεῖον vocat libro 7. Hujus templi Jovis Olympii Syracusis meminit libro 16 Diodorus, ita: κατέστη πρὸ τῆς πρὸς ἑαυτὸν ἐπιμαχείου ἀρχῆς, διὸ Ἀμιλκίαν Διὸς Ὀλυμπίου οἱ Συρακόσιοι καλοῦσι. *Sigonius.*

2 *Ac cædis auctores dedantur*] Copulativa ignoratur à Voss. Gud. *J. Fr. Gron.*

Leontinos oppugnare. Ita legatis relictis portas clausit. Inde terra marique simul cœptæ oppugnari Syracusæ: terra ab Hexapylo, mari ab Achradina, cujus murus fluctu alluitur. & quia sicut Leontinos terrore ac primo impetu ceperant, non diffidebant vastam disjectamque spatio urbem parte aliqua se invasuros; omnem apparatum
34 oppugnandarum urbium muris admoverunt. Et habuisset tanto impetu cœpta res fortunam, nisi unus homo Syracusis ea tempestate fuisset. [1] Archimedes is erat; unicus spectator cœli siderumque: mirabilior tamen inventor ac machinator bellicorum tormentorum, operumque, quibus ea quæ hostes ingenti mole agerent, ipse perlevi momento ludificaretur. Murum per inæquales ductum colles, [2] pleraque alta & difficilia aditu, summissa quædam, & quæ planis vallibus adire possent, ut cuique aptum visum est loco, ita omni genere tormentorum instruxit. Achradinæ murum, qui ut ante dictum est, mari alluitur, ex quinqueremibus Marcellus oppugnabat. Ex cæteris navibus sagittarii funditoresque, & velites etiam, quorum telum inhabile ad remittendum imperitis est, vix quemquam sine vulnere consistere in muro patiebantur. Hi, quia spatio missilibus opus est, procul muro tenebant naves. [3] junctæ aliæ binæ ad quinqueremes, demptis interioribus remis, ut latus

1 *Archimedes is erat*] Supervacaneum τὸ *is*. Sic enim loquebantur. Cap. 37. *L. Pinarius erat, vir acer.* Lib. 7. *M. erat Valerius, tribunus militum.* Lib. 25. *Masinissa erat juvenis, eo tempore socius Carthaginiensium.* Cicero pro Quinctio: *C. Quinctius fuit, P. Quinctius hujus frater.* Ubi vide Manucium. *J. Fr. Gron.*

2 *Pleraque alta & difficilia aditu*] Put. Vossi. Gud. *& difficilia aditus.* Lege: *pleraque alta & difficilis aditus.* Idem.

3 *Juncta alia bina ad quinqueremes - - - turres contabulatas, - - - portabant*] Hoc sic Plutarchus in Marcello: ὡσὶ δ μεγάλαι ζεύγμασι πᾶν ὀκλὸν πρὸς ἀλλήλας συνδεδυμέναι μηχανὴ ἄρας ἐπέπλει πρὸς τὸ τεῖχος. Uterque horum à Polybio sumpsit, qui libro 8 ita scribit: Ἅμα δ πάτοις ὀκλῳ πεντήρεσι συζευγμέναις τοὺς τετρεῖς, ταῖς μὲ τοὺ δεξιὸς, ἡ δὲ τοὺ βιαιότατος, ἐ συνεζευγμέναις πρὸς ἀλλήλας συὶ δύο ἐπιλωμένας πύργους, προσῆγον πρὸς τὸ τεῖχος. Ἀφ᾽ ἡ τῶν ἐκ τοὺ πύργου εἰρεσίας τὰς λεγομένας σαμβυκας. Quas Polybius σαμβυκας dixit, *turres contabulatas* vertit Livius. Porro autem cum uterque Græcorum horum auctorum

latus lateri applicaretur: quum exteriore ordine remorum velut naves agerentur, turres contabulatas, machinamentaque alia quatiendis muris portabant. Adversus hunc navalem apparatum Archimedes variæ magnitudinis tormenta in muris disposuit. in eas quæ procul erant naves saxa ingenti pondere emittebat: propiores levioribus, eoque magis crebris petebat telis: postremo ut sui vulnere intacti tela in hostem ingererent, [1] murum ab imo ad summum crebris cubitalibus fere cavis aperuit: per quæ cava pars sagittis, pars scorpionibus modicis ex occulto petebant hostem. [2] Quæ propius quædam subibant naves, quo interiores ictibus tormentorum essent; [3] in eas tollenone super murum eminente ferrea manus firmæ catenæ illigata quum injecta proræ esset; gravi libra-

ctorum octo quinqueremes nominet, quæ binæ conjunctæ fuerint exemptis remis interioribus, suspicor ne quid vitii sit apud Livium, præsertim vero cum Polybii locum hunc ad verbum verterit, sitque legendum: *junctæ aliæ binæ ad octo quinqueremes.* Sigonius.

1 *Murum ab imo ad summum crebris cubitalibus fere cavis aperuit*, &c.] Polybius sic: Γεωμέτρων δ' αὐτῶν ἐντὸς βέλους πρὸς τῇ γῇ, πάλιν ἑτέραν ἐτοιμάζει παραβολὴν πρὸς τοὺς ἀπομαχομένους ἐκ τῶν πλοίων. εἰς ἀνδρομάχης ὕψος καταπύκνωσι πήμασι τὸ τεῖχος, εἰς παλαιστιαίους τὸ μέγεθος καὶ τοὺς ἐντὸς ὀπὰς εἶναι. οἷς τοξότας καὶ σκορπίδια παρεκτήσας ἐντὸς τοῦ τείχους, καὶ βάλλων ἀφθόνως τούτων, ἀχρήστους ἐποίει τοὺς ὀπλίτας. *Idem.*

2 *Quæ propius quidem subibant naves, quo interiores ictibus tormentorum essent*] Put. Pet. Men. *quaedam*, non *quidem*. Forte: *propius mœnia*. Nec placet τὸ *quo*. non enim ideo subibant mœnia, ut missilia, quibus opus esset spatio, eluderent, sed ut de propinquo ea convellerent. Est igitur hæc ratio, cur Archimedes adversum eas alia fuerit arte usus, & scribendum, *quod interiores*. J. Fr. Gron.

3 *In eas tollendas desuper murum eminentem ferrea manus firma catena illigata* &c.] Pulcherrimus locus ita deformatus est, ut nulla neque sententiæ neque Latinitatis adsit integritas. Describit autem machinamenti rationem, quo Archimedes navalem belli apparatum, & oppugnationem Syracusarum elusit. Vitium vero est in his vocibus: *in eas tollendas desuper murum eminentem.* Quæ quid ad rem pertineant, non satis apparet. Ego autem vestigia germanæ lectionis sequutus, quæ sunt in vet. lib. hoc modo: *in eas tollendo desuper murum eminente ferrea manu.* corrigendum puto: *in eas tollenone super murum eminente ferrea manu.* Est autem *tolleno* machina quæ ferrea manu sibi illigata naves in altum suspendebat. De qua sic Festus: *Tolleno dicitur machinæ genus, quo trahitur aqua in alteram partem pragravante pondere.* Et Vitruvius libro 4 cap. 21. *Tolleno dicitur quoties una trabi in terram praalte defigitur, cui in summo vertice alia transversa trabs longior dimensa meditate connectitur ea*

bramento plumbi recellente ad ſolum, ſuſpenſa prora, navim in puppim ſtatuebat: dein remiſſa ſubito, velut ex

libramento, ut ſi unum caput depreſſeris, aliud erigatur. Eſt autem uſus hac voce Livius libr. etiam 38. *In arietes tollenonibus libramenta plumbi, aut ſaxorum ſtipiteſve robuſtos incutiebant.* Eſt autem hic horum verborum ordo. Tollenone ſuper murum emiſſo Archimedes prora navis ſuſpenſa è ferrea manu firmæ catenæ illigata, cum eadem manus injecta proræ eſſet, & gravi libramento ad ſolum recelleret, ſtatuebat navim ipſam in puppim. Hoc autem ſic Polybius lib. 8. Ἅμα ὃ καὶ καθῆπτε χεῖρα σιδηρᾶν ἐξ ἀλύσεως διδεμένην, ἣ δραξάμενος ὁ τὴν μηχανὴν οἰακίζων ἔδει ὁπλάζοντο τῆς πρῴρας, κατῆγε τὴν πρῷραν ἡ μηχανὴς ἐντὸς τοῦ τείχους. ὅτε δὲ κρεμάζων τὴν πρῷραν ὀρθὴν ποήσειε τὸ σκάφος ἐπὶ πρύμναν, τὰς μὲν πρῴρας τῶν ὁρμένων εἰς αἰώρητον καθῆκε· τῆς δὲ χειρὸς καὶ τῆς ἁλύσεως ἐξάπτων λίθος τινὰς βάρους, τὰς μὲν πλείστας τῶν πρῳρῶν ἀπὸ ὕψους ῥιπτούσας βαπτιζόμενα, πλήρη θαλάττης ἐμίγνυτο καὶ παρεχῆς. Et Plutarchus ita in Marcello: Ταῖς δὲ ναυσὶν ἀπὸ τοῦ τειχοῦς ἄρας ὑφαιωρούμενας χειρᾶς, τὰς μὲν ὑπὸ βείθρας σημείοντος ἄνωθεν ὠθοῦσαν κατίσχυον εἰς βυθὸν, τὰς δὲ χερσὶ σιδηραῖς, ἢ στόμασιν εἰκασμένοις γεράνων ἀναπτώσας πρῴρας ἐρθὰς ἐπὶ πρύμναν ἀνεκάπτιζον. Hic ſenſus atque hæc lectio cum & Polybii, unde Livius, & Plutarchi, qui à Livio ſumpſit, verbis confirmetur, ſatis magnam apud quemque, ut reor, habebit auctoritatem. *Sigonius.*

In eas tollendas deſuper murum eminentem ferrea manus] Suum cuique: Sigonius (à quo, prope dixerim, jejune laudem eam avertit Fulvius) hic egregiam operam Livio præſtitit. Nam Put. *tolenno e ſuper murum eminenve.* Super poſterum *n* apparet manu ſecunda picta *d.* inde Pet. melior: *tolendo è ſuper:* & inter verſus adjecta eſt altera *l.* Sic Pet. ſequior, Men. Voſſ. tres Pall. *tollendo è ſuper.* Quæ eo diligentius notavi, ne quem turbet, quod ὁ πάνυ fallente memoria tradit ad Solinum p. 589, Græca voce *celones* legiſſe ſe ſcriptum in antiquiſſimo Livii exemplari. Vides autem trajiciendam eſſe literam, alteram addendam veterrimæ ſcripturæ ad veram lectionem conſtituendam: *in eas tollenone ſuper murum eminente ferrea manus.* Eſt autem *tolleno* machinæ genus, ut deſcripſit Vegetius, quoties trabi in terram prærupte defixæ in ſummo vertice alia tranſverſa longior dimenſa medietate connectitur eo libramento, ut ſi unum caput depreſſeris, alterum erigatur: idque ad onera levanda, ſive ſit aqua è puteo, ſive quidvis aliud. Plinius 19, 4. *Hortos villa jungendos non eſt dubium; rigueſque maxime habendos; ſi contingat, profluo amne; ſi minus è puteo rota organiſve pneumaticis vel tollenonum hauſtu.* Nam quod vulgo adjicitur *rigandos*, inſiticium puto: etſi Salmaſius conjiciat, *rigatos. Tellenones, telones, tollones*, voces ſunt barbaræ & nihili. Fruſtra ex Plauti Rudente citant ſive *telones* ſive *tollones.* Eſt enim error Hermolai, qui in depravatum codicem inciderat: *ſi Ptolemæo gratia eſt, hanc urnam cape mulier:* & corrigebat infeliciter, *telloni.* Nunc enim recte legitur: *Heus ſis, Ptolemocratia, cape urnam hanc tibi. Muliercula hanc neſcio qua huc ad me detulit.* act. 2 ſc. 5. Nec felicius in Columellæ loco: *Aut fons illacrimet putei non ſede profunda, Ne gravis hauſturis tollentibus ilia vellat.* Ptolemæus Flavius, *tollenibus.* Petrus Pithœus conjecit: *Ne labor hauſturis tendentibus.* Vel, *latus.* Omnia fruſtra. Scribe mecum: *Ne gravis hauſtus tolleno tibi ilia vellat.* Reſtat autem mendum in illis Livii, *gravique libramento plumbi* recel-

ex muro cadentem navim cum ingenti trepidatione nautarum [1] ita undæ affligebat, ut etiamsi recta reciderat, aliquantum aquæ acciperet. ita maritima oppugnatio est elusa, [2] omnisque vis est eo versa, ut totis viribus terra aggrederentur. Sed ea quoque pars eodem omni apparatu tormentorum instructa erat [3] Hieronis impensis curaque per multos annos, Archimedis unica arte. natura etiam

recelleret ad solum: etsi nihil scripti juvent. Non potest verbum *recelleret* referri, nisi ad nominativum priorem *ferrea manus*. Atqui ea ineptissime dicitur *recellere ad solum*: levatur namque in altum, postquam proram navis comprehendit, ipsum autem illud libramentum, ut pondere depressum trahat sursum ferream manum una cum præda prehensa, recellit ad solum. Vides necessario scribendum esse: *quum injecta prora esset, gravi libramento plumbi recellente ad solum suspensa prora navim in puppem statuebat*. Aut: *graveque libramentum plumbi recelleret*. Corvus ille vel manus ferrea tollenone super murum eminente, cui firma catena est alligata, demissa injicitur proræ: quo facto πλίνθος ἢ μηχανῆς seu grave libramentum plumbi, machina vel tormento elevatum dum manus illa descendit, relinquitur naturali suo motui (qui est deorsum tendere) & recellit ad solum: hoc cadente vicissim adscendit manus ferrea, proramque prehensam attrahit, suspenditque, atque ita navim in puppem statuit. Tum remittitur manus ἀλλ' ἐπὶ θάτερα χειρός, ut ait Polybius. Festus, *Recellere, reclinare, & excellere, in altum extollere*. J. Fr. Gron.

1 *Ita undæ affligebant, ut etiamsi recta recideret* &c.] Legendum puto, *affligebat*, ut vox *undæ*, sit casus dandi, non nominandi, hoc sensu: Archimedes qui suspensa prora navim in puppim statuebat, eadem remissa eandem undæ affligebat. Est autem dictum: *affligere undæ*, ut lib. 44 *vasa parietibus affligunt*. Et apud Ciceronem pro Rabirio: *Nec tuas unquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titii afflictam navim videres*. Hoc autem dixit Plutarchus: τοῖς ὑπὸ τὸ τεῖχος ἐκ πετρῶν κρημνοῖς ἢ σκοπέλοις προσπίπτουσι. Sigonius.

Adfligebant, ut etiamsi recta recideret] Scribendum cum libris optimis: *ita undæ adfligebat, ut etiamsi recta reciderat, aliquantum aquæ acciperet*. Illud enim verbum, ut & Sigonius vidit, pendet à voce *manus* non ab *undæ*, ut putarunt, qui fecerunt *adfligebant*. Implicatior sermo est per crebros ablativos: sic igitur accipe: manus ferrea per libramentum plumbi, quod ad solum recellit, sursum levata quum suspendit proram, navim statuit in puppim: dein remissa eadem manus ferrea navim cadentem ita adfligebat undæ &c. Propria notione *adfligere*, ut cum dicimus *adfligere terræ, solo*. de qua non sine commodo summi scriptoris nos etiam aliquid 4 Observ. 8. *J. Fr. Gron.*

2 *Omnisque vis est aversa*] Lege: *omnisque vis est eo versa, ut totis viribus*. Hoc significant libri, quamvis omnes vitiati, & ipse Put. qui habet: *omnisque quae ipse se adversa*. Libro sequenti: *& exercitum ejus se acciturum totumque eo versuros bellum*. Lib. 26. *Inter hæc vis omnis belli versa in Capuam erat*. Idem.

3 *Hieronis impensis, Archimedis unica arte*] Polybius: οἷς Ἱέρων μὲν χορηγὸς γενόμενος, ἀρχιτέκτων δὲ καὶ δημιουργὸς τῶν ὀπτανημάτων Ἀρχιμήδης. Sigonius.

etiam juvabat loci: quod ſaxum, cui impoſita muri fundamenta ſunt, magna ex parte ita proclive eſt, ut [1] non ſolum miſſa tormento, ſed etiam quæ pondere ſuo provoluta eſſent, graviter in hoſtem inciderent. eadem cauſſa ad ſubeundum arduum aditum inſtabilemque ingreſſum præbebat. Ita conſilio habito, quum omnis conatus ludibrio eſſet, abſiſtere oppugnatione, atque obſidendo tantum arcere terra marique commeatibus ho-
35 ſtem placuit. Interim Marcellus cum tertia fere parte exercitus ad recipiendas urbes profectus, quæ in motu rerum ad Carthaginienſes defecerant, [2] Helorum atque Herbeſſum [3] dedentibus ipſis recipit. [4] Megara vi capta diruit ac diripuit: ad reliquorum, ac maxime Syracuſanorum, terrorem. Per idem fere tempus & Himilco, qui ad Pachyni promontorium claſſem diu tenuerat, [5] ad Heracleam, quam vocant Minoam, quinque & viginti millia peditum, tria equitum, duodecim elephantos expoſuit. Nequaquam [6] cum quantis copiis ante tenuerat ad Pachynum claſſem: ſed, poſtquam ab Hippocrate occupatæ Syracuſæ erant, [7] profectus Carthagi-
nem,

1 *Non ſolum miſſa tormenta*] Put. *magna parte ita proclive eſt, ut non ſolum miſſa tormento.* Τὸ *ex* etiam ignorat Put. Veriſſime *tormento.* Curtius lib. 4. *Validis aſſeribus corvos & ferreas manus cum uncis & falcibus illigaverant, ut quum tormento aſſeres promoviſſent, ſubito laxatis funibus injicerent.* Auctor lib. 8 de bell. Gall. *Unde tormento miſſa tela in hoſtium cuneos conjici poſſent.* Noſter lib. 44. *Ubi propius ripam hoſtium ſubiſſent, tormentis miſſa etiam ad ultimos, perveniebant.* Et eodem libro: *Qui in navibus erant, ſaxu tormento emicantibus percutiebantur.* Appulejus lib. 8. *Et velut quodam tormento inquieta quiete excuſſa.* J. Fr. Gron.

2 *Pelorum atque Herbeſſum*] Optimus *Helorum.* nam & urbs Siciliæ Ἕλωρος. Plinius lib. 32, 2. *Sed quæ veteres prodidere in ſtagnis, nos in piſcinis admirati in Eloro Siciliæ caſtello non procul Syracuſis.* Diodorus lib. 13. Ἀφ' Ἑλωρίδος πόλεως. *Idem.*

3 *Dedentibus ipſis recepit*] Put. uterque Pet. Men. *recipit.* Idem.

4 *Megaram vi captam*] Put. & Pet. melior, *Megara vi capta diruit.* Atque ita repone. Noſter ſupra: *Megara caſtra movent.* Idem.

5 *Ad Heracleam, quam vocant Minoam*] Urbs Siciliæ de qua Stephanus in utraque voce: & Suidas. *Sigonius.*

6 *Cum tantis copiis*] Optimi: *Nequaquam cum quantis copiis ante tenuerat.* J. Fr. Gron.

7 *Profectus Carthaginem, accituſque ibi, & ab leg. Hipp. & literis Annib. q. v. t. ajebat*] Qui, *accitus ibi,* ſcribit: vere portenta

nem, adjutuſque ibi & ab legatis Hippocratis, literiſque Annibalis, qui veniſſe tempus ajebat Siciliæ per ſummum decus repetendæ, & ipſe haud vanus præſens monitor facile perpulerat, ut quantæ maximæ poſſent, peditum equitumque copiæ in Siciliam trajicerentur. Adveniens Heracleam, intra paucos dies inde Agrigentum recipit: aliarumque civitatum, quæ partis Carthaginienſium erant, adeo accenſæ ſunt ſpes ad pellendos Sicilia Romanos, ut poſtremo etiam qui obſidebantur Syracuſis, animos ſuſtulerint: & parte copiarum ſatis defendi urbem poſſe rati, ita inter ſe munera belli partiti ſint, ut Epicydes præeſſet cuſtodiæ urbis, Hippocrates Himilconi conjunctus, bellum adverſus Conſulem Romanum gereret. Cum decem millibus peditum, [1] quingentis equitibus nocte per intermiſſa cuſtodiis loca profectus, caſtra [2] circa Acrillas urbem ponebat. Munientibus ſupervenit Marcellus, ab Agrigento jam occupato, quum fruſtra eo prævenire hoſtem feſtinans tetendiſſet, rediens; nihil minus ratus, quam illo tempore ac loco Syracuſanum ſibi exercitum obviam fore; ſed tamen metu Himilconis Pœnorumque (ut quibus nequaquam eis copiis quas habebat, par eſſet) quam poterat maxi-

tenta ſcribit. Vet. lib. habent, *adituſque ibi*. Quid eſt, *literis Annibalis aditus?* nihil aliud niſi linguæ Latinæ monſtrum. Legendum ergo *alteriuſque*, ut intelligamus, Imilconem ab legatis Hippocratis, & alteris Annibalis Carthagine eſſe aditum. nam in veteribus libris eſt, *& literiſque*, præterea, *qui veniſſe tempus ajebant*, non *ajebat*, ut ad utrumque referatur. *Sigonius.*

Profectus Carthaginem, adjutuſque ibi] Quod conjecerat Lipſius, plane Put. immo & minoris dignitatis libri. Sigonius, *aditurque ibi & ab legatis Hippocratis & alteris Hannibalis*: fruſtra. Quod vulgo eſt, *accituſque ibi*, recte ſoloeciſmi appellant Valla, Sigonius, & Lipſius; recte etiam Villiomarus *ubique ire*: Velleii ævo utique, fruſtra obnitente malæ cauſſæ Titianæ patrono Alberico Gentile lib. 2 de Nuptiis. *J. Fr. Gron.*

1 *Quingentis equitibus*] Voſſ. Gud. *equitum*. Idem.

2 *Circa Accillas urbem*] Vet. lib. *Acrillas*, atque ita puro legendum. Nam Stephanus poſt Ἀκραιρίαι urbem ſic ait: Ἀκρίλλαι πόλις Σικελίας ἐ πόρρω Συρακουσῶν. τὸ ἐθνικὸν Ἀκριλλαῖος. Idem mendum eſt apud Plutarchum in Marcello, qui inquit: εἶλε δὲ τὸ Ἱππακρίτης πρὸς Ἀκίλας στρατόπεδον. *Sigonius*

maxime intentus, atque agmine ad omnes casus compo-
36 sito ibat. Forte ea cura, quæ erat adversus Pœnos præparata, adversus Siculos usui fuit. Castris ponendis incompositos ac dispersos nactus eos & plerosque inermes, quod peditum fuit, circumvenit: eques levi certamine inito, cum Hippocrate [1] Acras perfugit. Ea pugna deficientes ab Romanis quum cohibuisset Siculos, Marcellus Syracusas rediit: & post paucos dies Himilco adjuncto Hippocrate [2] ad flumen Anapum, octo ferme inde millia castra posuit. Sub idem fere tempus & naves longæ quinque & quinquaginta Carthaginiensium cum Bomilcare classis præfecto in magnum portum Syracusas ex alto decurrere, & Romana item classis, triginta quinqueremes, legionem primam Panormi exposuere, versumque ab Italia bellum: adeo uterque populus in Siciliam [3] intentus fuisse videri poterat. Legionem Romanam, quæ exposita Panormi erat, venientem Syracusas prædæ haud dubie sibi futuram Himilco ratus, via decipitur. mediterraneo namque Pœnus itinere duxit: legio, maritimis locis classe prosequente, ad Appium Claudium Pachynum cum parte copiarum obviam progressum, pervenit. [4] Nec diutius Pœni ad Syracusas morati sunt, & Bomilcar simul parum fidens navibus suis, [5] duplici facile numero classem habentibus Romanis, simul inutili mora cernens nihil aliud ab suis quam inopia aggravari socios, velis in altum datis in Africam transf-

1 *Acras perfugit*] Ἄκρας τὰ Συρακουσίων κλίσμα· Stephanus. *Sigonius.*

2 *Ad flumen Anatim*] *Anatis* fluvius est Africæ, ut Siciliæ *Anapus.* Sic ergo scribe. *J. Fr. Gron.*

3 *Intentus fuisse videri poterat*] Quid si legas, *optarat*, id est, adeo Romanus Pœnusque optarunt videri in Siciliam intentos esse, ut ab Italia in Siciliam verterint bellum. *Sigonius.*

4 *Nec diutius Pœni Syracusis morati sunt*] Put. & Pet. *ad Syracusis.* Forte: *ad Syracusas.* Ut *ad urbem, ad exercitum esse.* J. Fr. Gron.

5 *Duplici facile numero classe adventantibus Romanis*] Cur mutarunt quod perspicue codex antiquissimus: *classem habentibus.* Sed & mox lege cum optimis: *simul inutilem moram cernens, nihil aliud ab suis quam inopiam aggravari sociorum.* Idem.

1 *Mut-*

tranſmiſit. Et Himilco ſecutus nequicquam Marcellum Syracuſas, ſi qua priuſquam majoribus copiis jungeretur, occaſio pugnandi eſſet; poſtquam ea nulla contigerat, tutumque ad Syracuſas & munimento & viribus hoſtem cernebat; ne fruſtra aſſidendo ſpectandoque obſidionem ſociorum tempus tereret, caſtra inde movit: ut quocumque vocaſſet defectionis ab Romanis ſpes, admoveret exercitum, ac præſens ſuas res foventibus adderet animos. [1] Murgantiam primum, prodito ab ipſis præſidio Romano, recepit: [2] ubi frumenti magna vis commeatuſque omnis generis [3] convecti erant à Romanis. Ad hanc de- 37
fectionem erecti ſunt & aliarum civitatum animi: præſidiaque Romana aut pellebantur arcibus, aut prodita per fraudem opprimebantur. [4] Enna in excelſo loco ac prærupto undique ſita, quum loco inexpugnabilis erat, tum præſidium in arce validum; præfectumque præſidii haud ſane opportunum inſidiantibus habebat. L. Pinarius erat vir acer, & qui plus in eo, ne poſſet decipi, quam in fide Siculorum reponeret. [5] & tum intenderant eum ad cavendi omnia curam tot auditæ proditiones defectionesque urbium, & clades præſidiorum. Itaque nocte dieque juxta parata inſtructaque omnia cuſtodiis ac vigiliis erant: nec ab armis, aut loco ſuo miles abſcedebat. Quod ubi Ennenſium principes, jam pacti cum Himilcone de proditione præſidii, animadverterent, nulli occaſioni

1 *Murgantiam*] Strabo Μοργάντιον urbem in Sicilia nominat: Stephanus etiam Μοργαντίας dici ſcribit. *Sigonius.*

2 *Ubi frumenti magna pars*] Non poſſum concoquere illud *ubi*. Lego, *quo*. Tan. Faber.

3 *Convecti erant à Romanis*] Put. ambo Pett. Men. ignorant præpoſitionem. Voſſ. & duo Pall. *convecti erant Romani*. Tertius: *convectaverant Romani*. Quod placet, ut & ſcribas, *frumenti magnam vim*. Virgilius 4 Æn. *prædamque per herbas Convectant calle anguſto*. Lib. 7 & 9. *Convectare juvat prædas*. *Ubi convectaverant*, ubi depoſuerant; ubi erat, quod convectaverant; ubi convectam habebant. *J. Fr. Gron.*

4 *Enna in excelſo loco*] Vet. lib. *Enna*. Item Græci Ἔννα. *Sigonius.*

5 *Et tum intenderant eum ad cavendum omni cura tot audita proditiones*] Multo ſcitius Put. *ad cavendi omnia curam*. J. Fr. Gron.

1 *Re-*

casioni fraudis [1] Romanum patere ; palam erat agendum. *Urbem arcemque suæ potestatis*, ajunt, *debere esse, si liberi in societatem, non servi in custodiam traditi essent Romanis. itaque claves portarum reddi sibi æquum censent. Bonis sociis fidem suam maximum vinculum esse. & ita sibi populum Romanum senatumque gratias habiturum, si volentes, ac non coacti mansissent in amicitia.* Ad ea Romanus, *Se in præsidio impositum esse*, dicere, *ab imperatore suo: claveſque portarum & custodiam arcis ab eo accepisse, quæ nec suo nec Ennensium arbitrio haberet, sed ejus qui commisisset. præsidio decedere* [2] *apud Romanos capital esse:* [3] *& nece liberorum etiam suorum eam legem parentes sanxisse. Consulem Marcellum haud procul esse: ad eum mitterent legatos, cujus juris atque arbitrii esset.* Se vero negare illi missuros: testarique, si verbis nihil agerent, vindictam aliquam libertatis suæ quæsituros. [4] Tum Pinarius:

1 *Romanum patere; aperte ac propalam placuerat agendum*] Put. *patere patuerat agendum*, recisis tribus vocibus, quæ & aliis omnibus, quos consuluimus, absunt. Nihil ergo propius conjectura Lipsii: *palam erat agendum*. In margine tamen Vossiani video antiqua manu: *palam rentur*. Salmasius, *per vim erat agendum*. J. Fr. Gron.

2 *Apud Romanos capitale*] Put. & Pet. *præsidio decedere apud Romanos capital esse:* idque è nostro imitatus Silius: *Prævetitum namque & capital*. Idem.

3 *Et nece liberorum etiam suorum causa parentes sanxisse*] Vet. lib. *eam sanxisse*, ut videatur esse legendum: *& nece liberorum etiam suorum eam parentes sanxisse*, ut cum ait: *eam*, legem intelligamus, qua capitale factum erat, præsidio decedere, ita ut ad rem referatur, non ad verbum. placet autem, ut de Torquato, qui in filium animadvertit, intelligatur, ut Valla docuit. *Sigonius.*

Et nece lib. et. suor. eam legem parentes sanxisse] Legebatur vulgo, *suorum causa parentes:* quum Sigonius notavit in scriptis, *suorum eam p.* idque probavit, ut cum ait *eam*, legem intelligamus. Sed hoc quia durum erat, recentiores & vocem *legem* addiderunt. Scripti omnes: *& nec liberorum etiam suorum eam petentes sanxisse.* Put. *patentes.* Vossiani margo pro *petentes* apponit aliam lectionem *pœnam*. Sed fuerit forsan, *& nece liberorum eam suorum legem parentes sanxisse.* Nisi malis: *& nece liberorum etiam suorum id parentes sanxisse.* J. Fr. Gron.

Et nec liberorum etiam suorum eam parentes sanxisse] Vestigiis hujus in Put. scripturæ proxime insistes, si scripseris: *id nece liberorum etiam suorum jam parentes sanxisse.* Manlius ad Filium 8, 7. *Quum aut morte tua sanciendæ sint consulum imperia.* Jac. Gron.

4 *Tum Pinarius ait illis, si ad consulem*] Put. *Tum Pinarius adilisi ad.* Sic vere antiqua manus: nam secunda *i* & *s* adjecit inter versus, unde ortum vulgatum. Sed Livius scripsit: *Tum Pinarius: at illi, si ad consulem gravarentur mittere, sibi saltem darent populi concilium.* Formula elegans frequensque Livio.

Digitized by Google

narius: *at illi, ſi ad conſulem gravarentur mittere, ſibi ſaltem darent populi concilium: ut ſciretur,* [1] *utrum paucorum ea denunciata, an univerſæ civitatis eſſent.* Conſenſu in poſterum diem concio edicitur. Poſtquam ab eo colloquio in arcem ſeſe recepit, [2] convocatis militibus: *Credo ego vos audiſſe, milites,* inquit, *quemadmodum præſidia Romana ab Siculis circumventa & oppreſſa ſint per hos dies. Eam vos fraudem, Deum primo benignitate, dein veſtra ipſi virtute dies noctesque perſtando ac pervigilando in armis, vitaſtis. utinam reliquum tempus nec patiendo infanda, nec faciendo, traduci poſſit.* [3] *Hæc occulta in fraude cautio eſt, qua uſi adhuc ſumus: cui quoniam parum ſuccedit, aperte ac propalam claves portarum repoſcunt; quas ſimul tradiderimus, Carthaginienſium extemplo* 38

Ennæ

Livio. Lib. 1. *Si tua re ſubita conſilia torpent, at tu mea ſequere.* Lib. 3. *Si vos urbis, Quirites, ſi veſtri nulla cura tangit, at vos veremini Deos patrios.* Eodem: *Si plebeiæ leges diſpliderent, at illi communiter legumlatores ſinerent creari.* Lib. 9. *Si nihil cum potentiore juris humani relinquitur inopi, at ego ad deos vindices confugiam.* Lib. 10. *Sin collega quid aliud velit, at ſibi L. Volumnium darent adjutorem.* Plautus Captivis: *Si ego hic peribo, atque ille, ut dixit, non redit; At erit mihi hoc factum mortuo memorabile.* Curtius lib. 4. *Si id conſilium damnaret, at ille divideret ſaltem copias.* Valet particula *at* idem quod *tum.* Neque aliter lib. 10, 19. *Bellona ſi hodie nobis victoriam duis, aſt ego templum tibi voveo.* Ubi neſcio quid cornicatur Fulvius Urſinus, monens legendum eſſe, *aſti.* Virgilius 1 Æneidos: *Si genus humanum & mortalia temnitis arma, At ſperate deos memores fandi atque nefandi.* J. Fr. Gron.

1 *Utrum paucorum ea denunciata, an univerſæ civitatis eſſent*] Put. & Pet. *denuntia*, deinde *eſſet.* Videntur flagitare: *denuntiatio eſſet.* Subjungitur: *Conſenſu in poſterum diem concio edicitur.* Verbum ultimum optimi non habent. Scribe: *Conſenſa in poſterum diem concio. Poſtquam* &c. Aut certe: *Conſenſa in poſterum diem concione, poſtquam ab eo colloquio* &c. Niſi malis *conceſſa.* Idem.

2 *Convocatis militibus: Credo ego*] Put. Petav. Men. Voſſ. *convocatio quibus credo ego.* Scribe: *Conceſſa in poſterum diem concione, poſtquam ab eo colloquio in arcem ſeſe recepit, convocatis ſuis, credo ego vos audiſſe, milites, inquit.* Idem.

Convocatis militibus] MSS. *convocatio quibus.* Sic quoque Cantabrig. Ad hoc vix poteſt propius accedi, quam ſi reponas: *convocatis omnibus.* Geminam concionem habes 25 38, in qua ait Marcius, *Præſens omnium noſtrum, milites, fortuna.* Jac. Gron.

3 *Hæc occulta fraude cautio eſt: qua quia adhuc minus cuiquam ſucceſſit*] Put. *Hæc occultam fraude cautio eſt quam ſi adhuc ſumus cui quoniam parum ſuccedit.* Eodem fere modo Petav. & Men. Voſſ. & tres Pall. Scribe ſecure: *Hæc occulta in fraude cautio eſt, qua uſi adhuc ſumus, cui quoniam parum ſuccedit, aperte ac propalam.* Unus ex Pall. clare, *qua uſi.* Vide ad hujus libri cap. 19 quo minus dubites de phraſi Liviana. Lib. 10. *Ne quam occultam in fraudem incautus rueret.* J. Fr. Gron.

1 *Ne*

Enna erit, fœdiuſque hic trucidabimur, quam Murgantiæ præſidium interſectum eſt. Noctem unam ægre ad conſultandum ſumpſi, qua vos certiores periculi inſtantis facerem. Orta luce concionem habituri ſunt ad criminandum me concitandumque in vos populum. itaque craſtino die, aut veſtro, aut Ennenſium ſanguine Enna inundabitur. [1] *nec præoccupati, peculii, nec occupantes, periculi quicquam habebitis. qui prior ſtrinxerit ferrum, ejus victoria erit. Intenti ergo omnes, armatique ſignum exſpectabitis. ego in concione ero: & tempus quoad omnia inſtructa ſint, loquendo altercandoque traham. Quum toga ſignum dedero, tum mihi undique clamore ſublato turbam invadite, ac ſternite omnia ferro:* [2] *& cavete, quiſquam ſuperſit, à quibus aut vis aut fraus timeri poſſit. Vos, Ceres mater ac Proſerpina, precor, cæteri* [3] *ſuperi infernique Dii, qui hanc urbem, hos ſacratos lacus lucoſque colitis, ut ita nobis volentes propitii adſitis,* [4] *ſi vitandæ, non ferendæ, fraudis cauſſa hoc conſilii capimus. Pluribus, vos, milites, hortarer, ſi cum armatis dimicatio futura eſſet. inermes, incautos ad ſatietatem trucidabitis. Et conſulis caſtra in propinquo ſunt, ne quid ab Himilcone & Carthaginienſibus timeri poſ-*
39 *ſit.* Ab hac adhortatione dimiſſi, corpora curant. Poſte-
ro

1 *Nec præoccupati peculii*] Non peculium modo, ſed & caput horum periclitabatur. MSS. *præoccupatis peculium*, ut invenit etiam Valla, qui conjectat *præoccupati præſidii*, aut *ſubſidii*, aut denique *ſpem ullam*. Hoc ſolum debebat mordicus tenere. Et ſic unus Palatinorum & Mureti libri: *nec præoccupati ſpem ullam, nec occupantes periculi quicquam habebitis.* J. Fr. Gron.

2 *Et cavete ne quiſquam ex iis ſup.*] Vet. lib. *cavete, quiſquam ex iis ſuperſit*. Sigonius.

Et cavete ne quiſquam ex iis ſuperſit] Et hic de ſuo liberales fuerunt fartores. Scribendum: *& cavete quiſquam ſuperſit, à quibus aut vis aut fraus timeri poſſit*. Sic Put. Petav. Men. duoque Pall. niſi quod nonnulli *quicquam*: Subauditur *eorum*, quam ellipſin adeo uſitatam Livio concoquere non potuerunt. *J. Fr. Gron.*

3 *Superni infernique*] Meliores: *ſuperi infernique dii*. non *ſuperni*. Idem.

4 *Si vitandæ, non ferendæ cauſa*] Vet. lib. *inferendæ*. Sigonius.

Vitandæ, non inferendæ fraudis] Sic Sigonius. Sed ſcripti meliores, ut vett. ed. *ferendæ*. Virgilius lib. 11. *Jam noſces, ventoſa ferat cui gloria fraudem*. Ubi Servius: *Hæc eſt vera & antiqua lectio, ut fraudem, non laudem legas: ut ſit ſententia: jam agnoſces, cui inanis jactantia afferat pœnam. Nam Fraudem veteres pœnam vocabant*. Cicero ad Atticum lib. 7 epiſt. ult. *Quod multo rectius videtur, id mihi fraudem tulit*. J. Fr. Gron.

1 *Ad*

Digitized by Google

ro die alii aliis locis [1] ad obſidenda itinera claudendoſque oppidanis exitus, pars maxima ſuper theatrum circaque, aſſueti & ante ſpectaculis concionum, conſiſtunt. Productus ad populum à magiſtratibus præfectus Romanus, quum conſulis ea de re jus ac poteſtatem eſſe, non ſuam, & [2] pleraque eadem, quæ pridie dixiſſet; primo ſenſim ac plures, reddere claves, dein jam una voce id omnes juberent, cunctantique ac differenti ferociter minitarentur, nec viderentur ultra vim ultimam dilaturi; tum præfectus toga ſignum, ut convenerat, dedit. militeſque intenti dudum ac parati, alii [3] ſuperne in averſam concionem clamore ſublato decurrunt, alii ad exitus theatri conferti obſiſtunt. Cæduntur Ennenſes cavea incluſi: coacervanturque, non cæde ſolum, ſed etiam fuga; quum alii ſuper aliorum capita ruerent, atque integri ſauciis, vivi mortuis incidentes, cumularentur. Inde paſſim diſcurritur, & urbis captæ modo fugaque & cædes [4] omnia tenet: nihilo remiſſiore militum ira, [5] quod turbam inermem cædebant, quam ſi periculum par & ardor certaminis eos irritaret. [6] Ita Enna, aut malo, aut ne-

1 *Ad obſidenda itinera claudendoſque oppidanis exitus*] Alii: *claudendoſque oppoſiti exitus.* Virgilius 2 Æn. *Obſedere alii telis anguſta viarum Oppoſiti.* Noſter lib. 29. *Faucibus utrimque oppoſitus incluſit.* Pet. melior: *opſiti.* Pal. *obſiti.* Put. *oppinitis.* J. Fr. Gron.

Claudendoſque oppidanis exitus] Livii ſcriptura fuit *claudendoſque opportunos exitus.* 25, 30. *Opportuna loca dividenda præfectis eſſe.* 27, 28. *Oppidanos per muros urbiſque opportuna loca in ſtationibus diſponunt.* 30, 12. *præſidio circa portas opportunaque mœnium dimiſſo.* Vides gratam certe Livio vocem. *Jac. Gron.*

2 *Pleraque eadem, qua pridie prius dixiſſet*] Relegant boni libri *prius.* J. Fr. Gron.

3 *Superne in adverſam concionem*] Scribimus, *averſum:* ut erat ſane à militibus in concionantem præfectum Romanum verſa concio. *Idem.*

4 *Omnia tenet*] Vet. lib. *tenent.* Sigonius.

5 *Quod jure turbam*] Legendum neceſſario arbitror: *quod tuto turbam.* Tan. Faber.

Quod jure turbam inermem cædebant] Put. *quod jureeam inermem.* Apparet abundare τὸ *jure* in vulgatis: nam *jureeam* corruptum eſt ex unica voce *turbam.* J. Fr. Gron.

6 *Ita Enna, aut malo, aut nec. facinore retenta.*] Florebellius aptius ad ſententiam, & venuſtius ad ornatum legi poſſe putat: *Ita Enna malo, at neceſſario facinore retenta.* Sigonius.

Aut malo aut neceſſario facinore] Forte: *aut nullo aut.* J. Fr. Gron.

1 *Claſ-*

neceſſario facinore retenta. Marcellus nec factum improbavit, & prædam Ennenſium militibus conceſſit: ratus, timore deterritos, temperaturos proditionibus præſidiorum Siculos. Atque ea clades, ut urbis in media Sicilia ſitæ, claræque vel ob inſignem munimento naturali locum, vel ob ſacrata omnia veſtigiis raptæ quondam Proſerpinæ, prope uno die omnem Siciliam pervaſit. Et quia cæde infanda rebantur, non hominum tantum, ſed etiam Deorum ſedem violatam eſſe, tum vero qui etiam ante dubii fuerant, defecere ad Pœnos. Hippocrates inde Murgantiam, Himilco Agrigentum ſeſe recepit: quum acciti à proditoribus nequicquam ad Ennam exercitum admoviſſent. Marcellus retro in Leontinos redit: frumentoque & commeatibus aliis in caſtra convectis, præſidio modico ibi relicto, ad Syracuſas obſidendas venit, inde Ap. Claudio Romam ad conſulatum petendum miſſo, T. Quintium Criſpinum in ejus locum [1] claſſi caſtriſque præfecit veteribus. ipſe hibernacula quinque millia paſſuum ab Hexapylo ([2] Leonta vocant locum) communiit, ædificavitque. Hæc in Sicilia uſque ad prin-
40 cipium hiemis geſta. Eadem æſtate & cum Philippo rege, quod jam ante ſuſpectum fuerat, motum bellum eſt. Legati ab Orico ad M. Valerium prætorem venerunt, præſidentem claſſi Brundiſio Calabriæque circa littoribus, nunciantes, Philippum primum Apolloniam tentaſſe, [3] lembis biremibus centum viginti flumine adverſo ſubvectum: deinde, ut ea res tardior ſpe fuerit, ad Oricum clam nocte exercitum admoviſſe: eamque urbem ſitam

1 *Claſſi caſtriſque præfecit*] Put. Pet. aliique probi: *claſſi caſtriſque præficit veteribus.* J. Fr. Gron.

2 *Leontiam vocant locum*] Recte ſenſit Cluverius vocabulum loci corruptum eſſe. Put. plane: *Leonta vocant locum.* Voluerat autem ille: *mille & quingentis paſſibus ab Hexapylo* (*Leontem vocant locum.*) Sicil. ant. lib. 1 cap. 12 p. 171. ſed & ſcripti refutant τὸ *ab.* Idem.

3 *Levibus biremibus centum viginti*] Scripti omnes Gallici, Italici, duo Pall. *lembis biremibus.* Idem.

1 *Neque*

ſitam in plano, [1] neque mœnibus, neque viris, atque armis validam, primo impetu oppreſſam eſſe. Hæc nunciantes orabant, ut opem ferret, [2] hoſtemque haud dubium Romanis, terra aut maritimis viribus arceret, qui ob nullam aliam cauſam, niſi quod imminerent Italiæ, peterentur. [3] M. Valerius præſidio loci ejus relicto T. Valerio legato, cum claſſe inſtructa parataque, & quot longæ naves militum capere non poterant, in onerarias impoſitis, altera die Oricum pervenit: urbemque eam levi tenente præſidio, [4] quod recedens inde reliquerat Philippus, haud magno certamine recepit. Legati eo ab Apollonia venerunt, nunciantes, in obſidione ſeſe, quod deficere ab Romanis nollent, eſſe: neque ſuſtinere ultra vim Macedonum poſſe, niſi præſidium mittatur Romanum. Facturum ſe, quæ vellent, [5] pollicitus, duo millia delectorum militum navibus longis mittit ad oſtium fluminis, [6] cum præfecto ſocium, Q. Nævio Criſta, viro impigro & perito militiæ. Is expoſitis in terram militibus, navibuſque Oricum retro unde venerat ad cæteram claſſem remiſſis, milites procul à flumine

1 *Neque mœnibus neque viris neque armis validam*] Illi: *neque viris atque armis.* J. Fr. Gron.

2 *Hoſtemque haud dubium Romanis terra aut maritimis viribus arceret*] Fulvius Urſinus ſine dubio legendum ait ex V. C. *maritimis urbibus.* Ut & unus Pal. Put. *Romanis maeactgerra aſterra ac maritimis.* Rubenius: *Romanis mari ac terra, à maritimis urbibus arceret, qua.* Forte: *Romanis Macedonem Epiri maritimis urbibus.* Idem.

3 *M. Valerius præſidio loci ejus relicto T. Valerio legato, cum claſſe inſtructa*] Vetuſtiſſimus cum Pet. *M. Valerius ∞ ∞ præſidioque eis T. Valerio legato cum claſſe.* Etiam Men. Voſſ. & Pet. alter *tei loci* & *relicto* ignorant, habent autem: *M. Valerius præſidioque eis T. Valerio.* Forte ſcribendum: *M. Valerius duobus millibus, præſidioque eis T. Valerio, relictis, cum claſſe.* Sic Cæſar lib. 5 de bello Gall. *Ut præſidio navibus Q. Arrium præfecit.* Idem.

4 *Quod recedens inde reliquerat Philippus*] Vocem ultimam ubique deſidero. Forſan excidit vocula *rex*, fuitque: *quod recedens inde rex reliquerat.* Mox ſcripti: *Legati eo Apollonia.* Idem.

5 *Pollicitus mille delectorum*] Voſſ. & Men. *pollicitos conſ. delectorum.* Et ſimilia alii. Put. *pollicitus* CIↃCIↃ *delectorum militum.* Idem.

6 *Cum præfecto ſocium Nævio Criſpo*] Put. Pet. Pal. *Q. Nævio Criſta.* In cognomen fere omnes conſentiunt. Video etiam in compluribus abeſſe τὸ *ſocium.* qui acceperunt pro præfecto hujus copiæ, quocumque gradu militiæ in caſtris fuerit. *Idem.*

mine per viam minime ab regiis obſeſſam duxit: [1] & nocte ita, ut nemo hoſtium ſentiret, urbem ingreſſus. Die inſequenti quievere, dum præfectus [2] juventutem Apolloniatium, armaque & urbis vires inſpiceret. ubi ea viſa inſpectaque ſatis animorum fecere, ſimulque ab exploratoribus comperit, quanta ſocordia ac negligentia apud hoſtes eſſet; ſilentio noctis ab urbe ſine ullo tumultu egreſſus, caſtra hoſtium adeo neglecta atque aperta intravit, ut ſatis conſtaret, [3] prius mille hominum vallum intraſſe, quam quiſquam ſentirèt: ac ſi cæde abſtinuiſſent, pervenire ad tabernaculum regium potuiſſe. Cædes proximorum portæ excitavit hoſtes. inde tantus terror pavorque omnes occupavit, ut non modo alius quiſquam arma caperet; aut caſtris pellere hoſtem conaretur: ſed etiam ipſe rex, ſicut ſomno excitus erat, prope ſeminudus fugiens, militi quoque, nedum regi vix decoro habitu, ad flumen naveſque perfugerit. eodem & alia turba effuſa eſt. Paulo minus tria millia militum in caſtris aut capta, aut occiſa. [4] plus tamen hominum aliquanto captum, quam cæſum eſt. Caſtris direptis, Apolloniatæ catapultas, baliſtas, tormentaque alia, quæ oppugnandæ urbi comparata erant, ad tuenda mœnia, ſi quando ſimilis fortuna veniſſet, Apolloniam devexere, cætera omnis præda caſtrorum Romanis conceſſa eſt. Hæc quum Oricum eſſent nunciata, M. Valerius claſſem extemplo ad oſtium fluminis duxit, ne navibus capeſſere fugam rex poſſet. Itaque Philippus, neque terreſtri neque navali certamine ſatis fore parem ſe fidens, ſubductis aut incenſis navibus, terra Macedoniam petiit;

1 *Et nocte*] Poteſt τὸ *ingreſſus* accipi, ut ſit, *ingreſſus eſt*: malim tamen delere τὸ &, quo habeas: *duxit, nocte ita, ut nemo hoſtium ſentiret, urbem ingreſſus.* J. Fr. Gron.

2 *Juventutem Apolloniatum*] Et optimi, & alii, *Apolloniatium.* nam & alibi hac forma vocem inclinat. *Idem.*

3 *Prius plus mille hominum*] Scripti ablegant τὸ *plus.* Idem.

4 *Plus tamen hoſtium aliquantum*] Idem, *hominum aliquanto captum.* Idem.

1 *Agnito*

tiit; magna ex parte inermi exercitu, ſpoliatoque. Romana claſſis cum M. Valerio Orici hibernavit. Eodem 41
anno in Hiſpania varie res geſtæ. nam prius quam Romani amnem Iberum tranſirent, ingentes copias Hiſpanorum Mago & Aſdrubal fuderunt. defeciſſetque ab Romanis ulterior Hiſpania, ni P. Cornelius raptim traducto exercitu Iberum, dubiis ſociorum animis in tempore adveniſſet. Primo ad caſtrum Altum (locus eſt inſignis cæde magni Amilcaris) caſtra Romani habuere. Arx erat munita, & convexerant ante frumentum. tamen quia omnia circa hoſtium plena erant, [1] agmenque Romanum impune incurſatum ab equitibus hoſtium fuerat, & ad duo millia, aut moratorum aut palantium per agros, interfecta; [2] ceſſere inde Romani propius pacata loca, & ad montem Victoriæ caſtra communivere. Eo Cn. Scipio cum omnibus copiis, & Aſdrubal Giſgonis filius tertius Carthaginienſium dux, cum exercitu juſto advenit: contraque caſtra Romana trans fluvium omnes conſedere. P. Scipio cum expeditis clam profectus ad loca circa viſenda, haud fefellit hoſtes: oppreſſiſſentque eum in patentibus campis, ni tumulum in propinquo cepiſſet. ibi quoque circumſeſſus adventu fratris obſidione eximitur. Caſtulo urbs Hiſpaniæ valida ac nobilis, & adeo conjuncta ſocietate Pœnis, ut uxor inde Annibali eſſet, ad Romanos defecit. Carthaginienſes Illiturgim oppugnare adorti, quia præſidium ibi Romanum erat: videbanturque inopia eum locum maxime expugnaturi. Cn. Scipio, ut ſociis præſidioque ferret

1 *Agmenque Romanum impune ineurſatum*] Fulvius: *importune vexatum*. Quod certo ſcio Livii non eſſe. Put. *impune inverſatum*: neque aliter duo Pet. Voſſ. duo Pall. & Men. Aut vera eſt vulgata, aut ſcribendum: *impune divexatum*. J. Fr. Gron.

2 *Ceſſere inde Rom. propius pacata loca*] Vet. lib. *per prius pacata loca*. Sigonius.

Ceſſere inde Romani propius pacata loca] Sigoniani codicis lectio: *per prius pacata*: eſt à correctore, qui genus loquendi non intelligebat. Noſtri omnes illud ſervant. *ſ. Fr. Gron.*

ret opem, cum legione expedita profectus, [1] intra bina caſtra cum magna cæde hoſtium urbem eſt ingreſſus; & poſtero die eruptione æque felici pugnavit. Supra duodecim millia hominum cæſa duobus prœliis: [2] plus decem millibus captum, cum ſex & triginta militaribus ſignis. [3] ita ab Illiturgi receſſum eſt. Bigerra inde urbs (ſocia & hæc Romanorum erat) à Carthaginienſibus oppugnari cœpta eſt. Eam obſidionem ſine certamine adveniens
42 Cn. Scipio ſolvit. Ad Mundam exinde caſtra Punica mota: & Romani eo confeſtim ſecuti ſunt. Ibi ſignis collatis pugnatum per quatuor ferme horas. egregieque vincentibus Romanis ſignum receptui eſt datum, quod Cn. Scipionis femur tragula confixum erat: pavorque circa eum ceperat milites, ne mortiferum eſſet vulnus. Cæterum haud dubium fuit, quin, niſi ea mora interveniſſet, caſtra eo die Punica capi potuerint. [4] jam non milites ſolum, ſed elephanti etiam uſque ad vallum acti erant, ſuperque ipſo novem & triginta elephanti pilis confixi. Hoc quoque prœlio ad duodecim millia hominum dicuntur cæſa, [5] prope tria capta, cum ſignis militaribus ſeptem & quinquaginta. Ad Auringen inde urbem Pœni receſſere: & ut territis inſtaret, ſecutus Romanus. Ibi iterum Scipio lecticula in aciem illatus conflixit, nec dubia victoria fuit: minus tamen dimidio hoſtium, quam antea, quia pauciores ſuperfuerant, qui pugnarent, occiſum. Sed [6] gens nata inſtaurandis parandiſque bellis, Ma-

1 *Intra bina caſtra cum magna*] Lege, *inter*, ut etiam ſcripti quidam. *J. Fr. Gron.*

2 *Plus decem millia capta, cum ſex*] Put. & Pet. *plus* cIↃ *hominum captum.* Voſſ. *plus* x *capta.* Videtur ſcribendum: *plus mille captum.* nam *τὸ hominum* ex ſuperioribus repetitum. *Idem.*

3 *Ita ab illiturgi receſſum eſt obſidione*] Put. Pet. Voſſ. duo Pall. ignorant *τὸ obſidione.* Interjectum eſt ab illis, qui *τὸ Illiturgi*, quod eſt ab *Illiturgi*, accipiebant quaſi ab *Illiturgum.* Optimi paullò ante: *Carthaginienſes Illiturgim oppugnare adorti.* Idem.

4 *Jam enim non milites ſolum*] Abſolvunt omnes *τὸ enim.* Idem.

5 *Prope tria millia capta*] *Tò millia* intelligi voluit Livius ex præcedentibus. Neque apparebat in Put. & Pet. *Idem.*

6 *Gens &c. ad conquiſitionem fratre miſſi*]

Digitized by Google

Magone ad conquiſitionem militum fratre miſſo, brevi replevit exercitum, animoſque ad tentandum de integro certamen fecit. [1] Alii plerique milites, ſicut pro parte toties intra paucos dies victa, [2] eiſdem animis quibus prius, eodemque eventu pugnavere. plus octo millia hominum cæſa: haud multo minus quam mille capta, [3] & ſpolia plurima Gallica fuere: annuli aurei, torques armillæque magnus numerus. duo etiam inſignes reguli Gallorum ([4] Mœnicapto & Civiſmaro nomina erant) eo prœlio ceciderunt. octo elephanti capti, tres occiſi. [5] Quum jam res proſperæ in Hiſpania eſſent, verecundia Romanos tandem cepit, Saguntum [6] oppidum, quod cauſſa belli eſſet, [7] octavum jam annum ſub hoſtium pote-

miſſo] Quid hoc? *gens miſit fratrem?* Itaque vel delendum τὸ *fratre*, quod à gloſſemate eſt; vel aliquid hinc excidit. *Tan. Faber.*

Gens &c. *Magone ad conquiſitionem militum fratre miſſo*] Hic ſubeſt ulcus. Cujus enim fratre? Aut quis eſt Mago frater? Hannibalis, ni fallor, appellat alterum fratrem Magonem Livius. Sed cur ille καθ' ἐξοχὴν *frater?* Neque de illo *gens nata* recte enunciatur *animos fecit*, ſi obſervaveris, ut alibi Livius ea phraſi utatur. Vide ad lib. 22, 26. De vitio certus ſum; medicinæ admodum incertus. An placet, *Sed (gens nata inſtaurandis reparandiſque bellis!) Mago ad conquiſitionem militum à fratre miſſus.* Ut lib. 23. *Mago Hamilcaris ex ipſa acie à fratre miſſus.* Hic autem frater intelligendus Haſdrubal Hamilcaris. *J. Fr. Gron.*

1 *Alii plerique milites*] Valla: *Galli plerique.* MSS. tamen nihil mutant. Forte: *At hi plerique.* Idem.

2 *Iiſdem animis quibus prius*] Put. *iiſdem animis quibus pr. orta eodemque.* Pet. *prius orta.* Men. Voſſ. & unus Pal. *quibus P. R. orta.* Alii: *quibus orta.* An *iiſdem animis quibus priores eodemque eventu?* Idem.

3 *Et ſpolia plurima Gallica fuere: annuli aurei*] Put. *fuere alirci torques armillaque.* Forte vacat τὸ *annuli*, quod Pet. melior & Men. ignorant, & fuit: *fuere: aurei torques armillaque.* Idem.

4 *Mœnicapto & Civiſmaro*] Put. *Mœnicapta & Viſmaro.* Idem.

5 *Cum jam res proſperæ*] Non tum demum, ſed jam aliquot annis ante, immo ſemper, ex quo ductu Scipionum in Hiſpania bellatum erat, res proſperæ ibi fuerant; unde & Romanos ait Livius verecundiam tandem cepiſſe videndi Saguntum ſub poteſtate hoſtium, quod dicere non potuiſſet, ſi tum demum cœpiſſet fortuna iis arridere. Lego: *Cum tam res proſperæ* &c. Plautus Bacchid. 3, 3, 16. *Qui tam pro corrupto dicis cauſam filio.* Jac. Perizonius.

6 *Oppidum, quod cauſa belli eſſet*] Cantabrig. *qua cauſa.* idque haud dubie eſt Livii, qui ſemper relativum maluit cum ſequente jungi. Prorſus geminum lib. 33. *Robore Macedonici exercitus, quam phalangem vocant.* Et paſſim reſtituit pater. *Jac. Gron.*

7 *Octavum jam annum ſub hoſtium pot.*] Hic eſt annus quintus hujus belli: quapropter ſi Saguntum primo hujus belli anno captum eſt, ut lib. 1 docet Livius, non *octavum*,

poteſtate eſſe. Itaque id oppidum vi pulſo præſidio Punico receperunt: cultoribuſque antiquis, [1] quos vis reliquerat belli, reſtituerunt: & Turdetanos qui contraxerant eis cum Carthaginienſibus bellum, in poteſtatem redactos ſub corona vendiderunt, urbemque eorum de-
43 levere. Hæc in Hiſpania, Q. Fabio, M. Claudio Conſulibus geſta. Romæ quum tribuni plebis novi magiſtratum iniſſent, extemplo cenſoribus P. Furio & M. Atilio, à L. Metello tribuno plebis dies dicta ad populum eſt. quæſtorem eum proximo anno adempto equo tribu moverant, atque ærarium fecerant, [2] propter conjurationem deferendæ Italiæ ad Cannas factam. ſed novem tribunorum auxilio vetiti cauſſam in magiſtratu dicere, dimiſſique fuerant. Ne luſtrum perficerent, mors prohibuit P. Furii. M. Atilius magiſtratu ſe abdicavit. Conſularia comitia habita à Q. Fabio Maximo conſule. creati conſules ambo abſentes, Q. Fabius Maximus conſulis filius, & Ti. Sempronius Gracchus iterum. Prætores fiunt M. Atilius, & qui tum ædiles curules erant, P. Sempronius Tuditanus, & [3] Cn. Fulvius Centumalus, & M. Æmilius Lepidus. Ludos ſcenicos per quatriduum eo anno primum factos ab curulibus ædilibus, memoriæ proditur. Ædilis Tuditanus hic erat, qui ad Cannas, pavore aliis in tanta clade torpentibus, [4] per medios hoſtes

eva-

ſed *quintum* legendum. Sin priore anno captum Saguntum, quam hoc cœpit bellum, quod Polybius ſcribit, *ſextum* legendum eſt. *Glareanus.*

Octav. jam annum ſub hoſt. poteſt.] Si primo hujus belli anno captum Saguntum eſt, hic autem annus ejuſdem belli eſt quintus, ut Livius auctor eſt, profecto pro *octavo, quintum annum* eſt reponendum. *Sigonius.*

1 *Quos vis reliquerat belli*] Put. & Pet. *quot & ſuis.* Alii: *quos & vis*, vel *jus.* Forte: *quos ex iis vis reliquerat belli.* Lib. 25. *Quaſdam ex iis damnatas in exilium egerant.* Vel, *quos ex iis reliquerat bellum.* J. Fr. Gron.

2 *Propter conjurationem deferendæ Italiæ ad Cannas factam*] Put. *deferendactus italiae at cannas.* Pet. *deferte actus Italiæ ad Cannas.* Voſſ. *deferte actus Italiæ.* Aliquid latet. Forte ſcribendum: *deferendæ metu Italiæ Canuſii factam.* aut: *deferendæ terræ Italiæ.* Vide ſupra lib. 22, 52 & 53. *Idem.*

3 *Cn. Fulvius Centimalus*] Vet. lib. & lapid. Capitol. *Centumalus.* Sigonius.

4 *Per medios hoſtes erupit. Comitiis per-*

evaſit. [1] Comitiis perfectis auctore Q. Fabio conſule deſignati conſules Romam arceſſiti magiſtratum inierunt: ſenatumque de bello ac provinciis ſuis prætorumque, & de exercitibus quibus quique præeſſent, conſuluerunt. Itaque provinciæ atque exercitus diviſi. [2] Bellum cum 44
Annibale conſulibus mandatum, & exercituum unus quem ipſe Sempronius habuerat, alter quem Fabius Conſul. eæ binæ erant legiones. M. Æmilius Prætor cujus peregrina ſors erat, [3] juriſdictione M. Atilio collegæ prætori urbano mandata, Luceriam provinciam haberet, legioneſque duas, quibus Q. Fabius, qui tum conſul erat, prætor præfuerat. [4] Prætori Sempronio provincia Ariminum, Cn. Fulvio Sueſſula, cum binis item legio-

perfectis] Put. Voſſ. & Pet. *per medios hoſtes auxiliis comitiis perfectis.* Pal. *hoſtes auxiliis erupit. Comitiis.* Hæc vox, *erupit*, ſine dubio eſt malorum correctorum. Iſto autem moſtello *auxiliis* res parva dictu abſconditur: quippe Livius ſcripſerat: *per medios hoſtes evaſit.* Ea vox corrupta in *evaxit*; dein omiſſo primo elemento *auxit*, poſt mutato ultimo *auxil*; generavit tandem *auxiliis.* Unus Pal. ſimul cum hoc portento neſcio unde verum hauſit: eſt enim ibi *auxiliis evaſit. J. Fr. Gron.*

1 *Comitiis perfectis ab Q. Fabio conſule deſignati*] Put. *Comitiis perfectis authere Q. Fabio.* Men. & Voſſ. *auſtere.* Pet. & Pall. *auctore.* Atque hæc vera ſcriptura eſt. Significat conſulem principem id conſilium dediſſe, quod deinde relatione facta dictiſque ſententiis in ſenatuſconſultum tranſiit. Sic lib. 7. *Conſul Popilius auctor Patribus ſcribendi alterius exercitus, quod ad incertos belli eventus ſubſidium eſſet.* Lib. 25. *Magna pars ſenatus, principe ejus ſententiæ T. Manlio Torquato, cenſerent.* Epitome lib. 48. *Quum locatum à Cenſoribus theatrum exſtrueretur, P. Cornelio Naſica auctore, tanquam inutile & nociturum publicis moribus, ex S. C. deſtructum eſt.* Cicero Fam. 15,4. *Regem Ariobarzanem, cujus ſalutem à ſenatu, te auctore, commendatam habebam.* Idem.

2 *Bellum undecumque cum Annibale*] Vacat *undecumque*, quod Put. Pet. regius, Voſſ. Men. tres Pall. non agnoſcunt. Statim Put. Petav. Men. *exercitum unus eumque ipſe.* Pall. *exercitum undecunque.* Ex qua vitioſa ſcriptura illud enatum. Scribendum vero fuerat: *& exercituum, unus quem ipſe Sempronius habuerat, alter quem Fabius conſul.* Intellige, *conſulibus mandati.* Idem.

3 *Juriſdictionem Atilio collegæ prætori urbano mandarat, ut Luceriam provinciam*] Put. Pet. Men. Pal. *Mandata Luceriam.* Integrum ſcilicet eſſe: *M. Æmilius prætor, cujus peregrina ſors erat, juriſdictione M. Atilio collegæ prætori urbano mandata, Luceriam provinciam haberet.* Subaudi hic quoque è præcedentibus, *mandatum.* Idem.

4 *Prætori Sempronio provincia*] Tarde credam hoc modo Livium ſcripſiſſe, quum ſatis præcedentia dicant de prætoribus ſermonem eſſe. Videtur prima vox ab otioſo ſuppleta, & Livius ſcripſiſſe tantum *P. Sempronio provincia.* Jac. Gron.

legionibus evenerunt: ut Fulvius urbanas legiones duceret, Tuditanus à M. Pomponio acciperet. Prorogata imperia provinciæque, M. Claudio Sicilia, finibus eis quibus regnum Hieronis fuiſſet. Lentulo Proprætori provincia vetus: T. Otacilio claſſis; exercitus nulli additi novi: M. Valerio Græcia Macedoniaque, cum legione & claſſe, quam haberet: Q. Mucio cum vetere exercitu (duæ autem legiones erant) Sardinia: [1] C. Terentio legio una cui jam præerat, & Picenum. Scribi præterea duæ legiones urbanæ juſſæ, & viginti millia ſociorum. His ducibus, his copiis, adverſus multa ſimul, aut mota aut ſuſpecta bella, munierunt Romanum imperium. Conſules duabus urbanis legionibus ſcriptis, ſupplementoque in alias lecto, priuſquam ab urbe moverent, prodigia procurarunt, quæ nunciata erant. [2] Murus ac portæ tactæ, & Ariciæ etiam Jovis ædes de cœlo tacta fuerat. Et alia ludibria oculorum auriumque credita pro veris. navium longarum ſpecies in flumine Tarracinæ, quæ nullæ erant, viſæ; & [3] in Jovis Vicilini templo, quod in Compſano agro eſt, arma concrepuiſſe: & flumen Amiterni cruentum fluxiſſe, His procuratis ex decreto pontificum, profecti conſules, Sempronius in Lucanos, in Apuliam Fabius, [4] Pater filio legatus ad Sueſſulam in caſtra venit. quum obviam filius progrederetur, lictoreſque verecundia majeſtatis ejus taciti anteirent;

1 *C. Terentio cum legione una, cui jam diu praerat*] Put. & omnes Gall. Pall. Voſſ. τὸ *cum* & *diu* relegant: iidemque conſenſu *legio* non *legione*. Emenda: *C. Terentio legio una, cui jam praerat, & Picenum.* J. Fr. Gron.

2 *Murus ac portæ tactæ, & Ariciæ etiam Jovis ædes de cœlo tacta fuerat*] Put. Voſſ. & Gall. omnes *fuerant*. Dele τὸ *tactæ* & ſcribe: *Murus ac portæ* (nempe Urbis) *& Ariciæ etiam Jovis ædes de cœlo tactæ fuerant.* Idem.

3 *In Jovis Vic. t. quod in Coſſano agro eſt*] Vet. lib. *Compſano*. Eſt autem *Coſſa* Etruſcorum, *Compſa* Samnitium. *Sigonius.*

In Jovis Vicilini templo, quod in Compſano agro eſt] Pet. *Compſino*. Alter: *Compcino*. Put. *Comptino*. An forſan: *Pomptino*. Uterque etiam optimus: *Viſilini*. J. Fr. Gron.

4 *Pater filio legatus ad Sueſſulam in caſtra venit*] Valerius eandem hiſtoriam recitat lib. 2 cap. 1, ubi eſt *Sueſſam* pro *Sueſſulam*. Sigonius.

Digitized by Google

irent; [1] præter undecim faſces equo prævectus ſenex, ut conſul animadvertere proximum lictorem juſſit, [2] & is, ut deſcenderet ex equo, inclamavit; tum demum deſiliens, *Experiri* (inquit) *volui, fili, ſatin' ſcires conſulem te eſſe.* In ea caſtra [3] Daſius Altinius Arpinus clam nocte 45
cum tribus ſervis venit, promittens, [4] ſi ſibi præmio foret, ſe Arpos proditurum eſſe. Quum eam tunc rem ad conſilium retuliſſet Fabius, [5] aliis *pro transfuga verberandus necanduſque videri, ancipitis animi communis hoſtis. qui poſt Cannenſem cladem, tamquam cum fortuna fidem ſtare oporteret,* [6] *ad Annibalem diſceſſiſſet, traxiſſetque ad defectionem Arpos: tum poſteaquam res Romana contra ſpem votaque ejus velut reſurgeret, turpius videatur novam* [7] *referre proditionem proditis olim: qui aliunde ſtet ſemper, aliunde ſentiat, infidus ſocius, vanus hoſtis,* [8] *ad Faleriorum, Pyrrhive proditorem tertium transfugis documentum eſſet.* Contra ea conſulis pater Fabius, *temporum oblitos homines, in medio ardore belli tamquam in pace libera de quoque arbitria agere*, ajebat: *Quum illud potius*

1 *Non ſummoventes patrem*] Suſtulimus hoc auctore Lipſio, & quod nulli codices ſcripti ullius numeri id agnoſcerent. *J. Fr. Gron.*

2 *Et is, ut deſcenderet*] Vet. lib. *& ut is deſcenderet.* Sigonius.

3 *Claſſius Altinus Arpinas*] Vet. lib. *Claſſius Altinus Arpinus*, recte. ab *Arpis* enim erat, unde *Arpini*, non ab *Arpino*, unde *Arpinates* dicti. *Idem.*

Caſſius Altinius Arpinas] Scribe: *Daſius Altinius Arpinas.* quemadmodum infra: *primum de fuga Altinii:* cujus mutationis aliarumque hoc capite (inprimis inſignis iſtius: *novam referre proditionem proditis olim; qui aliunde ſtet ſemper, aliunde ſentiat, infidus:* quod repoſuimus auctoribus vetuſtis pro illo fatuo: *ut proditio pro ſeptemvirali judicio eſſet ſemperque aliud ſentiret, infidus*) accurate copioſeque rationes reddidimus 4 Obſervat. 11. *J. Fr. Gronovius.*

4 *Si ſibi præmio foret*] Vet. lib. *præmium.* Sigonius.

5 *Aliis pro tranſfuga*] Vet. lib. pro *aliis*, *Altinus* habent, perſpicue verum. *Idem.*

6 *Ad Annibalem diſceſſiſſet*] Voſſ. *diſceſſit.* Lege, ut in Mureti libris, *deſciſſet.* J. Fr. Gron.

7 *Referre proditionem: ut proditio pro ſeptemvirali judicio eſſet, ſemperque aliud ſentiret; infidus ſoc.*] Vet. lib. *proditio pelli ſeptemvirali judicio eſt.* Locus depravatus eſt. *Sigonius.*

8 *Ad Faleriorum, Pyrrhive proditorem*] Falerius ludi magiſter principum liberos Camillo tradidit; Nicias, vel Timochares ſe veneno ſublaturum eſſe Pyrrhum Fabricio pollicitus eſt, in utrumque animadverſum eſt. Livius lib. 13 & 40. Gellius lib. 3 cap. 8. *Idem.*

potius agendum atque eis cogitandum sit, si quo modo fieri possit, ne qui socii à populo Romano desciscant, [1] *& non vocitent. documentum autem ducant statui oportere, siquis resipiscat, & antiquam societatem respiciat. Quod si abire ab Romanis liceat, redire ad eos non liceat; cui dubium esse, quin brevi deserta ab sociis Romana res fœderibus Punicis omnia in Italia juncta visura sit? Se tamen non eum esse, qui Altinio fidei quicquam censeat habendum, sed mediam consecuturum consilii viam. neque eum pro hoste, neque pro socio in præsentia habitum, libera custodia haud procul à castris placere in aliqua fida civitate servari per belli tempus: perpetrato bello, tum consultandum, utrum defectio prior plus merita sit pœnæ, an hic reditus veniæ.* Fabio assensum est. cateniſque ligatus, traditur & ipse & comites: & auri satis magnum pondus, quod secum tum attulerat, ei servari jussum. Calibus eum interdiu solutum custodes sequebantur: nocte clausum asservabant. Arpis domi primum desiderari quærique est cœptus: dein fama per totam urbem vulgata, tumultum ut principe amisso fecit: metuque rerum novarum extemplo nuncii ad Annibalem missi. Quibus nequaquam offensus Pœnus, quia & ipsum, ut ambiguæ fidei virum suspectum jam pridem habebat, & caussam nactus erat tam ditis hominis bona possidendi vendendique; cæterum ut iræ magis quam avaritiæ datum crederent homines, crudelitati quoque gravitatem addidit: conjugemque ejus ac liberos in castra accitos, quæstione prius habita, primum de fuga Altinii, dein quantum auri argentique domi relictum esset, satis cognitis omnibus, vivos
46 combussit. Fabius ab Sueſſula profectus, Arpos primum institit oppugnare. [2] ubi quum à quingentis fere passibus castra posuisset, contemplatus ex propinquo situm urbis

1 *Et non vocitent, documentum autem ducat*] Vet. lib. *& non nocitivum documentum*: & hic locus insanabilis est, nisi quis de suo addens divinare velit. *Sigonius*

2 *Ubi quum à mille fere passibus*] Put. *ad fere passibus.* expuncto *m̃ mille.* ut & plane Pet. melior. Scribe: *à quingentis fere passibus.* Numerus litera D significabatur. *J. Fr. Gron.*

1 *Ex*

bis mœniaque; quæ pars tutiſſima mœnibus erat, qua maxime neglectam cuſtodia vidit, ea potiſſimum aggredi ſtatuit. Comparatis omnibus, quæ ad urbes oppugnandas uſui ſunt, centurionum robora ex toto exercitu delegit, tribunoſque viros fortes eis præfecit: & milites ſexcentos, quantum ſatis viſum eſt, attribuit. eoſque, ubi quartæ vigiliæ ſignum cecinisſet, ad eum locum ſcalas juſſit ferre. Porta ibi humilis & anguſta erat; via infrequenti per deſertam partem urbis: eam portam ſcalis prius tranſgreſſos, ad murum pergere, & [1] ex interiore parte vi clauſtra refringere jubet, & tenentes partem urbis, cornu ſignum dare, ut cæteræ copiæ admoverentur. parata omnia atque inſtructa ſeſe habiturum. Ea impigre facta: & quod impedimentum agentibus fore videbatur, id maxime [2] ad fallendum adjuvit. imber ab nocte media coortus, cuſtodes vigileſque, dilapſos è ſtationibus, ſuffugere in tecta coëgit: ſonituque primo largioris procellæ [3] ſtrepitum molientium portam, exaudiri prohibuit: lentior deinde æqualiorque accidens auribus, magnam partem hominum ſopivit. [4] Poſtquam portam tenuerunt, cornicines in via paribus intervallis diſpoſitos canere jubent, ut conſulem excirent. Id ubi factum ex compoſito eſt; ſigna efferri conſul jubet, ac paulo ante lucem per effractam portam urbem ingreditur. Tum demum hoſtes excitati ſunt; jam & imbre conquieſcente, & propinqua luce. Præſidium in urbe erat Annibalis, 47

1 *Ex interiore parte clauſtra*] Iidem pluresque boni: *ex interiore parte aut clauſtra refringere jubet.* Scribe: *vi clauſtra refringere jubet & tenentes.* J. Fr. Gron.

2 *Ad fallendum juvit. imber à nocte*] Put. *ad fallendum adjuvit. imber ab nocte.* Alii: *imber ea nocte.* Idem.

3 *Strepitum demolientium*] Scripti: *ſtrepitum molientium portam exaudiri prohibuit.* Lib. 6. *Non contentus agrariis legibus fidem moliri cœpit.* id eſt, labefactare. Lib. 9. *Num montes moliri ſede ſua paramus?* Lib. 25. *Neque tranſilire, neque moliri objecta onera facile erat.* Tacitus 1 Annal. *Concurſuque ad januam facto moliuntur fores.* Lib. 2. *Curſant per urbem, moliuntur templorum fores.* Idem.

4 *Poſteaquam partem*] Omnes: *poſtquam portam tenuerunt.* Idem.

lis, quinque millia ferme armatorum : & ipſi Arpini tria millia hominum armabant. eos primos Pœni, ne quid ab tergo fraudis eſſet, hoſti oppoſuerunt. Pugnatum primo in tenebris anguſtiſque viis eſt : quum Romani non vias tantum, ſed tecta etiam proxima portæ occupaſſent, ne peti ſuperne ac vulnerari poſſent. Cogniti inter ſe quidam Arpinique & Romani ; atque inde colloquia cœpta fieri : percunctantibus Romanis, quid ſibi vellent Arpini, [1] quam ob noxam Romanorum, quod aut meritum Pœnorum, pro alienigenis ac barbaris, Italici adverſus veteres ſocios Romanos bellum gererent, & vectigalem ac ſtipendiariam Italiam Africæ facerent ; Arpinis purgantibus, ignaros omnium ſe venum à principibus [2] datos Pœno, captos oppreſſoſque à paucis eſſe ; initio orto, plures cum pluribus colloqui. poſtremo prætor Arpinus ab ſuis ad conſulem deductus ; fideque datá inter ſigna acieſque Arpini repente pro Romanis [3] adverſus Carthaginienſes arma verterunt. Hiſpani quoque paulo minus mille homines nihil præterea cum conſule pacti, quam ut ſine fraude Punicum emitteretur præſidium ; ad conſulem tranſtulerunt ſigna. Carthaginienſibus portæ patefactæ, emiſſique cum fide incolumes ad Annibalem, Salapiam venerunt. [4] Arpi ſine clade ullius, præterquam unius veteris proditoris, novi perfugæ, reſtituti ad Romanos. Hiſpanis duplicia cibaria dari juſſa : operaque eorum forti ac fideli perſæpe reſpublica

1 *Quam ob noxam Romanorum, quod ab meritum Pœnorum*] Refinge cum Put. & Pet. *quod aut meritum*. Quo & cæteri alludunt. *J. Fr. Gron.*

2 *Datos pœne captos*] Optimi: *ignaros omnium ſe venum à principibus datos Pœno, captos oppreſſoſque à paucis eſſe.* Idem.

3 *Adverſus Carthaginienſes*] Put. & Cantabrigienſis, hoc eſt, quod ego ſcio, duo optimi omnium codices *Carthaginienſem*, quod non negligendum. & ſæpe ſimile occurrit. *Jac. Gron.*

4 *Arpi ſine clade ullius* &c. *reſtituti Romanis*] Put. *ab Romanos.* Voſſ. & Pall. *ab Romanis.* Lege : *reſtituti ad Romanos.* Ut lib. 2. *Soſpites brevi in patriam ad parentes reſtituant.* Lib. 27. *Iiſdem ferme diebus & ad Q. Fulvium Cos. Hirpini & Lucani dediderunt ſeſe.* Lib. 28, 22. *Nec deditio tuta ad tam infeſtos videbatur.* J. Fr. Gron.

Digitized by Goo

blica uſa eſt. Quum [1] conſulum alter in Apulia, alter in Lucanis eſſet; equites centum ac duodecim nobiles Campani, per ſpeciem prædandi ex hoſtium agro; [2] permiſſu magiſtratuum ab Capua profecti, ad caſtra Romana, quæ ſuper Sueſſulam erant, venerunt. ſtationi militum qui eſſent, dixerunt, colloqui ſe cum prætore velle. Cn. Fulvius caſtris præerat: cui ubi nunciatum eſt, decem ex eo numero juſſis inermibus deduci ad ſe; ubi quæ poſtularent, audivit, (nihil autem aliud petebant, quam ut Capua recepta bona ſibi reſtituerentur) in fidem omnes accepti. Et ab altero prætore Sempronio Tuditano [3] oppidum Aternum expugnatum. amplius ſeptem millia hominum capta, & æris argentique ſignati aliquantum. Romæ fœdum incendium per duas noctes ac diem unum tenuit: ſolo æquata omnia inter Salinas ac portam Carmentalem, cum Æquimelio Jugarioque vico. in templis Fortunæ ac [4] matris Matutæ & Spei extra portam, late vagatus ignis ſacra profanaque multa abſumpſit. Eodem anno P. & Cn. Cornelii, quum in Hiſpania res proſperæ eſſent, multoſque & veteres reciperent ſocios, & novos adjicerent, in Africam quoque 48
ſpem extenderunt. [5] Syphax erat rex Numidarum; ſubito

1 *Conſulum alter*] Ita quoque maluit loqui Livius 2, 17 & 27. 3, 4. 9, 16, ubi mutaverant, & cap. 29 & 32, ubi vide. Sed quum, quidquid hoc eſt, ex voluntate Livii pendeat, eaque ex primis MSStis cognoſci debeat; potius erit, ut hic cum Put. Voſſ. Gud. Cantabr. legamus *conſul alter*. Sic quoque enim & alibi ſæpe & 32, 8. Rurſus 31, 6 MS. Thuaneus mihi exhibebat & patri Petavianus *alteri conſulum Aurelio*, non *conſuli*, ut vulgo. *Jac. Gron.*

2 *Permiſſu magiſtratuum ab Capua profecti*] Credemusne ita Livium ſcripſiſſe? At quot magiſtratus Capua habuit? non ſane niſi unum, Medixtuticum Campanis nominatum. Alibi Livio *prætor* quoque dicitur. Potius inducor, ut Livius ſcripſerit *permiſſu magiſtratus*. Sic 23, 10. *Egreſſus curia, in templo magiſtratus conſedit*. 26, 13. *Is timor frequentem ſenatum magiſtratui præbuit*. Omnia de eadem Capua. *Idem.*

3 *Oppidum Aternum*] Phil. Cluverius lib. 1 Ital. pag. 289 reponit *Caternum*. Idem.

4 *Matris Matutæ & Spei extra portam*] Put. uterque Pet. Voſſ. abolent *τὸ Spei*. J. Fr. Gron.

5 *Syphax erat rex Numidarum*] Hunc eundem *Maſæſilorum* regem fuiſſe ſcribit libro 28 his verbis, *Syphacem primum regem ſtatuit tentare. Maſeſilorum is rex erat*. Et lib. 29. *Maſeſilorumque*

ito Carthaginienſibus hoſtis factus: ad eum centuriones tres legatos miſerunt, qui cum eo amicitiam ſocietatemque facerent: & pollicerentur, ſi perſeveraret urgere bello Carthaginienſes; gratam eam rem fore ſenatui populoque Romano, & adnixuros, ut in tempore, & bene cumulatam gratiam referant. Grata ea legatio barbaro fuit: collocutuſque cum legatis [1] de ratione belli gerundi; ut veterum militum verba audivit, quam multarum rerum ipſe ignarus eſſet, ex comparatione [2] tam ordinatæ diſciplinæ, animum advertit. Tum primum, ut pro bonis ac fidelibus ſociis facerent, [3] oravit, *ut duo legationem*

rumque fines, id Syphacis regnum erat, Egregie: erant enim *Maſæſuli* & *Maſſyli* Numidiæ populi, ut eſt apud Dionyſium de Situ orbis:

Τοῖς δ' ἐπὶ δὴ Νομάδων ἀβροπόλων ἄστεα φύλα,
Ἔνθα Μασαισύλιοί τε καὶ ἀγχεμάχοι Μασύλαιες
Βόσκονται.

Et Appianus in Lybico: Νομάδων ὃ τὴν ἐν Λιβύῃ δυνάστην μὲν ἦσαν καὶ μέγα πολλοί. Σύνταξιν δ' οὐκ εἶχον ἁπάντων καὶ πρὸς τὴν ἄλλων ἐπιστροφήν. Quod autem *Maſſaniſam Maſæſulorum* item regem vocat, mendoſe pro *Maſſylorum* vocat: ſiquidem in hoc libro haud ita multo poſt ait: *Galam Maſſaniſa patrem in altera parte Numidiæ, Maſſylia ea gens vocatur, regnaſſe.* Et Appianus in Libyco ait: Μασσυλίων δ' αὖ χώρας Ἀλκάμας παῖς ἦν τοῦ βασιλέως Μασσανάσσου. De Maſæſulis autem ſic Stephanus: Μασαισυλία χώρα Λιβύης πρόσοικος τῇ τῶν Μαυρουσίων. τὸ ἐθνικὸν Μασαισύλιοι καὶ Μασαισυλιεῖς καὶ Μασαισυλῖται. De Maſſylis autem ſic: Μάσυλοι Λιβυκὸν ἔθνος. Πολύβιος ἐν ἑβδόμῳ Μασυλεῖς αὐτοὺς φησί. Et Euſtathius in Dionyſium: Μασυλᾶες δὲ Πολύβιος Μασυλεῖς γράφει. Hoc autem ita eſſe tum demum credidi, cum veteribus libris Livianis & epitomarum diligenter inſpectis, *Maſæſules Syphaci; Maſſylios Maſſaniſa* a-perte attribui vidi. Cujus rei nodum implicuit magis, quam ſolvit Glareanus. *Sigonius.*

1 *De ratione belli gerendi*] Optimi: *gerundi.* J. Fr. Gron.

2 *Tam ordinatæ diſciplinæ animadvertit*] Iidem: *animum advertit.* Dolabella ad Ciceronem lib. 9 Fam. 9: *Quamobrem quid aut ille ſperare poſſit aut tu, animum adverte pro tua prudentia.* Cæſar lib. 1 de bello Gall. *Poſtquam id animum advertit, copias ſuas Cæſar in proximum collem ſubducit.* Eodemque propius finem: *Eam partem minimè firmam hoſtium eſſe animum adverteret.* Lib. 4. *Atque id frater, qui jam prælio exceſſerit, procul animum advertiſſet.* Iterumque: *quod ubi Cæſar animum advertit, naves longas* &c. Et poſtea: *ex omnibus partibus tela conjici animum advertit.* Lib. 7. *Nec facile adiri apertos ad auxiliandum animum advertebant.* Sic conſtanter omnibus his locis membranæ Menardi. Salluſtius Jugurth. cap. 69. *Vaccenſes ubi animum advertere ad ſe verſum exercitum pergere.* Eodem cap. 93. *Animum advertit uter ſaxa repentes cochleas.* Nam & ſic utrobique meliores libri. *Idem.*

3 *Oravit ut duo legationem*] Videtur τὸ *ut* ſupereſſe. Sufficit enim: *Tum primum ut pro bonis ac fidelibus ſociis agerent, oravit; duo legationem referrent.* Idem.

1 *Ma-*

nem referrent ad imperatores ſuos: unus apud ſeſe [1] *magiſter rei militaris remaneret. rudem ad pedeſtria bella Numidarum gentem eſſe, equis tantum habilem. Ita jam inde à principiis gentis majores ſuos bella geſſiſſe: ita ſe à pueris inſuetos: ſed habere hoſtem pedeſtri fidentem Marte. cui ſi aquari robore virium velit, & ſibi pedites comparandos eſſe, & ad id multitudine hominum regnum abundare: ſed armandi* [2] *ornandique & inſtruendi eos, artem ignorare.* [3] *omnia, velut forte congregata turba, vaſta ac temeraria eſſe.* Facturos ſe in præſentia quod vellet,

1 *Magiſter rei militaris remaneret*] Put. *retineret.* Petav. Men. Pal. *rediret.* Petav. & Pal. alteri: *reſideret.* quod an genuinum ſit; conſidera. *J. Fr. Gr.*

2 *Ordinandique & inſtruendi*] Sic primus apud me Aldus. Priores ab Andrea ad Mogunt. cum ſcriptis Put. Pet. utroque, reg. Men. *Armandi ornandique & inſtruendi eos artem ignorare.* Non temere eſt. Lib. 27. *Poſtero die armati ornatique ad edictum aderant.* Lib. 40. *Tribuniſque militum imperat, ut ornari omnes copias peditum equitumque & decurrere jubeant armatas.* Taci-tus 3 Hiſtor. *Flavianus exercitus, ut ad prælium intentus ornatuſque.* Sic contra *deforme agmen* lib. 9 de exarmatis & ſub jugum miſſis ad furculas Caudinas: *ipſa lux ita deforme intuentibus agmen omni morte triſtior fuit.* Et lib. 41. *Vix mille & ducenti ex tanta multitudine, qui arma haberent, perpauci equites, qui equos ſecum eduxiſſent, inventi ſunt; cætera deformis turba, velut lixarum calonumque.* Idem.

3 *Omnia, velut forte congregata turba ſua inſcia*] Pet. Flor. Voſſ. *omnia velut f. c. turba ſua ſca.* Put. *omnia velut forte congregata turba ſua ſca ac temeraria eſſe.* Unde Salmaſius: *omnia, velut forte congregata turba, vaſca ac temeraria eſſe.* Ego accipiebam, *veſca.* Eſt enim *veſcus* ſive à *ve* & *eſca* copulatum, ut placet A. Gellio lib. 16, 5, ſive à *veſcor*, ut ſit quaſi adeſus, idem quod infirmus, gracilis, tenuis, vietus, ſubtilis. Lucilius: *ſaltidioſum & veſcum vivere.* id eſt, infirmum, corpore male ſano. Afranius: *puer eſt veſcus imbecillus viribus.* Virg. 3 Georg. *Veſcæ ſalicum frondes*, id eſt, *victus & teneræ: nam veſcum hoc eſt proprie, unde & telæ aranearum veſcæ vocantur.* Sic puto ſcripſiſſe Servium, non *ſiccas* & *teneras.* Telæ autem *veſcæ* quid aliud quam ſubtiles? Eidem Virgilio 4 Georg. *Veſcum papaver:* non quod eſui eſt, ut interpretatur Servius frigido epitheto & contra proprietatem vocis; ſed quod Plinius lib. 20, 19 de una ſpecie cæteris comparata effert, & de omni verum eſt, ſi cum aliis feminibus compares, exile. Prorſus ita Lucretius lib. 1. *Mare quæ impendet veſco ſale ſaxa peresa.* Non ob edendi intenſionem, ut cenſet Gellius, ſed vel ſubtili, vel molli, quale eſt ſal ſive ſalum maris. Ovidio *veſca farra*, quæ opponuntur grandibus. Haud repugno tamen doctiſſimo Rubenio *vaſta* reponenti. *Idem.*

Turba ſua inſcia] *Vaſca*, quam vocem Salmaſius gloriatur ex ducentis eſſe à ſe Latino ſolo redonatis, per me licet exſulet: ſi *vaſcas* tibias excipias. Gloſſarium quidem MS. ex quo profert: *vaſcum, inane, leve*: corruptum eſſe non dubito, & *vaſtum, inane*, ſcribendum. Servius ſane, *Vaſto rex Æolus antro*, explicat *concavo*, & ex Clodio adducit: *Vaſta, inania, magna.* Nec in Gellio quidquam mutandum eſſe exiſtimo. Lib. 29, cap. 9. *Sed ne nos, id eſt, nomen Latinum,*

let, legati reſponderunt: fide accepta, ut remitteret extemplo eum, ſi imperatores ſui non comprobaſſent factum. Q. Statorio nomen fuit, [1] qui ad regem remanſit. [2] Cum duobus Romanis relata; Numidaſque legatos in Hiſpaniam miſit [3] ad accipiendam fidem ab imperatoribus Romanis. iiſdem mandavit, ut protinus Numidas, [4] qui intra præſidia Carthaginienſium auxiliares eſſent, ad tranſitionem perlicerent. Et Statorius ex multa juventute regi pedites conſcripſit: ordinatoſque proxime morem Romanum, inſtruendo & decurrendo ſigna ſequi, & ſervare ordines docuit: & [5] operi, aliiſque juſtis mili-

tinum, tamquam profecto vaſtos quoſdam & inſubidos ἀναγωγίας condemnetis. Et alibi, *vaſto inſubidoque ingenio.* Ubi Salmaſius *vaſcos* & *vaſco* ſubſtituit, cui non adſentior. *Vaſtum* enim idem quod agreſte, ruſticum, incompoſitum, inconditum. Cicero de Oratore lib. 1. *Sed ſunt quidam aut ita lingua hæſitantes aut ita voce abſoni, aut ita vultu motuque corporis vaſti atque agreſtes.* Et ne hic quoque *vaſci* reſcribamus, obſtat Nonius, qui hunc locum Ciceronis citat in voce *Vaſtum.* Iterum Cicero paullo poſt: *Quis veſtrum æqualem meum Q. Varium, vaſtum hominem atque fœdum, non intelligit* &c. Ruſſus lib. 3 de Orat. *Ex quo ſic locutum eſſe ejus patrem judico, ſic majores, non aſpere, ut ille, quem dixi, non vaſte, non ruſtice, non hiulce, ſed preſſe, & æquabiliter, & leniter.* Et ibidem: *Id aſſequemini ſi verba extrema cum conſequentibus primis ita jungetis, ut ne aſpere concurrant, neu vaſtius diducantur.* Auctor ad Herennium lib. 4. *Ea conſervabitur, ſi fugiemus crebras vocalium concurſiones, quæ vaſtam atque hiantem orationem reddunt.* Denuo Cicero lib. 5 Tuſculan. *Quæ barbaria India vaſtior atque agreſtior?* Exiſtimo itaque & Livium ſcripſiſſe: *Omnia, velut congregata forte turba, vaſta ac temeraria eſſe.* Buſlid. præfert *ſua iſta ac temeraria.* Alb. Rubenius.

1 *Qui apud regem remanſit*] Sic prima in muſeo meo Modiana. Scripti omnes editique prius: *ad regem.* Vide ad lib. 7, 7. *J. Fr. Gron.*

2 *Cum duobus Romanis relata Numida, legatoſque*] Vet. lib. *relata, Numidaſque legatos*, ut præter Romanos legatos, quos remiſit, Numidas & ipſum miſiſſe intelligamus. *Sigonius.*

Cum d. R. relata Numidaſque legatos] Sic Sigonius è vetere libro: & ſic jam Bechar. duo Veneti, Aſcenſius, Saveterius ediderant. Andreas & alii ſcriptique complures: *relata Numida legatoſque*, aut, *relata Numida legatos.* An *relata* ſunt reſponſa vel narrata? Ovidius lib. 5 Met. *Adjectura preces erat his Latona relatis.* Put. *Cum duobus Romanis relata Numida legatos.* Notabile, quod habet Juntas: *Cum duobus Romanus legatis Numida legatos.* Sic lege: vel potius totum illud *relata* dele. *J. Fr. Gron.*

3 *Ad capiendam fidem*] Vet. lib. *ad accipiendam.* Sigonius.

4 *Qui intra portas ſuu præſidia*] Put. & Pet. antiquior non agnoſcunt *ſua portas ſeu.* J. Fr. Gron.

5 *Operi aliiſque inſtitutis militaribus*] Omnis manus *juſtis.* de quo 4 Obſervat. 6. Habet & Andreas Romæ, ſed non Tarv. aut Venet. expreſſius: adeo doctius fuit, quam ut diu ferrent. Præterea fortaſſis, *opere.* Cæſar

1 Ci-

militaribus ita assuefecit; ut brevi rex non equiti magis fideret, quam pediti: collatisque æquo campo signis, justo prœlio Carthaginiensem hostem superaret. Romanis quoque in Hispania legatorum regis adventus magno emolumento fuit. namque ad famam eorum [1] transitiones crebræ ab Numidis cœptæ fieri. Ita cum Syphace Romanis juncta amicitia est. Quod ubi Carthaginienses acceperunt, extemplo ad Galam in parte altera Numidiæ ([2]Massyla ea gens vocatur) regnantem, legatos mittunt. Filium Gala [3] Masanissam habebat; [4] septem & 49
decem annos natum. cæterum juvenem ea indole, ut jam tum appareret, [5] latius regnum opulentiusque quam accepisset, facturum. Legati, quoniam Syphax se Romanis junxisset, ut potentior societate eorum adversus reges populosque Africæ esset, docent: melius fore Galæ quoque Carthaginiensibus jungi quamprimum, antequam Syphax in Hispaniam, aut Romani in Africam transeant; opprimi Syphacem, nihil dum præter nomen ex fœdere Romano habentem, posse. Facile persuasum Galæ, filio deposcente id bellum, ut exercitum mitteret:

qui

1 Civil. *Cum Lusitanis reliquisque barbaris genere quodam pugnæ assuefacti.* Vide ad 31, 35. *J. Fr. Gron.*

1 *Transitiones crebræ ab Numidis cœptæ fieri*] Sequitur: *Ita cum Syphace Romanis juncta amicitia est.* Optimi *cœpta* pro *juncta*. Quæ res facit, ut præcedenti membro τὸ *cœpta* suppositicium credam. *Idem.*

2 *Massyla ea gens voc.*] Vet. lib. *Massylia.* Sigonius.

Massyla ea gens vocatur] Ita nulli ex scriptis. Sigonius ex vet. lib. *Massylia.* Men. *Messulia*, quomodo & Gud. & Petav. Voss. *Messillia.* Cantabr. *Mesulia.* Sic illi errant. Putean. *maesuli.* Inde corrigendum est *Massyli ea gens.* Quæ certa & perpetua Livii consuetudo. 1, 30. *Sabinis genti opulentissimæ.* c. 57. *Rutili gens præpotens.* 26, 25. *In Macedones eduxit. Incurrere ea gens solita erat.* 28, 17. *Masæsyli gens affinis Mauru.* & 46. *Ingauni, ea Ligurum gens est.* & passim. *Jac. Gron.*

3 *Masanissam*] *Massaniſam*, Græci enim Μασσανισσης, vet. lib. *Massanissa.* Sigonius.

4 *Septem & decem annos natum*] Optimi cancellant τὸ &. J. Fr. Gron.

5 *Ejus regnum opulentius, quam quod accepisset*] Idem: *latius opulentiusque regnum quam accepisset.* Quod una defectum litera, cætera verum est. Scribendum namque: *ut jam appareret, latius regnum opulentiusque quam accepisset, facturum.* Virgil. lib. 1 Æneid. *Populum late regem.* Lib. 4. *Templa Jovi centum latu immania regnu.* Horatius 2 Od. 2. *Latius regnes avidum domando Spiritum.* Quintilianus Decl. 268. *Athenienſium civitatem quondam late principem.* Possis alioquin & *majus.* Idem.

qui Carthaginienſium legionibus conjunctis, magno prœlio Syphacem devicit. Triginta millia eo prœlio hominum cæſa dicuntur. Syphax cum paucis equitibus [1] in Mauruſios ex acie Numidas (extremi prope Oceanum adverſus Gadeis colunt) refugit: affluentibuſque ad famam ejus undique barbaris, ingentes brevi copias armavit. cum quibus antequam in Hiſpaniam anguſto diremptam freto trajiceret; Maſaniſſa cum victore exercitu advenit. iſque ibi cum Syphace ingenti gloria per ſe, ſine ullis Carthaginienſium opibus, geſſit bellum. In Hiſpania nihil memorabile geſtum, præterquam quod Celtiberum juventutem [2] eadem mercede, qua pacta cum Carthaginienſibus erat, Imperatores Romani ad ſe perduxerunt: & nobiliſſimos Hiſpanos [3] ſupra trecentos in Italiam ad ſollicitandos populares, [4] qui inter auxilia Annibalis erant, miſerunt. Id modo ejus anni in Hiſpania ad memoriam inſigne eſt, quod mercenarium militem in caſtris neminem ante, quam tum Celtiberos, Romani habuerunt.

EPI-

1 *In Mauruſios ex acie Numidas*] Legendum puto, *Numidu*, quaſi cum paucis equitibus Numidis refugerit. Hoc facio, ne Mauruſios in Numidia reponamus. Quo nihil poteſt eſſe ineptius. *Sigonius.*

In Mauruſ. ex ac. Numidas] Sigonius *Numidu*. Muretus eam vocem inducit. *J. Fr. Gron.*

2 *Eadem mercede, qua pacta*] Ut Horatius: *deſtituit deos Mercede pacta Laomedon.* Sed Put. & Pet. *qua.* Alii *quam.* Forte: *quam pacti cum Carthaginienſibus erant.* Juſtinus lib. 2. *Proditionis pramium cum Xerxe nuptias filia ejus paciſcitur.* Noſter lib. ſequente: *paciſcitur magna mercede cum Celtiberorum principibus, ut copias inde abducant.* Idem.

3 *Supra trecentos inde in Italiam*] Tò *inde* relegant omnes fere boni libri. *Idem.*

4 *Qui inter auxilia Ann. erant*] Relativum in Cantabrig. non exſtat; nec dubito, quin à pluribus MSS. abſit, etſi excerptores neglexerint. Legendum enim: *ad ſollicitandos populares (inter auxilia Annibalis erant) miſerunt.* Jac. Gron.

1 Prater

EPITOME
LIBRI XXV.

P. Cornelius Scipio, poſtea Africanus, ante annos ædilis factus eſt. Annibal urbem Tarentum, [1] præter arcem, per Tarentinos juvenes, qui ſe noctu venatum ire ſimulaverant, cepit. Ludi Apollinares ex Marcii carminibus, quibus Cannenſis clades prædicta fuerat, inſtituti ſunt. A Q. Fulvio & Ap. Claudio conſulibus, adverſus Hannonem Pœnorum ducem proſpere pugnatum eſt. Ti. Sempronius Gracchus proconſul ab hoſpite ſuo Lucano [2] in inſidias deductus, à Magone interemptus eſt. Centenius Penula, qui centurio militaverat, quum petiſſet à ſenatu, ut ſibi exercitus daretur, pollicituſque eſſet, ſi hoc impetraſſet, de Annibale victoriam; octo millibus acceptis, militum dux factus, [3] conflixit acie cum Annibale. & cum exercitu cæſus eſt. Cn. Fulvius prætor male adverſus Annibalem pugnavit. in quo prœlio hominum ſexdecim millia ceciderunt: ipſe cum equitibus ducentis effugit. Capua obſeſſa eſt à Q. Fulvio, & Ap. Claudio Conſulibus. Claudius Marcellus Syracuſas expugnavit anno tertio, & ingentem ſe virum geſſit. in eo tumultu urbis captæ, Archimedes intentus formis, quas in pulvere deſcripſerat, interfectus eſt. P. & Cn. Scipiones in Hiſpania tot tantarumque rerum feliciter geſtarum triſtem exitum tulerunt: prope cum totis exercitibus cæſi, anno octavo, quam in Hiſpaniam iverant. amiſſaque provinciæ poſſeſſio foret, niſi L. Marcii equitis Romani virtute, & induſtria, contractis exercituum reliquiis, ejuſdem hortatu, bina caſtra hoſtium expugnata eſſent.

1 *Præter arcem per Tarentinos juvenes*] In vet. lib. eſt: *præter arcem, in quam præſidium Romanorum fugerat, per Tarentinos*, &c. *Sigonius.*

2 *In inſidias ductus*] Vet. lib. *deductus.* Idem.

3 *Conflixit acie cum Annibale, qui cum exercitu eum cecidit*] Vet. lib. *conflixit cum Annibale, & cum exercitu cæſus eſt.* Idem.

eſſent. [1] *Ad triginta ſeptem millia cæſi, ad mille octingentos triginta capti. prada ingens parta. Dux Marcius appellatus eſt.*

1 DUm hæc in Africa atque in Hiſpania geruntur, Annibal in agro Tarentino æſtatem conſumpſit; ſpe per proditionem urbis Tarentinorum potiundæ. [2] ipſorum interim Sallentinorum ignobiles urbes ad eum defecerunt. [3] Eodem tempore in Bruttiis ex duodecim populis, qui anno priore ad Pœnos deſciverant, Conſentini & Thurini in fidem populi Romani redierunt. & plures rediiſſent, ni L. Pom-

1 *Ad trig. ſept. millia caſa ex mille octingentis. prada ingens capta*] Emenda ex veteribus libris & ipſomet Livio: *Ad mille octingentos triginta capti. prada ingens parta.* Sigonius.

2 *Ipſor. int. Salentinorum*] *Sallentinorum*, ut ante dixi. *Idem.*

Ipſorum interim Sallentinorum] Lege cum Rubenio: *ipſorum interim & Sallentinorum. Ipſos* Intellige Tarentinos. *J. Fr. Gron.*

3 *Eodem tempore in Bruttiis ex* XII *populis - - - Conſentini & Thurini in fidem populi Rom. redierunt*] De *Bruttiorum* defectione ſæpius agit Livius. Omnes locos nominabo, ut ſi quid in hac re difficultatis inſideat, levemus. Anno DXXXIV Varrone & Paullo conſulibus poſt Cannenſem cladem ita loquitur: *Defecere ad Pœnos Bruttii omnes, Lucani, præter hos Surrentini, & Græcorum omnis ferme ora Tarentini, Metapontini, Crotonienſis, Locrique*, lib. 22. Eodem anno lib. 23 ita: *Petellia in Bruttiis à Pœnis capta, poſt Conſentia. Tum Croto urbs Græca à Bruttiis occupata. Poſtremo Locrenſis deſcivere ad Bruttios, Pœnoſque. Rhegini tantummodo regionis ejus in fide erga Romanos ad ultimum manſerunt.* Anno DXXXV Ti. Sempronio conſule, & lib. 24 ſcribit Rhegium à Pœnis fruſtra tentatum. Locros ab eis captos. Croto à Bruttiis occupata, omnis Locros multitudo tranſlata. Anno DXXXVII Q. Fabio, Ti. Sempronio conſulibus lib. 25 ita: *In Bruttiis ex* XII *populis, qui anno priore deſciverant, Conſentini & Thurini in fidem populi Rom. redierunt.* Hoc loco, priorem annum videtur intelligere, annum DXXXV, & reditum ad Romanos factum eſſe anno DXXXVI, quamquam de eo ſcribat in anno DXXXVII. illo anno omnium Bruttiorum populorum, quos hoc loco XII fuiſſe ait, defectionem factam eſſe accipere debemus: ita ut ter de hac re locutus ſit: primum breviſſime, poſt aliquanto latius, idque non ſuo anno, ſed anno DXXXIV ad Cannenſis cladis damna ingentia demonſtranda, qua conſternati tot populi defecerint: poſtremo latiſſime anno ſuo DXXXV, quamquam ibi nihil de Petilia & Conſentia dixit, de quibus obiter ante dixerat. Hæc mihi pluribus verbis exponenda fuerunt, ut quoquo modo poſſem Livium à Glareani obtrectatione mea interpretatione defenderem. Paulo poſt oſtendam videri hoc loco legendum eſſe, *Terinæi* non *Thurini*. Sigonius.

[1] L. Pomponius Veientanus [2] præfectus ſocium, proſperis aliquot populationibus in agro Bruttio juſti ducis ſpeciem nactus, [3] tumultuario exercitu coacto, cum Hannone conflixiſſet. Magna ibi vis hominum, ſed inconditæ turbæ agreſtium ſervorumque cæſa aut capta eſt: minimumque jacturæ fuit, [4] quod præfectus inter cæteros eſt captus, & tum temerariæ pugnæ auctor, & ante publicanus, omnibus malis artibus & reipubl. & ſocietatibus infidus, damnoſuſque. Sempronius Conſul in Lucanis multa prœlia parva, [5] haud ullum dignum memoratu fecit: & ignobilia oppida Lucanorum aliquot expugnavit. Quo diutius trahebatur bellum, & variabant ſecundæ adverſæque res, non fortunam magis quam animos hominum; tanta religio, & ea magna ex parte externa, civitatem inceſſit, ut aut homines, aut Dii repente alii viderentur facti. nec jam in ſecreto modo atque [6] intra parietes abolebantur Romani ritus; ſed in publico etiam ac foro Capitolioque mulierum turba erat, nec

1 *L. Pomponius Veientanus*] Magontiaci natum prænomen. Ab Andrea ad Aſcenſium fuerat *Cajus* & *Gajus*. At MSS. Gallici, Pall. Voſſ. *T. Pomponius*. J. Fr. Gron.

2 *Præfectus ſocium*] Egregie: tales enim fuiſſe præfectos ſcribit Polybius libro 6. Πραιφίκτοι δὲ δύο λοχαγοὶ ἑκάστου τάγματος ἐκλεγόμενοι τὸν ἑαυτῶν· οἱ τοῖς ἑαυτῶν τὸν ὑπηκοότατον καὶ τὸν ἀλυπότατον καὶ τὸν ἀφελέστατον συμμάχων ἑκάτεροι τὸν ἴσον καὶ πίζως ἐκλέγουσι τὸν ὑπηκούοντα ἐκλοχοδιαιρεῖσι, δ διαπερμιωδόμενον, ὑπλίκτος δηλοῖ. *Sigonius.*

3 *Tumultuario exercitu coacto*] Put. Pet. *exercitu actu coacto*. Forte: *exercitu ad id coacto*. J. Fr. Gron.

4 *Quod præfectus inter cæteros eſt captus*] Videntur abundare duæ vocula, & opportuna epexegeſi ſcripſiſſe Livius: *minimumque jactura fuit præfectus inter ceteros captus*. Idem.

5 *Haud ullum dignum memoratu fec.*] Vet. lib. *haud ulla digna memoria fecit*. Sigonius.

6 *Intra parietes ac poſtes contemnebantur*] In primo ſic invenio Frobenio. Nam Pall. tres, Pet. recentior, Men. Voſſ. *parietes ab hoſte tenebantur*: Romana & Aldina atque earum traduces, *parietes ab hoſteque temnebantur*: Pet. melior, *parietes aboſtenebantur*. Quæ orta ſunt ex eo, quod non intelligeretur ſcriptura vetuſtiſſima codicis Put. *parietes abotetebantur*. Scribendum autem: *atque intra parietes abolebantur Romani ritus*. Eleganter dicit *aboleri* pro non coli, omitti. Ut apud Tacitum, quum Nero Britannicum, Britannicus Domitium ſalutaviſſent, queritur Agrippina: *ſperni adoptionem, quæque cenſuerint Patres, juſſerit populus, intra penates abrogari*. Sunt autem duo hæc verba communis ſæpe ſignificationis. Unde *abolere magiſtratum alicui* dixit noſter lib. 3. *tentationemque eam fore abolendi ſibi magiſtratus*. Pro quo

hec ſacrificantium nec precantium Deos patrio more. [1] Sacrificuli ac vates ceperant hominum mentes: quorum numerum auxit ruſtica plebs, ex incultis diutino bello infeſtiſque agris egeſtate & metu in urbem compulſa: & quæſtus ex alieno errore facilis, quem velut ex conceſſæ artis uſu exercebant. Primo ſecretæ bonorum indignationes exaudiebantur, deinde ad Patres etiam, & ad publicam querimoniam, exceſſit res. Incuſati graviter ab ſenatu ædiles triumviriique capitales, quod non prohiberent, [2] quum emovere eam multitudinem è foro, ac disjicere apparatus ſacrorum conati eſſent, haud procul afuit quin violarentur. Ubi potentius jam eſſe id malum apparuit, quam ut minores per magiſtratus ſedaretur; [3] M. Atilio Prætori urbis negotium ab ſenatu datum eſt, ut his religionibus populum liberaret. Is & in concione ſenatuſconſultum recitavit, & [4] edixit, *Ut quicumque libros vaticinos precationeſve, aut artem ſacrificandi conſcriptam haberet, eos libros omnes literaſque ad ſe ante Kalendas Apriles deferret: neu quis in publico ſacrove loco, novo aut externo ritu* [2] *ſacrificaret.* Et aliquot publici ſacerdotes mortui eo anno ſunt: L. Cornelius Lentulus pontifex maximus, & [5] C. Papirius

quo lib. 27. *Et jam de imperio abrogando ejus agebat.* Lib. 29. *Omnem diſciplinam ſacrificandi, praterquam more Romano, abolerent.* J. Fr. Gron.

1 *Sacrificuli ac vates ceperant hominum mentes*] Eandem rem expreſſit ſic libro quarto: *Animos multiplex religio, & pleraque externa invaſit, novos ritus ſacrificandi vaticinando inferentibus in domos, quibus quæſtui ſunt capti ſuperſtitione animi.* Sigonius.

2 *Cum emoveri*] Vet. lib. *emovere.* Idem.

3 *M. Æmilio prætori urbis negotium datum eſt*] Emendandum eſt, *M. Atilio prætori urbano.* Nam hoc anno M. Atilius prætor fuit urbanus, M. Æmilius peregrinus. Sic enim ſupra Livius, *M. Æmilius prætor cujus peregrina ſors erat, juriſdictionem Atilio collega prætori urbano mandarat, ut Luceriam provinciam haberet.* Item hoc libro infra: *prætorum Fulvii Flacci, que Luceria ſub Æmilio prætore eſſent.* In libro porro vet. eſt pro *urbis, urbano,* quomodo ſcribendum eſſe videtur. *Idem.*

4 *Edixit, ut quicumque libros vaticinos* &c.] Hinc lib. 39. *Quoties hoc patrum majorumque ætate negotium eſt magiſtratibus datum, ut ſacra externa fieri vetarent? ſacrificulos, vateſque foro, circo, urbe prohiberent? vaticinos libros conquirerent, comburerentque; omnem diſciplinam ſacrificandi praterquam more Romano abolerent?* Idem.

5 *C. Papirius C. F. Maſſo*] *C. Papirius C. F. Maſo,* ex conſulatu ejus Capi-

Digitized by Google

pirius C. F. Maſſo pontifex, & P. Furius Philus augur, & C. Papirius, L. F. Maſſo decemvir ſacrorum. In Lentuli locum M. Cornelius Cethegus, in Papirii [1] Cn. Servilius Cæpio, pontifices ſuffecti ſunt. augur creatus [2] L. Quintius Flamininus. decemvir ſacrorum L. Cornelius Lentulus. Comitiorum conſularium jam appetebat tempus, ſed quia conſules à bello intentos avocare non placebat, Ti. Sempronius conſul comitiorum cauſſa dictatorem dixit [3] C. Claudium Centonem. ab eo magiſter equitum eſt dictus Q. Fulvius Flaccus. Dictator [4] primo comitiali die creavit conſules, Q. Fulvium Flaccum magiſtrum equitum, & Ap. Claudium Pulchrum, cui Sicilia provincia in prætura fuerat. Tum prætores creati [5] Cn. Fulvius Flaccus, C. Claudius Nero, [6] M. Junius Silanus, [7] P. Cornelius Sulla. Comitiis perfectis, dictator magiſtratu abiit. [8] Ædilis curulis fuit eo anno cum M. Cornelio Cethego, P. Cornelius Scipio, cui poſt Africano fuit cognomen. huic petenti ædilitatem quum obſiſterent tribuni plebis, negantes rationem ejus habendam eſſe, quod nondum ad petendum legitima ætas eſſet; etiam prænomine in conſulatu afficitur. *Idem.*

Capitolino; in quo primus in monte Albano de Corſeis triumphavit. *Sigonius.*

1 *Cn. Servilius Cepio*] *Capio* ex Capitol. lapid. nummis argenteis, Græcis monumentis, in quibus eſt Καυιων, & per mendum, Καπιων. *Idem.*

2 *L. Quintius Flamininus*] *L. Quinctius Flamininus*, ex lapid. Capitol. *Idem.*

3 *C. Claud. Centonem*] *Centhonem*, lapid. Capitolin. *C. Claudius* hic *Centho dictator* conſul ante fuerat cum M. Sempronio Tuditano. *Idem.*

4 *Primo comitiali die*] Varro lib. 5. *Comitiales dies dicti, quod tum ivet populus ad ſuffragia ferenda, niſi ſi qua feria concepta eſſent, propter quas non liceret, ut Compitalia & Latina.* Idem.

5 *Cn. F. Flaccus, Claudius Nero*] Vet. lib. *C. Claudius Nero.* Eodem poſt

6 *M. Junius Syllanus*] *Silanus*, ex Capitol. lapid. & Græcis libris Σιλανός. *Idem.*

7 *P. Cornelius Sylla*] Lapid. Capitol. *Sulla.* Ceterum *P.* hic *Cornelius Rufinus* dicebatur, in hoc autem magiſtratu *Sulla* cognomen invenit, ut poſt dicam. *Idem.*

8 *Ædilis Cur. fu. eo an. cum M. Cornelio Cethego P. Cornelius Scipio*] Placuit hoc loco adſcribere Polybium lib. 10 auctorem eſſe, P. Scipionem cum L. Scipione fratre ædilem fuiſſe. Quod innuit etiam Velleius libro 2 cum ait: *Nam cenſura Metellorum, patruelium, non germanorum fratrum fuit, quod ſolis contigerat Scipionibus.* Commemorat enim fratres collegas in aliquo magiſtratu. *Idem.*

eſſet; *Si me*, inquit, *omnes Quirites ædilem facere volunt, ſatis annorum habeo.* Tanto inde favore ad ſuffragium ferendum in tribus diſcurſum eſt, ut tribuni repente incepto deſtiterint. [1] Ædilicia largitio hæc fuit. Ludi Romani pro temporis illius copiis magnifice facti, & diem unum inſtaurati, & congii olei in vicos ſingulos dati. L. Villius Tappulus & [2] M. Fundanius Fundulus, ædiles plebeii, aliquot matronas apud populum probri accuſarunt: quaſdam ex eis damnatas in exilium egerunt. Ludi plebeii per biduum inſtaurati, & Jovis epulum fuit ludorum
3 cauſſa. Q. Fulvius Flaccus tertium, Ap. Claudius conſulatum ineunt. Et prætores provincias ſortiti ſunt; P. Cornelius Sulla urbanam & peregrinam, quæ duorum ante ſors fuerat: Cn. Fulvius Flaccus Apuliam, [3] C. Claudius Nero Sueſſulam, [4] M. Junius Silanus Tuſcos. Conſulibus bellum cum Annibale & binæ legiones decretæ: alter à Q. Fabio ſuperioris anni conſule, alter à Fulvio Centumalo acciperet. Prætorum, Fulvii Flacci, quæ Luceriæ ſub Æmilio prætore; Neronis Claudii,

1 *Ædilicia largitio hæc fuit*] De largitionibus ædilium, Cicero lib. 2 de Officiis. *Sigonius.*

2 *M. Fundanius*] Vet. lib. *M. Fundanius Fundulus.* Recte. eſt enim *Fundulus Fundaniorum* cognomen. Quod ex conſulatu Capitolino *C. Fundanii Funduli* anno DX intelligi poteſt. *Idem.*

3 *Claudius Nero Sueſſ.*] Vet. lib. *C. Claudius*, ut ante. *Idem.*

4 *M. Junius Syllanus inter conſules*] Aſſentior Vallæ & Glareano, quatenus voces illas, *inter conſules*, mendoſe eſſe dixerunt: diſſentio ab iiſdem, quatenus pro iis *Etruriam*, eſſe reſtituendum putarunt. Neque vero nego, quin M. Junius prætor Etruriam ſit ſortitus, ſiquidem in anno ſequenti ita ait: *Pratoribus prioris anni M. Junio in Etruria, P. Sempronio in Gallia prorogatum imperium eſt:* ſed illud dico, non *Etruriam*, ſed *Tuſcos*, eſſe reponendum, non ſolum hoc in loco, ſed etiam infra, ubi ait: *M. Junio inter conſules legiones urbana prioris anni data*, ubi, *in Tuſcos*, legendum eſſe dico. Me autem ut ita ſentiam, adducit primum Livius, qui ita loqui ſolitus eſt, ut in anno DLX. *Prætores provincias ſortiti, L. Aurunculeius urbanam, Cn. Fulvius peregrinam, L. Æmilius Regillus claſſem, P. Junius Tuſcos:* & paulo poſt: *P. Junius in Tuſcos exercitum ſcribere juſſus:* deinde erroris verisimilitudo. Nam pro *Tuſcos*, vel *in Tuſcos* factum eſt à librariis *intus* Cos. & *inter* Cos. Quæ qui explicare omnibus literis voluerunt, *inter conſules*, & *intus conſuli*, & *creatus conſul*, hæc enim omnia in veteribus libris aliis atque aliis inveniuntur, ſcripſerunt. *Idem.*

1 Sup-

dii, quæ in Piceno ſub C. Terentio fuiſſent, legiones eſſent. [1] ſupplementum in eas quiſque ſcriberet ſibi. M. Junio in Tuſcos legiones urbanæ prioris anni datæ. Ti. Sempronio Graccho & P. Sempronio Tuditano imperium provinciæque Lucani & Galliæ cum ſuis exercitibus prorogatæ: item P. Lentulo, qua vetus provincia in Sicilia eſſet; M. Marcello Syracuſæ, & qua Hieronis regnum fuiſſet: T. Otacilio claſſis: Græcia M. Valerio: Sardinia Q. Mucio Scævolæ: [2] Hiſpaniæ P. & Cn. Corneliis. Ad veteres exercitus duæ urbanæ legiones à conſulibus ſcriptæ, ſummaque trium & viginti legionum, eo anno effecta eſt. Delectum conſulum M. Poſtumii Pyrgenſis cum magno prope motu rerum factum impediit. Publicanus erat Poſtumius, qui multis annis parem fraude avaritiaque neminem in civitate habuerat, præter L. Pomponium Veientanum, quem [3] populantem temere agros in Lucanis, ductu Hannonis priore anno ceperant Carthaginienſes. Hi, [4] quia publicum periculum erat à vi tempeſtatis in iis quæ portarentur ad exercitus, & [5] ementiti erant falſa naufragia, & ea ipſa quæ vera renunciaverant, fraude ipſorum facta erant, non caſu; [6] in veteres quaſſaſque naves paucis & parvi pretii rebus

1 *Supplementum in eas quiſque ſcriberet ſibi*] MSS. prorſus omnes *in eas ipſe ſcriberet*. Quod ſive jam ſtatim defendi poteſt, ſive adhuc de eo deliberare placet, certe ſupprimi non oportet. Et fortaſſe Terentii legiones morbo vel quo alio caſu fuerunt imminutæ, ut Neronem Claudium ſolum reſpexerit Livius. quanquam & Conſulibus ſupplementum datum patet ex cap. 5. Iud. ultra pergit, *in eas ipſi ſcriberent ſibi*. Jac. Gron.

2 *Hiſpaniæ P. Cn. Corneliis*]. Vet. lib. *P. & Cn. Cornelius*. Sigonius.

3 *Populantem temere agros in Lucanis*] De eo ita hujus libri initio: *Proſperis aliquot populationibus in agro Bruttio juſti ducis ſpeciem nactus*. Idem.

4 *Quia publicum periculum erat à vi* &c.] Hac de re ſic lib. 24 extremo: *Alterum poſtulatum publicanorum fuit, ut quæ in naves impoſuiſſent, ab hoſtium tempeſtatiſque vi publico periculo eſſent*. Idem.

5 *Ementiti erant facta naufragia*] Put. Pet. uterque, Reg. duo Pall. *falſa naufragia*: quod cur ſpernam, cauſæ nihil video, nec me offendit ille, ſi quis eſt, pleonaſmus: *ementiti falſa*. J. Fr. Gron.

6 *In veteres quaſſataſque naves*] Put. & Pet. *quaſſaſque*. L. 7 D. de act. empti: *veluti ſi fundo dolia acceſſura dixiſſet, non quaſſa, ſed integra dare debet*.

rebus impositis, quum mersissent eas in alto, exceptis in præparatas scaphas nautis, multiplices fuisse merces, ementiebantur. [1] Ea fraus indicata M. Atilio prætori priore anno fuerat, ac per eum ad senatum delata, nec tamen ullo senatusconsulto notata: quia Patres ordinem publicanorum in tali tempore offensum nolebant. [2] Populus severior vindex fraudis erat; excitatique tandem duo [3] tribuni plebis Sp. & L. Carvilii, quum rem invisam infamemque cernerent, ducentum millium æris multam M. Postumio dixerunt. cui certandæ quum dies advenisset, conciliumque tam frequens plebis adesset, ut multitudinem area Capitolii vix caperet, perorata

Seneca ad Martiam: *Quid est homo? quodlibet quassum vas.*, Horatius: *mox reficit rates Quassas.* J. Fr. Gron.

1 *Ea fraus indicata M. Æmilio prætori priore anno fu.*] Superiore anno, ut ostendi, *M. Atilius* in urbe mansit, quippe qui prætor esset urbanus: reliqui prætores in provincias profecti sunt. Ergo *M. Atilio*, ut ante, corrigendum. *Sigonius.*

2 *Populus severior vindex fraudis erat*] Miratur Glareanus quid sit, quod cum *populum* fraudis vindicem vocet Livius, paulo post, *plebu* concilium habitum esse hac de re dicat, neque intelligit cum de tributis comitiis agitur, ut hoc loco, populum pro plebe accipi; præsertim vero cum ab comitiis patres essent exempti, quod Livius tradidit libro secundo, *Insignem annum maxime tributa comitia efficiunt, res major victoria suscepti certaminis, quam usu: plus enim dignitatis comitiis ipsis detractum est patribus ex concilio summovendis quam virium aut plebi additum, aut demptum patribus.* & eodem libro: *Consules, nobilitasque ad impediendam legem in concione consistunt; summoveri Lætorius iubet, præterquam qui suffragium ineant.* Gellius libro decimo quinto, capite vigesimo septimo: *Is qui non universum populum, sed partem aliquam adesse jubet, non comitia, sed contilium edicere debet. Tribuni autem neque advocant patricios, neque ad eos referre de re ulla possunt. Ita ne legi quidem proprie sed plebi scita appellantur, quæ tribunis plebis ferentibus accepta sunt.* Sæpe autem populi voce Patres etiam continentur, ut eodem in loco significat Livius: *Consul Appius negare jus esse tribuno in quemquam nisi plebeium, non enim populi sed plebis eum magistratum esse.* Idem.

3 *Tribuni plebis, --- multam M. Postumio dixerunt; cujus certandæ cum dies adv.*] Magistratus multare quemquam non poterat, sed multam pronunciare, quam deinde populus aut juberet, aut remitteret. Illud erat *multam dicere*, hoc *multam certare.* Sic libro 3 de Legibus Cic. *Magistratus nec obedientem & noxium civem multa, vinculis, verberibusve coercento, ni par majorve potestas prohibessit, aut provocatio esto. Cum magistratus judicassit irrogassitve, per populum multa, pœna certato esto.* Et Philipp. XI. *Crassus consul Pont. Max. Flacco collegæ Flaminii Martialis multam dixit, si a sacris discessisset, quam multam populus Rom. remisit.* Sic Livius paulo post: *Tribunis plebis omissa multa certatione rei capitalis diem Postumio dixerunt.* Idem.

Trib. pl. &c. cujus certanda quum dies] Scripti omnes: *cui certandæ* J. Fr. Gro.

1 *Te-*

orata cauſſa, ſpes una videbatur eſſe, ſi C. Servilius Caſca tribunus plebis, qui propinquus cognatuſque Poſtumio erat, prius quam ad ſuffragium tribus vocarentur, interceſſiſſet. [1] Teſtibus datis, tribuni populum ſummoverunt; ſitellaque allata eſt, ut ſortirentur, ubi Latini ſuffragium ferrent. Interim publicani Caſcæ inſtare, ut [2] concilio diem eximeret. populus reclamare: & forte

1 *Teſtulis datis t. p. ſ. ciſtellaque allata ut ſort. ubi Latini ſuffragium ferrent*] Veteres libri habent, omnes, *Teſtibus datu.* Quæ lectio neglecta eſt ſine cauſa. In ejuſmodi enim re ſic loquitur Cicero in Prætura urbana: *Accuſabo, reſpondebis: teſtibus editis ita mittam in conſilium, ut etiam ſi lex ampliandi faciat poteſtatem, tamen iſti turpe ſibi exiſtiment, non primo judicare.* & libro vigeſimo ſexto Livius: *Bu eſt accuſatus, pecuniaque anquiſitum, tertio teſtibus datis, cum jurati permulti dicerent, fuga initium à prætore ortum, tanta ira accenſa eſt, ut capite anquirendum concio ſuccłamaret.* Sic hoc loco: Tribuni qui diem dixerant, datis teſtibus ſummovent populum, ut tribus ad ſuffragandum introvocent: quod eſt æque atque judices in conſilium mittere. Præterea pro, *Ciſtella allata eſt*, veteres libri habent. *ſi te illaque lata eſt*, ut *ſitella*, magis probem. Sic Cicero libro primo de Nat. deorum: *Ut igitur Ti. Gracchum cum videor concionantem in Capitolio videre de M. Octavio deferentem ſitellam.* Idem tamen eſt, *ciſtula*, ut ad Herennium libro 1. *Ille nihilominus ciſtulam detulit.* Et paulo poſt: *pontes diſturbat, ciſtas dejicit.* Has vocat ὑδρίας Plutarchus in Tiberio: καὶ τὸ δῆμον ἀπὸ κλήρου ἐπὶ τὸ ψῆφον, ἱπταμένης ὑπὸ τῆς πλησίον αἰ ὑδρίας. Sitellam autem tulerunt tribuni, ut ea ſorte tribus educerentur, in quibus Latini cives Romani facti ſuffragium ferrent, quaſi vero in aliis tribubus cenſerentur, in aliis ſuffragarentur. *Sigonius.*

Teſtibus datis] Sic ſcripti: ſic Andreas & omnes uſque ad Magont. quæ *Teſtulis datis.* Cicero 2 de Finib. *Cum, datis teſtibus, alii tamen citarentur.* Livius lib. 3. *Jamque editis teſtibus, cum tribus vocari & po. inire ſuffragium oporteret.* Quod ſequitur, Andreas & cæteri: *ſuper re illa quæ lata eſt.* Scripti: *ſi te illaque lata eſt.* Unde Valla: *ſitellaque lata eſt:* auctoritate Ciceronis lib. 1 de nat. Deor. & Plauti in Caſina: ſed revocatus ab auctore ad Herennium *ciſtula* vel *ciſtella* maluit. Magontiaci primum dederunt: *ſitellaque allata eſt:* inde ſic corrigendum in Erratis monuit Aldus: & acceperunt Juntas, Frobenius, Saveterius, Gryphius. Curioni placuit: *Ciſtellaque allata eſt.* Sic Sigonio utrumque reſtituendi occaſio nata. Put. clare; *ſitellaque lata eſt.* Cicero pro Cornelio apud Aſconium: *Dum privati dicunt, dum ſitella defertur.* Et rurſum: *Sitellam cum ipſo interceſſore deferre.* Itaque forſan & Livius: *ſitellaque delata eſt.* J. Fr. Gron.

Ut ſortirentur, ubi Latini ſuffragium ferrent] Vitium horum verborum multis coarguere poſſem, ſi pateretur locus. Sed ſcribendum exiſtimo: *ſitellaque allata eſt, ut ſortirentur tribus, ac dein ſuffragium ferrent.* Sortitos intellige quæ eſſet prærogativa. Cap. ſequenti: *Tribus in ſuffragia vocari prohiberet.* Sic inculcarunt Latinos lib. 44, 33. *Quidam Latini, qui è fuga* pro vero, *Qui palati e fuga.* Idem.

2 *Concilio diem eximeret*] Nota forma dicendi aliorum interpretatione facta eſt. Cicero de Legibus 3. *Diem tollere* dixit. Idemque ſæpius *eximere*, quod

forte in cornu primus ſedebat Caſca, cui ſimul metus pudorque animum verſabat. Quum in eo parum præſidii eſſet, turbandæ rei cauſſa [1] publicani per vacuum, in ſummoto, locum cuneo irruperunt; jurgantes ſimul cum populo tribuniſque. Nec procul dimicatione res erat, quum Fulvius conſul tribunis, *Nonne videtis*, inquit, [2] *vos in ordinem coactos eſſe, & rem ad ſeditionem ſpectare, ni propere dimittitis plebis concilium?* Plebe dimiſſa, ſenatus vocatur, & conſules referunt de concilio plebis tur-

quod eſt, ne quid eo die conficiatur in populo, vel in ſenatu de re aliqua, vel dicendo, vel alia ratione impedire. *Sigonius.*

1 *Publicani per vacuum vi ſumma occupato loco, in eos irruperunt*] Jam quidem Andreas τὸ *occupato* & *in eos* exhibuit. At Valla invenit: *vi ſummo loco irruperant*: conjecit autem: *vi ſummoto eo*, vel *vi ſummoto inde cuneo irruperunt*. Pall. & Voſſ. *in ſummoto loco in eo* aut *eos*. Pet. *in ſummoto loco irrup.* Sed optimus Put. *in ſummo tolecuneo inrup. Summoto incedere* vel *agere* dicebantur magiſtratus Romani, quum inter frequentiam hominum, lictorum miniſterio & animadverſione cedere locumque dare juſſam, progrediebantur vel agebant. Ita hic vacuus *ſummoto* locus, qui per viatores tribunicios diſcedere juſſa plebe, inter ipſam & tribunos interlucebat, & intervallum faciebat. Tribuni ſubmovendi jus non habebant, tamen in conciliis ſummoto confidebant. Livius lib. 2. *Neque illum ipſum ſummovere pro imperio poſſe more majorum, quia ita dicatur; ſi vobis videtur, diſcedite Quirites.* Et paullo ante: *ſummoveri Latorius jubet, praterquam qui ſuffragium ineant.* Et hic: *Teſtibus datis tribuni populum ſummoverunt.* Lib. 8. *Quum ſummoto populo in conſpectu omnium rem ad ceteras retuliſſent.* Lib. 26. *Starentque ſummoto populo accuſator & reus.* Relinquebatur igitur ſummoto populo vacuus inter tribunos & plebem locus. In hoc vacuum & intermiſſum ſpatium irrupiſſe tunc publicanos, & tribunos à plebe intercluſiſſe, cum utriſque jurgantes, liquet ex relatione conſulum, quæ mox interponitur. Atque ita ſcribendum: *publicani per vacuum ſummoto locum, cuneo irruperunt.* Vel *in ſummoto.* in ea parte unde populus ſubmotus erat. Hanc inſignem hujus loci reſtitutionem & ſententiam accepi ab Alberto Rubenio. *Per vacuum*, ut Horatius 1 Epiſt. 19 *Libera per vacuum poſui veſtigia princeps.* Alterum genus loquendi Livio frequentiſſimum. Lib. 2. *Eo nixi corporibus armiſque rupere cuneo viam.* Lib. 7. *Cuneus deinde in medium agmen perrumpunt.* Lib. 34. *Hoſtes acri impetu velut cuneo perculerunt.* Vegetius illuſtrat lib. 1, 26. *Quo facto in trigonum (quem cuneum vocant) acies ipſa mutanda eſt.* J. Fr. Gron.

2 *Vos in ordinem coactos eſſe*] Idem eſt *in ordinem redactus*: quo de genere dicendi ſic Priſcianus libro decimo octavo, *In ordinem redactus eſt, id eſt, inter viles & abjectos connumeratus eſt.* Livius libro 30. *Tribuni plebis in ordinem redacti pro contemptiſſimis habiti ſunt.* Hinc etiam *extra ordinem redacti*, pro egregiis dicuntur. Atticì ἰσχυριπαίτερ⊙- ἀρετῆς. Ξενοφῶν Ἑλλαδικῶν ἅ, ὧν ἦν ὁ ἀνὴρ δυχαρίς τε μᾶλλον ἢ συνωσπαγὴν⊙-, καὶ ἰσχυριπαίτερ⊙- ἀρετῆς. *Sigonius.*

1 *M. Fu-*

turbato, vi atque audacia publicanorum. [1] *M. Furium Camillum, cujus exilium ruina urbis ſecuta ſuerit,* [2] *damnari ſe ab iratis civibus paſſum eſſe.* [3] *Decemviros ante eum, quorum legibus ad eam diem viverent, multos poſtea principes civitatis judicium de ſe populi paſſos. Poſtumium Pyrgenſem ſuffragium* [4] *populo per vim extorſiſſe, concilium plebis ſuſtuliſſe, tribunos in ordinem coëgiſſe,* [5] *contra populum Romanum aciem introduxiſſe, locum occupaſſe, ut tribunos à plebe intercluderet, tribus in ſuffragium vocari prohiberet. Nihil aliud à cæde ac dimicatione continuiſſe homines,* [6] *niſi patientiam magiſtratuum, quod ceſſerint in præſentia furori atque audaciæ paucorum, vincique ſe ac populum Romanum paſſi ſint: & comitia, quæ reus vi atque armis prohibiturus erat, ne cauſſa quærentibus dimicationem daretur, voluntate ipſius ſuſtulerint.* [7] Hæc quum ab optimo quoque pro atrocitate rei jacta eſſent, [8] vimque eam contra rempublicam & pernicioſo exemplo factam, ſenatus decreſſet; confeſtim Carvilii tribuni plebis, omiſſa multæ certatione, rei capitalis diem Poſtumio dixerunt: ac, ni vades daret, prehendi à viatore, atque in carcerem duci juſſerunt. Poſtumius vadibus datis non affuit. [9] Tribuni

1 *M. Furium Camillum*] Hac de re lib. 5. *Sigonius.*

2 *Damnari ſe ab ingratis civibus paſſum eſſe*] Put. Pett. Men. Pal. *ſe arbitratu.* Lege: *ſe ab iratis:* quod plane exhibet unus è Pall. & Buſlid. Credibilius eſt utique immoderato adfectui, quam pravo animo dedecus id conſules delegaſſe. Lib. 22. *Hoſtium ſe telis potius quam ſuffragiis iratorum civium caput objecturum.* Lib. 2 de Coriolano: *ipſe quum die dicta non adeſſet, perſeveratum in ira eſt. Damnatus abſens.* J. Fr. Gron.

3 *Decemviros ante eum*] Libro tertio. *Sigonius.*

4 *Populo per vim extorſiſſe*] Media duo vocabula ſunt recentioris ingenii. Put. & Pet. *populo R. extorſiſſe.* Quidam: *populorum extorſiſſe.* J. Fr. Gron.

5 *Contra po. R. aciem introduxiſſe*] Optimi, *intruxiſſe.* An *inſtruxiſſe.* Lib. 23. *Aciem inter caſtra atque urbem inſtruxit.* Idem.

6 *Niſi patientiam magiſtratuum quod ceſſerint*] Lego: *qui ceſſerint in præſentia furori atque audaciæ.* Idem.

7 *Hæc quum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta eſſent*] Scribo omnino, *jacta*, quamvis ſilentibus libris. Reviſe ad lib. 23, 22. Quintilianus lib. 9, 2. *Eſt & jactus ſine perſona ſermo.* Vidit hoc quoque Fulvius. *Idem.*

8 *Vimque eam contra rempublicam pernicioſo*] Meliores: *contra rempublicam & pernicioſo exemplo factam, ſenatus decreſſet.* Idem.

9 *Tribuni plebis vocarunt plebem, quæ ita ſcivit. Si M. Poſtumius*] Hanc lectionem nobis olim reſtituit Valla, cum

buni plebem rogaverunt, plebesque ita scivit, *Si M. Postumius ante Kalendas Maias non prodisset, citatusque eo die non respondisset, neque excusatus esset; videri eum in exilio esse, bonaque ejus venire: ipsi aqua & igni placere interdici.* [1] Singulis deinde eorum, qui turbæ ac tumultus concitatores fuerant, rei capitalis diem dicere ac vades poscere cœperunt. Primo non dantes, deinde etiam eos qui dare possent, in carcerem conjiciebant: cujus rei periculum vi-
5 tantes, plerique in exilium abierunt. Hunc fraus publicanorum, deinde fraudem audacia protegens, exitum habuit. Comitia inde pontifici maximo creando sunt habita. [2] Ea comitia novus pontifex M. Cornelius Cethegus habuit. Tres ingenti certamine petierunt: Q. Fulvius Flaccus consul, qui & ante bis consul & censor fuerat: & T. Manlius Torquatus, & ipse duobus consulatibus & censura insignis: [3] & P. Licinius Crassus, qui & ædilitatem curulem petiturus erat. hic senes honoratosque [4] juvenis in eo certamine devicit. Ante hunc, intra centum annos viginti, nemo [5] præter P. Cornelium Calussam

cum legeretur *Tribuni plebis vocarunt, plebesque scivit*, & ita: *Tribuni plebem vocarunt*. Nos autem germanam lectionem esse censemus, *Tribuni plebis plebem rogarunt, plebesque scivit*. Sic enim libro tertio, *M. Duilius tribunus plebis plebem rogavit, plebesque scivit*. Et libro 26. *Ut M. Antistius tribunus plebis rogationem ferret, sciretque plebs*. Et libro 27. *Ex auctoritate patrum ad plebem latum, plebemque scivisse*. Et libro trigesimo primo, *Tribuni ad plebem tulerunt, plebesque scivit*. Et Cicero Philipp. prima, *Hoc accepimus à majoribus jus rogandi. Consules populum jure rogaverunt, populusque jure scivit*. Sigonius.

Tribuni vocaverunt plebem, quæ ita] Put. *Tribuni pl. locaverunt, plebesque ita scivit*. Sincerum est: *Tribuni plebem rogaverunt, plebesque ita scivit*. Adde Sigonium. *J. Fr. Gron.*.

1 *Singulis deinde*] Put. Voss. Gud. *Singulos*. Idem.

2 *Ea comitia novus pontifex M. Cornelius Cethegus habuit*] In L. Lentuli locum, qui Pontifex maximus fuerat, hic Cornelius Cethegus suffectus quidem erat Pontifex, sed non maximus Pontifex, quare non est contradictio. *Glareanus.*

Novus Pontifex M. Cornelius Cethegus] L. Lentulus duobus sacerdotiis præditus fuit Pontificatu, & Pontificatu maximo. In ejus mortui locum M. Cornelius Cethegus Pontifex factus est, P. vero Crassus Pont. Max. *Sigonius.*

3 *Et Licinius Crassus*] Vet. lib. & *P. Licinius Crassus*, quo eodem prænomine postea in consulatu afficitur. *Idem.*

4 *Juvenis in eo certamine devicit*] Put. & Pet. *certamine vicit*. J. Fr. Gron.

5 *Præter P. Cornelium Calussam*] Nul-

lussam

Iuſſam pontifex maximus creatus fuerat, qui ſella curulī non ſediſſet. Conſules quum ægre delectum conficerent, quod inopia juniorum non facile in utrumque, ut & novæ urbanæ legiones, & ſupplementum veteribus ſcriberetur, ſufficiebat; ſenatus abſiſtere eos incepto vetuit, *& triumviros binos creari juſſit: alteros, qui citra, alteros qui ultra quinquageſimum lapidem* [1] *in pagis foriſque, & conciliabulis omnem copiam ingenuorum inſpicerent: & ſi qui roboris ſatis ad ferenda arma habere viderentur, etiamſi nondum militari ætate eſſent, milites facerent. Tribuni plebis, ſi iis videretur, ad populum ferrent:* [2] *ut qui minores ſeptem & decem annis ſacramento dixiſſent, iis perinde ſtipendia procederent, ac ſi ſeptem & decem annorum, aut majores, milites facti eſſent.* Ex hoc ſenatuſconſulto creati triumviri bini, conquiſitionem ingenuorum per agros habuerunt. Eodem tempore ex Sicilia literæ M. Marcelli de poſtulatis militum, [3] qui cum P. Lentulo militabant, in ſenatu recitatæ ſunt. Cannenſis [4] reliquiæ cladis hic exercitus erat, relegatus in Siciliam, ſicut ante dictum eſt, ne ante Punici belli finem in Italiam reportaretur. Hi permiſſu Lentuli primores equitum centurionumque, & robora ex legionibus peditum legatos in hiberna ad M. Marcellum miſerunt, è quibus unus poteſtate dicendi facta; [5] *Conſulem, inquit, te, M. Marcelle, in Italiam adiſſemus, quum primum de nobis,* 6

Nuſquam alibi *Caluſſam* cognomen reperi. Puto autem legendum eſſe, *Scapulam*, ut *P. Cornelius Scapula* intelligatur, qui annos ante prope viginti conſul fuit. *Sigonius.*

Præter P. Cornel. Caluſſam] Sigonius non incommode *Scapulam*. Quid ſi *Caſullam*? ex Feſto: *Ravilia à ravis oculis, quemadmodum à caſis Caſulla.* J. Fr. Gron.

1 *In plateis foriſque & conciliabulis*] Put. & Pet. *in pacis.* Lege: *in pagis foriſque.* Idem.

2 *Ut qui minores ſeptem & decem annis* &c.] Vet. lib. *ac ſi ſeptem & decem annorum.* Hæc eſt enim ætas militaris legibus conſtituta. *Sigonius.*

Minores ſeptem & decem annis] Optimi & hic & mox: *ſeptemdecim.* J. Fr. Gron.

3 *Qui cum P. Lentulo militabant*] Hic anno DXXXVI Siciliam provinciam in prætura habuit, eandemque biennio poſt prorogato imperio obtinuit. *Sigonius.*

4 *Reliquiæ cladis is exercitus*] Meliores: *hic exercitus.* J. Fr. Gron.

5 *Conſulem te M. Marcelle*] Vet. lib. *Conſulem, inquit, te M. Marcelle.* Sigonius.

nobis, etſi non iniquum, certe triſte ſenatuſconſultum factum eſt: niſi hoc ſperaſſemus, in provinciam nos morte regum turbatam ad grave bellum adverſus Siculos ſimul Pœnoſque mitti: [1] *& ſanguine noſtro vulneribuſque nos patriæ ſatisfacturos eſſe: ſicut patrum memoria* [2] *qui capti à Pyrrho ad Heracleam erant, adverſus Pyrrhum ipſum pugnantes ſatisfecerunt. Quamquam quod* [3] *ob meritum noſtrum ſuccenſuiſtis, Patres Conſcripti, nobis aut ſuccenſetis?* [4] *Ambo mihi conſules, & univerſum ſenatum intueri videor, quum te, M. Marcelle, intueor: quem ſi ad Cannas conſulem habuiſſemus; melior & reipubl. & noſtra fortuna eſſet. Sine, quæſo, priuſquam de conditione noſtra queror, noxam, cujus arguimur, nos purgare. Si non Deum ira nec fato, cujus lege immobilis rerum humanarum ordo ſeritur, ſed culpa periimus ad Cannas, cujus tandem ea culpa fuit? militum, an imperatorum? Equidem miles nihil unquam dicam* [5] *de imperatore meo, cui præſertim gratias ſciam ab ſenatu actas, quod non deſperaverit de republica;* [6] *cui poſt fugam ab Cannis per omnes*

amos

1 *Et ſanguine noſtro vulneribuſque magiſtratibus ſatisfacturos eſſe*] Quem non offendat illud *magiſtratibus*, aures veterum lectione ſubactas habentem? Poſſe legi ſuſpicatur Lipſius: *magiſtratibus & ſenatui.* Atqui hoc nihilo melius. Dein tale quid ſubſtituendum hariolatur: *ſanguine noſtro vulneribuſque magis quam precibus noſtris ſenatui.* At infeliciſſime, ut fere ſemper, ille cogitavit ad Tacitum: *magis reatibus.* Put. Petav. Men. Pall. *Vulneribuſque noſtratui.* Forſan: *& ſanguine noſtro vulneribuſque, nos patriæ ſatisfacturos eſſe.* Cujus rei judicium eſt penes ſenatum: atque hactenus Patres pro tota patria. Illuſtrat quod Appius eorum nomine ait lib. 5. *At nos tanquam cum civibus agere volumus, agique tanquam cum patria nobiſcum æquum cenſemus.* Tiberius in ſenatu apud Tacitum 4 Hiſtor. *Preces ad vos converto, diiſque & patria coram obteſtor.* J. Fr. Gron.

Vulneribuſque noſtratui ſatisfacturos] Sic quoque Cantabrigienſis. Cui vetuſtiſſimæ ſcripturæ ut nihil detrahas, nihil addas, & tamen verum reſtituas, ſcribes: *& ſanguine noſtro vulneribuſque nos reatui ſatisfacturos.* Nihil aliud eſt *ſatisfacere reatui*, quam luere commiſſa, ut alii loquuntur, & cum maxime, navata fortiter opera prius crimen & ignominioſam hanc relegationem abolere. *Jac. Gron.*

2 *Qui capti à Pyrrho ad Heracleam erant*] Hæc pugna pugnata eſt P. Valerio Lævino conſule duce. De qua Plutarchus in Pyrrho, Florus, Oroſius, qui ſcripſit de Viris illuſtibus. *Sigonius.*

3 *Ob meritum noſtrum ſuccenſuiſtis*] Put. & Pet. *ſuſcenſuiſtis*, & ſtatim, *ſuſcenſetis.* J. Fr. Gron.

4 *Ambos mihi conſules*] Put. & Pet. *ambo.* Idem.

5 *De imperatore eo, cui*] C. Terentio Varrone lib. 22. *Sigonius.*

De imperatore eo] Optimus, *meo.* J. Fr. Gron.

6 *Cui poſt fugam actam ſit per omnes*] Quid eſt quæſo *agere* fugam? Put.

pal-

annos prorogatum imperium. Cæteros item ex reliquiis cladis ejus, quos tribunos militum habuimus, honores petere & gerere, & provincias obtinere audivimus. An vobis vestrisque liberis ignoscitis facile, Patres Conscripti, [1] in hac vilia capita sævi? & consuli primoribusque aliis civitatis fugere, quum spes alia nulla esset, turpe non fuit; milites utique morituros in aciem misistis? [2] Ad Alliam prope omnis exercitus fugit: [3] ad Furculas Caudinas, ne expertus quidem certamen, arma tradidit hosti, (ut alias pudendas clades exercituum taceam:) tamen tantum afuit ab eo, [4] ut ulla ignominia iis exercitibus quæreretur, ut & urbs Roma per eum exercitum, qui ab Allia Veios transfugerat, reciperaretur, & Caudinæ legiones, quæ sine armis redierant Romam, armatæ remissæ in Samnium, eumdem illum hostem sub jugum miserint, qui hac sua ignominia lætatus fuerat. Cannensem vero quisquam exercitum fugæ aut pavoris insimulare potest, ubi plus quinquaginta millia hominum ceciderint? [5] unde consul cum equitibus septuaginta fugit? unde nemo supersit, nisi quem hostis

post fugam actannis per omnes. Sed manu secunda prius *n* mutatum in *m*, & post *ſ* supraſcriptum *i*: unde libri alii ſcripti: *post fugam actam nisi per.* Quomodo & Laurentius Valla citat, & culpat vulgatæ architectos. Sed ipſe nihilo felicius: *non desperavit de republica consul post fugam actam.* vel, *profligata acie.* Repone: *cui post fugam ab Cannis per omnes annos prorogatum imperium.* An potius: *post fugam ad Cannas.* Nam & ſic loquitur lib. 21. *Fuga namque ad Alliam ſicut urbem prodidit: ita exercitum ſervavit.* J. Fr. Gro.

1 *In hac vilia capita ſævitis*] Put. Pet. Men. Voſſ. *in hac vilia capita ſævires conſuli.* Redundat una litera & ſcribendum: *in hac vilia capita ſævi? & conſuli primoribusque* &c. Sic Horatius: *Inachiam ter nocte potes, mihi ſemper ad unum Mollia opus?* Idem.

2 *Ad Aliam prope omnis exercitus fugit*] Lib. 57. Sigonius.

3 *Ad Furcas Caudinas*] Lib. 9. Idem.

Ad Furcas Caudinas] Rurſum omnes meliores: *ad Furculas Caudinas.* J. Fr. Gron.

4 *Ut ulla ignominia iis exercitibus inquereretur*] Valla reſtituit, *inquereretur*, cum in vet. lib. legeretur *quæreretur*, ut hodie quoque legitur. Mihi vero veruſta lectio placet, ut quemadmodum Cicero dixit, *Quærere alicui honores*, ſic *ignominiam quærere* dicamus. Quod verbum eo huic loco accommodatius eſt, quod genus ignominiæ, qua notati ſunt Cannenſes iſti milites, novum & numquam antea uſurpatum eſt. Cicero Philip. 9. *Vellem dii immortales feciſſent, ut vivo patrius Ser. Sulpicio gratias ageremus, quam mortuo honores quæreremus.* Sigonius.

Ignominia iis exercitibus quæreretur] Lib. 4. *Nec tum agrum plebi, ſed ſibi invidiam quæri.* Cicero pro Rabirio repetundarum reo: *Nam in eum, cui miſericordia epitulari debeat, invidia quæſita eſt.* J. Fr. Gron.

5 *Unde conſul cum equitibus quinqua-*

hoſtis cædendo feſſus reliquit? Quum captivis redemtio negabatur, nos vulgo homines laudabant, quod reipublicæ [1] nos reſervaſſemus: quod ad Conſulem Venuſiam rediſſemus, & ſpeciem juſti exercitus feciſſemus. Nunc deteriore conditione ſumus, quam [2] apud patres noſtros fuerant captivi. quippe illis arma tantum atque ordo militandi, locuſque in quo tenderent, in caſtris eſt mutatus: quæ tamen, ſemel navata reipublicæ opera, & uno felici prælio, recuperarunt. Nemo eorum relegatus in exilium eſt: nemini ſpes emerendi ſtipendia adempta: hoſtis denique eſt datus, cum quo dimicantes, aut vitam ſemel aut ignominiam finirent. Nos, quibus (niſi quod commiſimus, ut quiſquam [3] ex Cannenſi acie miles Romanus ſupereſſet) nihil objici poteſt; non ſolum à patria procul Italiaque, ſed ab hoſte etiam relegati ſumus. ubi ſeneſcamus in exilio, ne qua ſpes, ne qua occaſio abolendæ ignominiæ, ne qua placandæ civium iræ, ne qua denique bene moriendi ſit. Neque ignominiæ finem, nec virtutis præmium petimus; modo experiri animum, & virtutem exercere liceat, laborem & periculum petimus, ut virorum, ut militum officio fungamur. Bellum in Sicilia jam alterum annum ingenti dimicatione geritur: urbes alias Pœnus, alias Romanus expugnat: peditum & equitum acies concurrunt: ad Syracuſas terra marique res geritur: clamorem pugnantium crepitumque armorum exaudimus reſides ipſi ac ſegnes; tanquam nec manus nec arma habeamus. Servorum legionibus Ti. Sempronius Conſul toties jam cum hoſte ſignis collatis pugnavit. Operæ pretium habent, libertatem, civitatemque. Pro ſervis ſaltem ad hoc bellum emptis vobis [4] ſimus. congredi cum hoſte liceat, & pugnando quæ-

rere

ginta fugit] Omnis fere ſcripta lectio LXX: quod reſtitui & hic & libri 23, 49 & 50 capitibus jubet Polybius: τοὺς μὲν γὰρ ἑξακισχιλίους ἱππεῖς ἑβδομήκοντα μὲν εἰς Οὐενουσίαν μετ' Γαΐου διέφυγον. *J. Fr. Gron.*

1 *Nos ſervaſſemus*] Put. & alii plures: *quod reipublica nos reſervaſſemus.* Juſtinus lib. 2. *Recedant & ſe ad meliora patriæ tempora reſervent.* Noſter lib. 1. *Alios concitat populos, ſuis per ſpeciem ſocietatis proditionem reſervat.* Cicero 5 in Verr. *At eſt bonus imperator, & felix, & ad dubia reipublicæ tempora reſervandus.* Pro Fonteio: *Nonne & hominem ipſum ad dubia reipubl. tempora reſervandum putatis.* Idem.

2 *Apud patres noſtros captivi*] Bello Pyrrhi. *Sigonius.*

3 *Ex Cannenſi acie*] Vet. lib. *pugna.* Idem.

4 *Simul congredi cum hoſte*] Immo, &

vere libertatem. Vis tu mari, vis terra, vis acie, vis urbibus oppugnandis experiri virtutem? aſperrima quæque ad laborem periculumque depoſcimus, ut quod ad Cannas faciundum fuit, quam primum fiat. quoniam quicquid poſtea vixmus, id omne deſtinatum ignominiæ eſt. Sub hæc dicta ad genua Marcelli pro- 7
cubuerunt. Marcellus, id nec juris, nec poteſtatis ſuæ eſſe dixit. ſenatui ſcripturum ſe, omniaque de ſententia Patrum facturum eſſe. Hæ literæ ad novos conſules allatæ, ac per eos in ſenatu recitatæ ſunt: conſultuſque de his literis ita decrevit ſenatus: *Militibus, qui ad Cannas commilitones ſuos pugnantes deſeruiſſent,* [1] *ſenatum nihil videre, cur reſpubl. committenda ſit. Si M. Claudio proconſuli aliter videretur, faceret quod è republica ſideque ſua duceret: dum* [2] *ne quis eorum munere vacaret, neu dono militari virtutis ergo donaretur, neu in Italiam reportaretur,* [3] *donec hoſtis in terra Italia eſſet.* Comitia deinde à prætore urbano [4] de ſenatus ſententia plebiſque ſcitu ſunt habita: quibus creati ſunt quinqueviri muris turribuſque reficiendis: & triumviri bini; [5] uni ſacris conquirendis, doniſque perſignandis;

alteri

& certum eſt, *ſemel*, non *ſimus*. Tan. Faber.

Congredi cum hoſte liceat, & oppugnando] Veteres, *pugnando*. Sed etiam de ſententia Salmaſii diſtingue & ſcribe: *Operæ pretium habent libertatem civitatemque. Pro ſervus ſaltem ad hoc bellum emptis vobis ſimus. Congredi cum hoſte liceat, & pugnando quærere libertatem.* J. Fr. Gron.

1 *Senatui nihil videri rempublicam committendam eſſe*] Longe rectius ſubindicant Put. & Pet. exhibendo: *ſenatum nihil videretur reſpublica committenda ſit.* Scribe uno elemento mutato: *ſenatum nihil videre, cur reſpublica committenda ſit.* Frontinus 4 Strateg. *Senatus negavit ſibi placere committi hu rempublicam, quam deſeruiſſent.* Julius Exuperantius de Bellis civilibus: *Hos igitur Marius, quibus non fuerat reſpublica committenda, duxit ad bellum.* Macrobius lib. 1 Saturn. *Maluit ſe reſp. ſervis in tanta tempeſtate committere.* Voſſianus quoque: *ſenatui nihil videretur reſp.* Idem.

2 *Ne quis munere vacaret*] Id eſt, dum ne quis excuſatus vacationem haberet militiæ. Sic enim libro 26. *Quibus ſenatus miſſionem, reditumque in patriam negaverat ante finem belli.* Sigonius.

3 *Donec hoſtis intra Italiam*] Put. Pet. Pal. & Andreas: *donec hoſtis in terra Italia eſſet.* J. Fr. Gron.

4 *De ſenatus ſententia plebiſque ſcito*] Optimi: *plebiſque ſcitu.* Quod nec Cicero refugit. *Idem.*

5 *Uni ſacris conquirendis doniſque perſignandis*] Sic omnes ſcripti: eaque lectio firmatur infra hoc libro: *Vates hic Marcius illuſtris fuerat, & cum conquiſitio priore anno ex SC. talium librorum fieret.* Lib. 7. *Quum piaculorum magis conquiſitio animos quam corpora morbi adficerent.* Lib. 40. *C. Servilius*

Digitized by Google

alteri reficiendis ædibus [1] Fortunæ & matris Matutæ intra portam Carmentalem. ſed & Spei extra portam, quæ priore anno incendio conſumptæ fuerant. Tempeſtates fœdæ fuere. In Albano monte biduum continenter lapidibus pluit. tacta de cœlo multa: duæ in Capitolio ædes: vallum in caſtris multis locis ſupra Sueſſulam, & duo vigiles exanimati. murus turreſque quædam Cumis non ictæ modo fulminibus, ſed etiam decuſſæ. Reate ſaxum

pontifex maximus piacula ira Deum conquirere juſſus, decemviri libros inſpicere, Conſul Apollini, Æſculapio, Saluti dona vovere. Tacitus in vita Agricolæ: *Electus à Galba ad dona templorum recognoſcenda, diligentiſſima conquiſitione fecit, ne cujus alterius ſacrilegium reſpublica quam Neronis ſentiret.* Gutherius, *coinquiendi:* quod probare non poſſumus. Ab eadem origine *inquino* & *coinquino* & *coinquo*, vel *coinquio*, cujus ſimplex eſt apud Varronem. Ergo utrumque proprie eſt violare & contaminare. Sed uſus obtinuit, ut maxime diceretur tum de profana ſilva tum de luco, quum ſilveſcentes nimium & incommode rami amputabantur, atque ita contactu ferri arbores violabantur. Alfenus JC. l. 29 Locati: *In lege locationis ſcriptum erat: redemtor ſilvam ne cædito, ne coinquito, ne deurito, neve quem coinquere, cadere, urere ſinito.* Paulus l. 5 Arborum furtim cæſarum: *Cedere eſt non ſolum ſuccidere, ſed etiam ferire cadendi cauſſa: coinquere eſt deglabrare.* Ita ſcribendum, non *cingere* vel *ſtringere:* adeo non contamur adſentiri Salmaſio, ut ante viſa ab illo doctiſſime, ut ſemper, diſputata nobis eadem ſuſpicio mota fuerit. Neque ultimum verbum faciendum *deglubere*, quod Budæo placuit, aut *declavare*, quod Turnebo: neque interpretandum, corticem undique eximere. Neque enim hoc eſt *coinquere*, ſed deputare & coërcere luxuriantem frondem, quod in ſacris proprie arboribus *conlucare, ſublucare, interlucare.* Glabri ſunt qui pilis carent, quod & fit ſtrictim atque ad cutem tondendo. Sic *deglabrata arbor*, cui comæ & frondes detonſæ. Unde Horatio ilex *tonſa bipennibus.* Inſcriptio vetus: *earumque. arborum. adolefactarum. &. coinquendarum.* Alia: *luci. coinquiendi. &. operis. faciundi.* Ex quibus apparet non dici niſi de lucis & arboribus, nec poſſe tolerari hoc genus loquendi *ſacra coinquere:* niſi illa ſacra ſint luci: unde apud Catonem probabili admodum ratione vir ſummus: *illiuſce ſacri coinquendi ergo.* Nam quod Soſipater *Quinquatrus à quinquendo*, ſeu coinquendo, *id eſt, luſtrando*, ut ait, deductas cenſet; neque hoc ἔτυμον verum judico, neque aliter *coinquere* eſt luſtrare, quam quod detonſis frondibus ramiſque officientibus lumini amputatis curatur, purgatur & ſubluſtris fit ſilva: ſacras autem arbores non licebat ferro tangere niſi piaculo velut luſtrali ante cæſo. Atque ideo ut *luſtrare urbem, exercitum, arma*, ita & *coinquere urbem, exercitum, arma*, dici haudquaquam patitur Latini ſermonis ratio. Sed & idem Gutherius *præfigendis* aut *refigendis* pro *perſignandis.* Male. lib. 1. *Pontificem deinde Numam Marcium M. F. ex Patribus legit, eique ſacra omnia exſcripta exſignataque attribuit.* Cicero 4 Acad. *Ut literis conſignamus, quæ monumentis mandare volumus.* J. Fr. Gron.

1 *Fortunæ, & matris Mat.*] Vet. lib. *Fortunæ & Martis*, ut ſuſpicandum ſit, ne vox, *Matutæ*, afficta ſit ab iis, qui *matris*, pro *Martis* legerunt. *Sigonius.*

ſaxum ingens viſum volitare: ſol rubere ſolito magis, ſanguineoque ſimilis. Horum prodigiorum cauſa diem unum ſupplicatio fuit, & per aliquot dies conſules rebus divinis operam dederunt: & per eoſdem dies ſacrum novendiale fuit. Quum Tarentinorum defectio jam diu & in ſpe Annibali & in ſuſpicione Romanis eſſet; cauſſa forte extrinſecus maturandæ ejus intervenit. Phileas Tarentinus, diu jam per ſpeciem legationis Romæ quum eſſet, vir inquieti animi & minime [1] otium, quo tum diutino ſeneſcere videbatur, patientis, aditum ſibi ad obſides Tarentinos invenit. Cuſtodiebantur in atrio Libertatis minore cura: quia nec ipſis, nec civitati eorum fallere Romanos expediebat. Hos crebris colloquiis ſollicitatos, corruptis ædituis duobus, quum primis tenebris cuſtodia eduxiſſet; ipſe comes occulti itineris factus profugit. Luce prima vulgata per urbem fuga eſt: [2] miſſique, qui ſequerentur, ab Tarracina comprehenſos omnes retraxerunt. [3] deducti in comitio, virgiſque approbante populo cæſi, de ſaxo dejiciuntur. Hujus atrocitas pœnæ [4] duarum nobiliſſimarum in Italia Græcarum civitatum animos irritavit: [5] tum publice, tum etiam ſingulos privatim; ut quiſque tam fœde interemptos aut propinquitate aut amicitia contingebat. [6] Ex iis tredecim fere nobiles juvenes Tarentini conjuraverunt, quo-

1 *Otium, quo tum diuturno ſeneſcere videbatur*] Omnes libri *diutino* præter Grurerum eumque ſequutæ editiones, quod miror. *J. Fr. Gron.*

2 *Emiſſique qui ſequerentur à Tarracina*] Scripti: *miſſique qui ſequerentur, ab Tarracina comprehenſos omnes retraxerunt.* Itaque diſtinguendum. Continenter lego: *reducti, in comitio virgis approbante populo cæſi, de ſaxo dejiciuntur.* non *deducti, virgiſque.* Idem.

3 *Deducti in comitio*] Lego & diſtinguo: *Deducti, virgiſque in comitio, approbante populo, cæſi.* Tan. Faber.

4 *Duarum nobiliſſimarum*] Immo *trium*, ut patet ex cap. 15. nempe Tarenti, Metaponti, Thuriorum. *J. Fr. Gron.*

5 *Tum publice tum etiam ſingulos*] Put. Pet. Men. *cum publice.* Ejuſmodi levia complura & alibi ſine mentione arbitratu veterum correximus. *Idem.*

6 *Ex iis tred. fere nobiles Tarent.*] Vet. lib. *nobiles juvenes Tarentini*, egregie: nam paulo poſt ſubjungit: *conſpecta ea præda juvenum eſt. Ex iis* autem quod ait, *ob ea*, intelligendum eſt, id eſt, ob ſupplicium de obſidibus Tarentinis ſumptum. *Sigonius.*

quorum principes [1] Nico & Philemenus erant. Hi prius quam aliquid moverent, colloquendum cum Annibale rati, [2] nocte per ſpeciem venandi urbe egreſſi, ad eum proficiſcuntur. & quum haud procul caſtris abeſſent; cæteri ſilva prope viam ſeſe occuluerunt: Nico & Philemenus progreſſi ad ſtationes, comprehenſique, ultro id petentes, ad Annibalem deducti ſunt. Qui quum & cauſſas conſilii ſui, & quid pararent, expoſuiſſent; collaudati, oneratique promiſſis, jubentur, ut fidem popularibus facerent, prædandi cauſſa ſe urbe egreſſos: pecora Carthaginienſium, quæ paſtum propulſa eſſent, ad urbem agere. tuto ac ſine certamine id facturos, promiſſum eſt. Conſpecta ea præda juvenum eſt: minuſque iterum ac ſæpius id eos audere, miraculo fuit. Congreſſi cum Annibale, rurſus [3] fide ſanxerunt, liberos Tarentinos leges ſuaque omnia habituros, neque ullum vectigal Pœno penſuros, præſidiumve invitos recepturos: prodita præſidia Carthaginienſium fore. Hæc ubi convenerunt, tunc vero Philemenus conſuetudinem nocte egrediundi redeundique in urbem frequentiorem facere (& erat venandi ſtudio inſignis) caneſque & alius apparatus ſequebatur; captumque ferme aliquid, aut ab hoſte ex præparato ablatum reportando, [4] donabat aut præfecto,

Tredecim fere nobiles juvenes Tarentini] Sic omnes veteres, ut Sigonius monuerat. *J. Fr. Gron.*

1 *Nico & Philomenes*] Vet. libri, *Philomenus*. Polyb. lib. 8. Νίκων, καὶ Φιλήμενος. *Sigonius.*

Nico & Philomenes] Put. & quilibet antiquiores faciunt *Philemenus* aut *Philomenus*. Polybius vocat Φιλήμενον. Ita refingamus, *Philemenus*, cenſeo apud Livium, quem a Polybio hic non diſceſſiſſe certus ſum. *J. Fr. Gron.*

2 *Nocte per ſpeciem venandi urbe egreſſi ad eum proficiſcuntur*] Ex hoc loco incipit fragmentum hujus hiſtoriæ apud Polybium lib. 8. unde hæc ad verbum ſumpſit Livius: Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ὡς ἐπ' ἐξόδιαν ὁρμήσαντες ἐκ τῆς πόλεως, καὶ συνεξήσαντες τὴν παρεμβολὴν τῶν Καρχηδονίων κύκλῳ, ἄλλοι μὲν συγκαθέντες εἴς τινα τόπον ὑλώδη πρὸς ἃ ἐδόκει, ἔμειναν· ὁ δὲ Φιλήμενος, καὶ Νίκων προσῆλθον πρὸς τὴν παρεμβολὴν, &c. *Sigonius.*

3 *Fide ſanxerunt, liberos Tarentinos leges ſuaque omnia habituros*] Sic Polyb. αὐτοί τε τοῖς περὶ Ἀννίβαν ἔδοσαν πίστεις, καὶ παρ' ἐκείνων ἔλαβον ἐπὶ τούτοις ἐφ' ᾧ Ταραντῖνοι διοικήσουσιν, καὶ μήτε φόρους προσέξειν καὶ μηδένα τόπον, &c. *Idem.*

4 *Donabat aut præfecto, aut cuſtodibus portarum*] Polyb. διὸ τούτῳ μὲν ἐπέθηκαν

cto, aut cuſtodibus portarum. nocte maxime commeare, propter metum hoſtium credebant. Ubi jam eo conſuetudinis adducta res eſt, ut quocumque noctis tempore ſibilo dediſſet ſignum, porta aperiretur; tempus agendæ rei Annibali viſum eſt. [1] Tridui viam aberat: ubi, quo minus mirum eſſet uno eodemque loco ſtativa eum tamdiu habere, [2] ægrum ſimulabat. Romanis quoque, qui in præſidio Tarenti erant, ſuſpecta eſſe jam ſegnis mora ejus deſierat. Cæterum poſtquam Tarentum ire conſti- 9
tuit, [3] decem millibus peditum atque equitum, quos in expeditione velocitate corporum, ac levitate armorum aptiſſimos eſſe ratus eſt, electis, [4] quarta vigilia noctis ſigna movit. [5] præmiſſiſque octoginta fere Numidis equitibus præcepit, ut diſcurrerent circa vias, perluſtrarentque omnia oculis, ne quis agreſtium procul ſpectator agminis falleret; [6] prægreſſos retraherent, obvios occiderent, ut prædonum magis quam exercitus accolis ſpecies eſſet. [7] ipſe raptim agmine acto quindecim ferme millium ſpatio caſtra ab Tarento poſuit, [8] & ne ibi quidem

περιῆλθε ἐξιδιάσας ἄνδρας ἀπὸ τῶν ἀλισκομένων βοηθείων, πρῶτον μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως τεταγμένον Γάϊον Λίβιον, δεύτερον δὲ τοὺς φυλάττοντας τὰς πύλας. Quo in loco C. *Livium* præfectum appellat, quem poſtea Livius *M. Livium Macatum*, Cicero in Catone *M. Livium Salinatorem*. Sigonius.

1 *Tridui via aberat*] Sic Polyb. ἀπεῖχε τῆς στρατοπέδου τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν ἡ Τάρας. *Idem.*

Tridui via aberat] Put. & Pet. *Tridui viam aberat*. J. Fr. Gron.

2 *Ægrum ſimulabat*] Polyb. ὁ δὲ πάλαι ἐπιτήδειος ἦν ταῖς ἀῤῥωστίαις. *Sigonius.*

3 *Decem millibus peditum atque equitum --- electis*] Polybius: περιελθὼν ἐκ τῶν ἐπιτηδείων καὶ τῶν πεζῶν τοὺς ἀφορίσαντας δύναμιν καὶ τάλμην περὶ μυρίους ὄντας ἀριθμόν. *Idem.*

4 *Quarta vigilia noctis*] Polyb. ὑπὸ τὴν τετάρτην φυλακήν. *Idem.*

5 *Præmiſſiſque octoginta fere Numidis equitibus* &c.] Polyb. τοὺς δὲ Νομάδων ἱππεῖς εἰς ὀγδοήκοντα προεκπεριπέμψας, ἐκέλευε προπορεύεσθαι, &c. *Idem.*

6 *Progreſſos retraherent*] Scripti, *prægreſſos*. J. Fr. Gron.

7 *Ipſe raptim agmine facto, quindecim ferme millium ſpatio* &c.] Malim, *agmine acto*, quod eſt *moto*. Quod Livius *quindecim millia*, Polybius: ὡς ἑκατὸν εἴκοσι στάδιους. *Sigonius.*

Raptim agmine facto] Vere Sigonius: *raptim agmine acto*. Lib. 7. *Relictiſque impedimentis caſtrorum valido præſidio, raptim agitur agmen*. Lib. 21. *Scipio raptim ad famam novorum hoſtium agmine acto*. J. Fr. Gron.

8 *Et ne ibi quidem nunciato, quo pergerent,*

dem nunciato quo pergerent; tantum convocatos milites monuit, via omnes irent: nec diverti quemquam aut excedere ordinem agminis paterentur, & in primis intenti ad imperia accipienda essent: [1] neu quid nisi ducum jussu facerent. se in tempore editurum, quæ vellet agi. Eadem ferme hora Tarentum fama pervenerat, Numidas equites paucos populari agros, terroremque late agrestibus injecisse. Ad quem nuncium nihil ultra motus præfectus Romanus, quam ut partem equitum postero die luce prima juberet exire ad arcendum populationibus hostem. [2] in cætera adeo nihil ob id intenta cura est, ut contra pro argumento fuerit illa procursatio Numidarum, Annibalem exercitumque castris non movisse. [3] Annibal concubia nocte movit. dux Philemenus erat

gerent, tantum convocatos milites monuit, &c.] Malim, *quo pergeret*: de Annibale enim loquitur, de quo sic Polybius: περὶ συναθροίσας τοὺς ἡγεμόνας, κυρίως μὲν οὐ διεσάφει τοῖς ὅπλοις· ἁπλῶς δὲ παρήγγελε συνέχειν ἑαυτοὺς τῇ πορείᾳ τοὺς ὑπ' αὐτὸν τεταγμένους, &c. quo in loco legendum est ex Livio: κυρίως μὲν οὐ διεσάφει. Illud etiam interest, quod Livius *milites*, Polyb. *duces convocatos* scribit. *Sigon.*

Et ne ibi quidem nunciato, quo pergerent] Nunciamus ea fere, quæ videmus, audivimus, aut aliunde ipsi didicimus. Plaut. Merc. 5, 2, 62. *An de audito nuncias?* Enunciamus cum cæteta arcana, tum præcipue animi nostri consilia. Plancius ad Cic. 10 Famil. ep. 8. *Optima mentis cogitata jam pridem maturo tempore enunciare.* Neutiquam igitur recte Imperator militibus suis nunciat, quo ipse in animo habeat eos ducere. Quapropter malim hic *enunciato quo pergeret*, hoc est, edito. ut mox, *se in tempore editurum quæ vellet agi.* Jac. Perizon.

1 *Neu quid nisi ducum jussu facerent*] Polyb. καὶ μηδὲν ἰδιοπορεῖν, πάρεξ ἃ προστεταγμένων. Sic enim legendum, non autem: κἀμηδὲν διαπορεῖν, ut legitur vulgo. *Sigonius.*

2 *Interea adeo nihil obedienter curatum est, ut contra pro argumento fuerit* &c.] Brevius Polybius: τῆς γε μὴν ὅλης παρεξέσεως λέγω ταύτης κἀμὲ μηδὲν αὐτοπροαιρέτως ποιοῦντος. id est, *Ex his omnibus suspecta tota actio Livio præfecto erat.* Quod autem ait Livius: *Nihil obedienter curatum est*, ab equitibus intellige, quos ad arcendas populationes Numidarum præfectus emiserat. *Idem.*

Interea adeo nihil obedienter curatum est] Partim ex Put. & Pet. partim ex Lipsii sagace conjectura præclare restituimus. Est enim illic: *in catera adeo nihil obedienter cura est.* Posteriorem varietatem habent & Men. duo Pall. Voss. Scribe ergo: *in catera adeo nihil ob id intenta cura est.* Sic lib. 5. *Ab urbe commeatus intentiore quam antea subvehi cura.* Et ibidem: *Dum cura omnium in Veiens bellum intenta est.* Frustra interpretatur vulgatum Sigonius. Nam & Livium apparet de præfecto loqui, non de equitibus, & id Polybius satis significat: τῆς γε μὴν ὅλης παρεξέσεως λέγω ταύτης κἀμὲ μηδὲν αὐτοπροαιρέτως ποιοῦντος. *J. Fr. Gron.*

3 *Annibal concubia nocte movit. Dux Phi-*

erat cum ſolito captæ venationis onere. cæteri proditores ea quæ compoſita erant, exſpectabant. Convenerat autem, ut Philemenus portula aſſueta venationem inferens, armatos induceret: parte alia [1] portam Temenida adiret Annibal. [2] Ea mediterranea regione Orientem ſpe-

Philemenus erat] Polyb. ἐκείνῃ δ' ἅμα τοῦ πορεύεσθαι κατὰ τὴν ἄρτι θήραν, ἀπαιτίζειν συνέβαινε τοὺς τείχους ἀεὶ μίσους νύκτας· ἐσκευασμένα τὸν Φιλήμονα ἔχειν, καὶ παρεσκευακὼς συῶν ἄγειον ἅμα τοῖς ἄλλοις ἀγήτας μέλλειν χρείαν. *Sigonius.*

1 *Portam Temenitidam adiret*] Vet. lib. *Temenida*. Sic etiam Polybius: κατὰ τὸν τῆς μεσογείας, πρὸς ὃν δὲ κειμήλιον πλησίον ὡς ἐπὶ τὰς Τιμηνίδας προσαγορευομένας πύλας. *Idem.*

Portam Temenida] Video ab Sigonio hanc lectionem repoſitam eſſe pro *Temenitidam*, idque ex vet. lib. Teſtor tamen, quidquid penes me collationum eſt, ut codicum Put. Pet. Gud. Voſſ. Cantabrig. in iis apparere *Temenitida*. Sane Polybius vocat Τιμηνίδας πύλας, & à Τίμαιος poteſt recte deduci Τιμηνίς. Sed id nihil moratur, quin Livius maluerit agnoſcere *Temenitu*. Immo forſan & apud Polybium legit Τιμηνίδας; eo verſimilius, quod Thucydides prope Syracuſas agnoſcat munitionem quandam, quam vocat Τιμηνίτιον, libro 6 & 7. Ipſe tamen Τιμηνίδας πύλας formatas ſemper judicavi, ut βαλίδας πύλας Babylone. *Jac. Gron.*

2 *Ea medit. reg. Or. ſpect. aliquant. int. mœn. incl.*] Quod ait: *aliquantum intra mœnia includitur*: intelligendum eſt nihil ejuſmodi de porta à Polybio afferri, ſed de ſepulchris quibuſdam, ad quæ Nico, & ſocii ejus venerunt, unde ignem excitarunt, ut & Polybius & Livius ait: *Editus ex compoſito ignis ab Annibale reſulſit. Idem redditum ab Nicone ſignum.* Hæc autem ſepulchra intra mœnia atque intra portas fuiſſe ſcribit Polybius: ἦσαν ἐπὶ τοῦ τάφους. τὰ γὰρ πρὸς ἕω μέρος τῆς Ταραντίνων πόλεως, μνημάτων ὄντα πλῆρες, ἅμα τὸ σὺν τοῖς ἄλλοις ἐπιβαίνοντας διαπίδαν ἐπὶ τὴν νῆσον ἐντός. Et poſt: ἅμα ταῦτα διαπῆσαι ἐπὶ τὴν νῆσον τοὺς μεταλλάξαντας ἐντὸς τῶν πυλῶν. In vet. lib. eſt, *Aliquantum intra mœnia includuntur*, ut omnino locus hic totus videatur ita eſſe ſupplendus: *Convenerat autem ut Philemenus portula aſſueta venationem inferens armatos induceret, parte alia portam Temenida adiret Annibal. Ea mediterranea regione Orientem ſpectabat. Nico cum ſocius ad monumenta eſſet. Ea aliquantum intra mœnia includuntur.* Nam niſi ita ſuppleas, vanum erit quod ſequitur: *Cum porta appropinquaret, editus ex compoſito ignis ab Annibale reſulſit, idem redditum ab Nicone ſignum*: Neque enim quid cum Nicone Annibali conveniret præceſſit. *Sigonius.*

Mediterranea regione] Put. Pet. Men. *Ea mediterranea regio eſt orientem ſpectabeſt aliquantum intra mœnia includuntur.* vel *ſpectabat*. Certe omnes *includuntur*. Lege: *Ea mediterranea regione Orientem ſpectat, ad monumenta, quæ intra mœnia includuntur.* Vide Sigonium. Nam de Nicone neceſſe non eſt hic interponi: ſatis intelligitur ex ſequentibus. *J. Fr. Gron.*

Mediterranea --- intra mœnia incl.] Verba hæc Liviana miris modis intorta non componentur, niſi attentiore oculo in unicum Put. codicem conjecto. Etſi enim ſanus ſenſus appareat in iis, quæ hic publicata ſunt: tamen unde illa *ad monumenta quæ* bono more exſculpi queant, nullus ſcio. Vide igitur an non propius ſit. *Ea mediterranea regione in Orientem eſt ad buſta, quæ Tarenti intra mœnia includuntur.* Livius ita loquitur; *porta eſt mediterranea regione.* 10, 34. *Portam unam alteramque eadem regione in propin-*

ſpectabat. aliquantum intra mœnia includitur. Quum portæ appropinquaret, [1] editus ex compoſito ignis ab Annibale eſt, refulſitque. idem redditum ab Nicone ſignum: extinctæ deinde utrimque flammæ ſunt. Annibal ſilentio ducebat ad portam. [2] Nico ex improviſo adortus ſopitos vigiles in cubilibus ſuis obtruncat, portamque aperit. [3] Annibal cum peditum agmine ingreditur, equites ſubſiſtere jubet: ut quo res poſtulet, occurrere libero campo poſſent. Et Philemenus [4] portulæ parte alia qua commeare aſſuerat, appropinquabat. nota vox ejus, & familiare jam ſignum quum excitaſſet vigilem, dicentis, [5] vix ſuſtinere grandis beſtiæ onus, portula aperitur. inferentes aprum duos juvenes [6] ſecutus ipſe cum expedito venatore, vigilem incautius miraculo magnitudinis in eos qui ferebant verſum, venabulo trajicit. [7] ingreſſi deinde triginta fere armati, cæteros vigiles obtruncant, [8] refringuntque portam proximam: & agmen ſub ſignis confeſtim irrupit. inde cum ſilentio in forum ducti, Annibali ſeſe conjunxerunt. [9] Cum duobus millibus

quo patentes. 3, 66. *Ad mœnia ipſa Romæ populabundi regione porta Eſquilina acceſſere.* Vide ad 25, 25. *In orientem* eſt nempe verſa; vel ſi placet quaſdam reperire literas, potes *in orientem ſpectat, ad buſta.* Et id præferebat celeberrimus Grævius. 28, 17. *Maſeſyli in regionem Hiſpaniæ, maxime quæ ſita Nova Carthago eſt, ſpectant.* Jac. Gron.

1 *Editus ex c. ign. ab Annib. eſt, ref.*] Vet. lib. *ab Annibale refulſit.* Sigon.

2 *Nico ex improviſo ad portas ſopitos vigiles*] Put. *adportus.* Lege: *adortus ſopitos.* J. Fr. Gron.

3 *Annibal cum peditum agmine ingreditur, equites ſubſiſt. jubet* &c.] Polybius apertius, ait enim Annibalem in forum veniſſe, equites intra mœnia ſubſiſtere juſſiſſe, quare paulo poſt Livius: *cum ſilentio in forum ducti Annibali ſe junxerunt.* Sigonius.

4 *Portula parte alia*] Vertit ex Polybio ῥ ιν οπύλην, & πυλίδα *portulam.* Idem.

5 *Vix ſuſtinere grandis beſtiæ onus*] Polybius: εἰπόντος ὅτι βαρυύονται, φέρουσι γὰρ ὗν ἄγριον. *Idem.*

6 *Sequutus ipſe cum expedito venatore*] Polyb. χ σὺν ἀνρὶ ομαδικὸν ἔχων ἀγκυλὴν ἵππος. *Idem.*

7 *Ingreſſi d. triginta f. armati*] Polyb. Afros triginta fuiſſe ait. *Idem.*

8 *Refringuntque portam maximam*] Antiquiſſimi, *proximam.* J. Fr. Gronovius.

9 *Tum duo millia Gall. P. in tr. diviſa partes per u. dimittit, Tarentinos, & Afros quam m. fr. occ. j.*] Sæpe fit, ut qui locum ſe emendare exiſtimet, is non ſolum non emendet, ſed magis etiam depravet, ac cujuſdam ſenſus ſpecie ceteris facultatem cognoſcendæ labis omnem eripiat, ut hoc loco Valla,

libus

libus Gallorum Pœnus in tres divisis partes, per urbem dimittit Tarentinos, & itinera quam maxime frequentia occupare jubet: tumultu orto, Romanos passim cædi, oppidanis parci. sed ut fieri id posset, præcipit juvenibus Tarentinis, ut ubi quem suorum procul vidissent, quiescere & silere, ac bono animo esse juberent. Jam tumultus erat, clamorque, qualis esse in capta urbe solet: sed quid rei esset, nemo satis pro certo scire. Tarentini Romanos ad diripiendam urbem credere coortos: Romanis seditio aliqua cum fraude videri ab oppidanis mota.

Valla, qui cum legatur in veteribus libris, *Tarentinos & infra*: putavit emendatum esse locum, si pro *infra*, *Afros*, reposuisset. Ceterum Polybius docet non ita legendum, multo vero minus ita interpretandum hunc locum esse; neque enim aut Tarentini, aut Afri ab Annibale ad occupanda frequentia missi sunt, sed Galli ducibus juvenibus Tarentinis, quod etiam addit Livius: quamquam quid est, *frequentia*? quis sic Latine locutus est umquam *occupare frequentia*? Polybius Gallis mandatum esse ab Annibale ait, ut aptissimas quasque in forum ferentes vias occuparent. Hinc ego voces, *Tarentinos*, & fœdissime depravatas esse existimo, pro *& ferentes vias*, vocem autem, *infra*, *in fora*, legendam esse, ut ita sit: *Tum duo millia Gallorum Pœnus in tres divisa partes per urbem dimittit, & ferentes vias in fora quam maxime frequentia occupare jubet.* Atque sensum hunc esse exploratum habeo. Polybius: ἀποπεμψάσης ὁ τὸν Κελτῶν εἰς διχηλίας, καὶ διελὼν εἰς τρία μέρη πᾶσαν, συνέταττον τῶν νεανίσκων δύο μέρος ἕκαστον μέρος τῶν χειριζόντων τὰ πρᾶξιν, παρατάξας λέγειν τοῦ εἰς τὰς ἀγορὰς φερούσας ὁδοὺς τὰς δικαιοτάτας. & paulo post: παρεχρώμενοι ὁ τὰ πλατείαις ἀτάκτως, id est, *cum Tarentini in fora concurrerent.* Livius paulo post: *Viam ferentem in agros.* & lib. 26. *Via quæ Suessulam fert.* Sigonius.

Tum duo mil. &c. Tarentinos & infra quam maxime] Stare non potest commentum Vallæ: *Tarentinos & Afros*: ob rationes quas reddit Sigonius. Sed quod hic doctus vir contra Laurentium præfatur sæpe fieri, ut qui se locum emendare existimet, is non solum non emendet, sed magis etiam depraver, ac cujusdam sensus specie facultatem cognoscendæ labis omnem eripiat, id ad se primum quoque pertinere (adeo sumus homines) non animadvertit. MSS. quod initio posuimus. Hinc ille: *& ferentes vias in fora*: testatur enim Polybius missos Gallos & jussos occupare τὰς εἰς ἀγορὰν φερούσας ὁδοὺς τὰς δικαιοτάτας. Sed addit idem Polybius Gallis duces datos Tarentinos: τούτοις συνέταττον τῶν νεανίσκων δύο μέρος ἕκαστον μέρος Hoc expressit, si quid video, Livius. Put. etiam & Voss. *In tres divisas partis.* Scribe: *Cum duobus millibus Gallorum Pœnus in tres divisis partes per urbem dimittit Tarentinos, & itinera quam maxime frequentia occupare jubet.* Numerus cum significatus esset notis, *duo millia* reddiderunt pro *duobus millibus*: & ex *cum* fecerunt *tum*, quibus non satis connexa videbatur oratio, de quibus sæpe querimur. Sic lib. 4, 9, ubi vulgo, *tria millia passuum*, Pall. *tribus millibus*: at lib. 6, 32 iidem cum Thu. *duo millia inde aberat*: cum edatur, *duobus millibus.* Τὰς εἰς τὰς ἀγορὰς φερούσας ὁδοὺς con-

ta. [1] Præfectus primo excitatus tumultu, [2] in portum effugit: inde acceptus ſcapha, in arcem circumvehitur. Terrorem & tuba audita ex theatro faciebat. nam & Romana erat à proditoribus ad hoc ipſum præparata: & [3] inſcienter à Græco inflata, quis aut quibus ſignum daret, incertum efficiebat. Ubi illuxit, & Romanis Punica & Gallica arma cognita, tum dubitationem exemerunt; & Græci Romanos paſſim cæde ſtratos cernentes, ab Annibale captam urbem ſenſerunt. [4] Poſtquam lux certior erat, & Romani qui cædibus ſuperfuerant, in arcem confugerant, conticeſcebatque paulatim tumultus; tum Annibal Tarentinos [5] ſine armis convocare jubet. Convenere omnes, præterquam qui cedentes in arcem Romanos ad omnem adeundam ſimul fortunam [6] proſecuti fuerant. Ibi Annibal benigne allocutus Tarentinos, teſtatuſque, quæ præſtitiſſet civibus eorum, quos ad Traſimenum aut ad Cannas cepiſſet: ſimul in dominationem contentus fuit reddere *itinera quam maxime frequentia*, & alioqui τὴν ἀγορὰν agnoſcit modo Polybius, non ἀγορᾶς. Priſca editio: *Tarentinos & interiora, quam maxime frequentia.* Aurigatur, quo nos perveniſſe putamus. *J. Fr. Gron.*

1 *Præfectus primo excitatus tumultu*] Polybius *C. Livium* præfectum ad portam, atque inde in arcem perveniſſe, item ſcribit. Livius nomen præfecti omittit, ne notam familiæ ſuæ nomini aliquam inureret; ſiquidem *C. Livii præfecti* culpa, quem ebrium etiam tum fuiſſe ait Polybius, Tarentum amiſſum eſſe conſtat. *Sigonius.*

2 *In portum effugit; inde acceptus ſcapha in arcem confugit*] Scilicet placuiſſe ſibi rhetoriſcos correctores in *effugit* & *confugit*. At quis dedit illis poteſtatem ſpernendi, quod habet unicus ille Put. neque ab eo diſcedentes melior Petav. duoque Florentini: *inde acceptus ſcapha in arcem circumvehitur.* Lib. 8. *Sineret ſe claſſe circumvehi ad Romanum agrum.* Lib. 37. *Circumvecti ab urbe ad adverſa inſula.* Eſt ipſum Polybii verbum: ἐμβὰς, δι' ὅλου τοῦ λιμένος εἰς ἄκραν παρεκομίσθη. *J. Fr. Gron.*

3 *Inſcienter à Græco inflata*] Vet. lib. *ſcienter*: idque recte: ſic enim Polyb. οἱ περὶ τὸν Φιλίππου ἀποπεμφθέντα σάλπιγγας Ῥωμαϊκὰς, καὶ πῶς αὐταῖς χρήσθαι δυνατὸν ἦν πρὸς τὴν συνήθειαν, ἔστησε περὶ τοῦ διαύλου, ἰσήμερινον. *Sigonius.*

4 *Poſtquam lux certior erat --- tum Annibal* &c.] Polyb. ὄντος δὲ φωτὸς εἰλικρινοῦς, ὁ μὲν Ἀννίβας ἐκήρυττε τοῖς Ταραντίνοις ἀνὰ τὸ ὅπλον ἀθροίζεσθαι πάντας εἰς τὴν ἀγορὰν. *Idem.*

5 *Sine armis convocare*] Muretus è lib. vet. *convocari*. J. Fr. Gron.

6 *Perſecuti fuerant*] Vet. lib. *proſecuti*: eſt enim officii verbum, quod huic loco convenit. Polyb. ἀπαχθῆναι εἰς τὴν ἄκραν. *Sigonius.*

1 *Re-*

tionem ſuperbam Romanorum invectus, [1] recipere ſe in domos ſuas quemque juſſit, & foribus nomen ſuum inſcribere: ſe domos eas quæ inſcriptæ non eſſent, ſigno extemplo dato, diripi juſſurum Si quis in hoſpitio civis Romani ([2] vacuas autem tenebant domos) nomen inſcripſiſſet, eum ſe pro hoſte habiturum. Concione dimiſſa, quum titulis notatæ fores diſcrimen pacatæ ab hoſtili domo feciſſent, ſigno dato, ad diripienda hoſpitia Romana paſſim diſcurſum eſt. & fuit prædæ aliquantum. Poſtero die ad oppugnandam arcem ducit: quam 11
[3] quum & mari, quo in peninſulæ modum [4] pars major circumluitur, prælatis rupibus, & ab ipſa urbe muro & foſſa ingenti ſeptam videret; coque nec vi, nec operibus expugnabilem eſſe, ne aut ſeipſum cura tuendi Tarentinos à majoribus rebus moraretur; aut in relictos ſine valido præſidio Tarentinos impetum ex arce quum vellent, Romani facerent; vallo urbem ab arce [5] interſepire ſtatuit. non ſine illa etiam ſpe, cum prohibentibus opus Ro-

1 *Recipere ſe in domos ſ. q. juſſit, & foribus nomen ſ. inſcribere*] Polyb. σωπάξας ἐκάστοις εἰς τὰ ἴδια οἰκίας ἐπανελθόντας μὴ ποιεῖν ὅτι τὰς θύρας ὑπογράψαι, Ταραντίνοις. Inde τὸ ἢ ἐπὶ τῇ Ῥωμαϊκῇ καταλύσει ὑπογράψαντι τοῦτο τοῦτο, δοκεῖ τὸν ὦρεξε τῶν ξυμίων. Livius: *Si quis in hoſpitio civis Romani nomen inſcripſiſſet, eum ſe pro hoſte habiturum.* Idem affert rationem, quæ non eſt apud Polybium, *Vacuas autem cernebat domos.* Sigonius.

2 *Vacuas autem cernebat domos*] Omnis lectio vetus *tenebat*. Scribe, *tenebant*: Ait quum Romani proprias & vacuas ædes haberent, non permixtim cum civibus diverſarentur, facile fuiſſe ſeparare milites à civibus ſola inſcriptione ædium. *Lipſius.*

3 *Quum & mari*] Lege, *& à mari.* J. Fr. Gron.

4 *Pars major circumluitur, & prælatis rupibus, & ab ipſa urbe &c.*] *Et prælatis rupibus.* Et, vacat, ex vet. lib. & ſenſu ipſo. Intelligit enim arcem à mari prælatis rupibus ſeptam fuiſſe, ab urbe muro & foſſa. Itaque quod Glareanus hunc locum ſequenti repugnare ait: *Et eſt non altitudine, ut vetera, tuta, ſed loco plano poſita*, non procedit: hic enim de altitudine, quæ mare ſpectat, poſt de ea, quæ terram, loquitur, ſiquidem in plano poſitam eſſe ait. *Sigonius.*

Circumluitur, & prælatis rupibus] Supereſt particula *&*: nam hoc vult, qua mare arcem alluit, prælatis eam rupibus impoſitam eoque ſitu ipſo munitam fuiſſe. Prævertit hoc monere Sigonius, ſed ſupini editores, qui tot ſtigmata ab errante ejus librario inuſſerunt Livio, hic ei parere recuſarunt. *J. Fr. Gron.*

5 *Interſepire ſtatuit*] Polyb. ἐχαράξατο τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς ἄκρας. *Sigonius.*

Romanis manum poſſe conſeri; [1] & ſi ferocius procucurriſſent, magna cæde ita attenuari præſidii vires, ut facile per ſe ipſi Tarentini urbem ab iis tueri poſſent. Ubi cœptum opus eſt, patefacta repente porta, in munientes impetum fecerunt Romani: pellique ſe ſtatio paſſa eſt quæ pro opere erat; ut ſucceſſu creſceret audacia, plureſque & longius pulſos proſequerentur. Tum ſigno dato coorti undique Pœni ſunt, quos inſtructos ad hoc Annibal tenuerat; nec ſuſtinuere impetum Romani, ſed ab effuſa fuga loci anguſtiæ eos, [2] impeditaque alia opere jam cœpto, alia apparatu operis, morabantur. [3] plurimi in foſſam præcipitavere, occiſique ſunt plures in fuga quam in pugna. Inde & opus nullo prohibente fieri cœptum. Foſſa ingens ducta, & vallum intra eam erigitur: modicoque poſt intervallo murum etiam eadem regione addere parat: ut vel ſine præſidio tueri ſe adverſus Romanos poſſent. Reliquit tamen [4] modicum præſidium, ut ſimul in faciendo muro adjuvaret. ipſe profectus cum cæteris copiis [5] ad Galeſum flumen (quinque

1 *Et ſi ferocius procurriſſent*] Priſcianus Livium ait hoc loco ſcripſiſſe *procucurriſſent*, ut Cato dixit, *concucurriſſe*. Polybius: θρασέως τ' Ρωμαίων ἐπιτολμηκότως ἐπιχειρούντων τοῖς ἐναντίοις. *Sigonius.*

2 *Impedimentaque alia*] Placet vetus lectio, *impeditaque alia*, ut ſit; alia loca impedita opere jam cœpto, alia impedita apparatu operis. *Idem.*

Impedimentaque alia] Et hic omnes, ut Sigonius: *impeditaque alia opere jam cæpto.* J. Fr. Gron.

3 *Plurimi in foſſam præcipitati occiſique ſunt*] Put. *praecitavere.* Cui proximus, ſed tamen vitiatus Pal. unus: *ſe præcipitavere.* Nam Livii erat: *in foſſam præcipitavere.* Ut Petav. lib. 27. *Creditum vulgo eſt, in puteum apertum ex equo præcipitaſſe.* Idem.

4 *Modicum præſidium, ut ſimul in faciendo muro*] Aliquid latet: nam Put. Pet. Men. Voſſ. *præſidium ſimul interfaciendo.* At Pal. unus: *præſidium, ut munientes ab impetu Romanorum tuerentur, ſimul interfaciendo muro adjuvarent.* Scribe potius: *præſidium; ſimul, ut in faciendo.* Hoc eſt, reliquit aliquid copiarum, ſimul ut præſidio urbi eſſent, & munientes adjuvarent. *Idem.*

Simul in faciendo] Vet. lib. *infaciendo.* Sigonius.

Simul interfaciendo] Quum ſic habeant optimi libri, videtur fuiſſe: *ſimul ut in perficiendo.* 31, 46. *Relictis quot ſatis videbatur ad opera perficienda militibus.* Sæpe *p* tranſiiſſe in *t* diſcimus ex 27, 15. *Jac. Perizonius.*

5 *Ad Galeſum fl. quinq. mill. ab urbe abeſt, poſuit caſtra*] Polybius: κατεστρατοπέδευσε περὶ πεντεκαίδεκα σταδίους ἀπέχων τῆς πόλεως οὔτε τοῦ ποταμοῦ, οὔτε μὴν πω Γαλαῖον, οὔτε τοῖς πλεί-

que millia ab urbe abeſt) poſuit caſtra. Ex iis ſtativis regreſſus ad inſpiciendum opus (quod aliquantum opinione ejus celerius creverat) ſpem cepit, etiam arcem expugnari poſſe. Et eſt non altitudine, ut cætera tuta, ſed loco plano poſita, & ab urbe muro tantum ac foſſa diviſa. Quum jam machinationum omni genere & operibus oppugnaretur, [1] miſſum à Metaponto præſidium Romanis fecit animum, ut nocte ex improviſo opera hoſtium invaderent. Alia disjecerunt, alia igni corruperunt. iſque finis Annibali fuit ea parte arcem oppugnandi. Reliqua erat in obſidione ſpes: nec ea ſatis efficax; quia arcem tenentes, [2] quæ in peninſula poſita imminet faucibus portus, mare liberum habebant: urbs contra excluſa maritimis commeatibus. propiuſque inopiam erant obſidentes, quam obſeſſi. [3] Annibal convocatis principibus Tarentinorum, omnes præſentes difficultates expoſuit: *neque arcis tam munitæ expugnandæ viam cernere, neque in obſidione quicquam habere ſpei, donec mari potiantur hoſtes.* [4] *Quod ſi naves ſint, quibus commeatus invehi prohibeant,* [5] *extemplo aut abſceſſuros, aut dedituros ſe hoſtes.* [6] Aſſentiebantur Tarentini; cæterum ei, qui conſilium afferret, opem quoque in eam rem afferendam eſſe, cenſebant. [7] Punicas enim

σις προσαγορεύόμενον Εὐρώτας. *Sigonius.*

1 *Miſſum à Metap. præſidium Rom. fecit animum*] Polybius: ἀθροίσας ἐκ Μεταπόντου βοηθείας εἰς τὴν ἄκραν ἐπὶ θάλατταν, βραχύ τι τῆς ψυχῆς ἀναθαρρήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι τοῖς ἐπιθετικοῖς ἐπέθεντο τοῖς ἔργοις. *Idem.*

2 *Quæ in peninſula*] Put. & Pet. ſemper *pæneinſula.* J. Fr. Gron.

3 *Annibal convocatis principibus Tarentinis, omnes præſ. diffic. expoſuit*] Polybius: ἀθροίσας τοὺς Ταραντίνους, ἀπεδείκνυε διότι χαλεπώτατόν ἐστι πρὸς τὰς ἐνεστώσας καιρὰς τὸ τῆς θαλάττης ἀντιλαμβάνεσθαι. Et paulo poſt: ἐδήλωσε τοὺς Ταραντίνους, ὡς ἐὰν ἀποκλείσωσι τὴν θάλατταν ἐλπίδος οὐ μικρᾶς ἄρξουσι πρᾶγματος, πόλεις αὖ τοῖς δι' αὐτῶν εἴξαντες, λείψουσι ταύτην, καὶ ἀναδώσουσι τὸν τόπον. *Sigonius.*

Principibus Tarentinis] Pluſculi: *principibus Tarentinorum.* J. Fr. Gron.

4 *Quo ſi naves ſint*] Vet. lib. *Quod ſi naves ſint.* Sigonius.

5 *Extemplo aut abſceſſuros aut dedituros ſe hoſtes*] Put. Pet. Voſſ. *arceſſuros.* Men. *accerſuros.* An *arce ceſſuros?* J. Fr. Gron.

6 *Aſſentiebantur Tarentini*, &c.] Polyb. ὧν ἀκούοντες οἱ Ταραντῖνοι, τοῖς μὲν λεγομένοις συνεχωρήσαντο, &c. Sigonius.

7 *Punicas enim naves ex Sicilia acc.*

enim naves ex Sicilia accitas id posse facere: [1] suas, quæ sinu exiguo intus inclusæ essent, quum claustra portus [2] hostis haberet, ecquem ad modum inde in apertum mare evasuras? [3] *Evadent*, inquit Annibal. *Multa quæ impedita natura sunt, consilio expediuntur.* [4] *Urbem in campo sitam habetis. planæ & satis latæ viæ patent in omnes partes.* [5] *Via, quæ in portum per mediam urbem ad mare transmissa est, plaustris transvehamus naves haud magna mole. & mare nostrum erit, quo nunc hostes potiuntur: & illinc mari, hinc terra circumsidebimus arcem. immo brevi, aut relictam ab hostibus,* [6] *aut cum hostibus capiemus.* Hæc oratio non spem modo effectus,

id posse facere] Polybius addit, fieri hoc per ea tempora non potuisse. *Sigonius.*

1 *Suas, quæ sinu exiguo intercluſa essent*] Put. *intus incluſa sunt.* Manus secunda fecit *incluſas.* Pet. melior & Voss *intus incluſas esse.* Illud tamen vetustissimi libri vestigiis propius videtur. *J. Fr. Gron.*

2 *Hostis haberet, quemadmodum*] Put. & Pet. *haberet & quemadmodum.* Scribe: *Quum claustra portus hostis haberet, ecquem ad modum inde in apertum mare evasuras?* Semper fere antiqui codices, *etquis*, pro *ecquis*, & utatur illo sane qui malit. *Idem.*

3 *Evadent, inquit Annibal*] Ficta à Livio verba, quæ non sunt apud Polybium. *Sigonius.*

4 *Urbem enim in campo sitam habetis*] Ignorant nostri τὸ *enim.* J. Fr. Gron.

5 *Via, qua in portum per med. urbem ad mare transmissa est*] Polybius: ὁ δὲ συνωφρυωμὸς ἡ πλατεῖαν διατεμόμενον ἔχων, ἣ ἀπάρχωσιν μὲ ἐντὸς ἦν Ἀφροδισιάδος, φέρουσαν ἔξω πρὸ τὸ Ἀφροδίσιον ἐπὶ τὸν λιμένος εἰς τὴν ἔξω θάλατταν, ταύτην διενοεῖτο τὰς ναῦς ἐκ τοῦ λιμένος εἰς τὴν νότιον ἐκβιβάζειν πλευράν. Ex his apparet legendum esse apud Livium, *ex portu*, non *in portum.* Vet. quidam libri, *in portu*, habent. Transtulit enim plaustris naves è portu per urbem ad mare, quod ad Meridiem spectat. *Sigonius.*

Via quæ in portum per mediam urbem ad mare] Si ichema Tarentinæ urbis ante oculos mihi foret, certior de his verbis pronunciatio edi posset. Saltem ex Polybii verbis nihil apparet de media urbe; & quum is clarissime describat viam, quæ sit intra murum, feratque juxta murum ex portu in mare exterius, apparet, quum in altero hujus urbis angulo, ut Polybius ait, versus Septentrionem, esset portus, cujus fauci ad mare imminebat arx, alterum ejus angulum alluisse ipsum patens mare versus Meridiem, ita ut ab uno angulo ad alterum via lata pertineret. Ex hac tam manifesta descriptione colligo Livium scripsisse: *via, qua in portu praeter mœnia urbana ad mare transmissa est.* Illud *in portu* ita præter Sigonianos recte servant Put. Voss. Gud. Cantab. & subaudiendum τὸ incipiens aut simile quid. Τὸ *urbem* vides seq. cap. ac 27, 22 etiam in optimo libro corruptum fuisse. *Praeter mœnia* semper ait Livius, ἔξω τοῦ Ἀφροδισίου interpretans 7, 8. *Quum praeter mœnia eorum infrequentia signa conspecta essent.* 38, 3. *Arethontem praeter ipsa mœnia fluere.* Jac. Gron.

6 *Aut cum hostibus capiemus*] Cantabrig. *cum ipsis hostibus.* Idem.

1 Con-

ctus, ſed ingentem etiam ducis admirationem fecit. [1] Contracta extemplo undique plauſtra junctaque inter ſe: & machinæ, ad ſubducendas naves admotæ, munitumque iter, quo facilióra plauſtra [2] minorque moles in tranſitu eſſet. Jumenta inde & homines contracti, & opus impigre cœptum: paucoſque poſt dies claſſis inſtructa ac parata circumvehitur arcem, [3] & ante os ipſum portus anchoras jacit. [4] Hunc ſtatum rerum Annibal Tarenti reliquit; regreſſus ipſe in hiberna. Cæterum defectio Tarentinorum, utrum priore anno an hoc facta ſit, in diverſum auctores trahunt. plures propioreſque ætate memoriæ rerum, hoc anno [5] tradunt factum. Romæ conſules prætoreſque uſque ante diem quintum Kalendas Maias Latinæ tenuerunt. eo die perpetrato ſacro in monte, in ſuas quiſque provincias proficiſcuntur. Religio deinde nova objecta eſt ex carminibus Marcianis. Vates hic Marcius illuſtris fuerat, [6] & quum conquiſitio priore anno ex ſenatuſconſulto talium librorum fieret, in [7] M. Atilii prætoris urbani, qui eam rem agebat, manus vene- 12

1 *Contracta extemplo undique plauſtra*] Latius rationem exponit Livius, qua tranſvectæ naves ſint, quam Polybius, qui breviſſime eam eſt complexus. *Sigonius.*

2 *Minorque moles in tranſitu*] An non *mora?* Alioqui *moles* pro *molitio*: ſed ibi *molitio* nihili eſſet. *Tan. Faber.*

3 *Et ante ipſum portum ancoras jacit*] Scribe cum Put. & Pet. *& ante os ipſum portus ancoras jacit.* Cicero lib. 5 in Verr. *In ipſo aditu atque ore portus, ut primum ex alto ſinus ad urbem ab litore inflectitur.* Noſter lib. 28. *Speciem intuenti primo gemini portus in ora duo verſi præbuerit.* J. Fr. Gron.

4 *Hunc ſtatum rer. Annibal Tarenti reliquit, regreſſus ipſe in hyb.*] Polyb. Ἀννίβας ὁ φυλακὴν ἀπολιπὼν τ πόλεως, ἀνιζδυξι μ τῆς ὡρμίμενος, ἡ παρεγίνετο τελαῖος ἐπὶ τ ἐξ ἀρχῆς χείμαρρα, ἡ τὸ λοιπὸν τ χειμῶνος ἐνταῦθα διατρίβων ἐν ἴμερνι τ χώρᾳ. *Sigonius.*

5 *Tradunt factum*] Et cur non *factam?* quod habent priores. Id omnino revocandum fuit. *Jac. Gron.*

6 *Et quum inquiſitio priore*] Put. Pet. *& quum conquiſitio.* Jam probavimus, & juvat ex lib. 39. *Vaticinos libros conquirerent.* J. Fr. Gron.

7 *M. Æmilii prætoris urbis*] Jam bis admonui priore anno *M. Atilium* prætorem urbanum fuiſſe, non *M. Æmilium*, qui ad Luceriam cum exercitu fuit. Quare & hic *M. Atilii prætoris urbani*, legendum. *Sigonius.*

M. Æmilii prat. urbis] Scribe: *M. Atilii prætoris urbani.* Nam Put. & Pet. *urbem.* Nomen autem & hic & ſuperius cap. 1 & 3 de ſententia Sigonii, quamvis nolentibus libris, ita concipiendum cenſemus. Clare enim auctor lib. 24. *M. Æmilius prætor, cujus peregrina ſors erat, juriſdi-*

venerat. is protinus novo prætori Sullæ tradiderat. Ex hujus Marcii duobus carminibus, [1] alterius poſt rem actam editi cum rato auctoritas eventu, alteri quoque, cujus nondum tempus venerat, afferebat fidem. Priore carmine Cannenſis prædicta clades in hæc ferme verba erat: *Amnem Trojugena Cannam Romane fuge: ne te alienigenæ cogant in campo Diomedis conſerere manus. Sed neque credes tu mihi; donec compleris ſanguine campum: multaque millia*

ctione M. Atilio collegæ prætori urbano mandata, Luceriam provinciam haberet. Et ne quis putet ejus rei quidquam ex incidenti occaſione mutatum, lib. 25, ubi in ſequentem annum ſortes prætorum recenſentur: *Fulvii Flacci, qua Luceria ſub Æmilio prætore fuiſſent, legiones eſſent.* At fuit qui objiceret Sigonio ex lib. 27, 35. *Ludos magnos facere dictatorem juſſit, quos M. Æmilius prætor urbu C. Flaminio, Cn. Servilio Coss. fecerat.* Ibi tam fuiſſe oblivioſum Sigonium, ut qui hic Æmilium prætorem urbanum non fert, notaret hunc M. Æmilium fuiſſe cognomento Regillum, qui poſtea fuerit flamen Quirinalis. At non hæc Sigonii oblivio eſt, ſed reprehenſoris imperitia. M. Æmilius hic fuit prætor urbis Coss. C. Flaminio Cn. Servilio, ut patet ex lib. 22, 9. ubi dicitur inter alia ludos magnos votos, eoſque, quoniam Fabium dictatorem belli cura occupatura eſſet, M. Æmilium prætorem ex collegii pontificum ſententia curare juſſum. At ejus M. Æmilii Lepidi, de quo nunc agimus, ſors peregrina, & deinde, ut Luceriam provinciam haberet, fuit Coss. Q. Fabio Maximo Ti. Sempronio Graccho. Statim Put. Petav. aliique probiores: *manus venerant.* Rectius, & intellige de libris vel carminibus Marcianis. *J. Fr. Gron.*

1 *Alterius poſtea aucta declarato auctoritas eventu*] Valla ſic legit: *alterius poſt rem actam editi cum rata auctoritas eventu:* at ex fide antiqui exemplaris ita legendum: *alterius poſt ea acta editi certo auctoritas eventu.* quamquam malim: *poſt acta.* Duo enim Marcii vatis carmina erant, inquit, quorum priore Cannenſis clades jam accepta prædicta erat, poſteriore Pœnorum fugatio ex ludis Apollini deo vovendis. Factum eſt autem, ut auctoritas prioris verſus, qui poſt acta editus fuerat, ex certo rei eventu comparata fidem quoque alteri, qui ante rem editus erat, attulerit. *Sigonius.*

Alt. poſtea aucta declarato auctoritas eventu] Neque integrius Sigonianum: *poſt ea acta editi certo auctoritas eventu.* Omnes vulgares ſcripti: *poſtea eſt aucta*, & *curato.* Sed Put. *poſtrameacta dediti cum rato.* A quo nihil vel minimum diſcrepant Pet. melior & duo optimi Florentiæ. Nihili ſit in hac parte Critices, qui non videat veram eſſe, fruſtra Sigonio repudiatam, Vallæ conjecturam: *alterius poſt rem actam editi cum rato auctoritas eventu.* Singulæ phraſes alibi Livio frequentes. Lib. 21. *Id ut tutius conſilium ante rem foret, ita acta re ad fidem pronius eſt.* Lib. 26. *Serum ad impediendam rem actam.* Sed τὸ *editum* in hujuſmodi religioſis amat. Lib. 21, 62. *Hoſtiaque majores, quibus editum eſt, diu cæſa.* Ita MSS. & ſic reponere memineris: nam male vulgo publicatur, *dictum.* Lib. 22. *Quia ita ex fatalibus libris editum erat.* Lib. 40. *Ob ea decemviri juſſi adire libros, edidere, quibus diis & quot hoſtiis ſacrificaretur.* J. Fr. Gron.

1 *Id*

lia occisa tua deferet amnis in pontum magnum ex terra frugifera. piscibus atque avibus ferisque, quæ incolunt terras, [1] *iis fuat esca caro tua. nam mihi ita Jupiter fatus est.* Et [2] Diomedis Argivi campos, & Cannam flumen, qui militaverant in iis locis, juxta atque ipsam cladem agnoscebant. Tum alterum carmen recitatum, non eo tantum obscurius, quia incertiora futura præteritis sunt, sed perplexius etiam scripturæ genere. [3] *Hostem Romani si expellere vultis, vomicamque, quæ gentium venit longe, Apollini vovendos censeo ludos:* [4] *qui quotannis comiter Apollini fiant, quum populus dederit ex publico partem: privati mi* [5] *conferant pro se, suisque.* [6] *Iis ludis faciendis præerit prætor is, qui jus populo plebeique dabit summum. Decemviri Græco ritu hostiis sacra faciant. Hæc si recte faxitis, gaudebitis semper, fietque res vestra melior.* [7] *nam is Divus extinguet perduelles vestros,* [8] *qui vestros campos pascunt placide.* [9] Ad id carmen explanandum, diem unum sumpserunt.

1 *Iis fiat esca caro tua*] Vet. lib. *fluat*. Ego, *fuat*. Festus: *fuam sim, vel siam*. Virgil. *Tros, Rutulusve fuat*: verbum antiquum est, hæc autem carmina redolent antiquitatem. *Sigonius.*

2 *Diomedu Argivi campos*] Strabo lib. 6. λέγεται ὑπὸ ἀμφοτέρων Διομήδους κλίσια. καὶ τὸ πεδίον, καὶ ἄλλα πολλὰ δείκνυται Διομήδους ἐν τούτοις τοῖς τόποις σωτηρίας σημεῖα. Idem.

3 *Hostem Romani expellere vultis*] Hic totus locus tractatur iisdem verbis à Macrobio lib. 1 Saturn. quo in loco legitur: *Hostem Romani si ex agro pellere vultis*. Idem.

4 *Qui quotannis comiter Ap. fi.*] Vet. lib. & Macrobius *communiter*, quod est sumptibus populi, & privatorum, ut se exponens subdit. *Idem.*

5 *Conferant pro se suisque*] Malim, *pro se quisque*. Idem.

6 *Iis ludis fac.*] Vet. lib. & Macrob. *His ludis*. Idem.

7 *Nam is divus extinguet*] Vet. lib. & Macrob. *is divus*. Idem.

Nam is Divus exstinguet perduelles vestros] Unde malim ego, ut merus Spondaicus sit: *Namque ollus divus stinguet perduelles vestros*. Vossius lib. 3 de Analogia p. 102.

8 *Qui vestr. campos pascit pl.*] Vet. lib. & Macrob. *pascunt*. Sigonius.

9 *Ad id carmen explanandum un. d. sumpf.*] Facit Macrobius, ut putem, mendum esse in voce, *explanandum*: inquit enim, *Ex hoc carmine cum procurandi gratia dies unus rebus divinis esset impensus*. Puto autem apud Livium legendum esse, *expiandum*. Est enim idem *expiare*, quod *procurare*. Eadem macula multos etiam Ciceronis locos fœdavit, à nemine, quod sciam, adhuc notatos. Nam in oratione de responsis; *Religionis explanatio vel ab uno pontifice perito recte fieri potest*. ubi legendum est, *expiatio*. Nam in eadem ait: *Expiabo religionem adiam meam*. Et in Philippica prima: *Ut inexpiabiles religiones in Rempublicam inducerentur*. Item in eadem de responsis, cum ait: *Portentorum explanationes Etruscorum disciplina contineri volue-*

pſerunt. poſtero die ſenatuſconſultum factum eſt, [1] ut decemviri libros, de ludis Apollini reque divina faciunda, inſpicerent. Ea quum inſpecta relataque ad ſenatum eſſent, cenſuerunt Patres: *Apollini ludos vovendos faciundoſque: & quando ludi facti eſſent, duodecim millia æris prætori ad rem divinam & duas hoſtias majores dandas.* Alterum ſenatuſconſultum factum eſt, *Ut decemviri ſacra Græco ritu* [2] *facerent, iiſque hoſtiis.* [3] *Apollini bove aurato & capris duabus albis auratis, Latonæ bove fœmina aurata.* [4] Ludos prætor in circo maximo quum facturus eſſet, edixit, ut populus per eos ludos ſtipem Apollini, quantam commodum eſſet, conferret. Hæc eſt origo ludorum Apollinarium: victoriæ, non valetudinis ergo, ut plerique rentur, votorum. factoſque populus coronatus ſpectavit: matronæ

runt: Expiationes reſtituendum. Etenim Valerius, qui iiſdem fere verbis eundem locum libro primo, capite primo tractat, ait: *Portentorum depulſas, Etruſca diſciplina expiari voluerunt.* Ac vereor etiam, ne cum Cicero ait de Divinat. libro ſecundo, *Si ea dii nobis objiciunt, quorum neque ſcientiam, neque explanationem habeamus:* legendum ſit, *expiationem.* Sigonius.

1 *Ut decemviri libros de ludu &c. inſpicerent*] Quos illos, cedo, libros? Sane quum ſic loquutus eſt Livius, perpetuo Sibyllinos intellexit. At quo hic Sibyllinos? quum agatur de carminibus Marcianis. Intelligo illud *libros* in nullo MS. prorſus exſtare. Itaque me auctore reddenda hæc vox liberalitati donatoris ſupervacuæ. Nam SCtum vult, ut decemviri ipſo carmine conſiderato & inſpecto, de religione, quæ in eo aperiebatur, & ludis decernerent. Id quod ipſe innuit Livius, ſubnectens *Ea quum inſpecta relataque eſſent*, nempe carmina, non libri. *Jac. Gron.*

2 *Facerent, iiſque hoſtiis*] Ex Macrobio legendum, *hiſce hoſtiis.* Sigonius.

Fac. iiſque hoſtiis] Lege: *hiſque hoſtiis.* nam & ſcripti quidam, *hiſque.* J. Fr. Gron.

3 *Apollini bove aurato & capris duabus albis auratis, Latona bove*] An non cogimur ſuſpicari, Dianam hinc exciciſſe, Liviumque edidiſſe: *Apollini bove aurato, Diana capris duabus* &c. Quid enim capræ ad Apollinem? Habes utique & pulvinar Apollini ac Dianæ lib. 22, 10. & lib. 5, 13 Decemviri per dies octo Apollinem Latonamque & Dianam ſtratis lectis placavere. *Jac. Gron.*

4 *Ludos prætor in Circo Maximo e. facturus e. edixit*] Prætor erat urbanus P. Cornelius Sulla, idemque Apollinares hos ludos, qui deinde ſolennes prætorum urbanorum fuerunt, primus fecit. Eundem Decemvirum vocat Macrobius, ſic: *Bello Punico ſecundo ludi Apollinares ex libris Sibyllinis primum ſunt inſtituti ſuadente Cornelio Ruſo decemviro, qui propterea Sibylla cognominatus eſt, & poſtea corrupto nomine primus Silla cœpit vocitari.* Hinc etiam Velleius libro 2 *L. Cornelium Sullam*, ſic enim eſt in lapidib. Capitol. non *Syllam*, Dictatorem ſextum

eſſe

næ ſupplicavere : vulgo apertis januis [1] in propatulis epulati ſunt : celeberque dies omni cærimoniarum genere fuit. Quum Annibal circa Tarentum, conſules ambo in Samnio eſſent, ſed circumſeſſuri Capuam viderentur (quod malum diuturnæ obſidionis eſſe ſolet) jam famem Campani ſentiebant; quia ſementem facere prohibuerant eos Romani exercitus. Itaque legatos ad Annibalem miſerunt, orantes, ut prius quam conſules in agros ſuos educerent legiones, viæque omnes hoſtium præſidiis inſiderentur, frumentum ex propinquis locis convehi juberet Capuam. Annibal, Hannonem ex Bruttiis cum exercitu in Campaniam tranſire, & dare operam, ut frumenti copia fieret Campanis, juſſit. Hanno ex Bruttiis profectus cum exercitu, vitabundus caſtra 13

ho-

eſſe à P. Cornelio Rufino, qui Pyrrhi bello floruit, ait: Quod ita eſſe cum diuturna Romanarum familiarum obſervatione compererim, placuit etiam hoc loco ſubtexere:

P. Cornelius Rufinus Dictator 421.

I. P. Cornelius Rufinus Cos. 462. 475. Dict. 476. bello Pyrrhi floruit.

II. P. Cornelius Rufinus, de quo nihil comperi.

III. P. Cornelius Rufus, prætor. 538, Sibylla, poſt Sulla dictus. Macrob.

IIII. P. Cornelius Sulla. prætor. 564.

V. L. Cornelius Sulla de quo nihil.

Ser. Cornelius Sulla legatus in Maced. 583.

VI. L. Cornelius L. F. P. N. Sulla Coss. 662. 671. Dict. 668. Sextus à Cornelio Rufino. Vell. Iap. Cap.

Ser. Cornelius Sulla.

L. Cornelius Sulla. Fauſtus Pæd.

Fauſta Cornelia.

P. Corn. Sulla. Cos. abdic. 585. pro quo Cicero.

Ser. Cornelius Sulla.

Hi Servii Sullæ Dictatoris fratris filii dicuntur à Saluſtio in conjuratione Piſonis. *Sigonius.*

1 *In propatulo*] Put. & Pet. uterque: *in propatulis epulati ſunt.* J. Fr. Gron.

hoſtium, conſuleſque, qui in Samnio erant, quum Beneventō jam appropinquaret, tria paſſuum millia ab ipſa urbe loco edito caſtra poſuit. inde ex ſociis circa populis, quo æſtate comportatum erat, devehi frumentum in caſtra juſſit; præſidiis datis, quæ commeatus eos proſequerentur. Capuam inde nuncium miſit, [1] qua die in caſtris ad accipiendum frumentum præſto eſſent, omni undique genere vehiculorum jumentorumque ex agris contracto. Id pro cætera ſocordia negligentiaque à Campanis actum. [2] paulo plus quadringenta vehicula miſſa, & pauca præterea jumenta: ob id caſtigatis ab Hannone, quod ne fames quidem, quæ mutas accenderet beſtias, curam eorum ſtimulare poſſet, [3] alia prodita dies ad frumentum majore apparatu petendum. Ea omnia, ſicut acta erant, quum enunciata Beneventanis eſſent, legatos decem extemplo ad conſules (circa Bovianum caſtra Romanorum erant) miſerunt. Qui quum auditis quæ ad Capuam agerentur, inter ſe comparaſſent, ut alter in Campaniam exercitum duceret; Fulvius, [4] cui ea provincia obvenerat, [5] profectus nocte Beneventum, mœnia eſt ingreſſus. Ex propinquo cognoſcit Hannonem cum exercitus parte [6] profectum frumentatum: per quæ-

1 *Qua die ad accipiendum*] Omnes ſcripti: *qua die in caſtris ad accipiendum* J. Fr. Gron.

2 *Paulo plus* CCCC *vehicula miſſa*] Vet. lib. *quadraginta*, habent, non *quadringenta*: quod ad ſocordiam Campanorum demonſtrandam magis valet, de qua caſtigati ab Annone ſunt, atque ita profecto legendum. *Sigonius.*

Paulio plus quadraginta vehicula miſſa] Ab Sigonio. Omnes veteres ſcriptique & editi: *quadringenta:* & haud putem nimium eſſe pro magnitudine urbis & frequentia incolarum: præſertim quum paullo poſt habeas *duo millia.* J. Fr. Gron.

3 *Alia prædicta dies*] Veteres libri, *prodita.* Feſtus, *referri diem proditam.* Sigonius.

4 *Cui ea provincia evenerat*] Meliores: *cui ea provincia obvenerat.* J. Fr. Gron.

5 *Profectus nocte Beneventum, mœnia*] Voſſ. *Benevento*, & poſtremæ literæ ſuperpoſitum eſt *i.* Gud. *Beneventi.* Legendum: *Profectus nocte, Beneventi mœnia eſt ingreſſus.* Idem.

6 *Profectum frumentatum, duo millia*] Interpoſuimus nobile fragmentum ex Putean. Petav. duobus Flor. Barberino: *Hannonem cum exercitus parte profectum frumentatum: per quæſtorem Campanis datum frumentum: duo millia*

quæſtorem Campanis datum frumentum: duo millia plauſtrorum, inconditam inermemque aliam turbam, adveniſſe: per tumultum ac trepidationem omnia agi, caſtrorumque formam, & militarem ordinem, immixtis agreſtibus iis ex terris, ſublatum. His ſatis compertis, conſul militibus edicit, ſigna tantum armaque in proximam noctem expedirent: caſtra Punica oppugnanda eſſe. Quarta vigilia profecti, ſarcinis omnibus impedimentiſque Beneventi relictis, paulo ante lucem quum ad caſtra perveniſſent, tantum pavoris injecerunt, ut ſi in plano caſtra poſita eſſent, haud dubie primo impetu capi potuerint. altitudo loci, & munimenta defenderunt: quæ nulla ex parte adiri, [1] niſi arduo ac difficili aſcenſu, poterant. Luce prima prœlium ingens accenſum eſt: nec vallum modo tutantur Pœni, ſed ut quibus locus æquior eſſet, deturbant nitentes per ardua hoſtes. Vicit 14
tamen omnia pertinax virtus, & aliquot ſimul partibus ad vallum ac foſſas perventum eſt; ſed cum multis vulneribus, ac militum pernicie. Itaque convocatis tribunis militum, conſul *abſiſtendum temerario incepto*, ait: *tutius ſibi videri, reduci eo die exercitum Beneventum: dein poſtero, caſtris ſe hoſtium jungi, ne exire inde Campani, neve Hanno regredi poſſet. Id quo facilius obtineatur,* [2] *collegam quoque, & exercitum ejus ſe acciturum, totumque eo verſuros bellum.* hæc conſilia ducis, quum jam receptui caneret, clamor militum aſpernantium tam ſegne imperium disjecit. [3] Proxima portæ hoſtium erat cohors Peligna: [4] cujus præfectus

millia plauſtrorum, inconditam inermemque aliam turbam, adveniſſe. An fuit *ad duo millia?* J. Fr. Gron.

1 *Niſi arduo ac difficili aſcenſu*] Gud. Voſſ. Mureti, *aditu* pro *aſcenſu*. An fuit, *quæ nulla ex parte, niſi ardua ac difficili, adiri poterat.* Idem.

2 *Collegam q. & ex. e. ſe acciturum, totumque eo verſuros bellum*] Vet. lib. *verſurum.* Sigonius.

Coll. q. & ex. e. ſe acciturum, totumque eo verſurum bellum] Put. & melioies cum editis ante Sigonium: *verſuros.* nempe ſe & collegam junctos. *J. Fr. Gron.*

3 *Proxima portæ hoſtium erat cohors Peligna*] Put. *proxime portas.* Ita ſcribe: vel *portam.* Idem.

4 *Cujus præfectus Vibius ereptum vexillum trans hoſtium vallum trajecit*]

fectus Vibius Accuæus arreptum vexillum trans vallum hoſtium trajecit. Execratus inde ſeque & cohortem, ſi ejus vexilli hoſtes potiti eſſent, princeps ipſe per foſſam vallumque in caſtra irrumpit. Jamque intra vallum Peligni pugnabant, quum altera parte Valerio Flacco tribuno militum tertiæ legionis exprobrante Romanis ignaviam, qui ſociis captorum caſtrorum concederent decus, T. Pedanius, princeps primus centurio, quum ſignifero ſignum ademiſſet; *Jam hoc ſignum, & hic centurio*, inquit, *intra vallum hoſtium erit. Sequantur, qui capi ſignum ab hoſte prohibituri ſunt.* [1] Manipulares ſui primum tranſcendentem foſſam, dein legio tota ſecuta eſt. Jam & conſul ad conſpectum tranſgredientium vallum mutato conſilio, [2] ab revocando ad incitandos hortandoſque verſus milites, oſtendere, in quanto diſcrimine ac periculo fortiſſima cohors ſociorum & civium legio eſſet. Itaque pro ſe quiſque omnes per æqua atque iniqua loca, quum undique tela conjicerentur, armaque & corpora hoſtes objicerent, pervadunt, irrumpuntque. multi vulnerati, etiam quos vires ſanguiſque deſereret, ut intra vallum hoſtium caderent, nitebantur. [3] Capta itaque momento temporis, velut in plano ſita, nec permunita

Put. *Vibius acauſarreptum.* Neque aliter Petav. melior ante lituram. Scribe: *Vibius Accuaus arreptum.* Sic & infra ſcribendum: *ante alios Accuaus Peligna.* Nam Put. Pet. tres Flor. *Accaus:* alii *Acceus* vel *Acceius.* Oppidum eſt *Accua* nominatum Livio libro præcedenti. Inde *Accuacus.* Atque ita etiam reponendum apud Valerium lib. 3, 2, ubi idem *Vibius Acceus* vocatur. Forte etiam ſcribendum: *trans vallum jecit.* Sed & illud probum. Plautus Milite: *commeatus tranſtinet trans parietem.* J. Fr. Gron.

1 *Manipulares ſui prim. tranſcendentem foſſ.*] Vet. lib. *primum tranſcenderunt foſſam.* Sigonius.

Manipulares ſui primum tranſſcendentem] Sic optimi ac fere omnes. Et audet Sigonius venditare, *tranſſcenderunt:* nec videt orationem ſic fieri ſolœcam. Etenim, *Manipulares ejus primum tranſſcenderunt*, dicendum fuerat. *J. Fr. Gron.*

2 *Ab revocandis ad incitandos*] Meliores: *ab revocando ad incitandos hortandoſque verſus milites.* Put. ſolemni errore: *ad revocando.* alii: *ad revocandos.* Idem.

3 *Capta itaque mom. temporis, velut in plano ſita, nec perm. caſtra*] Paulo ante negavit Pœnorum caſtra in plano eſſe, cum dixit: *Tantum paveris injecerunt, ut ſi in plano caſtra poſita eſſent, haud dubie primo impetu capi potuerint, altitudo loci, & munimenta defenderunt.*

Digitized by Google

nita caſtra. Cædes inde, non jam pugna erat, omnibus intra vallum permixtis. ſupra ſex millia [1] hoſtium occiſa, ſupra ſeptem millia capitum, cum frumentatoribus Campanis, omnique plauſtrorum & jumentorum apparatu capta. & alia ingens præda fuit, quam Hanno populandus paſſim quum iſſet, ex ſociorum populi Romani agris traxerat. Inde dejectis hoſtium caſtris, Beneventum reditum eſt, prædamque ibi ambo conſules (nam & Ap. Claudius eo poſt paucos dies venit) vendiderunt, diviſeruntque. & donati, quorum opera caſtra hoſtium capta erant: ante alios Accuæus Pelignus, & T. Pedanius princeps tertiæ legionis. Hanno ab Cominio Cerito, quo nunciata caſtrorum clades eſt, cum paucis frumentatoribus, quos forte ſecum habuerat, fugæ magis quam itineris modo in Bruttios rediit. Et Campani audita ſua pariter ſociorumque clade, legatos ad Annibalem miſerunt, qui nunciarent, duos conſules ad Beneventum eſſe; diei iter à Capua: tantum non ad portas & muros bellum eſſe. ni propere ſubveniat, celerius Capuam quam Arpos, in poteſtatem hoſtium venturam. Ne Tarentum quidem, non modo arcem, tanti debere eſſe, ut Capuam, quam Carthagini æquare ſit ſolitus, deſertam indefenſamque populo Romano tradat. Annibal, curæ ſibi fore rem Campanam pollicitus, in præſentia duo millia equitum cum legatis mittit; quo præſidio agros populationibus poſſent prohibere. Romanis interim, ſicut aliarum rerum, arcis Tarentinæ, præſidiique quod ibi obſideretur, cura eſſe. C. Servilius legatus ex auctoritate

derunt. Nunc ait, *Ea caſtra momento capta, æque, atque ſi in plano ſita, nec permunita fuiſſent*. Itaque non ſibi repugnat. *Sigonius.*

1 *Hoſtium caſa, ſupra ſeptem millia capiuntur*] Put. & Petav. *hoſtium occiſa, ſupra ſeptem millia capitum*. Voſſ. quoque *capitum*. Nempe mutanda diſtinctio, & vox *capta* ab ſequenti periodo retrahi atque huic annecti debet, hoc modo: *ſupra ſex millia hoſtium occiſa, ſupra ſeptem millia capitum cum frumentatoribus Campanis omnique plauſtrorum & jumentorum apparatu capta. Et alia præda ingens fuit, quam &c. J. Fr. Gron.*

tate Patrum, à P. Cornelio prætore in Etruriam ad frumentum coëmendum miſſus, cum aliquot navibus onuſtis in portum Tarentinum inter hoſtium cuſtodias pervenit. Cujus adventu, qui ante in exigua ſpe, vocati ſæpe ad tranſitionem ab hoſtibus per colloquia erant; ultro ad tranſeundum hoſtes vocabant, ſollicitabantque. & erat ſatis validum præſidium; traductis ad arcem Tarenti tuendam, qui Metaponti erant, militibus. [1] Itaque Metapontini extemplo metu, quo tenebantur, liberati ad Annibalem defecere. Hoc idem eadem ora maris & Thurini fecerunt. movit eos non Tarentinorum magis defectio, Metapontinorumque, [2] quibus indidem ex Achaia oriundi etiam cognatione juncti erant, quam ira in Romanos propter obſides nuper interfectos. Eorum amici cognatique literas ac nuncios ad Hannonem Magonemque, qui in propinquo in Bruttiis erant, miſerunt, ſi exercitum ad mœnia admoviſſent, ſe in poteſtatem eorum urbem tradituros eſſe. [3] M. Atinius Thuriis cum modico præſidio præerat. quem facile elici ad certamen temere ineundum rebantur poſſe; non militum,

1 *Itaque Metapontini extemplo --- defecere. Hoc idem eadem ora maris & Thurini fecerunt*] Anno DXXXIIII, poſt Cannenſem cladem acceptam, ad Pœnos Græcorum omnem ferme oram, Tarentinos, Metapontinos, Crotonienſes, Locroſque defeciſſe ſcripſit libro 22. Quod dixi ita intelligendum eſſe, ut non ſtatim eos defeciſſe accipiamus, ſed ſequentibus deinceps annis, ut cuique populo facultas oblata eſt. Nam Locrenſes Crotonienſeſque defecerunt anno DXXXV. Nunc demum vero anno DXXXVII Tarentini, & Metapontini. Thurini, & Conſentini priore anno à Pœnis ad Romanos redierant, ut initio hujus libri dixit. ergo Thurini iterum hoc anno deficiunt ad Pœnos. Itaque quoniam mirabile videri poteſt, eoſdem quotannis deficere, neque ſuſpectam eorum, à quibus ſemel defecerint, fidem haberi: in altero horum locorum mendum eſſe ſuſpicor, duoſque populos eſſe *Terinæos*, & *Thurinos*, ſupra autem, *Terinæi*, & *Conſentini*, hoc loco, *Metapontini* & *Thurini* legendum. Nam & Strabo, & Plinius *Conſentia Terinam*, Ptolemæus *Thurio Metapontum*, adnectunt. De *Terina* quidem Bruttiorum urbe ab Annibale hoc bello everſa, quod ſe eam tueri poſſe deſperaret, Strabo libro ſexto. *Sigonius.*

2 *Quibus indidem ex Achaia oriundi*] Gud. *identidem.* Forte: *quibus itidem ex Achaia oriundu.* J. Fr. Gron.

3 *M. Atinius Thurinis*] Vet. lib. *Thuriis.* Recte. *Thuria* enim etiam dicuntur. *Sigonius.*

tum, quos perpaucos habebat, fiducia, quam juventutis Thurinæ. eam ex induſtria centuriaverat, armaveratque ad tales caſus. Diviſis copiis inter ſe, duces Pœni quum agrum Thurinum ingreſſi eſſent, Hanno cum peditum agmine infeſtis ſignis ire ad urbem pergit. Mago cum equitatu, [1] tectus collibus, ad tegendas inſidias oppoſitis, ſubſiſtit. Atinius peditum tantum agmine per exploratores comperto, in aciem copias educit, [2] & fraudis inteſtinæ, & hoſtium inſidiarum ignarus. Pedeſtre prœlium fuit perſegne; paucis in prima acie pugnantibus Romanis; Thurinis exſpectantibus magis quam adjuvantibus eventum: & Carthaginienſium acies de induſtria pedem referebat, ut ad terga collis ab equite ſuo inſeſſi hoſtem incautum pertraheret. Quo ubi ventum eſt, coorti cum clamore equites, [3] propere inconditam Thurinorum turbam, nec ſatis fido animo unde pugnabat ſtantem, extemplo in fugam averterunt. Romani, quanquam circumventos hinc pedes, hinc eques urgebat, tamen aliquamdiu pugnam traxere. poſtremo & ipſi terga vertunt, atque ad urbem fugiunt. Ibi proditores conglobati; quum popularium agmen patentibus portis accepiſſent: ubi Romanos fuſos ad urbem ferri viderunt, conclamant, inſtare Pœnum: [4] permixtoſque & hoſtes urbem invaſuros, ni propere portas claudant. ita excluſos

1 *Tectus collibus ad inſidias tegendas*] Non placet illud *tectus ad tegendas*. Sic tamen omnes libri. Forte *celandus*. J. Fr. Gron. Propius crediderim: *ſeptus collibus ad tegendas inſidias oppoſitus*. 25, 25. *Caſtraque tectis parietum pro muro ſepta*. Jac. Gron.

Collibus ad tegendas inſidias oppoſitis] Dicendum *appoſitis*, id eſt, idoneis. *Tan. Faber.*

2 *Et fraudis inteſtina & hoſtium inſidiarum ignarus*] Emenda; *hoſtilium*. J. Fr. Gron.

3 *Propere inconditam*] Video ſane 22, 19 *Raptimque omnia prapropere agendo*, tanquam Livius non abhorruerit iſtas adverbiorum geminationes. At *propere extemplo* qui poſſint jungi, parum liquet, & videtur mutanda hic diſtinctio: *Coorti cum clamore equites propere, inconditam Th. turbam nec ſatis fido* &c. Etiam in advocato loco pater aliquando inſeri particulam voluit *raptimque omnia ac prapropere*. quomodo loquitur 22, 3. *Ferociter omnia ac prapropere acturum*. Jac. Gron.

4 *Permiſtoſque hoſtes urbem*] Optimi: *permixtoſque & hoſtes urbem invaſuros*. J. Fr. Gron.

1 *Ati-*

ſos Romanos præbuere hoſti ad cædem. [1] Atinius tamen cum paucis receptus. Seditio inde pauliſper tenuit; quum [2] alii urbem tuendam, inde alii cedendum fortunæ, & tradendam urbem victoribus cenſerent. cæterum, ut plerumque, fortuna & conſilia mala vicerunt: Atinio cum ſuis ad mare ac naves deducto, magis quia ipſi ob imperium in ſe mite ac juſtum conſultum volebant, quam reſpectu Romanorum, Carthaginienſes in urbem accipiunt. Conſules à Benevento in Campanum agrum legiones ducunt, non ad frumenta modo, [3] quæ jam in hibernis erant, corrumpenda, ſed ad Capuam oppugnandam; nobilem ſe conſulatum tam opulentæ urbis excidio rati facturos: ſimul & ingens flagitium imperio dempturos, quod urbi tam propinquæ [4] tertium annum impunita defectio eſſet. Cæterum, ne Beneventum ſine præſidio eſſet, & ut ad ſubita belli, ſi Annibal, (quod factu-

1 *Atinius tam. cum paucis receptus*] Vet. lib. *cum paucis ſe recepit*: malim tamen, *receptus*: à Thurinis enim primum receptum, poſt ad naves deductum Atinium ait. *Sigonius.*

2 *Alii urbem tuendam*] Hæc verba ignorant omnes ſcripti: continenter vero exhibent: *renuit; quum inde alii cedendum.* Videndum, an nihil delit, quod prudens lector ex ſenſu non ſuppleat. Dicendo enim receptum eſſe Atinium, & ſeditionem ortam, quod alii fortunæ cedendum & Pœnis urbem dedendam cenſerent, ſatis indicat, alteram partem fuiſſe illorum, qui Atinium receperint, eoque manendum in fide ſtatuiſſe. Poſteriore loco *τὸ inde* ſignificat nunc tandem, poſt talem caſum. *J. Fr. Gron.*

3 *Quæ jam in hibernis erant*] Nugaciſſima narratio. Quomodo enim in Campanum agrum inducere potuerunt ad frumenta corrumpenda, ſi ea jam in hibernis erant? & tamen cap. 18 paſſim populati fuiſſe dicuntur. Deinde non potuit jam extremum æſtatis fuiſſe, quum tot alia deinceps adhuc geſta videamus. Sed nec locutio placet, *frumenta jam in hibernis erant.* Itaque video patrem in ora libri ſui aliquando annotaſſe *forte horreis.* Sed rurſus plane induxit. Et ſane tantundem foret. Omnino enim frumenta adhuc in agris apparet fuiſſe. Lego igitur, *quæ jam in herbis erant.* Nihil potuerunt ſuſcipere opportunius oppugnaturi conſules, quam ut à Capua iſtam annonam penè maturam averterent, & inde ſuis ſufficerent. Ovidius 5 Metam. 482. *Primis ſegetes moriuntur in herbis.* 8. 290. *Is modo creſcenti ſegetes proculcat in herba.* Epiſtola Helenæ: *Sed nimium properas: & adhuc tua meſſis in herba eſt.* Jac. Gron.

4 *Tertium annum impunita defectio*] Capua defecit anno DXXXIIII. Ex quo apparet, cum, *tertium annum*, dixit, annos medios intelligere, extremos imperfectos non numerare. Alioquin *quintum* erat ſcribendum. *Sigonius.*

1 *Ad*

facturum haud dubitabant) ad opem ferendam ſociis Capuam veniſſet, equites vim ſuſtinere poſſent, Ti. Gracchum ex Lucanis cum equitatu ac levi armatura Beneventum venire jubent: legionibus ſtativiſque [1] ad obtinendas res in Lucanis aliquem præficeret. Graccho, 16
priuſquam ex Lucanis moveret, ſacrificanti, triſte prodigium factum eſt. [2] ad exta, ſacrificio perpetrato, [3] angues duo ex occulto allapſi, edere jecur, conſpectique repente ex oculis abierunt: id quum aruſpicum monitu ſacrificium inſtauraretur, [4] atque intentius extares ollæ ſervarentur; [5] iterum ac tertium veniſſe tradunt, libatoque jocinore intactos angues abiiſſe. Quum aruſpices, ad imperatorem id pertinere prodigium, præmonuiſſent, & [6] ab occultis cavendum hominibus conſultiſque; nulla tamen providentia fatum imminens moveri potuit. [7] Flavius Lucanus fuit, caput partis ejus Lucanorum,

1 *Ad obtinendas res in Lucanis aliquem præficeret*] Conjiciebam, *præficere*, ut ſuſpenſa eſſet oratio ab τῷ *jubent*. Video nunc id è lib. vet. notaſſe Muretum. *J. Fr. Gron.*

2 *Ad exta, ſacrificio perpetrato, angues duo*] De eodem prodigio Valerius cap. de prodigiis. *Sigonius.*

3 *Angues duo ex occulto allapſi edere jecur*] Put. *adlapſi anaere jecur*. Petav. *anae rejetur*. Florent. *anere*. Pal. unus, Men. Voſſ. *enere*. Pet. alter, Barber. *lambere*. Pal. *ademere*. Videtur ſcribendum: *adedere*, vel *ambedere*. Valerius Maximus: *Angues duo ex occulto prolapſi repente hoſtiæ, quam immolaverat, adeſo jocinore*. J. Fr. Gron.

4 *Atque intentius exta reſerata ſervarentur*] Put. *exta reſereſervarentur*. Scribe cum Salmaſio: *atque intentius extares ollæ ſervarentur*. Varro lib. 4 de LL. *Hæ ſunt, quarum in ſacrificiis exta in olla, non in veru coquuntur*. Plautus Rudente: *Aut aulam extarem*. Adi commentatores. Meminit & Arnobius *ollæ extorum*: ubi quamquam recordor *aulam auri* apud Plautum, dubitavi aliquando an reſcribendum eſſet, *ollam extarem*. Livius lib. 41. *Ipſam aquam effundi ex olla, ubi exta coquerentur, juſſiſſe*. Rubenius: *extar ſervaretur*. Quod cum non intelligerent librarii, exiſtimat eos primum, *exta reſervarentur*, dein cætera feciſſe. Gloſſarium: *extar, olla, ubi exta coquebantur*. Idem.

5 *Iterum ac tertium veniſſe tradunt, libatoque jecinore*] Gallici omnes & Voſſ. ſpernunt τὸ *veniſſe*, dein habent *jocinore*. Lege: *iterum ac tertio tradunt libatò jocinore intactos angues abiiſſe*. Obſervavimus alibi non ſemel τὸ *que* in optimo ſupervacaneum. *Idem.*

6 *Ab occultis cavendum hominibus conſiliiſque*] Omnes: *conſultiſque*. Virgil. 4 Æneid. *Dum conſulta petis, dum noſtro in limine pendes*. Noſter lib. 10. *Nocte rediit, approbare collegam conſulta referens*. Salluſtius Jugurth. *Colloquia diem, locum, tempus ipſe deligeret, conſulta ſeſe omnia cum illo integra habere*. Id.

7 *Flavius Lucanus fuit*] Put. *Flavos Lucanis*. Et mox: *Flavos ad Romanum*. Denique: *Flavus is ſe adjungit*. Idem.

1 *Si*

rum, quum pars ad Annibalem defeciſſet, quæ cum Romanis ſtabat. & jam annuo in magiſtratu erat; ab eiſdem illis creatus prætor. Is mutata repente voluntate locum gratiæ apud Pœnum quærens, neque tranſire ipſe, neque trahere ad defectionem Lucanos ſatis habuit, niſi imperatoris & ejuſdem hoſpitis proditi capite ac ſanguine fœdus cum hoſtibus ſanxiſſet, ad Magonem, qui in Bruttiis præerat, clam in colloquium venit: fideque ab eo accepta, [1] ſi Romanum imperatorem ſibi tradidiſſet, liberos cum ſuis legibus venturos in amicitiam Lucanos; deducit Pœnum, in locum pacis Gracchum adducturus. Magonem ibi pedites equiteſque armare, & capere eas latebras, ubi ingentem numerum occuleret, jubet. Loco ſatis inſpecto, atque undique explorato, dies compoſita gerendæ rei eſt. Flavius ad Romanum imperatorem venit: *Rem ſe*, ait, *magnam inchoaſſe. ad quam perficiendam* [2] *ipſius Gracchi opera opus eſſe.* [3] *omnium populorum prætoribus, qui ad Pœnum in illo communi Italiæ motu deſciſſent,*

1 *Si Romanum is imperatorem tradidiſſet, l. c. ſ. l. v. in a. Lucanos, deducit Pœnum in locum pacis Gracch. add.*] Puto legendum eſſe: *ſi Romanum ſibi imperatorem.* In vet. enim lib. ſæpe eſt *ſi* pro *ſibi*, quod imperiti ejus ſcripturæ fecerunt, *is*. Ceterum verba illa: *Deducit Pœnum in locum pacis*, depravata ſunt valde: Vet. lib. *dedit Pœnus.* Hinc hanc ego lectionem elicio: *Fideque ab eo accepta ſi Romanum ſibi imperatorem tradidiſſet, liberos cum ſuis legibus venturos in amicitiam Lucanos; dein edit, quem ſit in locum cum paucis Gracchum adducturus.* Valer. lib. 1. *Gracchus hoſpitis inſidiis in eum locum deductus, in quo Pœnorum dux Mago cum armata manu delituerat.* Hunc tamen locum quouſque melior lectio inveniatur, ſignandum eſſe aſteriſco puto. *Sigonius.*

Si Romanum imperatorem ſibi tradidiſſet] Put. & Pet. duo Pall. *ſi Romanum iis imperatorem tradidiſſet.* Similiter Pet. alter, Voſſ. Pal. tertius, *is*, Men. *his.* Intellige ex ſuperiori, *hoſtibus.* J. Fr. Gron.

Deducit Pœnum in locum pacis] Locus valde vexatus. Quid Laur. Valla & Sigonius conati ſint, poteſt apud illos videri. Put. *deducit pœnum in locum paucis Gracchum adducturum mago ibi pedites equiteſque armareſet capere eos latebras ubi ingentem numerum occuleret.* Vox *jubet* nuſquam ne in aliis quidem membranis. Scribe: *deducit Pœnum, quo cum paucis Gracchum ait ducturum: Mago ubi pedites equiteſque armaſſet, caperet eas latebras, quas ingentem numerum occulerent.* Idem.

2 *Ipſius Gracchi opera opus eſſet*] Optimi quique, *eſſe.* Eſt enim obliqua oratio. Ut & mox: *reliquum autem quid eſſe.* non *eſſet*, ut vulgo. *Idem.*

3 *Omnium populorum prætoribus*] Non mutandum hoc cum Lipſio diximus ad librum quintum. *Idem.*

1 *Hæc*

ſciſſent, perſuaſiſſe, ut redirent in amicitiam Romanorum. quando res quoque Romana, quæ prope exitium clade Cannenſi veniſſet, indies melior atque auctior fieret; Annibalis vis ſeneſceret, ac prope ad nihilum veniſſet. Veteri delicto haud implacabiles fore Romanos: nullam unquam gentem magis exorabilem promptioremque veniæ dandæ fuiſſe. quoties rebellioni etiam majorum ſuorum ignotum? [1] *Hæc ab ſe*, ait, *dicta: cæterum ab ipſo Gracco eadem hæc audire malle eos, præſentiſque contingere dextram: id pignus fidei ſecum ferre.* [2] *Locum ſe conſciis dixiſſe à conſpectu amotum, haud procul à caſtris Romanis. Ibi paucis verbis tranſigi rem poſſe, ut omne nomen Lucanum in fide ac ſocietate Romana ſit.* Gracchus fraudem & ſermoni & rei abeſſe ratus, ac ſimilitudine veri captus, cum lictoribus ac turma equitum è caſtris profectus, [3] duce hoſpite in inſidias præcipitatur. Hoſtes ſubito exorti: & ne dubia proditio eſſet, Flavius his ſe adjungit. tela undique in Gracchum atque equites conjiciuntur. Gracchus [4] ex equo deſilit. idem cæteros facere jubet: hortaturque, *Ut quod unum reliquum fortuna fecerit,* [5] *id coheneſtent virtute. Reliquum autem quid eſſe, paucis à multitudine in valle ſilva ac montibus ſepta circumventis, præter mortem? id referre* [6] *utrum præbentes*

1 *Hæc ab ſe ait dicta*] Omnes ſcripti *αὐτὰ ἃ ait* habent *ſint*. Lege: *Hæc ab ſe ſane dicta*. J. Fr. Gron.

2 *Locum ſe conſiliis edixiſſe*] Omnes *conciliis*: optimi etiam *dixiſſe*. Scribe *locum ſe conſciis dixiſſe*. Debebat etiamnum occulte res agi: itaque *concilio* non eſt hic locus. At *τὸ dicere* appoſitum. Cæſar lib. 1 Gall. 34. *Qui ab eo poſtularent, ut aliquem locum medium utriuſque colloquio diceret*. Sic ſcriptum invenimus in opt. membranis, ubi vulgo *deligeret*. Idem Cæſar lib. 5. *Omnibus hibernis Caſaris oppugnandis hunc eſſe dictum diem*. Ibidem: *Equiteſque undique convocat; iis certam diem conveniendi dicit*. Idem.

3 *Duce hoſpite in inſidias præcipitatus*] Lego, *præcipitatur*. Idem.

4 *Ex equo deſiluit*] Scripti, *deſilit*. Idem.

5 *Id honeſtent virtute*] Men. *id obſtent*. Voſſ. *id eo obſtent*. Pet. melior, *ideo honeſtent*. Put. denique: *id coheneſtent virtute*. Idem.

6 *Utrum præſenti torpore pecorum modo inulti trucidentur*] Quid quæſo eſt *præſens torpor? animos* potius *præſentes* dicimus. Neque apparet ullo torpore in re tam trepida fuiſſe defixos fortes viros. Putean. Petav. uterque. Men. Voſſ. duo Pall. *præſentes corpora*. Emenda, ut plane eſt in uno Pal. *præbentes corpora*. Lib. 4. *Hic præbituri vos telis hoſtium eſtis, indefenſi, inulti?* Lib. 27. *Sitiſque & calor hiantes cadendos capiendoſque adſatim præbebat*. Lib. 28. *Quod adſugam impedimento hoſtibus erat*,

bentes corpora pecorum modo inulti trucidentur, [1]an toto animo à patiendo exſpectandoque eventu in impetum atque iram verſo, agentes audenteſque, perfuſi hoſtium cruore inter exſpirantium inimicorum cumulata armaque & corpora cadant. Lucanum proditorem ac transfugam omnes peterent. qui eam victimam præ ſe ad inferos miſiſſet; eum decus eximium egregiumque ſolatium ſuæ morti inventurum. Inter hæc dicta paludamento circum lævum brachium intorto (nam ne ſcuta quidem ſecum extulerant) in hoſtes impetum fecit. Major quam pro numero hominum editur pugna. jaculis maxime aperta corpora Romanorum, & quum undique ex altioribus locis in cavam vallem conjectus eſſet, tranſfiguntur. Gracchum jam nudatum præſidio vivum capere Pœni nituntur. cæterum ille conſpicatus Lucanum hoſpitem inter hoſtes, adeo infeſtus confertos invaſit, ut parci ei ſine multorum pernicie non poſſet. Exanimem eum Mago extemplo ad Annibalem miſit, ponique cum captis ſimul faſcibus ante tribunal imperatoris juſſit. Hæc vera fama eſt. Gracchus in Lucanis ad cam-

17 pos, qui Veteres vocantur, periit. Sunt [2] qui in agro Beneventano, prope Calorem fluvium, oſtendant à caſtris cum lictoribus ac tribus ſervis lavandi cauſſa progreſſum, quum forte inter ſalicta innata ripis laterent hoſtes, nudum atque inermem, ſaxiſque, quæ volvit amnis, propugnantem, interfectum. Sunt qui aruſpicum monitu quingentos paſſus à caſtris progreſſum [3] uti loco puro, ea quæ ante dicta prodigia ſunt, procuraret,

ab

erat, id ad eadem eos velut vinctos præbebat. Lib. 38. *Thracas præda ipſa impeditos oneribus, & pleroſque, ut ad rapiendum manus vacuas haberent, inermes ad eadem præbet.* J. Fr. Gron.

1 *An toto animo à patiendo exſpectandoque eventu in impetum atque iram verſo*] Vox *animo* non conſpicitur in Putean. Petav. Men. Voſſ. Scribe: *an toti à patiendo exſpectandoque eventu in impetum atque iram verſi, agentes.* Horatius: *totus in illis.* Noſter: *plebi novarum rerum atque Annibalis tota eſſet.* Idem.

2 *Qui in agro Beneventano prope Calorem fluvium oſtendant*] Forte, *contendant.* Alb. Rubenius.

3 *Uti loco puro ea &c. procuraret*] Nulla ſollicitandi has voces cauſa eſſet (quippe ſic quoque lib. 1 *aliquid*

pu-

Digitized by Google

ab insidentibus forte locum duabus turmis Numidarum circumventum scribant. adeo nec locus nec ratio mortis in viro tam claro & insigni constat. [1] Funeris quoque Gracchi varia est fama. Alii in castris Romanis sepultum ab suis, alii ab Annibale (& ea vulgatior fama est) tradunt in vestibulo Punicorum castrorum rogum extructum esse. armatum exercitum [2] decurrisse cum [3] tripudiis Hispanorum, motibusque armorum & corporum suæ cuique genti assuetis: ipso Annibale omni rerum verborumque honore exsequias celebrante. Hæc tradunt qui in Lucanis rei gestæ auctores sunt. Si illis, qui ad Calorem fluvium interfectum memorant, credere velis, capitis tantum Gracchi hostes potiti sunt. eo delato ad Annibalem, missus ab eo confestim Carthalo, qui in castra Romana [4] ad Cn. Cornelium quæstorem deferret. is funus imperatoris in castris, celebrantibus cum exercitu Beneventanis, fecit. Consules agrum Cam- 18
panum ingressi, quum passim popularentur; [5] eruptione oppidanorum & Magonis cum equitatu territi, ac trepi-

puri soli, sed alia notione) nisi quod obliviſci non queo egregium illum codicem Cantabrig. destitutum fuisse vocula *loco*. Nec id sine Musarum numine. Videtur enim sub τοῖς *procurare puro* subintelligendum *flumine*; præsertim quum & in proxime antecedente narratione de Gracchi morte dicatur *lavandi causa* progressus; ut in cæteris diversæ, in causa saltem negotioque hæ duæ relationes conveniant, eum lavandi causa, vel puro flumine procurandi prodigia exiisse, quod exigebant istæ cærimoniæ. 1, 45. *Quidnam tu hospes paras incestę sacrificium Dianæ facere? Quin tu ante vivo perfunderis flumine.* Idque dicebant *pure lautum*. Festus: *Pure lautum, aqua pura lavatum*. Livius 5, 22. *Delecti ex omni exercitu juvenes, pure lotis corporibus, candida veste, venerabundi templum iniere*. 39, 9. *Deinde pure lautum in sacrarium deducturam*. 27, 37. *Pureque & caste à matronis sacrificatum*. Jac. Gron.

1 *Funeris quoque Gracchi varia fama est*] Amputant τὸ *est* Putean. Pall. Pett. Men. At Putean. etiam: *varia si fama*. Possis, *variavit*. sed propius, *varia est fama*. nam posterius elementum *s* an *t* signet in antiquissimo codice, ambiguum est. *J. Fr. Gron.*

2 *Decurrisse*] Voss. *decucurrisse*. Id.

3 *Tripudiis Hispanorum motibusque armorum & corporum suæ cuique*] Voss. *suæ quisque genti assuetis*. Idem.

4 *Ad Cn. Cornelium quæstorem*] Ipsius Gracchi imperatoris. *Sigonius*.

5 *Eruptione oppidanorum & Magonis cum equitatu*] Quid sit, non delibero. Sed tamen Hannonem vocat lib. 26. c. 5. *Campani omnes pedites equitesque & cum iis Punicum præsidium, cui Bostar & Hanno præerant*. Jac. Gron.

di ad ſigna milites palatos paſſim revocarunt: & vix dum inſtructa acie fuſi, ſupra mille & quingentos milites amiſerunt. Inde ingens ferocia ſuperbæ ſuopte ingenio genti crevit: [1] multiſque prœliis laceſſebant Romanos: ſed intentiores ad cavendum conſules una pugna fecerat, incaute atque inconſulte inita. Reſtituit tamen his animos, & illis minuit audaciam, parva una res. ſed in bello nihil tam leve eſt, quod non magnæ interdum rei momentum faciat. T. Quintio Criſpino Badius Campanus hoſpes erat, perfamiliari hoſpitio junctus. creverat conſuetudo, quod æger Romæ apud Criſpinum Badius ante defectionem Campanam liberaliter comiterque curatus fuerat. [2] Tum Badius progreſſus ante ſtationes, quæ pro porta ſtabant, [3] vocari Criſpinum juſſit. quod ubi eſt Criſpino nunciatum; ratus colloquium amicum ac familiare quæri, manente memoria [4] etiam in diſcidio publicorum fœderum, privati juris; paullum à cæteris

1 *Multiſque præliis laceſſebant Romanos*] Præliis multis laceſſitos non intelligo, niſi qui ad manus jam venerunt: at Romani ad prælia, quæ refugiebant, ſollicitabantur. Scribe una litera expuncta: *multique præliis laceſſebant Romanos*. hoc eſt, identidem, ſæpe laceſſebant eos; multi erant in laceſſendis prælio Romanis. Salluſtius Jugurth. *Antea jam infeſtus nobilitati, tum vero multus atque ferox inſtare.* Et rurſus: *In operibus, in agmine, atque ad vigilias multus adeſſe.* Florus 4, 2. *Multus in eo prælio Cæſar fuit, mediuſque inter Imperatorem & Militem.* Nazarius Paneg. *Tu tamen, imperator, non intutior tempore quam Deo tectior, ſæviſſimo hoſti multus inſtares.* Rubenius, *minutiſque*. J. Fr. Gron.

2 *Tum Badius progreſſus ante ſtationes*] Hanc totam rem aliis tamen verbis expreſſit Valerius cap. de Humanitate. *Sigonius.*

3 *Evocari Criſpinum juſſit*] Omnes MSS. *vocari Criſpinum juſſit*. J. Fr. Gron.

4 *Etiam in diſſidio publicorum*] Put. Petav. Voſſ. & quicquid vidimus & ſummæ & mediæ ſanctitatis codicum: *in diſcidio publicorum fœderum*. ne veteres libros deſiderent viri docti negantes *diſcidium* eſſe diſtractionem, & quidem corporis aut quaſi corporis, *diſſidium* vero diſſenſionem animorum. Neque enim ſi *diſſidere* Propertius alicubi pro longe ſitum eſſe dixit, ideo ſequitur *diſſidium* quoque de corporibus ſemotis dici, quum derivata non ſemper æque late quam primitiva porrigantur. Potuiſſent addere, ubi per hiatum *terra diſſediſſe* dicitur, & ex Silii lib. 7, de Minucio magiſtro equitum: *qui partis diſſederat ante maniplis:* neque tamen illa nos movent. Faſtidium hoc eſt uſus: quale noravimus in *decernere* & *diſcrimen*. Vide lib. 3 Obſervat. 13. Multo minus obeſt Terentianum:

Vo-

teris proceſſit. Poſtquam in conſpectum venere, *Provoco te*, inquit, *ad pugnam, Criſpine*, Badius: *conſcendamus equos, ſummotiſque aliis, uter bello melior ſit, decernamus.* Ad ea Criſpinus, *nec ſibi, nec illi*, ait, *hoſtes deeſſe, in quibus virtutem oſtendant:* [1] *Se ab eo, etiam ſi in acie occurrat, declinaturum, ne hoſpi-*

valeant, qui inter nos diſcidium volunt. Non enim hi liticulam aut frigusculum quærebant inter Pamphilum & Glycerium; ſed ut ille hanc deſereret, aliam duceret; ut inter eos, verbis Plauti, *diſtractio, diſcidium, vaſtities veniret.* Itaque pro animo, quo erga eam erat quaſi jam ductam, illos qui adverſentur, divortium velle ait. Bello fœdus, ſi quod antea erat, rumpitur atque diſcinditur: ideo *diſcidium fœderum* dicimus, non *diſſidium*; neque enim & *diſſidere* fœdus poteſt dici. At apud Plautum in Milite 2. 3, 1, *Neque per vinum unquam ex me oritur diſſidium in convivio:* male Lambinus & qui eum ſequuntur, *diſcidium.* Rixam enim ſignificat & contentionem, quæ eſt animorum diſſenſio verbis explicata. Sequitur enim: *ſi quis ibi odioſus eſt, abeo domum.* Si prius *diſcidium* dixiſſet, nunc adfirmaret, quod ſtatim ante negaverat: abeundo enim à ſodalicio illo *diſcidium* facit. Cicero in Lælio cap. 7. *Quæ enim domus tam ſtabilis, quæ tam firma civitas eſt, quæ non odiis atque diſſidiis funditus poſſit everti?* Perperam hic Gulielmius & Gruterus, *diſcidiis.* Amicitiæ enim & concordiæ non diverſum *diſcidium*, ſed *diſſidium*: quod *diſſenſiones & diſcordias* ante dixit Cicero. Philippus ad filios apud Livium lib. 40. *Quoties ego audientibus vobis deteſtatus exempla diſcordiarum fraternarum, horrendos eventus eorum rerum, quibus ſe ſtirpemque ſuam, domos, regna funditus everteriſſent?* Cicero ad Atticum lib. 4 epiſt. 1. *Te acerbiſſime diſcidium noſtrum tulisse*, quod nempe fiebat locorum ſeparatione, amicitia illæſa. Apud Trogum lib. 23 refertur *crudele diſcidium* Agathoclis & uxoris ejus integra concordia & pietate conjugali. In divortio autem etſi plerumque ſit animorum quoque diſſenſus, tamen is proprie non explicatur verbo *diſcidium*, ſed diſtractio tori, domus, familiæ. Tiberius Agrippinam coactus eſt dimittere, quam tenerrime amabat: hoc *diſcidium* fuit abſque *diſſidio*. Idem poſtquam Juliam duxiſſet, primum concorditer cum ea vixit, mox *diſſedit* (ait Suetonius) & aliquanto gravius, ut etiam perpetuo ſecubaret: *diſſidium* id fuit hactenus, etiam *diſcidium* lecti genialis, nondum *diſcidium* matrimonii. Tacitus 2 Annal. 28. *Sed exſcidium procul abfuiſſe.* Pichena *diſſidium*, dupliei errore: primum quod *diſſidium* putat eſſe idem quod *diſcidium*; dein quod divortium metuere putat, qui domus exſcidium & interitum verebantur. Sed omnium peſſime illi, quibuſcum Gulielmius *diſcidium* vult ſcribi, quoties agitur de amicitia quaſi diſcidenda; *diſſidium* autem, quoties tantum diſſidemus, hoc eſt, ut ait, locorum intercapedine ſejungimur. Nihil improbandum magis. Symmachus lib. 6 ep. 70. *Domi corruptorum parietum diſcidia ſarciuntur.* Optime: nam *diſcidium* eſt diſceſſus: unde ei *concilium* facit contrarium Lucretius. In rimis diſcedit paries. Aut eſt divortium. At *diſſidium* nunquam pro diſceſſu ponitur, nunquam pro divortio, ſed pro diſcordia, diſſenſione, ſurgio. Membranæ priſcæ alicujus dignationis ſatis obſervant diſcrimen. Ex his judicari poteſt de J. Paſſeratio ad Propertium 1, 11. *J. Fr. Gron.*

1 *Se ab eo, etiam ſi in acie occurrat, declinaturum*] Tol *ab eo*, nec in Gall.

hoſpitali cæde dextram violet. converſuſque abibat. Enimvero ferocius tum Campanus, increpare mollitiem, ignaviamque, & ſe digna probra in inſontem jacere, hoſpitalem hoſtem appellans; *ſimulantemque parcere, cui ſciat parem ſe non eſſe. ſi parum publicis fœderibus ruptis dirempta ſimul & privata jura eſſe putet, Badium Campanum, T. Quintio Criſpino Romano* [1] *palam omnibus (duobus exercitibus audientibus) renunciare hoſpitium. Nihil ſibi cum eo conſociatum,* [2] *nihil fœderatum hoſti cum hoſte, cujus patriam ac penates publicos privatoſque oppugnatum veniſſet. Si vir eſſet, congrederetur.* Diu cunctantem Criſpinum perpulere turmales, ne impune inſultare Campanum pateretur. itaque tantum moratus, dum imperatores conſuleret, permitterentne ſibi extra ordinem in provocantem hoſtem pugnare; permiſſu eorum arma cepit, equumque conſcendit, & Badium nomine compellans, ad pugnam evocavit. Nulla mora à Campano facta eſt. [3] infeſtis equis concurrere. Criſpinus ſupra ſcutum ſiniſtrum humerum Badio

nec Voſſ. duobus Pall. habentur. *J. Fr. Gron.*

1 *Palam omnibus, duobus exercitibus audientibus, renuntiare hoſpitium*] Hic τὸ *omnibus* Put. & optimi quique refutant. Vereor ne & τὸ *audientibus* ſit inculcatum ab improvido correctore, & fuerit ab Livio: *palam duobus exercitibus renuntiare hoſpitium.* Ut lib. 6. *Creditori rem palam populo ſolvit.* Aurelius Victor Schotti, Nerone: *Amictus nubentium virginum ſpecie, palam ſenatu, dote dicta in manum conveniret.* Immo maneat vetus lectio: *palam, duobus exercitibus audientibus, renuntiare.* Quod non multum abit ab illo Cæſaris lib. 1 de bello Gall. *Quos quum apud ſe in caſtris Arioviſtus conſpexiſſet, exercitu ſuo præſente clamavit.* Cicero contra competitores: *Præſente po. Romano factum eſt.* Apud Feſtum: *Pube præſente eſt populo præſente.* Idem.

Palam omnibus duobus exercitibus audientibus] Nos videntes à Cantabrig. libro etiam abeſſe τὸ *omnibus*, locum hunc ita formandum cenſuimus: *palam, ducibus, exercitibus audientibus.* Plane ut contraria vice 27, 19. *Inſcio avunculo clam.* Non etiam id faciebat Badius duobus tantum exercitibus audientibus, ubi erant Claudianus ac Fulvianus, Campanuſque ac Punici milites. Præterea amat Livius jungere duces exercituſque ubi id neceſſarium non eſt. 10, 25. *Non ſuffecturum ducem unum, nec exercitum unum.* 25, 24. *Duo ingentes exercitus cum duobus clariſſimis ducibus deleti.* add. 35 & 36. Lib. 26, 7. *Abſtracturam duces atque exercitus Romanos.* Jac. Gron.

2 *Nihil fœderatum hoſpiti cum hoſte*] Meliores codd. omnes, *hoſti cum hoſte*, ut olim conjeceramus. *J. Fr. Gron.*

3 *Infeſtis equis concurrere*] Parum refert: ſed optimi, *concurrerunt.* Et mox, *deſilnit*, non *deſiliit.* Idem.

1 Ar-

dio haſta transfixit: ſuperque delapſum cum vulnere ex equo deſiluit, ut pedes jacentem conficeret. Badius, priuſquam opprimeretur, parma atque equo relicto, ad ſuos aufugit. Criſpinus, equum, [1] armaque capta, & cruentam cuſpidem inſignis ſpoliis oſtentans; cum magna laude & gratulatione militum ad conſules eſt deductus, laudatuſque ibi magnifice, & donis donatus. Annibal ex agro Beneventano caſtra ad Capuam 19
quum moviſſet; tertio poſt die quam venit, copias in aciem eduxit: haudquaquam dubius, quod Campanis abſente ſe paucos ante dies ſecunda fuiſſet pugna; quin multo minus ſe ſuumque toties victorem exercitum ſuſtinere Romani poſſent. Cæterum, poſteaquam pugnari cœptum eſt, equitum maxime incurſu quum jaculis obrueretur, laborabat Romana acies: donec ſignum equitibus datum eſt, ut in hoſtem admitterent equos. [2] ita equeſtre prœlium erat, quum procul viſus Sempronianus exercitus, cui Cn. Cornelius quæſtor præerat, utrique parti parem metum præbuit, ne hoſtes novi adventarent. Velut ex compoſito utrimque ſignum receptui datum: reductique in caſtra prope æquo Marte diſceſſerunt. plures tamen ab Romanis primo incurſu equitum ceciderunt. Inde conſules, ut averterent Capua Annibalem, nocte quæ ſecuta eſt, diverſi, Fulvius in agrum Cumanum; Claudius in Lucanos, abierunt. Poſtero die, quum [3] vacua caſtra eſſe Romanorum nunciatum Annibali eſſet, & duobus agminibus diverſos abiiſſe; incertus primo utrum ſequeretur, Appium inſtitit ſequi. Ille circumducto hoſte qua voluit, alio itinere ad Capuam rediit. Annibali alia in his locis bene gerendæ rei fortuna oblata eſt. M. Centenius fuit cogno-

1 *Armaque capta cruentam*] Scripti: *armaque capta & cruentam.* J. Fr. Gron.

2 *Itaque equeſtre prœlium erat*] Vet. lib. *ita equeſtre prœlium erat.* Sigonius.

3 *Vacua caſtra Romanorum nuntiatum*] Optimus: *caſtra eſſe Romanorum.* J. Fr. Gron.

cognomine Pœnula; inſignis inter primipili centuriones, [1] & magnitudine corporis & animo. is perfunctus militia, per P. Cornelium Sullam prætorem in ſenatum introductus, petit à Patribus, uti ſibi quinque millia militum darentur. Se peritum & hoſtis & regionum, brevi operæ pretium facturum. & quibus artibus ad id locorum noſtri & duces, & exercitus capti forent, iis adverſus inventorem uſurum. [2] Id non promiſſum magis ſtolide quam ſtolide creditum: tanquam eædem militares & imperatoriæ artes eſſent. data pro quinque octo millia militum; pars dimidia cives, pars ſocii & ipſe aliquantum voluntariorum itinere in agris concivit; ac prope duplicato exercitu in Lucanos pervenit; ubi Annibal, nequicquam ſecutus Claudium, ſubſtiterat. Haud dubia res eſt: quippe inter Annibalem ducem & centurionem, exercituſque, alterum vincendo veteranum, [3] alterum novum totum, & magna ex parte etiam tumultuarium ac ſemiermem. Ut conſpecta inter ſe agmina ſunt, & neutra pars detrectavit pugnam; extemplo inſtructæ acies. [4] pugnatum tamen, ut in nulla pari re, duas amplius horas; concitata, donec dux ſtetiſſet, Romana

1 *Et magnitudine corporis & animi*] Scripti, *animo*. Salluſtius Jugurth. *multa corporis pariter atque animo varius.* J. Fr. Gron.

2 *Id non promiſſum magis ſtolide quam ſtolide creditum*] Alterum *ſtolide* vacare puto. *Idem.*

3 *Alterum novum totum & magna ex parte*] Put. & Pet. ignorant copulativam. *Idem.*

4 *Pugnat. tam. ut in nulla pari re duas amplius horas, concitata etiam donec dux ſtetiſſet Romana acie*] Hujus lectionis auctor fuit Laurentius Valla, cum antea legeretur: *pugnatum tamen ut in nulla parte duabus amplius horis concitata donec dux ſtetiſſet Romanam aciem.* Ex quibus verbis melior & ſententiæ aptior lectio mihi videtur elici poſſe, quam quæ à Valla collecta eſt, hoc modo: *pugnatum tamen duabus amplius horis vi in nullam partem concitatâ, donec dux ſteterit Romana acie.* Sic loquitur etiam lib. 27. *Pugnatum amplius duabus horis eſt, decedere inde capere*, & lib. 42. *Pugnatum eſt, amplius tres horas, ita ut neutro inclinaret ſpes.* Senſus eſt: Quamquam pugnæ haud dubius eventus erat, quod & imperator, & exercitus apud Romanos deterior multo erat, pugnatum eſt tamen per duas amplius horas ita egregie, ut in nullam partem Romana acies inclinari poſſet, donec dux eorum ſtetit; poſtquam autem cecidit, fuſa eſt extemplo Romana acies. *Sigonius.*

Duabus amplius horis concitata etiam] Put.

mana acie. Posteaquam is non pro vetere fama solum, sed etiam metu futuri dedecoris, si sua temeritate contractæ cladi supereſſet, objectans se hostium telis cecidit; fusa extemplo est Romana acies. [1] sed adeo ne fugæ quidem iter patuit, omnibus viis ab equite insessis, ut ex tanta multitudine vix mille evaserint; [2] cæteri passim, alii alia peste absumpti sint. [3] Capua à consulibus iterum summa vi obsideri cœpta est: quæque in eam rem opus erant, comportabantur parabanturque. [4] Casilinum, frumentum convectum: ad Vulturni ostium, ubi nunc urbs est, castellum communitum. (ante Fabius Maximus munierat) præsidium impositum, ut & mare proximum, & flumen

Put. & Pet. *ut in nulla pari re duas amplius horas concitata &, donec dux ſteriſſet, Romanam aciem.* Recte igitur Valla, frustra obnitente Sigonio; nisi quod particulam, suppositio *etiam*, mutare non fuit necesse. Pall. duo, Flor. Voss. Barber. Men. non dissentiunt, præter quam quod nonnullis excidit *donec*. J. Fr. Gron.

1 *Sed adeo ne fugæ quidem iter patuit*] Puto hoc bene conjectum ex Put. & Pet. lectione: *ſed adſeneruae quidem iter patuit*. Idem.

2 *Cæteri passim alii alia peste absumpti sunt*] Scripti, *sint*. Idem.

3 *Capua à Coss. interim summa vi obsideri*] Put. Pet. uterque, Voss. Men. *iterum*. Vere. Infra cap. 22. *Annibal magnifice respondit, & antea solvisse obsidionem, & nunc adventum suum consules non laturos*. Idem.

4 *Casilinum fr. c. ad Vulturni ostium, ubi nunc urbs est, castellum c. ante Fabius Maximus munierat*] Quod dicat, *Ubi nunc urbs est*, non est, quod desiderari quicquam putet Glareanus. *Vulturnum* enim oppidum intelligit, quod ad ipsius Vulturni fluminis ostium fuit, ut Strabo lib. 5 tradit. duo autem maritima castella hoc loco nominat, *Vulturnum*, quod in ore fluminis, & *Casilinum*, quod ad flumen Vulturnum fuit. Quod autem inquit, Vulturnum ante à Fabio Maximo communitum fuisse, ἐπ' στομίου intelligendum est: non enim supra Vulturnum, sed Puteolos communitos esse à Fabio scripsit lib. 24. Tria autem fuisse castella hoc bello communita, Vulturnum, Casilinum, Puteolos, ipse paulo post tradit: ita Ap. Claudius consul D. Junio ad ostium Vulturni, M. Aurelio Cotta Puteolis præposito, ipse Capuam regressus Q. Fulvium collegam invenit Casilino omnia comportantem, molientemque ad oppugnandam Capuam. *Sigonius.*

Ante Fabius Maximus munierat] Sane Puteolos intelligit; sed ut alterius nomen non expressit, ita hoc quoque aliunde requiri voluisse videtur. Lego: *alterum Fabius Maximus*. Mitius hoc certe quam inferere *Puteolos* cum Cluverio lib. 1 cap. 2. Habes utraque cap. 22. Sed fortasse: *ad Vulturni ostium, ubi nunc urbs est, castello communito, quodque Fabius Maximus munierat, præsidium impositum, ut mare proximum & flumen in potestate essent. in eo duo maritima castella*, &c. Vulturnum nempe & Puteolos. Vulgo quoque, *ut & mare*. Exigunt copulativam Put. Voss. Gud. *J. Fr. Gron.*

flumen in poteſtate eſſent. In ea duo maritima caſtella frumentum, quod ex Sardinia nuper miſſum erat, quodque M. Junius prætor ex Etruria coëmerat, ab Oſtia convectum eſt, [2] ut exercitui per hiemem copia eſſet. Cæterum ſuper eam cladem, quæ in Lucanis accepta erat, volonum quoque exercitus, qui vivo Graccho ſumma fide ſtipendia fecerat (velut exauctoratus morte ducis) [3] ab ſignis diſceſſit. Annibal non Capuam neglectam, neque in tanto diſcrimine deſertos volebat ſocios: ſed proſpero ex temeritate unius Romani ducis ſucceſſu, in alterius ducis exercituſque opprimendi occaſionem imminebat. Cn. Fulvium prætorem Apuli legati nunciabant, primo dum urbes quaſdam Apulorum, quæ ad Annibalem deſciviſſent, oppugnaret, intentius rem egiſſe: poſtea nimio ſucceſſu & ipſum & milites præda impletos in tantam licentiam ſocordiamque effuſos, ut nulla diſciplina militiæ eſſet. [4] Quum ſæpe alias, tum paucis diebus ante expertus, qualis ſub inſcio duce
21 exercitus eſſet, in Apuliam caſtra movit. [5] Circa Herdoniam Romanæ legiones & prætor Fulvius erant. quo ubi allatum eſt, hoſtes adventare, prope eſt factum, ut injuſſu prætoris ſignis convulſis in aciem exirent. nec res ulla

1 *Quedque Mutius prætor ex Etruria coëmerat*] Vet. lib. Alii *Minutius*, alii *Mutinius* habent. Ego *M. Junius*. Eſt enim M. Junius Silanus is, cui Tuſci, ut ſupra diximus, evenerunt: neque enim *Minucius* ullus per hæc tempora prætor fuit, & *Q. Mucius* triennio ante in Sardinia, non in Etruria fuit, & nunc in eadem provincia prorogato imperio erat. Error natus eſt ex *M. Junius*, *Miunius*, *Minucius*, *Mucius*. Sigonius.

Quodque Mutius prætor] *Mutinius* exhibent libri: quod cur dubitem debere eſſe *M. Junius*, ut Glareano & Sigonio viſum? *J. Fr. Gron.*

2 *Ubi exercitui per hiemem copia eſſet*] Scripti, *ut*. Idem.

3 *Ab ſignis deceſſit*] Meliores: *diſceſſit*. Cæſar lib. 5 de Gall. *Neque ab ſignis diſcedere auderent*. Et iterum: *Quod fieri neceſſe erat, ut vulgo milites ab ſignis diſcederent*. Lib. 1 de Civ. *Ordines ſervare, neque ab ſignis diſcedere*. Idem.

4 *Hannibal quum ſæpe alias*] Deeſt optimis nomen à fronte: & facile intelligitur è præcedentibus. *Idem*.

5 *Circa Herdoneam Romanæ legiones, & prætor Fulvius erant*] Supra, *Ardoneas* dixit, ut puto, per mendum, dum de Q. Fabio prætore Apuliæ loqueretur, in qua nunc eſt Cn. Fulvius. *Sigonius*.

1 *Qui*

Digitized by Google

ulla magis tenuit, quam ſpes haud dubia, ſuo arbitrio, ubi vellent, acturos. Nocte inſequenti Annibal, quum tumultuatum in caſtris, & pleroſque ferociter ſignum ut daret inſtitiſſe duci ad arma vocantes ſciret; haud dubius proſperæ pugnæ occaſionem dari; tria millia expeditorum militum in villis circa, vepribuſque & ſilvis diſponit; [1] qui ſigno dato ſimul omnes è latebris exiſterent: & Magonem, ac duo ferme millia equitum, qua fugam inclinaturam credebat, [2] omnia itinera inſidere jubet. his nocte præparatis, prima luce in aciem copias educit. Nec Fulvius eſt cunctatus; non tam ſua ulla ſpe, quam militum impetu fortuito tractus. itaque eadem temeritate, qua proceſſum in aciem eſt, inſtruitur ipſa acies ad libidinem militum forte procurrentium, conſiſtentiumque quo loco ipſorum tuliſſet animus: deinde per libidinem aut metum deſerentium locum. [3] prima legio, & ſiniſtra ala in primo inſtructæ, & in longitudinem porrecta acies. clamantibus tribunis, nihil introrſus roboris ac virium eſſe, & quacumque impetum [4] feciſſent, hoſtes perrupturos; nil, quod ſalutare eſſet, non modo ad animum, ſed ne ad aures quidem admittebant. Et [5] Annibal haudquaquam ſimilis dux, neque ſimili exercitu, neque

1 *Qui ſigno dato ſimul omnes è latebris exſilirent*] Put. Pet. Men. Pal. Voſſ. *exiſterent*. Rectius. Cicero 4 in Verr. *Qua Ditem patrem ferunt repente cum curru exſtitiſſe*. Auctor de bello Africo: *Latent enim in inſidiis cum equis inter convalles, & ſubito exſiſtunt*. Ibidem: *Agmini ejus extremo ſe offerunt, atque ex collibus primum exſiſtunt*. Noſter lib. 39. *Si exiſtat hodie ab inferis Lycurgus*. J. Fr. Gron.

2 *Omnia itinera inſidere jubet*] Non facile dixerim τὸ *omnia* ab Livio prodiiſſe. Certe in Cantabrigienſi libro lectum mihi non eſt. Et habes 23, 33. *Dat, qui proſequantur; itinera cum cura demonſtrent*. 25, 9. *Itinera quam maxime frequentia occupare jubet*. J. Gro.

3 *Prima legio & ſiniſtra ala primo inſtructa*] Optimi, *in primo*: de quo dictum ad lib. 10. *J. Fr. Gron.*

4 *Feciſſent hoſtes, perrupturos*] Scripti: *quacumque impetum feciſſet hoſtu, perrupturos*. Simillimam mutationem numeri reſtituimus ex libris ſcriptis lib. 7, 35. *Idem.*

5 *Annibal quidem haudquaq. ſimili exercitu*] Liber Vallæ habuit ita: *haudquaquam ſimili ſua, neque ſimili exercitu*. Ex quo ille correxit: *Haud quaquam ſimili via*. Ego vero reperi in veteribus libris, *Haudquaquam ſimili ſententia, neque ſimili exercitu*: Idque probo. *Sigonius.*

neque ita inſtructo aderat. ergo ne clamorem quidem atque impetum primum eorum Romani ſuſtinuere. Dux ſtultitia & temeritate Centenio par, animo nequaquam comparandus, ubi rem inclinatam ac trepidantes ſuos vidit, equo arrepto cum ducentis ferme equitibus effugit: cætera à fronte pulſa, [1] tergo atque alis circumventa acies, eo uſque eſt cæſa, ut ex duodeviginti millibus hominum, duo millia haud amplius evaſerint. caſtris ho-
22 ſtes potiti ſunt. Hæ clades ſuper aliam alia Romam quum eſſent nunciatæ, ingens quidem & luctus & pavor civitatem cepit. ſed tamen quia conſules, ubi ſumma rerum eſſet, [2] ad id locorum proſpere rem gererent, minus his cladibus commovebantur. [3] Legatos ad conſules mittunt [4] C. Lætorium, M. Metilium, qui nunciarent, ut reliquias duorum exercituum cum cura colligerent: darentque operam, [5] ne per metum ac deſperationem hoſti ſe dederent, (id quod poſt Cannenſem accidiſſet cladem) & ut deſertores [6] de exercitu volonum conquirerent. Idem negotii [7] P. Cornelio datum. cui & delectus mandatus erat. iſque per fora conciliabulaque edixit, ut conquiſitio volonum fieret, iique ad ſigna reducerentur. Hæc omnia intentiſſima cura acta. Ap. Claudius conſul, D. Junio ad oſtium Vulturni, M. Aurelio Cotta Puteolis præpoſito, qui ut quæque naves ex Etruria

Hannibal quidem haudquaquam ſimili exercitu] Mirifice variant hic libri, quia ſcriptores eorum audaciam ſumpſerunt non intellectam lectionem veterem interpolandi. Put. *haudquaquam ſimilis dux neque ſimili exercitu.* Significat: *Et Hannibal quidem haudquaquam ſimilis dux neque ſimili exercitu.* J. Fr. Gron.

1 *A tergo atque alis*] Put Pet. Men. *A fronte pulſa, in tergo atque alis circumventa.* Idem.

2 *Ad id locorum proſpere gererent*] Put. & Pet. *proſperem gererent.* Forte: *proſpere rem gererent.* Idem.

3 *Legatos ad Coss. mittunt, qui nuntiarent*] Suſpecta mihi *ut qui nuntiarent*, propter ea quæ notavi ad lib. 8, 22. *Idem.*

4 *C. Lectorium*] *C. Lætorium*, Lap. Cap. Nummi argentei. *Sigonius.*

5 *Ne per met.*] Vet. lib. *Ne qui per metum.* Idem.

6 *De exercitu volonum*] Feſtus, *Volones dicti ſunt milites, qui poſt Cannenſem cladem uſque ad octo millia cum eſſent ſervi, voluntarie ſe ad militiam obtulere.* Idem.

7 *P. Cornelio*] *Sulle* prætor. urbano. *Idem.*

1 Q. Ful-

ria ac Sardinia acceſſiſſent, extemplo in caſtra mitterent frumentum: ipſe ad Capuam regreſſus, [1] Q. Fulvium collegam invenit, Caſilino omnia importantem, molientemque ad oppugnandam Capuam. [2] Tum ambo conſules circumſederunt urbem, & Claudium Neronem prætorem, [3] ab Sueſſula ex Claudianis caſtris exciverunt. Is quoque modico ibi [4] præſidio ad tenendum locum relicto, [5] cæteris omnibus copiis ad Capuam deſcendit. [6] ita tria prætoria circa Capuam erecta, tres & exercitus diverſis partibus opus aggreſſi, foſſa, valloque circumdare urbem parant: & caſtella excitant modicis intervallis. multiſque ſimul locis cum prohibentibus opera Campanis eo eventu pugnant, ut poſtremo portis muroque ſe contineret Campanus. Prius tamen quam hæc continuarentur opera, legati ad Annibalem miſſi: qui quererentur, deſertam ab eo Capuam, ac prope redditam Romanis: obteſtarenturque ut tunc ſaltem opem non circumſeſſis modo, ſed etiam circumvallatis, ferret. Conſulibus literæ à P. Cornelio prætore miſſæ, *Ut, priuſquam clauderent Capuam operibus, poteſtatem Campanis facerent, ut qui eorum vellent, exirent ab Capua, ſuaſque res ſecum auferrent. Liberos fore ſuaque omnia habituros, qui ante Idus Mar-*

1 *Q. Fulvium collegam invenit, Caſilino omnia importantem*] Omnes Gallicani & Voſſ. *inde portantem molientem ad opp.* J. Fr. Gron.

Caſilino omnia importantem] Reſtituo unica tantum mutata litera *invenit Caſilini, omnia inde portantem.* Quod probatione non indiget. *Jac. Perizonius.*

2 *Tum ambo conſules circumſederunt urbem*] Optimis exeſt *τὸ conſules:* nec videbitur opus præcedentia recte conſideranti. *J. Fr. Gron.*

3 *Ab Sueſſula ex Claudianis Caſtris*] Claudiana caſtra ſupra Sueſſulam à M. Claudio Marcello communita intelligit, de quibus ſupra. *Sigonius.*

4 *Præſidio ad tuendam*] Put. aliique haud ſpernendi libri, *ad tenendum locum.* J. Fr. Gron.

5 *Cum cæteris omnibus copiis ad Capuam deſcendit*] Meliores omittunt præpoſitionem *cum.* Ut lib. 5. *Profectus ingentibus peditum equitumque copiis in Tricaſtinos venit.* Eodemque: *Quid reſtat, niſi ut jam novis copiis veniant.* Lib. 10. *Etruſci contra omnibus copiis.* Lib. 27. *Advenit Livius omnibus copiis.* Et hoc libro infra: *Quod tanto minoribus ſpe atque opinione omnium copiis veniſſet.* Et hoc libro infra: *Marcellus omnibus copiis urbem ingreſſus.* Idem.

6 *Ita tria prætoria circa Capuam erecta, tres exercitus*] Put. Pet. haud otioſe, ut puto: *tres & exercitus.* Idem.

1 *Syra-*

Martias exiſſent. poſt eam diem quique exiſſent, quique ibi manſiſſent, hoſtium futuros numero. ea pronunciata Campanis, atque ita ſpreta, ut ultro dicerent contumelias, minarenturque. Annibal ab Herdonia Tarentum duxerat legiones; ſpe, aut vi, aut dolo, arcis Tarentinæ potiundæ. Quod ubi parum proceſſit, ad Brunduſium flexit iter: prodi id oppidum ratus. ibi quoque quum fruſtra tereret tempus, legati Campani ad eum venerunt; querentes ſimul, oranteſque. quibus Annibal magnifice reſpondit, & antea ſolviſſe obſidionem, & nunc adventum ſuum conſules non laturos. Cum hac ſpe dimiſſi legati, vix regredi Capuam, jam duplici foſſa valloque cinctam
23 potuerunt. Quum maxime Capua circumvallaretur, [1] Syracuſarum oppugnatio ad finem venit: præterquam vi ac virtute ducis exercituſque, inteſtina etiam proditione adjuta. Namque Marcellus initio veris incertus, utrum Agrigentum ad Himilconem & Hippocraten verteret bellum, an obſidione Syracuſas premeret; quamquam nec vi capi videbat poſſe inexpugnabilem terreſtri ac maritimo ſitu urbem, [2] nec fame, quam prope liberi ab Carthagine commeatus alerent; tamen ne quid inexpertum relinqueret, transfugas Syracuſanos (erant autem apud Romanos aliqui nobiliſſimi viri, inter defectionem ab Romanis, quia ab novis conſiliis abhorrebant, pulſi) colloquiis ſuæ partis tentare hominum animos juſſit: & fidem dare, ſi traditæ forent Syracuſæ, [3] liberos eos ac ſuis legibus victuros eſſe. Non erat colloquii copia: quia multorum animi ſuſpecti, omnium curam oculoſque converterant, ne quid falleret tale admiſſum. Servus unus exulum pro transfuga intromiſſus in urbem, conventis paucis, initium colloquendi de tali re

1 *Syracuſarum quoque oppugnatio*] Put. duo Petav. duoque Pall. conjunctionem inducunt. *J. Fr. Gron.*

2 *Nec fame, quam prope liberi*] Duo optimi: *nec fame unquam prope.* Scribe: *nec fame, ut quam prope.* Valet utpote. *Idem.*

3 *Liberos eos, ac ſuis legibus victuros*] Supra: *liberos cum ſuis legibus.* Græci uno verbo αὐτονόμους, vocant. *Sigon.*

1 *Duo-*

re fecit. [1] deinde in piſcatoria quidam navi, retibus operti, [2] circumvectique ita ad caſtra Romana, collocutique cum transfugis: & idem ſæpius eodem modo alii atque alii. poſtremo ad octoginta facti: & quum jam compoſita omnia ad proditionem eſſent, indicio delato ad Epicyden per Attalum quendam, indignantem ſibi rem creditam non eſſe, [3] necati omnes cum cruciatu ſunt. Alia ſubinde ſpes; poſtquam hæc vana evaſerat, excepit. [4] Damippus quidam Lacedæmonius miſſus ab Syracuſis ad Philippum regem, captus ab Romanis navibus erat. hujus utique redimendi & Epicydæ cura erat ingens: nec abnuit Marcellus, jam tum [5] Ætolorum, cujus gentis ſocii Lacedæmonii erant, amicitiam affectantibus Romanis. Ad colloquium de redemptione ejus miſſis, [6] medius maxime atque utriſque opportunus locus, [7] ad portum Trogiliorum, propter [8] turrim, quam vocant Galeagram, eſt viſus. quo quum ſæpius commearent, unus

ex

1 *Deinde in piſcatoria qu. navi*] *In*, abeſt, à vet. lib. *Sigonius.*

Deinde in piſcatoria quidam] Sigonius notat in ſuis non apparere τὸ *in*. Noſtri etiam: *dein piſcatoria*. Forte: *dein piſcatoria quidam navi, retibus operti, circumvecti uſque ad caſtra Romana.* J. Fr. Gron.

2 *Circumvectique ita ad caſtra*] *Ita*, abeſt à veteribus libris. *Sigonius*

3 *Necati omnes & cruciati ſunt*] Placebit magiſtris ὑστερογ πρότερον. Sed ſcripti: *necati omnes concruciati ſunt.* Put. *omnes cum cruciati.* Ergo lege: *necati omnes cum cruciatu ſunt.* J. Fr. Gr.

4 *Damaſippus quidam Lacedamonius*] Vet. lib. *Damippus.* Plutarchus etiam in Marcello: Δαμιππόν τινα Σπαρτιάτην vocat. *Sigonius.*

Damaſippus quid. Lacedam.] Ut vult Sigonius, fac *Damippus.* Nam ita appellat Plutarchus, & omnes libri *Dammippus* aut *Damippus.* non *Damaſippus.* J. Fr. Gron.

5 *Ætolorum, cujus gentis ſocii Lacedæmonii erant*] Probiſſimi catent τῆς gentis. An, *quibus ſocii*, vel *queu ſocii?* Idem.

6 *Medius maxime atque utriſque opp.*] Malim: *medius maxime utriſque opportunus locus viſus.* Vacat enim vox, *atque.* Sigonius.

7 *Ad portum Trogilorum*] De hoc loco ſic Thucydides libro 6. οἱ δὲ λιθινα ξύλα συμφορέντες περιέκλεον ὅπῃ ἡ Τρωγίλος καλεῖται, ἢ πρὸ βραχύτατον ἐγένετο αὖ τοῖς ἐκ τῆς μεγάλης λιμνοδόκης ἐπὶ τὴν ἐπίπλουν θάλασσαν τὸ διατείχισμα. *Idem.*

Ad portum Trogilorum] Stephanus Τρώγιλος, χώρος ἐν Σικελίᾳ· τὸ ἐθνικὸν Τρωγίλιος. In ipſo maris litore fuit *Trogilus* vicus, à quo vicani dicebantur *Trogilii.* & ab his navium ſtatio *portus Trogiliorum*, non *Trogilorum* vel *Trogillorum.* Cluverius.

8 *Turrim, quam vocant Galeagram*] Plutarchus in Marcello, πύργον τινὰ vocat, omiſſo *turris* nomine. *Sigonius.*

1 *Secum*

ex Romanis ex propinquo murum contemplatus, numerando lapides, æſtimandoque ipſe [1] ſecum qui in fronte paterent; ſimul altitudinem muri, quantum proxime conjectura poterat, permenſus, humilioremque aliquanto priſtina opinione ſua & cæterorum omnium ratus eſſe, & vel mediocribus ſcalis ſuperabilem; [2] ad Marcellum rem defert. Haud ſpernenda viſa. ſed, quum adiri locus, [3] qui ob idipſum intentius cuſtodiebatur, non poſſet, occaſio quærebatur. quam obtulit transfuga, nuncians, [4] diem feſtum Dianæ per triduum agi, & quia alia in obſidione deſint, vino largius epulas celebrari; & ab Epicyde præbito univerſæ plebei, & per tribus à principibus diviſo. Id ubi accepit Marcellus, cum paucis tribunorum militum collocutus, electiſque per eos, ad rem tantam agendam audendamque, idoneis centurionibus militibuſque, & ſcalis in occulto comparatis, cæteris

1 *Secum qui in fronte*] Scribendum conjicio: *æſtimandoque ipſe ſecum quid in fronte paterent.* Hæc vetus conjectura noſtra contra codices *quid* facit pro *qui*. Sed & juvant codices Put. duo Pet. Men. Voſſ. Gud. Mureti, qui habent *ſinguli* ἀντὶ τοῦ *ſimul*. Scribe igitur: *æſtimandoque ipſe ſecum, quid in fronte paterent ſinguli, altitudinem muri, quantum proxime conjectura poterat, permenſus. Singuli* puta lapides. *Quid paterent*, ut Cæſar 6 de Gall. *Hujus Hercyniæ ſylvæ latitudo novem dierum iter expedito patet.* Lib. 7. *Foſſam pedum viginti directu lateribus duxit, ut ejus ſolum tantundem pateret, quantum ſumma labra diſtabant.* Lib. 1 de Civil. *Ac tantum in latitudinem patebat, ut tres inſtructæ cohortes eum locum implerent.* Lucanus lib. 2. *Menſoque, hominis quid fata paterent.* Seneca: *Ætas bene diſponenti multum patet.* J. Fr. Gron.

2 *Ad Marcellum rem refert. Haud ſpernenda res*] Put. Pet. melior: *ad Marcellum rem* (ſic omnes alii quoque ſcripti) *defert. Haud ſpernenda viſa.* Vulgo *refert*, & repetitur τὸ *res* ex ſcholio manifeſto. *Idem.*

3 *Qui ob id ipſum intentius cuſtodiebatur*] Plutarchus vertit, *negligentius*, cum ait: φυλαττόμενον μὲ ἀμελῶς. *Sigonius.*

4 *Diem feſtum Di. per triduum agi*] Nondum mihi placet τὸ *diem*, nec perſuadeor Livii eſſe. Frontinus ait: *die feſto, quo Epicydes præbiturus eſſet vini epularumque copiam.* Polybius, obſervante Henr. Valeſio, ὅτι ἑορτὴν ἄγουσι πάνδημον. *Jac. Gron.*

Feſtum Dianæ] Eandem rem Plutarchus. *Sigonius.*

Feſtum Dianæ per triduum] Ἀρτεμίσια Dianæ cum aliis celebrabant Syracuſani, vino multo & luſu. Plutarch. in Marcello: Ἑορτὴν Ἀρτέμιδι τὴν Συρακουσίους ἄγοντας, καὶ πρὸς οἶνον ἁρμυρόν καὶ σκληρὸν ὑπερηδέως. ἔλαθεν. Ac panis ei offerebatur Λοχεὰς dictus. Heſychius: Λοχεά. εἶδος τῆς Ἀρτέμιδι θρόμβου. Quæ ſacra ejus orditentur, Λόμβαι dictæ. Vide Heſych. *Meurſ.* Græc. Fer. lib. 1.

1 Quo

cæteris ſignum dari jubet, ut mature corpora curarent, quietique darent. nocte in expeditionem eundum eſſe. Inde ubi id temporis viſum, [1] quo de die epulatis jam vini ſatias principiumque ſomni eſſet; ſigni unius milites ferre ſcalas juſſit; & ad mille fere armati tenui agmine per ſilentium eo deducti. Ubi ſine ſtrepitu ac tumultu primi evaſerunt in murum, ſecuti ordine alii; quum priorum audacia dubiis etiam animum faceret. Jam mil- 24
le armatorum ceperant partem, [2] quum cæteræ admotæ, pluribuſque ſcalis in murum evadebant; ſigno ab Hexapylo dato: quo per ingentem ſolitudinem erat perventum, quia magna pars in turribus epulati, aut ſopiti vino erant, aut ſemigraves potabant. [3] paucos tamen eorum oppreſſos in cubilibus interfecerunt. [4] Prope Hexapylon eſt portula magna vi refringi cœpta: & è muro ex compoſito tuba datum ſignum erat; & jam undique, non furtim, ſed vi aperta, gerebatur res; [5] quippe ad Epipolas, frequentem cuſtodiis locum, perventum erat: terrendique magis hoſtes erant, quam fallendi; ſicut territi ſunt. nam ſimul ac turbarum eſt auditus cantus, clamorque tenentium muros, partemque urbis; [6] omnia teneri

1 *Quo die epulatis jam vinoque ſatiatis*] Suum cuique. Recte Lipſius, *de die*. hoc eſt, tempeſtivo convivio. *Vinoque ſauciatis* doctius quam verius. Scribendum enim ex Put. & Flor. optimo, *jam vini ſatias principiumque*, ut produxit ad Hiſt. Aug. Salmatius. Lib. 23. *Cœperunt epulari de die*, id eſt, ante conſuetam frugalibus cœnæ horam. *J. Fr. Gron.*

2 *Quum cætera admota*] Lege: *quum cæteri admoti*. Lib. 26. *Quia ad prædictum tempus exercitum ad Syracuſas non admoviſſet*. Vel cum Mureto: *quum cæteri admotis pluribus ſcalis in murum evadebant*. Idem.

3 *Paucos tamen eorum comprehenſos in cubilibus*] Put. Peraviani, duo Pall. Men. *impreſſos* vel *inpreſſos*. Videatur velle *oppreſſos*. Sic infra: *tum inter torpidos ſomno paventeſque ad necopinatum tumultum, & inermes in cubilibus oppreſſos illa cædes edatur*. Idem.

4 *Prope Hexapylon eſt portula, ea magna vi refringi cœpta*] Plutarchus: καὶ τὰ Ἑξάπυλα λεγόμενα. *Sigonius*.

5 *Quippe ad Epipolas freq. cuſtod. locum*] Ἐπιπολαί apud Thucyd. lib. 6 locus præruptus urbi imminens. *Glareanus*.

Epipolas frequentem cuſtodiis locum] Stephanus: Ἐπιπολαὶ χωρίον ἀπόκρημνον περοσηχὲς Συρακούσαις. Θουκυδίδης ἐκτῷ. Thucydides autem libro 6. καὶ ἀπάρασαν ὑπὸ τ Συρακουσίων ἀφ᾽ τὸ ὄπισθε τ πόλεως τ ἄλλα τῆ Ἐπιπολαί. *Sigonius*.

6 *Omnia teneri cuſtodes rati, alii per murum fugere*] Τὰ τεῖχη ſubnotavit in poſtre-

Digitized by Google

teneri cuſtodes rati, alii per murum fugere, alii ſalire de muro, præcipitarique turba paventium. Magna pars tamen ignara tanti mali erat; & gravatis omnibus vino ſomnoque, & [1] in vaſtæ magnitudinis urbe, partium ſenſu non ſatis pertinente in omnia. Sub luce Hexapylo effracto, Marcellus omnibus copiis urbem ingreſſus, excitavit convertitque omnes ad arma capienda, opemque, ſi quam poſſent, jam captæ prope urbi ferendam. [2] Epicydes, ab Inſula, quam ipſi Naſon vocant, citato profectus agmine; haud dubius quin paucos per negligentiam cuſtodum tranſgreſſos murum expulſurus foret; occurrentibus pavidis, tumultum augere eos, dictitans, & majora ac terribiliora vero afferre; poſtquam conſpexit omnia circa Epipolas armis completa, laceſſito tantum hoſte paucis miſſilibus retro in Achradinam agmen convertit: non tam vim, multitudinemque hoſtium metuens,

poſtrema editione ὁ μάχαρ. Nec amplius. Voſſ. Gud. id ignorant. Ignorat & Cantabrigienſis. Videtur latere aliud; neque culpam in voce *rati* hærere, ſed ſequente *alii*, ita: *Omnia teneri cuſtodes rati per murum fugere, alii ſalire* &c. Eam enim vocem ſpecioſe inculcarunt, quibus ignota erat Liviana & optimorum ſcriptorum phraſis, de qua ad 3, 37, tanquam ſi abſorpta fuiſſet à convenientia literarum vocis *rati*. Jac. Gron.

1 *In vaſtæ magnitudinis urbe partium ſenſu non ſatis pertinente*] Non bonus magiſter Latinitatis eſt ille alioqui magiſter optimus Valla, cum reponit *pertingente*; nec veteres codices habent *pertendente*, ut creditum Glareano, ſed *pertinente*. Et ſic auctor lib. 23. *Hi mores eaque caritas patriæ per omnes ordines velut tenore uno pertinebat.* Lib. 26. *Ad plures exemplum quam calamitas pertinebat.* Cæſar lib. 1 Gall. *Belga ab extremis Galliæ finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni.* Cui frequens id verbum hoc uſu. Salluſt. Jugurt. c. 48. *Ex eo medio quaſi collis oriebatur in immenſum pertingens.* Certe poterat ſuſpicari jure Gruterus, *pertingens* eſſe ab commentatoribus, non tamen ut deleretur, ſed ut mulctaretur una litera. Fuerat enim Salluſtii: *in immenſum pertinens.* J. Fr. Gron.

Partium ſenſu non ſatis pertinente in omn.] Sic vet. lib. At Valla mavult, *pertingente*, Glareanus *pertendente:* quaſi vero Cicero non ita dixerit de Natura deorum: *Vena in omnes corporis partes pertinentes.* Sigonius.

2 *Epicydes ab inſula quam ipſi Naſon voc.*] Dores (cujus gentis & Syracuſani ſunt) Νᾶσον pro νῆσον, ut πᾶχυς pro πῆχυς dicunt. Inſula autem illa à cætera urbe muro ſeparabatur, quam poſt Tyrannorum cædem diruerant: in ea erant horrea publica eratque in arcis modum ædificata. *Glareanus.*

Ab Inſula, quam ipſi Naſon vocant] Partem Syracuſarum eo nomine intelligit. *Sigonius.*

1 12.

tuens, quam ne qua inteſtina fraus per occaſionem oriretur, clauſaſque inter tumultum Achradinæ atque Inſulæ inveniret portas. Marcellus ut mœnia ingreſſus, ex ſuperioribus locis urbem, omnium ferme illa tempeſtate pulcherrimam, ſubjectam oculis vidit, [1] illacrymaſſe dicitur: partim gaudio tantæ perpetratæ rei, partim vetuſta gloria urbis. [2] Athenienſium claſſes demerſæ, & duo ingentes exercitus cum duobus clariſſimis ducibus deleti, occurrebant: & [3] tot bella cum Carthaginienſibus tanto cum diſcrimine geſta, [4] tot tam opulenti tyranni regeſque: præter cæteros Hiero, quum recentiſſimæ memoriæ rex, tum ante omnia, quæ virtus ei fortunaque ſua dederat, beneficiis in populum Romanum inſignis. ea quum univerſa occurrerent animo, ſubiretque cogitatio, jam illa momento horæ arſura omnia, & ad cineres reditura: [5] priuſquam ſigna Achradinæ admoveret, præmittit Syracuſanos, [6] qui intra præſidia Romana, ut ante dictum eſt, fuerant, ut alloquio leni perlicerent hoſtes ad dedendam urbem. Tenebant Achradinæ portas muroſque maxime transfugæ, quibus nulla erat per conditiones veniæ ſpes; ii nec adire muros, nec alloqui quemquam paſſi. itaque Marcellus poſtquam id inceptum irritum fuit, [7] ad Euryalum ſigna referri juſſit. tumulus eſt

1 *Illacrymaſſe dicitur*] Plutarchus idem tradit. *Sigonius.*

2 *Athenienſium claſſes demerſæ*] Hanc hiſtoriam breviter tangit Juſtinus lib. 4, Plutarchus in Alcibiade, Thucydides. *Idem.*

3 *Tot bella cum Carthaginienſibus*] His de rebus lib. 19 & 20 Diodorus agit. *Idem.*

4 *Tot ac tam opulenti tyranni regeſque*] Copulativam non admittunt meliores. Sic lib. 21. *Inter tot tam efferatarum gentium arma.* Adde lib. 26, 13. *J. Fr. Gron.*

5 *Priuſquam ſigna Achradinæ admoveret*] Put. & Pet. *Achradinam.* quæ varia lectio notabilis eſt. *J. Fr. Gron.* Lib. 27, 25. *Quia Lacinium Annibal admoverat copias.* 28, 46. *M. Livium ex Etruria volonum exercitum admovere Ariminum juſſerunt.*

6 *Qui inter præſidia*] Vetuſtiores: *Syracuſanos, qui intra præſidia Romana fuerant.* Infra: *per domos eorum, qui intra præſidia Romana fuerant.* Neque aliter ſcribendum cap. 31. Cicero in epiſt. ad Pompeium: *Qui intra præſidia atque arma aliena veniſſent.* Cæſar lib. 7 Gall. *Quod intrare intra præſidia periculoſum exiſtimabat.* J. Fr. Gron.

7 *Ad Euryalum ſigna ref. juſſit*] Εὐρύαλος eſt apud Thucydidem, quo

eſt in extrema parte urbis verſus à mari, viæque immi-
nens ferenti in agros, mediterraneaque inſulæ, [1] percom-
mode ſitus ad commeatus excipiendos. Præerat huic ar-
ci Philodemus Argivus, ab Epicyde impoſitus, ad quem
miſſus à Marcello Soſis, unus ex interfectoribus tyran-
ni, quum longo ſermone habito dilatus per fruſtratio-
nem eſſet, retulit Marcello, tempus eum ad deliberan-
dum ſumpſiſſe. Quum is diem de die differret, dum Hip-
pocrates atque Himilco admoverent caſtra legioneſque,
haud dubius, ſi in arcem accepiſſet eos, deleri Roma-
num exercitum incluſum muris poſſe; Marcellus ut Eu-
ryalum neque tradi, neque capi vidit poſſe, [2] inter Nea-
polim & Tycham (nomina partium urbis, & inſtar ur-
bium ſunt) poſuit caſtra: timens ne, ſi frequentia intraſ-
ſet loca, contineri ab diſcurſu miles avidus prædæ non
poſſet. Legati eo ab Tycha & Neapoli, cum inſulis &
velamentis venerunt; [3] precantes ut à cædibus & ab in-
cendiis parceretur. De quorum precibus quam poſtula-
tis magis conſilio habito; Marcellus ex omnium ſenten-
tia edixit militibus, [4] ne quis liberum corpus violaret,
cætera prædæ futura. [5] caſtraque tectis parietum pro mu-

loco aſcenditur ad Epipolas. *Glarean.*

Ad Euryalum ſigna referri juſſit] Stephanus: Εὐρύαλος ἡ ἀκρόπολις τῶν Συρακουσῶν ἀπόκειται. *Sigonius.*

1 *Percommodus ad commeatus excipiendos*] Put. Pet. Men. Voll. *percommodeſtus ad.* Significant, quod clare unus e Pal. *percommode ſitus.* J. Fr. Gronovius.

2 *Inter Neapolim & Thicam, nomina partium urbis*] Sic Plutarchus: πρὸς τῇ ἑξῆς πόλει, ἧς τὸ μὲν Νέαν, τὸ δὲ Τύχην ὀνομάζουσιν. Cicero etiam in Verr. 6. *Unam Syracuſarum partem, Inſulam, alteram Achradinam, tertiam, quod ibi fanum fortunæ eſſet, Tychen, quartam, quod poſtremo edificata ſit, Neapolim nominatam eſſe* tradit; ergo *Tychen*, hoc etiam loco ſcribendum. *Sigonius.*

Inter Neapolim & Tycham (nomina partium urbis, & inſtar.] Put. *nomine à partium.* Pet. *nomine apertium.* Scribe: *nomina ea partium.* J. Fr. Gron.

3 *Precantes, ut a cædibus & ab incendiis parcer.*] Vet. lib. *ut cædibus & incendiis parceretur.* Sigonius.

4 *Ne quis liberum corpus violaret*] Plutarchus: τοῖς δ' ἄλλοις ἀπεῖπεν ἀφειδεῖν. *Idem.*

5 *Caſtraque tectis parietum*] Glarenus obſcuriuſ mederi ſe non poſſe fatetur. Cluverius: *caſtra pro tecta parietum muro ſepta.* Hoc dicit, caſtra Marcelli inter Neapolin ac Tychen poſita ædificiorum parietes pro muro aut vallo habuiſſe: ſive *tecta parietum* dixit

ro ſepta, [1] portis regione platearum patentibus ſtationes præſidiaque diſpoſuit, ne quis in diſcurſu militum impetus in caſtra fieri poſſet. Inde ſigno dato milites diſcurrerunt: refractiſque foribus quum omnia terrore ac tumultu ſtreperent, à cædibus tamen temperatum eſt. rapinis nullus ante modus fuit, quam omnia diuturna felicitate cumulata bona egeſſere. [2] Inter hæc & Philodemus, quum ſpes auxilii nulla eſſet, fide accepta, ut inviolatus ad Epicyden rediret, [3] deducto præſidio tradidit tumulum Romanis. Averſis omnibus ad tumultum ex parte captæ urbis, Bomilcar noctem eam nactus, qua, propter vim tempeſtatis ſtare ad anchoram in ſalo Romana claſſis non poſſet, cum triginta quinque navibus ex portu Syracuſano profectus, libero mari vela in altum dedit; quinque & quinquaginta navibus Epicydæ & Syracuſanis relictis. edoctiſque Carthaginienſibus, in quanto res Syracuſana diſcrimine eſſet, cum centum navibus poſt paucos dies redit, multis (ut fama eſt) donis ex Hieronis gaza ab Epicyde donatus. Marcellus, Euryalo 26
recepto, præſidioque addito; una cura erat liber, ne qua ab tergo vis hoſtium in arcem accepta, incluſos impeditoſque mœnibus ſuos turbaret. [4] Achradinam inde, trinis caſtris per idonea diſpoſitis loca, [5] ſpe ad inopiam omnium

dixit pro parietibus ipſis ſtructis ad tegendas ædes; ſive ſcripſit, *caſtraque tectorum parietibus. Portu regione platearum patentibus*, eſt, quas aperuerat & fecerat in locis urbis, quâ ea non claudebantur tectis, ſed qua patebant ac directæ erant viæ. Virgilius lib. 9. *fallitque timor regione viarum.* Lib. 11. *Nota fertur regione viarum.* Sed τὸ *regione* Livio eſt verſus. *J. Fr. Gron.*

1 *Portu regione platearum patentibus*] Portæ, inquit, caſtrorum patentes partem & regionem eam, quæ in plateas ferebat, ſpectabant. Sic paulo poſt, *exponitque milites regione portæ quæ prope fontem Arethuſæ eſt*, forte dictum pro, *è regione*, ut Cæſar: *Cum uterque utrique eſſet exercitui in conſpectu, ſereque regione caſtris caſtra poneret.* Sigonius.

2 *Inter hæc Philodemus*] Put. & alii; *Inter hæc & Philodemus.* J. Fr. Gron.

3 *Reducto præſidio*] *Deducto*, libri: & poſcit Latinitas. *Idem.*

4 *Achradinam inde ternis caſtris*] Meliores *trinis*, ut ante monitum. *Idem.*

5 *Spe ad inopiam omnium rerum incluſos redacturum ſe*] Pronomen abigunt Put. & omnes Gall. & Voſſ. Utrum ſubaudire mavis, an legere: *incluſos redactum iri?* Vide ad lib. 40, 42. *Idem.*

omnium rerum incluſos redacturum, circumſedit. Quum per aliquot dies quietæ ſtationes utrimque fuiſſent, repente adventus Hippocratis & Himilconis, ut ultro undique oppugnarentur Romani, fecit. nam & Hippocrates caſtris ad magnum portum communitis, ſignoque iis dato qui Achradinam tenebant, caſtra vetera Romanorum adortus eſt, quibus Criſpinus præerat; & Epicydes eruptionem in ſtationes Marcelli fecit. & claſſis Punica littori, quod inter urbem & caſtra Romana erat, appulſa eſt; ne quid præſidii Criſpino ſubmitti à Marcello poſſet. Tumultum tamen majorem hoſtes præbuerunt, quam certamen. nam & Criſpinus Hippocraten [1] non repulit tantum munimentis, ſed inſecutus etiam eſt trepidc fugientem: & Epicyden Marcellus in urbem compulit. ſatiſque jam etiam in poſterum videbatur proviſum, ne quid ab repentinis eorum excurſionibus periculi foret. [2] Acceſſit & peſtilentia, commune malum, quod facile utrorumque animos averteret à belli conſiliis. nam tempore autumni, & locis natura gravibus, multo tamen magis extra urbem, quam in urbe, intoleranda vis æſtus per utraque caſtra omnium ferme corpora movit. & primo temporis ac loci vitio & ægri erant, & moriebantur: poſtea curatio ipſa, & contactus ægrorum, vulgabat morbos: ut aut neglecti deſertique, qui incidiſſent, morerentur: aut aſſidentes curanteiſque, eadem vi morbi repletos ſecum traherent: quotidianaque funera [3] & mors ob oculos eſſet, & undique dies noctesque, ploratus audirentur. poſtremo ita aſſuetudine mali efferaverant animos; [4] ut non modo lacrymis juſtoque com-

1 *Non repulit tantum à munimentis*] Prævocabulo veniam dant omnes libri Gall. & Pall. *J. Fr. Gron.*

2 *Acceſſit & peſtilentia*] Put. Pet. Voſſ. *Acceſſit & ad peſtilentia.* Repone: *Acceſſerat & peſtilentia.* Idem.

3. *Et mors ob omnium oculos eſſet*] Put. Pet. ambo, Men. jubent deleri *omnium*: & cur non pareremus? Lib. 35. *Caudinaque clades memoria non animis modo, ſed prope oculis obverſabatur,* Idem.

4 *Ut non modo non lacrymis*] Vet. lib. *ut non modo lachrimis.* Hoc modo ſæpius

comploratu prosequerentur mortuos; sed ne efferrent quidem, aut sepelirent, jacerentque strata exanima corpora in conspectu [1] similem mortem exspectantium: mortuique ægros, ægri validos, cum metu, tum tabe ac pestifero odore corporum conficerent. & [2] ut ferro potius morerentur, quidam invadebant soli hostium stationes. Multo tamen major vis pestis Pœnorum castra quam Romana, (diu circumsedendo Syracusas, [3] cœlo aquisque adsuerant magis,) affecerat. Ex hostium exercitu Siculi ut primum videre ex gravitate loci vulgari morbos; in suas quisque propinquas urbes dilapsi sunt. at Carthaginienses, quibus nusquam receptus erat, cum ipsis ducibus Hippocrate atque Himilcone, ad internecionem omnes perierunt. Marcellus, ut tanta vis ingruebat mali, [4] traduxerat in urbem suos: infirmaque corpora tecta & umbræ recreaverant. multi tamen ex Romano exercitu eadem peste absumti sunt. Deleto 27
terrestri Punico exercitu, Siculi, qui Hippocratis milites fuerant, in haud magna oppida, cæterum & situ & mu-

fæpius Ciceronem esse locutum, alii collectis multis exemplis docuerunt. *Sigonius.*

Ut non modo non lachrimis justoque comploratu] Negatio posterior iisdem, ut & Sigoniano ac Pall. priscaque editione exsulat, integro sensu. Sic lib. 6. *Ut non modo ad tribunatum militum inter patricios petendum, sed ne ad plebeios quidem magistratus capessendos ulli animus esset.* Lib. 39, 36. *Hoc ego crimen non modo à vobis, Romani, sed ne apud vos quidem nobis objiciendum fuisse arbitror.* Sic vett. nam vulgati adhuc eodem mendo fuere polluti. *J. Fr. Gron.*

1 *Similem quoque mortem exspectantium*] Gallici omnes & Voss. non habent *quoque*. Idem.

2 *Ut ferro potius morerentur, quid. invadebant*] Vet. lib. *ferro quidam invadebant*, ut vox, *ferro*, iteretur. *Sigon.*

Ut ferro potius morerentur, ferro quidam invadebant] Alterutrum *ferro*, posterius quidem Put. Voss. & amb. Petav. prius Men. ignotum. Et exsulet sane: nam è Sigoniano non optimo est intrusum. *J. Fr. Gron.*

3 *Cede, aquisque affecerat magis*] Vet. lib. *cede, aquisque afferatur magis etiam hostium exercitu.* Corruptissimus locus sine aut meliorum exemplarium, aut Polybii, apud quem hæc historia intercidit, ope sanari non potest. Itaque signandus est asteriseo. *Sigonius.*

Cede aquisque affecerat magis] Scribe, ut monuimus 4 Observat. 8. *Multo tamen vis major pestis Pœnorum castra quam Romana (diu circumsedendo Syracusas cœlo aquisque adsuerant magis) affecerat.* J. Fr. Gron.

4 *Adduxerat in urbem suos*] Put. Pet. melior, Pal. *traduxerat*. Idem.

munimentis tuta, (tria millia alterum ab Syracuſis, [1] alterum quindecim abeſt) eo & commeatus è civitatibus ſuis comportabant, & auxilia arceſſebant. Interea Bomilcar iterum cum claſſe profectus Carthaginem, ita expoſita fortuna ſociorum, ut ſpem faceret, non ipſis modo ſalutarem opem ferri poſſe, ſed Romanos quoque in capta quodammodo urbe capi; perpulit, ut onerarias naves quam plurimas omni copia rerum onuſtas ſecum mitterent, claſſemque ſuam augerent. [2] igitur centum triginta navibus longis & ſeptingentis onerariis profectus à Car-

1 *Alterum quindecim ab oſtio*] Suſpectas habeo voces *ab oſtio*: neque enim oſtii ſupra ulla mentio: vereor ne corrupta vox ſit, pro diſtantia, quod oppida illa, alterum tria, alterum quindecim millia ab Syracuſis abfuerint. *Sigonius.*

Alterum quindecim ab oſtio, & commeatus] Jure ſuſpectum habent Glareanus & Sigonius. Quod enim illud καὶ ἐξοχὴν oſtium? Put. *abeſteo.* Pet. *ab oſteo.* Statim ante in eadem periodo: *haud in magna oppida*: carent iidem τῷ *in*, ut & Voſſianus. Scribe: *Siculi, qui Hippocratis milites fuerant, in haud magna oppida, caterum & ſitu & munimentis tuta (tria millia alterum ab Syracuſis, alterum quindecim abeſt) eo & commeatus è civitatibus ſuis comportabant, & auxilia arceſſebant.* Illud *eo* ſupervacuum videtur: non eſt tamen, & propter uſum Latinæ linguæ & propter interjecta verba parentheſi intercluſa. Plautus Pſeudolo: *Tibicinam illam, tuus quam gnatus deperit, Eam circumducam lepide lenonem.* Cato apud Gellium: *Si ambo pares eſſent, illi, unde petitur, ei potius credendum eſſe.* Noſter lib. 1. *Qui regno ita potitus, urbem novam conditam vi & armis, jure eam legibuſque ac moribus de integro condere parat.* Eodemque de Lucretia: *Cultrum, quem ſub veſte habebat, eum in corde defigit.* Lib. 26. *Lavinus Zacynthum (parva inſula eſt propinqua Ætolia; urbem unam eodem, quo ipſa eſt, nomine habet) eam prater arcem vi cepit.* Cæſar lib. 3 de Gall. 20. *Multis praterea viris fortibus Toloſa, Carcaſſone, Narbone, quæ ſunt civitates Galliæ provinciæ finitimæ, ex his regionibus nominatim evocatis.* Quæ fruſtra duplici conjectura tentat Ciacconius. Suetonius Domitiano cap. 3. *Deinde uxorem ſuam Domitiam*, &c. *eandem Paridis hiſtrionis amore deperditam.* Torrentius τὸ *eandem* ab imperito aliquo, qui periodi longitudine offendebatur, inſertum putat: non ego. Arnobius lib. 5. *Partem illam corporis, per quam ſecus fœmineum & ſubolem prodere & nomen ſolet adquirere generi, eam longiore ab incuria liberat.* Ubi male Stewechius & Romani editores, *genericum*; male Behotius, *parte illa corporis*, offenſi repetitione pronominis. Valet igitur *eo* idem quod ea in oppida. Pariſſimum Plinii lib. 25, 27. *E margaritis, Magne, tam prodiga re, & fœminis reperta, quam habere gereregue te ſat non ſit, hinc fieri vultus tuos.* J. Fr. Gron.

2 *Igitur centum triginta navibus longis & ſeptuaginta onerariis*] Put. ambo Petaviani, reg. Men. Voſſ. *navibus longis,* DCC *onerariis.* quod eſt *ſeptingentis.* Certe in hujuſmodi claſſibus poſteriorum numerus plerumque ſolet eſſe major. Apud Polybium lib. 1 Junius conſul Lilybæum obſidentibus στρατίας οὐκ ἐλάττους ἔχων ἑπτὰ καὶ εἴκοσι σκάφη καὶ τὰ μὲν ἀγωγὰ μᾶλλον ἢ διὰ πολεμικὰς ναῦς φορτηγούς. Apud eum-

à Carthagine, prosperos satis ventos ad trajiciendum in Siciliam habuit. sed iidem venti superare eum Pachynum prohibebant. Bomilcaris adventus, fama primo, dein præter spem mora, quum gaudium & metum invicem Romanis Syracusaniſque præbuisset; Epicydes, metuens, ne, si pergerent iidem qui tum tenebant ab ortu solis flare per dies plures venti, classis Punica Africam repeteret; tradita Achradina mercenariorum militum ducibus, ad Bomilcarem navigat; classem in statione versa in Africam habentem, atque timentem navale prœlium; non tam quod impar viribus aut numero navium esset, (quippe etiam plures habebat) quam quod venti aptiores Romanæ quam suæ classi flarent; perpulit tandem, ut fortunam navalis certaminis experiri vellet. Et Marcellus, quum & Siculum [1] exercitum ex tota insula conciri videret, & cum ingenti commeatu classem Punicam adventare, ne simul terra marique inclusus urbe hostium urgeretur, quanquam impar numero navium erat, prohibere aditu Syracusarum Bomilcarem constituit. Duæ classes infestæ circa promontorium Pachynum stabant; ubi prima tranquillitas maris in altum evexisset, concursuræ. Itaque cadente jam Euro, qui per dies aliquot sævierat, prior Bomilcar movit: cujus prima classis petere altum visa est, quo facilius superaret promontorium. cæterum, postquam tendere ad se Romanas naves vidit; incertum qua subita territus re, Bomilcar vela in altum dedit, [2] missisque nunciis Heracleam,

eundem quinto Ptolemæi classis Perigeni data habet καλαφράκτους μὲν ναῦς τεσσάκοντα, φορτηγὲς δὲ πλείους ἢ τριακοσίους. Amilcar Divus, quum in Siciliam trajiceret, naves μακρὰς πλείους ἢ διακοσίας, καὶ χερὶς πολλὰς ναῦς φορτίδας τὰς κομιζούσας τὰ ἐπιτήδεια τοῖς στρατιώταις habuisse dicitur Diodoro Siculo lib. 11. Quinquaginta longis, quadringentis onerariis in Africam trajecit Scipio, ut constat ex nostri 29. & ducentis onerariis, triginta longis ad eundem contendit Octavius lib. 30. Hic ergo repone tuto, *septingentis*. Idem.

1 *Exercitum ab tota insula conciri*] Scripti, *ex tota*. Idem.

2 *Missisque nuncius Heracleam*] Siciliæ Heracleam intelligit. *Sigonius*.

cleam, [1] qui onerarias retro in Africam repetere jube-
rent, ipſe Siciliam prætervectus, Tarentum petit. Epi-
cydes à tanta repente deſtitutus ſpe, ne in obſidionem
magna ex parte captæ urbis rediret, Agrigentum navi-
gat: exſpectaturus magis eventum, quam inde quicquam
28 moturus. Quæ ubi in caſtra Siculorum ſunt nunciata,
Epicydem Syracuſis exceſſiſſe, à Carthaginienſibus re-
lictam inſulam, & [2] prope iterum Romanis traditam, le-
gatos de conditionibus dedendæ urbis, explorata prius
per colloquia voluntate eorum, qui obſidebantur, ad
Marcellum mittunt. Quum haud ferme diſcreparet, quin
quæ ubique regum fuiſſent, Romanorum eſſent; Siculis
cætera cum libertate ac legibus ſuis ſervarentur; evocatis
ad colloquium his [3] quibus ab Epicyde creditæ res erant,
[4] miſſos ſe ſimul ad Marcellum, ſimul ab eo ad exerci-
tum Siculorum, ajunt, ut una omnium qui obſiderentur, quique extra obſidionem eſſent, fortuna eſſet; neve alteri proprie ſibi paciſcerentur quicquam. Recepti deinde ab iis, ut neceſſarios hoſpiteſque alloquerentur, expoſitis quæ pacta jam cum Marcello haberent, oblata ſpe

1 *Qui onerariae naves retro in Afri-cam*] Put. & Pet. melior delent *to naves*: credimuſque facile illis inſiticium eſſe. Lib. 34, 50. *Et L. Quinctio fratri legato & præfecto claſſis ſcribit, ut onerarias ex omni Gracia ora eodem contraheret.* Quum tamen vox *naves* toto illo capite non extet. Ut & lib. 35, 37. *& Thoas ducentos equites, onerarias leves ad triginta habebat.* Lib. 37. *Id erat horreum Romanis, eoque omnes ex Italia miſſæ onerariæ dirigebant curſum.* J. Fr. Gron.

2 *Prope iterum Romanis traditam*] Id eſt, ut primo bello Punico primum tradiderant. *Sigonius.*

3 *Quibus ab Epicyde credita res erat*] Put. & Pet. *creditae res erant.* J. Fr. Gron.

4 *Miſſos ſe ſimul*] Miſſi erant è caſtris Siculorum ad Marcellum de conditionibus dedendæ urbis, ſed ita ut explorarent prius eorum, qui obſidebantur, voluntatem, quam pacta confirmarentur. Nihil igitur attinebat ad obſeſſos memorare ſe remiſſos eſſe à Marcello ad exercitum, quod neque factum erat, & ſi maxime factum eſſet, non poterat inde colligi, id agi, ut una omnium eſſet fortuna, quod his legationibus quæri affirmabant. Tum neque opus erat Marcellum ea de re legatos mittere ad Siculos, qui ultro id rogatum veniſſent, neque illum id ſibi curæ habere conveniens erat, ſed ſolos Syracuſanorum ſocios, qui erant in caſtris. Verisimile eſt igitur dixiſſe legatos: *Miſſos ſe ſimul ad Marcellum, ſimul ad eos ab exercitu Siculorum.* Jac. Perizonius.

ſpe ſalutis perpulere eos, ut ſecum præfectos Epicydis, Polyclitum, & Philiſtionem & Epicydem, [1] cui Sidon cognomen erat, aggrederentur. interfectis iis, & [2] multitudine ad concionem vocata, & inopiam, qua ipſi inter ſe fremere occulte ſoliti erant, conqueſti, quamquam tot mala urgerent, negarunt, *fortunam accuſandam eſſe, quod in ipſorum eſſet poteſtate, quamdiu ea paterentur. Romanis cauſſam oppugnandi Syracuſas fuiſſe caritatem Syracuſanorum, non odium: nam ut occupatas res ab ſatellitibus Annibalis, deinde Hieronymi, Hippocrate, atque Epicyde audierint, tum bellum moviſſe, & obſidere urbem cœpiſſe: ut crudeles tyrannos ejus, non ut ipſam urbem expugnarent. Hippocrate vero interempto, Epicyde intercluſo ab Syracuſis, & præfectis ejus occiſis, Carthaginienſibus omni poſſeſſione Siciliæ terra marique pulſis, quam ſupereſſe cauſſam Romanis, cur non perinde ac ſi Hiero ipſe viveret, unicus Romanæ amicitiæ cultor, incolumes Syracuſas eſſe velint? Itaque nec urbi nec hominibus [3] aliud periculi, quam ab ſemetipſis eſſe, ſi occaſionem reconciliandi ſe Romano prætermiſiſſent. eam autem, qualis illo momento horæ ſit, nullam deinde fore, [4] ſimul liberatos ab impotentibus tyrannis apparuiſſet.* Omnium ingenti aſſenſu audita ea oratio eſt. Prætores tamen prius creari, quam legatos nominari, placuit. ex ipſorum deinde 29

1 *Cui Sidon cognomen erat*] Scripti omnes *Sindon*, additque Salmaſius, & ita ſcribendum. Non exputo cauſam, cur impreſſi inde abierint. *Jac. Gron.*

2 *Mult. ad conc. convocata*] Vet. lib. *vocata*. Sigonius.

Multitudine ad concionem convocata] Parum intereſt, ſed ne videamur negligentiores Sigonio, quod ille protulit ex ſuo libro, *vocata*, id in omnibus noſtris tantum reperiri atteſtamur. *J. Fr. Gron.*

3 *Aliud periculi quam ab ſemetipſis*] *Periculi* video in primo Frobenio; *Romano* eſt recentiſſimorum. Scripti & editi alii: *Itaque nec urbi nec hominibus aliud periculum, quam ab ſemetipſis eſſe, ſi occaſionem reconciliandi ſe Romano prætermiſiſſent.* Idem.

4 *Si ſimul libertas ab impotentibus tyrannis apparuiſſet*] Et Glareano male tinnit hujus orationis cauda. Put. Pet. ambo, reg. Men. Voſſ. *liberatas*. Unus Pal. *deinde fore, ſimul libertas ab impotentibus tyrannis aperuiſſet*. Quaſi velit ſubaudiri ex præcedenti membro *occaſionem*. Ambigo utrum malim, *eam autem, qualis illo momento horæ ſit, nullam deinde fore, ſimul liberatos ab impotentibus tyrannis apparuiſſet*; an, *quam libertas ab impotentibus tyrannis aperuiſſet*. Idem.

de prætorum numero miſſi oratores ad Marcellum. quorum princeps, Neque primo, inquit, *Syracuſani à vobis defecimus, ſed Hieronymus; nequaquam tam in vos impius, quam in nos: nec poſtea pacem tyranni cæde compoſitam Syracuſanus quiſquam, ſed ſatellites regii Hippocrates atque Epicydes, oppreſſis nobis hinc metu, hinc fraude, turbaverunt. nec quiſquam dicere poteſt, aliquando nobis libertatis tempus fuiſſe, quod pacis vobiſcum non fuerit. Nunc certe cæde eorum qui oppreſſas tenebant Syracuſas, quum primum noſtri arbitrii eſſe cœpimus, extemplo venimus ad tradenda arma: dedendos nos, urbem, mœnia: nullam recuſandam fortunam, quæ impoſita à vobis fuerit. Gloriam captæ [1] nobiliſſimæ pulcherrimaque urbis Græcarum Dei tibi dederunt, Marcelle. quicquid unquam terra marique memorandum geſſimus, id tui triumphi titulo accedit. [2] Famæ ne credi velis, quanta urbs à te capta ſit, quam poſteris quoque eam ſpectaculo eſſe. quo quiſquis terra, quiſquis mari venerit, nunc noſtra de Athenienſibus Carthaginienſibuſque tropæa, nunc tua de nobis oſtendat, [3] incolumeſque Syracuſas familiæ veſtræ ſub clien-*

tela

1 *Nobiliſſima, pulcherrimaque urbis Græcarum*] Verba ſunt Ciceronis de Syracuſis in VI Verrina; Archias autem eam coloniam, ut Strabo ait libro octavo, deduxit ex Corintho profectus. *Sigonius.*

2 *Famæne credi malis*] Id eſt, Rogamus te ne malis poſteros fama accipere, quam aſpectu, quanta urbs Syracuſæ fuerint, ne glorioſiorem tibi putes Syracuſarum everſionem, quam incolumitatem. *Idem.*

Famæne credi malis quanta urbs] Quidquid eſt ſcriptorum; *credi velis.* Nempe *τὸ quam*, quod ſequitur, poſitum eſt pro *magis quam*, quod jam ante apud noſtrum notavimus: & ſi cui placeat, non intercedo: nunc tamen aliud mihi videtur. Mox Put. *quo quiſque terra quiſque mari venerit.* Alii Gall. *quiſquam.* Statim: *incolumeſque Syracuſas.* Aut nihil aut aliquid ejuſmodi, *ſed ſalvas incolumeſque Syracuſas* deeſſe notat Sigonius: taxatque Glareanum & alios, qui vitioſum eſſe ſuſpicati ſint dicendi genus, cum ſubaudiatur, *eramus.* Immo jure ſuſpicati ſunt, hoc ſi ſubauditur, neque convenit exemplum, quod adfert Sigonius. Tu ſcribe: *tradi.* Ita enim cohæret: *Famæne credi velis, quanta urbs à te capta ſit, an poſteris quoque eam ſpectaculo eſſe, (quo quisque terra quisque mari venerint, nunc noſtra de Athenienſibus Carthaginienſibuſque tropæa, nunc tua de nobis oſtendant;) incolumeſque Syracuſas familiæ veſtræ ſub clientela nominis Marcellorum tutelaque habendas tradi?* Nectuntur *eſſe* & *tradi.* Quamquam & poteſt tolerari *tradas*; conjungendum enim: *an poſteris eam ſpectaculo eſſe velis, & tradas.* J. Fr. Gron.

3 *Incolumeſque Syracuſas fam. v. ſub clientela*] Aut nihil, aut aliquid ejuſmodi deſideratur, *ſed ſalvas, incolumeſque*

bela nominis Marcellorum, tutelaque habendas tradas. Ne plus apud vos Hieronymi quam Hieronis memoria momenti faciat. diutius ille multo amicus fuit, quam hic hoſtis: & illius etiam benefacta perſenſiſtis: hujus amentia ad perniciem tantum ipſius valuit. Omnia & impetrabilia & tuta erant apud Romanos. inter ipſos plus belli ac periculi erat. Namque transfugæ tradi ſe Romanis rati, mercenariorum quoque militum auxilia in eundem compulere metum: arreptiſque armis prætores primum obtruncant, inde ad cædem Syracuſanorum diſcurrunt: quoſque fors obtulit, [1] irati interfecerunt, atque omnia quæ in promptu erant, diripuere. tum ne ſine ducibus eſſent, ſex præfectos creavere, ut terni Achradinæ ac Naſo præeſſent. Sedato tandem tumultu [2] exſequentibus ſciſcitando mercenariis, quæ acta cum Romanis eſſent; dilucere id quod erat, cœpit; [3] aliam ſuam ac perfugarum cauſſam eſſe. In tempore legati à Marcello redierunt, falſa eos ſuſpicione incitatos memorantes: nec cauſſam expetendæ pœnæ eorum ullam Romanis eſſe. Erat ex tribus Achradinæ præfectis Hiſpanus, Mericus nomine. ad eum inter comites legatorum de induſtria unus ex Hiſpanorum auxiliaribus eſt miſſus: qui ſine arbitris Mericum nanctus, primum quo in ſtatu reliquiſſet Hiſpaniam, (& nuper inde venerat) exponit. *Omnia Romanis ibi obtineri armis. poſſe eum ſi operæ pretium faciat, principem populariorum eſſe: ſeu militare cum Romanis, ſeu in patriam reverti libeat. Contra, ſi malle*

meſque Syracuſas. Glareanus aliique undique vitioſam eſſe ſuſpicati ſunt, credo ob dicendi genus, ſubauditur enim *oramus*, ut alibi ſic etiam Livius, ut lib. 29. *Quibus per vos, fidemque veſtram P. C. priuſquam eorum ſcelus expietur, neque in Italia, neque in Africa quicquam geſſeritis.* De Siculis autem Marcellorum clientibus Pædianus in Divinationem. *Sigonius.*

1 *Irati interfecerunt, atque omnia quæ in promptu erant, diripuere*] Put. Pet. *interficere*, dein *diripuerunt*. Non diſpliceret: *interficere* & *diripere*. An mavis *interfecere*? J. Fr. Gron.

2 *Exſequentibus ſciſcitando mercenariis*] Vox ultima in Putean. Petav. utroque, Men. Voſſ. non reperitur, & commode intelligitur ex præcedentibus. *Idem.*

3 *Aliam ſuam ac transfugarum*] Put. Pet. ambo: *perfugarum*. Idem.

1 *Quam*

malle obſideri pergat, [1] *quam ſpem eſſe terra marique clauſo?* Motus his Mericus, quum legatos ad Marcellum mitti placuiſſet, fratrem inter eos mittit: qui per eundem illum Hiſpanum [2] ſecretus ab aliis ad Marcellum deductus quum fidem accepiſſet, compoſuiſſetque agendæ rei ordinem, Achradinam redit. Tum Mericus, ut ab ſuſpicione proditionis averteret omnium animos, negat, *ſibi placere legatos commeare ultro citroque, neque recipiendum quemquam, neque mittendum: & quo intentius cuſtodiæ ſerventur,* [3] *opportuna loca dividenda præfectis eſſe, ut ſuæ quiſque partis tutandæ reus ſit.* Omnes aſſenſi ſunt partibus dividundis: ipſi regio evenit ab Arethuſa fonte uſque ad oſtium magni portus. id ut ſcirent Romani, fecit. Itaque Marcellus nocte [4] navim onerariam cum armatis remulco quadriremis trahi ad Achradinam juſſit; [5] exponitque

1 *Quam ſpem eſſe terra marique clauſo*] Sic omnes, ut Lipſii liber, non *ſedem*. J. Fr. Gron.

2 *Secretus ab aliis*] Put. & quidquid eſt aliorum, quod quidem vidimus: *qui per eundem illum Hiſpanum ſecretum ab aliis ad Marcellum deductus.* Utrum fuit *ſecretim?* in qua particularum terminatione delicias faciunt antiqui: an potius *in ſecretum?* Idem.

3 *Opportuna loca dividenda præfectis eſſe*] Ignorant omnes libri noſtri τὸ *loca*. Et cur deeſſe nequeat, ut in aliis infinitis? Sic *plana* urbis, ſic *frequentia*, agmen dimitti *in æquum*, caſtra poſita *in plano*, dicuntur. Sunt autem *opportuna*, quæ ad injuriam obnoxia ſunt hoſti, eoque cuſtodiis indigent. Lib. 6. *Romanus cedentem hoſtem effuſe ſequendo, in locum iniquum pertractus, opportunus huic eruptioni fuit.* Lib. 7. *Perculſos pavore rata, ſimul opportuniores, quod intenti cum maxime operi eſſent.* Lib. 8. *Alter ſubſiſteret ad prebendam opportunam conſilio urbem.* Lib. 24. *Præfectumque præſidii haud ſane opportunum inſidiantibus habebat.* Seneca 1 de Ira 11. *Cadunt ob nullam rem aliam opportunius quam ob iracundiam.* Cui eandem vocem reſtituimus ex MSS. in libro de Brevitate vitæ cap. 17. *Quo alius ſurrexit, opportunius eſt in occaſum.* Vulgo ex interpretatione: *vergit proclive.* quod uni Pintiani libro debemus. *Idem.*

4 *Navim onerariam cum armatis remulco*] Onerarias naves non conſueviſſe remis agi indicat hic idem auctor lib. 27. *Onerarias quoque non ea ſolum, quæ remis agerentur.* Remis autem agi, non ſcapharum, ut Glareanus cenſet, ſed aliarum navium ſolitas fuiſſe intelligi poteſt ex primo Polybii: ἐπὶ δ' πάντοις ἐπέρχονται τὰς ὁπλιτικὰς ῥύμαλα δύντες ἐξ αὐτῶν ἢ τῶν σύλλ ναυσί. Et libro 20 Diodori: ἐπακολουθεῖν δὲ τὰς στρατιωτικὰς, ἢ τὰς ἱππαγὰς ῥυμαλκυμβίας ὑπὸ τ πρύμνας χερμάδων. Ergo recte Livius, *Remulco quadriremis trahi onerariam* dixit, id eſt, impetu quadriremis, quæ remis agebatur. Sic etiam libro 37. *Contemplatus Eudemus hoſtes claudas mutilataſque naves, apertis navibus remulco trahentes.* Sigonius.

5 *Exponitque milites*] Si ad hoc exſequen-

mitque milites regione portæ, quæ prope fontem Arethuſam eſt. Hoc quum quarta vigilia factum eſſet, expoſitoſque milites porta ut convenerat, recepiſſet Mericus; luce prima Marcellus omnibus copiis mœnia Achradinæ aggreditur: ita ut non eos ſolum, qui Achradinam tenebant, in ſe converteret, ſed ab Naſo etiam agmina armatorum concurrerent, relictis ſtationibus ſuis, ad vim & impetum Romanorum arcendum. In hoc tumultu actuariæ naves, inſtructæ jam ante, circumvectæque, ad Naſum armatos exponunt, qui improviſo adorti ſemiplenas ſtationes, & adapertas fores portæ, qua paulo ante excurrerant armati, haud magno certamine Naſum cepere, deſertam trepidatione & fuga cuſtodum. neque ullis minus præſidii aut pertinaciæ ad manendum quam transfugis fuit: quia ne ſuis quidem ſatis credentes ſe, medio certamine effugerunt. Marcellus ut captam eſſe Naſum didicit, & Achradinæ regionem unam teneri, Mericumque cum præſidio ſuis adjunctum, receptui cecinit: ne regiæ opes, quarum fama major quam res erat, diriperentur. Suppreſſo impetu militum, & iis qui in Achradina erant transfugis, ſpatium locuſque fugæ datus eſt: & Syracuſani tandem liberi metu, portis Achradinæ apertis, oratores ad Marcellum mittunt: nihil petentes aliud, quam incolumitatem, ſibi, liberiſque ſuis. Marcellus conſilio advocato, & adhibitis etiam Syracuſanis, qui per ſeditiones pulſi ab domo inter præſidia Romana erant, reſpondit: *non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis quam paucis his annis maleficia eorum, qui Syracuſas tenuerint, erga populum Romanum eſſe; ſed pleraque eorum, quo debuerint, recidiſſe: fœderumque ruptorum* 31

ſequendum Marcellus ipſe deſcendiſſet, profecto temerarie ducis ſummi perſonam periclitatus fuiſſet. Tum non ipſum expoſuiſſe oſtendit Livius, quod eum luce prima poſt veniſſe dicat. Denique ſufficit auctoritas libri Puteanei ad affirmandam veram ſcripturam *exponique*, cui accedunt Cantabrig. & Voſſ. *Jac. Gronovius.*

I Non

rum ipſos ab ſe graviores multo, quam populus Romanus voluerit, pœnas exegiſſe. Se quidem tertium annum circumſedere Syracuſas: [1] *non ut populus Romanus ſervam civitatem haberet, ſed ne transfugarum duces captam & oppreſſam tenerent. Quid potuerint Syracuſani facere, exemplo vel eos Syracuſanorum eſſe* [2] *qui intra præſidia Romana fuerint: vel Hiſpanum ducem Mericum, qui præſidium tradiderit, vel ipſorum Syracuſanorum poſtremo, ſerum quidem, ſed forte conſilium. Omnium ſibi laborum periculorumque, circa mœnia Syracuſana terra marique tam diu exhauſtorum, nequaquam* [3] *tantum fructum eſſe, quam capere Syracuſas potuiſſe.* Inde quæſtor cum præſidio ad Naſum, ad accipiendam pecuniam regiam, cuſtodiamque miſſus: [4] urbs diripienda militi data eſt; cuſtodibus diviſis per domos eorum, qui intra præſidia Romana fuerant. [5] Quum multa iræ, multa avaritiæ, fœda exempla ederentur; [6] Archimeden, memoriæ proditum eſt, in tanto tumultu, quantum capta urbs in diſcurſu diripientium militum ciere poterat, intentum formis, quas in pulvere deſcripſerat, ab ignaro milite quis eſſet,

1 *Non ne populus reſervatam civitatem haberet*] Emenda ad fidem vet. lib. *non ut populus Rom. ſervam civitatem haberet.* Erroris cauſa nota eſt. *Sigonius.*

2 *Qui inter præſidia*] Vet. lib. *intra.* Idem.

3 *Tantum fructum eſſe, quam capere*] Obſcurum hoc. Optimi: *potuiſſet.* Unde cogitabam: *quam ſi parcere Syracuſis potuiſſet.* Sed Alb. Rubenius ex vulgata hunc elicit ſenſum: nequaquam ex omnibus laboribus periculiſque mihi tantus fructus redit, quantum fructum Syracuſæ aut Syracuſani capere ipſi potuiſſent: ſi ſcilicet ipſi in tempore ſibi conſuluiſſent, feciſſentque, quod non feciſſe paullo ante exprobravit. Quo ſenſu tamen melius foret, *tantum fructum feſe quam.* J. Fr. Gron.

4 *Diripiendaque urbs militi data eſt cuſtodibuſque*] Neutra copulatio uſpiam conſpicitur in Gallicanis: etiam *τὸ urbs* Put. Per utroque, Men. reg. Voſſ. abeſt. Quæ tamen vox quum neceſſaria ſit, ſuſpicamur, quia loco alio poſita erat, à ſyllabis vicinis hauſtam, & fuiſſe olim: *cuſtodiendamque miſſus: urbs diripienda militi data eſt, cuſtodibus diviſis per domos.* Sic omnino eſt in duobus Pall. *Idem.*

5 *Cum multa iræ, multa invidiæ, avaritiæque*] Vox *invidiæ*, vacat. neque eam veteres habent libri, neque ſenſus poſtulat: ſic ergo lege, *cum multa iræ, multa avaritiæ fœda exempla.* Sigonius.

6 *Archimedem memoriæ proditum eſt*] Multas hujus caſus recitat ſententias Plutarchus, quarum una contentus fuit Livius. *Idem.*

Digitized by Google

eſſet, interfectum. ægre id Marcellum tuliſſe, ſepulturæque curam habitam. & propinquis etiam inquiſitis, honori præſidioque nomen ac memoriam ejus fuiſſe. Hoc maxime modo Syracuſæ captæ. in quibus prædæ tantum fuit, quantum vix capta Carthagine tum fuiſſet, cum qua viribus æquis certabatur. Paucis ante diebus quam Syracuſæ caperentur, T. Otacilius cum quinqueremibus octoginta Uticam ab Lilybæo tranſmiſit. & quum ante lucem portum intraſſet, onerarias frumento onuſtas cepit: egreſſuſque in terram, depopulatus eſt aliquantum agri circa Uticam, prædamque omnis generis retro ad naves egit. Lilybæum tertio die quam inde profectus erat, cum centum triginta onerariis navibus frumento prædaque onuſtis rediit: idque frumentum extemplo Syracuſas miſit. quod ni tam in tempore ſubveniſſet, victoribus victiſque pariter pernicioſa fames inſtabat. Eadem æſtate in Hiſpania, cum biennio ferme 32
nihil admodum memorabile factum eſſet, conſiliiſque magis quam armis bellum gereretur, Romani imperatores egreſſi hibernis copias conjunxerunt. ibi conſilium advocatum, omniumque in unum congruerunt ſententiæ: quando ad id locorum id modo actum eſſet, ut Aſdrubalem tendentem in Italiam retinerent; tempus eſſe id jam agi, ut bellum in Hiſpania finiretur; & ſatis ad id virium credebant acceſſiſſe, [1] triginta millia Celtiberorum ea hieme ad arma excitata. Tres exercitus erant. Aſdrubal Giſgonis filius, & Mago conjunctis caſtris quinque ferme dierum iter ab Romanis aberant. Propior erat Amilcaris filius Aſdrubal; vetus in Hiſpania imperator. ad urbem nomine Anitorgin exercitum habebat. Eum volebant prius opprimi duces Romani: & ſpes erat ſatis ſuper-

1 *Triginta millia Celtiberorum ea hieme ad arma excitata*] Plures & antiquiſſimus, *viginti*. Dein Pet. & Men. *excitati*. Ut lib. 44. *Vagi è fuga quinque millia hominum*. Sed quia Pur. & Pet. melior: *excitatum*, puto ſcribendum eſſe, *excitorum*. J. Fr. Gron.

ſuperque ad id virium eſſe. illa reſtabat cura, ne fuſo eo perculſi, alter Aſdrubal & Mago, in avios ſaltus monteſque recipientes ſeſe, bellum extraherent. Optimum igitur rati, diviſis bifariam copiis totius ſimul Hiſpaniæ amplecti bellum; [1] ita inter ſe diviſerunt, ut P. Cornelius duas partes exercitus Romanorum ſociorumque adverſus Magonem duceret atque Aſdrubalem: Cn. Cornelius cum tertia parte veteris exercitus, Celtiberis adjunctis cum Aſdrubale Barcino bellum gereret. Una profecti ambo duces exercituſque, Celtiberis prægredientibus, ad urbem Anitorgin in conſpectu hoſtium, dirimente amne, ponunt caſtra. Ibi Cn. Scipio, cum quibus ante dictum eſt, copiis ſubſtitit, & P. Scipio profe-
33 ctus ad deſtinatam belli partem. Aſdrubal poſtquam animadvertit exiguum Romanum exercitum in caſtris, & ſpem omnem in Celtiberorum auxiliis eſſe; [2] peritus omnis barbaricæ, & præcipue omnium earum gentium, in quibus per tot annos militabat, perfidiæ; [3] facili linguæ commercio, quum utraque caſtra plena Hiſpanorum eſſent, per occulta colloquia paciſcitur magna mercede cum Celtiberorum principibus, ut copias inde abducant. Nec atrox viſum facinus. non enim ut in Romanos verterent arma, agebatur. & merces, quanta vel pro bello ſatis eſſet, dabatur, ne bellum gererent: & quum quies ipſa, tum reditus domum fructuſque videndi ſuos ſuaque, grata vulgo erant. Itaque non ducibus facilius quam multitudini perſuaſum eſt: ſimul ne metus qui-

1 *Ita inter ſe diviſerunt, ut P. Cornelius*] An & hic legendum: *ita inter ſe juſſerunt, Fabio exercitum tradi &c. J. Fr. Gron.* Agnoſcis hanc notam hiare & defectam eſſe: adſcripſitque pater: *Aliqua ſunt omiſſa.* Nos verba ejus præſtare recidiva non poſſumus. Locus, ubi Fabii mentio fit, eſt ex lib. 23, 32. quem adſcripſit margini exemplaris, quo ut plurimum utebatur; præmiſſo *an juſſerunt?* Inde mens ejus facile penetrari poteſt. *Jac. Gronov.*

2 *Peritus omnis barbaricæ & præcipue omnium*] Non eſt Livii vò *omnium.* J. Fr. Gron.

3 *Facili lingua commercio*] Nec in Put. nec in ullo antiquiorum paullo codicum inveni *commercio.* Cogitandum. *Idem.*

quidem ab Romanis erat, quippe tam paucis, [1] ſi vi retinerent. Id quidem cavendum ſemper Romanis ducibus erit, exemplaque hæc vere pro documentis habenda, ne ita externis credant auxiliis, ut non plus ſui roboris, ſuarumque proprie virium in caſtris habeant. Signis repente ſublatis Celtiberi abeunt, nihil aliud, quærentibus cauſſam obteſtantibuſque ut manerent, Romanis reſpondentes, quam domeſtico ſe avocari bello. Scipio poſtquam ſocii nec precibus nec vi retineri poterant, nec ſe aut parem ſine illis hoſti eſſe, aut fratri rurſus conjungi vidit poſſe, nec ullum aliud ſalutare conſilium in promptu eſſe; retro quantum poſſet, cedere ſtatuit; in id omni cura intentus, necubi hoſti æquo ſe committeret loco: qui tranſgreſſus flumen prope veſtigiis abeuntium inſiſtebat. Per eoſdem dies P. Scipionem par terror, pe- 34
riculum majus ab novo hoſte urgebat. [2] Maſiniſſa erat juvenis, eo tempore ſocius Carthaginienſium, quem deinde clarum potentemque Romana fecit amicitia. is tum cum equitatu Numidarum & advenienti P. Scipioni occurrit, & deinde aſſidue dies noctesque infeſtus aderat, ut non vagos tantum, procul à caſtris lignatum pabulatumque progreſſos, exciperet, ſed ipſis obequitaret caſtris, invectuſque in medias ſæpe ſtationes, omnia ingenti

1 *Se ne retinerent*] Put. & Pet. *ſibi retinerent.* Nec aliter tres Pall. Vallam quoque habuit ſollicitum hæc ſπσπε. Aut enim vult: *quod per tam pauces ibi retinerentur*: aut, *quippe tam paucis ibi retineri.* Campanus: *ſibi ne timerent.* Unde liquet hos eandem quam diximus ſcripturam in ſuis inveniſſe, quam facile explicamus. Lege: *ſimul ne metus quidem ab Romanis erat, quippe tam paucis, ſi vi retinerent.* hoc eſt, retinere vellent. de quo alibi. Si per vim eos tenere caſtris conarentur Romani, jam ante præceperant animis, nihil eam metuere, quippe qui numero eſſent multo ſuperiores. Lib. 21. *Hannibal, quia revocare aut vi retinere eos anceps erat, ne caterorum etiam feroces animi irritarentur, ſupra ſeptem millia hominum domos remiſit.* J. Fr. Gron.

2 *Maſaniſſa erat juvenis, qui eo tempore*] Liber optimus, Voſſ. & alii ſcripti ſemper *Maſiniſſa.* Dein idem & Pet. melior pronomen *qui* neſciunt. Inde ſuſpicor & verbum altetum *erat*, immo & *quem*, quod ſequitur, à mala manu eſſe; ſcribendum vero: *Maſiniſſa erat juvenis, eo tempore ſocius Carthaginienſium; deinde clarum potentemque Romana fecit amicitia.* Idem.

genti tumultu turbaret. noctibus quoque ſæpe incurſu repentino in portis valloque trepidatum eſt: nec aut locus, aut tempus ullum vacuum à metu ac ſollicitudine erat Romanis: compulſiſque intra vallum, ademto rerum omnium uſu, quum prope juſta obſidio eſſet, futuramque arctiorem eam appareret, ſi ſe Indibilis, quem cum ſeptem millibus & quingentis Sueſſetanorum adventare fama erat, Pœnis conjunxiſſet; [1] dux cautus & providens Scipio, victus neceſſitatibus temerarium capit conſilium, ut nocte Indibili obviam iret: & quocumque [2] occurriſſet loco, prœlium conſereret. Relicto igitur modico præſidio in caſtris, præpoſitoque T. Fonteio legato, media nocte profectus, cum obviis hoſtibus [3] manus conſeruit. Agmina magis, quam acies pugnabant: ſuperior tamen, ut in tumultuaria pugna, Romanus erat. cæterum & equites Numidæ repente, quos fefelliſſe ſe dux ratus erat, ab lateribus circumfuſi, magnum terrorem intulere. Contracto adverſus Numidas certamine novo, tertius inſuper [4] advenit hoſtis. duces Pœni aſſecuti ab tergo jam pugnantes, ancepſque prœlium Romanos circumſteterat; incertos in quem potiſſimum hoſtem, quamve in partem conferti eruptionem facerent. Pugnanti hortantique imperatori & offerenti ſe ubi

1 *Dux cautus & prudens Scipio*] Omnes libri ſcripti: *providens*. Cur mutarunt? Seneca lib. 1 de Ira 3. *Nulli niſi homini conceſſa providentia eſt, diligentia, cogitatio.* Sic etiam omnes ſcripti, ubi intruſerunt *prudentia*. Sic *providendum & præcavendum* jungit Livius lib. 24 in oratione Fabii. Cicero ad Atticum 2, 1. *Quod à me ita præcautum atque ita proviſum eſt.* Plinius lib. 9 Ep. 13. *Omnia ego ſemper ad Corellium retuli, quem prudentiſſimum ætatis noſtræ ſapientiſſimumque cognovi.* Pall. *pervidentiſſimum*: quod verbum neſcio an hactenus cœlo Latino notum, inquit Gruterus. Scribe: *providentiſſimum*. Sic & Tacitus *providentiam ſapientiamque* conjungit. *J. Fr. Gron.*

2 *Occurriſſent loco*] *Occurriſſe ei* vet. lib. de Indibili enim loquimur. *Sigonius.*

3 *Manus conſeruit*] Vet. lib. *manum*. Idem.

4 *Advenit hoſtis. duces Pœni*] Videtur eradenda diſtinctio, ut ſit egregeſis: *tertius inſuper advenit hoſtis, duces Pœni aſſecuti ab tergo jam pugnantes ancepſque*. Jac. Gron.

Duces Pœni] Aſdrubal Giſgonis & Mago, contra quos P. Scipio iverat. *Sigonius.*

ſe ubi plurimus labor erat, latus dexterum lancea trajicitur: cuneuſque is hoſtium, qui in confertos circa ducem impetum fecerat, [1] ut exanimem labentem ex equo Scipionem vidit, alacres gaudio cum clamore per totam aciem nunciantes diſcurrunt, imperatorem Romanum cecidiſſe. Hæc pervagata paſſim vox, ut & hoſtes haud dubie pro victoribus, & Romani pro victis eſſent, fecit. Fuga confeſtim ex acie duce amiſſo fieri cœpta eſt. cæterum ut ad erumpendum [2] inter Numidas, leviumque armorum auxilia haud difficilis res erat: ita effugere tantum equitum, æquantiumque equos velocitate peditum, vix poterant: cæſique prope plures in fuga, quam in pugna ſunt. nec ſuperfuiſſet quiſquam, ni præcipiti jam ad veſperum die nox interveniſſet. Haud ſegniter inde duces Pœni fortuna uſi, confeſtim è prœlio, vix neceſſaria quiete data militibus, ad Aſdrubalem Amilcaris citatum agmen rapiunt: [3] non dubia ſpe, quum juncti eſſent, debellari poſſe. Quo ubi eſt ventum, inter exercitus duceſque victoria recenti lætos gratulatio ingens facta, imperatore tanto cum omni exercitu deleto, & alteram pro haud dubia parem victoriam exſpectantes. Ad Romanos nondum quidem fama tantæ cladis pervenerat, [4] ſed mœſtum quoddam ſilentium erat, & tacita divinatio: qualis jam præſagientibus animis imminentis mali eſſe

1 *Ut exanimem labentemque ex equo Scipionem vidit*] Scribe auctoribus optimis: *exanimem labentem ex equo.* Lib. 27. *Marcellum etiam tranſixum lancea prolabentem ex equo moribundum videre.* J. Fr. Gron.

2 *Inter Numidas aliaque levium armatorum auxilia haud difficilis res erat*] Præclare optimi: *inter Numidas leviumque armorum auxilia haud difficilis erat.* Nuſquam τὸ *res.* Scilicet adjectivum *difficilis* referendum eſt ad vocem *fuga* in membro præcedenti: & ſimul inducendum τὸ *erat.* Idem.

3 *Non dubia ſpe quum copias conjunxiſſent*] Verba *quum copias* in optimis nullum habent ſui veſtigium: etiam minoris dignitatis libri omnes fere τὸ *copias* ignorant. Adjectum eſt à malis conjectoribus. Debuerant enim dividere voces errore librarii conglutinatas: *non dubia ſpe, quum juncti eſſent, debellari poſſe.* Lib. 23. *Si Annibali vix per ſe ipſi tolerando Italia hoſti Aſdrubal dux atque Hiſpanienſis exercitus eſſet junctus.* Idem.

4 *Sed tamen mœſtum*] Nulli calamo exarati habent *tamen.* Incredibile eſt,

eſſe ſolet. Imperator ipſe præterquam quod ab ſociis ſe deſertum, hoſtium tantum auctas copias ſentiebat, conjectura etiam & ratione ad ſuſpicionem acceptæ cladis, quam ad ullam bonam ſpem pronior erat. *Quonam modo enim Aſdrubalem ac Magonem* [1] *niſi defunctos ſuo bello, ſine certamine adducere exercitum potuiſſe? Quomodo autem non obſtitiſſe,* [2] *aut ab tergo ſecutum fratrem? ut ſi prohibere, quo minus in unum coirent & duces, & exercitus hoſtium, non poſſet, ipſe certe cum fratre conjungeret copias.* His anxius curis, id modo eſſe ſalutare in præſens credebat, [3] cedere inde quantum poſſet: & inde una nocte, ignaris hoſtibus & ob id quietis, aliquantum emenſus eſt iter. Luce, ut ſenſerunt profectos hoſtes, præmiſſis Numidis, quam poterant maxime citato agmine ſequi cœperunt: ante noctem aſſecuti Numidæ, nunc ab tergo, [4] nunc in latera incurſantes. Conſiſtere cœperunt, ac tutari agmen quantum poſſent: tamen tuto ut ſimul pugnarent procederentque, Scipio hortabatur, priuſquam pedeſtres copiæ

le eſt, quot ejuſmodi fulcra orationis, ut putabant, male conſiſtentis cohærentiſque partim librarii ſemidocti ſequioris ævi, partim primi editores ſtyli Liviani non ſatis gnari paſſim intruſerint. *J. Fr. Gron.*

1 *Niſi defuncto ſuo fratre bello*] Vet. lib. *niſi defuncto fratre ſuo bello.* Vox certe, *ſuo*, cum *bello* jungenda eſt, non cum *fratre.* Sigonius.

Niſi. def. fratre ſuo bello] Non bene habet: etſi Sigonius reponi curarit pro eo, quod ante erat: *niſi defuncto ſuo fratre bello.* Egregie excluſa voce *fratre* Put. & Petav. melior: *niſi defunctos ſuo bello.* nempe Magonem & Aſdrubalem. Lib. 9. *Summum flagitium fore, ſi alterum exercitum utriuſque victoria compotem ſinerent fieri; nec ad ſe ſui belli vindicarent decus.* Lib. 27. *Et Annibalem ſuo proprio occupandum bello.* Lib. 37. *Abduci claſſem ab Epheſo, ab ſuo bello.* Dicuntur *defuncti ſuo bello*, qui ſuam partem in bello voto confecerunt: quod ab illis fieri non poterat, niſi fratre Publio exercituque ejus cæſo & profligato. *J. Fr. Gron.*

2 *Aut ab tergo non ſecutum*] Video in Voſſ. & tribus Pall. eſſe: *Quomodo aut non obſtitiſſe, aut ab tergo ſequutum fratrem?* deleta altera negativa & diſtinctione mutata. nam a præcedenti ſenſus pendet. Non memini tamen ſic fuiſſe quoque in Gallicis. *Idem.*

3 *Cedere inde quantum poſſet; & inde*] Alterum *inde* ſpurium. *Idem.*

4 *Nunc in latera concurſantes*] Vet. lib. *incurſantes.* Sic paulo poſt: *impetus incurſantium Numidarum.* Sigon.

Nunc in lat. incurſantes] Ut notatum Sigonio, omnes habent, non *concurſantes.* Et illud frequentiſſimum noſtro. *J. Fr. Gron.*

copiæ aſſequerentur. Cæterum nunc agendo, nunc ſuſti- 36
nendo agmen, quum aliquandiu haud multum procederetur, & nox jam inſtaret, revocat è prœlio ſuos Scipio: & collectos in tumulum quendam, non quidem ſatis tutum, (præſertim agmini perculſo) editiorem tamen, quam cætera circa erant, ſubducit. Ibi primo impedimentis, & equitatu in medium receptis, circumdati pedites haud difficulter impetus incurſantium Numidarum arcebant: dein poſtquam toto agmine tres imperatores cum tribus juſtis exercitibus aderant, apparebatque, parum armis ad tuendum locum ſine munimento valituros eſſe; [1] circumſpectare atque agitare dux cœpit, ſi quo modo poſſet [2] vallum circuminjicere. ſed erat adeo nudus tumulus & aſperi ſoli, ut nec virgulta vallo cædendo, nec terra ceſpiti faciendo, aut ducendæ foſſæ aliive ulli operi apta inveniri poſſet: [3] nec natura quicquam ſatis arduum aut abſciſſum erat, quod hoſti aditum adſcenſumve difficilem præberet; omnia faſtigio leni ſubvexa. Ut tamen aliquam imaginem valli objicerent, clitellas illigatas oneribus, velut ſtruentes ad altitudinem ſolitam, circumdabant; cumulo ſarcinarum omnis generis objecto, ubi ad moliendum clitellæ defuerant. Punici exercitus poſtquam advenere, in tumulum quidem perfacile agmen erexere, munitionis vero facies nova primo eos velut miraculo quodam tenuit: quum duces undique vociferarentur, *Quid ſtarent? & non ludibrium illud*

vix

1 *Circumſpect. atq. agitare dux cœpit*] Vet. lib. *ac cogitare*. Sigonius.

Circumſp. atque cogitare dux cœpit] Hoc quidem à Sigonio, ſed libri optimi ſervant prius editum *agitare*. J. Fr. Gron.

2 *Vallum circuminjicere*] *Circumjicere* dicit lib. 35, 4. *Sarcinas in medium conjici juſſit, & triarios vallum circumjicere*. 38, 19. *Foſſam quoque & alia munimenta verticibus iis, quos inſederant, circumjecere*. Jac. Perizonius.

3 *Nec ferme quidquam ſatis arduum aut abſciſſum*] Put. Pet. melior, Men. *nec futura quidquam ſ. ar. aut abſciſſum*. Pet. alter: *nec natura quidquam ſatis arduum*. Videtur verum deprehendiſſe: Vult enim Livius, nec fuiſſe materiam munitioni, nec locum ita natum, ut quicquam in eo præſidii eſſet non manu facti. *J. Fr. Gron.*

vix fœminis puerisve morandis satis validum distraherent, diripierentque? Captum hostem teneri, latentem post sarcinas. Hæc contemptim duces increpabant. cæterum, neque transilire, [1] neque moliri onera objecta, nec cædere stipatas clitellas, ipsisque obrutas sarcinis, facile erat. Tardatis diu [2] quum amolita objecta onera, armatis dedissent viam, pluribusque idem partibus fieret, capta jam undique castra erant: pauci ab multis, perculsique à victoribus passim cædebantur. Magna pars tamen militum, quum in propinquas refugisset silvas, in castra P. Scipionis, quibus T. Fonteius legatus præerat, perfugerunt. Cn. Scipionem alii in tumulo primo impetu hostium cæsum tradunt: alii cum paucis [3] in propinquam castris turrim perfugisse. hanc igni circumdatam, atque ita exustis foribus, quas nulla moliri potuerunt vi, captam: omnesque intus cum ipso imperatore occisos. [4] Anno septimo postquam in Hispaniam venerat, Cn. Scipio, undetrigesimo die post fratris mortem est interfectus. Luctus ex morte eorum, non Romæ major quam per totam Hispaniam fuit. Quin apud cives partem doloris & exercitus amissi, & alienata provincia, & publica trahebat clades. Hispaniæ ipsos lugebant desiderabantque duces: [5] Cnæum tamen magis, quo diutius præ-

1 *Nec moliri onera objecta, nec cæd.*] *Moliri* dictum pro *amoliri*, ut post: *moliri objecta onera*, & post: *fores nulla moliri potuerunt vi.* Sigonius.

2 *Quum amolita objecta onera armatis dedissent viam*] Vix movendum videtur: tamen Put. Petav. melior, Men. *amoliti*, quod etiam alicubi editum video. *J. Fr. Gron.*

3 *In propinquam castris turrim*] Appianus in Hispanic. Cn. Scipionem cum sociis in turri inclusum crematum fuisse scribit. *Sigonius.*

4 *Anno septimo postquam in Hisp. ven. Cn. Scipio*] Venit in Hispaniam Cn. Ti. Longo, P. Scipione consulibus, ut ait Livius lib. 21. *Ne nuda auxilia Romanis Hispania esset, quam provinciam sortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum adversus Asdrubalem misit.* Ab illo autem anno ad hunc sex anni numerantur, non *octo*, ut est in vet. lib. nec *septem*, ut emendavit Glareanus. Nam in hoc loquendi genere primus annus non numeratur, ut post sæpe dicam: sic paulo post, *Invictos per octo annos milites suos.* Lego, *septem*, tot enim sunt, si primus numeretur. *Idem.*

5 *Cnæum tamen magis, quod diutius præfuerat in*] Optimi: *quo diutius:* recte. nam intelligitur præcessisse ea.

Ut

præfuerat iis, priorque & favorem occupaverat, & ſpecimen juſtitiæ [1] temperantiæque Romanæ primus dederat. Quum deletus exercitus, amiſſæque Hiſpaniæ viderentur, [2] vir unus res perditas reſtituit. Erat in exercitu [3] L. Marcius Septimi filius, eques Romanus, impiger juvenis, animique & ingenii aliquanto quam pro fortuna, in qua erat natus, majoris. ad ſummam indolem acceſſerat Cn. Scipionis diſciplina: ſub qua per tot annos omneis militiæ arteis edoctus fuerat. Hic & ex fuga collectis militibus, & quibuſdam de præſidiis deductis, haud contemnendum exercitum fecerat, junxeratque cum T. Fonteio P. Scipionis legato. Sed tantum præſtitit eques Romanus auctoritate inter milites atque honore, ut caſtris citra Iberum communitis, quum ducem exercituum comitiis militaribus creari placuiſſet, ſubeuntes alii aliis in cuſtodiam valli ſtationeſque, donec per omnes ſuffragium iret, ad L. Marcium cuncti ſummam imperii detulerint. Omne inde tempus (exiguum id fuit) muniendis caſtris, convehendiſque commeatibus conſumptum: & omnia imperia milites, quum impigre, tum haudquaquam abjecto animo exſequebantur. Cæterum poſtquam Aſdrubalem Giſgonis venientem ad reliquias belli delendas tranſiſſe Iberum, & appropinquare allatum eſt, ſignumque pugnæ propoſitum ab novo duce milites viderunt; 37

Ut inferius: *Ibi vero quo longius aberant*, &c. *neglecta magis omnia ac ſoluta invenere.* Lib. 22, 43. *Simul ut quo longius ab hoſte receſſiſſet, tranſfugia impediora levibus ingeniis eſſent.* Ubi propterea ſprevimus, quod eſt in optimis: *quod longius.* Lib. 26. *Et divinatio quædam futuri, quo minus timoris ratio reddi poterat oborti temere, majorem inferens metum.* J. Fr. Gron.

1 *Temperantia Rom. primus*] Paulo ante, *prior.* Eſt autem accipiendum *priorem* ad *fratrem* referri, *primum* ad *omnes.* Primus enim omnium Romanorum in Hiſpaniam venit Cn. Scipio. *Sigonius.*

Temperantiaque Romana primus dederat] Put. *diderat.* quaſi vellet, *ediderat.* J. Fr. Gron.

2 *Vir unus res perditas reſtituit*] Vet. lib. *vir unus has reſtituit*, ut ad Hiſpanias referatur. *Sigonius.*

3 *L. Martius Septimii filius*] Hic alio loco *L. Martius Septimius* dicitur. Ex quo puto legendum, *L. Marcius Septimi filius*, partim quia ita quidam lib. vet. habent, partim ut cognomen familiæ ſit. Quomodo dictum eſt, *Q. Fabius Maximi filius.* Idem.

derunt; recordati quos paulo ante imperatores habuiſſent, quibuſque & ducibus & copiis freti [1] prodire ad pugnam ſoliti eſſent; flere omnes repente, & offenſare capita: & alii manus ad cœlum tendere, Deos incuſantes: alii ſtrati humi ſuum quiſque nominatim ducem implorare. neque ſedari lamentatio poterat; excitantibus centurionibus manipulares, [2] & ipſo mulcente & increpante Marcio, quid in muliebres & inutiles ſe projeciſſent fletus potius, quam ad tutandos ſemetipſos & rempubl. ſecum acuerent animos, & ne inultos imperatores ſuos jacere ſinerent. Quum ſubito clamor tubarumque ſonus (jam enim prope vallum hoſtes erant) exauditur. inde [3] verſo repente in iram luctu, diſcurrere ad arma: ac

1 *Prodire ad pugnam ſoliti eſſent*] Sic Aldina & Gallici, quantum memini, præter Put. At vero tres Pall. Andreaſque & ejus ſequaces: *prodire in campum ad pugnam*. Put. *prodire in poenam*. Poſſes conjicere: *in Pœnum*. J. Fr. Gron.

2 *Et ipſo minitante & increpante Martio*] Vet. lib. *ipſo mulcente & increpante Marcio*, ut duobus contrariis remediis mœrorem militum ſuſtuliſſe Marcium intelligamus, modo conſolando, modo increpando. Sic etiam libro vigeſimo ſexto: *Militum animos nunc conſolando, nunc caſtigando ſedavit*. Sigonius

Et ipſo minitante & increp. Marcio] Non id erat tempus minarum. Scripti alii, *mulctante*, alii *mulcente*. Put. Pet. & unus ex Pall. *mulcante*. Placebat: *& ipſo inculcante & increpante Martio, quid in muliebres & inutiles ſe projeciſſent fletus potius, quam ad tutandos ſemetipſos & rempublicam ſecum acuerent animos? &, ne inultos imperatores ſuos jacere ſinerent*. Hoc inculcabat, hoc dicendo frequenter iterabat. Quintilianus lib. 11 Inſtit. *Illa tranſcurrimus, congerimus, abundamus, feſtinamus: hac incitamus, inculcamus, infigimus*. Lucanus lib. 9. *Sic voce Catonis Inculcata viris juſti patientia martis*. Sed nunc potius videtur, *mulcente*, quod & Sigonius Rubeniuſque probant. Id enim merito præcedebat caſtigationem. Virgilius 1 Æn. *Et dictis mœrentia pectora mulcet*. Juſtinus lib. 12. *Contra ille nunc caſtigare milites, nunc lenibus verbis monere*. J. Fr. Gron.

3 *Verſo in iram luctu diſcurrere ad arma*] In tam ſubita hujus verbi repetitione & iſta MSS[torum] varietate optimum mihi videtur ſequi codicem Gud. abolendo prorſus iſtud *diſcurrere*, utpote inculcatum ab eo, qui non cogitans à Livio hic ſubintellectum *τὸ conclamare*, raptam ex proximo vocem adjecit. Idem plane noxiæ fuit Annæo Floro 2, 6. *Memores icti cum Pœnus quoque fœderis non ſtatim ad arma*. Ibi enim quoque appoſuerunt *procurrunt*, quod indicio etiam Gudiani exemplaris MS[ti] didicimus ante annos non Flori, ſed aliorum eſſe. Et quo minus de hoc dubites, vide, quæ notavit pater ad Senecæ Troades verſ. 844, & infra 28, 21. *Jac. Gron.*

Diſcurrere ad arma, ac velut accenſi rabie diſcurrunt ad portas] Forte, *concurrunt ad portas*. nam ibi paullo ante diſperſi ad arma capienda rurſus jungebantur. *J. Fr. Gron.*

1 *Ad*

ac velut accenſi rabie diſcurrunt ad portas, & in hoſtem negligenter atque incompoſite venientem incurrunt. Extemplo improviſa res pavorem incutit Pœnis: mirabundique unde tot hoſtes tam ſubito exorti prope deleto exercitu forent: unde tanta audacia, tanta fiducia ſui victis ac fugatis: quis imperator duobus Scipionibus cæſis extitiſſet: quis caſtris præeſſet; quis ſignum dediſſet pugnæ. [1] Ad hæc tot tam necopinata, primo omnium incerti, ſtupenteſque referunt pedem: dein valida impreſſione pulſi, terga vertunt. Et aut fugientium cædes fœda fuiſſet, [2] aut temerarius periculoſuſque ſequentium impetus, ni Marcius propere receptui dediſſet ſignum, obſiſtenſque ad prima ſigna, quoſdam & ipſe retinens, concitatam repreſſiſſet aciem. inde in caſtra avidos adhuc cædiſque & ſanguinis reduxit. Carthaginienſes trepide primo ab hoſtium vallo acti, poſtquam neminem inſequi viderunt, metu ſubſtitiſſe rati, contemptim rurſus & ſedato gradu in caſtra abeunt. Par negligentia in caſtris cuſtodiendis fuit. nam etſi propinquus hoſtis erat, tamen reliquias eum eſſe duorum exercituum ante paucos dies deletorum, ſuccurrebat. Ob hoc quum omnia neglecta apud hoſtes eſſent, exploratis iis, Marcius ad conſilium, prima ſpecie temerarium magis quam audax, animum adjecit, ut ultro caſtra hoſtium oppugnaret: ſimul facilius eſſe ratus, unius Aſdrubalis expugnari caſtra, quam ſi ſe rurſus tres exercitus ac tres duces junxiſſent, ſua defendi: ſimul aut ſi ſucceſſiſſet cœptis, recepturum ſe afflictas res: aut ſi pulſus eſſet, tamen ultro inferendo ar-

ma,

1 *Ad hæc tot jam nec opinata*] Lege, *tot, tam nec opinata.* Utuntur enim Latini, *nec opinatus* pro *inopinato.* Livius autem omnium maxime. Cicero pro Plancio: *Tu me ignaro, nec opinante, inſcio.* Res non eget exemplis: paulo poſt: *ad nec opinatum tumultum.* Sigonius.

Ad hæc tot jam necopinata] Scribo cum Sigonio: *Ad hæc tot tam necopinata.* Ut ſupra cap. 24. Viſe ad lib. 28, 28. 29, 21. 30, 30. *J. Fr. Gron.*

2 *Aut temerarius*] Put. Petaviani, Men. duo Pall. Voſſ. *aut temerabilis periculoſuſque ſequentium impetus.* Idem.

38 ma, contemptum sui dempturum. Ne tamen subita res, & [1] nocturnus terror, etiam non suæ fortunæ consilium perturbaret, alloquendos adhortandosque sibi milites ratus, concione advocata ita disseruit: *Vel mea erga imperatores nostros vivos mortuosque pietas, vel præsens omnium nostrum, milites, fortuna fidem cuivis facere potest, mihi hoc imperium, ut amplum judicio vestro, ita re ipsa grave ac sollicitum esse. Quo enim tempore, nisi metus mœrorem obstupefaceret, vix ita compos mei essem, ut alia solatia invenire ægro animo possem; cogor vestram omnium vicem (quod difficilimum in luctu est) unus consulere. & ne tum quidem, ubi quonam modo has reliquias duorum exercituum patriæ conservare possim, cogitandum est;* [2] *avertere animum ab assiduo mœrore libet. Præsto est enim acerba memoria, & Scipiones me ambo dies noctesque curis insomniisque agitant: & excitant sæpe somno, neu se, neu invictos per octo annos in his terris milites suos, commilitones vestros, neu rempublicam patiar inultam, & suam disciplinam suaque instituta* [3] *sequi jubent. Et ut imperiis vivorum nemo obedientior me uno fuerit, ita post mortem suam, quod quaque in re facturos illos fuisse maxime censeam; id optimum ducere vos quoque velim, mi-*

1 *Nocturnus error etiamnum suæ fortunæ*] Veteres libri, *nocturnus terror*. Sigonius.

Terror etiam non suæ fortunæ] Lipsius è veteri, *& non suæ*: cum legeretur jam à Mogunt. *etiamnum suæ*. Sed veteres scripti & Andreas aliique editi: *etiam non suæ*. Put. quoque & Per. *terrorem*. Unde suspicari queas: *& nocturnus terror metu jam non suæ*. ne ista interponerent metum incepto, quod per se satis erat ambiguum, quia non hujus fortunæ Romanorum. *J. Fr. Gron.*

2 *Avertere animum ab assiduo mœrore libet*] Malim *licet*: significat enim, quæ mox narrat, non hoc sibi concedere. *Idem.*

3 *Sequi jubent. Et ut imperiis*] Verum hujus loci sensum penitus sustulit pessima interpunctio, & Scipionum mandata ad Marcium prorsus confudit cum adhortationibus Marcii ad milites. Voluit Livius, *jubent: & ut imperiis vivorum nemo obedientior me uno fuerit, ita post mortem suam, quod quaque in re facturos illos fuisse maxime censeam, id optimum ducere*. Repete hic νοῦν ἔχειν ταῦτα *jubent*. Quod cum non perviderent faciendum esse, qui primi ita distinxerunt, infinitum male cum sequente *velim* conjunxere. Pergit nunc Marcius ad milites: *Vos quoque velim, milites, non lamentis lacrimisque tanquam extinctos persequi*. Eundem fere in modum, quod postea vidi, Moguntina editio. Tollit enim omnem distinctionem post *milites*, & comma ponit ante *vos*. Jac. Perizonius.

1 Vi-

milites. non lamentis lacrimisque tanquam extinctos prosequi, ([1] *vivunt vigentque fama rerum gestarum) sed quotiescunque occurret memoria illorum, velut si adhortanteis signumque dantes videatis eos, ita prælia inire. Nec alia profecto species hesterno die oculis animisque vestris oblata, memorabile illud edidit prælium: quo documentum dedistis hostibus, non cum Scipionibus extinctum esse nomen Romanum: & cujus populi vis atque virtus non obruta sit Cannensi clade, ex omni profecto sævitia fortunæ emersuram esse.* [2] *Nunc, qui tantum ausi estis sponte vestra, experiri libet, quantum audeatis duce vestro auctore. non enim hesterno die quum signum receptui dedi, sequentibus effuse vobis turbatum hostem, frangere audaciam vestram, sed differre in majorem gloriam atque opportunitatem volui:* [3] *ut postmodo præparati incautos, armati inermes, atque etiam sopitos, per occasionem aggredi possetis. Nec hujus occasioni spem, milites, forte temere, sed ex re ipsa conceptam habeo. A vobis quoque profecto si quis quærat, quonam modo pauci à multis, victi à victoribus castra tutati sitis; nihil aliud respondeatis, quam idipsum timentes vos, omnia & operibus firmata habuisse, & ipsos paratos instructosque fuisse. Et ita se res habet. ad id, quod, ne timeatur, fortuna facit,* [4] *minime tuti sunt homines: quia quod neglexeris, incautum atque apertum habeas. Nihil omnium nunc minus metuunt hostes, quam ne obsessi modo ipsi atque oppugnati, castra sua ultro oppugnemus. Audeamus, quod credi non potest ausuros nos.* [5] *eo ipso, quod difficilimum videtur, facilimum erit. Tertia vigilia noctis silenti agmine ducam vos. exploratum habeo, non vigiliarum ordinem, non stationes justas esse. Clamor in portis auditus, & primus impetus castra ceperit. tum inter torpidos somno,*

1 *Vivunt enim vigentque fama*] Omnes scripti *vivunt vigentque*, omissa conjunctione caussali: nec putem opus esse, ut conjiciamus cum Lipsio, *viventque*. J. Fr. Gron.

2 *Nunc, qui tantum ausi estis*] Put. Voss. Gud. Mur. *quia tantum*. Idem.

3 *Ut postmodum præparati incautos*] Optimi: *postmodo*. Idem.

4 *Minime tuti sunt homines*] Vet. lib. *minime cauti sunt homines*, id est, non cavent homines ea pericula, quæ fortunæ beneficio non videntur esse timenda. *Sigonius*.

5 *Eo ipso, quod difficillimum videtur, facillimum erit*] Put. *facilius erat*. Scribe: *facilius erit*. J. Fr. Gron.

mno, paventeisque ad necopinatum tumultum, & inermes in cubilibus suis oppressos, illa cædes edatur, à qua vos hesterno die revocatos ægre ferebatis. Scio audax videri consilium: sed [1] in rebus asperis & tenui spe, fortissima quæque consilia tutissima sunt. quia si in occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paulum fueris, nequicquam mox [2] amissam quæras. Unus exercitus in propinquo est: duo haud procul absunt. [3] nunc aggredientibus aliqua spes est: & jam tentastis vestras atque illorum vires. Si diem proferimus, & hesternæ [4] eruptionis fama contemni desierimus; periculum est, ne [5] omnes duces omnesque copiæ conveniant. Tres deinde duces, tres exercitus sustinebimus hostium, quos Cn. Scipio incolumi exercitu non sustinuit? Ut dividendo copias periere duces nostri, ita separati ac divisi opprimi possunt hostes. alia belli gerendi via nulla est. proinde nihil præter noctis proximæ opportunitatem exspectemus. Ite, Diis bene juvantibus: corpora curate, ut integri vigentesque

1 *In rebus asperis, & tenuibus sort.*] Voces, *& tenuibus*, vacant. ex vet. lib. & ex sensu. *Sigonius.*

In rebus asperis & tenuibus] Quod suspicatus est Lipsius: *in rebus asperis & tenui spe*, clare Put. refert. *J. Fr. Gron.*

2 *Amissam quæraris*] Vet. lib. *quæsita.* Sigonius.

Amissam quæraris] Put. *nequidquam mox amissam quæras*: ut monuit ex suo Sigonius. Sic noster lib. 31. *Nequidquam postea, si tum cessassent, prætermissam occasionem quæsituros.* Dicimus enim *quærere* omne, quod abest: ut præter alios notabamus ad illud Manilii: *in ponto quærere pontum*: lib. 2 Observat. 11. *J. Fr. Gron.*

3 *Nunc aggredientibus par aliqua opportunitas est*] Vox ultimam præcedens deficit in omnibus calamo exaratis, ut indicavit Lipsius, qui elegantius quam verius corrigit: *pares aliqua estis.* Romani enim futuri erant illi aggredientes, non hostes. Sed alii quidem *par*, Put. Petav. uterque, Men. Vost. *per aliqua est.* Unde statim odorari sumus legendum: *nunc aggredientibus spei aliqua est.* quod totidem literis extare in uno Pal. postea cognovi. *Idem.*

4 *Eruptionis fama contemni*] Meliores: *& hesterna eruptionis fama contemni desierimus.* Nempe quia contemnebantur, prior eruptio illis cesserat feliciter: durante eo contemptu, negligentem hostem iterum poterant cum spe fortunæ adoriri. At simul emanasset fama tam fortis feliciisque audaciæ, cessante contemptu intentiores futuri erant hostes, & copias omnes contracturi. Cæsar lib. 5. *Castra communit, atque hæc, etsi exigua erant per se, tamen angustiis viarum, quam maxime potest, contrahit, eo consilio, ut in summam contemptionem hostibus veniat.* Genus loquendi est lib. 4. *Neminem se plebeium contempturum, ubi contemni desissent.* Lib. 22. *Et contemnere plebem, ex quo contemni desierint, cepisse.* Idem.

5 *Omnes duces omnesque copiæ*] Copulativam ignorat Cantabrig. *Jac. Gron.*

que eodem animo in castra hostium irrumpatis, quo vestra tutati estis. Læti & audiere ab novo duce novum consilium, & quo audacius erat, magis placebat. reliquum diei expediendis armis, & curatione corporum consumptum: & major pars noctis quieti data est. quarta vigilia movere. Erant ultra proxima castra sex millium intervallo distantes aliæ copiæ Pœnorum. Vallis cava intererat, condensa arboribus. [1] in hujus silvæ medio ferme spatio cohors Romana arte Punica abditur, & equites. Ita medio itinere intercepto, cæteræ copiæ silenti agmine ad proximos hostes ductæ. & quum statio nulla pro portis, neque in vallo custodiæ essent; velut in sua castra, nullo usquam obsistente, penetravere. Inde signa canunt, & tollitur clamor. [2] Pars semisomnos hostes cædunt: [3] pars ignes casis stramento arido tectis injiciunt: pars portas occupant, ut fugam intercludant. Hosteis simul ignis, clamor, cædes, velut alienatos sensibus, nec audire, nec providere quicquam sinunt. incidunt inermes inter catervas armatorum; alii ruunt ad portas, alii obseptis itineribus super vallum saliunt: & ut quisque evaserat, protinus ad castra altera fugiunt: ubi [4] ab cohorte & equitibus ex occulto procurrentibus circumventi, cæsique ad unum omnes sunt. quamquam etiam, si quis ex ea cæde effugisset, [5] adeo raptim captis propioribus castris in altera transcursum castra ab Romanis est, ut prævenire 39

1 *In hujus silva medio fere stadio*] Malim *spatio*. Sigonius.

In huj. silvæ med. ferme stadio cohors] Nihil hic opus *stadia* silvæ istius metiri. Put. & Pet. *statio*. Scribe: *medio ferme spatio*. J. Fr. Gron.

2 *Pars semisopitos hostes cædunt*] Put. Pet. uterque, Men. Voss. Pal. & vetusta editio: *semisomnos*; duo alii Pall. *semisomnes*: nusquam vulgatum. Cicero 7 Famil. 1. *Spectarent communes animos semisomni*. Sic & lib. 30. 5. *In ipsis cubilibus semisomnos hausit flamma*. Omn. Gall. & Pall. non *semisomnes*. Id.

3 *Pars ignis esca stramenta arida tectis*] Recepimus dignam Lipsio emendationem: *pars ignes casis stramento arido tectis*: quod super rationem manifestam nullo apice diversus eam Put. probaret. Sed & Pet. alter: *pars signa escasis stramento arido*. Idem.

4 *A cohorte & equitibus ex occulto prorumpentibus*] Optimi: *ab cohorte & equitibus ex occulto procurrentibus*. Idem.

5 *Adeo raptim captu*] Put. & Pet. *raptina*. Lege, *raptim a captu*. Idem.

1 *Cle-*

venire nuncius cladis non poſſet. Ibi vero quo longius ab hoſte aberant, & quia ſub lucem pabulatum, lignatum & prædatum quidam dilapſi fuerant, neglecta magis omnia ac ſoluta invenere: arma tantum in ſtationibus poſita: milites inermes, aut humi ſedentes accubanteſque, aut obambulantes ante vallum portaſque. Cum his tam ſecuris ſolutiſque Romani, calentes adhuc ab recenti pugna, feroceſque victoria, prœlium ineunt. Itaque nequaquam reſiſti in portis potuit. intra portas concurſu ex totis caſtris ad primum [1] clamorem & tumultum facto, atrox prœlium oritur: diuque tenuiſſet, ni cruenta ſcuta Romanorum viſa, indicium alterius cladis Pœnis, atque inde pavorem injeciſſent. Hinc terror [2] in fugam avertit omnes: effuſique, qua iter eſt, niſi quos cædes oppreſſit, exuuntur caſtris. [3] Ita nocte ac die bina caſtra hoſtium expugnata ductu L. Marcii. Ad triginta ſeptem millia hoſtium cæſa, [4] auctor eſt Claudius, qui annales Acilianos ex Græco in Latinum ſermonem vertit: captos ad mille octingentos triginta: prædam ingentem partam. in ea fuiſſe clypeum argenteum pondo centum triginta octo, cum imagine Barcini Aſdrubalis. Valerius Antias una caſtra Magonis capta tradit, [5] ſeptem millia cæſa hoſtium: altero prœlio, eruptione pugnatum cum Aſdrubale: decem millia occiſa, quatuor millia trecentos triginta captos. Piſo quinque millia hominum, quum Mago cedentes noſtros effuſe ſequeretur,

1 *Clamorem ex tumultu*] Omnes fere: *ad primum clamorem & tumultum.* J. Fr. Gron.

2 *In fugam avertit*] Vet. lib. *vertit.* Sigonius.

In fugam avertit] Sigon. Voſſ. & Pal. *vertit.* Idem mox: *Atque ita nocte ac die.* J. Fr. Gron.

3 *Ita nocte & die*] Vet. lib. *Atque ita nocte & die.* Sigonius.

4 *Auctor eſt Claudius, qui Annales Acilianos ex Græco in Latinum ſermonem vertit*] Vet. lib. *ex Græco ſermone vertit.* C. Acilii Græci ſcriptoris meminit Plutarchus in Romulo, Dionyſius libro tertio, Cicero de Officiis lib. 3. *Claudium* eum eſſe puto, qui *Clodius Licinius* à Livio dicitur lib. 29. Alius *Q. Claudius Quadrigarius fuit*, cujus & ipſe ſæpe meminit. *Idem.*

5 *Septem millia cæſa hoſtium*] Vet. lib. *ſeptem millia ferme cæſa hoſtium.* Idem.

tur, cæſa ex inſidiis ſcribit. Apud omnes magnum nomen Marcii ducis eſt. & veræ gloriæ ejus etiam miracula addunt: [1] flammam ei concionanti fuſam è capite ſine ipſius ſenſu, cum magno pavore circumſtantium militum. monumentumque victoriæ ejus de Pœnis, uſque ad incenſum Capitolium, fuiſſe in templo clypeum, Marcium appellatum; cum imagine Aſdrubalis. Quietæ deinde aliquamdiu in Hiſpania res fuere, utriſque, poſt tantas acceptas invicem illataſque clades, cunctantibus periculum ſummæ rerum facere. Dum hæc in Hiſpania geruntur, Marcellus, captis Syracuſis, quum cætera in Sicilia tanta fide atque integritate compoſuiſſet, ut non modo ſuam gloriam, ſed etiam majeſtatem populi Romani augeret; ornamenta urbis, ſigna tabulaſque, quibus abundabant Syracuſæ, Romam devexit. Hoſtium quidem illa ſpolia, & parta belli jure: cæterum inde primum initium mirandi Græcarum artium opera, [2] licentiæque huic ſacra profanaque omnia vulgo ſpoliandi factum eſt. [3] quæ poſtremo in Romanos Deos, templum idipſum primum, quod à Marcello eximie ornatum eſt, vertit. Viſebantur enim ab externis ad portam Capenam dedicata à Marcello templa: propter excellentia ejus generis

1 *Flammam ei conc. fuſam è capite*] De eadem flamma Valerius capite de prodigiis. *Sigonius.*

2 *Licentiæque hinc ſacra profanaque omnia vulgo ſpoliandi*] Parvum vitium omnes editiones veteres & recentes deturpat. Scribe: *licentiæque huic.* id eſt, hujus temporis, quo iſta ſcribuntur. Lib. 1. *Summam pecuniæ neque ex uniuſ tum urbu præda ſperandam, & nullius, ne horum quidem magnificentiæ operum, fundamenta non exſuperaturam.* Lib. 6. *Capitolium quoque ſaxo quadrato ſubſtructum eſt, opus vel in hac magnificentia urbis conſpiciendum.* Lib. 44. *Mos ut tum nondum hac effuſione inducta beſtiis omnium generum Circum complendi.* Sic Plauto in Curcul. a. 1 ſc. 2. *Vindemia hac*, eſt vinum omne quod hoc anno natum eſt. quod haud ſcio an recte acceperint interpretes explicantes ex Lambino, hæc vini copia. tiro enim accipiet eam vini copiam, quam portabat ſecum Phædromus. Trinummo 2, 4, 83. *Cœna hac annona eſt ſine ſacris hæreditas.* Ubi male Lipſius probante Salmaſio: *hæc annon eſt.* At *hac annona*, eſt, ut hujus temporis ſe habet annona: quod miror affirmantem ſummum vitium hic locum non habere. Cicero in Piſonem 27. *Luxuriam autem in iſto nolite hanc cogitare.* Ubi vide Faernum. *J. Fr. Gron.*

3 *Quæ poſtremo in Romanos deos*] Signa, tabulaſque & ſpolia Siculorum intelligit. *Sigonius.*

neris ornamenta, quorum perexigua pars comparet. Legationes omnium ferme civitatum Siciliæ ad eum conveniebant. Disparut cauſſa earum, ita conditio erat. qui ante captas Syracuſas aut non deſciverant, aut redierant in amicitiam, ut ſocii fideles accepti, cultique: quos metus poſt captas Syracuſas dediderat, ut victi à victore leges acceperunt. Erant tamen haud parvæ reliquiæ belli circa Agrigentum Romanis: Epicydes & Hanno, duces reliqui prioris belli, & tertius novus ab Annibale in locum Hippocratis miſſus, [1] Libyphœnicum generis Hipponiates, (Mutinem populares vocabant) vir impiger, & ſub Annibale magiſtro omneis belli artes edoctus. Huic ab Epicyde & Hannone Numidæ dati auxiliares: cum quibus ita pervagatus eſt hoſtium agros, ita ſocios ad retinendos in fide animos eorum, [2] ferendumque in tempore cuique auxilium, adiit; ut brevi tempore totam Siciliam impleret nominis ſui; nec ſpes alia major apud faventes rebus Carthaginienſium eſſet. Itaque incluſi ad tempus mœnibus Agrigenti dux Pœnus Syracuſanuſque, [3] non conſilio Mutinis, quam fiducia magis, auſi egredi extra muros, ad Himeram amnem poſuerunt caſtra. Quod ubi perlatum ad Marcellum eſt, extemplo copias movit:

1 *Libyphœn. generis Hipponiates, Mutinem populares vocabant*] Hipponiates non eſt proprium viri nomen, ſed patriæ, id eſt, ab *Hippone* urbe Lybiæ: ut enim à *Crotone Crotoniates*, ſic ab *Hippone Hipponiates*. Viri autem nomen eſſe cenſet Glareanus. Ceterum Pædianus in Piſon. ex Varrone tradit huic *Mutini*, quod in Sicilia cum equitatu ſuo tranſierat ad Romanos civitatem datam, ædeſque & pecuniam ex ærario. *Sigonius.*

2 *Ferendumque in tempore cuique auxilium, adiit*] Put. Pet. Men. *ferendoque*. Petav. alter & quidem melior alias cum Voſſ. *ferendoſque*. Cenſeo fuiſſe: *ita ſocios ad retinendos in fide animos eorum, ferendo in tempore cuique auxilio adiit*. Vide ad 21, 5 & 23, 7. Lib. 21. *Continendis in fide ſociis maximum vinculum eſſe primos, qui equiſſent ope, defenſos.* J. Fr. Gron.

3 *Non tam Mutinis conſilio, quam fiducia*, &c.] Vult dicere, eos non magis conſilio Mutinis exiſſe, quam ejus fiducia, quæ res illis tandem male vertit. De Himera dubium quem fluvium dicat. Ego eum, quem Ptolemæus eo in loco ponit, ubi alii Gelam. Eſt etiam Himera quem Strabo ait per mediam fluere Siciliam, exonerarique in mare ad occiduam inſulæ partem. Meminit & Plin. lib. 3 cap. 8. *Glareanus.*

1 *Hera-*

movit: & ab hoſte quatuor ferme millium intervallo conſedit; quid agerent pararentve exſpectaturus. Sed nullum neque locum neque tempus cunctationi conſiliove dedit Mutines, tranſgreſſus amnem, ac ſtationibus hoſtium cum ingenti terrore ac tumultu invectus. Poſtero die prope juſto prœlio compulit hoſtem intra munimenta. inde revocatus, ſeditione Numidarum in caſtris facta, quum trecenti ferme eorum [1] Heracleam Minoam conceſſiſſent, ad mitigandos revocandoſque eos profectus, magnopere monuiſſe duces dicitur, ne abſente ſe cum hoſte manus conſererent. Id ambo ægre paſſi duces, magis Hanno, jam ante anxius gloria ejus: Mutinem ſibi modum facere, [2] degenerem Afrum imperatori Carthaginienſi miſſo ab ſenatu populoque. Is perpulit cunctantem Epicyden, ut tranſgreſſi flumen in aciem exirent. nam ſi Mutinem opperirentur, & [3] ſecunda pugnæ fortuna eveniſſet, haud dubie Mutinis gloriam fore. Enimvero indignum ratus Marcellus ſe, qui Annibalem ſubnixum victoria Cannenſi ab Nola repuliſſet, his terra marique victis ab ſe hoſtibus cedere; arma propere capere milites, & efferri ſigna jubet. [4] Inſtruenti exercitum decem effuſis equis advolant ex hoſtium acie Numidæ, nunciantes, populares ſuos primum ea ſeditione motos: qua trecenti ex numero ſuo conceſſerint Heracleam. dein quod præfectum ſuum ab obtrectantibus ducibus gloriæ ejus ſub ipſam certaminis diem ablegatum videant, quieturos in pugna. [5] Gens fallax promiſſi 41

1 *Heracleam Minoam*] Minoæ urbis Siculæ meminit Stephanus. *Sigonius.*

2 *Degenerem Afrum*] Quia Libyphœnicum generis erat. *Idem.*

3 *Secunda pugnæ fortuna*] MSS. *ſecundæ.* J. Fr. Gron.

4 *Ad inſtruentem exercitum decem effuſis*] Put. Pet. tres Pall. Voſſ. omiſſa præpoſitione: *Inſtruente exercitum.* Lege: *Inſtruenti exercitum.* Ut pendeat ab τῷ *nuntiantes.* Idem.

5 *Gens fallax promiſſi fidem præſt.*] Delendam putavi diſtinctionem, quæ τὸ *promiſſi* à voce *fidem* diſcerpebatur, quæ mihi videntur conjungi debere, quum *promiſſi fidem præſtare* idem ſit, quod *promiſſum præſtare* lib. 26, 4. Et *fides promiſſi* eodem lib. cap. 19. Etiam *gens fallax* ut eod. lib. cap. 41.

missi fidem præstitit. itaque & Romanis crevit animus, [1] nuncio celeri per ordinem missо, destitutum ab equite hostem esse, quem maxime timuerant: & territi hostes, præterquam quod maxima parte virium suarum non juvabantur, timore etiam incusso, [2] ne ab suo & ipsi equite oppugnarentur. [3] Itaque haud magni certaminis fuit. primus clamor atque impetus rem decrevit. Numidæ quum in concursu quieti stetissent in cornibus, ut terga dantes suos viderunt, fugæ tantum parumper comites facti, postquam omnes Agrigentum trepido agmine petentes viderunt, ipsi metu obsidionis passim in civitates proximas dilapsi. Multa millia hominum cæsa captaque, & octo elephanti. Hæc ultima in Sicilia Marcelli pugna fuit. victor inde Syracusas rediit. Jam ferme in exitu annus erat. itaque senatus Romæ decrevit, ut P. Cornelius Prætor literas Capuam ad consules mitteret; dum Annibal procul abesset, nec ulla magni discriminis res ad Capuam gereretur: alter eorum, si ita videretur, ad magistratus subrogandos Romam veniret. Literis acceptis, inter se consules compararunt, ut Claudius comitia perficeret, Fulvius ad Capuam maneret. Consules Claudius creavit, Cn. Fulvium [4] Centumalum, & P. Sulpicium Servii filium Galbam, qui nullum antea curulem magistratum gessisset. Prætores deinde creati, [5] L. Cornelius Lentulus, M. Cornelius Cethegus, C. Sulpicius, C. Cal-

ratio haud fallax. 30, 12. *Reputare secum ipse, quemadmodum promissi fidem præstaret.* Jac. Gron.

1 *Nuntio celeri per ordinem misso*] Lego, *ordines.* Tan. Faber.

Nuntio celeri per ordinem misso] Sic quidem & scripti. Verius *ordines.* J. Fr. Gron.

2 *Ne ab suo ipsi*] Vet. lib. *ne ab suo & ipsi.* Sigonius.

3 *Itaque haud magna vis certaminis fuit*] Put. Pet. melior: *Itaque haud magni certaminis fuit.* Recte: nam intelligitur *vi* res ex proximo membro: *primus clamor atque impetus rem decrevit.* De qua ellipsi inferius. Lib. 16. *Nec magni certaminis rem fore.* J. Fr. Gron.

4 *Centimalum*] *Centumalum*, ex lapid. Capit. *Sigonius.*

5 *L. Corn. Lentulus, Cornelius Cethegus*] Vet. lib. *M. Cornelius Cethegus.* Sic enim post Livius. Sic tabulæ Capitolinæ in consulatu ejus. *Idem.*

1 *Su-*

C. Calpurnius Piſo. Piſoni juriſdictio urbana, Sulpicio Sicilia, Cethego Apulia, Lentulo Sardinia evenit.

1 *Sulpicio Gallia, Cethego Apulia*] Emendo, *Sulpicio Apulia, Cethego Sicilia.* Hic eſt enim M. Cornelius Cethegus, de quo poſt ait: *Id enim M. Cornelio mandatum, ut ubi ei videretur, urbem ea, agrumque in Sicilia aſſignaret.* & poſt: *Inter hæc difficultates M. Cornelius prætor.* Item, *Ex Sicilia exercitus eui M. Cornelius præeſſet, ubi conſul in provinciam veniſſet, dimitti juſſus.* Quibus ex locis ſatis probatur Siciliam Cornelio Cethego, non Apuliam obtigiſſe. Neque vero procedit, quod Glareanus affert, hunc eſſe *P. Cornelium Lentulum*, qui proprætor in Sicilia eſſet. Nam Sicilia per hæc tempora duplex provincia erat. Una quæ vetus provincia erat, quam P. Cornelius in prætura ſortitus fuerat, altera, qua regnum Hieronis patebat, quam poſt M. Marcellum M. hic Cornelius Cethegus obtinuit. Itaque lib. ſequente de Sulpicio, ubi loquitur, ita emendo: *C. Sulpicio, cui Apulia evenerat.* Sigonius.

Sulpic. Gallia, Cethego Apul.] Livii verba mutila & corrupta eſſe cuilibet ſequentis libri hiſtoriam diligentius legenti conſtabit. Non enim M. Cethego Apulia, ſed Sicilia evenit. Apulia autem, eodem teſte, conſulum ſors fuit, non C. Sulpicii, vel alius prætoris. At in aliis exemplaribus Gallia Sulpicio attribuitur: non minus male. Livius enim P. Sempronio Galliam protogari affirmat. Reſtat igitur peregrina ſors C. Sulpicio, licet ejus nulla fiat mentio in exemplaribus, & Apulia ſuperabundet eo loco. Corrigendum: *Piſoni juriſdictio urbana, peregrina Sulpicio, Sicilia Cethego, Lentulo Sardinia evenit.* Pighius.

Sulpicio Sicilia] Locus fractus, cui nihil à ſcriptis auxilii. Put. *Pupio Sicilia.* Pet. alter, *Piſoni juriſdictio urbana, Pupio urba Sicilia.* alter: *M. Sulpicio urbana Sicilia.* Voſſ. *urbana Suſpitio urbana Sicilia Cethego Apulia, Lentulo Sardinia evenit.* Et ſimilia monſtra alii. *J. Fr. Gron.*

Sulpicio Sicilia, Cethego Apulia] Ita quidem Livius. At vero Sigonius Sulpicio Apuliam tribuit & hic & ſeq. libri capite 1; quum tamen vel unicus ille locus ſufficere potuerit ad virum diligentiſſimum ab hac ſententia revocandum. Non modo enim Sulpicio illic dicuntur decretæ ex legiones, quas P. Cornelius Lentulus tribus ante annis prorogato ſemper imperio in Sicilia habuerat; ſed quas inſuper, quod vel ex verbis proxime præcedentibus colligere potuiſſet, ex Sicilia in Italiam reducere non licebat ante hujus belli finem. Unde additur ei etiam ſupplementum ejus generis militum, cui ſenatus eundem, quem Cannenſibus, finem ſtatuerat militiæ. Legiones P. Cornelii fuiſſe Cannenſis exercitus reliquias, eaſque *in Siciliam relegatas eſſe, ne ante finem Punici belli in Italiam reportarentur*, multis docet Livius ſupra capp. 5, 6, 7. Manſere etiam ibi & hoc & ſequentibus annis lib. 26 cap. 28 &c. Immo donec à P. Scipione in Africam tranſportarentur, ut ignominioſam illic militiam finirent 29, 24. Neque tantum Cannenſes milites, ſed & hoc ipſum ſupplementum de exercitu Cn. Fulvii prætoris, quod Sigonius Sulpicio in Apuliam decretum male exiſtimat ad 26, 1, itidem in Siciliam tam triſti conditione eſſe relegatum ſcire poterat ex cap. ſeq. & 27, 7. Ingentem ergo hunc viri magni lapſum, dum legiones Cannenſes nunc in Apuliam ad Prætorem miſſas credit, animadverteſſe reor Pighium. Circumſpectior ſane eſt quando illis Cethegum & Siciliæ præfuiſſe exiſtimat in Faſtis ad annum 542. Ut enim hic

nit. Consulibus prorogatum in annum imperium est.

ejicit Apuliam, & Cethego tribuit Siciliam, ac Sulpicio eveniſſe comminiſcitur peregrinam juriſdictionem: ſic 26, 1 legit *Cethego, cui Sicilia evenerat.* Sed ut præteream hæc omnia eum æque ac Sigonium audere ſine cauſa adverſus veterum codicum conſenſum, neque verum eſt Cethegum Cannenſem habuiſſe exercitum, ſed eum, quem Marcellus in Sicilia reliquit. Patet id ex 26,28. *Ex Sicilia*, inquit, *exercitus cui M. Cornelius* (is erat Cethegus) *præeſſet, dimitti juſſus. L. Cincio prætori ad obtinendam Siciliam Cannenſes milites dati, duarum inſtar legionum.* Eod. cap. paulo poſt dimiſſum hunc exercitum M. Claudii Marcelli fuiſſe declaratur. At quomodo igitur, dicent, evadis hinc, cum in ſequente libro ſæpius Cethegi in Sicilia, nunquam in Apulia fiat mentio, ut nec Sulpicii in Sicilia. Ego vero certum eſſe exiſtimo Sulpicio neque eveniſſe Apuliam, quam primo Cethegus, dein Conſules habuerunt, neque peregrinam juriſdictionem, quæ quoniam à Livio in hac ſortitione non exprimitur, haud dubie conjuncta fuit cum urbana, quod ſæpiſſime in hoc bello contigit, ut ſuperiore anno, 25, 3, & ſequente anno, quo tres prætores in provincias exiere, quartus haud dubie utramque juriſdictionem ſimul habuit. Sic 27, 36 *C. Hoſtilio urbana evenit, addita & peregrina.* Quin & peregrina ſors, ſicuti hic, prorſus omittitur 28, 38. 30, 1, & 27 & 40, ac alibi. Reſtat ergo, ut vulgatæ lectioni credamus obtigiſſe Sulpicio Siciliam, eam nempe, quam P. Cornelius Lentulus Prætor ante habuerat. Diviſa enim fuit in duas provincias ab anno 536 ad 546, quo P. Scipio in Africam trajecit. Anno 536 miſſus in eam P. Cornelius Prætor, & exorto bello Syracuſano M. Marcellus conſul. Hinc anno 537 *prorogata imperia provinciaque M. Claudio Sicilia finibus iis, quibus regnum Hieronis fuiſſet, Lentulo prætori provincia vetus*, ut eſt lib. 24, 44. Sic & 25, 3 de anno 538. Uterque hoc anno deceſſit, quo ſimul Siciliam obtinuere C. Sulpicius & primo Marcellus, dein, poſtquam ille Romam rediit, Cethegus. Hos exceperunt ſequenti anno L. Cincius Alimentus prætor & M. Valerius Lævinus conſul, aliique deinceps. Succeſſiſſe vero P. Cornelio C. Sulpicium conſtat ex 26, 1, ubi iſtius legiones accepiſſe dicitur, quemadmodum & L. Cornelio in Sardinia datæ ſunt, quibus Q. Mucius deceſſor ejus præfuerat. Neque ab hac ſententia dimovere quem debebat, quod nunquam deinde nominatur in Siciliæ rebus narrandis, quæ hoc anno Livium non valde occupaverunt, cum neque in ulla alia provincia vel reipubl parte ejus mentio occurrat. Immo vel ex eo ipſo certum eſt mihi, fuiſſe in vetere illa Siciliæ provincia, in qua neque ſuperioribus tribus annis ullam rem à P. Lentulo geſtam refert auctor, & quam quietam plane fuiſſe ſatis oſtendunt verba Cannenſium militum ad Marcellum 25, 6, ubi queruntur *ſe non ſolum à patria, ſed ab hoſte etiam relegatos in exilium, ubi nulla ſpes, nulla occaſio abolendæ ignominiæ ſit. Clamorem pugnantium exaudire reſides ipſos ac ſegnes, tanquam nec manus nec arma habeant.* Verumtamen major videtur eſſe difficultas in Cethegi ſorte, quæ tamen etiam facili negotio expediri poteſt. Marcello prorogatum fuit imperium in Sicilia, ut reliquias belli perficeret, 26, 1. Deceſſit tamen eodem anno *exercitum ſuccreſſori tradere juſſus*, cap. 21. Qui non alius potuit eſſe, quam Cethegus, cum is non Cannenſes milites, ſed Marcelli habuerit legiones, nec uſquam ante, ſed ſtatim poſt illum

dif-

Digitized by Google

diſceſſum legatur fuiſſe in Sicilia capp. 21, 26, 28. Sortitus quidem fuerat Apuliam, verum ſæpe permutarunt provincias, ex alia in aliam profecti. Hoc anno C. Claudius Nero primo ad Capuam fuit cum ſuis legionibus, 26, 5. Qua capta in Hiſpaniam eſt miſſus, cap. 17. Eadem tamen æſtate ſucceſſit illi in Hiſpania Silanus cap. 20, cui initio anni prorogatum fuerat imperium in Etruria cap. 1. Similiter Cethego primo evenit Apulia, ſed poſt abitum Marcelli in Siciliam eſt miſſus. Et tum Apuliam obtinuerunt conſules primum ambo, dein alter Macedoniam eſt ſortitus. Eas autem mutationes, immo & ſortitiones provinciarum, ſæpe Livius neglexit memoriæ mandare, ſatis exiſtimans, ſi eas factas eſſe ex rebus geſtis diſcere per occaſiones poſſimus. Lib. 23. capp. 21, 32 & 34 A. Cornelium Mammulam proprætorem in Sardinia invenimus, de cujus prætura & profectione in eam provinciam nullum verbum in ſuperioribus. M'. Pomponio prætori prorogatur imperium in Gallia 24, 10. Quando vero in eam ſit miſſus, an in prætura, quam biennio ante geſſerat, an poſt eam, ex Livio ignoramus. C. Lætorius cui præfuerit provinciæ, nuſpiam traditum eſt. At 27, 7 L. Veturius ab eo provinciam exercitumque accipere jubetur. M. Valerius Falto prætor ſortitur Bruttios 30, 40 & 41. Anno ſeq. dicitur 31, 8 *priore anno Campaniam habuiſſe provinciam*, quam qua de cauſa acceperit relictis Bruttiis, in Livio fruſtra quis quæret. *Jac. Perizonius.*

nit. Conſulibus prorogatum in annum imperium eſt.

ejicit Apuliam, & Cethego tribuit Siciliam, ac Sulpicio eveniſſe comminiſcitur peregrinam juriſdictionem: ſic 26, 1 legit *Cethego, cui Sicilia evenerat.* Sed ut præteream hæc omnia eum æque ac Sigonium audere ſine cauſa adverſus veterum codicum conſenſum, neque verum eſt Cethegum Cannenſem habuiſſe exercitum, ſed eum, quem Marcellus in Sicilia reliquit. Patet id ex 26,28. *Ex Sicilia*, inquit, *exercitus cui M. Cornelius* (is erat Cethegus) *præeſſet, dimitti juſſus. L. Cincio prætori ad obtinendam Siciliam Cannenſes milites dati, duarum inſtar legionum.* Eod. cap. paulo poſt dimiſſum hunc exercitum M. Claudii Marcelli fuiſſe declaratur. At quomodo igitur, dicent, evadis hinc, cum in ſequente libro ſæpius Cethegi in Sicilia, nunquam in Apulia fiat mentio, ut nec Sulpicii in Sicilia. Ego vero certum eſſe exiſtimo Sulpicio neque eveniſſe Apuliam, quam primo Cethegus, dein Conſules habuerunt, neque peregrinam juriſdictionem, quæ quoniam à Livio in hac ſortitione non exprimitur, haud dubie conjuncta fuit cum urbana, quod ſæpiſſime in hoc bello contigit, ut ſuperiore anno, 25, 3, & ſequente anno, quo tres prætores in provincias exiere, quartus haud dubie utramque juriſdictionem ſimul habuit. Sic 27, 36 *C. Hoſtilio urbana evenit, addita & peregrina.* Quin & peregrina ſors, ſicuti hic, prorſus omittitur 28, 38. 30, 1, & 27 & 40, ac alibi. Reſtat ergo, ut vulgatæ lectioni credamus obtigiſſe Sulpicio Siciliam, eam nempe, quam P. Cornelius Lentulus Prætor ante habuerat. Diviſa enim fuit in duas provincias ab anno 536 ad 546, quo P. Scipio in Africam trajecit. Anno 536 miſſus in eam P. Cornelius Prætor, & exorto bello Syracuſano M. Marcellus conſul. Hinc anno 537 *prorogata imperia provincieque M. Claudio Sicilia finibus iis, quibus regnum Hieronis fuiſſet, Lentulo propratori provincia vetus*, ut eſt lib. 24, 44. Sic & 25, 3 de anno 538. Uterque hoc anno deceſſit, quo ſimul Siciliam obtinuere C. Sulpicius & primo Marcellus, dein, poſtquam ille Romam rediit, Cethegus. Hos exceperunt ſequenti anno L. Cincius Alimentus prætor & M. Valerius Lævinus conſul, aliique deinceps. Succeſſiſſe vero P. Cornelio C. Sulpicium conſtat ex 26, 1, ubi iſtius legiones accepiſſe dicitur, quemadmodum & L. Cornelio in Sardinia datæ ſunt, quibus Q. Mucius deceſſor ejus præfuerat. Neque ab hac ſententia dimovere quem debebat, quod nunquam deinde nominatur in Siciliæ rebus narrandis, quæ hoc anno Livium non valde occupaverunt, cum neque in ulla alia provincia vel reipubl parte ejus mentio occurrat. Immo vel ex eo ipſo certum eſt mihi, fuiſſe in vetere illa Siciliæ provincia, in qua neque ſuperioribus tribus annis ullam rem à P. Lentulo geſtam refert auctor, & quam quietam plane fuiſſe ſatis oſtendunt verba Cannenſium militum ad Marcellum 25, 6, ubi queruntur *ſe non ſolum à patria, ſed ab hoſte etiam relegatos in exilium, ubi nulla ſpes, nulla occaſio abolendæ ignominiæ ſit. Clamorem pugnantium exaudire reſides ipſos ac ſegnes, tanquam nec manus nec arma habeant.* Verumtamen major videtur eſſe difficultas in Cethegi ſorte, quæ tamen etiam facili negotio expediri poteſt. Marcello prorogatum fuit imperium in Sicilia, ut reliquias belli perficeret, 26, 1. Deceſſit tamen eodem anno *exercitum ſucceſſori tradere juſſus*, cap. 21. Qui non alius potuit eſſe, quam Cethegus, cum is non Cannenſes milites, ſed Marcelli habuerit legiones, nec uſquam ante, ſed ſtatim poſt illius diſ-

diſceſſum legatur fuiſſe in Sicilia capp. 21, 26, 28. Sortitus quidem fuerat Apuliam, verum ſæpe permutarunt provincias, ex alia in aliam profecti. Hoc anno C. Claudius Nero primo ad Capuam fuit cum ſuis legionibus, 26, 5. Qua capta in Hiſpaniam eſt miſſus, cap. 17. Eadem tamen æſtate ſucceſſit illi in Hiſpania Silanus cap. 20, cui initio anni prorogatum fuerat imperium in Etruria cap. 1. Similiter Cethego primo evenit Apulia, ſed poſt abitum Marcelli in Siciliam eſt miſſus. Et tum Apuliam obtinuerunt conſules primum ambo, dein alter Macedoniam eſt ſortitus. Eas autem mutationes, immo & ſortitiones provinciarum, ſæpe Livius neglexit memoriæ mandare, ſatis exiſtimans, ſi eas factas eſſe ex rebus geſtis diſcere per occaſiones poſſimus. Lib. 23. capp. 21, 32 & 34 A. Cornelium Mammulam proprætorem in Sardinia invenimus, de cujus prætura & profectione in eam provinciam nullum verbum in ſuperioribus. M'. Pomponio prætori prorogatur imperium in Gallia 24, 10. Quando vero in eam ſit miſſus, an in prætura, quam biennio ante geſſerat, an poſt eam, ex Livio ignoramus. C. Lætorius cui præeſſet provinciæ, nuſpiam traditum eſt. At 27, 7 L. Veturius ab eo provinciam exercitumque accipere jubetur. M. Valerius Falto prætor ſortitur Bruttios 30, 40 & 41. Anno ſeq. dicitur 31, 8 *priore anno Campaniam habuiſſe provinciam*, quam qua de cauſa acceperit relictis Bruttiis, in Livio fruſtra quis quæret. *Jac. Perizonius.*

EPITOME
LIBRI XXVI.

ANnibal ad tertium ab urbe Roma lapidem ſuper Anienem caſtra poſuit. ipſe vero cum duobus millibus equitum [1] uſque ad ipſam Capenam portam, ut urbis ſitum exploraret, obequitavit. & quum per triduum in aciem utrimque exercitus omnis deſcendiſſet, certamen tempeſtas diremit: nam quum in caſtra rediiſſent, ſtatim ſerenitas erat. Capua capta eſt à Q. Fulvio, & Ap. Claudio Coss. Principes Campanorum, veneno ſibi conſciverunt mortem. Quum ſenatus Campanorum deligatus eſſet ad palos, ut ſecuri feriretur; literas à ſenatu miſſas Q. Fulvius conſul, quibus jubebatur parcere, antequam legeret, in ſinu poſuit, & lege agi juſſit, & ſupplicium peregit. Quum in comitiis apud populum quaereretur, cui mandaretur Hiſpaniarum imperium; nullo id volente ſuſcipere, P. Scipio, P. filius, qui in Hiſpania ceciderat, profeſſus eſt ſe iturum & ſuffragio populi conſenſuque omnium miſſus, Novam Carthaginem uno die expugnavit, quum ageret vigeſimum quartum annum; videreturque divina ſtirpe creatus: quoniam & ipſe poſteaquam togam acceperat, quotidie in Capitolio erat: & in cubiculo matris ejus anguis ſæpenumero videbatur. Res præterea in Sicilia geſtas continet. & amicitiam cum Ætolis junctam, bellumque geſtum adverſum Acarnanas, & Philippum Macedoniæ regem.

Cn. Ful-

1 *Uſque ad ipſam Capenam portam*] Forte id factum fuit, & affirmat Valerius Max. 3, 7, 10. *Capenam portam armis Annibale pulſante.* Vix tamen credibile eſt, Pœnum præter caſtra Fulvii & Æſquilinam portam pergere potuiſſe ad Capenam; nec id Livius concedit; adeo ut ſi epitomator quoque innuere voluerit eum ab Aniene verſus Romam propius acceſſiſſe, hauddubie etiam ſcripſerit *Collinam portam*, ut Livius cap. 10, cum quo facit Plinius 15, 20. *Porta Collina adequitans ipſe Hannibal.* Et Servius ad 8 Æn. 110. *Hannibal nunciatus eſt circa portam Collinam urbi ingruere.* Sed & ſtatim *per biduum* vult Livius cap. 11, non *triduum.* Jac. Perizonius.

1 *Q. Ful-*

CN. Fulvius Centumalus, P. Sulpicius Galba 1
conſules, quum idibus Martiis magiſtratum
iniſſent, ſenatu in Capitolium vocato, de re-
publica, de adminiſtratione belli, de provin-
ciis exercitibuſque Patres conſuluerunt. [1] Q. Fulvio, Ap-
pio Claudio prioris anni conſulibus, prorogatum impe-
rium eſt: atque exercitus, quos habebant, decreti. ad-
jectumque, ne à Capua, quam obſidebant, abſcederent,
priuſquam expugnaſſent. Ea tum cura maxime intentos
habebat Romanos: [2] non ab ira tantum, quæ in nullam
umquam civitatem juſtior fuit; quam quod urbs tam
nobilis ac potens, ſicut defectione ſua traxerat aliquot
populos, ita recepta inclinatura rurſus animos videbatur
ad veteris imperii reſpectum. Et prætoribus prioris an-
ni, M. Junio in Etruria, P. Sempronio in Gallia, cum
binis legionibus, quas habuerant, prorogatum eſt im-
perium. prorogatum & M. Marcello, [3] ut pro conſule
in Sicilia reliquias belli perficeret eo exercitu, quem ha-
beret. ſi ſupplemento opus eſſet, ſuppleret de legioni-
bus, quibus P. Cornelius proprætor in Sicilia præeſſet.
dum ne quem militem legeret ex eo numero, quibus
ſenatus miſſionem reditumque in patriam negaſſet ante
belli finem. [4] C. Sulpicio, cui Sicilia evenerat, duæ le-
giones,

1 *Q. Fulvio & Ap. Claudio prioris anni conſulibus*] Auctore Put. & melioribus dele copulam. Eſt ea ratio elegantior collegas nominandi ſine particula interjecta. *J. Fr. Gron.*

2 *Non tam ab ira*] Fere omnes: *non ab ira tantum.* Vulgo: *non tam ob iram.* Dupliciter in parva re imperiti fuerunt vulgatæ architecti. primum quod ex tot Livii locis genus illud loquendi, annotatum Lipſio, non obſervaverunt, dein quod putarunt abſurde *ni tantum* reſpondere *τὸ quam* pro *quantum.* Poſterius vindicavimus & Statii epicedio in patrem: *nec enim mihi ſidera tantum Æquoraque & terras, quam vos debere parenti.* Idem.

3 *Ut proconſul in Sicilia*] Vet. lib. *pro conſule.* Sigonius.

Proconſul in Sicilia reliquias] Put. *Ut proconſule in Sicilia reliqua belli perficeret.* J. Fr. Gron.

4 *C. Sulpicio, cui Sicilia evenerat*] Lego *Apulia*, cum ob eas rationes, quas priore libro attuli, tum quia Livius ſubdit hoc loco: *Hunc ſupplementum de exercitu Cn. Fulvii, qui priore anno in Apulia fæde cæſus, fugatuſque erat, decretum.* Sigonius.

giones, quas P. Cornelius habuiſſet, decretæ: & ſupplementum de exercitu Cn. Fulvii, qui priore anno in Apulia fœde cæſus fugatuſque erat. Huic generi militum ſenatus eundem, quem Cannenſibus, finem ſtatuerat militiæ: additum etiam utrorumque ignominiæ eſt, ne in oppidis hibernarent, neve hiberna propius ullam urbem decem millibus paſſuum ædificarent. L. Cornelio in Sardinia duæ legiones datæ, quibus Q. Mucius præfuerat. ſupplementum, ſi opus eſſet, conſules ſcribere juſſi. T. Otacilio, & M. Valerio, [1] Siciliæ Græciæque ora, cum legionibus claſſibuſque quibus præerant, decretæ. Quinquaginta Græci cum legione una, centum Siculi cum duabus legionibus habebant naves. Tribus & viginti legionibus Romanis eo anno bellum terra mari-
2 que eſt geſtum. Principio ejus anni quum de literis L. Marcii referretur, res geſtæ magnifice ſenatui viſæ: titulus honoris (quod imperio, non populi juſſu, non ex auctoritate Patrum dato, [2] *Proprætor ſenatui*, ſcripſerat) magnam partem hominum offendebat. Rem mali exempli eſſe, imperatores legi ab exercitibus: & [3] ſolenne auſpicatorum comitiorum in caſtra & provincias, procul ab legibus magiſtratibuſque ad militarem temeritatem transferri. & quum quidam referendum ad ſenatum cenſerent; melius viſum differri eam conſultationem, donec proficiſcerentur equites, qui ab Marcio literas attulerant. Reſcribi de frumento & veſtimentis exercitus placuit: eam [4] utramque rem curæ fore ſenatui. adſcribi autem, *Proprætori L. Marcio*, non placuit: ne

1 *Siciliæ Græciæque ora cum legionibus claſſibuſque, quibus præerant, decreta*] Eſt à Glareano, quamvis ante illum omnes haberent *decretæ*: id quod Putean. etiam & noſtri ſervant ſcripti. Nec mutandum eſt: intelligitur enim *provincia*. J. Fr. Gron.

2 *Proprætor ſen. ſcripſerat*] Vet. lib. *pro prætore*. Sigonius.

3 *Solenne auſpicatorum comitiorum*] Id eſt, ſolenne inſtitutum, quo comitia auſpicato habebantur. Eſt enim ſubſtantivum, ut alias. *Idem*.

4 *Utramque rem eam curæ fore ſenatui*] Tranſponunt voces Put. & Voſſ. tres Pall. *eam utramque rem curæ fore*. J. Fr. Gron.

1 Ne

[1] ne idipſum, quod conſultationi reliquerant, pro præjudicato ferret. Dimiſſis equitibus, de nulla re prius conſules retulerunt, omniumque in unum ſententiæ congruebant; agendum cum tribunis plebis eſſe: primo quoque tempore ad plebem ferrent, quem cum imperio mitti placeret in Hiſpaniam ad eum exercitum, cui Cn. Scipio imperator præfuiſſet. Ea res cum tribunis acta, promulgataque eſt. Sed aliud certamen occupaverat animos. C. Sempronius [2] Blæſus die dicta Cn. Fulvium [3] ob exercitum in Apulia amiſſum in concionibus vexabat: [4] *multos imperatores temeritate atque inſcientia exercitum in locum præcipitem perduxiſſe* dictitans: *neminem, præter Cn. Fulvium, ante corrupiſſe omnibus vitiis legiones ſuas, quam proderet. itaque vere dici poſſe; prius eos periſſe, quam viderent hoſtem: nec ab Annibale, ſed ab imperatore ſuo victos eſſe. Neminem, quum ſuffragium ineat, ſatis cernere, cui imperium, cui exercitum permittat.* [5] *Quid interfuiſſe inter Ti. Sempronium? Quum ei ſervorum exercitus datus eſſet, brevi effeciſſe diſciplina atque imperio, ut nemo eorum generis ac ſanguinis ſui* [illegible]

1 *Ne id ipſum, quod conſultationi reliquerant, pro præjudicato ferrent*] Put. Men. Voſſ. *ferret*. nempe ipſe L. Marcius. Ut *præmium ferre*. Cicero pro Quinctio: *ne per te* (Sex. Nævius) *ferat, quo minus, quæ exiſtimatio P. Quinctium uſque ad ſenectutem perduxit, eadem uſque ad regum proſequatur*. J. Fr. Gron.

2 *Bleſus*] *Blaſius*, lap. Capitol. & Græci. *Sigonius*.

3 *Ob exercitum in Ap. amiſſum*] Priore anno lib. 25. *Idem*.

4 *Multos imperatorem temeritate atque inſcitia*] Pet. Men. Voſſ. Andreas & traduces ejus cum Aldina *imperatoris*. Put. *multo imperatores*. Nimirum ab his verbis initium concionis tribuniciæ procedit, ſcribendumque: *multos imperatores temeritate atque inſcitia exercitum in locum præcipitem perduxiſſe*, dictitans: *neminem, præter Cn. Fulvium, ante corrupiſſe omnibus vitiis legiones ſuas, quam proderet*. Vides vim comparationis. Andreas quoque Romæ dedit: *temeritate atque inſcientia*: ut reſtituimus quoque lib. 22, 25. Sed in proximis jam mutatum eſt. Quid dicam? utrum non ſatis in Put. me oculis uſum? an hoc ex illo formaſſe Andream? Immo in MS. invenit: nam & habet Voſſianus. *J. Fr. Gron.*

5 *Quid interfuiſſe inter Ti. Sempronium*] Id eſt, inter Cn. Fulvium, & Ti. Sempronium: ἔλλειψις notanda. *Sigonius*.

Quid interfuiſſe inter Ti. Sempronium] Ἔλλειψιν notandam monet Sigonius. Sed unus è Pal. *Quid interfuiſſe inter hunc & Ti. Sempronium?* Scribe: *Quid interfuiſſe hunc & Ti. Sempronium?* Ut, *Hoc pater ac dominus intereſt*. J. Fr. Gronovius.

memor in acie eſſet, præſidio ſociis, hoſtibus terrori eſſent: [1] *Cumas, Beneventum, aliaſque urbes eos velut è faucibus Annibalis ereptas populo Romano reſtituiſſe. Cn. Fulvium Quiritium Romanorum exercitum, honeſte genitos, liberaliter educatos, ſervilibus vitiis imbuiſſe. ergo effeciſſe, ut feroces & inquieti inter ſocios; ignavi, & imbelles inter hoſtes eſſent, nec impetum modo Pœnorum, ſed ne clamorem quidem ſuſtinere poſſent.* [2] *Nec hercule mirum eſſe, milites in acie non ſtetiſſe, quum primus omnium imperator fugeret. magis mirari ſe, aliquos ſtantes cecidiſſe, & non omnes comites Cn. Fulvii fuiſſe pavoris ac fugæ.* [3] *C. Flaminium, L. Paullum, L. Poſtumium, Cn. ac P. Scipiones cadere in acie maluiſſe,* [4] *quam deſerere circumventos exercitus. Cn. Fulvius prope unum nuncium deleti exercitus Romam rediſſe. Facinus indignum eſſe, Cannenſem exercitum, quod ex acie fugerit, in Siciliam deportatum, ne prius inde dimittatur, quam hoſtis ex Italia deceſſerit; & hoc idem in Cn. Fulvii legionibus nuper decretum: Cn. Fulvio fugam ex prœlio, ipſius temeritate commiſſo, impunitam eſſe: & eum in ganea luſtriſque ubi juventam egerit, ſenectutem acturum:* [5] *milites, qui nihil aliud peccaverint, quam quod imperatoris ſimiles fuerint, relegatos prope in exilium, ignominioſam pati militiam. adeo imparem libertatem Romæ diti ac pauperi, honorato atque inhonorato eſſe.* Reus ab ſe culpam in milites transferebat: *Eos ferociter pugnam poſcenteis*

1 *Cum ad Beneventum eos*] Hæc de ſervis etiam à Ti. Sempronio ſervatis, ait ſupra. *Sigonius.*

Quum ad Beneventum aliaſque urbes eos velut è faucibus Annibalis ereptos reſtituiſſet,] Put. *Cumas Beneventum.* Præclare. Scribe igitur: *hoſtibus terrori eſſent. Cumas, Beneventum aliaſque urbes eos, velut è faucibus Annibalis ereptas, populo Romano reſtituiſſe. Cn. Fulvium Quiritium Romanorum exercitum* &c. Viſe ſuperius lib. 23, 35. *J. Fr. Gron.*

2 *Nec hercule mirum eſſe, milites in acie non ſtetiſſe*] Put. Pet. Voſſ. ignorant τὸ *non ſtetiſſe.* Scribe: *Nec hercule mirum eſſe, milites fugere quum primus omnium imperator fugeret.* Vel *milites non ſtare.* Idem.

3 *C. Flaminium*, &c.] Flaminius ad Traſimenum, Paulus ad Cannas, Poſtumius in Gallia, Scipiones in Hiſpania ceciderunt. *Sigonius.*

4 *Quam deſerere circumventos hoſtibus ſuos exercitus*] Idem ille unicæ auctoritatis liber repudiat τὸ *hoſtibus ſuos.* Et vero quid illis opus? *J. Fr. Gron.*

5 *Milites qui nihil aliud peccaverint, quam quod*] Suſpicor hic aliquid eſſe ſpurii, & Livium reliquiſſe: *milites qui nihil aliud quam imperatoris ſimiles fuerint.* Vide ad lib. 2, 26. *Idem.*

1 *Quid*

ſcenteis productos in aciem: non eo quo voluerint, (quia ſerum diei fuerit) ſed poſtero die & tempore & loco æquo inſtructos, ſeu famam, ſeu vim hoſtium non ſuſtinuiſſe. Quum effuſe omnes fugerent, ſe quoque turba ablatum; ut Varronem Camenſi pugna, ut multos alios imperatores. [1] *Qui autem ſolum ſe reſtantem prodeſſe reipublicæ, niſi ſi mors ſua remedio publicis cladibus futura eſſet, potuiſſe? Non ſe inopia commeatus, non in loca iniqua incaute deductum, non agmine inexplorato euntem inſidiis circumventum. vi aperta, armis, acie victum: nec ſuorum animos, nec hoſtium, in poteſtate habuiſſe. ſuum cuique ingenium audaciam aut pavorem facere.* Bis eſt accuſatus; [2] pecuniaque anquiſitum. tertio, teſtibus datis, quum præterquam quod omnibus probris onerabatur, jurati permulti dicerent, fugæ pavoriſque initium à prætore ortum: ab eo deſertos milites, quum haud vanum timorem ducis crederent, terga dediſſe; tanta ira accenſa eſt, ut capite anquirendum concio ſucclamaret. De eo quoque novum certamen ortum. nam quum tribunus bis pecunia anquiſiſſet, tertio capitis ſe anquirere diceret; [3] tribuni plebis appellati, collegæ, negarunt, ſe in mora eſſe, quo minus, quod ei more majorum permiſſum eſſet, ſeu legibus, ſeu moribus mallet, anquireret; [4] quoad vel capitis

1 *Quid autem ſolum ſe reſtantem prodeſſe reipublicæ potuiſſe*] Optimi: *Qui autem.* Dein vox ultima ignoratur libris Gallicanis omnibus. Certum habeo ſcripſiſſe Livium: *Qui autem ſolum ſe reſtantem prodeſſe reipublicæ, niſi ſi mors ſua remedio publicis cladibus futura eſſet, potuiſſe?* Vides orationem concinnam & rotundam, quum in vulgata nihil ingratius ad aures accidat repetione verbi *potuiſſe*. J.Fr.Gr.

2 *Pecuniaque anquiſitum*, &c. *cum tribun. pl. bis pecunia anquiſiſſet, tertio capitis ſe anquirere diceret*] *Anquirere pecunia*, & *anquirere capite*, eſt id quod ſupra de Poſtumio Pyrgenſi dixit: *Multam dicere, & diem rei capitalis dicere*, id eſt, ad populum ferre de multa, vel de capite alterius, ut ea populus vel accipiat, vel antiquet. In vet. lib. eſt: *capi ſe anquirere diceret*. Quod tam *capite*, quam *capitis* legi poteſt: Qui *capitis* voluerunt à ſyllaba, *ſe*, proxima decepti ſunt. *Sigonius.*

3 *Tribuni plebis appellati quum collega negarent ſe in mora eſſe*] Et hoc à correctoribus non nimis prudentibus: nam Pet. Men. Voſſ. Andreas: *appellati cum lege negarunt*. Put. *tribuni plebis appellati, conlega, negarunt, ſe in mora eſſe*. Ita legendum & diſtinguendum. Deinde incipienda periodus nova illic. *Tum Sempronius.* J.Fr.Gronovius.

4 *Quoad vel capitis, vel pecuniæ, judicaſſet privato*] *Judicare capitis vel pecuniæ,*

Digitized by Google

pitis vel pecuniæ judicaſſet privato. Tum Sempronius [1] perduellionis ſe judicare Cn. Fulvio dixit, diemque comitiis ab C. Calpurnio prætore urbis petit. Inde alia ſpes ab reo tentata eſt: [2] ſi adeſſe in judicio Q. Fulvius frater poſſet; florens tum & fama rerum geſtarum, & propinqua ſpe Capuæ potiundæ. Id quum per literas miſerabiliter pro fratris capite ſcriptas petiſſet Fulvius, negaſſentque Patres, è republica eſſe, abſcedi à Capua; [3] priuſquam dies comitiorum aderat, Cn. Fulvius exulatum Tarquinios abiit. id ei juſtum exilium eſſe, ſcivit plebs.
4 Inter hæc vis omnis belli verſa in Capuam erat. obſidebatur tamen acrius quam oppugnabatur: nec aut famem tolerare ſervitia ac plebs poterant, aut mittere nuncios ad Annibalem per cuſtodias tam arctas. [4] Inventus eſt Numida, qui, acceptis literis evaſurum ſe profeſſus, ut promiſſum præſtaret, per media Romana caſtra nocte egreſſus, ſpem accendit Campanis, dum aliquid virium ſupereſſet, ab omni parte eruptionem tentandi. Cæterum in multis certaminibus [5] equeſtria prœlia ferme proſpera faciebant: pedites ſuperabantur. ſed nequaquam tam lætum vincere, quam triſte vinci ulla parte erat, ab obſeſſo & prope expugnato hoſte. [6] Inita tandem ratio eſt, ut quod viribus deerat, arte æquaretur. ex omnibus

nia, eſt diem rei capitalis, & multam dicere, vel capitis, & pecuniæ anquirere. *Sigonius.*

1 *Perduellionis*] Genus judicii capitalis quod continetur judicio de majeſtate. Minuit enim majeſtatem populi Rom. qui exercitum ejus hoſtibus ſua culpa cædendum præbuit, & qui turpi fuga ſibi ſalutem peperit, ut poſt Q. Cæpio contra Cimbros: Cicero lib. 2 de Oratore. *Idem.*

2 *Si adeſſe judicio*] Put. *ſi adeſſe in judicio Q. Fulvius frater poſſet.* J. Fr. Gron.

3 *Priuſquam dies comitiorum*] Put. Pet. duo Pall. Voſſ. *poſtquam dies comitiorum.* Idem.

4 *Inventus eſt tandem quidam Numida*] Dele auctore Put. & Pet. *tandem quidam.* Pall. & Voſſ. *inventus eſt autem Numida quidam.* Idem.

Quidam Numida] Vet. lib. *Numida quidam.* Sigonius.

5 *Equeſtria prœlia f. proſpera faciebant*] De Campanis intelligendum eſt, qui prœlio equeſtri ſuperiores erant. *Idem.*

6 *Inita tand. ratio eſt, ut quod virib. deerat, arte aq.*] De Romanis accipiendum, qui quomodo equeſtri prœlio victores eſſe poſſent, rationem inierunt: concludit enim inde, Equi-

bus legionibus electi ſunt juvenes maxime vigore ac levitate corporum veloces, eis parmæ breviores, quam equeſtres, & ſeptena jacula quaternos longa pedes data; præfixa ferro, quale [1] haſtis velitaribus ineſt. eos ſingulos in equos ſuos accipientes equites aſſuefecerunt, & vehi poſt ſeſe, & deſilire perniciter, ubi ſignum datum eſſet. Poſtquam aſſuetudine quotidiana ſatis intrepide viſum eſt fieri, in campum, qui medius inter caſtra murumque erat, adverſus inſtructos Campanorum equites proceſſerunt. [2] ubi ad conjectum teli ventum eſt, ſigno dato velites deſiliunt. pedeſtris inde acies ex equitatu repente in hoſtium equites incurrit: jaculaque cum impetu alia ſuper alia emittunt. Quibus plurimis in equos viroſque paſſim conjectis permultos vulneraverunt. pavoris tamen plus ex re nova atque inopinata injectum eſt: & in perculſum hoſtem equites invecti, fugam ſtragemque eorum uſque ad portas fecerunt. Inde equitatu quoque [3] ſuperior Romana acies fuit. Inſtitutum, ut velites in legionibus eſſent. Auctorem peditum equiti immiſcendorum, centurionem [4] Q. Navium ferunt: honorique id ei apud imperatorem fuiſſe. Quum in hoc ſtatu ad Capuam res eſſent, [5] Annibalem diverſum, Tarentinæ arcis potiundæ Capuæque retinendæ trahebant curæ. vicit tamen reſpectus Capuæ, in quam omnium ſociorum hoſtiumque converſos videbat animos: [6] documento futuræ,

Equitatu quoque ſuperior Romana acies fuit. Frontinus libro 4 cap. 7. *Cum Romani Campanis equitibus nullo modo pares eſſent*, &c. *Sigonius.*

1 *Haſtis velitaribus ineſt*] *Haſta velitares* erant jaculatoriæ, id eſt, quibus eminus jaculabantur, proinde aliis leviores. Vide Turneb. lib. 14 Adverſ. cap. 11.

2 *Ubi ad conjectum teli*] Put. & Voſſ. *proceſſerunt. Et ubi ad.* J. Fr. Gron.

3 *Superior Romana acies*] Put. *ſuperior Romana res fuit.* Sed ut dubitem, facit, quod idem liber paullo ante: *pedeſtris inde res.* ubi vulgati, *acies.* Idem.

4 *Q. Navium*] Q. *Navium* Frontinus vocat loco citato. *Sigonius.*

5 *Annibalem in diverſum Tarentina*] Prævocabulum rejicit Put. & Voſſ. Plautus Mercatore: *prout quo pacto ego divorſus diſtrahor.* J. Fr. Gron.

6 *Documento futuræ qualemcumque eventum defectio ab Romanis habuiſſet*] Vereor ne tres voces, *defectio ab Romanis*, ab alieno ſint ingenio. Nam ſi ſenſum

turæ, qualemcunque eventum defectio ab Romanis habuiſſet. Igitur magna parte impedimentorum relicta in Bruttiis, [1] & omni graviore armatu, cum delectis peditum equitumque quam poterat aptiſſimis ad maturandum iter, in Campaniam contendit. ſecuti tamen tam raptim euntem tres & triginta elephanti. In valle occulta poſt Tifata montem imminentem Capuæ conſedit. Adveniens quum [2] caſtellum Galatiam, [3] præſidio inde vi pulſo, cepiſſet; in circumſedentes Capuam ſe vertit: præmiſſis ante nunciis Capuam, quo tempore caſtra Romana aggreſſurus eſſet, ut eodem & illi ad eruptionem parati, portis omnibus ſeſe effunderent. [4] Res nec explorata Romanis, ingentem præbuit terrorem. nam alia parte ipſe adortus eſt; alia Campani, omnes pedites equiteſque, & cum iis Punicum præſidium, cui Boſtar & Hanno præerant, erupit. Romani ut in re trepida, ne ad unam concurrendo partem aliquid indefenſi relinquerent, ita inter ſe copias partiti ſunt. Appius Claudius Campanis, Fulvius Annibali eſt oppoſitus. [5] Claudius Nero proprætor cum equitibus ſextæ legionis, via, quæ Sueſſulam fert; C. Fulvius Flaccus legatus cum ſociali

ſenſum ames, qui retineat illas, dicendum fuiſſe apparet: *qualem eventum defectio ab Romanis haberet.* J. Fr. Gron.

1 *Et omni graviore armatura*] Put. Men. Voſſ. *& omni graviore armatu.* De quo fuge dubitare. Lib. 37. *Inde Neocretes mille & eodem armatu Cares.* Ibidem: *Humor toto fere gravi armatu nihil gladios aut pila hebetabat.* Lib. 42. *Achai juventutis ſuæ Cretico maxime armatu ad mille dederunt.* Idem.

2 *Caſtellum Galatiam*] Galatia trans Vulturnum inter Capuam & Caudium. Strabo lib. 6. Livius 9, 2. Appianus 3 Civil. p. 552. Tab. Peutingeri, ubi indicia urbis in loco, *le Galazze*, non Calatia, quæ altera cis Vulturnum, hodie *Capazzo*. Camillus Peregrinus de Capua diſſ. 2, cap. 27.

3 *Præſidio inde vi pulſo*] Tè *inde* Put. Pall. Voſſ. non habent. *J. Fr. Gron.*

4 *Res nec explorata*] Eodem modo dictum eſt, quo *nec opinata*, pro *inopinata* & *inexplorata*. Sigonius.

Res nec explorata Romanis] Harum vocum nulla exſtat in Put. Voſſ. Gud. Et videntur aliena, quum egregie conſtet ſenſus: *Præmiſſis ante nunciis Capuam, quo tempore caſtra Romana aggreſſurus eſſet, ut eodem & illi ad eruptionem parati, portis omnibus ſe effunderent; ingentem præbuit terrorem.* nempe Annibal. *J. Fr. Gron.*

5 *Claudius Nero*] Vet. lib. C. Nero. Sigonius.

ciali equitatu conſtitit è regione Vulturni amnis. Prœlium non ſolito modo clamore ac tumultu eſt cœptum, [1] ſed ad alium virorum, equorum, armorumque ſonum, diſpoſita in muris Campanorum imbellis multitudo tantum cum æris crepitu, qualis in defectu lunæ ſilenti nocte cieri ſolet, edidit clamorem, ut averteret etiam pugnantium animos. [2] Campanos facile à vallo Appius arcebat. Major vis ab altera parte Fulvium, Annibal & Pœni, urgebant. legio ibi ſexta loco ceſſit, qua pulſa, cohors Hiſpanorum cum tribus elephantis uſque ad vallum pervaſit: ruperatque mediam aciem Romanorum, & in ancipiti ſpe & periculo erat, utrum in caſtra perrumperet, [3] an intercluderetur à ſuis. Quem pavorem legionis, periculumque caſtrorum Fulvius ubi vidit, Q. Navium primoreſque alios centurionum hortatur, *ut cohortem hoſtium ſub vallo pugnantem* [4] *invadant ac trucident. in ſummo diſcrimine rem verti: aut viam dandam iis eſſe, & minore conatu, quam condenſam aciem irrupiſſent, in caſtra irrupturos: aut conficiendos ſub vallo eſſe. Nec magni certaminis rem fore: paucos eſſe, & ab ſuis intercluſos;* [5] *& quæ dum paveat, Romanis interrupta acies videatur, eam ſi ſe utrimque in hoſtem*

1 *Sed alium virorum*] Put. & Voſſ. *ſed ad alium virorum, equorum, armorumque ſonum* &c. *multitudo tantum* &c. *edidit clamorem.* hoc eſt, præter alium ſonum. Lib. 23. *Ad naves viginti quinque, quibus P. Valerius Flaccus præfectus præerat, viginti paratæ aliæ decernunt.* J. Fr. Gron.

2 *Campanos facile in vallo*] Vet. lib. *à vallo.* Sigonius.

Campan. facile in vallo] Put. *à vallo.* J. Fr. Gron.

3 *An intercluderetur*] Put. Voſſ. Men. unuſque Pall. *utrum in caſtra perrumperet, an includeretur à ſuis.* Sic lib. 21, 58. *Quum jam ſpiritum includeret, nec reciprocare animum ſineret.* Hæc omnium ſcriptorum lectio, & ita legit Jovianus Pontanus ea verba citans in Dialogo, qui inſcribitur Actius. Vulgo: *intercluderet.* Similiter lib. 27, 29. *Quam circumiere qui ab tergo includerent viam.* Sic etiam fere omnes MSS. pro *intercluderent.* Quæ tamen probare differo. *Idem.*

4 *Invadant ac trucident*] Duas poſteriores voces Put. Pet. Men. Voſſ. neſciunt. *Idem.*

5 *Et qua dum paveat, Romanis interrupta acies videatur, etiam*] Obſcuritatem hujus loci, de qua queritur Glareanus, tollit Lipſius, ſcribendo *pavent*, & *eam.* Hoc quidem plane Put. & alii codices: ſed omnes *paveat.* Itaque videtur fuiſſe: *& quæ, dum paveat, Romana interrupta acies videatur, tum.* Idem.

hoſtem vertat, ancipiti pugna medios circumventuram. Navius ubi hæc imperatoris dicta accepit, ſecundi haſtati ſignum ademptum ſignifero in hoſtes infert: jacturum in medios eos minitans, ni ſe propere ſequantur milites & partem capeſſant pugnæ. Ingens corpus erat, & arma honeſtabant: & ſublatum alte ſignum converterat ad ſpectaculum cives hoſteſque. cæterum poſtquam jam ad ſigna pervenerat Hiſpanorum, tum undique in eum tragulæ conjectæ, & prope tota in unum acies verſa: ſed neque hoſtium multitudo, neque telorum vis arcere impetum
6 ejus viri potuerunt. Et M. Atilius [1] legatus primi principis ex eadem legione ſignum inferri in cohortem Hiſpanorum coëgit. Et qui caſtris præerant, [2] L. Porcius Licinus, & T. Popilius [3] legati, pro vallo acriter propugnant: elephantoſque tranſgredientes in ipſo vallo conficiunt. quorum corporibus quum oppleta eſſet foſſa, velut aggere aut ponte injecto, tranſitum hoſtibus dedit. Ibi per ſtragem jacentium elephantorum, atrox edita cædes. [4] Altera in parte caſtrorum jam impulſi erant Campani, Punicumque præſidium, & ſub ipſa porta Capuæ, [5] quæ Vulturnum fert, pugnabatur: [6] neque tam armati irrumpentibus Romanis reſiſtebant, quam quod porta baliſtis ſcorpionibuſque inſtructa, miſſilibus procul hoſtes arcebat. & ſuppreſſit impetum Romanorum

1 *Legatus primi principii*] Vet. lib. *primi pili*, ut L. Marcius centurio primi pili apud Ciceronem pro Balbo. *Sigonius.*

2 *L. Portius Licinius*] *L. Portius Licinus*, ex vet. lib. & Capit. conſulibus. *Idem.*

3 *Legati pro vallo acriter pugnant*] Put. *propugnant*. Vere & proprie, ut notatum alibi. *J. Fr. Gron.*

4 *Altera in parte caſtrorum jam pulſi erant Campani*] Put. *impulſi*. Ut *impulſa acies*, quæ retrocedit & fluctuat. Sic lib. 33. *Et primo adeo acriter invaſerunt, ut anteſignanos impulerint.* Latinus Pacatus: *At ubi impulſa acies, fronſque laxata, & fiducia in pedes verſa eſt.* Idem.

5 *Quæ ad Vulturnum fert*] Gall. & Voſſ. *tò ad* ignorant. nam & oppidum hoc nomine eſt præcedenti libro memoratum. *Idem.*

6 *Neque tam armati irrumpentibus reſiſtebant, quam quod porta*] Put. *reſiſtabant*. Forte, *reſtabant*, de quo verbo ſuperius. Expunge autem *tò quod*: non eſt enim Livii, & alieno juxta loco inculcatum, ac fuerat lib. 28, 43. Ubi vide notas. *Idem.*

Digitized by Google

rum vulnus imperatoris Appii Claudii: cui ſuos ante prima ſigna adhortanti, ſub lævo humero ſummum pectus gæſo ictum eſt. Magna tamen vis hoſtium ante portam eſt cæſa: cæteri trepidi in urbem compulſi. Et Annibal poſteaquam cohortis Hiſpanorum ſtragem vidit, ſummaque vi caſtra hoſtium defendi, omiſſa oppugnatione recipere ſigna, & [1] convertere agmen peditum, objecto à tergo equitatu, ne hoſtis inſtaret, cœpit. Legionum ardor ingens [2] ad hoſtem inſequendum fuit: ſed Flaccus receptui cani juſſit; ſatis ad utrumque profectum ratus, ut & Campani, quam haud multum in Annibale præſidii eſſet, & ipſe Annibal ſentiret. Cæſa eo die, qui hujus pugnæ auctores ſunt, octo millia hominum de Annibalis exercitu, tria ex Campanis tradunt: ſignaque Carthaginienſibus quindecim adempta, duodeviginti Campanis. [3] Apud alios nequaquam tantam molem pugnæ invenio: pluſque pavoris quam certaminis fuiſſe, quum inopinato in caſtra Romana Numidæ Hiſpanique cum elephantis irrupiſſent: elephanti per media caſtra vadentes, ſtragem tabernaculorum ingenti ſonitu ac [4] fugam abrumpentium vincula jumentorum facerent. fraudem quoque ſuper tumultum adjectam, immiſſis ab Annibale, [5] qui (habuit aliquot) gnari

1 *Convertere agmen peditum*] Vet. lib. *convertere agmen retro peditum*. Sigonius.

Convert. agm. retro peditum] Sigoniani libri *retro*. Put. Pall. Voſſ. melioreſque noſtri exeſſe jubent. *J. Fr. Gron.*

2 *Ad inſequendum fuit: ſed Flaccus receptui*] Put. excludit τὸ *ſed*. Idem.

3 *Apud alios nequaquam tantam molem pugna invenio*] Put. *inveni*: manus ſecunda inter verſus adſcripſerat *ri*, quod exſtat in duobus Pall. Voſſ. Menardi: *inveniri*. Præſtat ſequi vetuſtiſſimum. *Idem.*

4 *Fuga abrumpentium vincula jumentorum facerent*] Liber optimus & Voſſ. *fugam*. Recte: ait enim elephantos ſtragem tabernaculorum & fugam jumentorum feciſſe. *Idem.*

5 *Qui (habuit aliquot) gnari Latina lingua*] Offenſus his quoque Glareanus. Voſſ. *Hannibale qui habuit aliquem gnarum L. lingua conſulum*. Gud. & Pall. unus: *immiſſis ab Hannibale aliquibus gnaris Latina lingua, qui juberent conſulum verbis*. Prorſus ſuſpectum mihi non modo τὸ *habuit*, ſed etiam ſive τὸ *aliquot*, ſive τὸ *aliquibus*. Quis enim dubitet? Scribe: *immiſſis ab Hannibale gnaris Latina lingua*. Idem.

gnari Latinæ linguæ juberent conſulum verbis, quoniam amiſſa caſtra eſſent, pro ſe quemque militum in proximos montes fugere. ſed eam celeriter cognitam fraudem, oppreſſamque magna cæde hoſtium: elephantos igni è caſtris exactos. Hoc ultimum (utcumque initum finitumque eſt) ante deditionem Capuæ prœlium fuit. Medixtuticus, qui ſummus magiſtratus apud Campanos eſt, eo anno Seppius Leſius erat; loco obſcuro tenuique fortuna ortus. Matrem ejus quondam, pro pupillo eo procurantem familiare oſtentum, quum reſpondiſſet aruſpex, ſummum quod eſſet imperium Capuæ, perventurum ad eum puerum; nihil ad eam ſpem agnoſcentem, dixiſſe ferunt, *Ne tu perditas res Campanorum narras, ubi ſummus honos ad filium meum perveniet!* Ea ludificatio veri, & ipſa in verum vertit. nam quum fame ferroque urgerentur, nec ſpes ulla ſupereſſet, iis, qui nati in ſpem honorum erant, honores detrectantibus; Leſius querendo, deſertam ac proditam à primoribus Capuam, ſummum magiſtratum ultimus omnium Campanorum cepit. [1] Cæterum Annibal, ut nec hoſtes elici amplius ad pugnam vidit, nec per caſtra eorum perrumpi ad Capuam poſſe; ne ſuos commeatus intercluderent novi conſules; abſcedere irrito incepto, & movere à Capua ſtatuit caſtra. Multa ſecum [2] quo jam inde ire pergeret volventi, ſubiit animum impetus, caput ipſum belli Romam petendi: cujus rei ſemper cupitæ prætermiſſam occa-

1 *Ceterum Annibal, ut nec hoſtes elici amplius ad pugnam vidit &c.*] Polyb. lib. 9 ſic: Ἀννίβας δὲ συναρισμῷ τοῖς ὅλοις, λῇ τὸ μήτε προσπεσεῖν εἰς τὴν πόλιν δυνάσθαι .... τὸν Ῥωμαῖον, ἐβουλεύετο πρὸς τὴν ἐπιοῦσαν, τί χρὴ ποιεῖν. Et poſt aliquot verſus: ὑπέλαβε δὲ καθ' ἑαυτὸν ποιησάμενος τὴν πορείαν, εὐχερέστατον ὑπάρχειν τοῖς κατὰ τὴν Ῥώμην τόποις, ἕως μὲν ἂν μὴ πρὸς τὴν πόλιν ἀνύσασθαί τι τῶν χρησίμων, ἐκπλήξας τὴν προσδόξαν τὸν ἐναντίον· εἰ δὲ μὴ τοῦτο, τάχα γε πρὸς τὸ Ἄπιον ἀναγκάσειν ἢ λύειν τὴν πολιορκίαν, ἀναδύντας τῇ παρεδρεύειν βοηθεῖν, ἢ διαιρῶντας τὴν δύναμιν, διὰ χαλαγωνίσας ὑπαρξειν καὶ τοὺς βοηθοῦντας, καὶ τοὺς ἀπολειπομένους αὐτῶν. *Sigonius.*

2 *Quo jam inde ire pergeret, volventi*] Sic omnes libri. Probabile tamen eſt Mureti: *quenam inde ire pergeret.* J. Fr. Gron.

Si

occasionem post Cannensem pugnam, & alii vulgo fremebant, & ipse non dissimulabat, *necopinato pavore ac tumultu, non esse desperandum aliquam partem urbis occupari posse.* [1] *Eo si Roma in discrimine esset, Capuam extemplo omissuros, aut ambo imperatores Romanos,* [2] *aut alterum ex iis. & si divisissent copias, utrumque infirmiorem factum, aut sibi, aut Campanis bene gerendæ rei fortunam daturos esse.* [3] Una ea cura angebat, ne ubi abscessisset, extemplo dederentur Campani. [4] Numidam promptum ad omnia audenda donis perlicit, ut literis acceptis, specie transfugæ castra Romana ingressus, altera parte Capuam clam pervadat. Literæ autem erant adhortatione plenæ. *Profectionem suam, quæ salutaris illis foret, abstracturam ad defendendam Romam ab oppugnanda Capua duces atque exercitus Romanos. Ne desponderent animos: tolerando paucos dies, totam soluturos obsidionem.* Inde [5] naves in flumine Vulturno comprehensas subigi

1 *Si Roma in*] Vet. lib. *Eo si Roma in discrimine esset.* Sigonius.

2 *Aut alterum ex iis. qui si divisissent copias*] Voss. Gallic. Pall. omnes: *ex iis, & si divisissent.* J. Fr. Gron.

3 *Una ea cura angebat, ne ubi abscessisset, e. dederentur C.*] Polyb. πάνυ ἐπῆν φροντὶς, μὴ διαφθαρέντες αὐτῶν ἀπαλλαττόμενοι οἱ Καπυαῖοι, καὶ πεῖσαι δόξειαν, εἰς ἀπηλπισμένους, ἀγνώμονι πρὸς Ῥωμαίους ἐμπεσεῖν. Sigonius.

4 *Numidam donis perlicit, ut literis acceptis specie transfugæ &c.*] Polyb. γράμματα δοὺς εἰς τὴν Καπύην ἐξέπεμψε, πείσας παρὰ τῶν Λιβύων αὐτομολῆσαι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, καὶ δεῖν εἰς τὴν πόλιν, ἐφορμοῦντος ἐκεῖ τοῦ τῶν γραμμάτων ἀσφαλείας. *Idem.*

5 *Naves in flumine Vulturno comprehensas duci Casilinum, quod jam*] In veteribus libris omnibus est, *duci Gladio, quod*, pro qua voce alii *Casilinum*, alii, *Galatiam* reponendum censent. *Casilinum*, quod ad Vulturnum flumen sit, *Galatiam*, quod paulo ante de eodem Annibale Livius dixerit, *Adveniens cum Castellum Galatiam praesidio inde vi pulso cepisset, in circumsedentes Capuam se vertit.* Verum neutra lectio procedit. *Casilinum*, quod Romanorum castellum semper fuerit, non Annibalis; *Galatiam*, quod ad Vulturnum non fuerit. Itaque incerta loci lectione, probo magis Vallæ opinionem, qui legendum putavit: *duci ad id, quod*, ut castellum notet occultato nomine ejus. *Idem.*

Naves in flumine Vulturno comprehensas duci ad id] Tenuit hoc viros doctos, quia, ut ait Sigonius, in MSS. erat: *duci gladio quod jam.* Nec aliter Andreas atque Aldina. Illud quidem à Valla est, qui & citat: *duci gladio:* adhæretque ei Sigonius. Glareanus *duci Galatiam*, alii *Casilinum* reposuerunt. Sed viri τυχόντες, quibus ego libens assurgo, nulla vi ingenii aut doctrinæ absque veteris optimique libri ope ad verum penetrare potuerunt. Sic autem unicus ille Put. *comprehensas ubi gladio quod.* Hinc divinavimus: *comprehensas subigi ad id, quod jam ante.* Odi profanum initiatis conjecturam facile proba-

ſubigi ad id, quod jam ante præſidii cauſſa fecerat, caſtellum, juſſit. Quarum ubi tantam copiam eſſe, ut una nocte trajici poſſet exercitus, allatum eſt, cibariis decem dierum præparatis, deductas nocte ad fluvium legiones
8 ante lucem trajecit. Id priuſquam fieret, ita futurum compertum ex transfugis, Fulvius Flaccus ſenatui Romam quum ſcripſiſſet, varie hominum animi pro cujuſque ingenio affecti ſunt. Ut in re tam trepida, ſenatu extemplo vocato, [1] P. Cornelius, cui Aſinæ cognomen erat, omnes duces exercituſque ex tota Italia, neque Capuæ, neque ullius alterius rei memor, ad urbis præſidium revocabat. Fabius Maximus abſcedi à Capua, terrerique & circumagi ad nutus comminationeſque Annibalis, flagitioſum ducebat. *Qui ad Cannas victor, ire tamen ad urbem auſus non eſſet, eum à Capua repulſum ſpem potiundæ urbis Romæ cepiſſe? Non ad Romam obſidendam, ſed* [2] *ad Capuam liberandam obſidione, ire. Romam cum eo exercitu, qui ad urbem eſſet, Jovem fœderum ruptorum ab Annibale teſtem, Deoſque alios, defenſuros eſſe.* Has diverſas ſententias media ſententia [3] P. Valerii Flacci vicit, qui utriuſque rei memor,

bo. Virgil. 1 Georg. *qui adverſo vix flumine lembum Remigii ſubigit.* Idem lib. 6 Æneid. *Ipſe ratem conto ſubigit.* Silius 15. *ſervata Lælius hora, Quam ductor dederat ſubigenda ad mœnia claſſi.* Sic *adigi naves* Tacito 2 Annal. *dum adiguntur naves.* Et 2 Hiſt. *Claſſem è Ponto Byzantium adigi juſſit.* Et 3 Hiſt. *Lectiſſimas Liburnicarum omnemque militem Mucianus Byzantium adegerat.* Denique lib. 4. *Simul naves in adverſum amnem agebantur. Comprehenſas* autem, ut lib. 29. *Naves onerarias comprehenſa Lilybæum omnes traherentur.* Suetonius Tiberio. *Vehiculis comprehenſis, commeatibus per municipia diſpoſitis.* Caligula: *Comprehenſis ad deportandum meritorium quoque vehiculis & piſtrinenſibus jumentis.* J. Fr. Gron.

1 *P. Cornelius cui Aſinæ cogn.*] Conſul hic fuerat ann. DXXIX. *Sigonius.*

2 *Ad Capuam* &c. *ire Romam cum eo exercitu, qui ad urbem eſſet*] Nil vidi corruptius. Lege: *Ire obviam cum eo exercitu* &c. *Tan. Faber.*

Ad Capuam liberandam obſidione, ire Romam &c.] Put. & utique meliores: *ad Capua liberandam obſidionem.* Sic lib. 36 in Lamiæ obſeſſæ hiſtoria: *Haud dubium, quin, ſi prius Heraclea capta foret, Romanis ſe potius, quam ſibi dedituri eſſent, ſuamque gratiam conſul in obſidione liberanda facturus eſſet.* Diſtingue etiam: *ad Capua liberandam obſidionem ire. Romam cum eo exercitu qui ad urbem eſſet, Jovem fœderum ruptorum ab Hannibale teſtem deoſque alios defenſuros eſſe.* J. Fr. Gron.

3 *P. Valerii Flacci*] Conſul fuerat ann. DXXIV. *Sigonius.*

1 Se-

mor, imperatoribus, qui ad Capuam eſſent, ſcribendum cenſuit, *Quid ad urbem præſidii eſſet. quantas autem Annibal copias duceret, aut quanto exercitu ad Capuam obſidendam opus eſſet, ipſos ſcire. Si & Romam è ducibus alter, & exercitus pars mitti poſſet, ut ab reliquo & duce & exercitu Capua recte obſideretur; inter ſe compararent Claudius Fulviuſque, utri obſidenda Capua, utri ad prohibendam obſidione patriam, Romam veniundum eſſet.* Hoc ſenatuſconſulto Capuam perlato, Q. Fulvius proconſul, cui, collega ex vulnére ægro, eundum Romam erat; è tribus exercitibus milite electo, ad quindecim millia peditum, mille equites, Vulturnum traducit. inde quum Annibalem Latina via iturum ſatis comperiſſet, ipſe per Appiæ municipia, quæque propter eam viam ſunt, [1] Setiam, Coram, Lanuvium præmiſit, ut commeatus paratos & in urbibus haberent, & ex agris deviis in viam proferrent: præſidiaque in urbes contraherent, ut ſua cuique reſpublica in manu eſſet. Annibal 9
quo die Vulturnum eſt tranſgreſſus, haud procul à flumine caſtra poſuit. Poſtero die præter Cales in agrum Sidicinum pervenit. ibi diem unum populando moratus, [2] per Sueſſulam Allifanumque & Caſinatem agrum via Latina ducit. ſub Caſinum biduo ſtativa habita & paſſim populationes factæ. Inde, præter [3] Interamnam Aquinumque, in Fregellanum agrum ad Lirim fluvium ventum. ubi interciſum pontem à Fregellanis morandi itineris cauſſa invenit. Et Fulvium Vulturnus tenuerat

amnis,

1 *Setiam, Soram, Lavinium præmiſit*] Hæc oppida nunc *Municipia* dicuntur, at ſupra *Coloniæ* nominatæ ſunt; ſic Cicero in Piſonem, Placentiam coloniam vocat municipium. *Sigonius.*

2 *Per Sueſſulam, Alifanumque & Caſinatem agrum via Latina ducit*] Polybius per Samnitium agrum profectum eſſe Annibalem ait. *Aliſe* autem & *Caſinum* Samnitium ſunt: at *Sueſſula* Campaniæ, ut ſupra diximus. Porro autem legendum puto, *per Sueſſulanum, Aliſanumque & Caſinatem agrum.* Idem.

Per Sueſſulam Allifanumque] Quid? ille, qui jam in Sidicinum agrum pervenerat, per Sueſſulam, oppidum longe retro inter Capuam & Nolam ſitum, Alifanum petiit agrum? Corrigo *per Sueſſanum Venafranumque* &c. *Philippus Cluverius.*

3 *Interamnam, Nequinumque*] *Aquinumque* ex vet. lib. *Sigonius.*

amnis, navibus ab Annibale incensis, rates ad trajiciendum exercitum in magna inopia materiæ ægre comparantem. trajecto ratibus exercitu, reliquum Fulvio expeditum iter, non per urbes modo, sed circa viam expositis benigne commeatibus, erat: alacresque milites alius alium, ut adderet gradum memor ad defendendam ire patriam, hortabantur. [1] Romam Fregellanus nuncius, diem noctemque itinere continuato, ingentem attulit terrorem, tumultuosius, quam allatum erat, [2] cursus hominum affingentium vana auditis, totam urbem conciverat. ploratus mulierum non ex privatis solum domibus exaudiebatur: sed undique [3] matronæ in publicum effusæ circa Deum delubra discurrunt, crinibus passis aras verrentes, nixæ genibus, supinas manus ad cœlum ac Deos tendentes, oranteque, ut urbem Romanam è manibus hostium eriperent: matresque Romanas & liberos parvos inviolatos servarent. Senatus magistratibus in foro præsto est, si quid consulere velint. Alii accipiunt imperia, discedunteque ad suas quisque officiorum partes: alii offerunt se si quo usus operæ sit. præsidia in arce,

1 *Romam Fregellanus nuntius diem noctemque*] Put. evidenter, *Fregellanus nustius.* Quid dicemus? erraviſſe librarium, an nomen eſſe humilis cujuſdam hominis Italici? *C. Mustii* meminit Cicero lib. 1 in Verrem: recurrit idem nomen in Inſcriptionibus: inque iiſdem & nummis *Rustios* invenias. *L. Nostium* lib. 13 Famil. 46. *J. Fr. Gron.*

2 *Cursus hominum adfingentium vana auditis totam urbem conciverat*] Put. reg. Men. Voſſ. Andreas: *cursu.* Dein Put. Men. duo Pall. Voſſ. cum editione Campani: *totam urbem concitiat.* Unus Pal. Andreas, *concitat.* Salmaſius: *conciuat.* quod eſt *concibat.* Lib. 5. *Matronarum, quas ex domo conciverat publicus pavor.* Lib. 2. *Cursus clamorque vocantium ad arma haud multum a pavore capta urbis abesse.* Quid ſi *inconciliat,* id eſt, turbat, verbo Plautino Moſtell. 3, 1. *Ne inconciliare quid nos porro postules.* Trinummo 1, 2. *Inconciliastin' eum, qui mandatus est tibi.* Idem.

3 *Matronæ circa deum delubra discurrunt, crinib. passis aras verr.*] Hunc eſſe mulierum Romanarum morem ſcribit Polybius: αἱ γυναῖκες περιπορεύόμεναι τοὺς ναοὺς, ἱκέτιδον τοῦ θεοῦ τὰς πλησίον τοῖς κόμαις τὰ ἔδαφη ἰδέαν. τοῦτο γὰρ αὐταῖς ἴδιον δοκεῖ πιεῖν, ὅταν τις ὀλοφυρὰς τὴν πατρίδα καταλαμβάνῃ κίνδυνος. *Sigonius.*

Crinibus passis] Eſt Put. & non niſi optimorum. Plures, quidam etiam alias boni, ſed recentiores, *spargis.* Unde de hac varia lectione frequenter etiam in poëtis aliiſque ſcriptoribus occurrenti, judicium facere licet. *J. Fr. Gron.*

1 *Al-*

arce, in Capitolio, in muris, circa urbem, in monte etiam [1] Albano atque arce Æſulana ponuntur. Inter hunc tumultum Q. Fulvium proconſulem profectum cum exercitu à Capua affertur: [2] cui ne minueretur imperium, ſi in urbem veniſſet, [3] decernit ſenatus, ut Q. Fulvio par cum conſulibus imperium eſſet. Annibal infeſtius perpopulato agro Fregellano propter interciſos pontes, per Fruſinatem Ferentinatemque & Anagninum agrum in Labicanum venit. inde Algido Tuſculum petiit: nec receptus mœnibus, [4] infra Tuſculum dextrorſus Gabios deſcendit. [5] inde in Pupiniam exercitu demiſſo, octo millia paſſuum ab Roma poſuit caſtra. Quo propius hoſtis accedebat, eo major cædes fiebat fugientium; præcedentibus Numidis: pluresque omnium generum atque ætatum capiebantur. In hoc tumultu Fulvius Flaccus porta Capena cum exercitu Romam ingreſſus, media urbe per Carinas Æſquilias contendit. inde egreſſus, inter Æſquilinam Collinamque portam poſuit caſtra. Ædiles plebis commeatum eo comportarunt. Conſules ſenatuſque in caſtra venerunt. [6] ibi de ſumma repu-

1 *Albano atque arce Tuſculana*] Sic primus apud me Venetus anni 1498. Scripti & Andreas & Tarvisinus Lucas Porrus: *arce eſulana*. Optimi: *arce Aeſulana*. Quod ſpernendum haud fuit. Erat enim jugis Tibur inter & Prænestе adſurgens Æſula, commemorata & Horatio 3, 28. *Ne ſemper udum Tibur & Æſulæ Declive contempleris arvum*. J. Fr. Gron.

2 *Cui ne min. imper. ſi in urb. veniſſet*] In urbe enim pro conſule nemo habebat imperium, ſed ad urbem. *Sigonius*.

3 *Decrevit ſenatus, ut Q. Fulvio*] Meliores, *decernit*. J. Fr. Gron.

4 *Infra Tuſculum dextrorſum*] Scripti, *dextrorſus*. Idem.

5 *Inde in Pupiniam exercitu demiſſo*] Meminit hujus agri Varro de lingua Latina: Valerius Maximus lib. 4 cap. 4 cum ait, *M. Atilium Regulum agellum in Pupinia habuiſſe*. Et Livius lib. 9. *In agro Pupinienſi ad famam hoſtium conſedit*. Eſt autem nomen *tribus*, per quam tum venit Annibal; ut lib. 33. *Conſul per tribum Sappiniam in Boios venit*. Hoc adſcripſi, quia Glareanus hujus agri mentionem à nemine fieri ait: qua de re ante dictum eſt. *Sigonius*.

6 *Ibi de ſumma reipublica conſultatum*] Put. Pet. Voſſ. & meliores alii, *de ſumma republica*. Sic Cicero lib. 1 ad Atticum: *Rogatus ego ſententiam, multa dixi de ſumma republica*. Pro Plancio: *Ut etiam ſumma reſpublica mihi domi fuerit gerenda, & urbs in urbe ſervanda*. Cælius ad Ciceronem ep. 14. *De ſumma republica ſæpe tibi ſcripſi*. Salluſtius ad Cæſarem: *Quin accipe tu ea, quæ dicam de ſumma republica*. Sic

republica consultatum. Placuit consulibus circa portas Collinam Æsquilinamque ponere castra. C. Calpurnium prætorem urbanum Capitolio atque arci præesse: & senatum frequentem in foro contineri, si quid in tam subitis rebus consulto opus esset. Inter hæc [1] Annibal ad Anienem fluvium, tria millia passuum ab urbe castra admovit. ibi, stativis positis, ipse cum duobus millibus equi-

in omnibus fuisse scriptis testis Garrio. Plautus Mercatore: *Nam si istuc jus est, senecta ætate scortari senes, Ubi loci res summa nostra est publica?* Nolter lib. 42. *Cujus imperio consilioque summam rempublicam tuendam permiserunt.* Suetonius Julio: *Marcellus edicto præfatus, de summa se republica acturum.* Neque ego ignoro, quæ habet Zinzerlingus cap. 48 Promulsidos. Sed certe nec genus illud loquendi, nec quæ de eo Cujacius 12 Observat. 32 reprehendenda sunt. Quid enim dicet ad Virgilii illud; *Quo res summa loco, Panthu?* Sed neque illud corrigendum 1 Catilin. 5. *Non est sæpius in uno homine salus summa periclitanda reipublicæ.* Nam sane quam eleganter dictum est: *summa salus reipublicæ*, pro universa, pro eo, quod maxime reipublicæ saluti sit. In Cæcilium: *Nulla salus reipub. major est, quam eos, qui alterum accusant, non minus de laude, de honore, de fama sua pertimescere.* Lib. 1 in Verr. *Neque enim salus ulla reip. major hoc tempore reperiri potest.* Talia sunt lib. 1 ad Att. *Me existimes humanitate prohibitum, ne contra amici summam existimationem miserrimo ejus tempore venirem.* id est, ubi universa ejus existimatio agebatur, in discrimen veniebat. Idem lib. 1 de Officiis: *Adeo summa erat observatio in bello movendo.* id est, adeo omne genus intentionis observationisque adhibebatur. Cæsar lib. 1 de Civili bello: *Pompeius enim rescripserat, sese rem in summum periculum deducturum non esse.* Auctor lib. 8 de Gall. *Exploratum haberet, sub tempus æstivorum nullum summum bellum posse constari.* Denique vix est, ut non omnibus, quos attingit hac occasione, locis Ciceronis erraverit: & scribendum sit istis, *ad summam rempublicam, de summa republica, summa respublica:* tantum abest ut in Eumenio corrigendum sit. Quin apud eundem de restaurandis Scholis cap. 5 etiam legendum: *Inter illas imperatorias dispositiones longe majoribus summa reipublica gubernanda provisionibus occupatas.* Ubi vulgo editur, *summis.* Hoc addam, putare me in illâ prima locutione, in plerisque certe, dividendum ni *respublica*, non ponendum una voce, aut si cui id displiceat, quasi divisis vocibus accipi. Nam *res summa* est, in qua cardo caussæ vertitur, eaque & privatorum, mea, tua, amici, nempe quod maxime illorum refert; & publica, in qua nempe status imperii vel civitatis in discrimen venit. Cato lib. 7 Orig. *Multa me dehortata sunt hunc prodire, anni, ætas, vox, vires, senectus: verum enimvero, quum tantam rempublicam agier arbitrarer.* Plautus Truculento: *Tibi mea consilia summa semper credidi.* Et superius: *Apud hunc mea hera consilia summa loquitur libere.* Sic *summam rem causamque*, Cicero lib. 1 in Verrem, Plinius eleganter lib. 18, 28. *In hoc temporis intervallo res summa vitium agitur, decretorio nivis sidere illo, quod Caniculam appellavimus.* J. Fr. Gron.

1 *Annibal ad Anienem fl. tr. m. p. ab u. castra admovit*] Polyb. Ἀννίβας δὲ τὸν Ἀνιένα ποταμὸν, ἢ συνέβαινε ὧδε μὰ πλεῖον τριάκοντα σταδίων ἀπέχειν τῆς Ῥώμης. Sigonius.

1 *Ad*

equitum [1]à porta Collina uſque ad Herculis templum eſt progreſſus: atque unde proxime poterat, mœnia ſitumque urbis obequitans contemplabatur. Id eum tam licenter atque otioſe facere, Flacco indignum viſum eſt. itaque immiſit equites, ſubmoverique atque in caſtra redigi hoſtium equitatum juſſit. Quum commiſſum prœlium eſſet, conſules transfugas Numidarum, qui tum in Aventino ad mille & ducentos erant, media urbe tranſire Æſquilias juſſerunt: nullos aptiores, inter convalles tectaque hortorum & ſepulchra aut cavas undique vias, ad pugnandum futuros rati. quos quum ex arce Capitolioque [2]clivo publico in equis decurrentes quidam vidiſſent; captum Aventinum conclamaverunt. Ea res tantum tumultum ac fugam præbuit, ut niſi caſtra Punica extra urbem fuiſſent, effuſura ſe omnis pavida multitudo fuerit. tunc in domos atque in tecta refugiebant: vagoſque in viis ſuos pro hoſtibus lapidibus teliſque inceſſebant. Nec comprimi tumultus aperirique error poterat, refertis itineribus agreſtium turba pecorumque, quæ repentinus pavor in urbem compulerat. Equeſtre prœlium ſecundum fuit, ſummotique hoſtes ſunt: & quia multis locis comprimendi tumultus erant, qui temere oriebantur; placuit, omnes qui dictatores, conſules, cenſoreſve fuiſſent, cum imperio eſſe, donec receſſiſſet à muris hoſtis. Et dici quod reliquum fuit, & nocte inſequenti, multi temere excitati tumultus ſunt, compreſſique. Poſtero die tranſgreſſus Anienem Anni- 11
bal, in aciem omnes copias eduxit: nec Flaccus conſuleſque certamen detrectavere. Inſtructis utrimque exercitibus in ejus pugnæ caſum, in qua urbs Roma victori

præ-

1 *Ad portam Collinam uſque ad H. t.*] Vet. lib. *à porta Collina uſque ad.* Sigon. *A porta Collina*] Sic MSS. non *ad portam Collinam*: & ſic edere juſſit paterna manus; ut jam poſitio hujus templi Herculis non tam certa ſit, quam putatur vulgo. *Jac. Gron.*

2 *Clivo publico*] Unus Gud. *publicio*. Vide ad 27, 37 & Donatum de urbe Roma lib. 2 cap. 11. *Idem.*

præmium esset; imber ingens grandine mixtus ita utramque aciem turbavit, ut vix armis retentis in castra sese receperint: nullius rei minore quam hostium metu. Et postero die eodem loco acies instructas eadem tempestas diremit. ubi recepissent se in castra, mira serenitas cum tranquillitate oriebatur. In religionem ea res apud Pœnos versa est: auditaque vox Annibalis fertur, *Potiundæ sibi urbis Romæ, modo mentem non dari, modo fortunam.* Minuere etiam spem ejus & [1] aliæ parva magnaque res: magna illa, quod quum ipse ad mœnia urbis Romæ armatus sederet, milites sub vexillis in supplementum Hispaniæ profectos audivit: parva autem, quod per eos dies cum forte agrum, in quo ipse castra haberet, venisse, nihil ob id deminuto pretio, cognitum ex quodam captivo est. Id vero adeo superbum atque indignum visum, ejus soli, quod ipse bello captum possideret haberetque, inventum Romæ emptorem; ut extemplo vocato præcone, tabernas argentarias, quæ circa forum Romanum tunc essent, jusserit venire. His motus [2] ad Tutiam fluvium castra retulit, sex millia passuum ab urbe. inde [3] ad lucum Feroniæ pergit ire; templum ea tempestate inclitum divitiis. [4] Capenates aliqui accolæ ejus erant; primitias

1 *Aliæ parva magnaque res*] Vet. lib. *aliæ magnæ, parvæque res.* Sigon.

Aliæ parva magnaque res] Put. *magnaques.* Scribe: ut erat in regio & inter versus Vossiani: *aliæ parva magnaque res.* Singulas enim mox enarrat. *J. Fr. Gron.*

2 *Ad Turiam fl. castra retulit sex mill. pass. ab urbe*] Quid sit, *Turia fluvius sex millia passuum ab urbe* distans, merito mihi quærere Glareanus videtur: neque enim ejusmodi nominis flumen apud quemquam extat. In vet. libris legitur *Tutiam*, & recte: meminit enim Silius ubi de hoc Annibalis itinere loquitur. *Sigonius.*

3 *Ad lucum Feroniæ templum inclytum*] De oppido Feroniæ deque Feroniæ deæ templo sic Strabo lib. 5. ἐστὶ δ' ὑποβεβλημένη τῇ Φιδήναι πόλις ὄρει, ὁμώνυμον Φερωνίας ἱερὸν ἔχουσα πολυτελῶς κεκοσμημένον ἀναθήμασι· τὸ δὲ ὄρος ἐστὶ τῆς Δεκουίνου, ἧς τιμᾶται ἐκεῖ μάλιστα ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων &c. Idem.

4 *Capenates aliqui accolæ ejus erant*] Sic libro 27. *In agro Capenate ad lucum Feroniæ.* Idem.

Capenates aliqui accolæ ejus erant] Put. *alique accolæ.* Forsan: *aliique qui accolæ ejus erant.* etsi brevius hæc potuissent dici. Cluverius & alia molitur, miratus injuria lucum dici *templum.* Posses & cogitare. *Falisciique accolæ, primitias frugum.* Lib. 27, 4. *Et in agro Capenati*

mitias frugum eo, donaque alia pro copia portantes, multo auro argentoque id exornatum habebant. His omnibus donis tum ſpoliatum templum. æris acervi, quum rudera milites religione inducti jacerent, poſt profectionem Annibalis magni inventi. Hujus populatio templi haud dubia inter ſcriptores eſt. [1] Cœlius, Romam euntem ab Ereto divertiſſe eo Annibalem tradit: iterque ejus ab Reate, Cutiliiſque, & ab Amiterno orditur ex Campania in Samnium: inde in Pelignos perveniſſe. præterque oppidum Sulmonem in Marrucinos tranſiſſe: inde Albenſi agro in Marſos, hinc Amitermum, Foruloſque vicum veniſſe. Neque ibi error eſt, quod tanti exercitus veſtigia intra tam brevis ævi memoriam potuerint confundi. iſſe enim ea conſtat. Tantum id intereſt; veneritne eo itinere ad urbem, an ab urbe in Campaniam redierit. Cæterum non quantum pertinaciæ ad premendam obſidione Capuam Romanis fuit, tantum ad defendendam Annibali. namque [2] ex Lucanis in Bruttium agrum; ad fretum vero ac Rhegium eo curſu contendit, ut prope repentino adventu incautos oppreſſerit. Capua etſi [3] nihil ſegnius obſeſſa per eos dies fuerat, tamen 12

penate ad Lucum Feroniæ, quatuor ſigna ſudaſſe. J. Fr. Gron.

1 *Cœlius Romam euntem ab Ereto divertiſſe eo Annibalem tradit, iterque ejus ab --- Amiterno orditur --- & hinc Amiternum F. vi. veniſſe*] Miratur Glareanus, quomodo Cœlius orditur iter Annibalis ab *Amiterno*, cum eundem addat, *Amiternum* tandem, *Foruloſque vicum veniſſe*. Magna quidem quæſtio, atque difficilis hæc videatur, niſi Liviana verba attente legantur. Eſt enim hæc ſententia: Cœlius orditur Annibalis iter à Reate, Cutilis & Amiterno. Si quis autem quærat, quanam à Capua Amiternum idem venerit, reſpondet, altius iter ejus repetendo: Ex Campania in Samnium, inde in Pelignos, poſt in Marrucinos, poſtremo in Marſos, atque inde Amiternum, Foruloſque veniſſe. Strabo autem libro 5 Sabinos uſque ad Veſtinos pertendit, urbeſque eorum nominat Νομεντον, Αμίτερνον, Γαβιήνην, Ρεάτην, Καπιτωλίας, Φορυλλας, Κύρεν, Ῥήτιον. Ex quo apparet nullam eſſe in verbis auctoris, quam ille arguit inconſtantiam. *Sigonius.*

2 *Ex Lucanis in Bruttium &c. ad Rhegium vero eo curſu contendit, ut prope r. a. incautos oppreſſerit*] Polyb. ποιησάμενος τὴν πορείαν διὰ τῆς Δαυνίας, καὶ τῆς Βρεττίας, ἐπέπεσε τοῖς περὶ τὸ Ῥήγιον τόποις ἀνυπόπτως· ὥστε παρ' ὀλίγον μὲν καὶ τῆς πόλεως κυριεῦσαι. *Idem.*

3 *Nihil ſegnius obſeſſa*] Male ita editiones plurimæ. Scribe ex aliis & MS.

men adventum Flacci ſenſit. & admiratio orta eſt, non ſimul regreſſum Annibalem. Inde per colloquia intelle-xerunt, relictos ſe deſertoſque, & ſpem Capuæ retinendæ deploratam apud Pœnos eſſe. Acceſſit edictum proconſulis ex ſenatuſconſulto propoſitum, vulgatumque apud hoſtes: ut qui civis Campanus ante certam diem tranſiſſet, ſine fraude eſſet. nec ulla facta eſt tranſitio; metu magis eos, quam fide continente: quia majora in defectione deliquerant, quam quibus ignoſci poſſet. Cæterum quemadmodum nemo privato conſilio ad hoſtem tranſibat, [1] ita nihil ſalutare in medium conſulebatur. Nobilitas rempublicam deſeruerat, neque in ſenatum cogi poterat. in magiſtratu autem erat, qui non ſibi honorem adjeciſſet, ſed indignitate ſua vim ac jus magiſtratui, quem gerebat, dempſiſſet. Jam ne in foro quidem, aut publico loco, principum quiſquam apparebat: domibus incluſi patriæ occaſum cum ſuo exitio indies exſpectabant. ſumma curæ omnis in Boſtarem Hannonemque præfectos præſidii Punici verſa erat; ſuo, non ſociorum periculo ſollicitos. Hi conſcriptis ad Annibalem literis, non libere modo, ſed etiam aſpere, quibus, *non Capuam ſolum traditam in manum hoſtibus, ſed ſe quoque & præſidium in omnes cruciatus proditos*, incuſabant: *abiiſſe eum in Bruttios, velut avertentem ſeſe, ne Capua in oculis ejus caperetur. at hercule Romanos ne oppugnatione quidem urbis Romanæ abſtrahi ab Capua obſidenda potuiſſe. tanto conſtantiorem inimicum Romanum, quam amicum Pœnum eſſe. Si redeat Capuam,*

MS. Cantabr. *nihilo ſegnius.* 2.47. *Nihilo ſegnius in altero cornu conſul pugnam ciebat.* 35, 9. *Quum pergeret nihilo ſegnius referre.* 32, 22. *Inter magiſtratus gentu certamen nihilo ſegnius.* Et ſic Lipſium in Epiſtol. Quæſt. citare video. *Jac. Gron.*

1 *Ita nihil ſalutare in medium conſulebatur*] Put. *conſitebatur.* Men. *conſiſtebatur.* Pet. *conſiſtebat.* Reg. *conſituebatur.* Rutilius Lupus lib. 1. *Eſflagitabat, ut ſenatus haberetur, & prout tempus poſtulabat, celeriter, quod opus eſſet, conſtitueretur.* Lib. 2. *Vobis quod æquiſſimum videatur, ut conſituatis, permitto.* Buſlid. *conſciſcebatur.* Quod monebat Rubenius ferri poſſe, ut lib. 1. *Senatuſque po. R. Quiritium cenſuit, conſenſit, conſcivit.* Voſſ. *conſiſcebatur.* J. Fr. Gron.

2 *Quum*

puam, bellumque omne eo vertat; & ſe, & Campanos paratos eruptioni fore. Non cum Rheginis neque Tarentinis bellum geſturos tranſiſſe Alpes. ubi Romanæ legiones ſint, ibi & Carthaginienſium exercitus debere eſſe. Sic ad Cannas, ſic ad Traſimenum rem bene geſtam; coëundo, conferendo cum hoſte caſtra, fortunam tentando. In hanc ſententiam literæ conſcriptæ Numidis propoſita mercede jam profeſſis operam, dantur. Hi ſpecie transfugarum [1] quum ad Flaccum in caſtra veniſſent, ut inde tempore capto abirent, fameſque, [2] quæ tam diu Capuæ erat, nulli non probabilem cauſſam tranſitionis faceret, mulier repente Campana in caſtra venit, ſcortum transfugarum unius: indicatque imperatori Romano, Numidas fraude compoſita tranſiſſe, literaſque ad Annibalem ferre. id unum ex iis, qui ſibi rem aperuiſſet, [3] arguere ſeſe paratam eſſe. Productus primo ſatis conſtanter ignorare ſe mulierem ſimulabat: paulatim dein convictus veris, quum tormenta poſci & parari videret; faſſus id ita eſſe. literæque prolatæ: & additum etiam indicio, quod celabatur; & alios ſpecie transfugarum Numidas vagari in caſtris Romanis. hi ſupra ſeptuaginta comprehenſi, & cum transfugis novis multati virgis, manibuſque præciſis, Capuam rediguntur. Conſpectum tam triſte ſupplicium fregit animos Campanorum. Concurſus ad curiam populi factus, coëgit Leſium ſena- 13
tum vocare: & primoribus, qui jam diu publicis conſiliis aberant, propalam minabantur, niſi venirent in ſenatum, circa domos eorum ituros ſe, & in publicum omnes vi extracturos eſſe. Is timor frequentem ſenatum

ma-

1 *Quum ad Flaccum in caſtra veniſſent, ut inde tempore captato abirent*] Put. *capto.* Virgilius 11 Æneidos: *Telum ex inſidiis cum tandem tempore capto Conjicit.* Lib. 3, 9. *Inſidiatum eum & tempore capto adortum rempublicam.* Ubi fruſtra hæret Glareanus. Lib. 33. *Tollere Brachyllam principem fautorum regis ſtatuerunt, & tempore ad eam rem capto, cum in publico epulatus.* Forſan & ita leg. lib. 35, 19. *Purgare ſeſe tempore capto.* Ubi editur *apto.* J. Fr. Gron.

2 *Quæ tam diu*] Malim, *jamdiu.* Sigonius.

3 *Arguere ſeſe paratam*] Dele *ſeſe.* Tan. Faber.

1 *Vibius*

magiſtratui præbuit. Ibi quum cæteri de legatis mittendis ad imperatores Romanos agerent; [1] Vibius Virius, qui defectionis ab Romanis auctor fuerat, interrogatus ſententiam, negat, *eos qui de legatis, & de pace ac deditione loquantur, meminiſſe, nec quid facturi fuerint, ſi Romanos in poteſtate habuiſſent: nec quid ipſis patiendum ſit. Quid vos*, inquit, *eam deditionem fore cenſetis, qua quondam, ut adverſus Samnites auxilium impetraremus, nos noſtraque omnia Romanis dedidimus? Jam è memoria exceſſit, quo tempore, & in qua fortuna à populo Romano defecerimus? jam quemadmodum in defectione præſidium, quod poterat emitti, [2] per cruciatum & ad contumeliam, nẽcarimus? quoties in obſidenteis, quam inimice eruperimus, caſtra oppugnarimus? Annibalem vocaverimus ad opprimendos eos; hoc quod recentiſſimum eſt, ad oppugnandam Romam hinc eum miſerimus? Age contra, quæ illi infeſte in nos fecerint, repetite: ut ex eo quid ſperetis habeatis. Quum hoſtis alienigena in Italia eſſet, & Annibal hoſtis, & cuncta bello arderent, omiſſis omnibus, omiſſo ipſo Annibale, ambo conſules & duo conſulares exercitus ad Capuam oppugnandam miſerunt. Alterum annum circumvallatos incluſoſque nos fame macerant; & ipſi nobiſcum [3] ultima pericula ac graviſſimos labores perpeſſi: circa vallum ac foſſas ſæpe trucidati, & prope ad extremum caſtris exuti. Sed omitto hæc. vetus atque uſitata res eſt, in oppugnanda hoſtium urbe labores ac pericula pati. illud iræ atque odii execrabilis indicium eſt. Annibal ingentibus copiis peditum equitumque, caſtra oppugnavit, & ex parte cepit: tanto periculo nihil moti ſunt ab obſidione. Profectus trans Vulturnum, peruſſit Calenum agrum: nihil tanta ſociorum clade avocati ſunt. Ad ipſam urbem Romam infeſta ſigna ferri juſſit. eam quoque tempeſtatem imminentem ſpreverunt. Tranſgreſſus Anienem, tria millia paſſuum ab urbe caſtra poſuit: poſtremo ad mœnia ipſa & ad*

1 *Vibius Virius*] *Vibus Virius*. ut ante. *Sigonius*.

2 *Per cruciatum & ad contumeliam necaverimus*] Put. *necarimus*. Et mox: *Caſtra oppugnarimus*. Alludit Voſſ. qui *necaremus, oppugnaremus*. J. Fr. Gron.

3 *Ultima pericula graviſſimos labores*] Put. *ac graviſſimos*. Idem.

Digitized by Google

ad portas acceſſit. Romam ſe adempturum eis, [1] niſi omittentem Capuam, oſtendit. non omiſerunt. Feras beſtias cæco impetu ac rabie concitatas, ſi ad cubilia & catulos earum ire pergas; ad opem ſuis ferendam avertas. Romanos Roma circumſeſſa, conjuges, liberi, quorum [2] ploratus hinc quoque prope exaudiebantur, aræ, foci, Deum delubra, ſepulchra majorum temerata ac violata, à Capua non averterunt. tanta aviditas ſupplicii expetendi, tanta ſanguinis noſtri hauriendi eſt ſitis. Nec injuria forſitan. nos quoque idem feciſſemus, ſi data fortuna eſſet. Itaque quando aliter Diis immortalibus viſum eſt, quum mortem ne recuſare quidem debeam; cruciatus contumeliaſque quas ſperat hoſtis, dum liber, dum mei potens ſum, effugere morte præterquam honeſta, etiam leni poſſum. Non videbo Ap. Claudium & Q. Fulvium, victoria inſolenti ſubnixos, neque vinctus per urbem Romanam triumphi ſpectaculum trahar, ut deinde in carcere, aut ad palum deligatus, lacerato virgis tergo, cervicem ſecuri Romanæ ſubjiciam: nec dirui incendique patriam videbo: nec rapi ad ſtuprum matres Campanas, virgineſque, & ingenuos pueros. Albam, unde ipſi oriundi erant, à fundamentis proruerunt, [3] ne ſtirpis, ne memoria originum ſuarum extaret: nedum eos Capuæ parſuros credam, cui infeſtiores quam Carthagini ſunt. Itaque quibus veſtrum ante fato cedere, [4] quam hæc tot tam acerba videant, in animo eſt; iis apud me hodie epulæ inſtructæ parataque ſunt. Satiatis vino ciboque poculum idem, quod mihi datum fuerit, circumferetur: ea potio corpus ab cruciatu, animum à contumeliis, oculos, aures, à videndis audiendiſque omnibus acerbis indigniſque, quæ manent victos, vindicabit. parati erunt, qui magno rogo in propatulo ædium accenſo corpora ex-

1 *Niſi omitterent Capuam, oſtendit. & non omiſerunt*] Put. ignorat copulativam. *J. Fr. Gron.*

2 *Ploratus hic quoque*] Vet. lib. *hinc quoque*. Sigonius.

Ploratus hinc quoque prope exaudiebantur] Libri meliores exigunt *to quoque*. J. Fr. Gron.

3 *Ne ſtirpis, ne memoria*] Vet. lib. *ne ſtirps*. Sigonius.

Ne ſtirpis, ne memoria originum ſuarum exſtaret] Buſlid. & vett. editiones ab Romana ad Frobenianam, *ſtirps*. J. Fr. Gron.

4 *Quam hæc tot & tam acerba*] Optimi: *tot tam acerba*. Et alibi, quoque maluiſſe Livium oſtendimus. *Idem.*

exanima injiciant. Hæc una via & honeſta & libera ad mortem. & ipſi virtutem mirabuntur hoſtes, & Annibal fortes ſocios ſciet ab ſe deſertos ac proditos eſſe. [1] Hanc orationem Virii plures audierunt cum aſſenſu, quam forti animo id quod probabant, exſequi potuerunt. Major pars ſenatus, multis ſæpe bellis expertam populi Romani clementiam haud diffidentes ſibi quoque placabilem fore, legatos ad dedendam Romanis Capuam decreverunt, miſeruntque. Vibium Virium ſeptem & viginti ferme ſenatores domum ſecuti ſunt, epulatique cum eo. &, quantum facere potuerant, alienatis mentibus vino ab imminentis ſenſu mali, venenum omnes ſumpſerunt: inde miſſo convivio, dextris inter ſe datis, ultimoque complexu, collacrimantes ſuum patriæque caſum, alii ut eodem rogo cremarentur, manſerunt: alii domos digreſſi ſunt. Impletæ cibis vinoque venæ, minus efficacem in maturanda morte vim veneni fecerunt. itaque noctem totam plerique eorum, & dici inſequentis partem quum animam egiſſent; omnes tamen, priuſquam aperirentur hoſtibus portæ, exſpirarunt. Poſtero die porta Jovis, quæ adverſus caſtra Romana erat, juſſu proconſulis aperta eſt. ea intromiſſa legio una & [2] duæ alæ, cum C. Fulvio legato. Is quum omnium primum arma telaque quæ Capuæ erant, ad ſe conferenda curaſſet; cuſtodiis ad omnes portas diſpoſitis, ne quis exire aut emitti poſſet, præſidium Punicum comprehendit, Senatum Campanum ire in caſtra ad imperatores Romanos juſſit. [3] quo quum veniſſent, extemplo his omnibus catenæ injectæ, juſſique ad quæſtores deferre quod auri argentique haberent.

1 *Hanc orationem viri plures audierunt*] Scrib. *Virii*. J. Fr. Gron.

2 *Duæ alæ cum C. Fulvio legato*] Voſſ. Gud. Mureti: *cum C. Flaminio Fulvii legato*. Et ſane *C. Flaminium* Quæſtorem Scipionis proconſulis in Hiſpania habes cap. 49. Sed cap. 33 habes *M. Atilium* & *C. Fulvium* Flacci, ut Appii Q. Minucium & L. Veturium legatos. Itaque admittere nondum poſſum. *Idem.*

3 *Quo cum veniſſent*] Vet. lib. *veniſſet*: præceſſit autem ſenatus. *Sigonius.*

berent. [1] auri pondo ſeptuaginta fuit; argenti tria millia pondo, & ducenta. ſenatores quinque & viginti Cales in cuſtodiam, duodetriginta Teanum miſſi: quorum de ſententia maxime deſcitum ab Romanis conſtabat. De ſupplicio Campani ſenatus haudquaquam inter Fulvium Claudiumque conveniebat. Facilis impetrandæ veniæ Claudius, [2] Fulvii durior ſententia erat. Itaque Appius Romam ad ſenatum arbitrium ejus rei totum rejiciebat: percunctandi etiam æquum eſſe poteſtatem fieri Patribus, num communicaſſent conſilia cum aliquibus ſociorum Latini nominis municipiorum: & num ope eorum in bello [3] forent, & municipiorum adjuti. *Id vero minime committendum eſſe*, Fulvius dicere, *ut ſollicitarentur criminibus dubiis ſociorum fidelium animi: & ſubjicerentur indicibus, queis neque quid facerent, neque quid dicerent, quicquam unquam penſi fuiſſet. itaque ſe eam quæſtionem oppreſſurum extincturumque.* Ab hoc ſermone quum digreſſi eſſent, & Appius quamvis ferociter loquentem collegam, non dubitaret tamen literas ſuper tanta re ab Roma exſpectaturum: Fulvius ne id ipſum impedimentum incepto foret, dimittens prætorium, tribunis militum [4] ac præfectis ſocium imperavit, uti duobus millibus equitum delectis denunciarent, ut ad tertiam buccinam præſto eſſent. Cum hoc equitatu nocte Teanum profectus, prima luce portam intravit, atque in forum perrexit: concurſuque ad primum equitum ingreſſum facto, magiſtratum Sidicinum citari juſſit: imperavitque, ut produce-

1 *Auri pondo ſeptuaginta*] Immaniter augent Put. regiuſque: *auri pondo ∞ ∞ ſeptuaginta fuit; argenti triginta millia pondo & ∞ ducenta.* J. Fr. Gron.

2 *Fulvii durior ſententia erat*] Put. reg. *Fulvio.* Idem.

3 *Forent & municipiorum*] Put. *in bello forentdadmunicipiorum.* Regius, Men. Voſſ. *forent & ad municipiorum.* Unde ſuſpicor ante eandem vocem loco propinquo ſuperius excidiſſe particulam, ſcribendumque: *num communicaſſent conſilia cum aliquibus* (Put. & Voſſ. *aliquis*) *ſociorum Latini nominis & municipiorum: & num ope eorum in bello forent & municipiorum adjuti.* Idem.

4 *Ac præfectis ſociorum*] Put. & reg. *tribunis militum ac præfectis ſocium.* Idem.

duceret Campanos, quos in cuſtodia haberet. Productí omnes, virgiſque cæſi, ac ſecuri percuſſi. Inde citato equo Cales percurrit: ubi quum in tribunali conſediſſet, productique Campani deligarentur ad palum, eques citus ab Roma venit, [1] literaſque à C. Calpurnio prætore Fulvio & ſenatuſconſultum tradidit. murmur ab tribunali totam concionem pervaſit, differri rem integram ad Patres de Campanis. & Fulvius id ita eſſe ratus, acceptas literas neque reſolutas quum in gremio repoſuiſſet, præconi imperavit, ut lictorem lege agere juberet. Ita de iis quoque qui Calibus erant, ſumptum ſupplicium. Tum literæ lectæ ſenatuſque conſultum, ſerum ad impediendam rem actam: quæ ſumma ope approperata erat, ne impediri poſſet. Conſurgentem jam Fulvium Taurea Jubellius Campanus per mediam vadens urbem turbamque, nomine inclamavit: & quum mirabundus, [2] quidnam ſeſe vellet, reſediſſet Flaccus, *Me quoque*, inquit, *jube occidi, ut gloriari poſſis, multo fortiorem quam ipſe es, virum*

1 *Literaſque à C. Calpurnio populoque Rom. Fulvio cum reddidiſſet*] Voces, *populoque Rom.* mendoſiſſimæ ſunt, neque enim literas à populo Rom. accepit Fulvius, ſed à ſenatu potius, immo vero ne à ſenatu quidem ſed à C. Calpurnio prætore, qui ſenatuſconſultum miſit. Itaque haud dubie legendum eſt, *C. Calpurnio prætore.* Erroris cauſam attulit, quod iiſdem literis *prator* & *populus Rom.* ſcribuntur ita: *P. R. P R.* ſic paulo poſt ait: *Referente Calpurnio prætore ſenatus decrevit.* Sigonius.

Literaſque à C. Calpurn. populoque Rom. Fulvio quum tradidiſſet] Ita legebatur ante Sigonium, ſatis inepte: itaque repoſuit ille: *literaſque à C. Calpurnio prætore Fulvio quum tradidiſſet.* Sed Pet. Men. Voſſ. & Florentini aliquot: *à C. Calpurnio populoque Romano Fulvio contradit.* Alius Etruſcus: *literaſque à C. Calpurnio prætore Fulvio tradit.* Alius; *à C. Calpurnio populo R. Fulvio eſt cum tradit.* Regius & Pal. *Calphurnio prætore Fulvio contradit.* Ita vitiarunt optimam ſcripturam antiquiſſimi Put. qui plane: *eques citus ab Roma venit, literaſque à C. Calpurnio prætore Fulvio & S. C. tradit. Murmur ab tribunali totam concionem pervaſit, differri rem integram ad Patres de Campanis.* Hæc pro captu ſuo in ſequioris ævi libris corruperunt notarii. Explicatur poſt paucos verſus: *Tum literæ lectæ ſenatuſque conſultum.* J. Fr. Gron.

2 *Quidnam ſeſe vellet, reſediſſet Flaccus*] Vet. lib. *& cum mirabundus quidnam ſeſe vellet, inquireret, reſidens Flaccus.* Sigonius.

Quidnam ſeſe vellet, inquireret, reſidens] Tò *inquireret*, Put. & reg. non habent: ita autem concipiunt verba: *& quum mirabundus, quidnam ſeſe vellet, reſediſſet Flaccus.* Quod omnino Livii eſt, & Sigonius improvide mutavit. J. Fr. Gron.

1 *Ab*

tam [1] abs te occisum esse. Quum Flaccus negaret *profecto satis compotem mentis esse : modo prohiberi etiam se, si id vellet, Senatusconsulto*, diceret; tum Jubellius, *Quandoquidem*, inquit, *capta patria propinquis amicisque amissis, quum ipse manu mea conjugem liberosque interfecerim, ne quid indigni paterentur; mihi ne mortis quidem copia eadem est, quæ his civibus meis; petatur à virtute invisæ hujus vitæ vindicta.* atque ita gladio, quem veste texerat, per adversum pectus transfixus, ante pedes imperatoris moribundus procubuit. Quia & quod ad supplicium attinet Campanorum, & 16
pleraque alia, de Flacci unius sententia acta erant; mortuum Appium Claudium sub deditionem Capuæ quidam tradunt. hunc quoque ipsum Tauream neque sua sponte venisse Cales, neque sua manu interfectum: sed dum inter cæteros ad palum deligatur, quia parum inter strepitus exaudiri possent quæ vociferabatur, silentium fieri Flaccum jussisse: tum Tauream illa quæ ante memorata sunt, dixisse, virum se fortissimum ab nequaquam pari ad virtutem occidi. Sub hæc dicta, jussu proconsulis præconem ita pronunciasse: *Lictor, viro forti adde virgas, & in eum primum lege age.* Lectum quoque senatusconsultum, priusquam securi feriret, quidam auctores sunt. sed quia adscriptum in senatusconsulto fuerit, *si ei videretur, integram rem ad senatum rejiceret*, interpretatum esse, quid magis è republ. duceret, æstimationem sibi permissam. Capuam à Calibus reditum est, Atellaque & Calatia in deditionem acceptæ. ibi quoque in eos qui capita rerum erant, animadversum. [2] Ita ad octoginta principes senatus interfecti; trecenti ferme nobiles Campani in carcerem conditi: alii per sociorum Latini nominis urbes in custodias dati, variis casibus interierunt: multitudo alia civium Campanorum venundata. De urbe agroque reliqua consultatio fuit; qui-

1 *Ab te occisum*] Scripti: *abs te occisum esse.* J. Fr. Gron.

2 *Ita ad octoginta principes*] Gallicani & Voss. LXX. *Idem.*

[1] quibuſdam delendam cenſentibus, urbem prævalidam, propinquam, inimicam. Cæterum præſens utilitas vicit. nam propter agrum, quem omni fertilitate terræ ſatis conſtabat primum in Italia eſſe, urbs ſervata eſt, ut eſſet aliqua aratorum ſedes. urbi frequentandæ multitudo incolarum libertinorumque & inſtitorum opificumque retenta: ager omnis & tecta publica populi Romani facta. Cæterum habitari tantum, tanquam urbem, Capuam, frequentarique placuit: corpus nullum civitatis, nec ſenatus, nec plebis concilium, nec magiſtratus eſſe. ſine conſilio publico, ſine imperio multitudinem, nullius rei inter ſe ſociam, ad conſenſum inhabilem fore. [2] præfectum ad jura reddenda ab Roma quotannis miſſuros. Ita ad Capuam res compoſitæ conſilio ab omni parte laudabili. ſevere & celeriter in maxime noxios animadverſum: multitudo civium diſſipata in nullam ſpem reditus: non ſævitum incendiis ruiniſque in tecta innoxia, muroſque: & cum emolumento quæſita etiam apud ſocios lenitatis ſpecies incolumitate urbis nobiliſſimæ opulentiſſimæque, cujus ruinis omnis Campania, omnes qui Campaniam circa accolunt, populi ingemuiſſent: confeſſio expreſſa hoſti, quanta vis in Romanis ad expetendas pœnas ab infidelibus ſociis, & quam nihil in Annibale auxilii ad receptos in fidem tuendos eſſet.

1 *Quibuſdam delendam cenſentibus*] In Put. eſt, *ſeſcentibus*. An fuit, *ſciſcentibus*. Neque enim plebis tantum eſt *ſciſcere*. Lib. 1. *Puro pioque duello quærendas cenſeo, itaque conſentio conſciſcoque*. J. Fr. Gron.

2 *Præfectum ad jura reddenda ab Roma quotannis miſſuros*] De Capuæ loquitur præfectura. Fuiſſe autem Italica oppida alia colonias, alia municipia, alia præfecturas, ſatis conſtat. De Præfecturis autem ſic Feſtus: *Præfectura ea appellantur in Italia, in quibus & jus dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam earum reſp. neque tamen magiſtratus ſuos habebant, in quas legibus præfecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent, quarum duo fuerunt genera: alterum, in quas ſolebant ire præfecti quatuor* VI. VIR. *qui populi ſuffragio creati erant, in hac oppida Capuam, Cumas, Caſilinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Sueſſulam, Atellam, Calatiam: alterum, quos prætor urbanus quotannis in quæque loca mittebat legibus, ut Fundos, Formias, Cære, Venafrum, Aliſas, Privernum, Anagniam, Fruſinonem, Reate, Saturniam, Nurſiam, Arpinum, aliaque complura*. Sigonius.

1 Re-

eſſet. [1]Romani Patres perfuncti, quod ad Capuam at- 17
tinebat, cura, [2]Claudio Neroni ex iis duabus legionibus, quas ad Capuam habuerat, ſex millia peditum, & trecentos equites, quos ipſe legiſſet, & ſocium Latini nominis peditum numerum parem, & octingentos equites decernunt. eum exercitum Puteolis in naves impoſitum Nero in Hiſpaniam tranſportavit. Quum Tarraconem navibus veniſſet, expoſitiſque ibi copiis, & navibus ſubductis, ſocios quoque navales multitudinis augendæ cauſſa armaſſet; profectus ad Iberum flumen, exercitum ab T. Fonteio & L. Marcio accepit. inde pergit ad hoſtes ire. Aſdrubal Amilcaris ad Lapides atros caſtra habebat in Auſetanis. is locus eſt inter oppida [3]Illiturgim & Mentiſſam. [4]Hujus ſaltus fauces Nero occupavit. Aſdrubal ne in arcto res eſſet, caduceatorem miſit, qui promitteret, ſi inde miſſus foret, ſe omnem exercitum ex Hiſpania deportaturum. Quam rem quum læto animo Romanus accepiſſet, diem poſterum Aſdrubal collo-

1 *Romani proconſules perfuncti*] Merito ſuſpectus Pighio locus, qui tamen fruſtra tentat: *Roma proconſulibus perfunctis*, & *decernuntur*. Unus Pal. *pratores*: Alter, Put. omneſque Gallicani, Voſſ. *Romani patres perfuncti*. Nec dubita ſic refingere: nam quod de illis effertur; ſenatus erat, non proconſulum videlicet. *Claudio Neroni ſex millia peditum & trecentos equites, & ſocium Latini nominis peditum numerum parem & octingentos equites*, in Hiſpaniam portandos, *decernunt*. Correctores deceperunt interpoſita verba; *perfuncti*, *quod ad Capuam attinebat, cura*. Quaſi non æque illa cura ad Patres quam ad proconſules pertinuiſſet, aut victa captaque Capua non æque ſenatus quam Appius & Fulvius ea cura eſſent liberati. *J. Fr. Gron.*

2 *Claudio Neroni*] Vet. lib. *C. Neroni*, ut ante. *Sigonius.*

3 *Illiturgim*] Scribe, *Illiturgi*. Numerat enim Priſcianus *Illiturgi* inter nomina neutra quæ deſinunt in *i*, & ſunt aptota. *Idem.*

4 *Hujus ſaltus fauces Nero occupavit. Aſdrubal ne in arcto res eſſet*] Put. Pet. melior, optimus Etruſcus, Men. *Hujus ſaltus fauces Nero in arte res eſſet caduceatorem*. Media deſunt, & neſcio quid centonis ſimile habent ab librario paullo doctiore adſuti. Modeſtius alius in regio, ſed æque corrupte. *Nero obſiderat. inarto res eſſet*. Voſſianus & Buſlid. *Hujus ſaltus fauces Nerone in arcto res eſſet*. Fractus omnino videtur locus. Vide an clementius ſit: *Hujus ſaltus fauces Nero quum arcte ſepſiſſet, caduceatorem miſit*. Nam Pœni nomen ſine ulla obſcuritate intelligitur ex membro præcedenti. Superius hoc libro: *per cuſtodias tam arctas*. Rubenius: *Nerone inſidente, cum in arcto res eſſet*. J.Fr.Gronovius.

colloquio petivit, ut Romani leges conſcriberent de tradendis arcibus urbium, dieque ſtatuenda, ad quam præſidia deducerentur, ſuaque omnia ſine fraude Pœni deportarent. Quod ubi impetravit, extemplo primis tenebris, atque inde tota nocte, quod graviſſimum exercitus erat, Aſdrubal quacumque poſſet, evadere è ſaltu juſſit. data ſedulo opera eſt, ne multi ea nocte exirent, [1] ut ipſa paucitas, cum ad hoſtem ſilentio fallendum aptior, tum ad evadendum per arctas ſemitas ac difficiles eſſet. Ventum inſequenti die ad colloquium eſt: ſed loquendo plura ſcribendoque, dedita opera, quæ in rem non eſſent, die conſumpto, in poſterum dilatum eſt. Addita inſequens nox ſpatium dedit & alios emittendi: nec poſtero die res finem invenit. ita aliquot dies diſceptando palam de legibus, nocteſque, emittendis clam è caſtris Carthaginienſibus, abſumptæ, & poſteaquam major pars emiſſa exercitus erat, jam ne iis quidem quæ ultro dicta erant, ſtabatur: minuſque ac minus (cum timore ſimul fide decreſcente) conveniebat. Jam ferme pedeſtres omnes copiæ evaſerant è ſaltu: quum prima luce denſa nebula ſaltum omnem [2] campoſque circa intexit. quod ubi ſenſit Aſdrubal, mittit ad Neronem, qui in poſterum diem colloquium differret. illum diem religioſum Carthaginienſibus ad agendum [3] quicquam rei feriæ eſſe. Ne tum quidem ſuſpecta fraus. quum data eſſet venia ejus diei, extemplo Aſdrubal cum equitatu elephantiſque caſtris egreſſus, ſine ullo tumultu in tutum evaſit. Hora ferme quarta [4] diſpulſa ſole nebula aperuit diem, vacuaque

1 *Ut ipſa paucitas, tum ad hoſtem.* Meliores: *cum ad hoſtem.* J. Fr. Gron.

2 *Campoſque circa intexuit*] Rectius ſcripti, *intexit.* Idem.

3 *Quidquam rei feriatum*] Jam probavimus; *illum diem religioſum Carthaginienſibus ad agendum quidquam rei feriæ eſſe.* Lib. 3. *Vetat quemquam privata quidquam rei agere.* Deſiderius Heraldus ad Arnobium de vitio ſuſpicabatur. eoque vocem, *feriatum*, ut interpretem *religioſum* delebat. Sed libris ſcriptis erat opus. *Idem.*

4 *Depulſa ſole nebula*] Meliores, *diſpulſa.* Idem.

Digitized by Google

que hoſtium caſtra conſpexerunt Romani. Tum demum Claudius Punicam fraudem agnoſcens, ut ſe dolo captum ſenſit, proficiſcentem inſtitit ſequi, paratus confligere acie: ſed hoſtis detrectabat pugnam, [1] levia tamen prœlia inter extremum Punicum agmen præcurſoreſque Romanorum fiebant. Inter hæc Hiſpaniæ popu- 18
li, nec qui poſt cladem acceptam defecerant, redibant ad Romanos, nec ulli novi deficiebant. Et Romæ ſenatui populoque, poſt receptam Capuam, non Italiæ jam major quam Hiſpaniæ cura erat: & exercitum augeri & imperatorem mitti placebat. nec tamen quem mitterent, ſatis conſtabat: [2] quam illud, ubi duo ſummi imperatores intra dies triginta cecidiſſent, qui in locum duorum ſuccederet, extraordinaria cura deligendum eſſe. Quum alii alium nominarent; poſtremum eo decurſum eſt, ut populus proconſuli creando in Hiſpaniam comitia haberet: diemque comitiis conſules edixerunt. Primo exſpectaverant, ut qui ſe tanto imperio dignos crederent, nomina profiterentur. quæ ut deſtituta exſpectatio eſt; redintegratus luctus acceptæ cladis, deſideriumque imperatorum amiſſorum. Mœſta itaque civitas prope inops conſilii, comitiorum die tamen in campum deſcendit: atque in magiſtratus verſi circumſpectant ora principum, aliorum alios intuentium, fremuntque, adeo perditas res, deſperatumque de republica eſſe, ut nemo audeat in Hiſpaniam imperium accipere. [3] Quum ſubito P. Cor-

1 *Levia tamen prælia inter extremum*] Muretus, *levia tantum*. J. Fr. Gron.

2 *Quoniam illuc, ubi duo ſummi*] Omnes Gallicani, & Voſſianus, *quam illud*: & deinde: *deligendum eſſe*, non *deligendus eſſet*. Scilicet pendet infinita oratio a verbo *conſtabat*, & integra eſt ſcripta lectio: *nec tamen, quem mitterent ſatis conſtabat, quam illud, ubi duo ſummi imperatores intra dies triginta cecidiſſent, qui in locum duorum ſuccederet, extraordinaria cura deligendum eſſe.* Ait non tam certum fuiſſe, cui eam provinciam darent, quam erat certum non vulgari viro non vulgare munus injungendum eſſe. Subauditur *tam*, & alibi a Livio factum. Plautus Men. *Ut abſente hero rem heri diligenter tuetur, quam ſi ipſe adſit.* Vel ſi mavis, pro *tamen* ſcribe *tam*. Idem.

3 *Quum ſubito P. Cornelius, illius qui in Hiſpania ceciderat filius*] Pur. regiuſque abiegant τὸ *illius*. Suſpi-

P. Cornelius, Publii qui in Hiſpania ceciderat filius, quatuor & viginti ferme annos natus, profeſſus ſe petere, in ſuperiore unde conſpici poſſet loco conſtitit. In quem poſtquam omnium ora converſa ſunt, clamore ac favore ominati extemplo ſunt felix fauſtumque imperium. ' juſſi deinde inire confuſum ſuffragium, ad unum omnes non centuriæ modo, ſed etiam homines,

eor excidiſſe prænomen: *P. Cornelius Publii, qui in Hiſpania ceciderat, filius.* quod, ut adſolet, unica litera notatum erat, eoque facilius omittebatur. Sic idem vulgatis vel editorum vel operarum incuria excidit ſtatim: *omnes non centuria modo, ſed etiam homines P. Scipioni imperium eſſe in Hiſpania juſſerunt.* Sic legend. ex MSS. nam recentiores vulgatæ omittunt *Publii*, omnes *in Hiſpaniam* mendoſe habent. Ut & paullo ante: *ut nemo audeat imperium in Hiſpaniam accipere.* Imperium populus Romanus imperatoribus ſuis non dabat in provincias, ſed in exercitus in provinciis. *J. Fr. Gron.* Etiam ab Cantabrig. ignoratur τὸ *illius.* Et abunde mollem opem præmiſſam vides. An tamen potius ſuſpicari licebit ſcriptum fuiſſe primo, *Publius Corn. ejus qui*, ut poſtea librarii integrum τὸ *Cornelius* exhibentes neglexerint voculam *ejus*? 29, 14. *P. Scipionem Cn. filium, ejus qui in Hiſpania ceciderat.* Jac. Gron.

1 *Juſſi deinde inire ſuffragium*] Vet. lib. *inire confiſum ſuffragium*, quod quid ſit, quærendum eſt. Quod ait: *omnes centuria:* mallem *Curia*, quia curiatis comitiis imperium mandabatur, non centuriatis. *Sigonius.*

Juſſi deinde inire ſuffragium] Libri veteres omnes: *inire confiſum*, aut *confuſum ſuffragium.* Quod videtur ferri non poſſe, quia, priuſquam inirent ſuffragium, jubebantur diſcedere, ne confuſi eſſent. Aſconius in Cornelianam: *Hu peractis, cum id ſolum ſupereſt, ut populus ſuffragium ferat, jubet unumquemque is, qui fert legem, diſcedere. Quod verbum non hoc ſignificat, quod in communi conſuetudine eſt, ut de eo loco, ubi lex fertur, ſed in ſuam quiſque tribum diſcedat, in qua eſt ſuffragium laturus. populus enim confuſus, ut ſemper alias, ita & in concione.* Itaque Aldo primum omiſſum video: ſecutos Juntam & Frobenium. Una vetus *confeſtim.* Sigonius quid ſit, jubet quæri. Senſu ſimile eſt apud Quintilianum decl. 12. *Uno quodam conſenſu, non ætatibus ſpectatis, non honoribus, pariter retulimus, probavimus, decrevimus, pedibus, manibus ivimus in ſententiam neceſſitatis, nec nos ordo officii moratus eſt.* Sic *per Saturam ædilem factum* dicit Lucilius lib. 1 Satir. *Confuſum ſuffragium* putare poſſis eſſe comitiorum non centuriatorum. Cic. lib. 3 de Legibus: *Deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad ſuffragium conſilii, quam fuſe in tribus convocatus.* Aut ſi in ipſis centuriatis genera hominum non ſatis diſcernerentur. Pro Muræna: *Confuſionem ſuffragiorum flagitaſti, prorogationem legis Manilia, æquationem gratiæ, dignitatis, ſuffragiorum.* Sic legem à C. Graccho promulgatam auctor eſt Salluſtius in poſteriore de Republ. *Ut ex confuſis quinque claſſibus ſorte centuriæ vocarentur, ut ita coæquata dignitate, pecunia, virtute anteire alius alium properaret.* Sane proconſulum horum tributa erant comitia non centuriata. A qua lege ſolum excipit Scipionem Sigonius, de Lege curiata: ac hic legit, *Omnes non modo curiæ.* Sed lex curiata ferebatur

nes, [1] P. Scipioni imperium esse in Hispania jussérunt. Cæterum post rem actam, [2] ut jam resederat impetus animorum ardorque, silentium subito ortum & tacita cogitatio, quidnam egissent novi, quod favor plus valuisset, quam ratio; ætatis maxime pœnitebat: quidam fortunam etiam domus horrebant, nomenque, ex funestis duabus familiis in eas provincias, ubi inter sepulchra patris patruique res gerendæ essent, proficiscentis. Quam ubi ab re tanto impetu acta sollicitudinem [3] cu- 19
ramque hominum animadvertit; advocata concione, ita de ætate sua imperioque mandato & bello quod gerundum esset, magno, elatoque animo disseruit; [4] ut ardorem eum qui resederat, excitaret rursus, novaretque: & impleret homines certioris spei, quam quantam fides promissi humani, aut ratio ex fiducia rerum subjicere solet. Fuit enim Scipio, non veris tantum virtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam ab juventa in ostentationem earum compositus: pleraque apud multitudinem, aut per nocturnas visa species, [5] aut velut divinitus, mente monita, agens: sive & ipse capti quadam superbatur de imperio magistratuum. Quid si & hujus tributa fuisse comitia dicamus? Cur ergo centurias hic & infra cap. 41 appellat? Nimirum ut *tribus* alibi pro centuriis, ita hic *centurias* pro tribubus posuit. Sic infra *centuriam Veturiam* appellat, quod tamen tribus nomen est. Illud: *quidnam egissent novi, quod favor*: formandum esse: *quidnam egissent? num favor plus valuisset quam ratio? Ætatis maxime*: ostendimus 4 Observat. 11. *J. Fr. Gron.*

1 *P. Scipioni imperium esse in Hispaniam jusser.*] Egregie: non enim magistratus mandatus est Scipioni, cum pro consule missus est, sed imperium, ut post etiam dicam. *Sigonius.*

2 *Ut jam residerant impetus*] Vet. lib. *resederat*. Idem.

3 *Curamque hominum animadvertit*] Oportet hoc loco conniviſſe eos, qui scriptos vetustos codices inspexerunt; adeo credere non possum uni Cantabrigiensi relictam fuisse restitutionem Livianæ manus. Habet enim *animam advertit*, quod mutandum in *animum advertit*. Vide omnino 24, 48. *Jac. Gron.*

4 *Ut ardorem eum, qui residerat*] Vet. lib. *resederat*. Sigonius.

Ut ardorem eum, qui resederat, excitaret rursus innovaretque] Put. & reg. *novaretque*. Lib. 8. *Novato clamore signa inferuntur*. Vide ad Senecam 4 de Benef. 27. *J. Fr. Gron.*

5 *Aut velut divinitus mente monita agens*] Optimi Gall. & Flor. *mentem monita*. Sed rectius in vulgata utrumque auferendi casu accipies. *Idem.*

perſtitione animi, ſive ut imperia conſiliaque velut ſorte oraculi miſſa, [1] ſine cunctatione aſſequeretur. Ad hoc jam inde ab initio præparans animos, ex quo togam virilem ſumpſit, [2] nullo die prius ullam publicam privatamque rem egit, [3] quam in Capitolium iret, ingreſſuſque ædem conſideret: [4] & plerumque tempus ſolus in ſecreto ibi tereret. [5] Hic mos, qui per omnem vitam ſervabatur, ſeu conſulto, ſeu temere, vulgatæ opinioni fidem apud quoſdam fecit, ſtirpis eum divinæ virum eſſe, retulitque famam, in Alexandro Magno prius vulgatam, & vanitate & fabula parem, anguis immanis concubitu conceptum, & in cubiculo matris ejus perſæpe viſam prodigii ejus ſpeciem, interventuque hominum evolutam repente, atque ex oculis elapſam. [6] His miraculis numquam ab ipſo eluſa fides eſt: quin potius aucta arte quadam, nec abnuendi tale quicquam, nec palam affirmandi. Multa alia ejuſdem generis, alia vera, alia aſſimulata, admirationis humanæ in eo juvene exceſſerant modum: quibus freta tunc civitas, ætati haudquaquam maturæ tantam molem rerum, tantumque imperium permiſit. Ad eas copias, quas ex vetere exercitu Hiſpania habebat, quæque à Puteolis cum Claudio Nerone trajectæ erant, [7] decem millia militum, & mille equi-

1 *Sine cunctatione aſſequeretur*] Pall. tres & Voſſ. *aſſequerentur*. Put. *eſſequerentur*. An voluit *exſequerentur?* homines nempe, quibus imperaret aut conſilium daret. Sequitur: *ad hoc jam inde*, ut ſcripti, non *hæc*. J. Fr. Gron.

2 *Nullo die prius nullam publ.*] Vet. lib. *ullam publicam*. Sigonius.

3 *Quam in Capitolium iret*] Idem eſt apud eum, qui ſcripſit de Vir. Illuſtr. *Idem*.

4 *Et plerumque tempus ſolus in ſecreto ibi tereret*] Put. *& plerumque ſolus in ſecreto ibi tempus tereret*. Alludunt alii, qui fere, *ſecretum*. J. Fr. Gron.

5 *Hic mos qui per omnem vitam ſervabatur*] Pronomen *qui* omnibus ſcriptis exſulat. Dein Put. *ſervabat*. Petav. *ſervabant*. In margine unius Pal. *Hic mos per omnem vitam ſervatus*. Quæ forte vera lectio eſt. *Idem*.

6 *His miraculis nunquam ab ipſo eluſa fides*] Scribe: *Hujus miraculi*. Nec inficeta forent; *abnuentis*, & *adfirmantis*. Idem.

7 *Decem millia peditum & mille equites adduntur*] Put. & optimi: *decem millia militum & mille equites adduntur*. Novum viſum eſt correctoribus *milites* pro peditibus ſumi. Nunc id per occationem jam monuerunt docti. Plancus ad Ciceronem: *Non miles ullus*,

equites adduntur. & M. Junius Silanus proprætor adjutor ad res gerendas datus eſt. Ita cum triginta navium claſſe (omnes autem quinqueremes erant) oſtiis Tiberinis profectus prætor oram Tuſci maris, Alpes atque Gallicum ſinum, & deinde Pyrenes circumvectus promontorium, [1] Emporiis urbe Græca (oriundi & ipſi à Phocæa ſunt) copias expoſuit: inde ſequi navibus juſſis, Tarraconem pedibus profectus, conventum omnium ſociorum (etenim legationes ad famam adventus ejus ex omni ſe provincia effuderant) habuit. naves ibi ſubduci juſſit: remiſſis quatuor triremibus Maſſilienſium, quæ officii cauſſa ab domo proſecutæ fuerant. Reſponſa inde legationibus ſuſpenſis varietate tot caſuum dare cœpit. ita elato ab ingenti virtutum ſuarum fiducia animo, ut nullum ferox verbum excideret: ingenſque omnibus quæ diceret, quum majeſtas ineſſet, tum fides. Profectus ab Tarracone, & civitates ſociorum & hiberna exercitus adiit: collaudavitque milites, quod duabus tantis cladibus deinceps icti, provinciam obtinuiſſent: nec fructum ſecundarum rerum ſentire hoſtes paſſi, omni cis Iberum agro eos arcuiſſent, ſocioſque cum fide tutati eſſent. Marcium ſecum habebat cum tanto honore, ut facile appareret [2] nihil minus, quam vereri, ne quis obſtaret gloriæ ſuæ. Succeſſit inde Neroni Silanus, & in hiberna novi milites deducti. Scipio omnibus quæ adeunda agendaque

lus, non eques, non quidquam impedimentorum omitteretur. Aſinius Pollio ad eundem: *Militem non modo legionarium, ſed ne auxiliarium quidem ullum quoquam miſi; & ſi quos equites decedentes nactus ſum, ſupplicio adfeci.* Lepidus eodem 10 Famil. *Itaque ad me complures milites & equites ab eo tranſierunt.* Viſe etiam ad lib. 28 hujus operæ. *J. Fr. Gron.*

1 *Emporiis, Græca urbe*] Vet. lib. *Emporiis.* Livius *Emporias* vocat, Strabo lib. 3 *Emporium.* Sic enim ait: Ἐμπόρειον Μασσαλιητῶν ὄχθι κλίσμα, ὅπου παλαιοχλίνες δίκην τῆς Πυρλώς ςαδίους. *Sigonius.*

2 *Nihil minus eum vereri, quam ne quis obſtaret*] Optimi libri: *nihil minus quam vereri, ne quis.* Multo brevius & elegantius. Intellige, nihil minus eum facere quam ut vereretur, vel nihil minus vereri quam hoc. Sic lib. 27. *Per aſpreta primum nihil aliud quam via impediti iere.* J. Fr. Gron.

1 Et

daque erant, maturè aditis peractiſque, Tarraconem conceſſit. Nihilo minor fama apud hoſtes Scipionis erat, quam apud cives ſocioſque: & divinatio quædam futuri, quo minus ratio timoris reddi poterat [1] oborti temere, majorem inferens metum. In hiberna diverſi conceſſerant: [2] Aſdrubal Giſgonis, uſque ad Oceanum & Gades: Mago in mediterranea maxime ſupra Caſtulonenſem ſaltum: Aſdrubal Amilcaris filius proximus Ibero, circa Saguntum hibernavit. [3] Æſtatis ejus extremo, quo capta eſt Capua, & Scipio in Hiſpaniam venit, Punica claſſis ex Sicilia Tarentum accita, ad arcendos commeatus præſidii Romani, quod in arce Tarentina erat; clauſerat quidem omnes ad arcem à mari aditus; ſed aſſidendo diutius arctiorem annonam ſociis quam hoſti faciebat. non enim tantum ſubvehi oppidanis per pacata littora apertoſque portus præſidio navium Punicarum poterat, quantum frumenti claſſis ipſa turba navali mixta ex omni genere hominum abſumebat: ut arcis præſidium etiam

1 *Eo oppertune majorem inferens metum*] Hæc facile ſuſpecta habere poterat acre Lipſii ingenium. Nec tamen ejus medicina ſalubris. Legit in veteri ſuo: *eo oportet timere*. Itaque veriſſimum putat: *eo oborto timore*. Sed tamen *ratio timoris*, ſtatim *oborto timore*, rurſum *inferens metum*, cui non diſpliceat? Gallicani plures, Italicique & Pall. cum Voſſiano: *poterat oportet temere*. Put. & reg. *oportet emere*. Scribe: *& divinatio quædam futuri, quo minus ratio timoris reddi poterat oborti temere, majorem inferens metum*. Divinatio, ait, futuri, civibus ſociiſque metum inferens, eo majorem, quo minus ratio ejus reddi poterat ex nulla apparente cauſſa exorti. Intelligitur eo, ut ſupra annotavimus. Rubenius: *poterat, eo forte temere*. Vide ad lib. 10. *J. Fr. Gron.*

2 *Aſdrubal Giſgonis --- Mago --- Aſdrubal Amilcaris*] Polybius lib. 10. Μάγωνα μὲν ἐπιδεῖν τὸ Ἀννίβου ἐν τοῖς Ἠλυσίοις πεδίοις διατριβόμενον· Ἀσδρούβαν δὲ Γισγωνος εἶναι τὸ τὸ ποταμὸν φόβρα καὶ τὴν Λυσιτανίαν· τὸν δ' ἕτερον Ἀσδρούβαν πολιορκεῖν τινα πόλιν ἐν τοῖς Καρπητανοῖς· ἑδένα δ' τῶν πρεσβυτέρων ἔλαττον δέκα ἡμερῶν ὁδὸν ἀπέχειν τῆς Καινῆς πόλεως. *Sigonius.*

3 *Æſtatis ejus extremo, quo capta eſt Capua*] Non omnia hæc æſtatis extremo potuerunt eſſe acta, cum poſt captam Capuam Nero in Hiſpaniam ſit miſſus, & aliquamdiu ibi manſerit, ac res geſſerit, & poſtea demum Scipio ac Silanus illi ſucceſſerint, ut veriſimile valde ſit principio æſtatis captam eſſe Capuam. Scribe omnino: *Æſtatis ejus extremo, qua capta eſt Capua.* 27, 17. *Æſtatis ejus principio, qua hæc agebantur.* 28, 5. *Principio æſtatis ejus, qua hæc ſunt geſta.* Et cap. 9. *Extremo æſtatis ejus, qua hæc ſunt geſta.* Jac. Perizonius.

1 *Quia*

Digitized by Google

etiam ſine invecto (' quia pauci erant) ex ante præparato ſuſtentari poſſet: Tarentinis claſſique ne invectum quidem ſufficeret. Tandem majore gratia quam venerat, claſſis ² dimiſſa eſt. annona haud multum laxaverat: quia remoto maritimo præſidio, ſubvehi frumentum non poterat. Ejuſdem æſtatis exitu M. Marcellus ex Si- 21
cilia provincia quum ad urbem veniſſet, à C. Calpurnio Prætore ſenatus ei ad ædem Bellonæ datus eſt. ibi quum de rebus à ſe geſtis diſſeruiſſet, queſtus leniter, non ſuam magis quam militum vicem, quod provincia confecta exercitum deportare non licuiſſet, poſtulavit, ut triumphanti urbem inire liceret. id non impetravit. Quum multis verbis actum eſſet, *Utrum minus conveniret, cujus nomine abſentis ob res proſpere ductu ejus geſtas, ſupplicatio decreta foret, & Diis immortalibus habitus honos, ei præſenti negare triumphum: an quem tradere exercitum ſucceſſori juſſiſſent, (quod niſi manente in provincia bello non decerneretur) eum quaſi debellato, triumphare: quum exercitus ³ teſtis meriti atque immeriti triumphi abeſſet*; medium viſum, ut ovans urbem iniret. Tribuni plebis ex auctoritate ſenatus ⁴ ad populum tulerunt, ut M. Marcello, quo die urbem ovans iniret, imperium eſſet. Pridie quam urbem iniret, ⁵ in monte Albano triumphavit. inde ovans multam

1 *Quia ibi pauci erant*] Dele *τὸ ibi* auctoribus omnibus Gallicanis. *J. Fr. Gronov.*

2 *Dimiſſa eſt. Annona haud*] Suſpicor ab Livio profectum: *Tandem majore gratia, quam venerat, claſſis dimiſſa annonam haud multo laxaverat.* Idem.

3 *Teſtu meriti atque immeriti triumphi*] Forte: *aut immeriti.* Idem.

4 *Ad populum tulerunt, ut Marco Marcello, quo die urbem ovans iniret, imperium eſſet*] Miratur Glareanus, quaſi inconſtantiam Livii, qui ſcribat, Negatum eſſe Marcello triumphum, permiſſum eſſe, ut ovans iniret: deinde per tribunos pl. ad populum ex ſenatus auctoritate latum, ut Marcello, quo die ovans iniret, imperium eſſet, poſtremo in monte Albano triumphaſſe: verum nihil eſt inconſtantiæ. Nam Marcellus ex SC. ovans iniit, ex ſua ſententia ſine SC. (quod fieri poſt C. Papirium Maſonem, qui primus id fecit, cœptum erat) triumphavit; quoniam vero ſine imperio triumphare non poterat, nec imperium niſi extra urbem pro conſule erat, propterea latum eſt apud populum, ut ei quo die ovans urbem iniret, imperium eſſet. Idem autem de L. Æmilio Paullo ſcribit lib. 45. *Sigonius.*

5 *In monte Albano triumphavit*] Plutarchus in Marcello: ἐπὶ φοίνικος ἐλάτης

tam præ ſe prædam in urbem intulit. Cum ſimulacro captarum Syracuſarum, catapultæ balliſtæque, & alia omnia inſtrumenta belli lata, & pacis diuturnæ regiæque opulentiæ ornamenta, [1] argenti æriſque fabrefacti vis, alia ſupellex, pretioſaque veſtis, & multa nobilia ſigna, quibus inter primas Græciæ urbes Syracuſæ ornatæ fuerant. Punicæ quoque victoriæ ſignum, octo ducti elephanti. [2] Et non minimum fuit ſpectaculum cum coronis aureis præcedentes Soſis Syracuſanus, & Mericus Hiſpanus. quorum altero duce nocturno Syracuſas introitum erat: alter Naſum, quodque ibi præſidii erat, prodiderat. His ambobus civitas data, & [3] quingena jugera agri. Soſidi in agro Syracuſano, qui aut regius, aut hoſtium populi Romani fuiſſet, & ædes Syracuſis cujus vellet, eorum, in quos belli jure animadverſum eſſet: Merico, Hiſpaniſque, qui cum eo tranſierant, urbs agerque in Sicilia, ex iis, qui à populo Romano defeciſſent, juſſa dari. [4] Id M. Cornelio mandatum, ut ubi ei videretur, urbem agrumque [5] eis aſſignaret. In eodem agro Belligeni, per quem illectus ad tranſitionem Mericus erat, quadringenta jugera agri decreta. Poſt profectionem ex Sicilia Marcelli, Punica claſſis, octo millia pedi-

εἴχαν ὁ πέντε πέντε μέν, συνεχόμενοι αὐτοὺς, ἢ μὲ ἐντολὴ ἦν μέγαν εἰς τὸ Ἀλεξανδρέων ἔργον ἐξιλάσασθαι, ἢ ὃ ἱλαρώτερον καταγαγεῖν εἰς τὴν πόλιν, ὃν ὅδε Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. *Sigonius.*

1 *Argenti æriſque fabrefacta vaſa & alia ſupellex*] Omnes deficiuntur τοῦ &c. Put. *argenti æriſque fabrefacti vis: alia ſupellex.* Etiam regius habet, *fabrefacti.* J. Fr. Gron.

2 *Et non minimum fuere ſpectaculum*] Tres Pal. Voſſ. Andreas, & ejus traduces: *Et non minimum fuit ſpectaculum.* Idem.

3 *Quingenta jugera*] Put. reg. *quingena.* Idem.

4 *Id M. Cornelio mandatum*] M. Cornelius Cethegus, ut ſupra dixi, prætor erat Siciliæ. Glareanus *P. Cornelio* legit, & *P. Cornelium Lentulum* intelligit, qui prætor ante fuerat. *Sigonius.*

5 *Eis aſſignaret. In eodem agro*] Put. Men. optimus Etruſcorum, Barberinus, Voſſianus: *Id M. Cornelio mandatum, ut ubi ei videretur, urbem agrumque eis adſignaret in eodem agro Syracuſano, qui aut regius aut hoſtium populi Romani fuiſſet, & ædes Syracuſis, cujus vellet eorum, in quos belli jure animadverſum eſſet. In eodem agro Belligeni* &c. Quæ à vulgatis abſunt, & videntur quidem ex ſuperioribus inculcata, eoque aliis librariis ſpreta fuiſſe: quia tamen

peditum, tria Numidarum equitum expoſuit. [1] Ad eos Murgantinæ deſciverunt terræ. ſecutæ defectionem earum Hybla & Macella ſunt, & ignobiliores quædam aliæ. Et Numidæ præfecto Mutine, vagi per totam Siciliam, ſociorum populi Romani agros urebant. Super hæc exercitus Romanus iratus, partim quod cum imperatore non devectus ex provincia eſſet, partim quod in oppidis hibernare vetiti erant, ſegni fungebantur militia: magiſque eis auctor ad ſeditionem, quam animus deerat. Inter has difficultates M. Cornelius prætor, & militum animos, nunc conſolando, nunc caſtigando, ſedavit, [2] & civitates omnes quæ defecerant in deditionem redegit: atque ex his Murgantiam Hiſpanis, quibus urbs agerque debebatur, [3] ex Senatuſconſulto attribuit. Conſules quum ambo Apuliam provinciam haberent, minuſque jam terroris à Pœnis & Annibale eſſet, ſortiri juſſi Apuliam Macedoniamque provincias. Sulpicio Macedonia evenit, iſque Lævino ſucceſſit. Fulvius Romam comitiorum cauſa arceſſitus, quum comitia conſulibus rogandis haberet, [4] prærogativa Veturia juniorum declara-

tamen in optimis tantum libris reperiebantur, monere de eo volui, ne ſi cui ſecus videretur, fidem noſtram accuſaret. *J. Fr. Gron.*

1 *Ad eos Murgantinæ deſciverunt terræ*] Quæ ſunt iſtæ *terræ Murgantinæ?* aut ubi ſic Livius? Sed magis arguunt veteres libri. Pal. unus ignorat *τὸ terræ.* Duo alii, Voſſ. Put. cæterique Gallicani: *Murgeniae terre ſecute:* nulla voce media. Τὸ *terre* corruptum videtur ex cauda verbi, cujus priorem partem, ultima ſyllaba vocis præcedentis abſorpſit, ſive id fuerit *defecere* ſive *deſcivere:* ita ut Livius ſcripſerit: *Ad eos Murgantini deſcivere: ſecuta defectionem eorum Hybla & Macella.* Idem.

2 *Et civitates omnes, quæ defecerant, in deditionem redegit*] Scribe, quamvis ſilentibus ſcriptis: *in ditionem.* Idem.

3 *Ex ſenatuſconſulto tribuit*] Lego ex conſentientibus ſcriptis: *ex ſenatuſconſulto attribuit.* Idem.

4 *Prærogativa centuria juniorum*] Ut hoc loco in vet. lib. eſt, pro *Centuria, Veturia:* ſic infra: *redire in ſuffragium Veturiam juniorum.* item: *Venturiam ſeniorum citaret.* item: *citatis Veturiæ ſenioribus:* idque, ut ego cenſeo, recte. Eſt enim *Veturia* centuriæ nomen, ut *Galeria*, cujus meminit libro 27 his verbis: *Galeria juniorum, quæ ſorte prærogativa erat, Q. Fulvium, & Q. Fabium conſules dixerat.* Quod qui non intellexerunt, *Centuria* ibi quoque repoſuerunt. *Sigonius.*

Prærogativa centuria juniorum] Cum MSS. omnibus & Sigonio legimus: *prærogativa Veturia juniorum:* & mox: *redire in ſuffragium Veturiam juniorum juberet:* iterumque: *ut Veturiam ſe-*

niorum

claravit T.Manlium Torquatum:& T.Otacilium. Manlius qui præſens erat: gratulandi cauſſa quum turba coiret, nec dubius eſſet conſenſus populi, magna circumfuſus turba ad tribunal conſulis venit: petitque ut pauca ſua verba audiret, centuriamque, quæ tuliſſet ſuffragium, revocari juberet. Erectis omnibus exſpectatione quidnam poſtulaturus eſſet, oculorum valetudinem excuſavit. *Impudentem & gubernatorem & imperatorem eſſe, qui, quum alienis oculis ei omnia agenda ſint,* [1] *poſtulet ſibi aliorum capita ac fortunas committi. proinde ſi videretur, & redire in ſuffragium Veturiam juniorum juberet,* [2] *& meminiſſet in conſulibus creandis belli, quod in Italia ſit, temporumque reipublicæ.* [3] *Vix dum requieſſe aures à ſtrepitu & tumultu hoſtili, quo paucos ante menſes aſſederint prope mœnia Romana.* Poſt hæc quum centuria frequens ſucclamaſſet, nihil ſe mutare ſententiæ; eoſdemque conſules dicturos eſſe; tum Torquatus

niorum citaret: denique: *Citatis Veturiæ ſenioribus.* Nec moramur æmulum ejus Robortellum, à quo ſcrupulus injectus, editores, alia intentius quam quod agebant agentes, hactenus hic loci conſulere Livio non ſivit. Ad intelligendum autem Sigonium opus non eſt alio quam ipſo Sigonio, ubi rationem comitiorum explicat, lecto. Sed quod indignum eſt, pauci etiam ex illis, qui hæc valde ſcire & naſcentes adhuc didiciſſe videri volunt, eam ſtudiis patientiam præſtant, ut ultra phraſes & formulas ſtatim patentes (has quoque mediocriter) quidquam conſectentur, aut ipſum rerum rituumque antiquorum ordinem cognoſcere laborent. Quos non miror in aliis calumniari Criticen, quam ipſi & didicerunt nunquam & perperam exercent, tanquam ſubſicivum aliquid & ſubitarium faſtidioſe minimaque cum cura tangentes: etenim quam ipſi non niſi in nugis occupant, ſtulto amore atque admiratione ſui non niſi in nugis occupari à quoquam poſſe arbitrantur. *J. Fr. Gron.*

1 *Poſtulet ſibi aliorum capita ac fortunas committi*] Omnes ſcripti poſt τὸ *ſibi* inſerunt vocem *poſt*. Forte: *ſibi oculatorum*. Idem.

2 *Et meminiſſet in Cos.*] Ejus rei ſane quidem neceſſariæ non tam Conſul, qui nihil niſi comitiis præerat, quam ipſa Veturia, cujus in manu ſuffragium erat, memor eſſe debebat. Et id voluit auctor, quem ſcripſiſſe cenſeo *meminiſſe*, nempe Conſul juberet Veturiam. Lib. 24, 6. *Pyrrhi etiam regis materni avi jubebant meminiſſe.* 36, 44. *Demittere in aquam remos ab utroque latere remiges ſtabiliendæ navis cauſa juſſit, & meminiſſe Romanæ virtutis.* Jac. Gron.

3 *Vix dum requieſcere aures à ſtrepitu*] Meliores: *requieſſe*. Amat hanc inflexionem Livius, ut in *ſiſſe*, *deſiſſe*, *decreſſe*. Sic alibi: *prein quieſſe erit melius.* Lib. 38. *Inſita genti tranquillitate quieſſe eos.* Lib. 42. *Quum Romani quieſſent.* J. Fr. Gron.

1 *Neque*

Digitized by Google

quatus [1] *Neque ego vestros*, inquit, *mores consul ferre potero, neque vos imperium meum. Redite in suffragium, & cogitate bellum Punicum in Italia, & hostium ducem Annibalem esse.* Tum centuria & auctoritate mota viri, & admirantium circa fremitu, petit à consule, ut Veturiam seniorum citaret. Velle sese cum majoribus natu colloqui, & ex auctoritate eorum consules dicere. Citatis Veturiæ senioribus, datum [2] secreto in Ovili cum his colloquendi tempus. Seniores de tribus consulendum dixerunt esse, duobus jam plenis honorum, Q. Fabio, & M. Marcello, & si utique novum aliquem adversus Pœnos consulem creari vellent, M. Valerium Lævinum egregie adversus Philippum regem terra marique res gessisse. Ita de tribus consultatione data, senioribus dimissis, juniores suffragium ineunt. [3] M. Claudium Marcellum fulgentem tum Sicilia domita, & M. Valerium [4] absenteis consules dixerunt. auctoritatem prærogativæ omnes centuriæ secutæ sunt. [5] Eludant nunc, antiqua mirantes. non equidem si qua sit sapientium civitas: [6] quam docti fingunt magis quam norunt, aut principes graviores temperantioresque à cupidine imperii, aut multitudinem

1 *Neque vestros, inquit*] Omnes: *Neque ego vestros, inquit, mores.* J. Fr. Gron.

2 *Secreto in Ovili*] *Ovile* locus in campo Martio, quod etiam *Septa* dicitur. Lucanus: *Et misera maculavit Ovilia Roma.* Sigonius.

3 *M. Claudium Marcellum --- & M. Valerium absentes consules dix.*] Sic lib. vet. *absentes*, id est, non petentes, intelligit: alioquin *M. Claudius*, qui paulo ante triumphaverat, in urbe erat, sed non in campo. *Idem.*

4 *Absentem consules dixerunt*] Recte Sigonius: *absentes consules dixerunt*: confirmantque consensu scripti nostri, quorum antiquissimi: *absentis.* J. Fr. Gron.

5 *Eludant nunc antiqua mirantes*] Frustra vellicat Glareanus, quasi, si mirarentur, non eluderent. Non enim quos mirari, eosdem & eludere dicit Livius. Eant nunc, inquit, homines parum docti & ignorantiam rerum & morum veterum contemnendis iisdem præsentibusque præferendis velantes, & eludant rideantque illos, qui antiqua mirantur & præferunt, ut haud dubie optimus & doctissimus quisque. Lib. 28. *Gloriam ejus eludere & meam verbis extollere velim.* Lib. 40. *Alii res gestas, alii speciem urbis ipsius, alii singulos principes eluderent.* Habent autem scripti *mirantes* non *admirantes.* Idem.

6 *Quam docti fingunt magis, quam norunt*] Platonem intelligit in libris de Rep. *Sigonius.*

dinem melius moratam cenſeam fieri poſſe. Centuriam vero juniorum ſeniores conſulere voluiſſe, quibus imperium ſuffragio mandaret; vix ut veriſimile ſit, parentum quoque hoc ſeculo vilis leviſque apud liberos auctoritas
23 fecit. Prætoria inde comitia habita. [1] P. Manlius Volſo, & L. Manlius Acidinus, & [2] C. Lætorius, & [3] L. Cincius Alimentus creati ſunt. Forte ita incidit, ut comitiis perfectis nunciaretur, T. Otacilium, quem T. Manlio, niſi interpellatus ordo comitiorum eſſet, collegam abſentem daturus fuiſſe videbatur populus: mortuum in Sicilia eſſe. Ludi Apollinares & priore anno fuerant, & eo anno [4] ut fierent, referente Calpurnio Prætore, ſenatus decrevit, ut in perpetuum voverentur. Eodem anno prodigia aliquot viſa nunciataque ſunt. In æde Concordiæ Victoria quæ in culmine erat, fulmine icta decuſſaque ad Victorias [5] quæ in antefixis erant, hæſit: neque inde procidit. Et Anagnia & Fregellis nunciatum eſt, murum portaſque de cœlo tactas. & in foro Sudertano ſanguinis rivos per diem totum fluxiſſe, & Ereti lapidibus pluiſſe, & Reate mulam peperiſſe. Ea prodigia hoſtiis majoribus ſunt procurata, & obſecratio in unum diem populo indicta, & novendiale ſacrum. [6] Sacerdotes publici aliquot eo anno demortui ſunt, novique ſuffecti:

1 *P. Manlius Volſo*] *Vulſo* ex lap. Cap. *Sigonius.*

2 *C. Lectorius*] *Laterius*, ut ſupra. *Idem.*

3 *L. Cincius Alimentius*] *Alimentus*, ut ſupra. *Idem.*

4 *Ut fierent repente Calpurnio*] Placet Paulo Manut. legi, *Referente Calpurnio*, & recte. Calpurnius enim prætor urbanus, cujus ea cura erat, ad ſenatum de ludis retulit. *Idem.*

5 *Quæ in ante fixa erant*] *Antes quadraturæ, & Quadræ columnæ:* Marcellus. *Idem.*

Quæ in ante fixa erant] Lego: *quæ in antefixo erant.* Feſtus: *Antefixa, quæ ex opere figulino tectis adfiguntur ſub ſtillicidio.* Livius lib. 34. *Jam nimis multos audio Corinthi & Athenarum ornamenta laudantes & antefixa fictilia Deorum Romanorum ridentes.* Lipſius.

Quæ in ante fixa erant] Lipſius: *in antefixo erant.* Noſtri: *in antefixi*, aut *in antefixis erant.* idque ſumus ſequuti, & ante nos alii receperunt. *J. Fr. Gron.*

6 *Sacerdotes publici aliquot*] Non ſequimur Lipſianum: *Sacerdotes publici aliquanti.* Nec reprehendo locutionem: ſed Put. *Sacerdotes aliquot eo anno demortui ſunt:* cæteri, quos vidimus, *aliquot*, excepto Barberino & Voſſ. in qui-

fecti: in locum [1] M. Æmilii Numidæ decemviri ſacrorum, M. Æmilius Lepidus: in locum M'. Pomponii Mathonis pontificis, C. Livius: in locum Sp. Carvilii Maximi auguris, M. Servilius. T. Otacilius Craſſus pontifex quia exacto anno mortuus erat, ideo nominatio in locum ejus non eſt facta. C. Claudius flamen Dialis, quod exta perperam dederat, flaminio abiit. Per idem 24
tempus M. Valerius Lævinus, tentatis prius per ſecreta colloquia principum animis, [2] ad indictum ante ad idipſum concilium Ætolorum claſſe expedita venit. Ubi quum Syracuſas Capuamque captas, [3] in fidem in Sicilia Italiaque rerum ſecundarum, oſtentaſſet, adjeciſſetque, *jam inde à majoribus traditum morem Romanis colendi ſocios, ex quibus alios in civitatem atque æquum ſecum jus accepiſſent, alios in ea fortuna haberent, ut ſocii eſſe quam cives mallent; Ætolos eo in majore futuros honore, quod gentium tranſmarinarum in amicitiam primi veniſſent. Philippum eis & Macedonas graves accolas eſſe, quorum ſe vim ac ſpiritus & jam fregiſſe, [4] & eo reda-*

quibus, *aliquanti.* Alteram quoque mutationem ſignificat regius exhibendo: *eodem mortui.* J. Fr. Gron.

1 *M. Æmilii Numida decemviri ſacr.*] Emendo *M'. Æmilii.* Nam invenio in tab. Cap. ubi de tertiis ludis ſecularibus fit mentio, hujus Decemviri, ut reor, fieri mentionem, ſic:

LUDI. SÆCULARES. TERT.
M'. ÆMILIO. M'. F. MAG. XVIR.
M. LIVIO M. F. M. N. SALINATORES. *Sigonius.*

2 *Ad indictum ante ad ipſum id concilium*] Noſtri: *ad indictum ante ad id ipſum concilium.* J. Fr. Gron.

3 *In fidem in Italiaque rerum ſecundarum ſucceſſum*] Hæc mendoſa ſunt. Præterquam enim, quod *capere in fidem*, neſcio quam bene dicatur, *τὸ ſucceſſum* omnibus exulat ſcriptis. Recte, ſed & una vox eliſa eſt ob ſimilis vicinitatem. Scribe: *in fidem in Sicilia Italiaque rerum ſecundarum oſtentaſſet.* Ait Lævinum, ut fidem faceret res ſecundas Romanis in Sicilia Italiaque eſſe, commemoraſſe Syracuſas Capuamque captas. Lib. 23. *Ad fidem tam lætarum rerum effundi in veſtibulo curiæ juſſit annulos aureos.* Lib. 38. *Vetera luxuriæ crimina Syracuſanorum hibernorum & Locris Pleminianum tumultum quum ad fidem præſentium criminum retuliſſent.* Lib. 27. *Multa ſecunda, in Italia Siciliaque geſta, quaſſatam remp. excepiſſe.* Lib. 30. *Liguribus campi uberes Italiæ in ſpem victoriæ oſtentantur.* Suetonius Nerone: *Atque in fidem majeſtatis adeo permulſiſſe malas.* Put. autem *Capuamque captam.* Quod ſi magis placet, non contra contendam. Solet enim Livius interdum poſteriori jungere, quod reſpondet duobus. *Idem.*

4 *Et eo redactos eſſe, ut non his modo urbibus*] Quos *redactos eſſe?* Omnes libri:

redacturum esse, ut non his modo urbibus quas per vim ademisset Ætolis, excedant: sed ipsam Macedoniam infestam habeant. Et Acarnanas, quos ægre ferrent Ætoli à corpore suo diremptos, restituturum se [1] *in antiquam formulam juris que ac ditionis eorum.* Hæc dicta promissaque ab Romano imperatore, Scopas, qui tum prætor gentis erat, & Dorimachus princeps Ætolorum affirmaverunt auctoritate sua; minore cum verecundia & majore cum fide vim majestatemque populi Romani extollentes. maxime tamen spes potiundæ movebat Acarnaniæ. Igitur conscriptæ conditiones quibus in amicitiam societatemque populi Romani venirent: additumque, *ut si placeret, vellentque, eodem jure amicitiæ Elei, Lacedæmoniique & Attalus &* [2] *Pleuratus & Scerdilædus essent.* (Asiæ Attalus, [3] hi Thracum & Illyriorum reges.) *Bellum ut extemplo Ætoli cum Philippo terra gererent. Navibus ne minus vigimi quinqueremibus adjuvaret Romanus.* [4] *Urbium Corcyræ tenus ab Ætolia incipienti solum tectaque, & muri cum agris Ætolorum: alia omnis præda populi Romani esse. Darentque operam Romani, ut Acarnaniam Ætoli haberent. Si Ætoli pacem cum Philippo facerent, fœderi adscriberent.* [5] *ita ratam eorum pacem, si Philippus arma ab Romanis sociisque, quique eorum ditionis essent, abstinuisset. Item si populus Romanus fœdere jungeretur regi, ut caveret, ne jus ei belli inferendi Ætolis sociisque eorum esset.* Hæc convenerunt, conscriptaque biennio post, [6] Olympiæ ab Ætolis, in Capi-

bri: *redactum esse.* Scribo: *quorum se vim ac spiritus & jam fregisse, & eo redacturum esse, ut non modo* &c. Se ipse intelligit, deque se promittit Valerius Lævinus. *J. Fr. Gron.*

1 *In antiquam formulam juris*] Infra *contribuere* uno verbo dicit. συγγράψειν Græci. Sic *formula juris* 32, 33. 38, 9. *formula sociorum* 44, 16. Henricus Valesius.

2 *Pleuratus & Scerdiletus*] Vet. lib. *Scerdilendus.* Polyb. Σκερδιλαΐδας. *Sigonius.*

Pleuratus & Scerdilatus] Put. *Scerdiladus.* Polyb. Σκερδιλαΐδης. *J. Fr. Gronovius.*

3 *Hi Illyriorum reges*] In primo invenio Gryphio. Cæterum omnes scripti & prius editi: *hi Thracum & Illyriorum reges.* Idem.

4 *Urbium Corcyra tenus*] Scripti. *Corcyra tenus.* Idem.

5 *Ita ratam eorum pacem*] Muretus, *ita ratam fore pacem.* Idem.

6 *Olympiæ, Ætolis*] Vet. lib. *Olympia ab Ætolis.* Recte. *Sigonius.*

Digitized by Google

Capitolio ab Romanis, ut teſtata ſacratis monumentis eſſent, ſunt poſita. Moræ cauſſa fuerant retenti Romæ diutius legati Ætolorum. Nec tamen impedimento id rebus gerendis fuit. & Ætoli extemplo moverunt adverſus Philippum bellum, & Lævinus Zacynthum (parva inſula eſt propinqua Ætoliæ: urbem unam eodem quo ipſa eſt nomine habet) eam præter arcem vi cepit, [1] & OEniadas Naſumque Acarnanum, captas, Ætolis contribuit. Philippum quoque ſatis implicatum bello finitimo ratus, ne Italiam Pœnoſque & pacta cum Annibale poſſet reſpicere; Corcyram ipſe ſe recepit. Philippo Ætolorum defectio Pellæ hibernanti allata eſt. itaque quia primo vere moturus exercitum in Græciam erat, [2] Illyrios finitimaſque ei urbes alterno metu quietas ut Macedonia haberet, expeditionem ſubitam in [3] Oricinorum atque Apolloniatium fines fecit: egreſſoſque Apolloniatas cum magno terrore atque pavore compulit intra muros. [4] Vaſtatis proximis Illyrici, in Pelagoniam eadem celeritate vertit iter: [5] inde Dardanorum urbem ſitam

1 *Et Oleniada, Naxumque Acarnanum, &c. viribus impar, & jam mœnia Oleniadon, Naxumque*] Vet. lib. *Etholoniadas.* Item: *Meniadas.* Quæ lectio etſi ex omni parte recta non eſt, habet tamen veſtigia aliqua germanæ integritatis. Eſt enim legendum: *Et Oeniadas.* Item, *Jam OEniadas.* Eſt enim urbs Acarnanum hoc nomine, de qua ita Stephanus: Οἰνιάδαι πόλις Ἀκαρνανίας πρὸς τῇ Ἀχελῴῳ, ἡ καὶ Ἐρυσίκη καλεμένη. Et Polybius libro 10 in oratione Lyciſci: ἤδη παρήρηται μὲ Ἀκαρνάνων Οἰνιάδας, καὶ Νῆσον. ubi de his ademptis loquitur. *Sigon.*

2 *Illyrios finitimaſque eis urbes alieno metu quietas*] Duo Pall. Voſſ. Buſlid. *alterno metu.* Alternus metus eſt Illyriorum à Macedonibus, ut Macedonum ab Illyriis. Qualem oſtendit Tacitus lib. 3 Hiſt. *Sextilius Felix cum ala Tauriana & octo cohortibus ac Noricorum juventute &c. miſſus, nec his aut illis prælium tentantibus, ſortuna partium alibi tranſacta.* Vocem habes lib. 23. *In hoc alterno pavore certamina aliquot contracta.* Statius 6 Theb. *Alternus paullum timor, & permixta furori Conſilia.* In Put. tamen erat *Saltergo.* unde Salmaſius olim & Rubenius *ab tergo.* J. Fr. Gron.

3 *Oricinorum & Apolloniatum*] Scripti, *Apolloniatium.* Idem.

4 *Vaſtatis proximis Illyriis*] Alii *Illyricis.* Optimi, *Illyrici.* Idem.

5 *Inde Dardanorum urbem ſitam in Macedonia, tranſitum Dardanis*] Put. aliique ſcripti & editi, *Macedoniam.* Lege cum doctiſſimo Rubenio: *inde Dardanorum urbem Sintiam, in Macedoniam tranſitum Dardanis facturam.* Stephanus: Σιντία, πόλις Μακεδονίας πρὸς τῇ Θρᾴκῃ. *Idem.*

ſitam in Macedonia, tranſitum Dardanis facturam, cepit. His raptim actis, memor Ætolici junctique cum eo Romani belli, [1] per Pelagoniam, & Lyncum, & Bottiæam, in Theſſaliam deſcendit. Ad bellum ſecum adverſus Ætolos capeſſendum incitari poſſe homines credebat: & [2] relicto ad fauces Theſſaliæ Perſeo cum quatuor millibus armatorum ad arcendos aditu Ætolos, ipſe priuſquam majoribus occuparetur rebus, in Macedoniam atque inde [3] in Thraciam exercitum ac Mædos eduxit. Incurrere ea [4] gens in Macedoniam ſolita erat; ubi regem occupatum externo bello, ac ſine præſidio eſſe regnum ſenſiſſet. Ad Phragandas igitur vaſtare agros, & [5] urbem Jamphorinam, caput [6] arcemque Mædicæ, oppugnare cœpit. Scopas, ubi profectum in Thraciam regem occupatumque ibi bello audivit, armata omni juventute Ætolorum, bellum inferre Acarnaniæ parat. [7] Adverſus quos Acarnanum gens & viribus impar, [8] & jam OEniadas Naſumque amiſſas cernens, Roma-

1 *Per Pelagoniam, & Nymphæum, & Bottæam in Theſſaliam deſcendit*] Veter. libr. *Bœotiam*, quæ vox aperte mendoſa eſt. Probo igitur conjecturam Glareani, qui legendum putat, *Beræam*. De hac enim urbe & Plinius & Strabo & Stephanus ea tradunt, quæ ſuſpicionem Glareani corroborare maxime poſſe videantur. *Sigonius*.

Per Pelagoniam & Nymphæum & Boleam in Theſſaliam deſcendit] Scripti: *per Pelagoniam & Lyncum & Bottiæam*. Non, ut Sigonius, *Bœotiam* aut *Beræam*. Utriuſque urbis mentio apud Plinium, Stephanum alioſque Geographos. *J. Fr. Gron*.

2 *Relicto ad f. Th. Perſeo*] Philippi regis filius Perſeus fuit. *Sigonius*.

3 *In Thrac. exerc. ac Medos*] *Madas* ſcribe ex 11 libr. Polyb. Μαίδας. Et Stephanus Μαῖδοι ἔθνος Θεσσαλικὸν πλησίον Μακεδονίας. Alii ſunt *Medi* Aſiani. *Idem*.

4 *Gens Macedoniam*] Vet. lib. *in Macedoniam*. Idem.

5 *Urbem Jampharniam*] Vet. lib. *Jamphorinam*. Idem.

6 *Arcemque Medica*] *Madica*, ut ſupra. *Idem*.

7 *Adverſus quos Acarnanum gens*] Non videtur fortuitum, quod Cantabrig. & plerique alii ſcripti habent *adverſus quod*, nimir. bellum. 8, 2. *copiis iisdem, quibus uſi adverſus Romanum bellum fuerant*. Juſtinus lib. 3. *Athenienſes adverſus tantam tempeſtatem belli duos duces deligunt*. Jac. Gron.

8 *Et jam mœnia Oleniadon*] *Et jam OEniadas*, ut dixi. *Sigonius*.

Et jam mœnia OEniadon Naxumque amiſſa cernens] Put. *& jam mœniadas naſſumque*. Abſque quo eſſet, tamen decuit editores aurem præbere Sigonio, qui rectiſſime: *& jam OEniadas*. Sera eſt medicina, quam imputat nobis vir doctus: *& jam OEniada Na-*

Anna-

manaque insuper arma ingruere, ira magis instruit quam consilio bellum. Conjugibus liberisque & senioribus supra sexaginta annos in propinquam Epirum missis, ab quindecim ad sexaginta annos conjurant, nisi victores, se non redituros. Qui victus acie excessisset, eum ne quis urbe, tecto, mensa, lare reciperet; diram execrationem in populares, obtestationem quam sanctissimam potuerunt, adversus hospites composuerunt. precatique simul Epirotas sunt, ut qui suorum in acie cecidissent, eos uno tumulo contegerent, [1] adhiberentque humatis titulum: HIC SITI SUNT ACARNANES, QUI ADVERSUS VIM ATQUE INJURIAM ÆTOLORUM PRO PATRIA PUGNANTES, [2] MORTEM OCCUBUERUNT. Per hæc incitatis animis, [3] castra in extremis finibus suis obviam hosti posuerunt, nunciis ad Philippum missis, quanto res in discrimine esset, omittere Philippum, id quod in manibus erat, coëgerunt bellum; Amphorina per deditionem recepta, & prospero alio successu rerum. Ætolorum impetum tardaverat primo conjurationis fama Acarnanicæ: deinde

sumque. Nam quod allegat ille: *OEniada Naxumque Acarnanum captæ:* ibi quoque MSS. *Oloniadas*, & vere Sigonius atque ante eum Glareanus *OEniadas* scribendum esse monuerunt. Et populi & urbs *OEniadæ.* Diodorus Siculus lib. 8. Αἰτωλοὶ μὲν τὰς Οἰνιάδας ἐπολιόρκουν ἐπὶ τὸν πόντον. Et mox: Οἰνιάδων φεύγει. Livius lib. 38. *OEniadæ cum urbe agrisque Acarnanum sunto.* Quum autem dicat Polybius Ἀκαρνάνων Οἰνιάδας τῇ Νάσῳ, non tam miror in Livio primos editores expatrasse nobis. *Naxum* (Nam & *Ulyxem* & *Sextertium* & *Exquilias* fecerunt) quam ita Casaubonum quoque vertisse, nec Sigonium, dum Polybium testem advocat, in Livio offensum: præsertim quum libri omnes scripti & imprimis Put. *Nassumque*, utrobique. Reponatur ergo *Nasum*, quam vocem & in Syracusanorum historia legimus: nam & ibi *Nasus*, quæ Græcis aliis Νᾶσος. Cæterum quemadmodum illic est, *OEniadas Nasumque Acarnanum captas:* ita porro hic reficiendum puto: *& jam OEniadas Nasumque amissas cernens.* Intelligitur enim *urbes.* J. Fr. Gron.

1 *Adhiberentque humatis titulum*] Put. *adliberentque.* Forte: *adscriberentque.* Calpurnius decl. 28. *Te inferam majorum sepulcris, & elogio, quod optasti, nomen inscribam.* Martialis: *Inscripsit tumulo septem celebrata virorum, Se fecisse, Chloë.* Idem.

2 *Mortem oppetierunt*] Put. & regius: *mortem occubuerunt.* Idem.

3 *Castra obviam hosti pos.*] Vet. lib. *obvia.* Sigonius.

deinde auditus Philippi adventus, regredi etiam in intimos coëgit fines. Nec Philippus quamquam ne opprimerentur Acarnanes, itineribus magnis ierat; [1] ultra Dium est progressus. inde quum audisset reditum Ætolorum ex Acarnania, & ipse Pellam rediit. Lævinus ve-
26 ris principio à Corcyra profectus navibus; [2] superato Leucate promontorio, quum venisset Naupactum, Anticyram inde se petiturum edixit, ut præsto ibi Scopas Ætolique essent. Sita Anticyra est in Locride læva parte sinum Corinthiacum intrantibus. breve terra iter eo, brevis navigatio ab Naupacto est. Tertio ferme post die utrimque oppugnari cœpta est. Gravior à mari oppugnatio erat: quia & tormenta machinæque omnis generis in navibus erant, & Romani inde oppugnabant. Itaque intra paucos dies recepta urbs per deditionem, Ætolis traditur, [3] præda ex pacto Romanis cessit. Literæ Lævino redditæ, consulem eum absentem declaratum, & successorem venire P. Sulpicium. cæterum diuturno ibi morbo implicitus, serius spe omnium Romam venit. M. Marcellus quum Idibus Martiis consulatum iniisset, senatum eo die moris modo causa, habuit: professus, *nihil se, absente collega, neque de republica, neque de provinciis acturum. Scire se, frequentes Siculos prope urbem in villis obtrectatorum suorum esse. quibus tantum abesse, ut per se non liceat palam Romæ crimina edita fictaque ab inimicis vulgare; ut ni simularent aliquem sibi timorem absente collega dicendi de consule esse, ipse eis extemplo daturus senatum suerit. Ubi quidem collega venisset, [4] non passurum quicquam prius agi, quam ut Siculi in senatum introducantur. Delectum prope*

à M.

1 *Ultra Clinen est progressus*] MSS. *ultra Dium.* cujus urbis frequens mentio in historia belli Persici. *J. Fr. Grön.*

2 *Superato Leucate promontorio*] Put. & alii: *Leucata promuntorio.* Idem.

3 *Præda ex pacto Romanis cessit*] De Anticyra capta loquitur eadem Lyciscus Acarnanum legatus apud Polybium libro 9. *Sigonius.*

4 *Non passurum quidquam prius agi, quam Siculi in senatum introducantur*] Put. Men. Voss. *quam ut Siculi.* J. Fr. Gron.

à M. Cornelio per totam Siciliam habitum, ut quamplurimi queſtum de ſe Romam venirent. eundem literis falſis urbem impleſſe, bellum in Sicilia eſſe, ut ſuam laudem minuat. Moderati animi gloriam eo die adeptus conſul, ſenatum dimiſit, ac prope juſtitium omnium rerum futurum videbatur, donec alter conſul ad urbem veniſſet. Otium, ut ſolet, excitavit plebis rumores: *belli diuturnitate, & vaſtatos agros circa urbem, qua infeſto agmine iſſet Annibal, & exhauſtam delectibus Italiam,* [1] *prope quotamis exercitus cæſos querebantur, & conſules bellicoſos ambo, viros acres nimis & feroces creatos: qui vel in pace tranquilla bellum excitare poſſent, nedum in bello reſpirare civitatem forent paſſuri.* Interrupit hos ſermo- 27
nes nocte, quæ [2] pridie Quinquatrus fuit, pluribus ſimul locis circa forum incendium ortum. eodem tempore ſeptem tabernæ, quæ poſtea quinque, & argentariæ, quæ nunc novæ appellantur, arſere. [3] Comprehenſa poſtea privata ædificia: neque enim tum baſilicæ erant: [4] comprehenſæ lautumiæ, forumque piſcatorium, & atrium regium. Ædes Veſtæ vix defenſa eſt tredecim maxime ſervorum opera, qui in publicum redempti ac manumiſſi ſunt. nocte ac die continuatum incendium fuit. Nec ulli dubium erat, humana id fraude factum eſſe,

1 *Et pro republica Cannis exercitus cæſos querebantur*] Quid hic faciunt illæ *Cannæ*? Pall. Men. Pet. Voſſ. *pro re quod Cannenſis.* Put. *pro re quod annus.* Scribe: *prope quotannis exercitus cæſos querebantur.* Lib. 27. *Decimum annum delectibus & ſtipendiis exhauſtos eſſe. quotannis ferme clade magna pugnare.* J. Fr. Gron.

2 *Pridie Quinquatrus*] *Quinquatrus* accuſativus caſus eſt, ut pridie Kalendas, cujus rectus eſt, *Quinquatrus.* Cicero ad Cœlium, *Moleſta quinquatrus.* Chariſius ſic: *Quinquatrus*, non *Quinquatria*, *non enim dictæ ſunt quinque dies atri, ſed quod Quinquatus antiqui dicebant, ſive à quinquando, id eſt, luſtrando, quod eo die arma ancilia luſtrari ſint ſolita.* Sigonius.

3 *Comprehenſa poſtea privata ædificia (neque e. t. baſil.*] Innuit, opinor, ſuo tempore in ordine poſt tabernas fuiſſe baſilicas, ubi olim privata ædificia, alioqui fruſtra fuerit hæc parentheſis. *Latumiæ* autem ex Græco eſſe & maxime à Syracuſanis, qui eas inſtar carceris habent, fatetur Feſtus. *Glareanus.*

4 *Comprehenſæ Latumiæ*] Feſtus: *Latumiæ ex Græco & maxime à Syracuſanis, qui Latomias & appellant & habent ad inſtar carceris, ex quibus loci exciſi ſunt lapides ad extruendam urbem.* Sigonius.

esse, quod plurimis simul locis, & iis diversis, ignes coorti essent. Itaque consul ex auctoritate senatus pro concione edixit, qui, quorum opera id conflatum incendium, profiteretur, præmium fore, libero pecuniam, servo libertatem. Eo præmio inductus Campanorum Calaviorum servus (1 Mannus ei nomen erat) indicavit, *dominos, & quinque præterea juvenes nobiles Campanos, quorum parentes à Q. Fulvio securi percussi erant, id incendium fecisse; vulgoque facturos alia, ni comprehendantur.* 2 Comprehensi ipsi, familiæque eorum. & primo elevabatur index, indiciumque: pridie eum verberibus castigatum ab dominis discessisse, per iram ac levitatem ex re fortuita crimen commentum. cæterum ut coram coarguebantur, & quæstio ex ministris facinoris foro medio haberi cœpta est, fassi omnes, atque in dominos servosque conscios animadversum est. indici libertas data, & viginti millia æris. Consuli Lævino Capuam prætereunti circumfusa multitudo Campanorum est, obsecrantium cum lacrimis, ut sibi Romam ad senatum ire liceret, oratum, si qua misericordia tandem flecti possent, ne se ad ultimum perditum irent, nomenque Campanorum à Q. Flacco deleri finerent. Flaccus, *sibi privatam simultatem cum Campanis*, negare, *ullam esse: publicas inimicitias & hostiles esse, & futuras,* 3 *quoad eo animo erga populum Romanum esse sciret. nullam enim in terris gentem esse, nullum infestiorem populum nomini Romano. Ideo se mœnibus inclusos te-*

nere

1 *Mannus ei nomen erat*] Forte: *Manio nomen erat.* Id enim in servilibus. Cato de re Rust. *Cum divis volentibus, quod bene eveniat, mando tibi, Mani.* Dio in excerptis: Μάννός τις, ὅτι μήτε ἐλευθερίας, μήτ' ἄλλο μηδενὸς, ὧν ἤλπισεν, ἔτυχε. *J. Fr. Gron.*

2 *Comprehensi, familiæque eorum*] Put. plenius justiusque: *Comprehensi ipsi familiæque eorum.* Vide ad lib. 22, 25. Lib. 27. *Fabius vigilia prima, dato signo iis, qui in arce erant, ipse circuito portu* &c. *occultus consedit.* Idem.

3 *Quoad eo animo in populum Rom.*] Vet. lib. *quoad alieno animo a populo Rom. esse sciret.* Sigonius.

Quoad eo animo in populum Romanum esse sciret] Quod Sigonius adfert: *alieno animo a populo Romano*: nusquam nos invenimus, & manus est audacissimi corruptoris. Omnes autem Gallicani & optimus Pal. *eo animo erga populum R.* J. Fr. Gron.

nere eos: quia ſi qui evaſiſſent aliqua, velut feras beſtias per agros vagari, & laniare, & trucidare quodcumque obvium detur. Alios ad Annibalem transfugiſſe, alios ad Romam incendendam profectos. inventurum in ſemiuſto foro conſulem veſtigia ſceleris Campanorum. [1] *Veſtæ ædem petitam, & æternos ignes, & conditum in penetrali fatale pignus imperii Romani. Se minime cenſere tutum eſſe, Campanis poteſtatem intrandi Romana mœnia fieri.* Lævinus, Campanos, jurejurando à Flacco adactos, quinto die quam ab ſenatu reſponſum accepiſſent, Capuam redituros, ſequi ſe Romam juſſit. Hac circumfuſus multitudine, [2] ſimul Siculis obviam egreſſis Ætoliſque Romam præivit: clariſſimarum urbium excidio celeberrimis viris victos bello accuſatores in urbem adducens. De republica tamen primum ac de provinciis ambo conſules ad ſenatum retulere. Ibi Lævinus, [3] quo ſtatu Macedonia & Græcia, Ætoli, [4] Acarnanes Lo- 28

1 *Veſtæ ædem perditam*] Sic ab quinquaginta annis vulgo: alicubi, *Veſta ædem etiam*. Sed ſcripti omnes & olim vulgati: *Veſtæ ædem petitam*. Quod recte habet. *J. Fr. Gron.*

2 *Simul Siculis obviam egreſſis poteſtatem Romam adeundi fecit, clariſſimarum urb.*] Hic locus Vallæ tempore in manuſcriptis libris ita legebatur: *Hac circumfuſus multitudine ſimul Siculu obviam egreſſis Romam prabuit, clariſſimarum*, &c. atque ita nunc etiam legitur. Valla autem multa hic verba deſiderari ſuſpicatus, ita ex ingenio legit: *Hac circumfuſus multitudine ſimul Siculis obviam egreſſis, poteſtatem Romam adeundi fecit, & nonnullis vel æmulis querimoniam prabuit, clariſſimarum*, &c. Quam lectionem nemo jure probare poteſt, quia nimis multa de ſuo infercit, haud ſatis auctoris ſententiæ congruentia. Ego igitur veterem lectionem tueor, uno paululum immutato verbo, & pro, *præbuit, pervenit*, reſtituo ſic: *Hac circumfuſus multitudine, ſimul Siculis obviam egreſſis Romam pervenit, clariſſimarum*, &c. hoc ſenſu: Lævinus Campanorum multitudine, & Siculis obviam egreſſis circumfuſus Romam pervenit, accuſatores bello victos Campanos, & Siculos in urbem adducens Fulvio, & Marcello viris celeberrimis excidio clariſſimarum urbium Capuæ, & Syracuſarum. Hinc Suidas: Ἐπιχείρησαν ὁ τῇ Καμπανοὶ τῇ Φλάκκῳ, τῇ οἱ Συρακόσιοι τῇ Μαρκέλλῳ κατηγορῆσαι. Sic paulo poſt: *ut victos armis accuſatores habeamus*. Sigonius.

Simul Siculis obviam egreſſis Siculiſque Romam prabuit] Hæc jam à Vallæ ævo doctorum ingenia torſerunt. Habes nunc expeditam lectionem: *ſimul Siculis obviam egreſſis Ætoliſque, Romam præivit*. Cujus rationem reddidimus 4 Obſervat. 16. *J. Fr. Gron.*

3 *Quo in ſtatu Macedonia & Græcia*] Non ſcripti tantum, ſed & editiones omnes antiquæ, *quo ſtatu*. Vide ad lib. 22, 22. Lib. 30. *Si per quinquennium reſp. eodem ſtatu fuiſſet*. Idem.

4 *Acarnanes Locrique*] In Acarnania Geniadæ, Naſus captæ, in Locride Anticyra fuerat. *Sigonius.*

1 *Exer-*

Locrique eſſent, quaſque ibi res ipſe egiſſet terra marique, expoſuit. Philippum inferentem bellum Ætolis in Macedoniam retro ab ſe compulſum, ad intima penitus regni abiiſſe, legionemque inde deduci poſſe. claſſem ſatis eſſe ad arcendum Italia regem. Hæc de ſe, deque provincia cui præfuerat. Conſulum de provinciis communis relatio fuit. decrevere Patres, *Ut alteri conſulum Italia bellumque cum Annibale, provincia eſſet: alter claſſem, cui T. Otacilius præfuiſſet, Siciliamque provinciam cum L. Cincio prætore obtineret.* [1] Exercitus eis duo decreti, quæ in Etruria Galliaque eſſent (eæ quatuor erant) legiones. [2] urbanæ duæ ſuperioris anni in Etruriam; duæ, quibus Sulpicius conſul præfuiſſet, in Galliam mitterentur. Galliæ & legionibus præeſſet, quem conſul, cujus Italia provincia eſſet, præfeciſſet. In Etruriam C. Calpurnius poſt prætúram, prorogato in annum imperio, miſſus; & Q. Fulvio Capua provincia decreta, prorogatumque in annum imperium. Exercitus civium ſociorumque minui juſſus, ut ex duabus legionibus una legio, quinque millia peditum, & trecenti equites eſſent: dimiſſis qui plurima ſtipendia haberent: & ſociorum ſeptem millia peditum, & trecenti equites relinquerentur: eadem ratione ſtipendiorum habita in veteribus militibus dimittendis. Cn. Fulvio Conſuli ſuperioris anni, nec de provincia Apulia, nec de exercitu quem habuerat, quicquam mutatum. tantum in annum prorogatum imperium

1 *Exercitus eis duo decreti, quæ in*] Livii fuit: *Exercitus eis duo decreti, qui in Etruria Galliaque eſſent; ea quatuor erant legiones.* quomodo etiam Moguntina editio, niſi quod non diſtinguit poſt *legiones.* Solet ita ſemper Livius. 24, 44. *Bellum cum Annibale Coss. mandatum, & exercituum omnis, quem ipſe Sempronius habuerat; alter quem Fabius conſul; ea bina erant legiones.* 28, 10. *Exercitus ita diviſi. Conſulum alteri, quem C. Claudius, alteri quem Q. Claudius prætor (ea bina legiones erant) habuiſſet exercitum.* 32, 16. *Una* (claſſis) *cum Attalo Rege, ea quatuor & XX quinqueremes erant.* 33, 1. *Juſſis legionibus haſtatis (ea duo millia militum erant) ſequi ſe.* Jac. Perizonius.

2 *Urbana duæ ſuperioris anni*] Aliæ hæ legiones ſunt à quatuor iis, quas ante nominavit. *Sigonius.*

rium eſt. P. Sulpicius collega ejus omnem exercitum, præter ſocios navales, juſſus dimittere eſt. Item ex Sicilia exercitus, cui M. Cornelius præeſſet, ubi conſul in provinciam veniſſet, dimitti juſſus. L. Cincio Prætori ad obtinendam Siciliam, Cannenſes milites dati; duarum inſtar legionum. Totidem legiones in Sardiniam P. Manlio Volſoni Prætori decretæ: quibus L. Cornelius in eadem provincia priore anno præfuerat. Urbanas legiones ita ſcribere conſules juſſi, ne quem militem facerent, qui in exercitu M. Claudii, M. Valerii, Fulviique fuiſſent: neve eo anno plures quam una & viginti Romanæ legiones eſſent. His ſenatuſconſultis perfectis, 29
[1] ſortiti provincias conſules. Sicilia & claſſis Marcello, Italia cum bello adverſus Annibalem Lævino evenit. Quæ ſors velut iterum captis Syracuſis, ita exanimavit Siculos exſpectatione ſortis in conſulum conſpectu ſtantes, ut comploratio eorum flebileſque voces, & extemplo oculos hominum [2] converterent, & poſtmodo ſermones præbuerint. Circumibant enim ſenatum cum veſte ſordida, affirmantes, [3] *ſe non modo ſuam quiſque patriam, ſed totam Siciliam relicturos, ſi eo Marcellus iterum cum imperio rediſſet. Nullo ſuo merito eum ante implacabilem in ſe fuiſſe: quid iratum quod Romam de ſe queſtum veniſſe Siculos ſciat; facturum?* [4] *Obrui Ætnæ ignibus, aut mergi freto, ſatius illi inſulæ eſſe, quam velut dedi noxæ inimico.* Hæ Siculorum [5] querelæ,

1 *Sortiti provincias conſules*] Hæc adjungenda puto capiti ſequenti & ſcripſiſſe Livium: *Hu SC. perfectu, ſortitis provincias Conſulibus, Sicilia & Claſſis Marcello:* Vide ad lib. 3, 22. *J. Fr. Gron.*

2 *Converterent, & poſtmodum ſermonei*] Put. *converterint, & poſtmodo ſermones.* Quam vocem & ſupra habet lib. 25, 38 infraque lib. 28, 29. *Idem.*

3 *Se non modo ſuam quiſque patriam*] An *ſuam quemque patriam?* Idem.

4 *Obrui ab Ætna ign.*] Vet. lib. *Obrui Ætna ignibus.* Sigonius.

5 *Querela domos primum*] Vet. lib. *per domos.* Idem.

Querela per domos primum nobilium circumlatæ] Ita quidem Sigonius, ſed pluribus certe & melioribus, ſi non omnibus, noſtris abeſt *πὶ per.* Et abſit ſane: nam multo elegantius, *domos circumlatæ.* Cæſar lib. 1 de Civ. *Magni domum conſurſus ad Afranium, magnæ gratulationes fiebant.* J. Fr. Gronovius.

1 *Sen-*

relæ, domos primum nobilium circumlatæ, celebratæque ſermonibus, quos partim miſericordia Siculorum, partim invidia Marcelli excitabat, in ſenatum etiam pervenerunt. Poſtulatum à conſulibus eſt, ut de permutandis provinciis ſenatum conſulerent. Marcellus, *ſi jam auditi ab ſenatu Siculi eſſent, aliam forſitan futuram fuiſſe* [1] *ſententiam ſuam*, dicere. *nunc ne quis timore frænari eos dicere poſſet, quo minus de eo libere querantur, in cujus poteſtate mox futuri ſint; ſi collegæ nihil interſit, mutare ſe provinciam paratum eſſe.* [2] *deprecari ſenatus præjudicium. nam quum extra ſortem* [3] *collegæ optionem dari provinciæ iniquum fuerit, quantum majorem injuriam, immo contumeliam eſſe, ſortem ſuam ad eum transferri?* Ita ſenatus, quum quid placeret, [4] magis oſtendiſſet, quam decreſſet, dimittitur. inter ipſos conſules permutatio provinciarum, [5] rapiente fato Marcellum ad Annibalem, facta eſt: ut ex quo primus adverſæ pugnæ gloriam ceperat, in ejus laudem poſtremus Romanorum imperatorum, proſperis tum maxime bellicis rebus, caderet. Permutatis provinciis, Siculi in ſenatum introducti, multa de Hieronis regis fide perpetua erga populum Romanum verba fecerunt, [6] in gratiam publicam avertentes, *Hieronymum ac poſtea Hippocratem & Epicyden tyran-*

1 *Sententiam ſuam d.*] *Suam*, de quo ambigit Glareanus, procul dubio ad *Marcellum* referendum eſt. *Sigonius.*

2 *Deprecari ſenatus præjudicium*] Senſus, precari ne permutatio provinciæ à ſenatu permiſſa ſibi in contumeliam vertat. *Idem.*

Deprecari ſenatus præjudicium] Fruſtra hoc in pleriſque exemplaribus alio charactere expreſſerunt. Continuandum eſt cum reliqua oratione, & ne periodum quidem novam facit. Neque intellexit Sigonius, qui ſenſum ejus facit, precari, ne permutatio provinciæ ab ſenatu permiſſa ſibi in contumeliam vertat. Immo eſt, ſi non repugnet collega, ultro ſe provinciam cum eo commutaturum: ut vero decretum interponatur ſenatus, ut id faciat ſenatuſconſulto juſſus, id ſibi grave, idque deprecari. *J. Fr. Gron.*

3 *Collegæ optionem dare*] Scribe, *dari*. Idem.

4 *Magis oſtendiſſet quam decreviſſet*] Lege cum optimis, *decreſſet*. Idem.

5 *Rapiente fato Marcellum ad Annibalem*] Hoc ait, quia poſt v conſulatum Marcellus ab Annibale interfectus eſt. *Sigonius.*

6 *In gratiam publicam avertentes*] Minuas, cenſeo, capite poſtremam vocem, ſcribaſque, *vertentes*. Lib. 28. *Quum omnium ſecundorum adverſorumque cauſas in deos verterent.* J. Fr. Gron.

1 *Et*

tyrannos, quum ob alia, tum propter defectionem ab Romanis ad Annibalem, inviſos fuiſſe ſibi. ob eam cauſam & Hieronymum à principibus juventutis prope publico conſilio interfectum: & in Epicydis Hippocratiſque eadem ſeptuaginta nobiliſſimorum juvenum conjurationem factam: quos Marcelli mora deſtitutos, quia ad prædictum tempus exercitum ad Syracuſas non admoviſſet, indicio facto, omnes ab tyrannis interfectos. Eam quoque Hippocratis atque Epicydis tyrannidem, Marcellum excitaſſe; Leontinis crudeliter direptis. Nunquam deinde principes Syracuſanorum deſiſſe ad Marcellum tranſire: pollicerique, ſe urbem, quum vellet, ei tradituros; ſed eum primo vi capere maluiſſe. dein quum id neque terra, neque mari, omnia expertus, potuiſſet, auctores traditarum Syracuſarum fabrum ararium Soſin, & Mericum Hiſpanum, quam principes Syracuſanorum habere, toties id nequicquam ultro offerentes, præoptaſſe: quo ſcilicet juſtiore de cauſſa vetuſtiſſimos ſocios populi Romani truciderent, ac diriperet. Si non Hieronymus ad Annibalem defeciſſet, ſed populus Syracuſanus & ſenatus, ſi portas Marcello Syracuſani publice, & non oppreſſis Syracuſanis, tyranni eorum Hippocrates & Epicydes, clauſiſſent, ſi Carthaginienſium animis bellum cum populo Romano geſſiſſent; quid ultra quam quod fecerit, niſi ut deleret Syracuſas, facere hoſtiliter Marcellum potuiſſe? Certe præter mœnia & tecta exhauſta urbis, [1] & refracta ac ſpoliata Deum delubra, Diis ipſis ornamentiſque eorum ablatis, nihil relictum Syracuſis eſſe. Bona quoque multis adempta: [2] ita ut ne nudo quidem ſolo reliquiis direptæ fortunæ, alere ſeſe ac ſuos poſſent. Orare ſe Patres Conſcriptos, ut, ſi nequeant omnia, ſaltem, quæ compareant cognoſcique poſſint, reſtitui

1 *Et refracta deum delubra*] Omnes ſcripti, *& refracta ac ſpoliata deum delubra.* quod occupavit Lipſius, & temere ſecuit Rhenanus. *J. Fr. Gron.*

2 *Ita ut ne nudo quidem ſolo, reliquiis direptæ fortunæ*] Lego: *ita ut nec, nudo frugum ſolo, reliquiis* &c. Convenit cum illo: *nihil reliqui, præter terram nudam ac veſtam, habere.* Tan. Faber.

Ita ut ne nudo quidem ſolo] Sic omnes libri. Et tamen ſenſus nullus. Conjiciebam: *ita ut ne nunc quidem ſalvi reliquiis direptæ fortunæ alere ſeſe ac ſuos poſſent.* Ii, qui effugerunt tempeſtatem belli, & ſalvi ſunt, ne nunc quidem, reſtituta pace, habent, unde ſe ac ſuos tueantur. *J. Fr. Gron.*

ſtitui dominis jubeant. Talia conqueſtos quum [1] excedere templo, ut de poſtulatis eorum Patres conſuli poſſent, Lævinus juſſiſſet, [2] *Maneant imo*, inquit Marcellus, *ut coram his reſpondeam: quando ea conditione pro vobis, Patres Conſcripti, bella gerimus, ut victos armis accuſatores habeamus. Duæ captæ hoc anno urbes Capua Fulvium reum, Marcellum Syracuſæ habeant.* 31 Reductis in curiam legatis, tum conſul, *Non adeo majeſtatis*, inquit, *populi Romani imperiique hujus oblitus ſum, Patres Conſcripti, ut ſi de meo crimine ambigeretur, conſul dicturus cauſam, accuſantibus Græcis, fuerim, ſed non quid ego fecerim,* [3] *in diſquiſitionem venit, quam quid iſti pati debuerint. qui ſi non fuerunt hoſtes, nihil intereſt, nunc an vivo Hierone Syracuſas violaverim.* [4] *Sin autem deſciverunt, legatos noſtros ferro atque armis petierunt, urbem ac mœnia clauſerunt,* [5] *exercituque Carthaginienſium adverſus nos tutati ſunt;*

1 *Excedere templo*] Curiam intelligit. Nam ſenatus non niſi ſacrato haberi loco poterat. Inde paulo poſt, *reductis in curiam legatis.* Sigonius.

2 *Immo maneant, inquit Marcellus*] Omnibus noſtris abeſt τὸ *immo.* Secus placeret Rhenani: *Maneant immo.* quod indocte tranſpoſuerunt ſequuti editores, ut infra dicemus. *J. Fr. Gron.*

Maneant immo, inquit Marcellus] Quum τὸ *immo* ab omnibus plane MSS^tis abſit, & tamen non modo optime conveniat, ſed & Liviana conſuetudo id depoſcat; dubium mihi non eſt, tertiam vocem neſcio unde coalitam reſolvendam in duas, Liviumque dediſſe. *Maneant imo, ait Marcellus.* Adde ad 38, 43. Ita idem verbum mutatum video 37, 1. *Quum res novæ, expectatione certaminis ſenatum erexiſſet, P. Scipio Africanus dixit.* Nam illic Mog. Voſſ. Thuan. *Africanus ait.* Jac. Gron.

3 *In diſquiſitionem venit, quem quidquid in hoſtibus feci, jus belli defendit*] Rhenanus hic integra ſententia auctiorem Livium fecit, quam ego in illius gratiam Livii eſſe mallem quam credere poſſum. Put. antiquiſſimus & omnes Gallicani, Pall. Italici, Voſſ. *venit, nam quidquid iſti pati debuerint.* Et ſane illud eſt additamentum temerarii hominis, qui utcunque defectam veterem ſcripturam juvare voluit. Potuit multo clementius debuitque: *ſed non quid ego fecerim, in diſquiſitionem venit, quam quid iſti pati debuerint.* In priori membro particula *tam* intelligitur, qua omiſſa (& gaudere hac ellipſi Livium ſæpius monuimus) opportunior corruptioni fuit quæ ei reſpondet particula, & incidit tandem in illum Alexandrum, qui audacter adeo nodum ſolvi difficilem ſecare eſt aggreſſus. *J. Fr. Gron.*

4 *Sin autem deſciverunt, legatos noſtros*] Non temere eſt, quod Put. & omnes Gallicani: *deſciverunt portas legatos noſtros.* An ea vox interpretatur τὸ *mœnia clauſerunt?* an fuit: *deſciverunt aperte.* Rubenius, *ad portas* vel *in portu legatos* ex lib. 24, 33. *Idem.*

5 *Exercitumque Carthaginienſium*] Put. *exercituque Carthaginienſium adverſus nos tutati ſunt.* Certe enim magis

sunt; quis passos esse hostilia, quum fecerint, indignatur? Tradentes urbem principes Syracusanorum, aversatus sum: Sosin, & Mericum Hispanum, [1] *quibus tantum crederem, potiores habui. Non estis extremi Syracusanorum, quippe qui aliis humilitatem objiciatis. Quis est vestrum, qui se mihi portas aperturum, qui armatos milites meos in urbem accepturum promiserit? Odistis, & execramini eos qui fecerint, & ne hic quidem contumeliis in eos dicendis parcitis: tantum abest, ut & ipsi tale quicquam facturi fueritis. Ipsa humilitas eorum, Patres Conscripti, quam isti objiciunt, maximo argumento est, me neminem, qui navatam operam* [2] *reipublicæ nostræ velit, aversatum esse. Et antequam obsiderem Syracusas, nunc legatis mittendis, nunc ad colloquium eundo, tentavi pacem: & postequam neque legatos violandi verecundia erat, nec mihi ipsi congresso ad portas cum principibus responsum dabatur, multis terra marique exhaustis laboribus, tandem vi atque armis Syracusas cepi. Quæ captis acciderint,* [3] *apud Annibalem & Carthaginienses, victosque justius, quam apud victoris populi senatum, quererentur. Ego, Patres Conscripti, Syracusas spoliatas si negaturus essem, numquam spoliis earum urbem Romam exornarem. quæ autem singulis victor aut ademi aut dedi; quum belli jure, tum ex cujusque merito, satis scio me feciſſe.* [4] *Ea vos rata habeatis, Pa-*

tres

gis Punicis armis adversus Romanos defensæ fuerunt Syracusæ, quam ipsæ Punicum præsidium sunt tutatæ. *J. Fr. Gron.*

1 *Quibus tantam rem crederem*] Omnes Gall. & Voss. ignorant τὸ *rem*: An *tantum*? Duo Pall. *quibus tanta crederem.* Lib. 25. *Quod ab sociis se desertum hostium tantum auctas copias sentiebat.* Lib. 43. *Senatus indignari, tantum consulem ausum, ut suam provinciam relinqueret, in alienam transiret.* Idem.

2 *Reipublicæ nostræ velit*] Forte: *vellet.* Idem.

3 *Apud Annibalem & Carthaginienses victosque justius*] Gallicani, Pall. immo omnes: *victos se justius*: etiam antiqua editio: *victos sese justius.* Scribe elegantèr: *apud Annibalem & Carthaginienses, victos secum, justius quam apud victoris populi senatum quererentur.* nam & τὸ *Romani* Put. & Vossianus ignorant. *Idem.*

4 *Ea vos rata habeatis, P. C. nec ne*] Ita nullus ex scriptis. Put. Cantabr. Voss. Gud. omnes ignorant τὸ *nec.* Lege: *Ea vos rata habeatis, P. C. ne magis reipublicæ interest, quam mea.* Intelligitur causalis *ut* in priore membro. Eadem particula videtur mihi exulare apud Ciceronem lib. 4 de Finibus cap. 5. *Quod item cum vestri faciant, non satis magnam tribuunt inventoribus gratiam.* Ubi notant in Pal. pr. esse *nam satis*, tentantque *an satis.* Sed Ciceronianum & elegantissimum

tres Conſcripti, necne, magis reipublicæ intereſt, quam mea. Mea quippe fides exſoluta eſt: ad rempublicam pertinet, ne acta mea reſcindendo, alios in poſterum ſegniores duces faciatis. Et quoniam coram, & Siculorum, & mea verba audiſtis, Patres Conſcripti; ſimul templo excedemus, ut me abſente liberius conſuli ſenatus poſſit. Ita dimiſſis Siculis, & ipſe in Capito-
32 lium ad delectum diſceſſit. Conſul alter de poſtulatis Siculorum ad Patres retulit. [1] Ibi quum diu de ſententiis certatum eſſet, & magna pars ſenatus, principe ejus ſententiæ T. Manlio Torquato, *cum tyrannis bellum gerendum fuiſſe*, cenſerent, *hoſtibus & Syracuſanorum & populi Romani: & urbem recipi, non capi: & receptam legibus antiquis & libertate ſtabiliri, non feſſam miſeranda ſervitute bello affligi. Inter tyrannorum & ducis Romani certamina, præmium victoris in medio poſitam urbem pulcherrimam ac nobiliſſimam periiſſe, horreum atque ærarium quondam populi Romani: cujus munificentia ac donis multis tempeſtatibus, hoc denique ipſo Punico bello adjuta ornataque reſpublica eſſet.* [2] *Si ab inferis exiſtat* [3] *rex Hiero, fidiſſimus imperii Romani cultor, quo ore aut Syracuſas, aut Romam ei oſtendi poſſe? quum, ubi ſemirutam ac ſpoliatam patriam reſpexiſſet, ingrediens Romam in veſtibulo urbis, prope in porta, ſpolia patriæ ſuæ viſurus ſit?* Hæc taliaque quum ad invidiam conſulis miſerationemque Siculorum dicerentur, mitius tamen decreverunt Patres cauſſa Marcelli. *Quæ is gerens bellum victorque egiſſet, rata habenda eſſe. in reliquum curæ ſenatui fore rem Syracuſanam, mandaturoſque conſuli Lævino,* [4] *quod ſine jactura reipublicæ fieri*

erit legendo: *quod item cum veſtri faciant, ne ſatis magnam tribuunt inv. gratiam.* Solet enim Tullius *τὸ ſatis* uſurpare in privationibus, ut *ſatis magnam* illi ſit minime magnam. In Orat. 22. *Quare ſi jam me vultis eſſe oratorem, ſi etiam ſat bonum, ſi bonum denique.* Et alibi. *Jac. Gron.*

1 *Ibi quum diu de ſententiis certatum eſſet*] Expunge præpoſitionem. Lib. 27, 13. *Quum diu certatum verbis eſſet.* Ita enim tranſponit Put. voces. *J. Fr. Gron.*

2 *Si ab inferiis exiſtat*] Vet. lib. *Si ab inferis.* Sigonius.

3 *Rex Hiero fidiſſimus imperii Romani cultor*] Put. *imperio Romano.* J. Fr. Gron.

4 *Quoad ſine jactura*] Idem, ſed & alii: *quod ſine jactura reipublicæ fieri poſſet.*

fieri posset, fortunis ejus civitatis consuleret. Missis duobus senatoribus in Capitolium ad consulem, uti rediret in curiam, & introductis Siculis, senatusconsultum recitatum est. legatique benigne appellati, ac dimissi, ad genua se Marcelli consulis projecerunt, obsecrantes, *ut quæ deplorandæ ac levandæ calamitatis caussa dixissent, veniam eis daret, & [1] in fidem, clientelamque se urbemque [2] Syracusas acciperet.* [3] post hæc consul clementer appellatos dimisit. Campanis deinde senatus datus est, quorum oratio miserabilior, caussa durior erat. neque enim meritas pœnas negare poterant, nec tyranni erant, in quos culpam conferrent: sed satis pensum pœnarum, tot veneno absumptis, tot securi percussis senatoribus, credebant. [4] *Paucos nobilium* 33

super-

posset. non *quoad.* Bene: nam illud hoc sensu amant veterum optimi. Cicero in Verr. *Senator populi Romani, quod in vobis fuit, in vestro oppido jacuit & pernoctavit in publico.* Pro domo, *sacra Clodiana cur interirent, quod in te fuit?* Hinc illustrabimus, quod in prima ad Familiares Victorio, Manutio, omnibus editoribus difficile visum est: *tibi decernit, ut regem deducas, quod commodo rem facere possis.* Sic ad Atticum: *Petitionis hujusmodi ratio est, quod conjectura provideri possit.* Sed non id præcipuum est, quod impedivit viros doctos. Tò *rem* percepit Victorius, non Manutius: *tò commodo* Manutius non Victorius. Neque hoc verbum requirit, ut adjungatur *reipublicæ*: cum ita generatim conceptum comprehendat, significetque & reipublicæ & proconsulis Lentuli & provinciæ ejus & ipsius regis commodum. Ita Cicero in Bruto contrarium *incommodo*, non addito cujus: *Etsi fortasse ego à te hujus voluntarius procurator petam, quod ipse, cui debes, se incommodo exacturum negat.* Sic igitur ait, ut regem deducas, quatenus id vel eam rem commodo, omnium nempe quorum interest, facere possis. Tam prægnantis sententiæ sunt concepta eodem modo in omnibus vett. bonis libris verba. *J. Fr. Gron.*

1 *In fidem & clientelam*] Put. & fere omnes: *& in fidem clientelamque se urbemque.* Et, *appellatos dimisit*, extrito τῷ *eos.* Idem.

2 *Syracusas acciperet*] Vet. lib. *reciperet.* Sigonius.

3 *Post hæc consul clementer appellatos eos dimisit*] Plutarchus qui totam hanc eandem historiam narrat, hoc sic exprimit: Ὑπελαμβάνεν ἔτι ὁ Μάρκελλος, τούτοις τε διαλλάττων, καὶ τοῖς ἄλλοις Συρακουσίοις ἀεί τι προσῆκον ἀγαθὸν διατίθεις. *Idem.*

4 *Paucos nobilium superstites esse*] Non tacendum in Put. & reg. legi: *superior esse.* Ut & infra cap. 35 non hi modo, sed Gallicani omnes: *Ne unde redimantur quidem, quidquam superior esse.* vel, *superius esse.* Numquid diviso verbo duplicato uti voluit, ut esset: *super ius esse?* Cornelius Nepos Alcib. *Contra Atheniensibus exhausto præter arma & naves nihil erat super.* Tacitus 1 Histor. 20. *At illis vix decuma super portiones erant.* Voss. *nobilium superiore s esse.* J. Fr. Gron.

superstites esse, quos nec sua conscientia, ut quicquam de se gravius consulerent, impulerit, nec victoris ira capitis damnaverit, eos libertatem sibi suisque, & bonorum aliquam partem orare, cives Romanos, affinitatibus plerosque & [1] propinquis jam cognationibus ex connubio vetusto junctos. Summotis deinde è templo, paulisper dubitatum, an arcessendus à Capua Q. Fulvius esset. ([2] mortuus enim post captam Claudius consul erat) ut coram imperatore qui res gessisset, sicut inter Marcellum Siculosque disceptatum fuerat, disceptaretur: dein, [3] quum M. Atilium, C. Fulvium fratrem Flacci, legatos ejus, ac Q. Minucium & L. Veturium Philonem, item Claudii legatos, qui omnibus gerendis [4] rebus affuerant, in senatu viderent, nec Fulvium avocari à Capua, nec differri Campanos vellent; interrogatus sententiam M. Atilius Regulus, cujus ex iis qui ad Capuam fuerant, maxima auctoritas erat, *In consilio*, inquit, *arbitror me fuisse consulibus Capua capta, quum quaereretur, ecquis Campanorum de republica nostra bene meritus esset; duas mulieres compertum est, Vestiam Oppiam Atellanam Capuæ habitantem, & Fauculam Cluviam, quæ quondam quæstum corpore fecisset; illam quotidie sacrificasse pro salute & victoria*

1 *Propinquis jam cognationibus*] Put. Cantabr. Vossi Gud. duo Pall. *jam jam*. Apparet verum esse: *propinquis jam etiam cognationibus*. Justinus de Amazonibus: *Jam etiam cum contemptu virorum se tuentur*. Et sic alibi Livius. *Jac. Gron.*

2 *Mortuus enim post captam Claudius consul erat*] Legendum *pro consule*, quod eo anno quo Capua capta est P. Sulpicius, & Cn. Fulvius consules fuerint. Q. autem Fulvius, & Ap. Claudius ad Capuam cum proconsulari imperio. Itaque paulo post ait: *Fulvio proconsuli*. Nisi si accipias, *consul*, pro eo qui consulare gerat imperium. ut paulo post: *In consilio arbitror me fuisse consulibus Capua capta*. Sigonius.

Mortuus enim post captam Claudius consul erat] Rectius Sigonius: *Claudius pro consule*. etsi quibusdam in libris ea vox tota desit. Sic enim hoc capite: *Qui se dediderunt in arbitrium ditionemque populi Romani Fulvio proconsule*. Tacitus 2 Annal. 52. *Furius Camillus pro consule Africæ*. J. Fr. Gron.

3 *Quum M. Atilium C. Fulvium fratrem Flacci legatos ejus*] Gallicani ignorant *ejus*, dein *fratres* habent. Scribe: *quum M. Atilium, C. Fulvium fratris Flacci legatos, ac Q. Minucium*. Respicit autem τὸ *fratris* solum Fulvium, quasi dictum esset: *hunc fratris Flacci*. Hanc notabilem sermonis brevitatem sustulerunt librarii & correctores, ego unice amplector. *Idem.*

4 *Rebus affuerunt*] Vet. lib. *interfuerat*. Sigonius.

1 *Secu-*

ctoria populi Romani; hanc captivis egentibus alimenta clam ſuppeditaſſe. Cæterorum omnium Campanorum eundem erga nos animum, quem Carthaginienſium, fuiſſe: [1] *ſecurique percuſſos à Q. Fulvio eſſe magis, quorum dignitas inter alios, quam quorum culpa eminebat. Per ſenatum agi de Campanis, qui cives Romani ſunt, injuſſu populi non video poſſe. idque & apud majores noſtros* [2] *in Satricanis factum eſt, quum defeciſſent: ut M. Antiſtius tribunus plebis prius rogationem ferret,* [3] *ſciretque plebs, uti ſenatui de Satricanis ſententiæ dicendæ jus eſſet. Itaque cenſeo cum tribunis plebis agendum eſſe, ut eorum unus pluresve rogationem ferant ad plebem, qua nobis ſtatuendi de Campanis jus fiat.* L. Atilius tribunus plebis, ex auctoritate ſenatus plebem in hæc verba rogavit: *Omnes Campani, Atellani, Catellini, Sabatini, qui ſe dediderunt in arbitrium ditionemque pop. Rom. Fulvio proconſule, quæque ima ſecum dediderunt, agrum urbemque, divina, humanaque, ætenſiliaque, ſive quid aliud dediderunt; de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo, Quirites.* Plebes ſic juſſit, [4] *Quod ſenatus juratus maxima*

1 *Securique percuſſos fuiſſe magis*] Voſſ. *viciſſe magis.* Put. *percuſſos eiſſe magis.* Lege: *pere. eſſe.* J. Fr. Gron.

2 *In Sutrianis, cum defeciſſent*] Vet. lib. *in Satricanis*, & recte. *Satricanos* enim ad Samnites defeciſſe anno ab U.C. CDXXXIIII tradit Livius lib. 9. De *Sutrinis* autem, ſic enim legendum eſſet, nihil eſt traditum. *Sigonius.*

3 *Sciretque plebs uti ſenatui de Satricanis ſententia dicendæ jus eſſet*] Forte: *ſciſceretque plebi.* J. Fr. Gron.

4 *Quod ſenatus maxima pars jubeat, qui aſſidens, id volumus, jubemuſque*] Solennia hæc verba eſſe videntur, quibus plebs in ſenatus conſulto comprobando utebatur. Vet. lib. *qui aſſidetis.* Sigonius.

Quod ſenatus pars maxima] Libri omnes: *ſenatus juratus.* Et conſtat gravioribus in rebus ſenatum juratum decreviſſe: ſed commodius putat Lipſius: *ſenatus jurati.* In illo autem, *qui adſidetis*, vir tantus bonam copiam ejurat: quid, inquit, in hac ſolenni formula valeat, qui explicaverit, vir eſto. Tentandum eſt aliquid hac conditione propoſita. Libri omnes: *qui adſidens:* nam illud eſt Sigonii, & poteſt tolerari: ſed & commode ſit, *adſederint*, vel *adſidebunt.* Probum vero, *ſenatus juratus.* Nam in formula hac: *ſenatus juratus, maxima pars, qui adſederint:* perpetua eſt epexegeſis, & poſterius membrum explicat præcedens. Ut igitur oſtendant per hoc, *ſenatus juratus*, non intelligi præciſe omnes & ſingulos, ſed majorem ſenatorum partem, additur, *maxima pars.* Rurſum poterat fieri, ut in longum res per infrequentiam producerentur, ut per incidentia alia publica conſultationis negotia huic rei vacare pars maxima nequiret, & ideo neceſſe eſſet cenſos nec nimis magno numero hanc procurationem ſubitutos ex amplißimo ordine

34 *ma pars censeat, qui assidetis, id volumus jubemusque.* Ex hoc plebeiscito senatus consultus, *Oppia Cluviæque primum bona ac libertatem restituit. si qua alia prèmia petere ab senatu vellent, venire eas Romam.* Campanis in familias singulas decreta facta, quæ non operæ pretium est omnia enumerare. *Aliorum bona publicanda: ipsos liberosque eorum & conjuges vendendas,* [1] *extra filias quæ enupsissent prius quam in populi Romani potestatem venirent. Alios in vincula condendos, ac de his posterius consulendum.* Aliorum Campanorum summam etiam census distinxerunt, publicanda necne bona essent; *pecua captiva, præter equos, & mancipia,* [2] *præter puberes virilis sexus, & omnia quæ solo non continerentur, restituenda,* censuerunt, *dominis. Campanos omnes, Atellanos, Calatinos, Sabatinos, extra quam, qui eorum aut ipsi aut paren-*

dine deligi. Id ut liceat, neve de eo dubitetur, adjiciunt, se habituros hoc pro eo, quod à senatu, id est, parte maxima senatorum, sit constitutum, quod visum fuerit illis, *qui* ad hanc rem consultandam *adsederint.* Istiusmodi appositionum plenus Livius. Lib. 1. *Aversos boves, eximium quemque pulchritudine, caudis in speluncam traxit.* Lib. 3. *Juniores, id maxime quod Cæsonis sodalium fuit, auxere iras in plebem.* Lib. 21. *Cum expeditis, acerrimo quoque viro.* Jam de parte maxima firmant illa, Lib. 9. *Ne quis templum aramve injussu senatus aut tribunorum plebis partis majoris dedicaret.* Lib. 40. *Quantum Q. Petilio prætori majorique parti tribunorum plebis videretur.* Nonnunquam etiam certus numerus requirebatur. Ut lib. 38. *Prætor senatum consuleret, si si permissum esset, quum in senatu centum non minus essent.* Lib. 42. *Donaria dari, quanta ex pecunia decressent senatus, quum centum & quinquaginta non minus adessent.* Quod hic est *adesse*, illic est *adsidere.* Ut lib. 1, quod maxime illustrat: *Inde ordine alii rogabantur: quandoque pars major eorum, qui aderant, in eam sententiam ibat.* Ex quo potest & *tò eorum* intelligi in eo: *maxima pars qui adsederint.* Denique quia de senatu jurato apud Ciceronem exempla esse ait vir summus, addemus unum alterumque ex Livio. Lib. 30. *Patres igitur jurati (ita convenerat) censuerunt, uti Cos. provincias inter se compararent.* Lib. 42. *Ut juratus senatus decerneret, qui eam rem quæreret animadverteretque.* Scribe etiam cum optimis circa hæc ipsa: *plebes sic jussit:* &c, ex hoc *plebeiscito.* Ibidem Put. & Men. *extra filias, quæ enupsissent:* ut Sigonius. *J. Fr. Gron.*

1 *Extra filias quæ nupsissent*] Veter. lib. *enupsissent*, egregie, quasi quæ à paterna domo in mariti transisient. ut enim *innubere* est in mariti domum transire, sic *enubere* è patris domo exire. Livius lib. 1. *Ea cum innupsisset.* Et lib. 10. *Virginiam quod è patribus enupsisset, sacris arcuerant.* Sigonius.

2 *Præter puberes virilis sexus*] Studiose & Salmasius & pater notarunt ex Put. *viriles*, ut mihi dubium sit nullum, quin Livius scripserit *præter puberes virile secus*, & adponi debeat hic locus iis, quæ notata sunt ad 26, 47. *Jac. Gron.*

1 *Tanta*

parentes eorum apud hoſtes eſſent, liberos eſſe, juſſerunt: *ita ut nemo eorum civis Romanus, aut Latini nominis eſſet: neve quis eorum, qui Capuæ fuiſſent, dum portæ clauſæ eſſent, in urbe agrove Campano intra certam diem maneret. Locus ubi habitarent, trans Tiberim, qui non contingeret Tiberim, daretur. qui nec Capuæ nec in urbe Campana, quæ à pop. Romano defeciſſet, per bellum fuiſſent, eos cis Lirim amnem Romam verſus; qui ad Romanos tranſiſſent prius, quam Annibal Capuam veniret, cis Vulturnum emovendos*, cenſuerunt. *ne quis eorum propius mare quindecim millibus paſſuum agrum ædificiumve haberet. Qui eorum trans Tiberim moti eſſent, ne ipſi poſterive eorum uſpiam pararent, haberentve, niſi in Veiente, aut Sutrino Nepeſinove agro: dum ne cui major, quam quinquaginta jugerum agri modus eſſet. Senatorum omnium, quique magiſtratus Capuæ, Atellæ, Calatiæ geſſiſſent, bona venire Capuæ*, juſſerunt. *libera corpora quæ venundari placuerat, Romam muti, ac Romæ venire. Signa, ſtatuas æneas, quæ capta de hoſtibus dicerentur, quæ eorum ſacra ac profana eſſent, ad pontificum collegium* rejecerunt. Ob hæc decreta mœſtiores aliquanto quam Romam venerant, Campanos dimiſerunt. nec jam Q. Fulvii fævitiam in ſeſe, ſed iniquitatem Deum, atque execrabilem fortunam ſuam incuſabant. Dimiſſis Siculis 35
Campaniſque, delectus habitus. ſcripto deinde exercitu, de remigum ſupplemento agi cœptum. in quam rem quum neque hominum ſatis, nec, ex qua pararentur ſtipendiumque acciperent, pecuniæ quicquam ea tempeſtate in publico eſſet; edixerunt conſules, ut privati ex cenſu ordinibuſque, ſicut antea, remiges darent cum ſtipendio cibariiſque dierum triginta. Ad id edictum tantus fremitus hominum [1] tantaque indignatio fuit, ut magis dux, quam materia ſeditioni deeſſet. *Secundum Siculos Campanoſque plebem Romanam perdendam, lacerandamque ſibi conſules ſumpſiſſe. per tot annos tributo exhauſtos,*

1 *Tanta indignatio fuit*] Vet. lib. *tantaque indignatio fuit*. Sigonius.

hauſtos, nil reliqui, præter terram nudam ac vaſtam, habere. Tecta hoſtes incendiſſe, [1] *ſervos agricultores rempublicam abduxiſſe: nunc ad militiam parvo ære emendo, nunc remiges imperando. Si quid cui argenti æriſve fuerit, ſtipendio remigum, & tributis annuis ablatum. ſe ut dent quod non habeant, nulla vi, nullo imperio cogi poſſe. Bona ſua venderent: ipſi corpora quæ reliqua eſſent, ſævirent. Ne unde redimantur quidem, quicquam ſupereſſe.* Hæc non in occulto, ſed propalam in foro atque oculis ipſorum conſulum ingens turba circumfuſi fremebant: nec eos ſedare conſules, nunc caſtigando, nunc conſolando poterant. [2] Spatium deinde his tridui ſe dare ad cogitandum dixerunt: quo ipſi ad rem inſpiciendam expediendamque uſi ſunt. Senatum poſtero die habuerunt de remigum ſupplemento: ubi [3] quum mul-

1 *Servos agricultores rempublicam abduxiſſe*] Integra lectio, ſiquidem ex hac nullus ſenſus percipitur, eſt in vet. lib. *ſervos agricultores populi Romani abduxiſſe.* Quamquam ſuſpicor etiam, nepio, *populi Rom.* legendum ſit, *prætores.* Eſt enim lapſus, ut dixi, quotidianus. Querela autem plebis hæc eſt, quæ ſuas calamitates aperit, & ait tecta ab hoſtibus incenſa, ſervos qui agros colebant à prætoribus abductos partim ad militiam parvo ære emendo, partim remiges imperando. Intelligit autem eos, qui poſt Ganuenſem pugnam à Ti. Graccho proconſ. armati fuerant. Itaque lib. 34 ait L. Valerius loquens de hac re & tempore, ita: *Servi quibus armis darentur, ita ut pretium pro iis bello perfecto dominis ſolveretur, emebantur.* Sigonius.

Servos agricultores rempublicam abduxiſſe] Laborat hic Sigonius. Refert ex ſuo libro: *agricultores populi Romani:* legit autem: *prætores abduxiſſe.* Quaſi mirum ſit, qui abducti ſint in uſum reipublicæ juſſu illorum, qui reipubl. præſunt, eos *rempublicam abduxiſſe* dici. Male ergo & Cicero in Bruto, de Ti. Graccho: *Propter tum bulentiſſimum tribunatum, ad quem ex invidia fœderis Numantini bonus iratus acceſſerat, ab ipſa republica eſt interfectus.* Et lib. 1 Fam. 9. *Me univerſa reſpublica, duce ſenatu, comitante Italia,* &c. *omnibus denique ſuis viribus recuperaſſet.* Male Tacitus lib 1 Ann. *Dabat & fama; ut vocatus electuſque potius à republica videretur, quam per uxorium ambitum & ſimili adoptione irrepſiſſe.* Itaque abſit ut editum, ab optimis libris confirmatum, mutemus. *J. Fr. Gron.*

2 *Spatium deinde his tribuere ſe, dareque ad cogit.*] Nemo hunc locum mendoſe eſſe animadvertiſſet, niſi veteres libri id docuiſſent, in quibus eſt: *Spatium deinde tridui ſe dare ad cogitandum dixerunt.* Eſt enim veriſimile certum dierum ſpatium eſſe datum. *Sigonius.*

Spat. deinde his trib. ſe dareque ad cogitand.] Put. *Spatium deinde iis tribui ſe dare ad cogitandum.* Optime, modo literam mutes, faciaſque *tridui*, quod anticipavit Sigonius. Voſſ. *tribuiſſe dareque.* J. Fr. Gron.

3 *Quum multa diſſeruiſſent, cur aqua plebi recuſatio eſſet*] Ita quidem MSS.

Sed

ta differuiſſent, cur æqua plebis recuſatio eſſet, verterunt orationem eo, ut dicerent, *Privatis id, ſeu æquum ſeu iniquum onus injungendum eſſe. Nam unde, quum pecunia in ærario non eſſet, paraturos navales ſocios? Quomodo autem ſine claſſibus, aut Siciliam obtineri, aut Italia Philippum arceri poſſe, aut tuta Italiæ littora eſſe?* Quum in hac difficultate rerum 36
conſilium hæreret, ac prope torpor quidam occupaſſet hominum mentes, tum Lævinus conſul, *Magiſtratus ſenatui,* [1] *& ſenatum populo, ſicut honore præſtent, ita ad omnia quæ dura atque aſpera eſſent, ſubeunda ducem debere eſſe. Si quid injungere inferiori velis, id prius in te ac tuos ſi ipſe juris ſtatueris, facilius omnes obedientes habeas. nec impenſa gravis eſt, quum ex ea plus quam pro virili parte ſibi quemque capere principium vident.* [2] *Itaque claſſes habere atque ornare volumus populum Romanum? privatos ſine recuſatione remiges dare? nobiſmet ipſis primum imperemus.* [3] *Aurum, argentum, as ſignatum omne ſenatores craſtina die in publicum conferamus: ita ut annulos ſibi quiſ-*

quiſque & conjugi, & liberis, & filio bullam, & quibus uxor filiave ſunt uncias pondo relinquat auri, argenti; qui curuli ſella ſederunt equo ornamenta, & libras pondo, ut ſalinum, patellamque deorum cauſa habere poſſint. Ceteri ſenatores libram argenti tantum, aris ſignati quina millia in ſingulos patreſfamilias relinquamus. Ex ejuſmodi verborum interpunctione & lectione ſatis commode ſenſum colligi puto.

Sed placebat Salmaſio: *curaque plebis recuſatio eſſet.* J. Fr. Grop.

1 *Et ſenatus populo, ſicut honore præſtet*] Put. & Gallicani: *& ſenatum populo ſicut honore præſtent.* Recte: nam τὸ *magiſtratus*, plurativo numero accipiendum, utrumque autem τὸ *magiſtratus* & τὸ *ſenatum* reſpondent orationi infinitivæ, *duces debere eſſe.* nam & ſic optimi. non *ducem.* Idem.

2 *Itaque ut claſſem habeat, quam ornare volumus, populus Romanus, --- dare nobiſm.*] Malim *reſpubl.* errore ex præpoſteris literis orto, P. R. & R. P. ſic enim paulo poſt: *Nec remige in ſupplementum, nec ſtipendio reſp.* egnit. Sigonius.

Itaque ut claſſem habeat, quam ornare volumus] Quis hæc ſana judicet? Sed & MSS. vitii ea coarguunt: Alii, *Itaque claſſes habeat quas ornare.* Alii, *Itaque claſſem hanc quam ornare.* Put. & optimi: *Itaque claſſes habeatque ornare volumus P. R. privatos.* Scribe & diſtingue: *Itaque claſſes habere atque ornare volumus populum Romanum? privatos ſine recuſatione remiges dare? Nobiſmet ipſi primum imperemus.* J. Fr. Gronovius.

3 *Aurum, argentum, as ſignatum --- ſingulas uncias* &c.] Quia fœde vitiatus hic locus multis in partibus eſt, ipſum, quomodo legendum eſſe cenſeo, recitabo: deinde cur ita legam, exponam. Loquitur ita Lævinus conſul de ratione auri, argentique in publicum conferendi: *Aurum, argentum, as ſignatum omnes ſenatores craſtino die in publicum conferamus, ita ut annulos ſibi quiſque & conjugi, & liberis, & filio bullam, & quibus uxor filiave ſunt uncias pondo relinquat auri, argenti; qui curuli ſella ſederunt equo ornamenta, & libras pondo, ut ſalinum, patellamque deorum cauſa habere poſſint. Ceteri ſenatores libram argenti tantum, aris ſignati quina millia in ſingulos patreſfamilias relinquamus.* Ex ejuſmodi verborum interpunctione & lectione ſatis commode ſenſum colligi puto.

quiſque, & conjugi, & liberis, & filio bullam, & quibus uxor filiæve ſunt, [1] *ſingulas uncias pondo auri relinquant; argenti, qui curuli ſella ſederunt, equi ornamenta & libras pondo,* [2] *ut ſalinum patellamque Deorum cauſſa habere poſſint. cæteri ſenatores libram argenti tantum, æris ſignati quina millia in ſingulos patres familia relinquamus.* [3] *Caterum omne aurum, argentum, æs ſignatum, ad triumviros menſarios extemplo deferamus; nullo ante ſenatuſconſulto facto: ut voluntaria collatio, & certamen adjuvandæ reipublicæ excitet ad æmulandum animos primum equeſtris ordinis, dein reliquæ plebis. hanc unam viam, multa inter nos collocuti, conſules invenimus. Ingredimini Diis bene juvantibus. Reſpublica incolumis & privatas res facile ſalvas præſtat.* [4] *publica prodendo, tua nequicquam ſerves.* In hæc tanto animo conſenſum eſt, ut gratiæ ultro conſulibus agerentur. ſenatu inde miſſo, pro ſe quiſque aurum, argentum & æs in publicum conferunt: tanto certamine injecto, ut prima inter primos nomina ſua vellent in publicis tabulis qui ex vulgata lectione nullus eliciebatur. Quod autem antea legebatur: *ſingulas uncias auri pondo relinquant, argenti, qui ſella.* inveni in vet. lib. legi: *ſingulas uncias pondo relinquat auri, argenti*, ita ut aliud deinceps ſequatur membrum: *qui ſella curuli ſederunt, ii ſibi relinquant equi ornamenta, & libras pondo auri, argenti, ita ut ſalinum, patellamque habere poſſint. Ceteri ſenatores nihil auri ſibi relinquant, ac libram argenti tantum. Porro autem æris ſignati quinque millia in ſingulos patres familia relinquamus.* Quod autem ait: *uncias pondo auri*: &, *libras pondo*, recte ait: ſic enim loquebantur antiqui, cum *libram ponderalem*, non *menſuralem* ſignificabant, ut Plautus in Pſeudolo: *Eo laſerpicii libram pondo diluunt.* & in Rudente: *Neque piſcium libram unam jam hodie pondo cepi.* Et Livius hoc libro paulo poſt: *Tatera aurea fuerunt* CCLXXVII *librales ferme omnes pondo.* Et libro quarto: *Coronam auream libras pondo.* Itaque libro 34 de hoc decreto ſic ſcriptum eſt: *Cautum erat, quo ne plus auri, & argenti facti, quo ne plus ſignati argenti & æris domi haberemus.* Hic locus torſit Vallam & Glareanum. *Sigonius.*

1 *Singulas uncias auri pondo*] Scribendum: *ſingulas uncias pondo auri*: dictum fuit in commentario de Pecun. vet. 1, 6. *J. Fr. Gron.*

2 *Ut ſalinum*] Libri *lignum*, unde illud Valla. Lipſius *culignam* lib. 2 Epiſt. Q. 8. Put. *utalinum*. Inter verſus ſupra *i* & *n* interpoſitum *g*. Perſius 3 Sat. 35. *Eſt tibi far modicum, purum & ſine labe ſalinum.* Et ipſe Lipſius mutavit ſententiam Saturn. 1, 2. *Idem.*

3 *Caterum omne aurum, argentum*] *Caterum* nomen eſt, non adverbium: intelligit enim reliquum aurum, argentumque in publicum conferendum, præter id, quod ſibi quiſque ex ſenatus auctoritate reliquerit. Itaque accentus tollendus eſt. *Sigonius.*

4 *Publica prodendo*] Vet. lib. *prædendo*, vere. *Idem.*

bulis esse; ut [1] nec triumviri accipiundo, nec scribæ referundo sufficerent. Hunc consensum senatus equester ordo est secutus: equestris ordinis plebes. [2] ita sine edicto, sine coërcitione magistratus, nec remige in supplementum, nec stipendio respublica eguit: paratisque omnibus ad bellum, consules in provincias profecti sunt. [3] Neque aliud magis tempus belli fuit, quo Carthagi- 37
nienses Romanique pariter variis casibus immixtis, magis in ancipiti spe ac metu fuerint. Nam Romanis & in provinciis, hinc in Hispania adversæ res, hinc prosperæ in Sicilia, luctum & lætitiam miscuerant: & in Italia, quum Tarentum amissum damno & dolori, tum arx cum præsidio retenta præter spem gaudio fuit: & terrorem subitum pavoremque urbis Romæ obsessæ & oppugnatæ, Capua post dies paucos capta in lætitiam vertit. Transmarinæ quoque res quadam vice pensatæ. Philippus hostis tempore haud satis opportuno factus: Ætoli novi adsciti socii, Attalusque Asiæ rex, jam velut despondente fortuna Romanis imperium Orientis. Carthaginienses quoque Capuam amissam, & Tarentum captum æquabant: & ut ad mœnia urbis Romanæ nullo prohibente se perveniisse in gloria ponebant, ita pigebat irriti incepti: pudebatque adeo se spretos, ut sedentibus ipsis ad Romana mœnia, alia porta exercitus Romanus in Hispaniam duceretur. Ipsæ quoque Hispaniæ quo propius spem venerant, tantis duobus ducibus exercitibusque cæsis, debellatum ibi, ac pulsos inde Romanos esse;

1 *Nec triumviri accipiendo nec scriba referendo*] Optimi libri *accipiundo* & *referundo*. J. Fr. Gron.

2 *Ita sine edicto, sine cohortatione magistratus*] Pal. unus: *coertione*. Alter: *coercitione*. Put. reg. Men. Voss. *coercitatione*. An verum est *coercitione?* est utique: nam cohortatio facta quidem illa fuerat, sed profecerat omnino nihil. Et sic noster lib. 4. *Consuli damnum aliamve coercitionem detrectantibus militiam inhibenti*. Suetonius Augusto: *Coercitionem in histriones magistratibus in omni tempore & loco lege vetere permissam ademit*. Vise libros Juris. *Idem*.

3 *Neque aliud magis*] Adscripsit margini suo pater τὸ *magis* forte delendum. *Jac. Gron.*

1 *Da-*

esse; eo plus, ab L. Marcio tumultuario duce ad vanum & irritum victoriam redactam esse, indignationis præbebat. Ita æquante fortuna, suspensa omnia utrimque erant: integra spe, integro metu, velut illo tempore
38 primum bellum inciperent. Annibalem ante omnia angebat, quod Capua pertinacius oppugnata ab Romanis, quam defensa ab se, multorum Italiæ populorum animos averterat: quos neque omnes tenere præsidiis, nisi vellet in multas parvasque partes carpere exercitum, quod minime tum expediebat, poterat: nec deductis præsidiis spei liberam vel obnoxiam timori sociorum relinquere fidem. Præceps in avaritiam & crudelitatem animus, ad spolianda, quæ tueri nequibat, ut vastata hosti relinquerentur, inclinavit. Id fœdum consilium, quum incepto, tum etiam exitu fuit. neque enim indigna patientium modo abalienabantur animi, sed cæterorum etiam. quippe ad plures exemplum, quam calamitas, pertinebat. Nec consul Romanus tentandis urbibus, ficunde spes aliqua se ostendisset, deerat. Salapiæ principes erant, [1] Dasius & Blasius: Dasius Annibali amicus, Blasius quantum ex tuto poterat, rem Romanam fovebat: & per occultos nuncios spem proditionis fecerat Marcello, sed sine adjutore Dasio res transigi non poterat. Multum ac diu cunctatus, & tum quoque magis inopia consilii potioris, quam spe effectus, Dasium appellabat. at ille quum ab re averſus, tum æmulo potentatus inimicus, rem Annibali aperit. Arcessito utroque, Annibal quum pro tribunali quædam ageret, mox de Blasio cognituros, starentque summoto populo accusa-

1 *Dasius, & Blasius*] Vet. lib. *Blatius*. Valerius Max. libro tertio, capite quarto, *Blasium*, ubi de eadem re agit, vocat. Quæ eadem scriptura est in vetustissimo, quem apud ingeniosissimum, humanissimumque Joan. Baptistam Pignam legi, libro est. *Sigonius*.

Dasius & Blasius] Put. ubique; *Blattius*. Appianus ὁ Νυμβαίων τύραννος Δάσιος περὶ τὰ Λιβύων ἤθεα, Ἐλλάδος δὲ τὰ Ῥωμαίων. *J. Fr. Gron.*

1 *Bla-*

cuſator & reus: [1] Blaſius de proditione Daſium appellabat. Enimvero ille, velut in manifeſta re, exclamat, ſub oculis Annibalis ſecum de proditione agi. Annibali atque eis qui aderant, quo audacior res erat, minus ſimilis veri viſa eſt. æmulationem profecto atque odium eſſe: & id crimen afferri, quod, quia teſtem habere non [2] potuiſſet, liberius fingenti ſit. Ita inde dimiſſi ſunt. [3] nec Blaſius ante abſtitit tamen tam audaci incepto, quam idem obtundendo, docendoque quam ea res ipſis patriæque ſalutaris eſſet, pervicit, ut [4] præſidium Punicum, (quingenti autem Numidæ erant) Salapiaque traderetur Marcello. Nec ſine cæde multa tradi potuit. longe fortiſſimi equitum toto Punico exercitu erant. Itaque quamquam improviſa res fuit, nec uſus equorum in urbe erat; tamen armis inter tumultum captis, & eruptionem tentaverunt; & quum evadere nequirent, pugnantes ad ultimum occubuerunt. nec plus quinquaginta ex his in poteſtatem hoſtium vivi venerunt. pluſque aliquanto damni hæc ala equitum amiſſa Annibali, quam Salapia fuit: nec deinde umquam Pœnus (quo longe plu-

1 *Blaſius de proditione Daſium appellabat*] Hoc item exponit Valerius: *Blaſius vultu diſſimulante, ac voce ſummiſſa monere Daſium cœpit, ut Romanorum potius, quam Carthaginienſium partes foveret.* Sigonius.

2 *Potuiſſet, liberius fingeretur ita deinde*] Gallicani, Voſſ. duo Pall. *quia teſtem habere non poſſet, liberius fingentis ita inde.* Put. *fingentiſitia inde.* Repone: *liberius fingenti ſit. Ita inde dimiſſi ſunt.* Lib. 30. *Colloquium Annibalis in ſecreto habitum ac liberum fingenti, quæ velit fuiſſe.* **J. Fr. Gron.**

3 *Nec Blaſius ante abſtitit tam audaci incepto*] Put. *abſtitit tament audaci.* Significat: *abſtitit tamen tam audaci.* Idem.

4 *Præſidium Punicum, hi autem Numidæ erant*] Solet in ejuſmodi re Livius numerum eorum, qui ſunt in præſidio nominare. Quare non dubito quin vox, *hi*, mendoſe ſit, pro *D.* nam quingentos fuiſſe Numidas, qui traditi Marcello a Blatio ſunt, eodem loco Valerius ſcribit, qui cetera a Livio mutuatus eſt. Hoc autem tanto verius puto, quod ſubdit: *Nec plus quinquaginta ex his in poteſtatem hoſtium vivi venerunt.* Sigonius.

Præſidium Punicum (hi autem Numidæ erant)] Put. & Voſſ. *præſidium Punicum autem Numidæ.* Ut & reg. & Men. Palatinus unus: *Punicum id autem.* **Nempe excidit numerus aut corruptus eſt: nam ſcriptum fuerat: 10 autem, ſive *quingenti autem Numidæ erant.* Valerius Maximus lib. 3, 8. *Marcelloque Salapiam & quingentos Numidas qui in ea cuſtodiæ cauſſa erant, tradidit.* Nec fugit hoc Sigonium. *J. Fr. Gron.***

1 *Pra-*

39 plurimum valuerat) equitatu ſuperior fuit. Per idem tempus quum in arce Tarentina vix inopia tolerabilis eſſet, ſpem omnem præſidium quod ibi erat Romanum, [1] præfectuſque præſidii atque arcis M. Livius, in commeatibus ab Sicilia miſſis habebant. qui ut tuto præterveherentur oram Italiæ, claſſis viginti ferme navium Rhegii ſtabat. Præerat claſſi commeatibuſque D. Quintius, obſcuro genere ortus; cæterum multis fortibus factis gloria militari illuſtris. Primo quinque naves, quarum maximæ duæ triremes à Marcello ei traditæ erant, habuit: poſtea rem impigre ſæpe gerenti tres additæ quinqueremes: poſtremo ipſe à ſociis, Rheginiſque, & [2] à Velia & à Pæſto, debitas ex fœdere exigendo, [3] claſſem viginti navium, ſicut ante dictum eſt, effecit. Huic ab Rhegio profectæ claſſi, Democrates cum pari claſſe navium Tarentinarum numero, quindecim millia ferme ab urbe ad Sacriportum obvius fuit. Velis tum forte improvidus futuri certaminis Romanus veniebat. ſed circa Crotonem Sibarimque ſuppleverat remigio naves: inſtructamque & armatam egregie pro magnitudine navium claſſem habebat. & tum forte ſub idem fere tempus & venti vis omnis cecidit, & hoſtes in conſpectu fuere: ut ad componenda armamenta, expediendumque remigem ac militem ad imminens certamen [4] ſatis temporis eſſet. Raro alias tantis animis juſtæ concurrerunt claſſes: quippe quum in majoris diſcrimen rei, quam ipſæ erant, pugnarent. Tarentini, ut recuperata urbe ab Romanis [5] poſt centeſimum prope annum, arcem etiam

1 *Præfectus M. Livius*] Supra nomen, ut dixi hujus præfecti reticuit, quem *C. Livium* Polybius nominavit. *Sigonius.*

2 *A Velia & Pæſto*] Vet. lib. *& à Peſto.* Idem.

3 *Claſſem viginti navium*] Voſſ. Gallic. & Pall. omnes: *triginta navium.* J. Fr. Gron.

4 *Satis temporis eſſet*] Adde vocem ex vet. lib. *vix ſatis temporis eſſet.* Sigonius.

5 *Poſt centeſimum prope annum*] LX anni numerantur à L. Papirio, Sp. Carvilio Coss. quibus de Tarentinis debellatis triumphatum eſt anno ab urbe condita CCLXXX, ad hunc annum, qui eſt DXL. *Idem.*

2 *Spem*

Digitized by Google

iam liberarent; [1] ſpe commeatus quoque hoſtibus, ſi navali prœlio poſſeſſionem maris ademiſſent, intercluſuros: Romani, ut, retenta poſſeſſione arcis, oſtenderent, non vi aut virtute, ſed proditione ac furto, Tarentum amiſſum. Itaque ex utraque parte ſigno dato quum roſtris concurriſſent, neque retro navem inhiberent, nec dirimi ab ſe hoſtem paterentur, quam quis indeptus navem erat, ferrea injecta manu; ita conferebant ex propinquo pugnam, ut non millibus tantum, ſed gladiis etiam [2] prope collato pede gereretur res. Proræ inter ſe junctæ hærebant, puppes alieno remigio circumagebantur. ita in arcto ſtipatæ erant naves, ut vix ullum telum in mari vanum interciderent. frontibus velut pedeſtris acies urgebant: perviæque naves pugnantibus erant. Inſignis tamen inter cæteras pugna fuit duarum, quæ primæ agminis concurrerant inter ſe. In Romana nave ipſe Quintius erat, in Tarentina Nico, cui Perconi fuit cognomen, non publico modo, ſed privato etiam odio inviſus atque infeſtus Romanis: quod ejus factionis erat, quæ Tarentum Annibali prodiderat. Hic Quintium ſimul pugnantem hortantemq; ſuos, incautum haſta transfigit. [3] ille atque præceps cum armis procidit ante proram. victor Tarentinus in turbatam duce amiſſo navem im-

1 *Spem commeatus quoque hoſtibus*, &c. *intercluſiſſe*] Voſſ. & Put. omneſque Gall. *intercluſuros*. Recte, ſed & *ſpe* legendum. *Spe* (id eſt, ſpe ipſis facta vel innata, per intellectum verbi ſubſtantivi) *commeatus quoque hoſtibus, ſi navali prælio poſſeſſionem maris ademiſſent, intercluſuros*. De intellectu ſpe cum alibi, tum ad lib. 40, 42. *J. Fr. Gron.*

2 *Prope collato pede præliarentur*] Pet. reg. Men. duo Pall. *collato pede quereretur*, Tertius Pal. *gereretur*. Put. *quereretur res*. Unum, *collato pede gereretur res*. an, *collato pede cerneretur*, vel *certaretur*. Idem.

3 *Ille ſimul atque præceps cum armis procidit ante proram*] Gallicani, Palatini, Italici, quos conſuluimus, omnes, Voſſ. Andreas cum traducibus ſuis & Aldus ad Gryphium uſque τὸ *ſimul* deficiuntur. Apud primum reperio Curionem. Sic ergo diſtinguo: *Hic Quintium ſimul pugnantem hortantemque ſuos incautum haſta transfigit: ille atque præceps cum armis procidit ante proram. Victor Tarentinus in turbatam duce amiſſo navem impigre tranſgreſſus quum ſummovisſet hoſtes* &c. Poſuit autem ut ſolent τὸ *atque* in re ſubita pro *continuo* vel *ſtatim*. Plautus Epidico: *Quum ad portum venio, atque ego illam illic vi-*

den

impigre transgressus, quum summovisset hostes, & prora jam Tarentinorum esset, puppim male conglobati tuerentur Romani; repente & alia à puppi triremis hostium apparuit. Ita in medio circumventa Romana navis capitur. hinc cæteris terror injectus, ut prætoriam navem captam videre: fugientesque passim, aliæ in alto mersæ, aliæ in terram remis abreptæ, mox prædæ fuere Thurinis Metapontinisque. ex onerariis, quæ cum commeatu sequebantur, perpaucæ in potestatem hostium venere: aliæ ad incertos ventos hinc atque illinc obliqua transferentes vela, in altum evectæ sunt. Nequaquam pari fortuna per eos dies Tarenti res gesta. nam ad quatuor millia hominum frumentatum egressa, quum in agris passim vagarentur; Livius, qui arci præsidioque Romano præerat, intentus in omnes occasiones gerendæ rei, C. Persium, impigrum virum, cum duobus millibus armatorum ex arce emisit. qui vage effusos per agros palatosque adortus, quum diu passim cecidisset, paucos ex multis trepida fuga incidentes semiapertis portarum foribus, [1] in urbem compulit: ne urbs eodem impetu caperetur. Ita æquatæ res ad Tarentum; Romanis victoribus terra, Tarentinis mari. frumenti spes, quæ in oculis fuerat, utrosque frustrata pariter. Per idem tempus Lævinus Consul jam magna parte anni circumacta, in Sicilia veteribus novisque sociis exspectatus, quum venisset, primum ac potissimum omnium ratus, [2] Syracusis nova pace inconditas componere res. Agrigentum inde, (quod belli reliquum erat, tenebaturque à Carthaginiensium valido præsidio) [3] duxit legiones. &

deo præstolarier, Et cum ea tibicine ibant quatuor. Bacchidibus: *Dum circumspecto, atque ego lembum conspicor.* Virg. 1 Georg. *Si brachia forte remisit, Atque illum præceps prono rapit alveus amni.* J. Fr. Gron.

1 *In urbem compulit, ne urbs eodem impetu*] Non videtur hæc collocatio Livii esse, sed lego: *semiapertis, ne urbs eodem impetu caperetur, portarum foribus, in urbem compulit.* Tan. Faber.

2 *Syracusanis nova pace*] Put. *Syracusut.* Lege: *Syracusis*, vel *Syracusanam.* J. Fr. Gron.

3 *Duxit legiones. affuit fortuna*] Put. Voss. & omnes Gall. *duxit legiones.*

Digitized by Google

& affuit fortuna incepto. Hanno erat imperator Carthaginienſium, ſed [1] omnem in Mutine Numidiſque ſpem repoſitam habebat. Per totam Siciliam vagus prædas agebat ex ſociis Romanorum: neque intercludi ab Agrigento vi aut arte ulla, nec quin erumperet ubi vellet, prohiberi poterat. Hæc ejus gloria quia jam imperatoris quoque famæ officiebat, poſtremo in invidiam vertit; ut ne bene geſtæ quidem res jam Hannoni propter auctorem ſatis lætæ eſſent. propter quæ poſtremo præfecturam ejus filio ſuo dedit, ratus, cum imperio auctoritatem quoque ei inter Numidas erepturum. quod longe aliter evenit. Nam veterem favorem ejus ſua inſuper invidia auxit. neque ille indignitatem injuriæ tulit: confeſtimque ad Lævinum occultos nuncios miſit de tradendo Agrigento. Per quos ut eſt facta fides, compoſituſque rei gerendæ modus, portam ad mare ferentem Numidæ quum occupaſſent, pulſis inde cuſtodibus, aut cæſis, [2] Romanos ad idipſum miſſos in urbem acceperunt. & quum agmine jam in media urbis ac forum magno tumultu iretur, ratus Hanno non aliud quam tumultum ac feceſſionem (id quod & ante acciderat) Numidarum eſſe, ad comprimendam ſeditionem proceſſit. atque ille, quum ei multitudo major, quam Numidarum procul viſa, & clamor Romanus haudquaquam ignotus ad aures accidiſſet; prius quam ad ictum teli veniret, capeſſit fugam. per averſam portam emiſſus, aſſumpto comite Epicyde, cum paucis ad mare pervenit: nactique opportune parvum navigium, relicta hoſtibus Sicilia (de qua per tot annos certatum erat) in Africam trajecerunt. alia multitudo Pœnorum, Siculorumque ne ten-

& affuit fortuna incepto. J. Fr. Gron.

1 *Omnem in Mutine Numidiſque ſpem repoſitam habebat*] Immo *habebant*. Nimirum Carthaginienſes; non Hanno, qui ſi ſpem in eo repoſitam habuiſſet, non irritaſſet hominem ablatam præfectura. *Idem.*

2 *Romanos ad id ipſum miſſos*] Hic iterum omiſſo altero pronomine Pur. Pet. Men. Cantabrig. *ad ipſum miſſos*. Vide ad 21, 55. *Jac. Gron.*

tentato quidem certamine, quum cæci in fugam ruerent, clauſique exitus eſſent, circa portas cæſa. Oppido recepto Lævinus, qui capita rerum Agrigenti erant, virgis cæſos ſecuri percuſſit: cæteros prædamque vendidit. omnem pecuniam Romam miſit. Fama Agrigentinorum cladis, Siciliam quum pervaſiſſet, omnia repente ad Romanos inclinaverunt. Prodita brevi ſunt viginti oppida: ſex vi capta: voluntaria deditione in fidem venerunt ad quadraginta. quarum civitatium principibus [1] quum pro cujuſque merito conſul pretia pœnaſque exſolviſſet, coëgiſſetque Siculos poſitis tandem armis, ad agrum colendum animos convertere, ut eſſet non incolarum modo alimentis frugifera inſula, ſed urbis Romæ, atque Italiæ (id quod multis ſæpe tempeſtatibus fecerat) annonam levaret; ab Agathyrna inconditam multitudinem ſecum in Italiam tranſvexit. quatuor millia hominum erant mixti ex omni colluvione exules, obærati, capitalia auſi plerique; & quum in civitatibus ſuis ac ſub legibus vixerant, & poſtquam eos ex variis cauſſis fortuna ſimilis conglobaverat Agathyrnam, per latrocinia ac rapinam tolerantes vitam. hos neque relinquere Lævinus in inſula, tum primum nova pace coaleſcente, velut materiam novandis rebus, ſatis tutum ratus eſt: & Rheginis uſui futuri erant ad populandum Bruttium agrum; aſſuetam latrociniis quærentibus manum. Et
41 quod ad Siciliam attinet, eo anno debellatum eſt. In Hiſpania principio veris P. Scipio navibus deductis, evocatiſque edicto Tarraconem ſociorum auxiliis, claſſem onerariaſque oſtium inde Iberi fluminis petere jubet. Eodem legiones ex hibernis convenire quum juſſiſſet: ipſe cum

1 *Quum pro cujuſque merito conſul pramia*] Put. regiuſque: *pretia pœnaſque*. Cujus alterum eſt interpretatio. Plautus Captivis: *pro benefacto ejus uti ei pretium poſſim reddere*. Livius lib. 5. *Quum & recte & perperam facto pretium deberetur*. Lib. 30. *Ne vobis quidem Sicilia atque Sardinia ſatis digna pretia ſunt pro tot claſſibus*. Lib. 34. *Pretia militiæ caſura in pace agre ferebant*. Neque inſolens Tacito. *J. Fr. Gron.*

1 Nem

cum quinque millibus ſociorum ab Tarracone profectus ad exercitum eſt. quo quum veniſſet, alloquendos maxime veteres milites, qui tantis ſuperfuerant cladibus, ratus, concione advocata ita diſſeruit: [1] *Nemo ante me novus imperator militibus ſuis, prius quam opera eorum uſus eſſet, gratias agere jure ac merito potuit. Me vobis, priuſquam provinciam aut caſtra viderem, obligavit fortuna: primum, quod ea pietate erga patrem patruumque meum vivos mortuoſque functus: deinde, quod amiſſam tanta clade provinciæ poſſeſſionem, integram, & populo Romano, & ſucceſſori mihi, virtute veſtra obtinuiſtis. Sed quum jam benignitate Deum id paremus atque agamus, non ut ipſi maneamus in Hiſpania, ſed ne Pœni maneant, nec ut pro ripa Iberi ſtantes* [2] *arceamus tranſitum hoſtis,* [3] *ſed ut ultro tranſeamus, transferamuſque bellum; vereor ne cui veſtrum majus id, audaciuſque conſilium, quam aut pro memoria cladium nuper acceptarum aut pro ætate mea videatur. Adverſæ pugnæ in Hiſpania, nullius in animo, quam meo, minus obliterari poſſunt.* [4] *Quippe cui pater & patruus intra trigintà dierum ſpatium, ut aliud ſuper aliud cumularetur familiæ noſtræ funus, interfecti ſunt. Sed ut familiaris penè orbitas ac ſolitudo frangit animum; ita publica quum fortuna tum virtus, deſperare de ſumma rerum prohibet;* [5] *ea fato quodam data nobis ſors eſt, ut magnis omnibus bellis victi vicerimus. Vetera omitto, Porſenam,*

1 *Nemo ante me novus Imperator*] Capita hujus orationis Scipionis ſumpta ſunt à Polybio, qui ita ſcribit libro 10. ἐμοὶ μὲν οὖν τὸν συνδρομίτων τῶν δεινώμων, παρακαλῶ μὲν πολλῶν πλήθους τῶν παρεγγυμένων ἀπειπεῖν· ἐ γὰρ ἀρίλαος ἐπὶ πόδας Ῥωμαίους ἀπὸ Καρχηδονίων ἐδίπου &c. *Sigon.*

2 *Arceamus tranſitum hoſtis*] Cantabrig. *tranſitu.* Ex aliis ſcriptis nihil hic notatum video. Non facile tamen auctoritatem codicis Anglicani contemnam, quum tueatur ipſe auctor tum ſæpe alibi, tum 7, 35. *Nos tam paucos tot ipſi millibus hominum nec aſcenſu arcuerint.* 9, 24. *Hoc quidem aſcenſu vel tres armati quamlibet multitudinem arcuerint. Hoſtis* ex priſca ſcribendi ratione pro *hoſtes.* Jac. Gron.

3 *Sed ut ultro tranſeamus*] Veteres libri, *ſed ut ultro tranſeamus:* Sigonius.

4 *Quippe cui pater & patruus* &c. *interfecti ſunt*] Scio; ſic quoque interdum veteres: ſed hic malo, *interfecti ſint.* J. Fr. Gron.

5 *Ea fato quo donata nobis ſors eſt, ut magnis*] Reg. Pet. Pal. Voſſ. aliquot Florentini: *eo fato* (vel *facto*) *quo damnata.* Put. *ea fato quodam nata.* Scribe: *ea fato quodam data nobis ſors eſt.* Sic lib. 31. *Data fata etiam quodam Furiæ genti Gallica bella.* Lib. 30. *Sibot*

nam, Gallos, Samnites: à Punicis bellis incipiam. Quot classes, quot duces, quot exercitus priore bello amissi sunt? [1]Jam quid hoc de bello memorem? Omnibus aut ipse affui cladibus: aut quibus afui, maxime unus omnium eas sensi. Trebia, Trasimenus, Cannæ, quid aliud sunt, quam monumenta occisorum exercituum, consulumque Romanorum? Adde defectionem [2]Italiæ, Siciliæ, majoris partis Sardiniæ. Adde ultimum terrorem ac pavorem, castra Punica inter Anienem & mœnia Romana posita: & visum prope in portis victorem Annibalem. In hac ruina rerum stetit una integra atque immobilis virtus populi Romani. Hæc, omnia strata humi erexit ac sustulit. Vos omnium primi, milites, post Cannensem cladem vadenti Asdrubali ad Alpes Italiamque, qui si se cum fratre conjunxisset, nullum jam nomen esset populi Romani, ductu auspicioque patris mei obstitistis. & hæ secundæ res illas adversas sustinuerunt. Nunc, benignitate Deum, omnia secunda, prospera, indies lætiora ac meliora in Italia Siciliaque geruntur. In Sicilia, Syracusæ Agrigentumque captum. pulsi tota insula hostes, [3]receptaque provincia in ditione populi Romani est. In Italiæ Arpi recepti, Capua capta. Iter omne ab urbe Roma trepida fuga emensus Annibal, in extremum angulum agri Bruttii compulsus; [4]nihil jam majus precatur Deos, quam ut incolumi cedere atque abire ex hostium terra liceat. Quid igitur minus conveniat, milites, quam quum alia super alias clades cumularentur, ac Dii prope ipsi cum Annibale starent, vos hic cum parentibus meis ([5]æquentur enim etiam honore nominis) sustinuisse labantem fortunam populi Romani: nunc eosdem, quia illic omnia secun-

ita fato datum erat. Lib. 22. *Nobis quoniam prima animi ingeniique negata fors est.* Seneca 4 Benef. 41. *Fatoque quodam datum est, ut aut tu cogaris beneficium recipere, aut ego accipere.* J. Fr. Gr.

1 *Jam quid hoc bello mem.*] Veter. lib. *Jam quid hoc de bello memorem.* Sigonius.

2 *Italia, Sicilia, majoris partis Sard.*] *Majoris partis Sicilia*, intelligendum. *Idem.*

3 *Receptaque provincia in ditionem populi Romani est*] Put. & Gallic. omnes, cum Vossiano, *ditione.* Intelligendum, receptam per Marcellum cæterosque provinciam, nunc, dum hæc loquitur, pacatam esse in ditione populi Romani. *J. Fr. Gron.*

4 *Nihil jam majus prec. deos*] Vet. lib. *nihil jam magis.* Sigonius.

5 *Æquentur enim ipsi etiam honore nominis*] Optimi delent *ipsi*: & *labantem fortunam*: non *labentem.* J. Fr. Gron.

ſecunda lætaque ſunt, animis deficere? Nuper quoque quæ acciderunt, utinam tam ſine meo luctu, quam veſtro, tranſiſſent! Nunc Dii immortales imperii Romani præſides, qui centuriis omnibus, ut mihi imperium juberent dari, fuere auctores; iidem auguriis auſpiciiſque & [1]per nocturnos etiam viſus omnia lætæ ac proſperæ portendunt. Animus quoque meus, maximus mihi ad hoc tempus vates, præſagit, noſtram Hiſpaniam eſſe: brevi extorre hinc omne Punicum nomen, maria terraſque fœda fuga impleturum. Quod mens ſua ſponte divinat, idem ſubjicit ratio haud fallax. Vexati ab iis ſocii, noſtram fidem per legatos implorant. tres duces diſcrepantes, prope ut defecerint alii ab aliis, trifariam exercitum in diverſiſſimas regiones diſtraxere. Eadem in illos ingruit fortuna, quæ nuper nos afflixit. [2]nam & deſeruntur ab ſociis, ut prius ab Celtiberis nos: & diduxerunt exercitus; quæ patri, patruoque meo cauſſa exitii fuit. Nec diſcordia inteſtina coire eos in unum ſinet, neque ſinguli nobis reſiſtere poterunt. Vos modo, milites, favete nomini Scipionum, ſoboli imperatorum veſtrorum, velut acciſis recreſcenti ſtirpibus. Agite milites veteres, novum exercitum, novumque ducem traducite Iberum, traducite in terras cum multis fortibus factis ſæpe à vobis peragratas. [3]Brevi faciam, ut quemadmodum nunc noſcitatis in me patris patruique ſimilitudinem oris vultuſque, & lineamenta corporis; ita ingenii, fidei, virtutiſque exemplum, expreſſam ad effigiem vobis reddam, ut revixiſſe, aut renatum ſibi quiſque Scipionem imperatorem dicat. [4]Hac oratione accenſis militum animis, relicto ad præ- 42
ſidium regionis ejus M. Silano cum tribus millibus peditum,

1 *Per noctiurnos etiam viſus læta*] Polybius eum ſe à Neptuno in quiete monitum, ut urbem eam invaderet, dixiſſe ait. *Sigonius.*

2 *Nam & deſeruntur ab ſociis, & diduxere exercitus*] Polybius: χωρὶς γὰρ ἀπ' ἀλλήλων πολὺ διεσταμένοι στρατοπεδεύειν, τοῖς τε συμμάχοις ἰδιωτικὰς χορηγίας, ἅπαντας ἀπλουστευομένους. *Idem.*

3 *Brevi faciam*] Malim *breve*: ſic enim Cicero. *Idem.*

4 *Hac oratione &c. relicto ad præſidium regionis ejus M. Silano cum trib. mill. peditum, & trec. equitibus*] Polyb. τοῦτο τὸ εἰπὼν, τετρακισχιλίους μὲν ἰσχνὰς πεζοὺς, καὶ πεντακοσίους ἱππεῖς Μάρκον ἀπέλιπε τὸν συνάρχοντα αὐτοῦ τοῖς ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ συμμάχοις. αὐτὸς δὲ τὰς ἄλλας ἐπῆγε δυνάμεις. Polybius *quingentos* equites pro *trecentis* affert. Numerus copiarum Scipionis idem eſt apud Polybium. *Idem.*

tum, & trecentis equitibus, cæteras omnes copias (erant autem viginti quinque millia peditum, duo millia & quingenti equites) Iberum trajecit. Ibi quibusdam suadentibus, ut quoniam [1] in tres tam diversas regiones discessissent Punici exercitus, proximum aggrederetur; periculum esse ratus, ne eo facto in unum omnes contraheret, nec par esset unus tot exercitibus, Carthaginem Novam interim oppugnare statuit: urbem quum ipsam opulentam suis opibus, tum hostium omni bellico apparatu plenam. ibi arma, ibi pecunia, ibi totius Hispaniæ obsides erant. [2] Sitam præterea quum opportune ad trajiciendum in Africam, tum super portum satis amplum quantævis classi, & nescio an unum in Hispaniæ ora, qua nostro adjacet mari. Nemo omnium quo iretur sciebat, [3] præter C. Lælium. Is classe circummissus, ita moderari cursum navium jussus erat, [4] ut eodem tempore exercitus

1 *In treis tam diversas regiones*] Asdrubal Gisgonis ad Gades. Mago supra Castulonensem saltum. Asdrubal Amilcaris proximus Ibero circa Saguntum. Livius supra. *Sigonius.*

2 *Sitam praterea c. opportune - - - & nescio an unum* &c.] Verba Polybii: ἀκείων ὃ πρῶτον μὲν, ὅτι λιμένας ἔχει καλοὺς καὶ ναυτικοῖς ἁρμόττοντας, μόνη σχεδὸν τῶν κατ' Ἰβηρίαν, ἅμα δ' ἦν διότι πρὸς τὴν ἀπὸ Λιβύης πλοῦν καὶ πλησιόν ἐστι μάλιστα φέρουσι κεῖται τοῖς Καρχηδονίοις. Ex quo apparet legendum esse: *& nescio an unam*, quia dixit μόνη Polybius. & ad *Carthaginem*, non ad *portum* referendum esse, ut ante legebatur, quam Rhenanus, *unum* emendaret. *Idem.*

3 *Prater C. Lelium*] Polyb. πλὴν πρός τι καὶ τοῦ μὲν ὅτι τὸν στόλον Γαΐῳ Λαιλίῳ διὰ δοκιμίων ἐξεπέμψαμεν· παρήγγειλε πλεῖν ὅπη καὶ προεπεμψάμην πόλιν· μόνῳ δὲ τούτῳ σωμάτων τῶν ὅπλων, καὶ τὰς ἐν ταῖς πλοίοις δυνάμεις ἀναλαβὼν ἐπορεύετο τὴν παρεκβασιν μὴ ποιούμενος. *Idem.*

4 *Et eodem tempore Scipio ab terra*] Ab Rhenano est hæc lectio. A Put. regio, meliore Petav. Voss. hic desicimur, in quibus nonnulla deerant. Illi enim: *meo luctu quem armaverat cum terra marique instrui oppugnationem videret.* Duo Pall. Andreas & Tarvisina: *meo luctu quam vestro transissent. Sed quoniam vos instructos & ordinatos.* Media in prima video Veneta Bartholomæi de Zanis Anno 1498. Haud scio numquid ex Campano. Editiones & alter Petav. *ut eodem tempore exercitus ostenderet, & classis portum intraret.* Palatinus 2 *ostenderetur.* Aut hoc verum est, aut excidit pronomen: *exercitus se ostenderet.* Nam illa, *Scipio ab terra*, farcinatricem manum olent. *Exercitum* alibi quoque opponit *classi*, ut ille καὶ' ἠῶ καὶ ἑσπέρην sit terrestris exercitus, illæ copiæ navales. Lib. sequenti: *Ea externa auxilia quam singulis Romanis legionibus adjunxisset, duorum specie exercituum servavit,* &c. *classe quoque septuaginta navium partita, ut omni ambitu litorum præsidia ora maritima essent.* Lib. 29. *Ubi omnes legatique & tribuni classem eam, exercitum, ducemque verbis extollentes efferrent.* Lib. 22. *Sua*

ercitus oſtenderetur, & claſſis portum intraret. [1] Septimo die ab Ibero Carthaginem ventum eſt. ſimul terra marique caſtra ab regione urbis, qua in Septentrionem verſa eſt, poſita: his ab tergo (nam frons natura tuta erat) vallum objectum. [2] Cæterum ſita Carthago ſic eſt: Sinus eſt maris media fere Hiſpaniæ ora, maxime Africo vento oppoſitus, [3] & quingentos paſſus introrſus retractus, paululo plus paſſuum in latitudinem patens. [4] hujus in oſtio ſinus parva inſula objecta ab alto, portum ab omnibus ventis præterquam Africo, tutum facit.

ab

Sine veſtro labore & periculo qui vos in libertatem vindicarent, cum magnis claſſibus exercitibuſque mare trajecerunt. J. Fr. Gron.

1 *Septimo die ab Ib. Carthaginem ventum &c. his ab tergo, nam frons natura tuta erat, vallum objectum*] Vet. lib. *nullum vallum objectum.* Polybius duplum vallum exteriori caſtrorum parti objectum ait: ἀπὸ μὲν θαλάττης ἐξ δαμαΐθεν, κατεστρατοπέδευσι καὶ τὸ πρὸς ἕρπυς μέρος τῆς πόλεως. καὶ ἀπελέλειπτο καὶ μὲν τὸν ἐκτὸς ὀπισθίαν τῆς στρατοπεδείας, τάφρον καὶ χάρακα διπλοῦν ἀπὸ θαλάττης εἰς θάλατταν· καὶ ἦν ἡ πρὸς τὴν πόλιν ἁπλῶς ἐδάφη. αὐτὴ γὰρ ἡ τῶν τόπων φύσις ἱκανὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζε. Quod *tergum* vocat Livius *caſtrorum*, id *exteriorem partem* nominat Polybius: quam *frontem* Livius, eam *ad urbem verſam* Polybius. *Sigonius.*

His ab tergo (nam frons natura tuta erat) vallum objectum] Et hoc Rhenano debetur. Sed libri noſtri *tu! frons* carent, deinde habent, ut & Sigonii: *erant, nullum vallum objectum.* Fortaſſis: *his ab tergo (alia natura tuta erant) duplum vallum objectum.* Frons obverſa hoſti, quia Polybius: καὶ ἦν ἡ πρὸς τὴν πόλιν ἐδάφη· αὐτὴ γὰρ ἡ τῶν τόπων φύσις ἱκανὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζε. Latera alluente mari. *Duplum vallum:* nam Polybius: καὶ ἀπελέλειπτο καὶ μὲν τὸν ἐκτὸς ὀπισθίαν τῆς στρατοπεδείας τάφρον καὶ χάρακα διπλοῦν ἀπὸ θαλάττης εἰς θάλατταν. Vel, *his ab tergo (nam natura tuta erant alia) vallum objectum.* J. Fr. Gron.

Nam frons natura tuta erat] Videtur opportuniſſimum: *his ab tergo (ante natura tuta erant)* &c. Id dictat ipſe Livius 27. 18. *Fluvius ab tergo ante circaque velut ripa præceps oram ejus omnem cingebat.* Ibi enim quoque ſcribere potuit, à tergo, fronte & lateribus. *Jac. Gron.*

2 *Etenim ſita Carth.*] Vet. lib. *Ceterum ſita Carthago ſic eſt.* Polyb. κεῖται μὲν δ'. *Sigonius.*

3 *Et quingentos paſſus introrſus retractus*] Ex Polybio legendum eſt, *Ad duo millia & quingentos paſſus:* ipſe enim ad viginti ſtadia, habet: κεῖται μὲν οὖν τὸν Ἰβηρίκὸν καὶ μετρεῖται πρὸς ἄνεμον Λίβα· ἔστι δὲ τὸ μὲν βάθος ὅσον εἴκοσι σταδίων, τὸ δὲ πλάτος ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὡς δέκα. *Idem.*

4 *Hujus in oſtio ſinus p. inſula - - - portum - - - tutum facit*] Polyb. κόλπος ὅστις ἀπὸ στόματος κεῖται, βραχύ τι ἐξ ἑκατέρας μέρης εἰσπλέων εἰς αὐτὸν ἀπολείπων. ταύτης δ' ἀποδεχομένης τὸ πελάγιον κῦμα, συμβαλὼν ὁ κόλπος ὅλον διαστέλλει· πλὴν ἐφ' ὅσον αἱ λίβες καθ' ἑκάτερον τὸν εἰσπλοῦν παρεισπίπτουσι, κλύδωνας ἀποτελοῦσι. τῇ γε μὴν ἄλλων πνευμάτων ἀκλυδώνιστος ὢν τυγχάνει διὰ τὸν ἀπειλημμένον αὐτὸν ὄρμον. *Idem.*

[1] ab intimo ſinu peninſula excurrit, tumulus is ipſe, in quo condita urbs eſt; ab ortu ſolis & à meridie cincta mari: ab occaſu ſtagnum claudit, paulum & ad ſeptentrionem fuſum; [2] incertæ altitudinis utcumque exæſtuet aut deficit mare. Continenti urbem jugum ducentos fere & quinquaginta paſſus patens conjungit. unde quum tam parvi operis munitio eſſet, [3] non objecit vallum imperator Romanus: [4] ſeu fiduciam hoſti ſuperbe oſtentans, ſive ut ſubeunti ſæpe ad mœnia urbis recurſus pa-
43 teret. Cætera, quæ munienda erant, quum perfeciſſet, naves etiam in portu, velut maritimam quoque oſtentans obſidionem, inſtruxit: circumvectuſque claſſem, cum monuiſſet præfectos navium, ut vigilias nocturnas intenti ſervarent: omnia ubique primo obſeſſum hoſtem co-

1 *Ab intimo ſinu peninſula excurrit --- ſtagnum claudit --- continenti urbem jugum* CCL *paſſ. pat. conjungit*] Polybius: ἐν ᾧ τοῦ μυχοῦ τῆ πόλει προκειται χερρονησίζον ὄρος, ἐφ' ᾧ κεῖται συμβαίνει τ πόλιν ἀφειμένην θαλάττης μὲν ἀπ' ἀνατολῶν καὶ μεσημβρίας, ἀπὸ δ τ δύσεων λίμνη προσπλαμβάνουσα καὶ τῆ πρὸς ἄρκτον μέρες. ὥστε τὸν τόπον μέχρι τῆς ὀπὶ θάτερα θαλάττης, ὃς καὶ συνάπτει τῆ πόλει πρὸς τῆ ἠπείρω, μὴ πλέον ἀπέχειν ἢ δυοῖν σταδίων. Servius Virgilium primo hunc portum deſcripſiſſe ait, cum inquit:

Eſt in ſeceſſu longo locus: Inſula portum
Efficit objectu laterum, quibus omnis ab alto
Frangitur, inque ſinus ſcindit ſeſe unda reductos.

Nam quod ſequitur, de ſcopulis, prætermiſſum eſt à Livio cum tamen apud Polybium ſit: ἡ δ' πόλις αὐτη μεσόκοιλός ὄζι· καὶ δ τῆ ἀπὸ μεσημβρίας πλευρᾶ ἐπίπεδον ἔχει τῆ ἀπὸ θαλάττης προσοδον· τὰ δ λοιπὰ ἀφείκασι λόφοις, δυοῖν μὲν ὀρθίοις καὶ τραχέσιν, ἄλλοις δ τισὶ, πολὺ μὲν χθαμαλωτέροις, ἐπιλαίδιοι δ καὶ δυσβάτοις. Et Virgilius:

Hinc atque hinc vaſtæ rupes, geminique minantur
In cœlum ſcopuli, quorum ſub vertice late
Æquora tuta ſilent. Sigonius.

2 *Incertæ altitudinis utcumque exæſtuat aut deficit mare*] Immo plane contra ſe res habuit. Nam altitudo hujus ſtagni omnino major vel minor erat, prout vel receſſus vel acceſſus maris erat. Ipſa hiſtoria hæc id docet, quum recedente aqua vadum & tranſitus Romano paruerit. Id quod ſemper obtinuit, & notum habuerunt piſcatores & alii accolæ. Scripſit auctor: *incertæ altitudinis utque exæſtuat aut deficit mare.* Plane quomodo lib. 1 cap. 25. *Diſtantia locis, & ut pugnatum eſt.* Jac. Gron.

3 *Non objecit vallum imp. Rom.*] Polybius: τὸ δ μεταξὺ πᾶσαν λῆψιν τὸ συνάπτον τ πόλιν πρὸς τὴν ἤπειρον, ἀνεχαράκωτον εἶασαν καὶ μέσως ἀπέχειν τῆ ἀπὸ τραπεδείας. Sigonius.

4 *Sive fiduciam oſtentans, ſive ut recurſus pateret*] Polybius: εἴτε καταπλήξεως χάριν, εἴτε καὶ πρὸς τὴν ὁπλοθηκὴν ἀπορρίπτων, ὅπως ἀπεμπολίσεως ἔχῃ καὶ τὰς ἐξαγωγὰς, καὶ τὰς ἀναχωρήσεις εἰς τὴν παρεμβολήν. Idem.

1 *Ad*

conari; regreſſus in caſtra, ut conſilii ſui rationem, quod ab urbe potiſſimum oppugnanda bellum orſus eſſet, militibus oſtenderet, & ſpem potiundæ cohortando faceret; concione advocata ita diſſeruit: [1] *Ad urbem unam oppugnandum, ſi quis vos adductos credit; is magis operis veſtri, quam emolumenti rationem exactam, milites, habet. Oppugnabitis enim vere mœnia unius urbis, ſed in una urbe univerſam ceperitis Hiſpaniam. Hic ſunt obſides omnium nobilium regum populorumque: qui ſimul in poteſtate veſtra erunt, extemplo omnia,* [2] *quæ nunc ſub Carthaginienſibus ſunt, in ditionem tradent. Hic pecunia omnis hoſtium, ſine qua neque illi gerere bellum poſſunt: quippe qui mercenarios exercitus alunt: & quæ nobis maximo uſui ad conciliandos animos barbarorum erit. Hic tormenta, arma, armamenta, & omnis apparatus belli eſt;* [3] *qui ſimul & vos inſtruet, & hoſtes nudabit. Potiemur præterea quum pulcherrima opulentiſſimaque urbe, tum opportuniſſima portu egregio: unde terra marique, quæ belli uſus poſcunt, ſuppeditentur. quæ cum magna ipſi habebimus, tum dempſerimus hoſtibus multo majora. Hæc illis arx, hoc horreum, ærarium, armamentarium, hoc omnium rerum receptaculum eſt.* [4] *Hinc rectus in Africam curſus eſt: hæc una inter Pyrenæum & Gades ſtatio:* [5] *hinc omni Hiſpaniæ imminet Africa. Sed quoniam vos inſtructos & ordinatos cognoſco; ad Carthaginem Novam oppugnandam*

1 *Ad urbem unam oppugnandum*] Vet. lib. *oppugnandam*. Summa hujus orationis eſt etiam apud Polybium, quamquam Livius non omnia illa expreſſit. *Sigonius.*

2 *Quæ nunc ſub Carthaginienſibus ſunt, in deditionem tradent*] Pet. & olim editi omnes: *in ditionem*. J. Fr. Gron.

3 *Qui ſimul & vos inſtruet & hoſtes nudabit*] Pet. τὸ & prius ignorat. Putoque eſſe additum ab aliquo, qui τ *ſimul* eam vim eſſe neſciebat. Sic lib. 27. *Prædatum ſimul ſpeculatumque*. hoc eſt, & prædatum & ſpeculatum. Lib. 28. *Trepidationem ſimul militum ac nautarum nequicquam armaque & naves expedientium*. Et rurſus: *in provincia ſimul virtute tanta & felicitate perdomita*. Lib. 41. *Lycios ſub Rhodiorum ſimul imperio & tutela eſſe*. Idem.

4 *Huc rectus ex Africa*] Malo Pet. *Hinc rectus in Africam curſus eſt*. Tacite ſpem ſuis militibus facit, in Africam ſe transfretaturum. *Idem.*

5 *Hinc omnis Hiſpania imminet Africa*] Scriptus: *hinc omni Hiſpaniæ imminet Africa*. Vult enim ex hac urbe tamquam ex arce imminere & inſtare toti Hiſpaniæ, cui jugum partim impoſuerat, partim minabatur, Africam. *Idem.*

dam totis viribus & bono animo tranſeamus. Quumque omnes una voce, *hoc faciendum*, ſucclamarent, eos Carthaginem duxit. tum terra marique eam oppugnari jubet. 44 Contra Mago Pœnorum dux, quum [1] terra marique inſtrui oppugnationem videret, & ipſe cōpias ita diſponit. [2] Oppidanorum duo millia ab ea parte, qua caſtra Romana erant, opponit: quingentis militibus arcem inſedit: quingentos tumulo urbis in orientem verſo imposuit: multitudinem aliam, [3] quo clamor, quo ſubita vocaſſet res, intentam ad omnia occurrere jubet. Patefacta deinde porta, eos quos in via ferente ad caſtra hoſtium inſtruxerat, mittit. Romani, duce ipſo præcipiente, parumper ceſſere, ut propiores ſubſidiis in certamine ipſo ſubmittendis eſſent. [4] Et primo haud impares ſtetere acie: ſubſidia deinde identidem ſummiſſa, è caſtris non averterunt ſolum in fugam hoſtes, ſed adeo effuſis inſtiterunt, ut niſi receptui ceciniſſet, permixti fugientibus irrupturi fuiſſe in urbem viderentur. Trepidatio vero non in prœlio major, quam tota urbe fuit. [5] multæ ſtationes pavore atque fuga deſertæ ſunt: reliquique

1 *Terra, mari inſtr.*] Vet. lib. *terra, marique inſtrui.* Sigonius.

2 *Oppidanorum --- militibus --- multitudinem --- occurrere jubet*] Polyb. ὁ ᾿Μάγων ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς πόλεως, τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ τάγματος διελὼν, τοὺς μὲν ἡμίσεις ἐπὶ τῆς ἄκρας ἀπέλιπε, τοὺς δ᾽ ἄλλους ἐπὶ τὴν πρὸς ἀνατολὰς λόφου παρετίθαλε. τὴν δ᾽ λοιπὴν τοὺς διακοσίους καὶ χιλίους καθιεθιακοὺς τοῖς ὑπαρχουσι κατ᾽ τὴν πόλιν ὅπλοις, ἐπέστησε κατὰ τὸν πύλιδα τὸν φέροντα ἐπὶ τὸν ἰσθμὸν καὶ τὴν πολεμίων στρατοπεδείαν. τοῖς δ᾽ λοιποῖς παρήγγειλε βοηθεῖν καὶ διώκειν πρὸς πάντα τὰ μέρη τοῦ τείχους. Quod ἰσθμὸν vocat Polyb. vertit *jugum* Livius. *Idem.*

3 *Quo clamor, quo ſubita vis advocaſſet, reſiſtentem*] Pet. reg. Men. Voſſ. *quos ubi avocaſſet reſiſtentem.* Put. *quo ſubi avocaſſet reſintentam.* Scribe: *multitudinem aliam, quo clamor, quo ſubita vocaſſet res, intentam ad omnia occurrere jubet.* Quæ lectio integra eſt in uno Pal. niſi quod ibi, *avocaſſet.* Lib. 24. *Ut quocumque vocaſſet deſectionis ab Romanis ſpes, admoveret exercitum.* Lib. 28. *Carthaginienſes quamquam feſſos labore & vulneribus nox imberque ad neceſſariam quietem vocabat.* Auctor de bello Hiſpan. *Hæc res neceſſario vocabat, ut ad dimicandum deſcenderet.* J. Fr. Gronovius.

4 *Et primo haud impari ſtetere acie &c.*] Omnia è Polyb. verſa ſunt; ἐ μὲν ἀλλ᾽ ἴσως ἀφ᾽ ἑνὸς μέρους ἐπ᾽ μιλλαν συνίσαν γίγνεσθαι τὸν μάχιμον. τέλος δ᾽ ἐξωθήμφοι τὸ βάρος, &c. Sigonius.

5 *Multæ ſtationes pavore atque fuga deſertæ ſunt*] Put. *atque ega deſertae ſunt.* Inde fecerunt vulgatum, quum debuiſſent mea ſententia: *multæ ſtatio-*

nes

ctique muri, quum, qua cuique erat proximum, deſiſſent. [1] Quod ubi egreſſus Scipio in tumulum, quem Mercurii vocant, animadvertit, multis partibus nudata defenſoribus mœnia eſſe; omnes è caſtris excitos ire ad oppugnandam urbem, & ferre ſcalas, jubet. [2] ipſe trium præ ſe juvenum validorum ſcutis oppoſitis (ingens enim jam vis omnis generis telorum è muris volabat) ad urbem ſuccedit, hortatur, imperat quæ in rem ſunt: quodque plurimum ad accendendos militum animos intererat, teſtis ſpectatorque virtutis atque ignaviæ cujuſque adeſt. Itaque in vulnera ac tela ruunt, neque illos muri, neque ſuperſtantes armati arcere queunt, quin certatim aſcendant. Et ab navibus eodem tempore ea quæ mari alluitur, pars urbis oppugnari cœpta eſt. Cæterum [3] tumultus inde major quam vis, adhiberi poterat. dum applicant, dum partim exponunt ſcalas militeſque,

nis pavore atque fuga deſerta ſunt. Sic noſter lib. 10. *Errorque ſtilis Romanis oblatus fugæ formidiniſque Samnites implevit.* Lib. 22. *Utraque non tam clade infamis quam pavore & fuga.* Lib. 25. *Carnenſem vero quiſquam exercitum fuga aut pavoris inſimulare poteſt.* Lib. 26. *Non omnes comites Cn. Fulvii fuiſſe pavoris ac fugæ.* Sic Cicero pro L. Manilia cap. 9. *Hunc in illo timore ac fuga Tigranes rex Armenius excepit.* Ubi hærent Hotomannus, Gulielmius, Gruterus, *terrore, tempore, ex fuga*, ſubjicientes. At Salluſtius Jugurth. *Quo fuga atque formido latius craſſeret.* Cicero pro domo: *Cædes, incendia, rapinæ, ſcelerum impunitas, fuga, formido.* J. Fr. Gron.

1 *Quod ubi verſus Scipio in tumulum, quem Mercurium Teutatem appellant, advertit*] Peccarunt hic eruditione nimia cum ſuo *Teutate* correctores. Voſſ. *Quod ubereſſus.* Reg. Pet. Pal. *Quod abverſus.* Alter Pal. *Quod ubi erectus.* Pro verbis autem illis: *Mercurium Teutatem appellant:* duo Pall. reg. ſimpliciter: *Mercurium vocant.* Pet. *Mercurium dicunt.* Voſſ. *Quem exercitum cantati advertit.* Princeps omnium Put. *Quod obueveſſus Scipio:* deinde: *Mercurium cantati* (ſic plane & unus è Pal.) *advertit.* Salmaſius: *Quod ubi egreſſus Scipio in tumulum, quem Mercurium vocant, animadvertit.* Recte: niſi quod *Mercurii* cum Rubenio malo. *Idem.*

2 *Ipſe trium præ ſe juvenum validorum ſcutis oppoſitis*] Polyb. ὁ δ' Πόπλιος ἰδίᾳ μὲν αὐτὸν εἰς τὸ κίνδυνον, ἰσοῖς δ' τοῦτο καὶ διὰμιᾶν ἀσφαλῶς· εἶχε γὰρ μεθ' ἑαυτὸν τρεῖς ἄνδρας δυνατωτάτους, οἱ παρεκτείνοντες τοῦ δυνατοῦ, ἅμα τὴν δεξιὰν ἔχοντες τείχους ὑπερέχειν σκεπάζοντες, ἀσφαλείαν αὐτῷ περιεποίουν. *Sigonius.*

3 *Tumultus inde major quam vis videri poterat*] Regius, Petav. duo Pall. *vis haberi poterat.* Put. & Men. *vis hiberi poterat.* Scribe: *quam vis adhiberi poterat.* Lib. 36. *Ubi in diverſum ſententia tendebant; alius vim adhibendam & non differendam cenſentibus.* J. Fr. Gron.

teſque, dum qua cuique proximum eſt, in terram evadere properant; ipſa feſtinatione & certamine alii alios impediunt. Inter hæc repleverat jam Pœnus armatis muros, [1] & vis magna ex ingenti copia congeſta telorum ſuppeditabat. Sed neque viri, nec tela, nec quicquam aliud æque quam mœnia ipſa ſeſe defenſabant. raræ enim ſcalæ altitudini æquari poterant: & quo quæque altiores, eo infirmiores erant. Itaque quum ſummus quiſque evadere non poſſet, ſubirent tamen alii, onere ipſo frangebantur. quidam ſtantibus ſcalis, [2] quum altitudo caliginem oculis offudiſſet, ad terram delati ſunt. Et quum paſſim homines, ſcalæque ruerent, & ipſo ſucceſſu audacia atque alacritas hoſtium creſceret, ſignum receptui datum eſt; quod ſpem non præſentis modo ab tanto certamine ac labore quietis obſeſſis, ſed etiam in poſterum dedit; ſcalis & corona capi urbem non poſſe. opera & difficilia eſſe, & tempus datura ad ferendam opem imperatoribus ſuis. Vix prior tumultus conticuerat, quum Scipio ab defeſſis jam vulneratiſque recentes integroſque alios accipere ſcalas jubet; & vi majore aggredi urbem. Ipſe, ut ei nunciatum eſt, æſtum decedere; quod per piſcatores Tarraconenſes, nunc levibus cymbis, nunc, ubi cæ [3] ſiderent, vadis pervagatos ſtagnum, compertum habebat, facilem pedibus ad murum tranſitum dari; [4] eo ſecum armatos duxit. Medium ferme diei erat: & ad id quod ſua ſponte cedente in mare æſtu

1 *Et vis magna & ingens copia congeſta telorum*] Put. *& ingenti cenia.* Men. & Voſſ. *& ingenti copia.* Scribe cum regio: *& vis magna, ex ingenti copia congeſta, telorum ſuppeditabat.* Dicit magnam vim telorum jactam è muris; quippe & ingentem copiam antea in ejuſmodi occaſionem fuiſſe congeſtam. *J. Fr. Gron.*

2 *Cum altitudo caliginem oculis offudiſſet*] Polyb. ἐφ' οἷς ὁ οἱ μὲν τοὺς πύργους φυλάττοντες, ἰσοπαθοῦντες ἀπὸ τῆς εἰς ὕψος ἀναβάσεως, καὶ διαχείλους πρὸς τὸ ἐπιπολάζον ἀπορίας ἐκπεσόντες, ἐκλιπόντες σφᾶς αὐτοὺς ἔπιπτον ἀπὸ τῶν κλιμάκων. *Sigonius.*

3 *Sederent, vadis pervagatos per ſtagnum*] Lege ex ſcriptis: *nunc ubi ea ſiderent, vadis pervagatos ſtagnum.* nam præpoſitionem *per* ignorant. Pedo Albinovanus apud M. Senecam: *Jam ſidere limo Navigia.* J. Fr. Gron.

4 *Eo armatos duxit*] Put. *eo ſim mermatos.* Scribe: *eo ſecum armatos duxit.* Idem.

1 *Mari*

æſtu trahebatur aqua, acer etiam Septentrio ortus inclinatum ſtagnum eodem quo æſtus ferebat: & adeo nudaverat vada, ut alibi umbilico tenus aqua eſſet, alibi genua vix ſuperaret. Hoc cura ac ratione compertum, in prodigium ac Deos vertens Scipio, qui ad tranſitum Romanis [1] mare verterent, & ſtagno auferrent, viaſque ante numquam initas humano veſtigio aperirent; Neptunum jubebat ducem itineris ſequi, ac medio ſtagno evadere ad mœnia. Ab terra ingens labor ſuccedentibus erat: 46
nec altitudine tantum mœnium impediebantur, [2] ſed quod euntes ad ancipites utrimque ictus, ſubjectos habebant Romanos; ut latera infeſtiora ſubeuntibus, quam adverſa corpora, eſſent. [3] At parte in alia quingentis &

per

1 *Mare verterent, & ſigna auferrent*] Quæ *ſigna*? Alii, *ſtagna*, alii, *ſtagnum*: ſed optimi, *ſtagno*. J. Fr. Gron.

2 *Sed quod euntes*] Subaudiendum *Pœni*, ut ſit: *Pœni Romanos ſubeuntes ad ancipites utrimque ictus ſubjectos habebant. Ancipites utrimque ictus* à lateribus intelligit, ut poſt *ancipitem utrimque hoſtem*, à fronte & a tergo intelligit. *Sigonius.*

Sed quod euntes ad ancipites] Vide an rectius ſit: *ſed & tuentes ad ancipites utrimque ictus ſubjectos habebant Romanos.* Hoc eſt, ſed etiam eo, quod qui ea ab omnibus partibus tuebantur, neutrum latus tectum patiebantur eſſe Romanis, verum ad ancipites utrimque ictus habebant illos ſubjectos & patentes. Lib. 44, 11. *Hu tuentibus muros, quum ſubire Romani ſummâ vi niterentur. Ancipites*, ut lib. 30. *Viam qua irruerent in ancipitia tela, belluas darent.* Et iterum: *In eos ancipites ad ictum utrimque conjiciebant haſtas.* Nam τὸ *Pœni*, quomodo in vulgata intelligere poſſit Sigonius, haud video. Et ſententia haud dubie Livii eſt quam conatu noſtro expreſſimus: de verbis etiamnum dubito. Poſſunt enim & ſic concipi: *ſed quod adeuntes, ancipites utrimque ictus, ſubjectos habebant.* Ut illa, *ancipites ictus*, ſint primi caſus. Sed ſic quoque moleſtum τὸ *ſubeuntibus* poſt *ſuccedentes* & *adeuntes.* Quid ſi τὸ *quod euntes* celent vocabulum, quo ſignificaverat Livius mœnia habuiſſe partes aliquas obliquas & procurrentes, ut nunc munitiones fiunt. Tentare liceat: *nec altitudine tantum mœnia impediebant, ſed & cuneis*, (vel *brachiis*) *ad ancipites utrimque ictus, ſubjectos habebant.* intellige ex ſuperiori *ſuccedentes.* Nam τὸ *Romanos* inſiticium puto. Sed melius erit omnibus intactis relictis ſub τῷ *habebant* intelligere mœnia. Mœnia habebant ſubjectos Romanos. Lib. 36, 18. *Ita modica altitudo valli erat, ut propter longitudinem haſtarum ſubjectum haberet hoſtem.* 7, 34. *Vallem in qua paulo ante ſubjectum cum telis habuerant.* J. Fr. Gron.

3 *At parte in alia quietus, & per ſtagnum facilis tranſitus*] Equidem dudum illud *quietus* mihi diſplicebat, & magis, poſtquam in Put. & regio inveni pro eo, *quingentis*: quæ veriſſima emendatio eſt. Scipio tribus locis aggreſſus eſt urbem, ab terra ipſe terreſtri cum milite, à mari Lælius claſſe: tertium locum incuſtoditum, quia ſtagno naturaliter muniebatur, millos

per ſtagnum facilis tranſitus, & in murum aſcenſus inde fuit. nam neque opere emunitus erat, ut ubi ipſius loci ac ſtagni præſidio ſatis creditum foret; nec ulla armatorum ſtatio, aut cuſtodia oppoſita; intentis omnibus [1] ad opem eo ferendam, unde periculum oſtendebatur. Ubi urbem ſine certamine intravere, pergunt inde quanto maximo curſu poterant, ad eam portam, circa quam omne contractum certamen erat. in quod adeo intenti omnium [2] non animi ſolum fuere, ſed etiam oculi aureſque pugnantium ſpectantiumque, & adhortantium pugnantes; ut nemo ante ab tergo ſenſerit captam urbem, quam tela in averſos inciderunt, & utrimque antipitem hoſtem habebant. tunc turbatis defenſoribus metu, & mœnia capta, & porta intus foriſque [3] pariter refringi cœpta: & mox [4] cædendo confractis, ne iter impediretur, foribus, armati impetum fecerunt. Magna multitudo & muros tranſcendebat, ſed hi paſſim ad cædem oppidanorum verſi. illa, quæ portam ingreſſa erat, juſta acies, cum ducibus, cum ordinibus, media urbe in forum proceſſit. Inde quum duobus itineribus fugientes videret hoſtes, alios ad tumulum in orientem verſum, qui

miſſos quingentos homines, quum maris æſtus deceſſiſſet, præter exſpectationem invadere juſſit: eaque parte primum urbs eſt capta. Polybius: ὁ δ' Πόπλιος προσεδόκων ἤδη τὸν τῆς ἀναπαύσεως καιρὸν καὶ τὸ τῆς πλημμυρίδος, ἐπέταττε τοῖς περὶ αὐτὸν ἄνδρασι μὴ κλιμακεῖν. Hinc Livius: *At parte in alia quingentis & per ſtagnum facilis tranſitus & in muros aſcenſus inde fuit.* J. Fr. Gron.

1 *Ad opem eo ferendam, unde periculum oſtendebatur*] Tò *eo* adjectum ab Rhenano non comparet in veteribus libris, & poteſt videri inſertum Borbetomagenſi ab illorum uno, qui ubicumque eſt *quam* nudum, illic adpoſuerunt *tam*, & ubi *quantum*, ibi *tantum*. Quid quum Cato ait: *ſi melior eſt Gellius Turio, potius opertet credi unde petitur.* Quum Terentius: *confeſſam dicere prius unde petebatur.* an adjiciendum eſt *ei* & *eum*? Tamen Put. & reg. *ad opem offerendam.* Idem.

2 *Non animi ſolum fuerant*] Omnes *fuere.* Idem.

3 *Pariter refringi cœpit*] Sic Rhenanus, ſed omnes noſtri, *refringi cœpta.* Utrovis modo alibi Livius, ſed antiquiſſimos & plures ſequimur. *Idem.*

4 *Cæd. confractis, ne iter impediretur, foribus*] Vet. lib. *confractis, ac diſtractis ne iter impediretur foribus.* Sigon.

Cædendo confractis ne iter] Put. *cædendo confectis ac diſtractis, ne iter impediretur, foribus.* Ut & reg. Men. Voſſ. duoque Pall. Tertius: *confectis ac diſtrictis.* Petav. *confractis ac diſtractis.* Quod & Sigonianus habuit. Bene Put. niſi malis, *diffractis.* J. Fr. Gron.

1 *Mit-*

qui tenebatur quingentorum militum præſidio; alios in arcem, in quam & ipſe Mago cum omnibus fere armatis, qui muris pulſi fuerant, refugerant; partim copiarum ad tumulum expugnandum [1] mittit: partim ipſe ad arcem ducit. & [2] tumulus primo impetu eſt captus, & [3] Mago arcem conatus defendere, quum omnia hoſtium plena videret, neque ſpem ullam eſſe; ſe arcemque & præſidium dedidit. Quoad dedita arx eſt, & cædes tota urbe paſſim factæ: nec ulli puberum, qui obvius fuit, parcebatur. tum ſigno dato cædibus finis factus. ad prædam victores verſi, quæ ingens omnis generis fuit. [4] Liberorum capitum virile ſecus ad decem millia capta. inde 47

qui

1 *Mittit: ipſe ad arcem*] Put. & omnes alii: *partim copiarum ad tumulum expugnandum mittit, partim ipſe ad arcem ducit.* Quum *partem* utrobique vulgo legeretur, alterum idem Rhenanus induxit. *J. Fr. Gron.*

2 *Tumulus primo impetu eſt captus*] Polyb. ἡ δὲ λόφος οἱ μὲν τῆς πύλης εἰσπορευόμενοι κατὰ μέσον ἦν πρὸς τὰς ἀναπλάσεις, περιφαίνεσθαι τοὺς φυλάττοντας. *Sigonius.*

3 *Mago conatus arcem defendere --- arcem dedidit*] Polybius: Μάγων δ' ἐπεὶ χιλίους ἔχων, ὥρμησε πρὸς τὴν ἄκραν. ἰδὼν δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐπεβάλλετο Μάγων ἀμύνεσθαι· μετὰ δὲ ταῦτα συνιδὼν βίαιος ἤδη χαλεπημονοῦσι τῇ πόλει, διεπέμψατο περὶ τῆς ἀσφαλείας τῇ σαυτοῦ, καὶ παρέδωκε τὴν ἄκραν. *Idem.*

4 *Liberorum capitum virile ſexus ad decem millia*] Put. clare: *virile ſecus.* Regius: *virile ſexus.* Menar. *virilis ſexus.* Non potui contemnere venerandi codicis ſcripturam. Chariſius ex Salluſtio citat *virile ſecus.* Varro citante Gellio lib. 3, 10. *Quarta hebdomada, quod ejus* (feminis) *virile ſecus futurum eſt, caput & ſpinam, quæ eſt in dorſo, informatur.* Ita lego cum Lipſio, non *factus.* Auſonius: *Juno, Ceres & Veſta, ſecus muliebre, ſorores.* At perperam apud eundem Scaliger: *Corrumpit totum qui puerile ſecus.* Neque enim ſexus diſtinguit ætates, ut ſit alius puerilis, alius virilis ſexus. Recte vero: *puerile decus.* Livius lib. 8. *Mihi legiones peditumque; pugna cura erunt: penes te ſit equeſtre decus.* Invenit tamen vir ſummus, cui errorem ſuum probaret. Siſenna lib. 4 Hiſt. *Tum in muro virile ac muliebre ſecus populi multitudine omni collocata.* Sempronius Aſellius apud Gellium lib. 2, 13. *Eum quem virile ſecus tum in eo tempore habebat produci juſſit.* Sic MS. regius: non *virilis*, neque *virilem ſexus.* Salluſtius lib. 2 Hiſtor. *At Metellus in ulteriorem Hiſpaniam regreſſus, magna gloria concurrentium undique virile & muliebre ſecus, per vias & tecta omnium viſebatur.* Tacitus 4 Annal. *Adfluxere avidi talium imperitante Tiberio procul voluptatibus habiti, virile ac muliebre ſecus omnis ætas.* Idem in 4 Hiſtor. *Multitudinem obſeſſorum omnis ætas virile ac muliebre ſecus, ſexcenta millia fuiſſe accepimus.* Neque enim dubito ſic ſcripſiſſe quoque Tacitum. Rurſus Auſonius: *Nota Caledoniis nuribus muliebre ſecus ſtrix.* Ammian. Marcellinus lib. 29. *Ad raptus & latrocinia gentes aptiſſimæ prædas hominum virile ac muliebre ſecus agebant & pecorum.* Hæc repetii non vocis

qui cives Novæ Carthaginis erant, dimisit: urbemque, & sua omnia, quæ reliqua eis bellum fecerat, restituit. Opifices ad duo millia hominum erant, eos [1] publicos fore populi Romani edixit; cum spe propinqua libertatis, si ad ministeria belli enixe operam navassent. [2] Cæteram

cis caussa: illam vero satis jactatam non ignoramus: sed ut proprietatem usumque hujus locutionis, *virile* aut *muliebre secus*, non forsan & illis nimis notum, qui primo adspectu putidum putabant tot exempla nos adscripsisse, consideremus. Licet enim ex illis deprehendere nusquam poni ista, nisi pro eo quod dicimus vulgo, *virilis & muliebris sexus*, non nominandi sed gignendi casu. Quod arcanum hujus formulæ si pervidisset illustris Scaliger, non misere discerpsisset locum Sallustii hoc modo: *At Metellus in ulteriorem Hispaniam regressus. Magna gloria concurrentium. Undique virile ac muliebre secus p. v. & t. o. visebatur.* Vix, si exigas ad veterum rationem, Latinum est. Neque Ammiani locus bene distinguitur in accuratis doctorum virorum editionibus. Etiam Palmerius non modo in eo errat, quod τὸ *secus* & sexum & seculum ait notare, sed etiam quod Sallustium dicere potuisse existimat, *diversas gentes miscuisse connubiis secus.* Nemini antiquorum tale genus loquendi in mentem venisse certum habeo. Sed liceat absque invidia fateri, non vidi recentiorum, qui inter notandum aliquid ea de formula hoc, quod volo, observavit. Significat Casaubonus nonnihil olim ænigma mihi ponere visus ad Suetonii in Augusto cap. 44. *Athletarum vero spectaculo muliebrem sexum omnem adeo submovit.* Turnebus annotavit ex v. c. *Muliebre sexus omne:* quod etiam in uno Casaubonus: sed in duobus, quorum unum vocat optimum, *muliebre secus:* quæ vox, inquit, huic loco non convenit. Neque enim video ullam rationem, quare non conveniat, nisi quod animadvertit vir summus optimos scriptores non dicere simpliciter *virile secus*, ut *summovit virile secus*, aut *virile secus visebatur:* sed ita uti, ut semper alteri substantivo vel expresso vel intellecto adhæreat, sic positum quasi viriilis sexus in secundo casu, aut *virili sexu*, ut ex Pacuvio Festus, *partum virili sexu.* Sic *decem millia capitum virile secus*, sic *homines virile secus*, *concurrentes virile secus*, ubi intelligis homines, *multitudo populi virile ac muliebre secus*, *omnis ætas virile ac muliebre secus. Juno & Ceres muliebre secus*, nempe numina, *strix muliebre secus* nempe monstrum. Atque hanc eleganriam libens Suetonio redderem, si persuadere possem, quod mihi persuasi, legendum esse: *Athletarum vero spectaculo muliebre secus omnes adeo summovit.* Neque pates abire ab hoc usu Plautum Rudente a. 1, s. 2. *Virile secus nunquam ullum habui.* Etenim & hic intelliges, quasi expressum esset, *virilis sexus ullum natum* vel *genitum*; non *virilem sexum ullum.* Arnobius tamen, *ponere secus virile*, *secus fœmineum subolem* prodit, & Ammianus *virile ac muliebre secus trucidare*, *virile & muliebre secus indefensum.* Hæc sunt excusanda ex seculi genio; non illa. *J. Fr. Gronov.*

1. *Publicos fore populo Rom.*] Vet. lib. *populi Rom.* Ita Polyb. τοῖς ὃ χειροτέχναις κατὰ τὸ παρὸν εἶπε, διότι δημόσιοι τῆς Ῥώμης εἰσί. *Sigonius.*

2 *Ceteram multitudinem - - - ad supplementum remigum dedit*] Polybius: ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν αἰχμαλώτων ἐκλέξας τοὺς βιωφελεστάτους, καὶ τοῖς εἴδεσι καὶ ταῖς ἡλικίαις κομψοτάτους, ἀφορίσμοῖς τοῖς ἀπὸ πλοίων, *Idem.*

1 Ea

teram multitudinem incolarum juvenum, ac validorum servorum, in classem ad supplementum remigum dedit. [1] & auxerat navibus octo captivis classem. Extra hanc multitudinem Hispanorum obsides erant: quorum perinde, ac si sociorum liberi essent, cura habita. Captus & apparatus ingens belli; [2] catapultæ maximæ formæ centum viginti, minores ducentæ octoginta & una: ballistæ majores viginti tres, minores quinquaginta duæ: scorpionum majorum minorumque, & armorum telorumque, ingens numerus: signa militaria septuaginta quatuor. Et auri argentique relata ad imperatorem magna vis: pateræ aureæ fuerunt CCLXXVI, libras ferme omnes pondo: [3] argenti facti, signatique decem & octo millia & CCC pondo: vasorum argenteorum magnus numerus. Hæc omnia C. Flaminio quæstori appensa adnumerataque sunt. tritici [4] quadraginta millia modium; hordei ducenta septuaginta. Naves onerariæ CXIII in portu expugnatæ, captæque: quædam cum suis oneribus, frumento, armis, ære præterea, ferroque, & lintcis, & sparto, & navali alia materia ad classem ædificandam: ut minimum omnium, inter tantas opes [5] belli captas, Carthago ipsa fuerit. Eo die Scipio C. Lælio cum sociis 48 navalibus urbem custodire jusso, ipse in castra legiones reduxit: fessosque milites omnibus uno die belli operibus (quippe qui [6] & acie dimicassent, & capienda urbe tantum

1 *Et auxerat navibus octo captivis classem*] Polybius: καὶ πεντήκοντα μὲν ἁλιάδας τοὺς πάντας ναυπηγεῖν, συμπληρῶσαι καὶ τοὺς αἰχμαλώτους νῆας· ὥστε τοὺς ἄνδρας ἐκπλεῖν σὺν ἄρει βραχύ τι λείπειν ἢ διπλασίους τοὺς ὑπαρχόντας τῶν πολεμίων. αἱ μὲν γὰρ αἰχμάλωτοι ταῖς ἀμφὶ ὀκτωκαίδεκα ἦσαν μοῖραι, αἱ δ' ἐξαρχῆς πέντε καὶ τεσσήκοντα. Ex his verbis apparet legendum esse apud Livium: *Navibus decem & octo captivis.* Quamquam post ait Livius, *Non de numero captarum navium convenit.* Sigonius.

2 *Catapultæ maximæ formæ*] Veteres libri: *catapultæ maximæ ferme centum viginti.* Idem.

3 *Argenti facti*] Forte: *infecti.* J. Fr. Gron.

4 *Quadrag. millia modiorum*] Vet. lib. *modium.* Sigonius.

Quadraginta millia modiorum] Put. reg. *tritici quadraginta millia modium.* J. Fr. Gron.

5 *Belli captæ*] Vet. lib. *inter tantas opes bellicas.* Sigonius.

6 *Et acie dim. & capienda urbe*] Vet. lib. *& in capienda.* Idem.

tantum laboris periculique adiſſent, & capta, cum iis qui in arcem confugerant, iniquo etiam loco pugnaſſent) curare corpora juſſit. Poſtero die militibus navalibuſque ſociis convocatis, primum Diis immortalibus [1] laudeſque & grates egit, qui ſe non urbis ſolum opulentiſſimæ omnium in Hiſpania uno die compotem feciſſent, ſed ante eo congeſſiſſent omnis penè Africæ atque Hiſpaniæ opes: ut neque hoſtibus quicquam relinqueretur, & ſibi ac ſuis omnia ſupereſſent. Militum deinde virtutem collaudavit, quod eos non eruptio hoſtium, non altitudo mœnium, non inexplorata ſtagni vada, non caſtellum in alto tumulo ſitum, non munitiſſima arx deterruiſſet, quo minus tranſcenderent omnia, perrumperentque. Itaque quamquam omnibus omnia deberet, præcipuum tamen muralis coronæ decus ejus eſſe, qui primus murum aſcendiſſet. profiteretur, qui ſe dignum eo duceret dono. Duo profeſſi ſunt. Q. Trebellius centurio legionis quartæ, &[2] Sex. Digitius ſocius navalis. nec ipſi tam inter ſe acriter contendebant, quam ſtudia excitaverant uterque ſui corporis hominum. Sociis, C. Lælius præfectus claſſis; legionariis, M. Sempronius Tuditanus aderat. Ea contentio quum prope ſeditionem veniret, Scipio tres recuperatores quum ſe daturum pronunciaſſet, qui cognita cauſſa teſtibuſque auditis judicarent, uter prior in oppidum tranſcendiſſet; C. Lælio, & M. Sempronio advocatis partis utriuſque, P. Cor-

Et acie dimicaſſent, & in capienda] Put. Voſſ. Gud. tres Pal. Mureti: *& capienda urbe* ſine præpoſitione. Et facile fero. *J. Fr. Gron.*

1 *Laudes gratiaſque egit*] Meliores libri: *laudes grateſque egit*. Vel, *laudeſque & grates egit*. Sic lib. 27. *Diis immortalibus, ut in tali re, laudes grateſque ago*. Suetonius Tito extremo: *Tantas mortuo gratias egit laudeſque, quantas congeſſit ne vivo quidem unquam atque præſenti*. Pro quo male ſubjecerunt Torrentius & Caſaubonus *gratias egit laudeſque congeſſit*. Quare? quia ſic habet Eutropius. At exquiſitiore ſermone Suetonius. Plautus Trinummo 4, 1. *Salſipotenti laudes ago & grates, gratiaſque habeo*. Idem.

2 *Sex. Digitius ſocius navalis*] *Socium navalem* appellat, quicunque navalem operam navat hoc loco. *Sigonius.*

& P. Cor-

[1] P. Cornelium Caudinum de medio adjecit: eosque tres recuperatores considere, & cauſſam cognoſcere juſſit. Quum res eo majore ageretur certamine, [2] quod amoti tantæ dignitatis non tam advocati quam moderatores ſtudiorum fuerant; C. Lælius, relicto conſilio, ad tribunal ad Scipionem accedit, eumque docet, *rem ſine modo ac modeſtia agi: ac prope eſſe, ut manus inter ſe conſerant. Cæterum etiamſi vis abſit, nihilominus deteſtabili exemplo rem agi: quippe ubi fraude ac perjurio decus petatur virtutis. Stare hinc legionarios milites, hinc claſſicos, per omnes Deos paratos jurare magis quæ velint, quam quæ ſciant vera eſſe: & obſtringere perjurio non ſe ſolum, ſuumque caput, ſed ſigna militaria & aquilas, ſacramentique religionem. Hæc ſe ad eum de ſententia P. Cornelii, & M. Sempronii deferre.* Scipio collaudato Lælio, [3] ad concionem advocavit, pronunciavitque, *Se ſatis compertum habere, Q. Trebellium & Sex. Digitium pariter in murum eſcendiſſe: ſeque eos ambos virtutis cauſſa coronis muralibus donare.* tum reliquos, [4] prout cuique meritum virtuſque erat, donavit. ante omnes C. Lælium præfectum claſſis, & omni genere laudis ſibimetipſi æquavit, & corona aurea ac triginta bubus donavit. Tum obſides civitatum Hiſpaniæ vocari juſſit: quorum quantus numerus fuerit, piget ſcribere. [5] quippe quum alibi trecentos 49

1 *P. Cornelium Caudinum*] *Caudinus* cognomen *Corneliorum Lentulorum* fuit, ut ſupra diximus. *Sigonius.*

2 *Quod admoti tantæ dignitatis*] Duo Pall. & Voſſ. *quodam uti.* Put. Andreas & alii veteres: *quod amoti.* Recte: nam prius adfuerant certantibus, ſed ita eleganter, ut potius regerent temperarentque ſtudia utrimque faventium, quam accenderent: nunc ab illis abſtracti & judices dati multitudinem effrenatiorem reliquerant. Cicero lib. 3 de Legib. *Vu populi multo ſævior, multoque vehementior: quæ ducem quod habet, interdum lenior eſt, quam ſi nullum haberet: dux enim ſuo periculo progredi cogitur: populi impetus periculi rationem ſui non habet.* J. Fr. Gr.

3 *Ad concionem vocavit*] Omnes quoque libri: *ad concionem advocavit.* Sic lib. 3. *Propoſitis decem tabulis populum ad concionem advocaverunt.* Lib. 4. *Confeſtim ad concionem advocavit.* Lib. 7. *Conſul claſſico ad concionem convocat.* Lib. 8. *Haud multo poſt dictator advenit, claſſicoque extemplo ad concionem advocavit.* Male igitur mutavit Rhenanus. *Idem.*

4 *Prout cujuſque meritum*] Put. reg. Men. Voſſ. *prout cuique meritum aut virtus erat.* Idem.

5 *Quippe cum alibi CCC ferme*] Polybius

tos ferme; alibi ſeptingentos viginti quinque fuiſſe inveniam. Æque & alia inter auctores diſcrepant. Præſidium Punicum, alius decem, alius ſeptem, alius haud plus quam duum millium fuiſſe ſcribit. Capta alibi decem millia capitum, alibi [1] ſupra quinque & viginti invenias. Scorpiones majores minoreſque ad ſexaginta captos ſcripſerim, ſi auctorem Græcum ſequar Silenum: ſi Valerium Antiatem, majorum ſcorpionum ſex millia, [2] minorum tredecim: adeo nullus mentiendi modus eſt. Ne de ducibus quidem convenit. plerique Lælium præfuiſſe claſſi, ſunt qui M. Junium Silanum dicant. Armen præfuiſſe Punico præſidio, deditumque Romanis, Antias Valerius; Magonem alii ſcriptores tradunt. Non de numero navium captarum, non [3] de pondere auri atque argenti, & redactæ pecuniæ, convenit. Si [4] aliquibus aſſentiri neceſſe eſt; media ſimillima veris ſunt. Cæterum Scipio, vocatis obſidibus, primum univerſos bonum animum habere juſſit. *Veniſſe eos in populi Romani poteſtatem, qui beneficio quam metu obligare homines malit: exteraſque gentes fide ac ſocietate junctas habere, [5] quam triſti ſubjectas ſervitio.* Deinde acceptis nominibus civitatum, recenſuit captivos; quot cujuſque populi eſſent: & nuncios domum

lybius: πλείους ὄντας τ πεντακοσίων ἀριθμὸς, ait. *Sigonius.*

1 *Supra quinque & viginti invenio*] Put. reg. Men. Voſſ. *invenias.* J. Fr. Gron.

2 *Minorum tredecim*] Put. & Men. *decem tria millia.* videtur formatum à librario ex notis numerorum, in quibus præponitur X, & ſequitur III. Voſſ. X *tria millia.* Idem.

3 *De pondere auri & argenti & redacta pecunia*] Omnes, *redacta pecunia*, quod mutavit Rhenanus. *Idem.*

4 *Aliquibus adſentiri neceſſe eſt, media ſimillima veri*] Rurſum omnes, quod ſuſtulit Rhenanus: *ſi aliquibus adſentiri neceſſe eſt, media ſimillima veru ſunt.* Idem.

5 *Quam triſti ſubjectas*] Beatus: *quam à triſti ſubjectas ſervitio.* Nec reperitur præpoſitio in ullis noſtris, & ſi reperta fuiſſet, expunxiſſemus: eſt enim illud ineptiſſimum atque haud Latinum. Non vacare particulam probat tamen ille Livii benefactor exemplo illius lib. 27. *Scipio avidior etiam certaminis erat, quum à ſpe, quam ſucceſſus rerum augebat.* Quid ſimile? hic *a*, ut alibi *ab* ſignificat cauſſam impellentem. Sic lib. 24. *Ardore militum uſus eſt ab ira inter conditiones pacis interfecta ſtationis.* Sic in principio lib. 26. *Non tantum ab ira.* Et paſſim. Nihil tale poteſt hic intelligi: modus explicatur, non cauſa. *Idem.*

Digitized by Google

mum misit, ut ad suos quisque recipiendos veniret. Si quarum forte civitatum legati aderant, eis præsentibus suos restituit: cæterorum curam benigne tuendorum C. Flaminio quæstori attribuit. Inter hæc [1] è media turba obsidum mulier magno natu, Mandonii uxor, qui frater Indibilis Ilergetum reguli erat, flens ad pedes imperatoris procubuit, obtestarique cœpit: ut curam cultumque fœminarum impensius custodibus commendaret. [2] quum Scipio, nihil profecto defuturum, diceret; tum rursus mulier, *Haud magni ista facimus*, inquit. *quid enim huic fortunæ non satis est?* [3] *Alia me cura, ætatem harum intuentem (nam ipsa jam extra periculum injuriæ muliebris sum) stimulat.* Ætate & forma florentes circa erant Indibilis

1 *E media turba obsidum --- Mandonii uxor --- obtestari cœpit ut curam, cultumque fœminarum* &c.] Polybius: ἐν ᾗ τ αἰχμαλωτίδων τῆς Μανδονίου γυναικὸς, ἐς ἣν ἀδελφὸς Ἀνδοβάλα τοῦ τ Ἰλιγητῶν βασιλέως, προσπεσόυσα αὐτῷ κ) διομόσα μὴ ἧττον ὑπηρετεῖν τῆς αὐτῆς διοικήσεως ἀμείνω Καρχηδονίων. *Sigonius.*

2 *Cum Scipio nihil profecto defut. iis diceret, tum rursus mulier --- quid e. huic fortunæ non satis est?*] Polyb. συμπαθὴς γενόμενος, εἶπε, τί λείπει τῆς ὑπαρχούσης αὐτοῖς; κ) γὰρ ἣν γυνὴ σωφρονεστάτη, κ) πολλῶν ἀξιωματικῶν ὑπαίτιος. ὁ δὲ Πόπλιος διαπορεῖν ἐπέλαβε τὰς γυναῖκας· αὐτὸς γὰρ ἔτι μᾶλλον ὑποπτεύειν φοβηθέντας, ἵνα μηδὲν αὐταῖς ἐλλείπῃ τῆς ὑπαρχούσης. ἡ δὲ ὑπολαβοῦσα μικρὸν, ἐκ ὀρθῶς, ἔφη, γράψας, τὰς ἡμετέρους ἐνδεᾶ λόγους, εἰ νομίζεις ἡμᾶς ἀντὶ τῆς παρούσης εὐδαιμονίας σωφρονεῖν. Quibus ex verbis intelligi potest, nihil huic Livianæ sententiæ desiderari, contra quam censet Glareanus. Scipio victui se consulturum feminarum respondit, mulier pudicitiæ cum ut consulat, rogat. *Idem.*

Nihil profecto defuturum iis] Omnes Gall. Pall. Voss. *quum Scipio nihil defuturum profecto diceret:* omisso pronomine. *J. Fr. Gronovius.*

3 *Alia me angit cura ætatem harum intuentem, nam i. j. e. p. mul. inj. sum, simul ætate & f. fl. circa eam Indibilis filia erant*] Veteres libri, non habent vocem, *angit*, & pro *simul*, habent *stimulat*. Quam lectionem probo. Polybius: κ) τότε μᾶλλον ὁ Πόπλιος ἐν νῷ τὸ βέλτιον τῆς γυναικὸς, κ) διαφερόντως ὑπὸ τ ὄψιν τιθεὶς ἀκμαίαν τῆς Ἀνδοβάλα θυγατέρα, κ) πλείστων ἄλλων ἀξιωτέραν, κ) πολὺ μᾶλλον ἐπὶ καλῷ διαφέρουσαν, τῆς γυναικὸς ἐν ὀλίγῳ τιθεὶς τὰς ἀξιώσεις ὑμφασιν ὑποδεικνύσης. *Sigonius.*

Alia me angit cura] Mitor unde τὸ *angit* provenerit in libro Beati: nam à nobis in Gallicanis, Palatinis, Italicis, Vossiano frustra ea vox quæsita est: contra ne unus quidem est, qui non habeat deinceps *stimulat*, qui quidem alicujus ætatis sit. Unus Flor. recentissimus, *simul ac.* Sed ponamus Put. scripturam: *aliam cura ætatem harum intuentem* &c. *muliebris cum stimulat ætate ac forma* &c. *Indibilis filiaque nobilitate pari.* Ergo scribendum: *Alia me cura ætatem harum intuentem (nam ipsa jam extra periculum injuriæ muliebris sum) stimulat. Ætate ac forma florentes circa erant Indibilis filiæ, aliaque nobilitate pari, quæ omnes*

bilis filiæ, aliæque nobilitate pari, quæ omnes eam pro parente colebant. Tum Scipio, *Meæ, populique Romani disciplinæ caussa facerem*, inquit, [1] *ne quid, quod sanctum usquam esset, apud nos violaretur. nunc ut id curem impensius, vestra quoque virtus dignitasque facit:* [2] *quæ ne in malis quidem oblitæ decoris matronalis estis.* Spectatæ deinde integritatis viro tradidit eas, tuerique haud secus verecunde ac modeste, quam hospitum conjuges ac matres jussit. [3] Captiva deinde à militibus adducitur ad eum adulta virgo; adeo eximia forma, ut quacunque incedebat, converteret omnium oculos. Scipio percunctatus patriam parentesque; inter cætera accepit, [4] desponsam eam principi Celtiberorum [5] adolescenti: Allucio nomen erat. Extemplo igitur parentibus sponsoque ab domo accitis, quum

eam pro parente colebant. Hanc veram vexatissimi hujus loci lectionem puto, quæ & proxime ad veteris scripturæ apices accedit. Complures libros, præter quibus usi perpetuis sumus Gallicos & Palatinos, Florentiæ Venetiisque de his verbis consuluimus: sed aut nihil aut ita parum, ut nihil referat, ab illa principis libri formula differunt. Ante Rhenanum obsita correctorum pannis erant omnia: *Alia mihi cura ætatem harum intuenti* &c. *animum stimulat. Stabant ætate & forma florentes circa eam Indibilis filia eaque nobilitate pari.* Sic Aldina. Andreas, in cæteris par, *animum stimulabant ætate.* Rhenanus ita curavit, ut tamen de suo, aut certe de audaculi librarii sui centone aliquid adsueret. Verbum substantivum desiderabatur: id apposuerunt, quum lateret in τῶν *eam.* Est enim *circa erant*, idem quod *adstabant:* & gaudet Livius his præpositionibus, *circa, contra*, sine expresso casu usurpatis. De quo jam dudum, ætatem, in his ipsis notis. Ex illo autem *filiaeque nobilitate pari*, eduximus nullo coactu, *filia aliaque nobilitate pari:* nempe puellæ. Nam illud *eaque*, quod vult Rhenanus, prorsus ineptum videtur mihi: quis enim dubitaret Indibilis filias æque nobiles fuisse? Præterea exigit nostrum Polybius: καὶ διαφέρειν ὑπὲρ τὴν ἄκμην τῆς Ἀνδοβάλου θυγατέρα καὶ πλείστων ἄλλων διαφερόντων. Atque ita Livius lib. 44. *M. Popilius consularis & alii pari nobilitate adolescentes.* J. Fr. Gron.

1 *Ne quid quod sanctum usquam esset*] Virginum deditarum pudicitia. *Sigonius.*

2 *Quæ ne malis quid.*] Vet. lib. *ne in malis quidem.* Idem.

3 *Captiva adducitur ad eum adulta virgo*, &c.] Polybius: κατὰ δὲ τὴν παρουσίαν τοῦτον παίδισκοι τινὲς τῶν Ἰβηρίων ἐπιτυχόντες παρθένῳ κατὰ τὴν ἀκμὴν καὶ κατὰ τὸ κάλλος ἀξιφάνου τῶν ἄλλων γυναικῶν, καὶ σωμάτων φιλογύνιον ὄντα τὸν Πόπλιον, ἤγαγον αἰτησόμενοι. *Idem.*

4 *Desponsatam eam principi Celtiberorum adolescenti*] Optimi cum Rhenano: *desponsam.* Plautus Cistellaria: *si illam uxorem mihi duxero magnam, quam despondit pater.* Et notum est. *J. Fr. Gron.*

5 *Adolescenti cui Allucio*] Iidem: *adolescenti: Aluccio nomen erat.* De quo & alibi & ad primum librum. *Idem.*

1 Ne

quum interim audiret deperire eum sponsæ amore; ubi primum venit, accuratiore eum sermone quam parentes alloquitur. *Juvenis*, inquit, *juvenem appello:* [1] *quo minor sit inter nos hujus sermonis verecundia. Ego, quum sponsa tua capta* [2] *à militibus nostris ad me ducta esset, audiremque eam tibi cordi esse, & forma faceret fidem; quia ipse, si frui liceret ludo ætatis,* ([3] *præsertim recto & legitimo amore*) *& non respublica animum nostrum occupasset, veniam mihi dari sponsam impensius amanti vellem: tuo, cujus possum, amori faveo. Fuit sponsa tua apud me eadem, qua apud soceros tuos parentesque suos verecundia: servata tibi est, ut inviolatum & dignum me teque dari tibi donum posset. Hanc mercedem unam pro eo munere paciscor; amicus populo Romano sis: & si me virum bonum credis esse, quales patrem patruumque meum jam ante hæ gentes norant, scias multos nostri similes in civitate Romana esse: nec ullum in terris populum hodie dici posse, quem minus tibi hostem tuisque esse velis, aut amicum malis.* [4] Adolescens, simul pudore & gaudio perfusus, dextram Scipionis tenens, Deos omnes invocare ad gratiam illi pro se referendam; quoniam sibi nequaquam satis facultatis [5] pro suo animo atque illius erga se merito, esset. Parentes inde cognatique virginis appellati. qui quoniam gratis sibi redderetur virgo:

1 *Quo minus sit inter nos hujus sermonis verecundia*] Rhenani est. Nostri omnes, ut ante illum: *minor*. J. Fr. Gron.

2 *A militibus nostris ad me deducta esset*] MSS. *ad me ducta esset*. Et sane quia verbum *deducere* nequiter hac in re fere usurpabatur, ut notum est ex Ciceronis *Tertia deducta*, non putem voluisse Livium, ut ambiguo verbo sanctissimus Scipio uteretur. Malim autem: *adducta esset*. Idem.

3 *Præsertim recto, & legitimo amore*] Vet. lib. *præsertim illecto, recto legitimo amore*, ut sit: si mihi liceret frui ludo ætatis, præsertim illecto, recto, & legitimo amore. *Sigonius*.

4 *Quum adolescens simul* &c. *deos omnes invocaret*] Gravissimus hic error Rhenani: omnes scripti servant olim editam lectionem, voce *perculsus* tantum & unica particula mutata: *Adolescens simul pudore & gaudio perfusus, dextram Scipionis tenens, deos omnes invocare ad gratiam illi pro se referendam.* Ut monuimus ad lib. 6, 27. *J. Fr. Gron.*

5 *Pro suo animo atque illius erga se merito esset*] Sane bellum videtur vulgatum, quod idem Rhenanus dedit: nostri tamen omnes, perinde ut veteres editiones, voce *merito* destituuntur. Utrum ergo dicemus τὸ *animo* ad utrumque sufficere? an τὸ *merito* latere in τοῖς *erga se*, ut scripserit: *atque illius merito esset*. Idem.

virgo; ad quam redimendam ſatis magnum attuliſſent auri pondus; orare Scipionem, ut id ab ſe donum acciperet, cœperunt: [1] haud minorem ejus rei apud ſe gratiam futuram eſſe, affirmantes, quam redditæ inviolatæ foret virginis. Scipio, quando tanto opere peterent, acceptûrum ſe pollicitus, poni ante pedes juſſit: vocatoque ad ſe Allucio, *Super dotem*, inquit, *quam accepturus à ſocero es, hæc tibi à me dotalia dona accedent*, aurumque tollere, ac ſibi habere juſſit. His lætus donis honoribuſque dimiſſus domum, [2] implevit populares laudibus meritis Scipionis: Veniſſe Diis ſimillimum juvenem; vincentem omnia, quum armis, tum benignitate ac beneficiis. Itaque delectu clientium habito, cum delectis mille & quadringentis equitibus [3] intra paucos dies ad
51 Scipionem revertit. Scipio retentum ſecum Lælium, dum captivos obſideſque & prædam ex conſilio ejus diſponeret; ſatis omnibus compoſitis, data quinquereme, [4] captiviſque Magone & quindecim fere ſenatoribus, qui ſimul cum eo capti erant, in navem impoſitis, nuncium victoriæ Romam mittit. [5] ipſe paucos dies, quibus mo-

1 *Haud minorem ejus rei apud ſe gratiam fore*] Put. & cæteri: *gratiam futuram eſſe*. J. Fr. Gron.

2 *Implevit populares laudibus & meritis Scipionis*] Deleta copula iidem Gallicani & Voſſ. *implevit populares laudibus meritis Scipionis*. Lib. 4. *Laudibuſque haud immeritis onerarent*. Lib. 7. *Conſul claſſico ad concionem convocat, orſuſque meritas Decii laudes*. Etli duo Pall. illic: *merita Decii laudeſque*. Quod non probo. Eodem libro: *ſimul audientium laudes meritas tollit animos*. Lib. 10. *Subſcripſit orationi ejus Conſul cum meritis P. Decii laudibus*: & eodem libro: *Fabius collega funus omni honore laudibuſque meritis celebrat*. Idem.

3 *Intra paucos dies ad Scipionem rediit*] Put. *revertit*. Regius: *revertitur*. Idem.

4 *Captivis cum Magone & quindecim fere ſenatoribus*] Omnes noſtri abolent τὸ *cum*, quod Rhenanus addidit. Put. *data quinquereme, captiviſque, Magone & quindecim fere ſenatoribus, qui ſimul cum eo capti erant, in navem impoſitis*. Lege: *in navem impoſitis*. ut eſt in uno Pal. cætera recte. *Idem*.

Quind. fere ſenatoribus, qui cum eo capti erant, in navi imp.] Polyb. δὶς μὲν γὰρ ἦσαν καθειλημμένοι τῶν ἐν τῇ χερρονήσῳ, πέντε δὲ καὶ δέκα περὶ ἐν τῇ συγκλήτῳ. Sed & vetus liber *in navem*. Sigonius.

5 *Ipſe paucos dies, q. m. Carthagini ſt. exercendis n. p. copiis abſumpſit*] Polybius: αὐτὸς δ' ὁ χερρόνησον μέν τινα ἐν τῇ Καρχηδόνι τοῖς τε ναυτικοῖς δυνάμεσι γυμνάζει συνεχῶς, καὶ τοῖς χιλιάρχοις ὑφίδειξι τοῖς τὸν πεζικὸν τετραπλάσιον τῶν πεζικῶν τετραπλάσιον γυμνασίας. *Idem*.

morari Carthagine ſtatuerat, exercendis navalibus pedeſtribuſque copiis abſumpſit. [1] Primo die legiones in armis quatuor millium ſpatio decurrerunt: [2] ſecundo die arma curare & [3] tergere ante tentoria juſſit: [4] tertio die rudibus inter ſe in modum juſtæ pugnæ concurrerunt: præpilatiſque miſſilibus jaculati ſunt: quarto die quies data: [5] quinto iterum in armis decurſum eſt. Hunc ordinem laboris, quietiſque, quoad Carthagine morati ſunt, ſervarunt. [6] Remigium claſſicique milites tranquillo in altum evecti, agilitatem navium ſimulacris navalis pugnæ experiebantur. Hæc extra urbem terra marique, corpora ſimul, animoſque ad bellum acuebant. urbs ipſa ſtrepebat apparatu belli, fabris omnium generum in publica officina incluſis: dux cuncta pari cura obibat. nunc in claſſe ac navali erat, nunc cum legionibus

1 *Primo die leg. in armis quat. mill. ſp. decurrerunt*] Πρῶτον μὲν ἡμέραν ἐπέλασιν τοιοῦσθαι ἐπὶ πεζικοῖς σταδίοις ἐν τοῖς ὅπλοις. *Sigonius.*

2 *Secundo die arma curare, &c.*] Τὴν δευτέραν πάντας ἐκτείνειν καὶ διαπτύειν, καὶ καθαπτεῖν ἐν τῷ φανερῷ τὰς παρασκευάς. *Idem.*

3 *Tergere ante tentoria juſſit*] Forte, *juſſi.* J. Fr. Gron.

4 *Tertio die ſudibus &c. quarto die quies data*] Polybius hæc præpoſtere narrat: τῇ δ' ἑξῆς ἀναπαύεσθαι καὶ ῥᾳθυμεῖν· τῇ δὲ μετὰ ταύτην, τοὺς μὲν μαχαιρομαχεῖν ξυλίναις ἠκονημέναις μετ' ὀσφαίρου μαχαίραις, τοὺς δὲ τοῖς ἰσφαιρομένοις χεῖρσι ἀκοντίζειν. *Sigonius.*

Tertio die ſudibus inter ſe] Put. reg. Men. duo Pall. *rudibus.* Optime: Notum ex Suetonio: *Mirmillonem rudibus ſecum batuentem.* Polybius: ξυλίναις ἠκονημέναις μετ' ὀσφαίρου μαχαίραις. Notatumque Lipſio, cui fruſtra repugnat Joſ. Caſtalio. *J. Fr. Gron.*

5 *Quinto iterum in armis decurſum eſt*] Τῇ δὲ πέμπτῃ πάλιν ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς ὁρμεῖν κατὰ τὰ ἀρχαῖα ἐπαναγεῖν. *Sigon.* *Quinto die iterum in armis concurſum eſt*] Omnes noſtri, ut & veteres editiones: *decurſum.* Verbum proprium in hac re. Lib. 23. *Ibi quia otioſa ſtativa erant, crebro decurrere milites cogebat.* Lib. 29. *Terreſtrem navalemque exercitum non inſtructos modo, ſed hoc decurrentes, claſſem in portu ſimulacrum & ipſam edentem navalis pugnæ oſtendit.* Lib. 44. *Horum inductio in parte ſimulacrum decurrentis exercitus erat.* Seneca ep. 18. *Miles in media pace decurrit ſine ullo hoſte.* J. Fr. Gron.

6 *Remigio claſſici milites tranquillo*] Præclara emendatio Rhenani: *Remigium claſſicique milites*, ſperni à nobis haudquaquam debuit, quum præſertim ita plane Put. Alii corrupte, ſed ut alludant: *Remigium clauſi civeſque milites*, aut, *Remigium claſſis cives militeſque.* Horatius: *Carite cera Digni, remigium vitioſum Ithacenſis Ulyſſei.* Ovidius in epiſt. Hypſipyles: *Remigiumque dedi, quo me fugiturus abires.* Tacitus lib. 14 Hiſt. *Quod paucas naves in litore remigiumque in ius amiſerat, tanquam durante bello.* Livius ſupra: *Circa Crotonem Sybarimque ſuppleverat remigio naves.* Idem.

bus decurrebat: nunc operibus aſpiciendis tempus dabat, quæque in officinis, quæque in armamentario ac navalibus fabrorum multitudo plurima in ſingulos dies certamine ingenti faciebat. His ita inchoatis, [1] refectiſque qua quaſſi erant muris, [2] diſpoſitiſque præſidiis ad cuſtodiam urbis; Tarraconem eſt profectus, à multis legationibus protinus in via aditus. quas partim dato reſponſo ex itinere dimiſit, partim diſtulit Tarraconem, quo omnibus novis veteribuſque ſociis, edixerat conventum. Et cuncti fere, qui cis Iberum incolunt populi, [3] multi etiam ulterioris provinciæ convenerunt. Carthaginienſium duces, primo ex induſtria famam captæ Carthaginis compreſſerunt: deinde ut clarior res erat, quam ut tegi ac diſſimulari poſſet, elevabant verbis. *Necopinato adventu ac prope furto unius diei urbem unam Hiſpaniæ interceptam. cujus rei tam parvæ præmio, elatum inſolentem juvenem, immodico gaudio ſpeciem magnæ victoriæ impoſuiſſe. At ubi appropinquare tres duces, tres victores hoſtium exercitus audiſſet, occurſuram ei extemplo domeſticorum funerum memoriam.* Hæc in vulgus jactabant; haudquaquam ipſi ignari, quantum ſibi ad omnia virium Carthagine amiſſa deceſſiſſet.

EPI-

1 *Refectis qua quaſſata erant muri*] Vet. lib. *refectiſque, quos quaſſaverant muris.* Sigonius.

Refectiſque, quos quaſſaverat, muris] Rhenanus: *que quaſſata erant muri*: nullis noſtris ſecundis. Put. *qua quaſſaverant muris.* Scribe: *refectiſque, qua quaſſi erant, muris.* Nam & lib. 25, 3 idem liber: *in veteres quaſſaſque naves.* J. Fr. Gron.

2 *Diſpoſitiſque præſidiis* &c. *Tarraconem eſt profectus*] Polybius: μετὰ τοῦτο τὰς φυλακὰς καὶ τὰ τείχη καλῶς διαταξάμενος τὰ κατὰ τὴν πόλιν, ἀνιζώσει καὶ τῇ πεζικῇ καὶ ναυτικῇ δυνάμει, καὶ παραγενόμενος τὴν πορείαν ἐπὶ Ταρράκωνος, ἔχων μεθ' αὑτοῦ καὶ τοὺς ὁμήρους. Sigonius.

3 *Multi etiam ulterioris Hiſpaniæ convenerunt*] Put. & omnes Gall. *ulterioris provinciæ convenerunt.* Aut eo reſpicit Livius, quod Publius Cnæuſque pater & patruus Africani eam provinciam fecerunt, aut utitur phraſi ſuo tempori convenientiore. J. Fr. Gron.

EPITOME

LIBRI XXVII.

CN. Fulvius Proconſul cum exercitu [1] ab Annibale ad Herdoneam cæſus eſt. Meliore eventu à Claudio Marcello conſule adverſus eundem ad Numiſtronem pugnatum eſt. inde Annibal noctu receſſit. Marcellus inſecutus eſt, & ſubinde cedentem preſſit, [2] donec conſligeret. priore pugna Annibal ſuperior fuit, Marcellus inſequenti. [3] Fabius Maximus pater conſul [4] Tarentinos per proditionem recepit. In Hiſpania ad Baeculam Scipio cum Aſdrubale Amilcaris conflixit & vicit. inter alia captum puerum regalem eximiæ formæ ad avunculum Maſaniſſam cum donis dimiſit. Claudius Marcellus, T. Quintius Criſpinus conſules ſpeculandi cauſſa egreſſi è caſtris, inſidiis ab Annibale circumventi ſunt. Marcellus occiſus fuit, Criſpinus fugit. Res praeterea à P. Sulpicio Praetore adverſus Philippum & Achæos geſtas continet. Luſtrum à cenſoribus conditum eſt: cenſa ſunt civium capita centum triginta ſeptem millia centum & octo; ex quo numero apparuit quantum hominum tot praeliorum adverſa fortuna populo Romano abſtuliſſet. Aſdrubal, qui cum exercitu novo tranſcenderat Alpes, ut ſe Annibali conjungeret, cum millibus hominum quinquaginta ſex cæſus eſt, M. Livii conſulis ductu; ſed non minore opera Claudii Neronis conſulis. qui quum Annibali oppoſitus eſſet, relictis caſtris, [5] ita ut hoſtem falleret, electa manu profectus, Aſdrubalem circumvenit.

Hic

1 *Ab Annibale caſus eſt*] Vet. lib. *Caſus ad Herdoneam eſt*: recte. ita enim quoque Livius. *Sigonius.*

2 *Donec effugeret*] Vet. lib. *donec conſligeret.* Idem.

3 *Fabius Max. pater conſulis*] Emenda: *pater conſul*, ut infra: *Maximus filius.* Idem.

4 *Tarentinos per deditionem accepit*] Vet. lib. *per proditionem recepit*, egregie: ut enim amiſſum fuerat: ſic receptum proditione Tarentum eſt. Plutarch. in Fabio: τὴν δὲ Ταραντίνων πόλιν ἔλαβεν ἐκ προδοσίας. *Idem.*

5 *Ita ut inimicum falleret, electa*] Vet. lib. *ita ut hoſtem falleret, cum electa manu profectus.* Idem.

1 *In*

Digitized by Google

1 HIc ſtatus rerum Hiſpaniæ erat. [1] In Italia conſul Marcellus, [2] Salapia per proditionem recepta, [3] Maroneam & Meles de Samnitibus vi cepit. Ad tria millia militum ibi Annibalis, quæ præſidii cauſſa relicta erant, oppreſſa. [4] Præda (& aliquantum ejus fuit) militi conceſſa. tritici quoque ducenta quadraginta millia modium, & centum decem millia hordei inventa. Cæterum nequaquam inde [5] tantum gaudium fuit, quantâ clades intra paucos dies accepta eſt haud procul ab Herdonea urbe. Caſtra ibi [6] Cn. Fulvius proconſul habebat, ſpe recipiundæ Herdoneæ, quæ poſt Cannenſem cladem ab Romanis defecerat, nec loco ſatis tuto poſita, nec præſidiis firmata. Negligentiam inſitam ingenio ducis augebat ſpes ea, quod labare iis adverſus Pœnum [7] fidem ſenſerat, poſtquam Salapia amiſſa exceſſiſſe his locis Annibalem in Bruttios auditum eſt.

1 *In Italia Cos. Marcell.*] Vet. lib. [illegible] hil abruptius jejuniuſque: *Prada aliquantum, uſui militum conceſſa.* Quis ita Livium loquutum credat? immo quis ita loquentem hodie ferat? Nihil melius veterum librorum ſcriptura, modo diſtinctionem addas: *Prada (& aliquantum ejus fuit) militi conceſſa.* Sic plane Rhenani liber, ſic Put. omneſque Gallicani. Flor. Pall. Gud. niſi quod quibuſdam non optimis copulativa deeſt. Eo genere compoſitionis infra: *Iis omnibus (& multi erant) adempti equi.* J. Fr. Gron.

In Italia autem conſul Marcellus, quæ lectio neſcio cur à Rhenano rejiciatur. *Sigonius.*

2 *Sal. per proditionem rec.*] Vet. lib. *per deditionem.* Idem.

3 *Maroneam & Meles de Samnit. vi cepit*] Nomina horum oppidorum reticet Plutarch. in Marcello, cum ait: τὰς Σαμνιτικὰς πόλεις μεγάλας ἀνιχύρους ἑλών. Item quod ait Livius: *Ad tria millia militum, Annibalis.* Plutarchus inquit: Ἀννίβα στρατιώτας τετρακισχιλίους ὄντας. Idem.

4 *Prada aliquantum ejus militi fuit conceſſum*] Placet conjectura Beati Rhenani, quam miror ab aliis eſſe repudiatam: *Prada aliquantum, uſui militum conceſſa.* Nam libro 25 ait: *Ad diripienda hoſpitia Romana paſſim diſcurſum eſt, & fuit prada aliquantum.* Idem.

Prada aliquantum militi fuit conceſſum] Miror Sigonium potuiſſe probare Rhenani conjecturam, qua nihil abruptius jejuniuſque: *Prada aliquantum, uſui militum conceſſa.* Quis ita Livium loquutum credat? immo quis ita loquentem hodie ferat? Nihil melius veterum librorum ſcriptura, modo diſtinctionem addas: *Prada (& aliquantum ejus fuit) militi conceſſa.* Sic plane Rhenani liber, ſic Put. omneſque Gallicani. Flor. Pall. Gud. niſi quod quibuſdam non optimis copulativa deeſt. Eo genere compoſitionis infra: *Iis omnibus (& multi erant) adempti equi.* J. Fr. Gron.

5 *Tantum gaudii fuit*] Omnes ut & Rhenani codex: *inde tantum gaudium fuit, quanta clades.* Idem.

6 *Cn. Fulvius proconſul*] *Cn. Fulvius Centumalus.* Nam *Cn. Fulvium Flaccum* prætorem biennio ante in iiſdem locis devicerat. *Sigonius.*

7 *Fidem ſenſerat. Poſtquam Salapia*] Diſtinguo: *augebat ſpes ea, quod labare iis adverſus Pœnum fidem ſenſerat, poſtquam Salapia amiſſa exceſſiſſe his locis Annibalem in Bruttios auditum eſt. Ab Her-*

eſt. Ab Herdonea ea omnia per occultos nuncios delata Annibali, ſimul curam ſociæ retinendæ urbis, & ſpem fecere incautum hoſtem aggrediendi. exercitu expedito, ita [1] ut famam prope præveniret, magnis itineribus ad Herdoneam contendit, & quo plus terroris hoſti obji-ceret, acie inſtructa acceſſit. Par audacia Romanus, conſilio & viribus impar, copiis raptim eductis conflixit. [2] quinta legio & ſiniſtra ala acriter pugnam inierunt. Cæterum Annibal ſigno equitibus dato, ut, quum pedeſtres acies occupaſſent præſenti certamine oculos animoſque, circumvecti, pars caſtra hoſtium, [3] pars terga trepidantium invaderent; [4] ipſe in Fulvii ſimilitudinem nominis, quod Cn. Fulvium prætorem biennio ante in iiſdem

Herdonea ea omnia &c. Hæc enim occaſio fuit Herdoneatibus vacillandi, quod Annibal receſſiſſet. *J. Fr. Gron.*

1 *Ut famam prope præv.*] Vet. lib. *famam quoque.* Sigonius.

2 *Quinta legio & ſexta alacriter*] Vet. lib, *quinta legio, & ſiniſtra alacriter pugnam inierunt*, recte. Nam paulo poſt ait: *Prima legio, & dextra ala.* Item: *Prima legioni tertia, dextra ala ſiniſtra ſubit.* Item multo poſt: *peditum prima legio, & dextera ala prælium ineunt.* Idem.

Quinta legio & ſiniſtra ala acriter pugnam inierunt] Rhenanus: *& ſexta alacriter.* Non ſubſerviunt noſtri: ſed qui differunt à vulgato, habent; *ſiniſtra alacriter.* J. Fr. Gron.

3 *Pars terga pugnantium invaderent*] Reg. & Voſſ. *terga oppugnantium.* Put. *terga oppidantium.* Scribe: *pars terga trepidantium invaderent.* Secretiore ſignificatu *trepidare*, eſt ſatagere, commovere ſe, negotium capeſſere. Noſter infra hoc libro: *Vigiles velut ad vocem illorum excitati, tumultuari, trepidare, moliri portam.* Lib. 28. *Mille paſſuum aberant, quum ab hoſte conſpecti ſunt trepidarique repente cœptum.* Lib. 34. *Dum trepidant acie inſtruenda, conſul jam paratis ordinatiſque omnibus incom-poſitos aggreditur.* Lib. 10. *Intermiſti hoſtibus (quod facile erat in nocturna trepidatione) cognoſcunt infrequentia armatu ſigna egreſſa.* Lib. 23. *Dum in ſua quiſque miniſteria diſcurſu trepidat ad prima ſigna, ſuccedit que ad muros acies.* Salluſtius Jugurth. 67. *Romani milites improviſo metu, incerti ignarique, quid potiſſimum facerent, trepidare ad arcem oppidi, ubi ſigna & ſcuta erant.* Hæc vera lectio eſt: nam quod optimus Gruterus inducit: *trepidare arcem oppidi:* ignoſcat mihi, ſi negem illud Latinum eſſe. Ipſe Salluſtius ſupra: *Arma capere alii, alii ſe abdere, pars territos confirmare, trepidare omnibus locis.* Neque accipio aliter, quicquid comminiſcantur viri docti, apud Maronem: *Dum trepidant alæ.* Ubi opportune allegat Servius ex Catone: *ſedere non poteſt in equo trepidante.* Idem.

4 *Ipſe Cn. Fulvii ſimilitudinem nominis* &c. *increpans*] Put. & omnes Gallici, optimus Pal. Voſſ. *ipſe in Fulvii.* Duo alii Pall. non minus habent præpoſitionem, ſed ſtatim inde paullum ſunt vitiati: alter enim: *ipſe in conſiliis Fulvii:* alter; *ipſe in Cn. Fulvii.* Quod ultimum probarem, niſi me illorum & antiquitas & bonitas permoveret. Phraſis eadem,

iisdem devicerat locis, increpans, similem eventum pugnæ fore, affirmabat. Neque ea spes vana fuit. nam quum cominus acie & peditum certamine [1] multi cecidissent Romanorum, starent tamen ordines signaque; equestris à tergo tumultus, simul à castris clamor hostilis auditus, sextam ante legionem, quæ in secunda acie posita, prior ab Numidis turbata est; quintam deinde, atque eos qui ad prima signa erant, avertit. Pars in fugam effusi, pars in medio cæsi: ubi & ipse Cn. Fulvius [2] cum undecim tribunis militum cecidit. Romanorum sociorumque quot cæsa in eo prœlio millia sint, quis pro certo affirmet? quum tredecim millia alibi, alibi haud plus quam septem inveniam. Castris prædaque victor potitur. Herdoneam, quia & defecturam fuisse ad Romanos comperit, nec mansuram in fide, si inde abscessisset; multitudine omni Metapontum ac Thurios traducta, incendit, occiditque principes, qui cum Fulvio colloquia occulta habuisse comperti sunt. Romani, qui ex tanta clade evaserant, diversis itineribus [3] semermes ad Marcellum consulem in Samnium perfugerunt.

2 [4] Marcellus nihil admodum tanta clade territus, literas Ro-

dem, quæ apud Sallustium ad Cæsarem: *Illa, qua paullo ante hoc bellum in Cn. Pompeium victoriamque Sullanam increpabantur.* Lib. 1 noster: *Hæc Aricinus in regem Romanum increpans, ex concilio abiit.* Tacitus lib. 5 Annal. *Cum in Blæsum multa falsaque incusavisset.* Idem.

1 *Multi cecidissent Romanorum*] Vet. lib. *Romanorum cecidissent.* Sigonius.

2 *Cum duodecim trib. mil. cec.*] Vet. habent *cum undecim*: quod placet. Nam Plutarchus in Marcello sic ait: Ἐπειτα τ Ἀννίβα Φάλκιον Γναῖον ἀνδύπατον ἐν Ἀπουλίᾳ καλαλείπαντ@ μὲν αὐτὸν σὺν ἕνδεκα χιλιάρχοις. *Idem.*

Cum duodecim tribunis] Omnes nostri: *cum undecim tribunis militum cecidit*: quod firmat auctoritate Plutarchi Sigonius. *J. Fr. Gron.*

3 *Semiermes ad Marcellum consulem in Samnium confugerunt*] Meliores: *semermes* & *perfugerunt.* Idem.

4 *Marcellus nihil adm. tanta clade territus literas Roman --- scribit --- brevem illi lætitiam q. e. facturum*] Hæc verba vertit Plutarch. in Marcello, & Livium auctorem profitetur, ita: καλαχόψαν@ ὃ τῆς σφαγῆς τὸ πλεῖστον, ἔπεμψεν εἰς Ῥώμην γράμματα, τὺς πολίτας ὡς χαλεῶν θαῤῥεῖν. αὐτὸς γὸ ἤδη βαδίζειν εἰς ἀφίλοιτο τὴν χώραν Ἀννίβα. καὶ ταῦτα μέ ὁ Λίβιός φησιν ἀναγνωσθέντα τὰ γράμματα, μὴ τὰς λύπας κρύπτειν, ἀλλὰ τῷ φίλῳ συμβιῶναι· τὴν Ῥωμαίων μεῖζον ἀγαθὸν ἢ γεγονότ@ τὸ κινδυνεύμενον, ὅτῳ φιλίαν κρείττων ἐν Μάρκελλ@. ὁ ὃ, ὡσπερ ἔγραψεν, οὐδὺς Ἀννίβαν διώκων, εἰς τὴν Λουκανίαν ἐβάλλετ, ἡ ἀφὶ πόλιν Νομίστ@.

Romam ad Senatum de duce & exercitu ad Herdoneam amiſſo ſcribit. cæterum, *eumdem ſe, qui poſt Cannenſem pugnam ferocem victoria Annibalem contudiſſet; ire adverſus eum, brevem illi lætitiam qua exſultet facturum.* Et Romæ quidem quum luctus ingens ex præterito, tum timor in futurum erat. Conſul ex Samnio in Lucanos tranſgreſſus, ad Numiſtronem in conſpectu Annibalis loco plano, quum Pœnus collem teneret, poſuit caſtra. [1] Addidit & aliam fidentis ſpeciem, quod prior in aciem eduxit. nec detrectavit Annibal, ut ſigna portis efferri vidit. Ita tamen aciem inſtruxerunt, ut Pœnus dextrum cornu in collem erigeret, Romani ſiniſtrum ad oppidum applicarent. [2] Ab hora tertia quum ad noctem pugnam extendiſſent, feſſæque pugnando primæ acies eſſent, ab Romanis prima legio & dextera ala, ab Annibale Hiſpani milites [3] & funditor Balearis, elephanti quoque, commiſſo jam certamine, in prœlium acti. Diu pugna neutro inclinata ſtetit. Primæ legioni tertia, dexteræ alæ ſiniſtra ſubiit, & apud hoſtes integri à feſſis pugnam accepere. Novum atque atrox prœlium ex tam ſegni repente exarſit: recentibus animis corporibuſque: ſed nox incerta victoria diremit pugnantes. [4] Poſtero die Romani ab ſole orto, in multum diei ſtetere in acie: ubi nemo hoſtium adverſus prodiit; ſpolia per otium legere, & congeſtos in unum locum cremavere ſuos. Nocte inſequenti Annibal ſilentio movit caſtra, & in Apuliam abiit: Marcellus ubi lux fugam hoſtium aperuit, ſauciis cum præſidio modico Numiſtrone relictis, præpoſitoque

μίσγονται καθ' ἡμᾶς, &c. Sigonius.

1 *Addit & aliam fidentis ſpeciem*] Noſtri: *Addidit & aliam.* J. Fr. Gron.

2 *Ab hora tertia cum ad noctem, &c.*] Plutarch. ἀπὸ γὰρ ὥρας τρίτης συμπεσόντες, ἕως ὀψὲ σκότος μόλις διέλυσαν. *Sigon.*

3 *Et funditores Balearis elephanti quoque*] Elegantius Put. reg. *& funditor Balearis.* Voſſianus: *milites effunditur Balearis.* J. Fr. Gronovius.

4 *Poſtero die Rom. à ſole orto &c. ſtetere in acie*] Plutarchus: ἅμα ἡμέρᾳ προσαγαγὼν αὖθις τὸ στρατόπεδον, παρέταξε πρὸ τοῦ χάρακος, &c. Sigonius.

Romani ab ſole orto in multum diem] Noſtri omnes, quod delevit Rhenanus, *in multum diei.* 22, 52. *Spolia ad multum diei lecta.* J. Fr. Gron.

1 *L. Fur.*

que his [1] L. Furio Purpureone tribuno militum, veſtigiis inſtitit ſequi. Ad Venuſiam adeptus eum eſt. Ibi per dies aliquot quum ab ſtationibus procurſaretur; miſta equitum peditumque tumultuoſa magis prœlia quam magna, & ferme omnia Romanis ſecunda fuerunt. Inde per Apuliam ducti exercitus, ſine ullo memorando certamine; quum Annibal nocte ſigna moveret, locum inſidiis quærens: Marcellus, niſi certa luce, & explorato ante, non ſequeretur. Capuæ interim Flaccus dum bo-
3 nis principum vendendis, agro, qui publicatus fuerat, locando ([2] locavit autem omnem frumento) tempus terit; [3] ne deeſſet materia in Campanos ſæviendi, novum in occulto gliſcens per indicium protractum eſt facinus. milites ædificiis emotos, ſimul ut cum agro tecta urbis fruenda locarentur, ſimul metuens, ne ſuum quoque exercitum, ſicut Annibalis, nimia urbis amœnitas emolliret; in portis muriſque ſibimet ipſos tecta militariter coëgerat ædificare. erant autem pleraque ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine texta; ſtramento intecta omnia, velut de induſtria; alimentis ignis. Hæc noctis una [4] hora ut omnia incenderent centum ſeptuaginta Campani, principibus fratribus Bloſiis, conjuraverant. indicio ejus rei ex familia Bloſiorum facto, portis repente juſſu proconſulis clauſis, quum ad arma ſigno dato milites concurriſſent; comprehenſi omnes qui in noxa erant,

1 *L. Fur. Purpurione*] *Purpureone* ex Capitolinis tabulis. *Sigonius.*

2 *Locavit autem omnem frumento*] Hoc eſt, ut frumentum penderent coloni, non vero argentum, *paieyent en bled*, non en argent. Nota mox *fruenda locare.* Sic & pag. 468. Supple *utenda.* Sic pag. 591. 816. *Henr. Valeſius.*

3 *Ne deeſſet materia in Campanos ſaviendi*] Perperam Rhenanus, *Capuanos.* Et mox: *centum ſeptuaginta Capuani.* Nam libri omnes *Campanos* & *Campani.* Neque unquam aliter cives urbis Capuæ appellat Livius. Sic lib. 23. *ſenatum populumque Campanum*, non *Capuanum.* Et ibidem Decius Magius: *Habetu libertatem, Campani.* Quin & Capuam vocat noſter *urbem Campanam*, lib. 26. *J. Fr. Gron.*

4 *Hora ut omnia incenderent*] Pur. reg. Men. Pal. unus, Voſſianus hic nos deſtituunt. Habent enim continenter: *tumultuoſa magis prælia quia id maluerant:* mediis præteritis. Cæterum Pet. ſecundus & duo Pall. *Hæc*

noctu

Digitized by Google

erant, & quæſtione acriter habita, damnati necatique: indicibus libertas, & æris dena millia data. Nucerinos, & Acerranos querentes, ubi habitarent non eſſe, Acerris ex parte incenſis, Nuceria deleta, Romam Fulvius ad ſenatum miſit. Acerranis permiſſum, ut ædificarent quæ incenſa erant: Nucerini Atellam, quia id maluerant (Atellanis Calatiam migrare juſſis) traducti. Inter multas magnaſque res, quæ nunc ſecundæ, [1] nunc adverſæ occupabant cogitationes hominum, ne Tarentinæ quidem arcis excidit memoria. M. Ogulnius, & P. Aquilius, in Etruriam legati ad frumentum coëmendum quod Tarentum portaretur, profecti: & mille milites de exercitu urbano, [2] par numerus Romanorum ſociorumque, eodem in præſidium cum frumento miſſi ſunt. Jam æſtas in exitu erat, comitiorumque conſularium inſtabat tempus. ſed litteræ Marcelli negantis è republica eſſe, veſtigium abſcedi ab Annibale, cui cedenti, [3] certamenque abnuenti gravius ipſe inſtaret; curam injecerant, ne aut conſulem tum maxime res agentem à bello avocarent, aut in annum conſules deeſſent. Optimum viſum eſt, quamquam extra Italiam eſſet, [4] Valerium potius

noctu una hora omnia incendere. Et videtur quale Catonis apud Plinium lib. 29, 1. *Jurarunt inter ſe barbaros necare omnes medicina.* J. Fr. Gron.

1 *Nunc adverſa occupabant cogitationes hominum*] Nonnemo codicum, *cæcultabant:* verbum vetuſtum, ſed nec Livii, nec huc congruens: ex eo Lipſius, *ſollicitabant*; Pontanus, *occultabant:* quod extat in Put. reg. Pal. uno: ſed ex eo fieri omnino debuit *occupabant:* nihil enim hic, cur quiſquam cogitationes occultaret. Lib. 4. *Hæc contentio, quum tantum belli in manibus eſſet, occupaverat cogitationes hominum.* Lib. 5. *Inter delectum tributumque & occupatos animos majorum rerum curis.* Lib. 22. *Poſtquam omnium animos oculoſque occupaverat certamen.* Lib. 26. *Sed aliud certamen occupaverat animos.* Idem.

2 *Par numerus Romanorum ſociorumque*] Multi de hoc loco dubitarunt, quomodo poſt urbanum exercitum ſubjungat *Romanorum*, quaſi Romani non eſſent de urbano exercitu; ſed intelligendum de exercitu urbano mille miſſos, quorum quingenti erant Romani, quingenti ſocii. *Glareanus.*

3 *Certamenque abnuenti gravius ipſe inſtaret*] Sufficere videtur, quod eſt in Put. Voſſ. Mur. *gravius ipſe inſtaret.* J. Fr. Gron.

4 *Valerium potius Cos. ex Sicilia revocari*] Plutarch. διὸ καὶ ἀρχαιρεσίων ἐπεισόντων, ἔδοξε τῇ βουλῇ μᾶλλον ἐκ Σικελίας ἕνα τινὰ ὕπατον, ἢ Μάρκελλον σὺν στρατῷ μέσον Ἀννίβου κινεῖν. *Sigonius.*

potius consulem ex Sicilia revocari. Ad eum literæ jussu senatus ab L. Manlio [1] prætore urbis missæ, cum literis consulis M. Marcelli: ut ex iis noscceret, quæ causa Patribus eum potius quam collegam revocandi ex provincia esset. Eo fere tempore legati ab rege Syphace Romam venerunt; [2] quæ is prospera prœlia cum Carthaginiensibus feciſſet, memorantes. *Regem nec inimiciorem ulli populo quam Carthaginiensi, nec amiciorem quam Romano*, affirmabant *esse. misisse eum antea legatos in Hispaniam ad Cn. & P. Cornelios, imperatores Romanos. nunc ab ipso velut fonte petere Romanorum amicitiam voluisse.* Senatus non legatis modo benigne respondit, sed & ipse legatos cum donis ad regem misit; L. Genucium, P. Pœtelium, P. Popilium. Dona tulere, togam, & tunicam purpuream, sellam eburneam, [3] pateram ex quinque pondo auri factam. Protenus & alios [4] Africæ regulos jussi adire, iis quoque quæ darentur, portata, togæ prætextæ, & ternum pondo pateræ aureæ. Et Alexandriam ad Ptolemæum Cleopatramque reges [5] M. Atilius & Manius Acilius legati, ad commemorandam renovandamque amicitiam missi, dona tulere: Regi togam, & tunicam purpuream cum sella eburnea: Reginæ, pallam pictam cum amiculo purpureo. [6] Multa ea æstate, qua hæc facta sunt, ex propinquis urbibus agrisque nunciata sunt prodigia; Tusculi agnum cum uberę lactenti natum: Jovis ædis culmen fulmine ictum, ac prope omni tecto nudatum. Iisdem ferme

1 *Prætore urbis*] *Urbano*, vet. lib. *Sig.*

2 *Quæ is prospera prælia rex cum*] Vox, *rex*, abest à vet. lib. neque certe est necessaria. *Idem.*

3 *Pateram auream ex quinque pondo factam*] Scribendum: *pateram ex quinque pondo auri factam*: diximus in lib. de Pec. vet. contra Rhenanum & Lipsium. Lib. 44. *Pamphylii legati coronam auream ex viginti millibus Philippeum factam in curiam attulerunt.* J. Fr. Gron.

4 *Africæ regulos jussit adire*] Scribe: *Protenus & alios Africæ regulos jussi adire.* Imperat sensus, nam intelligendum legati; & consentiunt scripti. *Idem.*

5 *M. Atil. & M. Acilius*] Scribe, *M' Acilius*. est enim *M' Acilius Glabrio*, de quo infra magna fit mentio. *Sigonius.*

6 *Multa æstate, quæ*] Vet. lib. *ea æstate, qua.* Idem.

1 *Ana-*

ferme diebus, [1] Anagniæ terram ante portam ictam, diem ac noctem ſine ullo ignis alimento arſiſſe. & aves, ad compitum Anagninum, in luco Dianæ nidos in arboribus reliquiſſe. Tarracinæ in mari haud procul portu angues magnitudinis miræ, [2] laſcivientium piſcium modo exultaſſe. Tarquiniis porcum cum ore humano genitum. Et in agro Capenate, ad lucum Feroniæ, quatuor ſigna ſanguine multo diem ac noctem ſudaſſe. Hæc prodigia hoſtiis majoribus procurata decreto pontificum: & ſupplicatio diem unum Romæ ad omnia pulvinaria, alterum, in Capenate agro ad Feroniæ lucum, indicta. M. Valerius conſul literis excitus, provincia exercituque 5 mandato Cincio prætori, M. Valerio Meſſala præfecto claſſis, cum parte navium in Africam, prædatum ſimul ſpeculatumque, quæ populus Carthaginienſis ageret pararetque, miſſo; ipſe decem navibus Romam profectus quum proſpere perveniſſet, ſenatum extemplo habuit. ibi de ſuis rebus geſtis commemoravit. *Quum* [3] *annos prope ſexaginta in Sicilia terra marique ſæpe magnis cladibus bellatum eſſet, ſe eam provinciam confeciſſe. neminem Carthaginienſem in Sicilia eſſe: neminem Siculum, qui metu inde fugati afuerint, non eſſe: omnes in urbes, in agros ſuos reductos, arare, ſerere: deſertam recoli tandem terram, frugiferam ipſis cultoribus, populoque Romano* [4] *pace ac bello fidiſſimum annonæ ſubſidium.* Exin Mutine, & ſi quorum aliorum merita erga populum Romanum erant, in ſenatum introductis; ho-

1 *Anagnia terram ante portam ictum*] Putean. reg. *Anagnia ternam.* Men. *thermam.* Voſſ. *ternam* Rubenius conjicit *Hermam.* Hermæ enim ſive Mercurii ἑρμαῖαι ante portas ſtatui ſolebant. *J. Fr. Gron.*

2 *Laſcivientium piſcium more exult.*] Vet. lib. *piſcium modo exultaſſe.* Sigon. *Laſcivientium piſcium more*] Put. reg. Pal. unus: *laſcivientium piſcium modo exſultaſſe.* quamquam ad ſenſum nihil interſit. Infra: *ita pecorum modo incompoſitos paſſim campo ſe fudiſſe.* Horatius: *apta Matina More modoque.* Sic & Sigonianus. *J. Fr. Gron.*

3 *Prope annos* LX *in Sic.*] Ab Ap. Claudio conſule, qui primus bellum in Siciliam tranſtulit, ad hunc numerantur anni LV. *Sigonius.*

4 *Pace ac bello fidelissimum annonæ ſubſidium*] Sic neſcio quis in noviſſimas editiones retulit, quum ſcripti editique omnes ſuperiores: *fidiſſimum.* J. Fr. Gron.

honores omnibus, [1] ad exſolvendam fidem conſulis habiti. Mutines etiam civis Romanus factus; rogatione ab tribuno plebis ex auctoritate Patrum ad plebem lata. Dum hæc Romæ geruntur, M. Valerius Meſſala quinquaginta navibus quum ante lucem ad Africam acceſſiſſet, improviſo [2] in agrum Uticenſem exſcenſionem fecit: eumque late depopulatus, multis mortalibus cum alia omnis generis præda captis, ad naves rediit, atque in Siciliam tranſmiſit: tertiodecimo die, quam profectus inde erat, Lilybæum revectus. Ex captivis, quæſtione habita, hæc comperta: conſulique Lævino omnia ordine perſcripta, [3] ut ſciret quo in ſtatu res Africæ eſſent. *Quinque millia Numidarum cum Maſiniſſa Galæ filio acerrimo juvene Carthagine eſſe: & alios per totam Africam milites mercede conduci, qui in Hiſpaniam ad Aſdrubalem trajicerentur: ut is quam maximo exercitu primo quoque tempore in Italiam tranſgreſſus, jungeret ſe Annibali. in eo poſitam victoriam credere Carthaginienſes. Claſſem præterea ingentem apparari ad Siciliam repetendam, eamque ſe credere brevi trajecturam.* Hæc recitata à conſule, ita movere ſenatum, ut non exſpectanda comitia [4] conſuli cenſerent, ſed dictatorem comi-

1 *Ad exſolvendam fidem conſulis habiti*] Sic quidem Rhenanus: ut intelligas, inquit, iſtis habitum honorem à ſenatu, quo liberarent fidem conſulis Valerii, qui fidem illis ſuam obſtrinxerat, futurum, ut, ſi Romam venirent, honoribus adficerentur. Cui ſententiæ ut non repugno, ita quia codex antiquiſſimus omneſque Gall. & optimus Pall. & Voſſ. ſervant prius vulgatam: *ad exſolvendam fidem à conſule habiti*: cogitandum propono, an non eadem hic reperiatur. Nempe *fides à conſule* idem eſt quod fides conſulis ſeu fides à conſule data, quod verbum intelligitur. Cujuſmodi ſunt apud Plaut. *foris à ſene, quemque à milite, ab illo nuntius*: apud Lucretium, *fulgor ab auro*, & ſimilia. Cicero lib. 2 de natura Deor. *Illud vero ab Ariſtotele animadverſum, à quo pleraque quis poteſt non mirari.* Hoc eſt, cujus pleraque. Neque enim obſcuritatem debemus interpretari, quod nobis inſolentius videtur, quum delicias veteres ſermonis Latini parum recordamur. *J. Fr. Gron.*

2 *In agro Uticenſi excurſionem fecit*] Vet. lib. *in agrum Uticenſem.* Sigon.

3 *Ut ſciret quo ordine vel in quo ſtatu*] Put. reg. duo Pall. *ut ſciret quo in ſtatu res Africæ eſſent*: recilis quæ recidenda ſuo ex libro monuerat Rhenanus. *J. Fr. Gron.*

4 *Conſulis cenſeret, ſed dictatore* &c. *dicto*] Omnes Gallicani duoque Pall. & Voſſ. *ut non exſpectanda comitia conſuli cenſerent, ſed dictatorem comitiorum haben-*

comitiorum habendorum cauſa dici, & extemplo in provinciam redeundum. Illa diſceptatio tenebat, quod conſul in Sicilia ſe M. Valerium Meſſalam, qui tum claſſi præeſſet, dictatorem dicturum eſſe ajebat: Patres extra Romanum agrum (1 eum autem in Italia terminari) negabant dictatorem dici poſſe. M. Lucretius tribunus plebis, quum de ea re conſuleret, ita decrevit ſenatus, *Ut conſul prius quam ab urbe diſcederet, populum rogaret, quem dictatorem dici placeret: eumque quem populus juſſiſſet, diceret dictatorem. Si conſul noluiſſet,* 2 *prætor urbanus populum rogaret: ſi ne is quidem vellet, tum tribuni ad plebem ferrent.* Quum conſul ſe populum rogaturum negaſſet, quod ſuæ poteſtatis eſſet, prætoremque vetuiſſet rogare; tribuni plebis rogarunt, plebeſque ſcivit, ut Q. Fulvius, qui tum ad Capuam erat, dictator diceretur. ſed quo die id plebis concilium futurum erat, conſul clam nocte in Siciliam abiit. deſtitutique Patres 3 literas ad M. Claudium mittendas cenſuerunt, ut deſertæ ab collega reipublicæ ſubveniret, diceretque, 4 quem populus juſſiſſet, dictatorem. Ita à Claudio conſule 5 Q. Fulvius dictator dictus, & ex eodem plebiſcito & ab Q. Fulvio dictatore P. Licinius Craſſus Pontifex maximus magiſter equitum dictus. Dictator poſteaquam Romam venit, Cn. Sempronium 6 Blæſum legatum, quem ad Capuam habuerat, in Etruriam

habendorum cauſſa dici, & extemplo in provinciam redeundum. Quæ poſteriora ſine cauſſa mutavit Rhenanus. *J. Fr. Gron.*

1 *Eum autem in Italia terminari*] Videtur abolendum τὸ *in*. Idem.

2 *Prætor urbanus populum rogaret*] Τὸ *urbanus* in nullo prorſus MS. apparet. Et certe non minus commode poterit abeſſe. Infra cap. 11 *C. Hoſtilius prætor*, quem urbanam ſortitum ante retulit. *Jac. Gron.*

3 *Literas ad Marcellum*] Omnes: *deſtitutique Patres literas ad M. Claudium mittendas cenſuerunt.* Quid opus fuit mutare? *J. Fr. Gron.*

4 *Quem populus juſſiſſet dictatorem diceret*] Gallicani: *quem populus vidiſſet, diceret dictatorem.* Idem.

5 *Q. Fulvius dictator dictus*] Plutarchus in Marcello: ἐλθόντα δ' ἐπὶ λόγον εἰπεῖν διὰ πάσης Κοίντον Φάλιον. ἐπεὶ δ' ἦλθον ἀπὸ τῆς Σικελίας ὁ τοῦ Μαρκέλλου συνάρχων, ἔτυχεν ἐβούλετο λαβεῖν διὰ πάσης, καὶ βιαζόμενος ὑφ' ἑαυτοῦ μὴ βιάζεσθαι, ἐξέπλευσε νυκτὸς εἰς Σικελίαν, &c. Sigonius.

riam provinciam ad exercitum misit; in locum C. Calpurnii prætoris: quem, ut Capuæ exercituique suo præesset, literis excivit. Ipse comitia in quem diem primum potuit, edixit: quæ certamine inter tribunos dictatoremque injecto, [1] perfici non potuerant. [2] Galeria juniorum, quæ sorte prærogativa erat, Q. Fulvium & Q. Fabium consules dixerat [3] eodemque jure vocatæ inclinassent, ni tribuni plebis [4] C. & L. Arennii se interposuissent: [5] qui neque magistratum continuari satis civile esse ajebant: & multo fœdioris exempli, eum ipsum creari qui comitia haberet. Itaque si suum nomen dictator acciperet, se comitiis intercessuros: si aliorum præterquam ipsius, ratio haberetur, comitiis se moram non facere. Dictator caussam comitiorum auctoritate senatus, plebiscito, exemplis tutabatur. namque Cn. Servilio consule, [6] quum C. Flaminius alter consul ad Trasime-

1 *Perfici non potuerant*] Lege, *poterant*, vel *potuerunt*. J. Fr. Gron.

2 *Galeria jun. qua sorte prærogativa er.*] Vet. lib. *qua sorte*. Quamquam *sorte*, probatur ut lib. 24. *Eo die cum sors prærogativa ante juniorum exisset.* & Cicero Philipp. 2. *Sortitio prærogativa. Galeria* autem nomen est *centuria*, ut *Veturia*, de qua supra. *Sigonius.*

3 *Eodemque jure vocata reliqua inclinassent*] Vox, *reliqua*, vacat, ut veteres indicant libri. opponit autem, jure vocatas centurias prærogativis. *judicium autem*, inquit, *prærogativa sequuta essent ea quæ jure vocata dicuntur*, de quibus nos supra. *Idem.*

Eodemque jure vocata inclinassent] Legendum omnino est: *eodemque* (εἰς τὸ εωι τὸ) *cætera vocata inclinassent.* Nihil attinet, quod quidam putant ad τὸ *prærogativa sorte* &c. nam necessario opus illa voce est *cætera.* Tan. Faber.

Eodemque jure vocata reliqua inclinass.] Abjurant omnes τὸ *reliqua*, ut & Rhenani & Sigonii libri: Asconius in Divinationem: *Prærogativa sunt tribus, quæ primæ suffragium ferunt ante jure vocatas. Mos enim fuerat, quo facilius in comitiis concordia populi firmaretur, bina omnino de iisdem candidatis comitia fieri, quorum prima tribus Prærogativa dicebantur, quod prima rogarentur, quos vellent consules fieri: secunda, Jure vocata, quod in his sequente populo, ut sæpe contingit, prærogativarum voluntatem jure omnia complerentur.* Vide 4 Observ. 1. *J. Fr. Gron.*

4 *C. & L. Arennii se interposuissent*] Dixi de hoc loco lib. 4 Observ. cap. 1. Vossianus: *nisi tr. pl. & L. Arriani interposuissent. L. Arennium* præfectum sociorum infra cap. 28 habes. *Idem.*

5 *Qui neque magistratum continuari satis civile esse*] Proconsulatum Q. Fulvii æquat consulatui: alioqui quomodo ei continuaretur imperium, qui hoc anno fuit Cos. Nisi de dictatura hoc intelligendum. *Glareanus.*

Magistratum continuari] Ex dictatore consulem fieri. *Sigonius.*

6 *Cum Flaminius alt. Cos.*] Vet. lib. *cum C. Flaminius.* Idem.

Quum

fimenum cecidiſſet; ex auctoritate Patrum ad plebem latum, plebemque ſciviſſe, ut quoad bellum in Italia eſſet, ex iis qui conſules fuiſſent, quos & quoties vellet, reficiendi conſules populo jus eſſet. [1] exemplumque eam in rem ſe habere vetus [2] L. Poſtumii Megelli, qui interrex iis comitiis quæ ipſe habuiſſet, [3] conſul cum C. Junio Bubulco creatus eſſet; recens Q. Fabii, qui ſibi continuari conſulatum, niſi id bono publico fieret, profecto numquam ſiſſet. His orationibus quum diu certatum eſſet, poſtremo ita inter dictatorem ac tribunos convenit, ut eo quod cenſuiſſet ſenatus, ſtaretur. Patribus id tempus reipublicæ viſum eſt, ut per veteres, & expertos, bellique peritos imperatores reſpublica gereretur. itaque moram fieri comitiis non placere. Concedentibus tribunis, comitia habita. [4] Declarati conſules Q. Fabius Maximus quintum, Q. Fulvius Flaccus quartum. [5] Prætores inde creati, L. Veturius Philo, T. Quintius Criſpinus, C. Hoſtilius Tubulus, C. Aurunculeius. Magiſtratibus in annum creatis, Q. Fulvius dictatura ſe abdicavit. Extremo æſtatis hujus, claſſis Punica navium quadraginta cum præfecto Amilcare in Sardiniam trajecta; Olbienſem primo, dein poſtquam ibi [6] P. Manlius Vulſo prætor cum exercitu apparuit, circumacta inde ad alterum inſulæ latus, Caralitanum agrum vaſtavit: & cum

Quum Flaminius alter] Scribendum: *quum C. Flaminius alter conſul ad Traſimenum cecidiſſet.* nam aut præponunt literam prænominis indicem (Put. *G.*) aut habent, *quum eo Flaminius.* J. Fr. Gron.

1 *Exemplaque ea in re ſe habere*] Noſtri conſenſu: *exemplumque eam in rem ſe habere:* contra Rhenanum. Dein Put. *niſi id bono publico fieret, profecto numquam fiſſet.* Alludunt alii, *quæſiſſet, ſciſſet*, referendo. Et delectatur ea contractione Livius. *Idem.*

2 *L. Poſtumii Megilli*] *L. Poſtumii Megelli*, ex Capit. Conſulibus, & vet. lib. *Sigonius.*

3 *Cos. cum Cn. Junio Bub.*] Lege, *cum C. Junio*, ex Caſſiodoro, & tabulis Capitol. conſules fuerunt anno U. C. CDLXI. *Idem.*

4 *Declarati conſules Q. Fabius Maximus quintum, Q. Fulvius Flaccus quartum*] Neutrum ex numeralibus comparet in ullo Gallicanorum, qui tamen utrumque ſervant inferius. *J. Fr. Gron.*

5 *Prætores creati*] Vet. lib. *Prætores inde creati.* Sigonius.

6 *P. Manlius Volſo*] *Vulſo*, ex Capit. tabulis. *Idem.*

cum præda omnis generis in Africam rediit. Sacerdotes Romani eo anno mortui aliquot ſuffectique. [1] C. Servilius Pontifex factus in locum T. Otacilii Craſſi. Ti. Sempronius Ti. F. Longus augur factus in locum T. Otacilii Craſſi. Decemvir item ſacris faciundis in locum [2] Ti. Sempronii C. F. Longi, Ti. Sempronius Ti. F. Longus ſuffectus. M. Marcius rex ſacrorum mortuus eſt: & [3] M. Æmilius Papus maximus curio. neque in eorum locum ſacerdotes eo anno ſuffecti. Et cenſores hic annus habuit L. Veturium Philonem, & P. Licinium Craſſum, maximum pontificem. Craſſus Licinius nec conſul, nec prætor ante fuerat, quam cenſor eſt factus. ex ædilitate gradum ad cenſuram fecit. Sed hi cenſores neque ſenatum legerunt, nec quicquam publicæ rei egerunt: mors diremit L. Veturii. inde & Licinius cenſura ſe abdicavit. Ædiles curules L. Veturius, & P. Licinius Varus, ludos Romanos diem unum inſtaurarunt. Ædiles plebis Q. Catius, & [4] L. Porcius Licinus ex multaticio argento ſigna ænea ad Cereris dedere: &

1 *C. Servilius pontifex factus in locum T. Otacilii Craſſi*] Poſt hæc verba inſerunt Put. Petav. reg. *Tiberius Sempronius Tib. F. Longus augur factus in locum T. Otacilii Craſſi.* Et fuiſſe tale quid in Pal. etiam ſuſpicor inde, quod excerptor vitioſiſſimam eorum ſcripturam hic arguit, adeo ut piguerit enotare. Ita enim defungitur interdum, quod ἄλλοις ejus ἰδίοις condonabimus. Sunt autem iſta haud dubie Livii verba, quæ intelliges, ſi cogitaveris duo Sacerdotia habuiſſe T. Otacilium Craſſum, pontificatum & augurium: duo etiam accepiſſe Tiberium Sempronium Tib. F. Longum, augurium nempe & decemviratum. Sic lib. 29 in fine: *in M. Pomponii Mathonis augurio & decemviri locum creati, decemvir M. Aurelius Cotta, augur Ti. Sempronius Gracchus.* Lib. 30, de Q. Fabio Maximo Cunctatore: *Augur in locum ejus inauguratus Q. Fabius Maximus filius: in ejuſdem locum pontifex (nam duo ſacerdotia habebat) Ser. Sulpitius Galba.* Lib. 40. *Exitu anni & C. Servilius Geminus pontifex maximus deceſſit; idem decemvir ſacrorum fuit: pontifex in locum ejus à collegio cooptatus eſt Q. Fulvius Flaccus, creato ante pontifice maximo M. Æmilio Lepido, quum multi clari viri petiſſent; & decemvir ſacrorum Q. Marcius Philippus in ejuſdem locum eſt cooptatus.* J. Fr. Gr.

2 *T. Sempronii T. F. Longi T. Sempronius C. F. Longus*] Lege, *Ti. Sempronii Ti. F. Longi, Ti. Sempronius.* Eſt enim *Tiberius Semproniorum* cognomen. *Sigonius.*

3 *M. Æmil. Pappus*] *Papus* ex Capitolinis tabulis. *Idem.*

4 *L. Porcius Licinus*] *Licinus*, ex Cap. tab. *Idem.*

[1] & ludos pro temporis ejus copia magnifici apparatus fecerunt. Exitu anni hujus, die quarta & trigesima quam 7
ab Tarracone profectus erat, C. Lælius legatus Scipionis Romam venit. isque cum agmine captivorum ingressus urbem, magnum concursum hominum fecit. Postero die in senatum introductus, captam Carthaginem, caput Hispaniæ, uno die, receptasque aliquot urbes, quæ defeciſſent, novasque in societatem ascitas, exposuit. Ex captivis comperta [2] his fere congruentia, quæ in literis fuerant M. Valerii Messalæ. Maxime movit Patres Asdrubalis transitus in Italiam; [3] vix Annibali atque ejus armis subsistentem. [4] Productus & in concionem Lælius eadem edisseruit. Senatus ob res feliciter à P. Scipione gestas, supplicationem in unum diem decrevit. C. Lælium primo quoque tempore cum quibus venerat navibus, redire in Hispaniam jussit. Carthaginis expugnationem

1 *Et ludos pro temporis ejus copia magnifici apparatus*] Sic Gallicani omnes & duo Pall. & Vossianus. Quod male mutatum ivit Rhenanus. Suetonius Julio: *Ædilis prater comitium ac forum basilicasque etiam Capitolium ornavit, porticibus ad tempus exstructis: in quibus abundante rerum copia pars apparatus exponeretur.* J. Fr. Gron.

2 *Hu fere congruentia qua in literis*] Put. *quaequae in literis.* Idem.

3 *Vix Annibali atque ejus armis obsistentem*] Put. omnes Gall. duo Pall. Voss. Andreas atque Aldina: *ejus armis subsistentem.* Idem verbum eodem fere sensu tamen optimi mutant lib. 22, 60. *sed subsistere ac retinere conati sunt.* Optimi enim: *obsistere.* Sed & citra illum sensum remotiorem eodem libro, cap. 12. *Modo repente in aliquo flexu via, si excipere degressum in aquum posset, occultus subsistebat.* Pariter Put. Gallicique meliores, & tres Pall. *obsistebat.* De quibus arbitretur lector. Sed illic *subsistere* est sustinere. Brutus ad Ciceronem lib. 11 Famil. 10. *Non si Varronis thesauros haberem, subsistere sumtui possem.* Ut ex Florent. optimis Victorius. Cæsar lib. 5 de Gall. *Prope omnes naves adflictas atque in litore ejectas esse; quod neque anchora funesque subsisterent, neque nautæ gubernatoresque vim tempestatis pati possent.* Tibullus ad Messalam: *Pro te vel solus densis subsistere turmis.* Ita enim MSS. probantque recte editores. Sed frustra advocatur hic è nostro *subsistere seris*: nam *seras* ubique legitur, & denuo aliud est, tactumque in Observationibus. Claudianus libro 2 in Eutropium: *Nec tantis unum subsistere posse periclis.* Idem.

4 *Productus & in concionem Lælius eadem disseruit*] Plures libri: *ea demum disseruit.* Put. clare: *eadem ea disseruit.* Scribe: *eadem edisseruit.* Sic lib. 5, 4. *Quam hoc non utile solum, sed etiam necessarium fuerit, postea edisseram.* Ubi male sustulit Rhenanus. Lib. 34. *Senatus extra urbem Quintio ad res gestas edisserendas datus est.* Lib. 41. *Quum agi, non quemadmodum agantur, edisseri oportet.* Idem.

tionem in hunc annum contuli, multis auctoribus: haud neſcius, quoſdam eſſe, qui anno inſequenti captam tradiderit. [1] Quod mihi minus ſimile veri viſum eſt, annum integrum Scipionem nihil gerendo in Hiſpania conſumpſiſſe. Q. Fabio Maximo quintum, Q. Fulvio Flacco quartum conſulibus, Idibus Martiis, quo die magiſtratum inierunt, Italia ambobus provincia decreta; regionibus tamen partitum imperium: Fabius ad Tarentum, Fulvius in Lucanis ac Bruttiis rem gereret. M. Claudio prorogatum in annum imperium. Prætores ſortiti provincias: C. Hoſtilius Tubulus urbanam, [2] L. Veturius Philo peregrinam cum Gallia, T. Quintius Criſpinus Capuam, C. Aurunculeius Sardiniam. Exercitus ita per provincias diviſi. Fulvio duæ legiones, quas in Sicilia M. Valerius Lævinus haberet: Q. Fabio, quibus in Etruria C. Calpurnius præfuiſſet, decretæ. Exercitus urbanus ut in Etruriam ſuccederet: C. Calpurnius eidem

1 *Sed mihi minus ſimile*] Omnes noſtri, duo Pall. Voſſ. & editiones veteres: *Quod mihi minus ſimile veri viſum eſt, annum integrum Scipionem nihil gerendo* (lic optimi) *in Hiſpania conſumſiſſe.* Mutavit Rhenanus. Hoc meis auribus multo accidit elegantius, qui *το quod* hoc modo παρίλκον perſæpe apud noſtrum politoſque alios ſcriptores obſervavi. Lib. 6. *Novus hoſtis veteri adjunctus commovit animos militis Romani. Quod ubi aciem jam inſtruenti Camillo centuriones renuntiaverunt, turbatas militum mentes eſſe, ſegniter arma capta &c. inſilit in equum.* Lib. 29. *Quod ubi Scipioni relatum eſt, æſtivo ſub tecto equitem agere, Sint, inquit, vel plures, dum talem ducem habeant.* Varro lib. 1 de re Ruſtica 15. *Alii ulmos, ut in Cruſtumino: quod ubi id pote, ut ibi.* Salluſtius Jugurth. in oratione Atherbalis: *Quod utinam illum, cujus impio facinore in has miſerias projectus ſum, eadem ſic ſimulantem vi-*

deam. Ita namque ſcribendum: non, *hac ſimulantem.* Cicero Philippica 10. *Quod qui ab illo abducit exercitum, & reſpectum pulcherrimum, & præſidium firmiſſimum adimit reipublicæ.* Alterum liquet nobis à mala manu eſſe. *J. Fr. Gron.*

2 *L. Veturius Philo urbanam, C. Hoſtilius Tubulus*] Omnes ſcripti & editi, *C. Hoſtilius Tubulus urbanam, L. Veturius Philo peregrinam cum Gallia.* Mutavit Gruterus in majuſcula editione Francofurtenſi: credo, quia mox C. Hoſtilius à C. Lætorio provinciam exercitumque Arimini accepiſſe dicitur. Sed hoc potius ex illo corrigendum recte vidit Pighius: nam & cap. 10 habes: *T. Veturio prætoria, qui Galliam provinciam ſortitus erat.* & cap. 20. *Prorogatum & L. Veturio Philoni eſt, ut proprætor Galliam eandem provinciam cum iiſdem duabus legionibus obtineret, quibus prætor obtinuiſſet.* Idem.

1 Præ-

dem præeſſet [1] provinciæ exercituique: Capuam, exercitumque, quem Q. Fulvius habuiſſet, T. Quintius obtineret. [2] C. Hoſtilius ab C. Lætorio proprætore provinciam exercitumque, [3] qui tum jam Arimini erat, acciperet. M. Marcello, quibus conſul bene rem geſſerat, legiones decretæ: M. Valerio cum L. Cincio ([4] his quoque eſt enim prorogatum in Sicilia imperium) Cannenſis exercitus datus: eumque ſupplere ex militibus, qui ex legionibus Cn. Fulvii ſupereſſent, juſſi. Conquiſitos eos, conſules in Siciliam miſerunt: additaque eadem militiæ ignominia, ſub qua Cannenſes militabant: quique ex prætoris Cn. Fulvii exercitu ob ſimilis iram fugæ miſſi eo ab ſenatu fuerant. C. Aurunculeio eædem in Sardinia legiones, quibus P. Manlius Vulſo eam provinciam obtinuerat, decretæ. P. Sulpicio eadem legione, eademque claſſe Macedoniam obtinere juſſo, prorogatum in annum imperium. triginta quinqueremes ex Sicilia Tarentum ad Q. Fabium conſulem mitti juſſæ: [5] cætera claſſe prædatum in Africam, aut ipſum M. Valerium Lævinum trajicere; aut mittere, ſeu L. Cincium, ſeu M. Valerium Meſſalam. Nec de Hiſpania quicquam mutatum, niſi quod non in annum Scipioni Silanoque, ſed

1 *Provincia, exercituique quem Q. Fulvius habuiſſet, Capuam exercitumque T. Quintius obtineret*] Ex veterib. lib. legit Rhenanus: *Capuam, exercitumque, quem Q. Fulvius habuiſſet, T. Quintius obtineret*, & recte. nam paulo poſt ait: *Conſulum alter T. Quintius Criſpinus ad exercitum, quem Q. Fulvius Flaccus habuerat, profectus.* Sigonius.

2 *C. Hoſtilius ab C. Lætorio*] Scribe: *L. Veturius ab C. Lætorio*, ut jam dictum. *J. Fr. Gron.*

3 *Qui tum jam Arimini erat*] Valde ſalivam movet, quod è vetere exemplari Rhenanus: *provinciam exercitumque (Arimini erat) acciperet.* Ex fine vocis præcedentis, *tumque*, repetita, *qui tum*, videntur. Et particula *jam* pluſculis ſcriptis abeſt. *Idem.*

4 *Hu quoque eſt in annum*] Secundas Rhenano faciunt noſtri in illo: *hu queque eſt enim prorogatum in Sicilia imperium.* Idem.

5 *Catera claſſe placere prædatum &c. ſeu M. Valerium Meſſalam vellet*] Omnes abigunt τὸ *placere*, quod adjectum eſt ab illis, qui non videbant ſenſum pendere à verbo *juſſa*: idque hic intelligendum, quaſi ſcriberetur: *catera claſſe juſſum eſt aut trajicere aut mittere.* Deinde in fine verbum *vellet* Put. reg. Men. Voſſ. juſtiſſime expungunt. & quis non videt ſupervacuum eſſe? *Idem.*

1 *Exer-*

Digitized by Google

ſed donec revocati ab ſenatu forent, prorogatum imperium eſt. Ita provinciæ [1] exercituumque in eum locum
8 partita imperia. Inter majorum rerum curas comitia maximi curionis, quum in locum M. Æmilii ſacerdos crearetur, vetus excitaverunt certamen; patriciis negantibus [2] C. Mamilii Vituli, [3] qui unus ex plebe petebat, habendam rationem eſſe: quia nemo ante eum, niſi ex patribus, id ſacerdotium habuiſſet. Tribuni appellati, [4] ad ſenatum rejecerunt. [5] Senatus populi poteſtatem fecit. Ita primus ex plebe creatus maximus curio C. Mamilius Vitulus. Et flaminem dialem invitum inaugurari coëgit P. Licinius pontifex maximus C. Valerium Flaccum. Decemvir ſacris faciundis creatus in locum Q. Mucii

1 *Exercituſque in eum annum*] Scribe: *Ita provincia exercituumque in eum locum partita imperia.* Put. Men. *exercitumque.* Voſſianus, *exercituque:* manus ſecunda addidit ſupra *um.* At Cœlius Curio ſubjecit, *in eum annum:* quum illud habeant Put. Petaviani, Florent. tres Pall. Voſſ. Andreas, & omnes veteres editi uſque ad Frobenium. Sed meminiſſe debuerat *locum* bonis auctoribus interdum ſignificare tempus. Plautus Captivis: *Philocrates, ut adhuc locorum feci, faciam ſedulo. Ut potiſſimum, quod in rem recte conducat tuam, id petam.* Lib. 25. *Et quibus artibus ad id locorum noſtri & duces & exercitus capti eſſent, iis adverſus inventorem uſurum.* Eodem libro: *ſed tamen, quia conſules ubi ſumma rerum eſſet, ad id locorum, proſpere rem gererent, minus his cladibus commovebatur.* Iterum eodem libro: *Quando ad id locorum id modo actum eſſet, ut Aſdrubalem tendentem in Italiam retinerent.* Salluſtius Jugurtha de Mario: *Tamen is ad id locorum talis vir (nam poſtea ambitione præceps datus eſt) conſulatum appetere non audebat.* Item: *Neque poſt id locorum Jugurtha dies aut nox ulla quieta fuit.* Vir doctiſſimus & præclare meritus nuſquam infelicius fuit verſatus, quam in brevitate Salluſtiana intelligenda atque æſtimanda. Quare judicium ejus de verbis ſupervacuis, tanquam humanum aliquid paſſi, attendi non debet. Sic perfrequens illud, *interea loci.* J. Fr. Gron.

2 *C. Manlii Attelii, qui* &c.] Hunc eundem lib. 41, ubi de morte ejus agit, *C. Attelium Æmilium* nominat. Eſt autem utrobique legendum *C. Mamilius Vitulus.* Nam alibi etiam pro *Mamilio, Æmilius,* & *Manlius* eſt vitioſe. *Mamilii* autem plebeii ſunt, ex quibus *Q. Mamilius Vitulus* conſul fuit ann. CDXCI in tabulis Capitolinis. Vet. lib. hoc habent varietatis, quod *Atellus* habent. *Sigonius.*

3 *Qui unus ex plebe petebat*] Voſſ. *qui unus fuit ex plebeie potens.* Gud. *qui unus fuit ex plebe petens.* Utrum placet hoc retinere, an legendum *fuit ex plebe petitor?* J. Fr. Gron.

4 *Ad ſenatum rejecerunt*] Forte: *ad ſenatum rem rejecerunt.* Idem.

5 *Senatus populo poteſtatem fecit*] Latinius Put. Gall. & Voſſ. *populi.* eam nempe Curionis maximi creandi ſeu è patribus ſeu è plebe. Salluſtius Jug. *cum Pœni aliam conditionem, tantummodo æquam, peterent, Graci optionem Carthaginienſium faciunt.* Idem.

1 C. Le-

cii Scævolæ demortui, [1] C. Lætorius. Cauſſam inaugurari coacti flaminis libens reticuiſſem, ni ex mala fama in bonam vertiſſet. Ob adoleſcentiam negligentem luxurioſamque C. Flaccus flamen captus à P. Licinio pontifice maximo erat; L. Flacco fratri germano, cognatiſque aliis ob eadem vitia inviſus. Is, ut animum ejus cura ſacrorum & cærimoniarum cepit, ita repente exuit antiquos mores, ut nemo in tota juventute haberetur prior, nec probatior primoribus Patrum, ſuis pariter alieniſque, eſſet. Hujus famæ conſenſu elatus ad juſtam fiduciam ſui, rem intermiſſam per multos annos [2] ob indignitatem flaminum priorum repetivit, ut in ſenatum introiret. Ingreſſum cum curiam quum [3] L. Licinius prætor inde eduxiſſet, tribunos plebis appellavit flamen. Vetuſtum jus ſacerdotii repetebat: datum id cum toga prætexta, [4] & ſella curuli & flaminio eſſe. Prætor, non exoletis vetuſtate annalium exemplis ſtare jus, ſed recentiſſimæ cujuſque conſuetudinis uſu volebat: nec patrum, nec avorum memoria Dialem quemquam id jus uſurpaſſe. Tribuni, rem inertia flaminum obliteratam, ipſis, non ſacerdotio damno fuiſſe, quum æquum cenſuiſſent, [5] ne ipſo quidem contra tendente prætore, magno aſſenſu Patrum plebiſque, flaminem in ſenatum introduxerunt; omnibus ita exiſtimantibus, magis ſanctitate vitæ,

1 *C. Lectorius*] *Latorius*, ut ante. *Sigonius.*

2 *Ob dignitatem flaminum priorum repetivit*] Incivilem vero flaminum dignitatem, ſi labes ei imponebatur veniendo in ſenatum. Sed vitium eſt recentiorum editionum. Priſcæ omnes cum MSS. *ob indignitatem.* Nam & infra: *rem inertia flaminum obliteratam.* J. Fr. Gron.

3 *L. Licinius prætor*] Nemo hoc anno *Licinius* prætor fuit, at ſequenti duo *Publii Licinii Varus*, & *Craſſus*, ille urbanus, hic peregrinus; urbanum autem intelligit. Itaque *P.* eſt ſcribendum non *L. Sigonius.*

4 *Et ſella curuli & flaminio. Prætor*] Put. & Voſſ. *datum id cum toga prætexta & ſella curuli & flaminio eſſe.* ubi tamen poſterius *&*, delendum. *J. Fr. Gron.*

5 *Ne ipſo quidem contra tendente prætore*] Put. *praetura.* quod vide an Livio attribuere poſſis: neque enim id facies ſine auctore. Ego in eam ſententiam inclino, ut librarii erratum putem. *Idem.*

vitæ, quam ſacerdotii jure, rem eam flaminem obtinuiſſe. Conſules prius quam in provincias irent, duas urbanas legiones in ſupplementum, quantum opus erat cæteris exercitibus, militum ſcripſerunt. Urbanum veterem exercitum Fulvius conſul C. Fulvio Flacco legato (frater hic conſulis erat) in Etruriam dedit ducendum: & legiones, quæ in Etruria erant, Romam deducendas. Et Fabius conſul reliquias exercitus Fulviani conquiſitas ([1] fuere autem ad tria millia trecenti triginta ſex) Q. Maximum filium ducere in Siciliam ad M. Valerium proconſulem juſſit: atque ab eo duas legiones, & triginta quinqueremes accipere. Nihil hæ eductæ ex inſula legiones minuerunt nec viribus nec ſpecie ejus provinciæ præſidium. nam quum præter egregie ſuppletas duas veteres legiones, transfugarum etiam Numidarum equitum peditumque magnam vim haberet, Siculos quoque qui in exercitu Epicydis aut Pœnorum fuerant, belli peritos viros, milites ſcripſit. Ea externa auxilia quum ſingulis Romanis legionibus adjunxiſſet, duorum ſpeciem exercituum ſervavit: altero L. Cincium partem inſulæ, qua regnum Hieronis fuerat, tueri juſſit: altero ipſe cæteram inſulam tuebatur; diviſam quondam Romani Punicique imperii finibus: [2] claſſe quoque navium ſeptuaginta partita, ut omni ambitu littorum præſidia oræ maritimæ eſſent. Ipſe cum Mutinis equitatu provinciam peragrabat; ut viſeret agros, cultaque ab incultis notaret:

1 *Fuerunt autem ad tria millia trecenti triginta ſex*] Put. *fuere autem ad ∞ ∞ ∞ ∞ trecenti triginta ſex.* Etiam cæteri, *fuere.* J. Fr. Gron.

2 *Claſſi quoque navium ſeptuaginta parata*] Put. *claſſe quoque* LXX *partit aut omni.* Scribe & diſtingue: *altero L. Cincium partem inſula, qua regnum Hieronis fuerat, tueri juſſit; altero ipſe cæteram inſulam tuebatur; diviſam quondam Romani Punicique imperii finibus; claſſe quoque navium ſeptuaginta partita, ut omni ambitu littorum præſidia oræ maritima eſſent.* Ait dimidiam partem claſſis ſibi ſumſiſſe, dimidiam L. Cincio tradidiſſe. Poſſet & illud, *ſeptuaginta navium*, omnino omitti, quum vox altera non extet in optimo codice, altera notis ſignata ſit. Voſſianus etiam: *Claſſi quoque* LXX *par* ut ſuperimpoſita voci, quæ præcedit ultimam, virgula: dein *præſidia*, non *præſidio.* Idem.

ret: [1] & perinde dominos laudaret caſtigaretque. Ita tantum ea cura frumenti provenit, ut & Romam mitteret, & Catanam conveheret, unde exercitui, qui ad Tarentum æſtiva acturus eſſet, poſſet præberi. Cæterum tranſportati [2] milites in Siciliam (& erant major pars Latini nominis, ſociorumque) prope magni motus cauſſa fuere: adeo ex parvis ſæpe magnarum momenta rerum pendent. Fremitus enim inter Latinos, ſocioſque in conciliis ortus: *Decimum annum delectibus, ſtipendiis exhauſtos eſſe. quotannis ferme clade magna pugnare. Alios in acie occidi, alios morbo abſumi: magis perire ſibi civem, qui ab Romano miles lectus ſit, quam qui à Pœno captus. quippe ab hoſte gratis remitti in patriam; ab Romanis extra Italiam in exilium verius, quam in militiam ablegari. Octavum jam ibi annum ſeneſcere Cannenſem militem, moriturum antequam Italia hoſtis (quippe nunc quum maxime florens viribus) excedat. Si veteres milites non redeant in patriam, novi legantur, brevi neminem ſuperfuturum. Itaque quod propediem res ipſa negatura ſit, prius quam ad ultimam ſolitudinem atque egeſtatem perveniant, negandum populo Romano eſſe. Si conſentientes in hoc ſocios videant Romani, profecto de pace cum Carthaginienſibus jungenda cogitaturos. aliter numquam, vivo Annibale, ſine bello Italiam fore.* Hæc acta in conciliis. [3] Triginta tum coloniæ pop. Rom. erant. ex iis duodecim, quum omnium legationes

9

1 *Et perinde*] Forte, *proinde*. J. Fr. Gron.

2 *Milites in Siciliam (& erat major pars*] Put. *& erant major pars*. Idem.

3 *Triginta tum colonia populi Rom. erant*] Hic locus eſt, quo *coloniæ* populi Rom. enumeremus, quas hoc tempore *triginta* fuiſſe ſcribit Livius, quarum duodecim negaſſe opem Romanis, duodeviginti benigne præſtitiſſe. Nomina XII Livius edit hæc: *Ardeam, Nepet, Sutrium, Circeios, Albam, Carſeolos, Sueſſam, Coram, Setiam, Cales, Narniam, Interamnam.* XVIII autem, hæc: *Signiam, Norbam, Saliculam, Brunduſium, Fregellas, Luceriam, Venuſiam, Adriam, Firmum, Ariminum, Pontiam, Peſtum, Coſſam, Beneventum, Æſerniam, Spoletum, Placentiam & Cremonam.* Placet autem omnes colonias, quæ huc uſque Livio auctore deductæ ſunt, & quo quæque anno deducta ſit exponere, ut multo plures, quam triginta deductas fuiſſe probemus.

I. Medulla à Romulo rege deducta, Dionyſius.
II. Cameria à Romulo rege, Dionyſius.
III. Fidenas à Romulo deductas ſcribit

tiones Romæ essent, negaverunt consulibus esse, unde milites

		scribit Dionysius, eidem colonos additos esse anno CCCXXVI, scribit Livius.
IV.		Antemnæ à Romulo rege.
V.		Crustomeria à Romulo rege.
VI.		Ostia ab Anco rege: Plin. lib. 4 cap. 5. Hujus post meminit Livius ann. DXLIII & ann. DLIX.
VII.		Signia à Superbo rege.
VIII.		Circeii à Superbo rege.
IX.	Cora	Harum meminit anno CCLI Livius, quo autem anno deductæ sint non exponit.
X.	Pometia	
XI.		Velitræ deductæ ann. CCLX.
XII.		Norba ut in Pomptino arx esset anno CCLXII.
XIII.		Antium in Volscis, anno CCLXXXV. Eodem nova colonia missa, ann. CCCCXIII. Hujus post meminit Livius anno DXLIII & ann. DLIX.
XIV.		Ardea anno CCCXII.
XV.		Lavici anno CCCXXXVII.
XVI.		Vitella. Hujus meminit anno CCCLXII, quo anno deducta sit non ait.
XVII.		Sutrium. Livius nusquam coloniæ hujus meminit nisi hoc loco & lib. 29, ubi XII harum etiam coloniarum nomina profert. at meminit Sutrii coloniæ Diodorus anno postquam Roma capta est. Velleius septem post Rom. captam annos deductam tradit.
XVIII.		Nepet anno CCCLXXIII.
XIX.		Satricum. Hujus meminit Livius anno CCCLXXIV, quo anno expugnatam à Prænestinis ait. Item post etiam ann. CCCCXXXV, quo tamen anno deducta sit, non exprimit. Velleius annos septem post Romam captam deductam scribit. quamquam ibi vulgo *Setrium*, non Satricum scribitur.
XX.		Setia, Norbæ finitima, anno CCCLXXVII.
XXI.		Cales anno CCCXXI.
XXII.		Anxur, ann. CCCCXXVI. eadem Terracina dicitur anno CCCCLVIII & DLIX.
XXIII.		Fregellæ, anno CCCCXXVII.
XXIV.		Luceria, anno CCCCXL.
XXV.		Suessa Auruncorum, anno CCCCXLI.
XXVI.		Pontia, anno CCCCXLI.
XXVII.		Saticula. hanc eodem anno conditam quo Suessam scribit Velleius, cujus rei nihil meminit Livius; Saticulanos tamen inter XVIII fidos colonos hoc loco numerat.
XXVIII.		Casinum, anno CCCCXLII.
XXIX.		Interamna, ann. CCCCXLII.
XXX.		Sora Volscorum, an. CCCCL deducta. Soræ tamen coloniæ meminit ante in anno CCCCXXXIX.
XXXI.		Alba Æquorum an. CCCL.
XXXII.		Carseoli, anno CCCCLI.
XXXIII.		Nequinum, sive Narnia in Umbria, anno CCCCLIII.
XXXIV.		Minturnæ, anno CCCCLVI.
XXXV.		Sinuessa, anno CCCCLVI.
XXXVI.		Venusia. hanc deductam esse scribit Velleius quadriennio post Sinuessam, id est, anno CCCCLX, cujus ne verbum quidem Livius, quia periit ille annus. Nominat tamen hoc loco Venusinos inter fidos colonos.
XXXVII.	Castrum	Hæ coloniæ deductæ sunt post annũ CCCCLXII, quantum divinari
XXXVIII.	Sena	
XXXIX.	Adria	

milites pecuniamque darent. Ex fuere Ardea, [1] Nepete, Sutrium, Alba, Carseoli, Cora, Suessa, Circeii, Setia, Cales, Narnia, Interamna. Nova re consules icti, quum absterrere eos à tam detestabili consilio vellent, castigando increpandoque plus quam leniter agendo profectu-

ros

nare ex epitoma libri XI possum. Velleius Cattrium deductam ait initio belli Punici, id est, anno CCCCLXXXVI. Castri novi coloniæ maritimæ meminit Livius, anno DLIX. Senæ meminit Polyb. lib. 2.

XL. Cossa, XLI. Pæstum. — Has deductas esse scribit Velleius Fabio & Canina Cos. id est, anno CCCCLXXIX. In Epitom. lib. 14 Posidonia, & Cossa,

XLII. Ariminum, XLIII. Beneventum. — deductæ, ut ait Velleius Sempronio Sopho, & Ap. Claud. Coss. id est, anno CCCCLXXIII. item epit. lib. 15. hujus meminit Ptol. lib. 2.

XLIV. Firmium initio belli Punici cum Castro deductam ait Vell. id est, CCCCLXXXVI. & Firmiani inter fidos colonos nunc à Livio referuntur.

XLV. Æsernia post annum, quam Firmium deducta, ut ait Velleius, item est in epit. lib. 16, id est, CCCCLXXXVII.

XLVI. Æsulum, XLVII. Alsium. — deductæ post annum XVII quam Æsernia, ut ait Velleius, apud quem est XXII mendose pro XVII, id est, anno DIII.

XLVIII. Fregenæ, post biennium quam Æsulum, ut ait Velleius, id est, anno DV. Fregenæ coloniæ maritimæ meminit Livius ann. DLIX.

XLIX. Brundusium proximo anno, quam Fregenæ, Torquato & Sempronio Coss. ut scribit Velleius, id est, anno DVI.

L. Spoletum triennio post Brundusium, ex Velleio & epit. lib. 20, id est, anno DIX.

LI. Valentia post biennii quam Spoletum, Velleius, id est, anno DXI.

LII. Cremona, LIII. Placentia. — Sub adventum Annibalis, ut ait Velleius, & epit. lib. 20. Fæd. in Pisonem, Scipione, & Longo Coss. deductas scribit primo anno II belli Punici, id est, anno DXXXII. Placentiam autem vocat coloniam à populo Rom. deductam LIII. *Sigonius.*

1 *Nepete*] *Nepet*, ut supra sæpius. *Idem.*

2 *Sutrium, Circeii, Alba*] Put. *Sutrium Alba Carseoli Cossessa Cercisetia cæter.* ordinem vult transponi: *Sutrium, Alba, Carseoli, Cora, Suessa, Circeii, Setia, Cales.* Vossianus, *Nepetes, utulmalta, carseolico. suesa. cercu & ineater.* J. Fr. Gron.

ros rati; *eos ausos esse consulibus dicere*, ajebant, *quod consules in senatu ut pronunciarent, in animum inducere non possent. non enim detrectationem eam munerum militiæ, sed apertam defectionem à populo Romano esse. Redirent itaque propere in colonias, & tamquam integra re locuti magis quam ausi tantum nefas, cum suis consulerent. admonerent, non Campanos, neque Tarentinos eos esse, sed Romanos: inde oriundos, inde in colonias atque in agrum bello captum stirpis augendæ causſa missos: quæ liberi parentibus deberent, ea illos Romanis debere, si ulla pietas, si memoria antiquæ patriæ esset. Consulerent igitur de integro. nam tum quidem quæ temere agitassent, ea prodendi imperii Romani, tradendæ Annibali victoriæ esse.* [1] Quum alternis hæc consules diu jactassent, nihil moti legati, neque se quod domum renunciarent, habere dixerunt, neque senatum suum quid novi consuleret, ubi nec miles qui legeretur, nec pecunia, quæ daretur in stipendium, esset. Quum obstinatos eos viderent consules, rem ad senatum detulerunt. ubi tantus pavor [2] animis omnium est injectus, [3] ut magna pars, actum de imperio diceret. idem alias colonias facturas; idem socios consensisse omnes, ad

10 prodendam Annibali urbem Romanam. Consules hortari & consolari senatum, & dicere, *Alias colonias in fide atque officio pristino fore, eas quoque ipsas* [4] *quæ officio decessis-*

sent,

1 *Cum alternis hæc Coss. diu jactassent*] Vet. lib. *Consules demonstrassent.* Sigonius.

Hæc consules diu jactassent] Put. reg. Men. Voss. *dimastussent.* Pet. omittit *diu.* Sigonii liber: *demonstrassent.* J. Fr. Gron.

2 *Animis hominum*] Veter. lib. *omnium.* Sigonius.

3 *Ut magna pars diceret*] Vet. lib. *dicerent.* Idem.

4 *Quæ ab officio decesserint*] Miratur Rhenanus cui hic libuerit castigatori supponere *decessissent.* Ego miror cur libuerit castigatori codicis Borbetomagensis supponere *decesserint*, quum Put. omnesque Gall. cum potiore Pal. & Voss. *decessissent.* Sed nec illud silendum *τὸ ab* non modo in scriptis, sed ne in editis quidem mihi apparuisse ante exemplar Modii. Et passim video hæc duo verba, *decedere* ac *discedere* confundi, quum veteres *decedere re aliqua* vel *de re* dixerint, *discedere ab re.* Livius lib. 34. *Potuisse si extra id periculum esse, si decedere fide, si conjurare cum cæteris maluissent.* Sic *decedere jure suo, præsidio.* Lib. 8. *Quæ stultitia & temeritate de officio decessum.* Cicero 1 act. in Verr. *de officio ac dignitate decedis.* At Cæsar 1 Gall, *Cur hunc tam temere quisquam ab officio discessu-*

ſent, ſi legati circa eas colonias mittantur, qui caſtigent, qui non precentur, verecundiam imperii habituras eſſe. Permiſſum ab ſenatu iis quum eſſet, [1] agerent, facerentque, ut è republica ducerent; pertentatis prius aliarum coloniarum animis, citaverunt legatos: quæſiveruntque ab iis, ecquid milites ex formula paratos haberent? [2] Pro duodevigînti coloniis M. Sextilius Fregellanus reſpondit: *& milites ex formula paratos eſſe: & ſi pluribus opus eſſet, plures daturos: & quicquid aliud imperaret velletque populus Romanus, enixe facturos. ad id ſibi neque opes deeſſe, animum etiam ſupereſſe.* Conſules, ſibi parum videri, præfati, pro merito eorum, ſua voce collaudari eos, niſi univerſi [3] Patres iis in curia gratias egiſſent, ſequi in ſenatum juſſerunt. Senatus quam poterat honoratiſſimo decreto allocutus eos, mandat conſulibus, ut ad populum quoque eos producerent. & inter multa alia præclara, quæ ipſis majoribuſque ſuis præſtitiſſent, recens etiam meritum eorum in rempublicam commemorarent. Ne nunc quidem poſt tot ſecula ſileantur, fraudenturve laude ſua, Signini fuere, & Norbani, [4] Saticulanique, & Brunduſini, & Fregellani, & Lucerini, & Venuſini, & Adriani, & Firmani, & Arimînenſes: & ab altero mari; Pontiani, & Pæſtani, & Coſani:

ceſſurum putaret. Sic Ciceronis 1 Famil. 9. *Cum à vobis, meæ ſalutis auctoribus, diſceſſerim.* Et noſtri, *diſcedere ab ſignis.* J. Fr. Gron.

1 *Agerent facerentque, ut è republica ducerent*] Put. reg. Men. Voſſ. ignorant *tò facerent.* An fuit olim: *agerent quæ è republica ducerent.* Idem.

2 *Pro duodeviginti coloniis*] Cluverius legit, *undeviginti* lib. 2 Ital. ant. quot videlicet mox vulgo enumerantur. Sed Livius paullo ante *triginta* tum fuiſſe colonias populi Ro. dixit, ex quibus duodecim recuſaviſſe delectum: ſupereſſe igitur oportet octodecim. Abolendi vero *Nolani*, quos & optimi & omnes MSS. ignorant. Idem occaſione Buſlid. deprehendit nobiliſſimus Alb. Rubenius. Nec legit aliter Sigonius cum lib. 2 de jure Italiæ cap. 5, tum hic coloniis Ro. enumerandis: ut miret de vitio editionum tacuiſſe, quod jam ab Andrea uſque continuatum eſt, præterquam in Gryphio. *Idem.*

3 *Patres in Curia* &c. *in ſenatum juſſerunt*] Put. & alii: *Patres iis in curia gratias egiſſent, ſequi in ſenatum eos juſſerunt.* Quod tamen Livii vix videtur. *Idem.*

4 *Saticulanique*] Supra oſtendi ex Velleio, Stephanoque legendum eſſe *Saticulam*, addo etiam ex vet. lib. auctoritate. *Sigonius.*

ſani: & mediterranei; Beneventani, & [1] Æſernini, & [2] Spoletani, & Placentini, & Cremonenſes. Harum coloniarum ſubſidio tum imperium populi Romani ſtetit: iiſque gratiæ, & in ſenatu, & ad populum actæ. Duodecim aliarum coloniarum quæ detrectaverunt imperium, mentionem fieri Patres vetuerunt, neque illos dimitti, neque retineri, neque appellari à conſulibus. ea tacita caſtigatio maxime ex dignitate populi Romani viſa eſt. Cætera expedientibus, quæ ad bellum opus erant, conſulibus; aurum viceſimarium, quod [3] in ſanctiore ærario ad ultimos caſus ſervabatur, promi placuit. Prompta ad quatuor millia pondo auri. inde quingena pondo data conſulibus, & M. Marcello, & P. Sulpicio proconſulibus, & L. Veturio prætori, qui Galliam provinciam ſortitus erat; additumque Fabio Conſuli centum pondo auri præcipuum, quod in arcem Tarentinam portaretur. [4] cætero uſi ſunt ad veſtimenta præſenti pecunia locanda exercitui, qui in Hiſpania bellum ſecunda ſua fama du-
11 ciſque gerebat. Prodigia quoque, prius quam ab urbe Conſules proficiſcerentur, procurari placuit. In Albano monte tacta de cœlo erant, ſignum Jovis, arborque templo propinqua, & Oſtiæ lacus, & Capuæ murus, Fortunæque ædes, & Sinueſſæ murus portaque. Hæc de cœlo tacta. Cruentam etiam fluxiſſe aquam Albanam, quidam auctores erant; & [5] Romæ intus cellam ædis Fortis Fortunæ de capite ſignum, quod in corona erat, in manus ſponte ſua prolapſum. EtPriverni ſatis conſtabat bovem

1 *Eſſerneni*] *Æſernini*, ut ſupra etiam oſtendi. *Sigonius.*

2 *Spoletini*] Veter. lib. *Spoletani*, itemque Priſc. lib. 2 docet eſſe loquendum, ut *Spoletum Spoletanus*, ut *Beneventum Beneventanus*. Idem.

3 *In ſanctiore ærario ad ultimos caſus ſervabatur*] Perperam Rhenanus mutat. Sic enim omnes. *J. Fr. Gron.*

4 *Cætero auro uſi ſunt ad veſtimenta*] Put. Gall. Voſſ. expellunt *auro*. Jure, ut puto. *Idem.*

5 *Romæ intra cellam*] Quod ſuſpicatur Lipſius, *intus cellam*, perſpicue Put. omnes Gallicani, unus Pal. & Voſſ. exhibent: duo alii Pall. *intus in cellam*. Sic Plautus Milite: *Continuo vide, ſine iſta hac veſtra intus domum.* Præterea Put. reg. Pal. *volturiumque*, ut idem ex ſuo notaverat. *Idem.*

1 *Ludos*

bovem locutum, volturiumque frequenti foro in tabernam devolaſſe, & Sinueſſæ natum ambiguo inter marem ac fœminam ſexu infantem: quos androgynos vulgus (ut pleraque faciliore ad duplicanda verba Græco ſermone) appellat. & lacte pluiſſe, & cum elephanti capite puerum natum. Ea prodigia hoſtiis majoribus procurata, & ſupplicatio circa omnia pulvinaria,& obſecratio in unum diem indicta: & decretum, ut C. Hoſtilius prætor [1] ludos Apollinis, ſicut his annis voti factique erant, voveret, faceretque. Per eos dies & cenſoribus creandis Q.Fulvius conſul comitia habuit. Creati cenſores, ambo, qui nondum conſules fuerant, M. Cornelius Cethegus, P.Sempronius [2] Tuditanus. Hi cenſores, ut agrum Campanum fruendum locarent, ex auctoritate Patrum [3] latum in plebem eſt, plebeſque ſcivit. [4] Senatus lectionem contentio inter cenſores de principe legendo, tenuit. Sempronii lectio erat, cæterum Cornelius morem traditum à patribus ſequendum ajebat. ut qui primus cenſor ex iis qui viverent, fuiſſet, eum principem legerent: is [5] T. Manlius Torquatus erat. Sempronius, cui Dii ſortem legendi dediſſent, ei jus liberum eoſdem dediſſe Deos. Se id ſuo arbitrio facturum: lecturumque Q.Fabium Maximum, quem tum principem Romanæ civitatis eſſe [6] vel Annibale judice victurus eſſet. Quum diu certa-

1 *Ludos Apollinis*] Vet. lib. *Apollini*, & recte. *Sigonius.*

2 *Tuditanus, duo cenſores, ut*] Vox, *duo*, ni fallor, habet mendum. Cur enim *duo*, quando ſic locutus eſt Livius? vereor ne *hi*, legendum ſit, idque erroris cauſam librario tribuerit, quod *hi* pro *ii* duorum nota acceperit. *Idem.*

3 *Latum ad plebem*] Omnes Gall. Voſſ. *ex auctoritate Patrum latum in plebem eſt, plebeſque ſcivit.* J. Fr. Gron.

4 *Senatus lectionem contentio inter cenſores*] Put. Men. *legionem.* Ut lib. 9, 29 codex perantiquus Thuanæus: *Ob infamem atque invidioſam ſenatus legionem.* Quod tamen Livio adſignare nondum audeo. *Idem.*

5 *T. Manlius Torquatus*] Is anno DXIX cenſor fuerat, Capitol. lapid. *Sigonius.*

6 *Vel Annibale judice dicturus eſſet*] Scribe cum Put. *victurus.* Horatius: *Deprendi miſerum eſt. Fabio vel judice vincam.* Plautus Moſtell. *Cape, obſecro hercle te, cum eo una judicem. Tam facile vinces, quam pirum vulpes comeſt.* Cicero pro Cluentio: *vince deinde virum bonum fuiſſe Oppianicum.* Matius ad Ciceronem lib. 11 Fam. 28. *Perinde*

certatum esset verbis, concedente collega, lectus à Sempronio princeps in senatu Q. Fabius Maximus Consul; inde alius lectus senatus, octo praeteritis, inter quos L. Caecilius Metellus erat; infamis auctor deserendae Italiae post Cannensem cladem. In equestribus quoque notis eadem servata causa. sed erant perpauci, quos ea infamia attingeret. Illis omnibus (& multi erant) adempti equi, qui Cannensium legionum equites in Sicilia erant. addiderunt acerbitati etiam tempus, ne praeterita stipendia procederent iis, qui equo publico meruerant, sed dena stipendia equis privatis facerent. Magnum praeterea [1] numerum eorum conquisiverunt, qui equo merere deberent: atque ex iis, [2] qui principio ejus belli septemdecim annos nati fuerant, neque militaverant, omnes aerarios fecerunt. Locaverunt inde reficienda quae circa forum incendio consumpta erant, septem tabernas, 12 macellum, [3] atrium regium. Transactis omnibus, quae Romae agenda erant, consules ad bellum profecti: prior Fulvius praegressus Capuam. post paucos dies consecutus Fabius, qui & collegam coram obtestatus, & per literas Marcellum, ut quam acerrimo bello detineret Annibalem, dum ipse Tarentum oppugnaret: [4] ea urbe adempta

inde ac si jam vicerint obitum ejus reipublicae fuisse utilem. & sic jam ediderunt Curio Gryphiusque. Attamen in Gud. video *dicturum esse.* Unde suspiceris hoc quoque extulisse per infinitivum: *quem tum principem Romana civitatis esse vel Hannibale judice victurum esse.* Qualia passim Livio restituimus. *J. Fr. Gron.*

1 *Numerum eorum conquisiverunt*] Cantabrig. *conquisierunt.* Nec causa id negligendi. Sic cap. 25 *arcessierat.* 28, 12 *lacessierunt.* Jac. Gron.

2 *Qui pr. e. b. sexdecim annos nati*] Vet. lib. *decem & septem annos.* recte. Sic enim & ipse ait lib. 25. *Tribuni pl. ad populum ferrent, ut qui minores septem, & decem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si septem & decem annorum, aut majores milites facti fuissent.* Sigonius.

3 *Atrium regium*] Adscripsit his pater locum 26, 27, ubi de hoc incendio agitur, & inter alia comprehensum dicit *Forumque piscatorium & atrium regium.* Post haec addidit, Forte *regiae.* Quod considerandum. Nam Put. Voss. Gud. & Cantabrig. clare *regiam* hoc loco habent. Itaque quum regioni octavae adscribatur L. Tarquinii Superbi Regis domus cum atrio, rursumque sit atrium publicum in Capitolio, item Minervae, item Vestae, vix constituo à prisca scriptura recedendum. *Jac. Gron.*

4 *Ea urbe adempta hosti undique pul-*

so]

Digitized by Google

pta hosti jam undique pulso, nec ubi consisteret, nec quid fidum respiceret habenti, [1] ne remorandi quidem caussam in Italia fore. Rhegium etiam nuncium mittit ad præfectum præsidii, quod ab Lævino Consule adversus Bruttios ibi locatum erat, octo millia hominum: pars maxima ab Agathyrna (sicut antea dictum est) ex Sicilia [2] traducta, rapto vivere hominum assuetorum. additi erant Bruttiorum indidem perfugæ, & audacia [3] & audendi omnia necessitatibus pares. Hanc manum ad Bruttium primum agrum depopulandum duci jussit, inde ad Cauloniam urbem oppugnandam. Imperata non impigre solum, sed etiam avide exsecuti, direptis fugatisque cultoribus agri, summa vi urbem oppugnabant. [4] Marcellus & consulis literis excitus, & quia ita in animum induxerat, neminem ducem Romanum tam parem Annibali quam se esse; ubi primum in agris pabuli copia fuit, ex hibernis profectus, ad Canusium Annibali occurrit. Sollicitabat ad defectionem Canusinos Pœnus. cæterum ut appropinquare Marcellum audivit; castra inde movit. Aperta erat regio sine ullis ad insidias latebris; itaque in loca saltuosa cedere inde cœpit. Marcellus vestigiis instabat, castraque castris conferebat: & opere

so] Put. & Gall. *hosti jam undique pulso.* J. Fr. Gron.

1 *Ne morandi quidem*] Plures, Voss. & Pall. *ne remorandi quidem caussam in Italia fore.* Idem.

2 *Traducta & rapto*] Omnes Gall. & Voss. *ex Sicilia traducta, rapto vivere hominum adsuetorum:* elisa copulativa. Videtur & abundare τὸ *hominum* post *octo millia:* & forte scripsit Livius: *locatum erat octo millium (pars maxima ab Agathyrna, sicut antea dictum est, ex Sicilia traducta) rapto vivere hominum adsuetorum.* Idem.

3 *Et audendi omnia*] Vet. lib. *& audacia, & ad audendum omnia.* Sigon.

4 *Marcellus & consulis literis excitatus*] Vet. lib. *excitus.* Hæc *Paucos post dies consecutus Fabius, qui & collegam coram obtestatus, & per literas Marcellum, ut quam acerrimo bello detineret Annibalem, dum ipse Tarentum oppugnaret: Marcellus literis consulis, excitus, ad Canusium Annibali occurrit* ita vertit Plutarchus in Marcello: συμβάλλει πρὸς Φάβιον Μάξιμον, ὅτε ἐπὶ Ταραντίνοις, αὐτὸς ὑπομηχανῆ Ταραντίνοις, αὐτὸς ὑπομηχανῆ συμπολεμῶν καὶ βοηθῶν ἐπὶ Ἀννίβαν, ἐμποδὼν ἢ βοηθεῖν πρὸς ἐκεῖνον, ἐπὶ πᾶλαι πρὸς Καννίτιον. *Idem.*

Marcellus & consulis litteris excitatus] Ut Sigonius, omnes *excitus.* Infra: *Fama ejus rei Philippum ab ludo excivit.* J. Fr. Gron.

opere perfecto, extemplo in aciem legiones educebat. Annibal turmatim per equites peditumque jaculatores levia certamina ferens, casum universæ pugnæ non necessarium ducebat. tractus est tamen ad id quod vitabat certamen. Nocte [1] prægressum eum assequitur locis planis ac patentibus Marcellus. castra inde ponentem, pugnando undique in munitores, operibus prohibet. Ita signa collata, pugnatumque totis copiis: & quum jam nox instaret, Marte æquo discessum est. castra exiguo distantia spatio, raptim ante noctem permunita. Postero die luce prima Marcellus in aciem copias eduxit. nec Annibal detrectavit certamen; multis verbis adhortatus milites, *ut memores Trasimeni Cannarumque, contunderent ferociam hostis. urgere atque instare eum. non iter quietos facere, non castra ponere pati, non respirare aut circumspicere. quotidie simul orientem solem & Romanam aciem in campis videndam esse. Si uno prœlio haud incruentus abeat, quietius deinde tranquilliusque eum bellaturum.* His irritati adhortationibus, simulque tædio ferociæ hostium quotidie instantium lacessentiumque, acriter prœlium ineunt. Pugnatum amplius duabus horis est. cedere inde ab Romanis [2] dextra ala, & extraordinarii cœpere. Quod ubi Marcellus vidit, duodevicesimam legionem in primam aciem inducit. [3] Dum alii trepidi cedunt, alii segniter subeunt, turbata tota acies est: dein prorsus fusa; & vincente pudorem metu, terga dabant. [4] Cecidere in pugna fugaque ad

1 *Pregressum assequ.*] Vet. lib. *Nocte pregressum eum assequitur.* Sigonius.

2 *Dextra ala, & extraordinarii*] Plutarchus, τῷ δεξιῷ πτερυγίῳ. Qui sint *extraordinarii*, docet Polybius lib. 6. Πραίτωρ δὲ δισὶ μὲν ἄρχουσι συμβαλλομένοις ἐπὶ τὸ ἐπιόντων, οἱ τοῖς ἐπιφανέσι τῶν ὑπατευόντων παρίστανται ἀλλὰ δεύτερα χρέα ἐν τῷ παρεμβάλλειν συμμάχων ἐπωνύμως τὴν πτέρυγα ἐξάγουσι, τῶν ὑπερκαλυμμένων ἐκλεκτοδιπλασίους, ὃ μεθερμηνευόμενον, ὑπερίλιτας. *Idem.*

3 *Dum alii trepide cedunt, alii segniter subeunt*] Omnes, *trepidi*, quod mutavit Rhenanus. *J. Fr. Gron.*

4 *Cecid. in pugna ad duo millia & septingenti*] Plutarchus: ἐπὶ πλείονας ἢ δισχιλίους Ῥωμαίων πεσόντων. *Sigonius.*

Cecidereque in pugna fugaque] Put. Regiusque: *Cecidere in pugnaque ad duo millia.* Deest etiam τὸ *fuga* in Vossiano.

ad duo millia & ſeptingenti civium, ſociorumque: [1] in his quatuor Romani centuriones, [2] duo tribuni militum, M. Licinius & M. Fulvius. Signa militaria quatuor de ala prima, quæ fugit: duo de legione quæ cedentibus ſociis ſucceſſerat, amiſſa. Marcellus, poſtquam in caſtra reditum eſt, concionem adeo ſævam atque acerbam apud milites habuit, ut prœlio per diem totam infeliciter tolerato, triſtior iis irati ducis oratio eſſet. *Diis immortalibus ut in tali re laudes grateſque*, inquit, *ago, quod victor hoſtis cum tanto pavore incidentibus vobis in vallum portaſque, non ipſa caſtra eſt aggreſſus. deſeruiſſetis profecto eodem terrore caſtra, quo omiſiſtis pugnam. Qui pavor hic, qui terror, quæ repente, [3] qui, & cum quibus pugnaretis, oblivio animos cepit? nempe [4] iidem ſunt hi hoſtes, quos vincendo & victos ſequendo priorem æſtatem abſumpſiſtis: quibus dies noctesque fugientibus per hos dies inſtitiſtis: quos [5] levibus prœliis fatigaſtis, quos heſterno die nec iter facere, nec caſtra ponere paſſi eſtis. Omitto ea quibus gloriari poteſtis: cujus & ipſius pudere ac pœnitere [6] vos oportet, referam. nempe æquis manibus heſterna die diremiſtis pugnam. [7] Quid hæc nox, quid hæc dies attulit? veſtra* 13

no. Scribe: *Cecidere in pugna quaſi ad duo millia & ſeptingenti civium ſociorumque.* Terentius Heautont. *quaſi talenta ad quindecim coëgi.* J. Fr. Gron.

1 *In his quatuor Romani centuriones fuere*] Vox ultima deſit in omnibus Gall. Pall. Voſſ. Et ita lib. 10. *Caſa ad ſex millia hominum: duo millia & quingenti capti: in eo tribuni militum quatuor.* Lib. 22. *Quadraginta quinque millia peditum, duo millia ſeptingenti equites & tanta prope civium ſociorumque pars cæſi dicuntur: in his ambo conſulum quæſtores.* Cornelius Nepos Miltiade: *Domi autem creati decem prætores, qui exercitui præeſſent: in eis Miltiades.* Alcibiade: *Amatus eſt à multis more Græcorum: in eis à Socrate.* Et rurſus: *quatum expugnaverant complures: in his Byzantium.* Idem.

2 *Duo tribuni militum, L. Licinius & M. Fulvius*] Put. *& M. Helvius.* Alludunt cæteri. Reg. Pal. Men. Voſſ. *Elvius.* Pet. *Elevus.* Pal. alter: *Elivius.* Tertius: *Clivius.* Idem.

3 *Qui & cum quibus pugnaretis, oblivio animos invaſit*] Omnes Gall. Pall. Voſſ. *animos cepit.* Idem.

4 *Iidem ſunt ii hoſtes*] Put. & Voſſ. *nempe iidem ſunt hi hoſtes.* Idem.

5 *Levib. prœliis fugaſtis*] Vet. lib. *fatigaſtis.* Sigonius.

Levibus præl. fugaſtis] Cum Sigonio Put. reg. Voſſ. *quos levibus prœliis fatigaſtis.* J. Fr. Gron.

6 *Vos oportet, nempe*] Omnes Gall. Florent. Barber. Voſſ. *cujus & ipſius pudere ac pœnitere vos oportet, referam.* Nec credimus Rhenano, non opus eſſe verbo, *referam*, aut cohærere alioqui, quæ ſequuntur. *Idem.*

7 *Quid hæc nox, quid hæc dies attulit*]

ſtræ his copiæ imminutæ ſunt an illorum auctæ? Non equidem mihi cum exercitu meo loqui videor, nec cum Romanis militibus. [1] *corpora tantum atque arma eadem ſunt. An ſi eoſdem animos habuiſſetis; terga veſtra vidiſſet hoſtis? ſigna alicui manipulo, aut cohorti abſtuliſſet?* [2] *Adhuc cæſis Romanis legionibus gloriabatur. vos illi hodierno die primum fugati exercitus dediſtis decus.* Clamor inde ortus, ut veniam ejus diei daret; ubi vellet deinde experiretur militum ſuorum animos. *Ego vero experiar*, inquit, *milites: & vos craſtina die in aciem educam, ut victores potius quam victi veniam impetretis, quam petitis.* [3] Cohortibus, quæ ſigna amiſerant, hordeum dari juſſit: centurioneſque manipulorum, quorum ſigna amiſſa fuerant, [4] diſtrictis gladiis diſcinctos deſtituit: & ut poſtero die omnes [5] pedites equiteſque armati adeſſent,

lit] Omnes: *attulit*. Noſter lib. 45. *Quum quid veſper ferat, incertum ſit*. Virgilius: *volvenda dies en attulit ultro*. Etiam in pleriſque libris: *Nempe aquis manibus heſterno die diremiſtu pugnam. Quid hac nox, quid hic dies attulit?* Nec ſpernendum videtur. *J. Fr. Gron.*

1 *Corpora tantum, atque arma ead.*] Plutarchus: ὁρᾷν, ἔφη, Ῥωμαίων ὅπλα πολλὰ κὴ σώματα, Ῥωμαῖον ὃ μηδένα ὁρᾷν. *Sigonius.*

2 *Non adhuc cæſis Romanis legionibus*] Jam dudum hoc mirabar. Quid factum ergo ad Trebiam, ad Traſimenum, ad Cannas, ut parva taceam? Omnino delenda eſt particula negativa, quod & faciunt Put. melioreſque Gallic. & Pall. duo. & Voſſianus. Cecidit antehac aliquot locis legiones Romanas Hannibal, nunquam fugavit fuditque integras: hoc nunc primum fecit. *J. Fr. Gron.*

3 *Cohortibus, quæ ſigna amiſerant, hordeum*] Plutarchus: ἀφεστάλκει δ' ἀπηυθμένους σίτους ἀντὶ πυρῶν κριθὰς μετρῆσαι. *Sigonius.*

4 *Diſtrictu gladiis diſcinctos deſtituit*] Omnes & Gallic. & Pall. & Voſſ. *diſtrictis gladiis diſcinctos deſtitui juſſit.* niſi quod quidam *deſtrictu*, quod verius. At inſanum in modum Romanus: *diſtrictis gladiis cinctu deſtituit*. Sed tamen quid *deſtrictu gladiis*, quærit Glareanus. Quid, niſi evaginatis, nudatis? ut major eſſet labor in tenendo. Cicero in competitores: *Duas uno tempore conantur in rempublicam ſicas deſtringere*. Cæſar 7 Gall. *Gladiis deſtrictis portas aperuerunt*. Lib. 1 Civ. *Conſumptis omnibus telis, gladiis deſtrictis impetum adverſus montem in cohortes faciunt*. Et iterum: *Siniſtras ſagis involvunt, gladioſque deſtringunt*. Sic & apud Tacitum & ubique legendum: nam *diſtrictis* foret impeditis. Adde Suetonium in Octavio cap. 24. Videtur autem τὸ *juſſit* ſupplementum indocti correctoris, & Livium ſcripſiſſe: *Cohortibus, quæ ſigna deſeruerant, hordeum dari juſſit, centurioneſque manipulorum, quorum ſigna amiſſa fuerant, deſtrictis gladiis diſcinctos deſtitui.* J. Fr. Gron.

5 *Pedites equiteſque armati*] Lege cum ſcriptis: *Omnes equites, pedites, armati adeſſent*. Idem.

Digitized by Google

ſent, edixit. Ita concio dimiſſa, fatentium, jure ac merito ſeſe increpitos. neque illo die virum quemquam in acie Romana fuiſſe, præter unum ducem, cui aut morte ſatisfaciendum, aut egregia victoria eſſet. Poſtero die armati ornatique ad edictum aderant. Imperator eos collaudat: pronunciatque, *à quibus orta pridie fuga eſſet, cohorteſque, quæ ſigna amiſiſſent, ſe in primam aciem inducturum. edicere jam ſeſe, omnibus pugnandum ac vincendum eſſe: & adnitendum ſingulis univerſiſque,* [1] *ne prius heſternæ fugæ quam hodiernæ victoriæ fama Romam perveniat.* [2] Inde cibo corpora firmare juſſi, ut ſi longior eſſet pugna, viribus ſufficerent. Ubi omnia dicta factaque ſunt, quibus excitarentur animi militum, in aciem procedunt. Quod 14
ubi Annibali nunciatum eſt: [3] *Cum eo nimirum*, inquit, *hoſte res eſt, qui nec bonam nec malam ferre fortunam poteſt. Seu vicit, ferociter inſtat victis: ſeu victus eſt, inſtaurat cum victoribus certamen.* [4] Signa inde canere juſſit, copias educit. Pugnatum utrimque aliquanto quam pridie acrius eſt: Pœnis ad obtinendum heſternum decus adnitentibus; Romanis ad demendam ignominiam. Siniſtra ala ab Romanis, & cohortes, quæ amiſerant ſigna, in prima acie pugnabant, & legio viceſima ab dextro cornu, inſtructa. L. Cornelius Lentulus, & C. Claudius Nero legati, cornibus præerant: Marcellus mediam aciem, hortator teſtiſque præſens, firmabat. Ab Annibale Hiſpani primam obtinebant frontem, & id roboris in omni exercitu erat. Quum anceps diu pugna eſſet; [5] Annibal elephan-

1 *Ne prius heſt. fugæ, q. h. v. fama Rom. perveniat*] Plutarchus: ὅπως οἱ πολῖται ἢ νίκῃ πρότερον, ἢ φυγῇ ἀκούσωσιν. *Sigonius.*

2 *Inde cibo corpora firmare juſſit, ut ſi longior*] Put. reg. Voſſ. *juſſi.* J. Fr. Gron.

3 *Cum eo nimirum, inquit, hoſte res eſt, qui &c.*] Plutarchus: Ὦ Ἡράκλεις, εἶπε, τί χρήσεταί τις ἀνθρώπῳ; μήτε τῇ χείρονι τύχῃ, μήτε τῇ βελτίονι φέρειν εἰδότι. μόνῳ γὰρ ἔξεστι καὶ νικῶντι δίδωσιν ἀναπαύσεις, καὶ λαμβάνοντι νικώμενον. *Sigonius.*

4 *Signa inde canere juſſit, & copias educit*] Copulativam adjecit Rhenanus, arcent omnes Gall. & unus Pal. Voſſianuſque. *J. Fr. Gron.*

5 *Annibal elephantos in primam aciem*] Plutarchus: ἐπέλθοιεν Ἀννίβας τοῖς

phantos in primam aciem induci juſſit: ſi quem injicere ea res tumultum ac pavorem poſſet. Et primo turbarunt ſigna, ordineſque, & partim occulcatis, partim diſſipatis terrore qui circa erant, nudaverant una parte aciem. latiuſque fuga manaſſet, [1]ni C. Decimius Flavus tribunus militum, ſigno arrepto primi haſtati manipulum ejus ſigni ſe ſequi juſſiſſet. duxit ubi maxime tumultum conglobatæ belluæ faciebant: pilaque in eas conjici juſſit. Hæſere omnia tela haud difficili ex propinquo in tanta corpora ictu, & tam conferta turba. ſed ut non omnes vulnerati ſunt; ita in quorum tergis infixa ſtetere pila, ([2] ut eſt genus anceps) in fugam verſi etiam integros avertere. Tum jam non unus manipulus, ſed pro ſe quiſque miles, qui modo aſſequi agmen fugientium elephantorum poterat, pila conjicere. eo magis ruere in ſuos belluæ: tantoque majorem ſtragem edere, quam inter hoſtes ediderant, quanto acrius pavor [3] conſternatam agit, quam inſidentis magiſtri imperio regitur. In perturbatam tranſcurſu belluarum aciem ſigna inferunt Romani pedites: & haud magno certamine diſſipatos, trepidanteſque avertunt. Tum in fugientes equitatum immittit Marcellus, nec ante finis ſequendi eſt factus, quam in caſtra paventes compulſi ſunt. Nam ſuper alia, quæ terrorem trepidationemque facerent, [4]elephanti quoque duo in ipſa porta corruerant, coactique erant milites per foſſam vallumque ruere in caſtra. ibi maxima hoſtium cædes facta: [5] cæſa ad octo millia hominum, quinque ele-

τὰ θηρία καταπηδήσαντας εἰς τοὐπίσω τάξιν, ἐκπλῆξαι τοῖς ὅπλοις τὴν Ῥωμαίων. Sigonius.

1 *Ni C. Decimius Flavus trib. mil. ſigno* &c.] Plutarchus: *εἷς τῶν χιλιάρχων ὄνομα Φλάβιος ἀναρπάσας σημεῖον ἐνέβαλλεν. Idem.*

2 *Ut eſt genus anceps*] Quod elephanti tam in ſuos, quam in hoſtes ruant. *Idem.*

3 *Conſternatus agit, quam* &c. *reguntur*] Ut Rhenanus, Put. reg. Men. Pall. Voſſ. *quanto acrius pavor conſternatam agit, quam inſidentis magiſtri imperio regitur.* Videlicet quæque bellua. *J. Fr. Gron.*

4 *Elephanti forte duo in ipſa porta corruerant*] Put. *elephantique duo.* Reg. *elephanti quoque duo.* Idem.

5 *Cæſa ad octo millia hominum*] Plutar-

elephanti. Nec Romanis incruenta victoria fuit. mille ferme, & ſeptingenti de duabus legionibus, & ſociorum ſupra mille & trecentos occiſi: vulnerati permulti civium, ſociorumque. Annibal nocte proxima caſtra movit. Cupientem inſequi Marcellum prohibuit multitudo ſauciorum. [1] Speculatores, qui proſequerentur agmen miſſi, poſtero die retulerunt, Bruttios Annibalem petere. Iiſdem fere diebus & ad Q. Fulvium conſulem Hirpini & Lucani, & Volſcentes, traditis præſidiis Annibalis, quæ in urbibus habebant, dediderunt ſeſe, clementerque à conſule cum verborum tantum caſtigatione, ob errorem præteritum, accepti. Et Bruttiis ſimilis ſpes veniæ facta eſt: quum ab iis Vibius & Pactius fratres, longe nobiliſſimi gentis ejus, eandem, quæ data Lucanis erat, conditionem deditionis petentes veniſſent. Q. Fabius conſul oppidum in Salentinis [2] Manduriam vi cepit. ibi ad quatuor millia hominum capta; & cæteræ prædæ aliquantum. Inde Tarentum profectus, in ipſis faucibus portus poſuit caſtra. naves, quas Livius tutandis commeatibus habuerat, partim machinationibus onerat, apparatuque mœnium oppugnandorum; partim tormentis & ſaxis, omnique miſſilium telorum genere inſtruit: onerarias quoque, non eas ſolum, quæ remis agerentur; ut alii machinas ſcalaſque ad muros ferrent, alii procul ex navibus vulnerarent mœnium propugnatores. Eæ naves ab aperto mari, ut urbem aggrederentur, inſtructæ paratæque ſunt. Et erat liberum mare, claſſe Punica, quum Philippus oppugnare Ætolos pararet, Corcyram tranſmiſſa. [3] In Bruttiis interim Caulonis

tarchus: λέγοντας γὰρ ὑπὲρ ἐπτακισχιλίων ἀποθανεῖν. Quod autem de Romanis ait *mille ferme & ſeptingentos* interfectos, Plutarchus ait aliter: Ῥωμαίων ὑπὲρ μὲν ἑπτακισχίλιοι τεθνήκασι. *Sigonius.*

1 *Speculatores qui ſequerentur agmen*] Omnes Gall. Pall. Voſſ. *proſequerentur*, fruſtra novante Rhenano. *J. Fr. Gron.*

2 *Manduriam*] Stephanus *Manduonium* vocat: Μανδύριον πόλις Ἰαπυγίας, ὁ πολίτης Μανδυρῖνος. *Sigonius.*

3 *In Bruttiis interim Caulonia impugnatores*] Cur diſplicuit novitiis, quod habent

lonis oppugnatores, ſub adventum Annibalis, ne opprimerentur, in tumulum à præſenti impetu [1] tutum, ad cætera inopem, ſe recepere. Fabium Tarentum obſidentem leve dictu momentum ad rem ingentem potiundam adjuvit. Præſidium Bruttiorum datum ab Annibale Tarentini habebant. ejus præſidii præfectus [2] deperibat amore mulierculæ, cujus frater in exercitu Fabii conſulis erat. Is certior literis ſororis factus de nova conſuetudine advenæ locupletis, atque inter populares tam honorati, ſpem nactus per ſororem quolibet impelli amantem poſſe; quid ſperaret, ad conſulem detulit. quæ quum haud vana cogitatio viſa eſſet, pro [3] perfuga juſſus Tarentum tranſire, ac per ſororem præfecto conciliatus, primo occulte animum ejus tentando, dein ſatis explorata levitate, blanditiis muliebribus perpulit eum ad proditionem cuſtodiæ loci, cui præpoſitus erat. Ubi & ratio agendæ rei, & tempus convenit, miles nocte per intervalla ſtationum clam ex urbe emiſſus, ea quæ acta erant, [4] quæque, ut agerentur, convenerat, ad conſulem refert. Fabius vigilia prima, dato ſigno iis qui in arce erant,

habent Put. omnes immo edd. antiquiores: *oppugnatores*. Pro *Caulonia* Put. & Voſſ. *Cautones*. Per. *cautiores*. Forte fuit: *Caulonis*. Ut & ſupra, quum in iiſdem Put. & Voſſ. ſit cap. 11 *Cauroneam*, fortaſſe ſcribendum *Caulonem*. Nam & ſic vocat Plinius 3, 10. *veſtigia oppidi Caulonis*. Virgilius: *Caulonique arces*. J. Fr. Gron.

[1] *Tutum, ad cætera inopem conceſſere*] Omnes Gall. & duo Pall. & Voſſ. *in tumulum à præſenti impetu tutum ſe recepere*. Sic & Andreas, Tarviſ. Venetæ. *Ad cætera inopem* primus vel Aſcenſius addidit, vel Bechariius. *Conceſſere* Rhenano debetur. *Idem*.

[2] *Deperibat amore mulierculæ*] Plutarchus & hanc opinionem, & alteram de muliere à præfecto amata recitat, quam quidam Fabii pallacam fuiſſe tradiderunt. *Sigonius*.

[3] *Perfuga juſſus Tarentum tranſire*] Eſt ab Rhenano, quum legeretur: *pro tranſfuga*. Sed Put. *proterfuga*. Debuit ergo ſcribi: *pro perfuga*. Cæſar lib. 3 de bello Gallico: *Qui ubi pro perfuga ad eos venit, timorem Romanorum proponit*. Cornelius Nepos Datame: *Sus juſſu Mithrobarzanem profectum pro perfuga*. J. Fr. Gron.

[4] *Quæque ut agerentur, convenerat*] Gallici, *convenerat*. Vix tamen moveo vulgatum. Cicero prima agrar. *Superiore parte legis quemadmodum Pompeium oppugnarent, à me indicati ſunt*. Nos diceremus: *indicatum eſt*. Secunda agr. *Qua nobis deſignatis timebatis, ea ne accidere poſſent, conſilio meo ac ratione proviſa ſunt*. Salluſtius Jugurth. cap. 49. *Qua ab imperatore demerint, omnia ſibi proviſa*. Ubi fruſtra Fulvius, *debuerint*. Terentius Phormione 1, 4.

Qua

erant, quique cuſtodiam portus habebant, ipſe circuito portu ab regione urbis in orientem verſa occultus conſedit. Canere inde tubæ [1] ſimul ab arce, ſimul à portu & ab navibus, quæ ab aperto mari appulſæ erant; clamorque undique cum ingenti tumultu, unde minimum periculi erat, de induſtria ortus. Conſul interim ſilentio continebat ſuos. Igitur Democrates, qui præfectus antea claſſis fuerat, [2] forte illo loco præpoſitus, poſtquam quieta omnia circa ſe vidit, alias partes eo tumultu perſonare, ut captæ urbis interdum excitaretur clamor; veritus ne inter cunctationem ſuam conſul aliquam vim faceret, ſignaque inferret; præſidium ad arcem, unde maxime terribilis accidebat ſonus, traducit. [3] Fabius, quum ex temporis ſpatio & ex ſilentio ipſo (quod ubi paulo ante ſtrepebant excitantes vocanteſque ad arma, inde nulla accidebat vox) deductas cuſtodias ſenſiſſet; ferri ſcalas ad eam partem muri, qua Bruttiorum cohortem præſidium agitare [4] proditionis conciliator nunciaverat, jubet. Ea primum eſt captus murus; adjuvantibus recipientibuſque Bruttiis: & tranſcenſum in urbem eſt. [5] inde & proxima refracta porta, ut frequenti agmine ſigna inferrentur. Tum clamore ſublato, ſub ortum ferme lucis,

Qua ſi non aſtu providentur, me aut herum peſſimè dabunt. Senec. ep. 14. *Tria præſtanda ſunt, ut vitentur.* J. Fr. Gron.

1 *Simul ab arce & a portu & à navibus*] Put. *Canere inde tuba ſimul ab arce, ſimul a portu & ab navibus, qua ab aperto mari adpulſæ erant.* Hæc antiquiſſima ſcriptura eſt in particulis nonnihil differens ab olim vulgata, eamque optimus quiſque aliorum MSS. ſequitur. At Beatus tollit alterum *ſimul*. Quaſi non hic uſus & duplicatio particulæ noſtro frequentiſſima. Lib. 7. *Simul audientium laudes meritas tollit animos, ſimul cæteros ad æmulandas virtutes acuit.* Lib. 9. *Quantis nunquam aliàs ante ſimul copiis ſimul animis dimicarunt.* Idem.

2 *Forte illi loco præpoſitus*] Et hoc à Rhenano: ſed optimi cum vulgatis olim: *illo loco.* Intellige præſidio vel propugnatoribus, qui erant illo loco. *Idem.*

3 *Fabius quum ex temporis*] Voſſ. Gud. Mur. *Fabius quum & ex temporis ſpatio & ex ſilentio ipſo.* Sic immo & editiones omnes vetuſtæ ante Curionem. *Idem.*

4 *Prod. conc. nunciaverat*] Vet. lib. *pronunciaverat.* Sigonius.

5 *Deinde proxima refracta porta*] Putean. *inde ex proxima.* Reliqui omnes correcto librarii errore, *& tranſcenſum in urbem eſt. inde & proxima refracta porta.* Ut viſebatur ante Rhenanum. *J. Fr. Gron.*

1 *Va-*

cis, nullo obvio armato in forum perveniunt: omnesque undique, qui ad arcem portumque pugnabant, in se con-
16 verterunt. Prœlium in aditu fori majore impetu, quam perseverantia commissum est. non animo, , non armis, non arte belli, non vigore aut viribus corporis, par Romano Tarentinus erat. Igitur pilis tantum conjectis, prius penè quam consererent manus, terga dederunt, dilapsique per nota urbis itinera in suas amicorumque domos. Duo ex ducibus Nico & Democrates, fortiter pugnantes cecidere. Philomenus qui proditionis ad Annibalem auctor fuerat, quum citato equo ex prœlio avectus esset; [1] vagus paulo post equus errans per urbem cognitus: corpus nusquam inventum est. creditum vulgo est, in puteum apertum ex equo præcipitasse. Cartalonem autem præfectum præsidii Punici, cum commemoratione paterni hospitii positis armis venientem ad consulem, miles obvius obtruncat. Alii alios passim sine discrimine armatos, inermes, cædunt; Carthaginienses Tarentinosque pariter. Bruttii quoque [2] multi passim interfecti, seu per errorem, seu vetere in eos insito odio: seu [3] ad proditionis famam (ut vi potius atque armis captum Tarentum videretur) extinguendam. Tum ab cæde ad diripiendam urbem discursum. [4] millia triginta servilium capitum dicuntur capti: argenti vis ingens fa-

cti

1 *Vacuus paullo post equus erransque per urbem*] Scribe cum omnibus Gall. duobusque Pall. Florent. quatuor, Barber. & Voss. *vagus paullo post equus errans per urbem.* Asyndeti genus frequentatum nostro. Lib. 3. *In quos palatos prædam agentes Postumius aliquot locis impetum dedit, ii vagi dissipato agmine fugientes in Quintium victorem cum saucio consule revertentem incidere.* Lib. 7. *Multos populatores hostium vagos palantes oppressit.* Lib. 10. *Dimittit equites, qui vagos prædatores in agru palantes excipiant.* Lib. hoc 27. *Matrona in preces versa per omnia delubra vaga, supplicils votisque fatigare Deos.* Similiter hic: *Sine discrimine armatos, inermes, cadunt:* scripti, non *inermesque.* J. Fr. Gron.

2 *Multi interfecti*] Vet. lib. *passim interfecti.* Sigonius.

3 *Ad proditionis famam extinguendam*] Plutarch. ὡς μὴ προδοσίᾳ τὴν πόλιν ἔχων φανερὸς γένοιτο. *Idem.*

4 *Triginta millia servilium*] Meliores: *millia triginta servilium capitum dicuntur capti: argenti vis ingens factis signatique.* J. Fr. Gron.

1 *Or-*

cti ſignatique: auri octoginta ſeptem millia pondo: ſigna tabulæque prope ut Syracuſarum [1] ornamenta æquaverint. Sed majore animo generis ejus præda abſtinuit Fabius quam Marcellus: [2] qui interroganti ſcribæ, quid fieri ſignis vellet (ingentis magnitudinis Dii ſunt, ſuo quiſque habitu in modum pugnantium formati) *Deos iratos Tarentinis relinqui* juſſit. Murus inde, qui urbem ab arce dirimebat, dirutus eſt ac disjectus. Dum hæc Tarenti aguntur, Annibal [3] iis, qui Cauloniam obſidebant, in deditionem acceptis; audita oppugnatione Tarenti, dies noctesque curſim agmine acto quum feſtinans ad opem ferendam, captam urbem audiſſet; [4] *Et Romani*, inquit, *ſuum Annibalem habent. eadem, qua ceperamus, arte, Tarentum amiſimus.* Ne tamen fugientis modo convertiſſe agmen videretur; [5] quo conſtituerat loco, quin-

1 *Ornamenta aquarent*] Iidem: *ut Syracuſanorum ornamenta aquaverint.* J. Fr. Gron.

2 *Qui interroganti ſcribæ, quid fieri de ſignis vellet, Deos iratos Tarent. rel. juſſ.*] Plutarchus: λίγεται δ γραμματέα πυθέσθαι τὸν Φαβίου τί χελεύει τῷ Διῒ τῷ ἐν τῇ ἀκροπόλει τοὺς γραφεὶς ὅπως προσγράψουσιν ἢ τοὺς ἀνδριάντας, ὃν ἦν Φάβιον εἰπεῖν, ἀπολείπωμεν τοὺς θεοὺς Ταραντίνοις κεχολωμένους. *Sigonius.*

Quid fieri de ſignis vellet] Put. Voſſ. Pal. unus, melioreſque alii: *quid fieri ſignis vellet*: vel, *quid fieri vellet ſignum*, omiſſa præpoſitione, ut decuit elegantiorem. Sic Plautus Moſtellaria, *Quid eo argento eſt factum?* Milite: *Quid illa faciemus fidicina?* Cicero: *Si nos premet eadem fortuna, quid puero miſero fiet?* Noſter lib. 33. *Quidnam ſe futurum eſſet, profectis in Italiam Romanis?* Itaque videtur ſcribendum lib. 45, 39. *Quid deinde tam opima præda, tam opulenta victoria ſpoliis fiet?* Nepos Ageſilao: *Quæreretur ab eo, quid eis fieri vellet.* Quæque multa, ὅσα κόσις, congeſſerunt alii. *J. Fr. Gron.*

3 *Iis qui Cauloniam obſidebant*] Obſeſſæ Cauloniæ meminit etiam Plutarchus in Fabio: καὶ Καυλωνίαν ἑξαλεῖν ἀπὸ κρήτης. *Sigonius.*

4 *Et Romani, inquit, ſuum Annibal. habent*] Plutarchus: καὶ φασὶ δεῖπνον εἰπεῖν, ὡς ἄρα καὶ Ῥωμαίοις Ἀννίβας πέφυτεν· ἀπεβάλομεν γὰρ ἡμεῖς τὸν Ταραντίνων πόλιν, ὥσπερ ἐλάβομεν. *Idem.*

5 *Quo conſtiterat loco, quinque millia*] Put. reg. Men. Voſſ. *quo conſtituerat loco.* Intellige agmen, & explica ibi modicam quietem cepiſſe, dum properat ad liberandum obſidione Tarentum, ibidemque nuntium captæ urbis accepiſſe. Salluſtius Jugurthino cap. 49. *Dein brevi cognito inſidiis, pauliſper agmen conſtituit.* Ubi non decuit viros ſane quam doctos Rivium, Ciacconium, Gruterum malle *conſtitit*, itaque edidiſſe Colerum: quum & MSS. ſit illa lectio, & orationis contextus alterum non patiatur. Ecce enim filum perpetuum omiſſis quæ parentheſi interjiciuntur: *primo dubius Metellus, quidnam inſolita facies oſtenderet, dein brevi cognito inſidiis pauliſper agmen conſtituit.* hoc eſt, ſuſtinet à procedendo imperator, ſtare

[1] quinque millia ferme ab urbe posuit castra. ibi paucos moratus dies, Metapontum sese recepit. [2] inde duos Metapontinos cum literis principum ejus civitatis ad Fabium Tarentum mittit: fidem ab consule accepturos, [3] impunita iis priora fore, si Metapontum ei cum præsidio Punico prodidissent. Fabius vera, quæ afferrent, esse ratus, diem qua accessurus esset Metapontum, constituit: literasque ad principes dedit, quæ ad Annibalem delatæ sunt. Enimvero lætus successu fraudis, si ne Fabius quidem [4] dolo invictus fuisset, haud procul Metaponto insidias ponit. Fabio auspicanti, prius quam egrederetur ab Tarento, aves semel atque iterum non addixerunt. hostia quoque cæsa consulenti Deos, aruspex, cavendum à fraude hostili, & ab insidiis, prædixit. Metapontini, postquam ad constitutam non venerat diem, remissi ut cunctantem [5] hortarentur, repente comprehensi, metu gravioris quæstionis detegunt insi-
17 dias. Ætatis ejus principio, qua hæc agebantur, [6] P. Scipio in Hispania quum hiemem totam reconciliandis barbarorum animis, partim donis, [7] partim remissione obsi-dum

ac morari jubet. Quin & omnia fere verba, quæ sequuntur ad finem usque capitis, agentia sunt, & respiciunt vocem *Metellus*. Noster lib. 38. *Constituit agmen, & expedire tela animosque equitibus jussit* &c. Sic quod Plautus *statuere navem*, nempe omissa remigatione, id Cæsar *constituere*. Lib. 4 de bello Gall. *Quod naves propter magnitudinem, nisi in alto, constitui non poterant*. Eodemque: *Circiter millia passuum novem ab eo loco progressus, aperto & plano litore naves constituit*. Est & *constituere* aliter idem quod statuere, nempe sistere alicubi. Livius lib. 9. *Ubi cum constituisset Romanos, semitamque angustam & arduam, erectam ex oppido in arcem, ostendisset*. J. Fr. Gron.

1 *Quinque millia ferme ab urbe*] Plutarchus: τριακοσίους σταδίους. *Sigonius*.

2 *Inde duos Metapontinos cum literis --- ad Fabium T. mittit*] Plutarchus: συνδεῖς ὀπτολὰς πρὸς τὸν Μεταποντίων ἄνακτον, ἔπεμψε πρὸς τὸν Φάβιον, &c. Idem.

3 *Impunita priora fore*] Omnes Gall. Pall. Voss. *impunita iis priora fore*: vel, *his*. J. Fr. Gron.

4 *Dolo invictus esset*] Put. Men. Voss. *si ne Fabius quidem dolo invictus fuisset*. Idem.

5 *Hortarentur, repente*] *Remissi ut cunctantem hortarentur, ac repente comprehensi*, Put. reg. Men. Voss. *Idem*.

6 *P. Scipio in Hispania*] Hinc etiam Polybius persequitur res gestas P. Scipionis in Hispania lib. 10. Κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ὁ Πόπλιος ὁ τοῦ Ῥωμαίων στρατηγὸς, πολέμου καὶ συγχωρήσεως ἐν Ταρρακῶνι. *Sigonius*.

7 *Partim remissione*] Novissimarum edituo-

Digitized by Google

dum captivorumque abſumpſiſſet; [1] Edeſco ad eum, clarus inter duces Hiſpanos, venit. Erant conjux liberique ejus apud Romanos. ſed præter eam cauſſam etiam, velut fortuita inclinatio animorum, quæ Hiſpaniam omnem averterat ad Romanum à Punico imperio, traxit eum. [2] Eadem cauſſa Indibili Mandonique fuit, haud dubie omnis Hiſpaniæ principibus, cum omni popularium manu relicto Aſdrubale, ſecedendi in imminentes caſtris ejus tumulos, unde per continentia juga tutus receptus ad Romanos eſſet. Aſdrubal quum [3] hoſtium res tacitis augeſcere incrementis cerneret, ſuas imminui, ac fore, ut, niſi audendo aliquid moveret, [4] qua cœpiſſent, fluerent; dimicare quam primum ſtatuit. Scipio

editionum lapſus eſt. Alix & MSS. *remiſſione*, quod revocandum duxi. 22, 22. *Obſides in civitates remitte.* Jacob. Gron.

1 *Edeſco ad eum clar. int. duc. Hiſp. venit*] Polyb. *Edeco.* λαβὼν συναγωνιστὴν Ἐδήσωνα ὁ ἀμικτῆρα. *Sigon.*

2 *Eadem cauſa Indibili Mandonioque*] Polyb. Ἀνδοβάλης ὁ καὶ Μανδόνιος, μιᾶς μὲ ὄντες δυνάστης τῆς κατ' Ἰβηρίαν, &c. *Idem.*

3 *Hoſtium res tacitis augeſcere*] Curionis eſt. Priores omnes *tantis*: & ſic Men. Voſſ. Gud. Mureti. *J. Fr. Gron.*

4 *Qua cœpiſſent, ruerent*] Quidquid iraſcatur Rhenanus Venetis & Colonienſibus, Put. & omnes Gall. & Voſſ. membranæ: *qua cœpiſſent, fluerent.* Et defendit hoc pro ſuo ipſe Livius lib. 7. *Campanos quidem haud dubie magis nimio luxu fluentibus rebus mollitiaque ſua quam vi hoſtium victos eſſe.* Defendit Livium Virgilius: *Ex illo fluere & retro ſublapſa referri Spes Danaum.* Unde capienda vera vis dicti Plautini Captivis act. 3 ſc. 1. *eſt illic mihi una ſpes cœnatica: ſi ea decolabit, redibo huc ad ſenem, ad cœnam aſperam.* Ita ſcribendum, non *decollabit*: quod quum ineptiſſimum ſit, tamen omnes receperunt: alterum, etſi nonnemini in mentem venerit, reſpuerunt. *Decollare* eſt de collo deponere apud Cæcilium citante Nonio: hinc petunt Turnebus, Scaliger, Caſaubonus, præclara nomina; eſt deinde cervices præcidere, quod an Plauti ævo ſic uſurpatum ſit, vehementer addubito: hinc Andreas Schottus ad Aurelium Victorem. Et quæ tamen elegantia eſt, ſpem inſtar crumenæ de collo deponi, ſpei cervices præcidi? Quid durius utrovis? Ego vero teneo: *ſi ea decolabit*, hoc eſt, defluxerit, dilabetur. *Decolare*, ut *percolare*, eſt per colum tranſmittere: natura ſua ποτιστικόν, ideo intelligit τὸ ſe. & *decolare ſe*, vel *decolare* intellecto ſe eſt, de colo defluere, tranſmitti, deliquere, delinquere, deficere. Quo magis enim liquidum tranſmittitur & decidit, eo magis deficit in colo, ibique ſe conſumit. Sic Caſina act. 2 ſc. 4. *etiam ſpecula in ſortitu eſt mihi. Si ſors autem decolaſſit.* Quod interpretatur ipſe infra eodem actu ſc. 6. *utinam tua quidem iſta in ſortiendo ſors delicuerit.* Hac differentia, quod hic propria, illic tranſlata phraſis, eaque non tam ipſas ſortes quam effectum earum adverſarum & ſperantem de-

Digitized by Google

Scipio avidior etiam certaminis erat; cum à ſpe, quam ſucceſſus rerum augebat; tum quod prius, quam jungerentur hoſtium exercitus, cum uno dimicare duce exercituque, quam ſimul cum univerſis, malebat. Cæterum, etiam ſi cum pluribus pariter dimicandum foret, arte quadam copias auxerat. nam quum videret nullum eſſe navium uſum, quia vacua omnis Hiſpaniæ ora claſſibus Punicis erat, ſubductis navibus Tarracone, [1] navales ſocios terreſtribus copiis addidit. & armorum affatim erat captorum Carthagine: & quæ poſt captam eam fecerat, tanto opificum numero incluſo. [2] Cum iis copiis Scipio veris

ſtituentium explicet. Varro lib. 1 de re Ruſtica 2. *Duo imprimis ſpectaſſe videntur Italici homines colendo, poſſentne fructus pro impenſa ac labore redire, & utrum ſaluber locus eſſet, an non. querum ſi alterutrum decolat, & nihilominus vult colere, mente eſt captus.* Id eſt, deficit, deliquio eſt, non conſtat. Neque abſterrent me ab hac ſententia verba Diomedis lib. 1. *Hoc verbum apud veteres decipio ſignificat, ut apud Plautum, uma eſt, decollavit. item Lucilius 12. Quibus fructibus me decollavi victus? qua ſignificatio apud Feneſtellam aliter invenitur in libro Epitomarum ſecundo: quemadmodum Cæſar à piratis captus ſit, utque eos ipſe poſtea ceperit & decollaverit. Veteres autem ſecuri caſos dicebant.* Nam quod ipſe apud Plautum & Lucilium legit *decollare*, errat, ut cæteri. Lucilii vero verba firmant, quod dixi, natura ſua id verbum tranſitivum eſſe: *Quibus fructibus victus me decolavi*, eſt, me ipſe fraudavi, quos imprudens mihi ſubtraxi, ut liquidum colo vel incerniculo ſe ſubtrahit. Recte autem Diomedes veteres ignoraſſe *decollo*, quod habet Feneſtella. Hunc enim & M. Senecam primos habemus, qui ſic utantur: & exiſtimo verbum cum re inventum, nempe triumviralibus bellis: etſi enim in Cæſaris rebus uſurpet, tamen Cæſaris ævo, ut ait Lucanus lib. 8, *nondum artis erat caput enſe rotare.* Illud autem alterum loquendi genus non aliunde deducendum, quam quod *fluere* dicantur, quæ ſublabuntur, non conſtant, & *fluxa*, quæ facile dilabuntur, quæ ſtatum & firmitudinem non habent. Plautus iiſdem Captivis: *cave fidem fluxam geras.* Noſter lib. 28. *Fide præfectorum principumque, quæ fluxa & vana apud Oreum fuerat.* Salluſtius: *Divitiarum & formæ gloria fluxa & fragilis eſt.* Lucretius: *minui rem quamque videmus, Et quaſi longinquo fluere omnia cernimus ævo.* Ovidius: *nihil eſt toto quod perſtet in orbe, Cuncta fluunt.* Noſter lib. 41. *Rediit conſuſo vultu, & expoſuit Patribus conſcriptis, bovem ſeſcenarium, quem immolaviſſet, jecur defluxiſſe.* Quod verbum ſtatim ita explicatur: *vidiſſe cæteram integram extorum partem, jecur omne inenarrabiliter abſumptum. Diſtabuiſſe in coquendo*, dicit Feſtus in *Monſtrum*. Potuiſſet cum Plauto dicere: *decolaſſe* vel *delicuiſſe*. Idem Trinummo: *illico res foras labitur, liquitur.* Potuiſſet dicere *decolat*. Seneca de Brev. vitæ: *Ubi vita per luxum ac negligentiam defluit.* Idem epiſt. 22. *Non enim apud nos pars ejus ulla ſubſedit: tranſmiſſa eſt & effluxit.* J. Fr. Gron.

1 *Navales ſocios terreſtribus copiis addidit*] Polybius: συνήυξησι τὴν ναυτικὴν δυνάμεσι τὰς πεζικὰς δυνάμεις. Sigon.

2 *Cum iis Scipio*] Omnes Gall. Pall.

veris principio ab Tarracone egressus (1 jam enim & Lælius redierat ab Roma, sine quo nihil majoris rei motum volebat) ducere ad hostem pergit. Per omnia pacata eunti, ut cujusque populi fines transiret, prosequentibus excipientibusque sociis, Indibilis & Mandonius cum suis copiis occurrerunt. Indibilis pro utroque locutus, haudquaquam ut barbarus stolide incauteque, sed potius cum verecunda gravitate: propiorque *excusanti transitionem ut necessariam*; 2 *quam glorianti ea velut ad primam occasionem rapta.* 3 *Scire enim se, transfugæ nomen execrabile veteribus sociis, novis suspectum esse. neque eum se reprehendere morem hominum, si tamen anceps odium caussa, non nomen, faciat.* Merita inde *sua in duces Carthaginienses* commemoravit, *avaritiam contra eorum, superbiamque, & omnis generis injurias in se atque populares. Itaque corpus dumtaxat suum ad id tempus apud eos fuisse: animum jam pridem ibi esse, ubi jus ac fas crederent coli. ad Deos quoque confugere supplices, qui nequeant hominum vim atque injurias pati. Se id Scipionem orare, ut transitio sibi nec fraudi apud eum, nec honori sit. quales* 4 *ex hac die experiundo cognorit, perinde operæ eorum pretium faceret.* Ita prorsus respondet facturum Romanus: nec pro transfugis habiturum, qui non duxerint

Pall. Voss. *Cum his copiis Scipio verit principio.* quæ minuit rursum Rhenanus. *J. Fr. Gron.*

1 *Jam Lælius redierat ab Roma*] Polybius: Πόπλιος ὁ πρεσβύτερος Γάϊον Λαίλιον, καὶ Μάρκους τὸν προσαγορευόμενον Σίλανον ἐπὶ τὸ συνέδριον, πρότερον τὰς ἀπαιτήσεις ἀναλαβὼν ἐκ τῆς προχειρασίας. *Sigonius.*

2 *Quam glorianti ea velut ad primam occasionem rapta*] Put. & omnes Gall. Vossianusque: *velut primam occasionem raptam.* Pall. amplius: *eam velut primam occasionem raptam.* Hoc verum est: & eadem elegantia, qua superius lib. 23, 28. *Si Hannibali Hasdrubal dux atque Hispaniensis exercitus esset junctus, illum Romani finem imperii fore, ut ibi restituimus. J. Fr. Gron.*

3 *Scire enim se transfugæ*] Quasi sumpsisset ab Thucydide, apud quem lib. 3 Mitylenæorum legatus: Τὸ μὲν παθησιὸς τοῖς Ἕλλησι νόμιμον, ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι καὶ ξύμμαχοι, ἴσμεν. τῶν γὰρ ἀρίστων ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ξυμμαχέων τὴν αὐτὴν ἀπολείποντας οἱ δεξάμενοι, καθ' ὅσον μὴ ὠφελοῦντες ἐν ἀδυνᾳ ἔχουσι· νομίζοντες ὃ ἐξ) προδότας τε τοῦ φίλου, χείρους ἡγοῦνται· καὶ ἐκ ἀδικον αὕτη ἡ ἀξίωσις ἔχειν ὀρθῶς. Idem.

4 *Ex eo die experiundo cognoverit*] Put. Pet. *quales ex hac die experiundo cognorit, perinde opera eorum pretium faceret.* Tà hac & *faceret*, etiam omnes alii. Posterius sustulit Rhenanus. *Idem.*

rint ſocietatem ratam, ubi nec divini quicquam nec humani ſanctum eſſet. [1] Productæ deinde in conſpectum iis conjuges liberique, lacrimantibus gaudio redduntur, atque eo die in hoſpitium abducti. Poſtero die fœdere accepta fides dimiſſique ad copias adducendas. [2] Iiſdem deinde in caſtris tendebant, donec ducibus iis ad hoſtem
18 perventum eſt. Proximus Carthaginienſium exercitus Aſdrubalis [3] prope urbem Bæculam erat: pro caſtris equitum ſtationes habebat. In eas velites anteſignanique, & qui primi agminis erant, advenientes ex itinere, priuſquam caſtris locum caperent, adeo contemptim impetum fecerunt, ut facile appareret, quid utrique parti animorum eſſet. In caſtra trepida fuga compulſi equites ſunt: ſignaque Romana portis prope ipſis illata. Atque illo quidem die irritatis tantum ad certamen animis caſtra Romani poſuerunt. [4] Nocte Aſdrubal in tumulum copias recipit; plano campo in ſummo patentem: fluvius ab tergo, ante circaque velut ripa præceps oram ejus omnem cingebat. Suberat & altera inferior ſummiſſa faſtigio planities. eam quoque altera crepido haud facilior in aſcenſum ambibat. In hunc inferiorem campum poſtero die Aſdrubal, poſtquam ſtantem pro caſtris hoſtium aciem vidit; equites Numidas, levium-que armorum Balcares, & Afros demiſit. Scipio circum-

1 *Producta deinde in conſpectum ejus conjuges liberique*] Put. *in conſpectum is.* Reg. Men. Voſſ. *his.* Pal. *iis.* nempe Mandonio & Indibili. *J. Fr. Gron.*

2 *Iiſdem deinde in caſtris tendebant*] Omnes ignorant τὸ *in.* Deinde Put. *caſtris tenebant.* Manus ſecunda ſuperius *d* adjecerat. Equidem illud Livii eſſe judico. Lib. 28. *Lævâ Celtiberos, novum exercitum ſupra novem millia hominum, dextra Punica tenere.* Valerius Flaccus lib. 1 Argonaut. v. 353. *Hinc lævo Telamon pelago tenet.* Ita namque ſcriptus Oxonienſis. Vulgo: *lævum pelagus.* Et diximus aliquid in eandem rem ad lib. 24, 3. *Idem.*

3 *Prope urb. Batulam*] Polyb. *Baecula* nominat, ἐξήκοντα ἢ τοῦ Καρθαλῶνι, καὶ τοῖς περὶ Βαίκουλα πόλεις, & Livius paulo poſt: *Paucis prælium factum ad Batulam diebus, cum Scipio rediens Tarraconem ſaltu Caſtulonenſi jam exceſſiſſet.* Stephanus item: Βαίκουλα πόλις Ἰβηρίας· τὸ ἐθνικὸν Βαικουλεύς. Item Ptolemæus. *Sigonius.*

4 *Nocte Aſdrubal in tumulum copias recipit*] Put. & omnes Gall. Voſſ. *recipit.* J. Fr. Gron.

cumvectus ordines ſignaque, oſtendebat, hoſtem *prædamnata ſpe æquo dimicandi campo, captantem tumulos, loci fiducia,* [1] *non virtutis armorumque, ſtare in conſpectu. ſed altiora mœnia habuiſſe Carthaginem, quæ tranſcendiſſet miles Romanus. Nec tumulos, nec arcem,* [2] *nec mare quidem armis obſtitiſſe ſuis. ad id fore altitudines,* [3] *quas cepiſſent hoſtes, ut per præcipitia & prærupta ſalientes fugerent. eam quoque ſe illis fugam clauſurum.* Cohorteſque duas, alteram tenere fauces vallis, per quam deferretur amnis, jubet: alteram viam inſidere, quæ ab urbe per tumuli obliqua in agros ferret. [4] ipſe expeditos, qui pridie ſtationes hoſtium pepulerant, ad levem armaturam [5] infimo ſtantem ſupercilio ducit. [6] Per aſpreta primo, nihil aliud quam via impediti iere. deinde ut ſub ictum venerunt, telorum primo omnis generis vis ingens effuſa eſt in eos: ipſi contra, ſaxa, quæ locus ſtrata paſſim, omnia ferme miſſilia, præbet, ingerere, non milites ſolum, ſed etiam turba calonum immixta armatis. Cæterum quamquam aſcenſus difficilis erat, & prope obruebantur telis ſaxiſque, [7] aſſuetudine tamen ſuccedendi muros, & pertinacia animi, ſubierunt primi. Qui, ſimul cepere aliquid æqui loci, ubi firmo conſiſterent gradu, levem & concurſatorem hoſtem, atque inter-

1 *Non virtutis aut armorum ſtare*] Idem: *non virtutis armorumque.* mutatum Rhenano. *J. Fr. Gron.*

2 *Nec mare quidem*] Legendum vel contra MSS. *nec tumulos, nec arcem, ne mare quidem.* Vide ad 29, 12. Macrobius in principio commentarii ad Scipionis ſomnium: *Sine qua non ſolum reſpublica, ſed nec exiguus hominum cœtus, ne domus quidem parva conſtabit.* Ita enim illic quoque legimus pro varia ſcriptura. *Jac. Gron.*

3 *Quas cepiſſent, hoſtibus*] Et hoc Rhenani. Noſtri omnes: *ad id fore altitudines, quas cepiſſent hoſtes, ut per præcipitia & prærupta ſalientes fugerent.* J. Fr. Gron.

4 *Ipſe expeditos ad levem armatur. infim. ſtant. ſup. ducit*] Polybius: ὁ δὲ γεσφυρώσας τὴν πύλην τοὺς ὁπλίτας ἐξαγαγὼν, ἐπέλθοι προσβάλλειν πρὸς τὸν ὄχθον, καὶ παλαιστρίζειν τὴν τῶν πολεμίων ἐφεδρείαν. *Sigonius.*

5 *Infimo ſtantem ſupercilio*] Mur. *in infimo.* MS. Gud. *in ſumme.* Forte, *in imo.* J. Fr. Gron.

6 *Per aſpreta primo nihil*] Scripti: *Per aſpera primo nihil aliud quam via impediti iere. deinde ut ſub ictum venerunt telorum.* Quidam & *prima*, Nonnulli recentiores tamen *jactum.* Idem.

7 *Et aſſuetudine ſucced.*] Vet. lib. *aſſuetudine tamen ſuccedendi.* Sigonius.

intervallo tutum, quum procul missilibus pugna eluditur, instabilem eundem ad cominus conserendas manus, expulerunt loco: [1] & cum cæde magna in aciem altiori superstantem tumulo impegere. Inde Scipio jussis adversus mediam evadere aciem victoribus, cæteras copias cum Lælio dividit; atque eum parte dextra tumuli circumire, donec mollioris ascensus viam inveniret, jubet. [2] ipse ab læva, circuitu haud magno, in transversos hostes incurrit. Inde primo turbata acies est, dum ad circumsonantem undique clamorem flectere cornua & obvertere ordines volunt. Hoc tumultu & Lælius subiit, & dum pedem referunt, ne ab tergo vulnerarentur, laxata prima acies, locusque ad evadendum & mediis datus est: qui per tam iniquum locum, stantibus integris ordinibus, elephantisque ante signa locatis, nunquam evasissent. Quum ab omni parte cædes fierent, Scipio, qui lævo cornu [3] in dextrum incucurrerat, maxime in nuda hostium latera pugnabat. Et jam ne fugæ quidem patebat locus. nam & stationes utrimque Romanæ dextra lævaque insederant vias: & portam castrorum ducis principumque fuga clauserat; addita trepidatione elephantorum, quos territos æque atque hostes timebant.
19 Cæsa igitur ad octo millia hominum. [4] Asdrubal jam antequam dimicaret, pecunia rapta, elephantisque præmissis, quam plurimos poterat de fuga excipiens; præter Tagum flumen ad Pyrenæum tendit. Scipio castris hostium

1 *Et cæde magna*] Omnes: *& cum cæde magna in aciem altiori superstantem.* J. Fr. Gron.

2 *Ipse ab læva c. h. m. in t. hostes incurrit*] Polybius: τὸν δ' λοιπὸν ἱππὸν ἔχων, αὐτὸς ἀφελθὼν ἐπὶ πολὺ κύκλῳ τὸ λαιὸν ἐπ' ἐσχατιῶν, ἐφεσίβαλλε τοῖς Καρχηδονίοις. *Sigonius.*

3 *In dextrum incucurrerat*] Ita scriptum invenimus Cantabrigiæ, idemque integre notavit Salmasius ex Put. Quid igitur nos moraretur lævitas edentium *incurrerat?* Jac. Gron.

4 *Asdrubal jam antequam dimicaret, pecunia rapta --- ad Pyrenæum tendit*] Polybius: Ἀσδρύβας δ' ἐκ τῆς ἐξαιρέσεως ἀλογισμὸν ποιησάμενος κλινόσας καὶ λαμπραμμένας τὰς ἀπὸ δυνάμεως, τὸ μὲν ψυχομαχεῖν μέχρι τῆς ἐσχάτης ἐλπίδος ἀπεδοκίμασε· λαβὼν δὲ τά τε χρήματα καὶ τοὺς θηρία, καὶ τῶν φυγόντων ὅσους ἐδύνατο πλείστους διασωσάμενος, ἐποιεῖτο τὴν ἀναχώρησιν ἐπὶ τὸν Τάγον ποταμόν, ὡς ὅτι τὰς Πυρηναίους ὑπερβολάς. *Sigon.*

1 In

ſtium potitus, quum præter libera capita omnem prædam militibus conceſſiſſet; [1] in recenſendis captivis decem millia peditum, duo millia equitum invenit. ex iis Hiſpanos ſine pretio omnes domum dimiſit. Afros vendere quæſtorem juſſit. Circumfuſa inde multitudo Hiſpanorum & ante deditorum, & pridie captorum, [2] regem eum ingenti conſenſu appellavit. Tum Scipio, ſilentio per præconem facto, [3] *ſibi maximum nomen imperatoris eſſe* dixit, *quo ſe milites ſui appellaſſent. regium nomen alibi magnum*, [4] *Romæ intolerabile eſſe. Regalem animum in ſe eſſe; ſi id in hominis ingenio ampliſſimum ducerent*, [5] *tacite judicarent; vocis uſurpatione abſtinerent.* Senſere etiam barbari magnitudinem animi; cujus miraculo nominis alii mortales ſtuperent, id ex tam alto faſtigio aſpernantis. Dona inde regulis principibuſque Hiſpanorum diviſa, & ex magna copia captorum equorum trecentos, quos vellet, eligere Indibilem juſſit. Quum Afros venderet juſſu imperatoris quæſtor, puerum adultum inter eos forma inſigni, quum audiſſet regii generis eſſe, ad Scipionem miſit. quem quum percunctaretur Scipio, *quis, & cujâs, & cur id ætatis in caſtris fuiſſet*; [6] *Numidam eſſe*, ait, *Maſſivam populares vocare.* [7] *orbum à patre factum* [8] *apud maternum avum*

1 *In recenſ. captivis decem mill. pedit. duo mill. equit. invenit*] Polybius: σωμάτων τὲ τ αἰχμαλώτων πλῆθος, ὃν ἦσαν πεζοὶ μὲν εἰς μυρίους, ἱππεῖς δ καὶ πλείους διχιλίων. Sigonius.

2 *Regem eum ingenti conſenſu appellavit*] Polybius: ὑπ' ὄ τὰς εὐθὺξεις βασιλέα προσηγόρευσαν τὸν Πόπλιον. Et poſt: μὲ' ὃ ἅπαντες μάλιστα βασιλέα προσεφωνήσαν. Idem.

3 *Sibi maximum nomen imperatoris eſſe*] Polybius: παρήγγειλε βραχὺ περὶ αὐτοῦ προσφωνεῖν. Idem.

4 *Roma intolerandum eſſe*] Iterum omnes Gall. & Pall. nolente Rhenano: *intolerabile eſſe*. Neque ignoro apud Ciceronem 3 de Offic. *Nihil quod homini accidere poſſit, intolerandum putare*: neque infra in noſtro, *intoleranda libidine*: ſed quæ ſit antiquiſſima lectio agitur. J. Fr. Gron.

5 *Tacite judicarent*] Vet. lib. *tacitè judicarent*. Sigonius.

6 *Numidam ſe eſſe ait*] Veter. lib. *Numidam ſe lacrymans eſſe ait*. Idem.

Numid. ſe lacrymans eſſe ait] Put. Voſſ. Pal. unus aliique meliores: *Numidam eſſe, ait, Maſſivam populares vocare*. Alii: *Numidam ſe eſſe ait*. Nuſpiam *lacrimans*, ab Sigonio infertum. J. Fr. Gron.

7 *Orbum à patre factum*] Cantabr. ſolus in tanto membranarum numero, *orbum à patre relictum*. 1, 34. *Annus prior quam pater moritur, uxore gravida relicta*. 21. 4. *Servus populi Romani*

avum Galam regem Numidarum educatum : cum avunculo Maſiniſſa, qui nuper cum equitatu ſubſidio Carthaginienſibus veniſſet, in Hiſpaniam trajeciſſe. Prohibitum propter ætatem à Maſiniſſa, numquam ante prœlium iniiſſe. [1] *Eo die, quo pugnatum cum Romanis eſſet, inſcio avunculo clam armis equoque ſumpto in aciem exiſſe : ibi prolapſo equo effuſum in præceps, captum ab Romanis eſſe.* Scipio quum aſſervari Numidam juſſiſſet, quæ pro tribunali agenda erant, peragit. inde quum ſe in prætorium recepiſſet, vocatum eum interrogat, *velletne ad Maſiniſſam reverti?* quum effuſis gaudio lacrimis, *cupere vero*, diceret; tum puero annulum aureum, tunicam lato clavo cum Hiſpano ſagulo, & aurea fibula equumque ornatum donat, juſſiſque proſequi quoad vellet equitibus dimiſit. De bello inde conſilium habitum. & [2] auctoribus quibuſdam, ut confeſtim Aſdrubalem perſequeretur; anceps id ratus, [3] ne Mago atque Aſdrubal cum eo jungerent copias, [4] præſidio tantum ad inſidendum Pyrenæum miſſo, ipſe reliquum æſtatis recipiendis in fidem Hiſpaniæ populis abſumpſit. Paucis poſt

mani à patre relictus. 22, 26. *Pecunia à patre relicta.* 27, 33. *Duo conſules ſine memorando prælio interfecti velut orbam rempublicam reliquerant.* 39, 9. *Ebutius pupillus relictus.* Et cap. 29. *Ob has cauſas bellum à patre relictum.* Non potuit aliter nunc ſcripſiſſe Livius. Saltem veriſimile non eſt. Adde noras 34, 58. Immo non aliter, quam à nobis nunc reſtitutum, allegat hæc verba Octav. Falconerius ad nummum Apamenſem, ubi παράφραμα Livii ſuggeſtum ipſi ab Alexandro Pollino publicat in cognatione Maſſivæ & Maſiniſſæ; utpote is, qui Maſiniſſam nunc vocat avunculum ſuum, cum Maſiniſſa agnoſcit infra lib. 28 fratris filium. In quod videtur induxiſſe Livium vox Græca ἀδελφιδοῦς, quam in hac hiſtoria adhibuit auctor Græcus à noſtro converſus. *Jac. Gron.*

8 *Apud maternum avum Galam regem Numidarum educatum*] Put. & Voſſ. *eductum.* Ut & lib. 21 cap. 43. *In prætorio patris clariſſimi imperatoris prope natum, certe eductum.* J. Fr. Gronovius.

1 *Eo die ſe, quo pugnatum cum Romanis eſſet*] Omnes Gall. & duo Pall. & Voſſ. deſecant τὸ *ſe.* Et melius abeſſe judicamus. *Idem.*

2 *Auctoribus quibuſdam, ut confeſtim Aſdrubalem perſequeretur*] Pet. *proſequeretur.* Melius Pet. Put. reg. Men. Voſſ. *conſequeretur.* Sed abolevit Rhenanus. *Idem.*

3 *Ne Mago atque Aſdrubal*] Mur. & Gudianus: *ne Mago atque alter Haſdrubal.* Idem.

4 *Præſidio tantum ad inſid. Pyren. miſſo*] Polybius: ὅπως ὁ τὰς παρόδους τῶν Πυρηναίων ὄρων ἐξαποστείλας τοὺς παρόντας τῶν Ἀσδρούβαν. *Sigon.*

1 *Cum*

poſt prœlium factum ad Bæculam diebus, [1] quum Scipio rediens jam Tarraconem ſaltu Caſtulonenſi exceſſiſſet; Aſdrubal Giſgonis filius & Mago imperatores ex ulteriore Hiſpania ad Aſdrubalem venere; ſerum poſt male geſtam rem auxilium; conſilio in cætera exſequenda belli haud parum opportuni. Ibi conferentibus, quid in cujuſque provinciæ regione animorum Hiſpanis eſſet, unus Aſdrubal Giſgonis, ultimam Hiſpaniæ oram, quæ ad Oceanum & Gades vergit, ignaram adhuc Romanorum eſſe; eoque Carthaginienſibus ſatis fidam cenſebat. Inter Aſdrubalem alterum & Magonem conſtabat, *beneficiis Scipionis occupatos omnium animos publice privatimque eſſe: [2] nec tranſitionibus finem ante fore, quam omnes Hiſpani milites aut in ultima Hiſpaniæ amoti, aut traducti in Galliam forent. Itaque etiamſi ſenatus Carthaginienſium non cenſuiſſet, eundum tamen Aſdrubali fuiſſe in Italiam, ubi [3] belli caput rerumque ſumma eſſet: ſimul ut Hiſpanos omnes procul ab nomine Scipionis ex Hiſpania abduceret. exercitum ejus cum tranſitionibus, tum adverſo prœlio imminutum, [4] Hiſpanis repleri militibus. Et Magonem, Aſdrubali Giſgonis filio tradito exercitu, ipſum cum grandi pecunia ad conducenda mercede auxilia in Baleares trajicere. Aſdrubalem Giſgonis cum exercitu penitus in Luſitaniam abire: nec cum Romanis manus conſerere. Maſiniſſæ ex omni equitatu quod roboris eſſet, tria millia equitum expleri: eumque vagum per citeriorem Hiſpaniam ſociis opem ferre, hoſtium oppida atque agros populari.* his decretis, ad exſequenda quæ ſtatuerant, duces digreſſi. Hæc eo anno in Hiſpania acta. Romæ fama Scipionis indies creſcere.

Fabio

1 *Cum Scipio red. jam Tarrac. ſaltu Caſtul. exceſſiſſet*] Vet. lib. *cum Scipio rediens Tarraconem ſaltu Caſtulonenſi jam exceſſiſſet.* Polybius: ἀνιχνίσαν μὲν τὴν διάνοιαν εἰς Ταρρακῶνα ἐκ πάντοις τοῖς πάτοις πορευόμενος ἐπιθήσεσθαι. Sigonius.

2 *Nec tranſitionis finem ante fore*] Conſtanter omnes Gall. Pall. Voſſ. ut & priſcæ editiones: *tranſitionibus.* J. Fr. Gron.

3 *Belli caput & rerum*] Gall. *ubi belli caput rerumque ſumma.* Idem.

4 *Hiſpaniæ repleri*] Scripti & vett. edd. *Hiſpanis repleri militibus.* Idem.

Fabio Tarentum captum aſtu magis quam virtute, gloriæ tamen eſſe. Fulvii ſeneſcere fama. Marcellus etiam adverſo rumore eſſe, ſuper quam quod primo male pugnaverat, quia vagante per Italiam Annibale, [2] media æſtate Venuſiam in tecta milites abduxiſſet. [3] Inimicus erat ei C. Publicius Bibulus tribunus plebis. Is jam à prima pugna, quæ adverſa fuerat, aſſiduis concionibus infamem invisumque plebei Claudium fecerat, & jam [4] de imperio abrogando ejus agebat: [5] quum tamen neceſſarii Claudii obtinuerunt, ut relicto Venuſiæ legato, Marcellus Romam rediret [6] ad purganda ea, quæ inimici

1 *Fabio Tarentum captum aſtu magis quam virtute*] Men. & Pal. *captum ingenio magis quam virtute*, quæ Andreæ Aldinæque eſt, & omnium ante Rhenanum. Regius, aliique meliores: *captum magu*, omiſſa voce *aſtu*, Put. *captumagu quam*. Scribe: *Fabio Tarentum captum aſtu quam virtute*. Et intellige *magu*. J. Fr. Gron.

2 *Media aſtate Venuſiam in tecta milites abduxiſſet*.] Plutarchus *Sinueſſam* edit pro *Venuſia*; ἀλλὰ τῷ χολῷ εἰς Καμπανίαν ἀνιζεύξει, ἡ τὸ Διέβης ἐν Σινοέσσῃ διήλθε, καὶ ἀναλαμβάνων τὰς σπείρας. *Sigonius*.

3 *Inimicus erat ei C. Public. Bib. trib. pl.*] Plutarchus: οἱ δ' ἐχθροὶ Πυβλίκιον Βίβλον ἕνα τῶν δημάρχων ἀνέπεισαν ὀργὴ καταγωγίαν αὐτοῦ. Lapides Capitolini *Poblicius*. Idem.

4 *De imperio abrogando ejus agebat*.] Ipſe poſitus pronominis oſtendit hic quoque *ei* ſcriptum ab Livio fuiſſe: non modo mox, ubi vidit monuitque Sigonius ſcribendum: *de imperio ei abrogando*: etſi *ejus* omnes libri. J. Fr. Gron.

5 *Cum tamen*] Vet. lib. *tum tamen*. Sigonius.

Quum tamen neceſſarii Cl.] Sigonius: *tum tamen*. Voſſ. *cum tam*. Gud. *cum tamen*. Forte: *cunctanter neceſſarii*. 1, 36. *tum illum haud cunctanter diſcidiſſe ceteri*. J. Fr. Gron.

6 *Ad purganda ea, quæ inimici objicerent*] Put. rec. Pet. melior, Men. Pal. Voſſ. Andreas: *quæ inimici decernerent*. Non temere eſt, neque auſim improbare. Significat ſententias in ſenatu iniquas, quibus lacerabatur abſens Marcellus. Aſconius in orationem Ciceronis de toga candida, ad illa verba: *Nec ſe jam tum reſpexit, quum graviſſimis veſtris decretis abſens notatus eſt. Catilina ex prætura Africam provinciam obtinuit, quam quum graviter vexaſſet, legati Afri in ſenatu jam tum abſente illo queſti ſunt, multaque gravia ſententiæ in ſenatu de eo dicta ſunt.* Noſter lib. 29. *Non Pleminius modo, ſed etiam Scipio principum orationibus lacerari.* Eſt autem ſententiæ *decernere* etiam ſine effectu. Cicero lib. 1 Fam. 3. *Hortenſii & Luculli & mea ſententia tibi decernit, ut regem reducas.* Lib. 3 de Legib. ex *Craſſi ſententia, quam eſt ſecutus ſenatus, cum decreviſſet* &c. Noſter lib. 30. *E tribus una de pace legatos ad Scipionem decernebat, altera Annibalem revocabat, tertia reparandum exercitum Syphacemque erudum, ne bello abſiſteret, cenſebat: hæc ſententia vicit.* Appuleius Apolog. *Quoniam, ut res eſt, majus piaculum decerno, ſperabam philoſopho quam Cereris mundum profano videre.* Neque offendat quemquam illa ἀνωμαλία *ad purganda quæ decernerent*: quum non quæ decernerentur,

ci decernerent: [1] nec de imperio ejus abrogando abſente ipſo ageretur. Forte ſub idem tempus & Marcellus ad deprecandam ignominiam, & Q. Fulvius conſul comitiorum cauſa Romam venit. [2] Actum de imperio Mar- 21
celli in circo Flaminio eſt, ingenti concurſu plebiſque & omnium ordinum. [3] Accuſavitque tribunus plebis, non Marcellum modo, ſed omnem nobilitatem. *Fraude eorum & cunctatione fieri, ut Annibal decimum jam annum Italiam provinciam habeat: diutius ibi quam Carthagine vixerit. Habere fructum imperii prorogati Marcello populum Romanum. bis cæſum exercitum ejus, æſtiva Venuſiæ ſub tectis agere.* Hanc tribuni orationem ita obruit Marcellus commemoratione rerum ſuarum, ut non rogatio ſolum de imperio ejus abrogando antiquaretur, ſed poſtero die conſulem eum ingenti conſenſu centuriæ omnes crearent. Additur collega T. Quintius Criſpinus, qui tum prætor erat. Poſtero die prætores creati [4] P. Licinius Craſſus Dives, pontifex maximus, P. Licinius Varus, Sex. Julius Cæſar, [5] Q. Claudius Flamen. Comitiorum ipſorum diebus ſolli-

rentur, ſed crimina, ob quæ decernerentur, eſſent purganda. Nam ejuſmodi eſt illud Ciceronis 1 ad Att. 13. *Vereor, ne hoc, quod infectum eſt, ſerpat longius.* Videlicet locus macula inquinatus non ipſe ſerpit, ſed macula vicina corripiendo. Suetonius Veſpaſiano: *Ruderibus purgandis manus primus admovit.* At locus purgabatur proprie, ruderibus ſeu reliquiis prioris delubri in paludes avectis, ut in eadem re Tacitus. Martialis lib. 4. *Quotidianam reſice nauſeam nummis.* Neque enim nauſea reficitur, ſed is qui à nauſea curatur. Tale eſt Catulli: *Inuſta tibi turpiter flagella conſcribillent.* Ubi Scaliger: *inurere noram*, recta Latinitas patitur: concedam etiam *inurere plagam* & *urere flagra*: at *inurere flagra*, ne infimæ quidem vetuſtatis ſcriptores unquam dixerunt. Nos tamen illum falli putamus: immo hoc genus optimis ſcriptoribus uſurpatum ad Statium in Diatribe & Elencho demonſtravimus. *J. Fr. Gron.*

1 *Nec ab imperio ej. abrog.*] Vet. lib. *nec de imperio ejus.* Malim tamen, *ei.* Nam *abrogare alteri imperium* dicitur, & magiſtratum. *Sigonius.*

2 *Actum de imp. Marc. in circo Flam. eſt*] Plutarchus: Ἐπὶ δήμου συνιόντος εἰς τὸ Φλαμίνιον ἱππόδρομον. *Id.*

3 *Accuſavit tribunus plebis*] Omnes Gall. & Pall. *Accuſavitque.* Et ſic maneat, licet aliter placitum Beato. *J. Fr. Gron.*

4 *P. Licinius Craſſus Dives*] Put. reg. Men. Pal. Voſſ. *P. Licinius Craſſus diverſo pontifex.* Alter Pal. *P. Licinius Craſſus Druſo.* Tertius controverſum vocabulum omnino omittit. Sed hæc ludibria librariorum ſunt. *Idem.*

5 *Q. Claudius Flamen*] Veter. lib. *Q. Clem.*

ſollicita civitas de Etruriæ defectione fuit. Principium ejus rei ab Arretinis fieri, C. Calpurnius ſcripſerat, qui eam provinciam [1] proprætor obtinebat. [2] Itaque confeſtim eo miſſus Marcellus conſul deſignatus, qui rem inſpiceret; ac, ſi digna videretur, exercitu accito bellum ex Apulia in Etruriam transferret. Eo metu compreſſi Etruſci quieverunt. Tarentinorum legatis pacem petentibus cum libertate ac legibus ſuis, reſponſum ab ſenatu eſt, ut redirent quum Fabius conſul Romam veniſſet. Ludi & Romani & plebeii eo anno [3] in ſingulos dies inſtaurati. Ædiles curules fuere L. Cornelius Caudinus, & Servius Sulpicius Galba: plebeii, C. Servilius, & Q. Cæcilius Metellus. Servilium negabant jure aut tribunum plebis fuiſſe, aut ædilem eſſe; quod patrem ejus, quem triumvirum agrarium occiſum à Boiis circa Mutinam eſſe, opinio per decem annos fuerat, vivere, atque
22 in hoſtium poteſtate eſſe ſatis conſtabat. Undecimo anno Punici belli conſulatum inierunt M. Marcellus quintum (ut numeretur conſulatus, quem vitio creatus non geſſit) & T. Quintius Criſpinus. Utrique conſulum Italia

Q. Claudius Flaminius. Suſpicor, *Flamininus* legendum, eumque eſſe, de quo priore libro dixit, *C. Claudius Flamen dialis, quod exta perperam deleverat, Flaminio abiit*, atque inde cognomen inveniſſe, quod *Quintii* etiam tulerunt. *Sigonius.*

Q. Claudius Flamen] Sine cognomine, *Q. Claudius*, omnes Gall. Pall. Voſſ. tenent, omiſſo *nu Flamen.* Sequenti tamen capite etiam libri noſtri: *Q. Claudio Flamini*, aut *Flaminio.* Sigonius vult eſſe *Flamininus*, quia flaminem Dialem fuiſſe ſuſpicatur. Sed Quintii non patiuntur ſuum hoc proprium cognomen cum Claudiis communicari. Neque hæc ratio eſt conveniens, quod quis flamen fuerit, ideo dici *Flamininum.* Sed hoc poteſt colligi, qui *Flamen* dictus fuit, eum poſteros relinquere *Flamininos*, ut *Corvus* reliquit *Corvinos.* Retineo igitur cum libris *Flamini*: etenim ſi *Sacerdotes* quidam proprio nomine dicti, ſi *Curiones*, cur non etiam *Flamines?* Buſlid. Andreas & Aldina *Flaminium* appellant. *J. Fr. Gron.*

1 *Proprator obtinebat*] Voſſ. per notas *ppr* primam vocem exhibet, ſed in margine additum *pretore*. Gud. *proprætore.* Idem.

2 *Itaque confeſtim*] Cantabrig. *Atque.* Reputa, utrum pro ſcribæ ludibrio habendum, an apponendum illis, quæ notata ſunt 26, 39. *Jac. Gron.*

3 *Singulos dies inſtaurati*] Vet. lib. *in ſingulos dies.* recte. ſic enim ſemper alibi loquitur, non eſt opus exemplis. *Sigonius.*

1 *Duo*

Digitized by Google

Italia decreta provincia eſt, & [1] duo conſulum prioris anni exercitus: tertius tum erat Venuſiæ, cui M. Marcellus præfuerat. ita ut ex tribus eligerent duos quos vellent: tertius ei traderetur: cui Tarentum & Salentini provincia eveniſſet. Cæteræ provinciæ ita diviſæ prætoribus. P. Licinio Varo urbana, P. Licinio Craſſo pontifici maximo peregrina, & quo ſenatus cenſuiſſet: Sex. Julio Cæſari Sicilia, Q. Claudio Flamini Tarentum. Prorogatum imperium in annum eſt Q. Fulvio Flacco, ut provinciam Capuam, quæ T. Quintii prætoris fuerat, cum una legione obtineret. prorogatum & C. Hoſtilio Tubulo eſt, ut proprætor in Etruriam ad duas legiones ſuccederet C. Calpurnio. Prorogatum & L. Veturio Philoni eſt, ut proprætor Galliam eandem provinciam cum iiſdem duabus legionibus obtineret, quibus prætor obtinuiſſet. Quod in L. Veturio, idem in C. Aurunculeio decretum ab ſenatu, latumque de prorogando imperio ad populum eſt, qui prætor Sardiniam provinciam cum duabus legionibus obtinuerat. [2] additæ ei ad præſidium provinciæ, quinquaginta longæ naves, quas P. Scipio ex Hiſpania miſiſſet. Et P. Scipioni, & M. Silano ſuæ Hiſpaniæ, ſuique exercitus in annum decreti. Scipio, ex octoginta navibus, quas aut ſecum ex Italia adductas aut captas Carthagine habebat, quinquaginta in Sardiniam tranſmittere juſſus. quia fama erat, magnum navalem apparatum eo anno Carthagine eſſe: ducentis navibus omnem oram Italiæ, Siciliæque ac Sardiniæ impleturos. Et in Sicilia ita diviſa res eſt. Sex. Cæſari exercitus Cannenſis eſt datus. M. Valerius Lævinus (ei

1 *Duo conſulum prioris anni*] Voci *conſulum* lineolam pater ſubduxit. Opinor, quia non admodum decens eſt illa hujus vocis repentina iteratio, placuiſſe ei Voſſiani codicis ſcripturam *duo conſulares prioris anni exercitus*. Jac. Gron.

2 *Additæ ei ad præſidium*] Omnes Gall. & Voſſ. *additum*: deinde nuſquam τὸ *longæ*. Scribe: *Additum ei & præſidium provinciæ quinquaginta naves*. Hæ κατ' ἐπεξήγησιν dicuntur ipſæ *præſidium*, quod illi provinciæ additum eſt. *J. Fr. Gron.*

1 *Ei*

Digitized by Google

(1 ei quoque enim prorogatum imperium eſt) claſſem quæ ad Siciliam erat navium ſeptuaginta obtineret. Adderet eo triginta naves, quæ ad Tarentum priore anno fuerant. cum ea centum navium claſſe, ſi videretur ei, prædatum in Africam trajiceret. Et P. Sulpicio, ut eadem claſſe Macedoniam Græciamque provinciam haberet, prorogatum in annum imperium eſt. De duabus, quæ ad urbem Romam fuerant, legionibus, nihil mutatum. Supplementum, 2 quo opus eſſet, ſcriberent conſules, permiſſum. Una & viginti legionibus eo anno defenſum imperium Romanum eſt. Et 3 P. Licinio Varo prætori urbis negotium datum, *ut naves longas triginta veteres reficeret, quæ Oſtiæ erant, & viginti novas naves* 4 *ſociis navalibus impleret: ut quinquaginta navium claſſe oram maris vicinam urbi Romanæ tueri poſſet.* C. Calpurnius vetitus ab Arretio movere exercitum niſi cum ſucceſſor veniſſet. 5 Idem & Tubulo imperatum, ut inde præcipue ca-
23 veret, ne qua 6 nova conſilia caperentur. Prætores in provincias profecti. Conſules religio tenebat, quod prodigiis aliquot nunciatis, non facile litabant. 7 Et ex Campania

1 *Ei quoque enim in annum prorogatum imperium eſt*] Et hic vò *in annum* cancellant omnes Gall. duo Pall. Voſſ. *J. Fr. Gron.*

2 *Quo opus eſſent, ut ſcriberent, conſulibus permiſſum*] Put. reg. Men. Voſſ. *ſupplementum, quo opus eſſet, ſcriberent conſules, permiſſum.* Idem.

3 *P. Licinio Varo prætori urbis*] Putean. *praetori urbem.* Pet. *urbano.* Idem.

4 *Sociis navalibus compleret*] Omnes Gall. unus Pal. Voſſ. Andreas & Aldina: *impleret.* Idem.

5 *Idem & Tubulo imperatum*] Non poterat hoc Tubulo imperari, qui tum primum in provinciam erat profecturus initio anni ſui, quo tempore nondum æquum erat de ejus ſucceſſore cogitari. Potuiſſet enim illi prorogari imperium. Et indignum erat toto imperii ſui anno uni urbi non oppugnandæ ſed cuſtodiendæ alligari; quapropter etiam cap. ſeq. Varro cum imperio ad eam præſidio obtinendam extra ordinem eſt miſſus ut Tubulus *cum cetero exercitu totam provinciam peragraret, & caveret, ne qua occaſio novari cupientibus res daretur.* Scripſit Livius: *Eidem & Tubulo imperatum:* ſcil. Calpurnio, antequam adveniret Tubulus. *Jac. Perizonius.*

6 *Nova conſilia orirentur*] Put. reg. Voſſ. Men. duo Pall. *ne qua nova conſilia caperentur.* J. Fr. Gron.

7 *Ex Campania*] Vet. lib. *Et ex Campania nunciata erant.* Sigonius.

Et ex Campania nuntiata erant] Sic omnes Gall. Pal. unus, Voſſ. & Sigonianus. Vulgo deeſt copulativa. *J. Fr. Gron.*

1 *Mura*

pania nunciata erant, Capuæ duas ædes, Fortunæ, & Martis, & sepulchra aliquot de cœlo tacta. Cumis (adeo minimis etiam rebus prava religio inserit Deos) [1] mures in æde Jovis aurum rosisse. Casini examen apum ingens in foro consedisse. [2] Et Ostiæ murum portamque de cœlo tactam. Cære vulturium [3] volasse in ædem Jovis. Vulsiniis sanguine lacum manasse. Horum prodigiorum caussa diem unum supplicatio fuit. Per dies aliquot hostiæ majores sine litatione cæsæ, diuque non impetrata [4] pax Deum; in capita consulum, republica incolumi, exitiabilis prodigiorum eventus vertit. Ludi Apollinares Q. Fulvio, Ap. Claudio consulibus à P. Cornelio Sulla prætore urbis primum facti erant. inde omnes deinceps prætores urbani fecerant: sed in unum annum vovebant, dieque incerta faciebant. Eo anno [5] pestilentia gravis incidit in urbem agrosque: quæ tamen magis in longos morbos quam in perniciales evasit. Ejus pestilentiæ caussa, & supplicatum per compita tota urbe est, & P. Licinius Varus prætor urbis legem ferre ad populum jussus, ut hi ludi in perpetuum in statam diem vovercntur. [6] Itaque ipse primus ita vovit, fecitque

1 *Mures in æde Jovis aurum rosisse*] Plutarch. in Marcello: καὶ μύες ἐν ἱερῷ Διὸς χρυσὸν κατέφαγον. *Sigonius.*

2 *Et Ostiæ murum*] In Cantabrig. primum notavi *hostis.* Sic postea vidi patrem ex Voss. Sed & Salmasius ex Put. *ostis*, addito: *lege, ostiæ*: immo MSS. volunt *& Ostiis.* sive ita intelligas, inde nunciabantur, sicut ante *Cumis*; sive illic accidisse; de ταῖς *Ostia* plurali neutro vide ad librum IX. *Jac. Gron.*

3 *Volasse in ædem Jovis*] Optimi: *Care vulturium volasse in æde Jovis.* J. Fr. Gron.

4 *Pax deum, in capita*] Distingue: *Per dies aliquot majores hostiæ sine litatione cæsæ; diuque non impetrata pax deum. In capita consulum republica incolumi, exitiabilis prodigiorum eventus vertit.* Idem.

5 *Pestil. gravis incidit per urbem*] Redde tuam vocem, *incidit in urbem.* sic enim veteres, quos legi, habent libri. *Sigonius.*

Pestilentia gravis incidit in urbem] Nihil mutant omnes nostri, nisi quod Put. Pet. Men. & Pal. unus: *in perniciabiles.* Regius *exitiabiles.* Rhenanus: *incidit per urbem agrosque*; &, *magis in longis quam interniciales morbos evasit.* Curtius lib. 7. *Nix plurimorum oculis præcipue perniciabilis fuit.* Alterum habet Lucretius: *Nunquam sine perniciali Discidio potis est sejungi.* J. Fr. Gron.

6 *Itaque ipse primus ita vovit*] Optimi: *Is ipse primus* relegato τῷ *Itaque*,

que [1] ante diem III Non. Quintil. is dies deinde ſolen-
24 nis ſervatus. De Arretinis, & fama indies gravior, & cura creſcere Patribus. Itaque C. Hoſtilio ſcriptum eſt, ne differret [2] obſides ab Arretinis accipere: & cui traderet Romam deducendos, C. Terentius [3] Varro cum imperio miſſus. qui ut advenit, extemplo Hoſtilius legionem unam, quæ ante urbem caſtra habebat, ſigna in urbem ferre juſſit, præſidiaque locis idoneis diſpoſuit, tum in foro citatis ſenatoribus obſides imperavit. Quum ſenatus biduum ad conſiderandum peteret tempus, aut ipſos extemplo dare, aut ſe poſtero die ſenatorum omnes liberos ſumpturum, edixit. inde portas [4] cuſtodire juſſi tribuni militum, præfectique ſocium & centuriones, ne quis

longe magis ad meum guſtum. Voſſianus quoque: *Ipſe primus.* J. Fr. Gr.

1 *Ad III Non. Quint.*] Scribe ex omnium librorum veterum auctoritate, *ante diem tertium Nonas Quintiles*, cujus locutionis vim non intelligens Rhenanus mutavit, & depravavit. Eſt autem *ante diem tertium Nonas*, idem atque III *Nonas*, id eſt, tertio die ante Nonas. integram hanc fuiſſe Latinam dicendi formam indicat etiam Plutarchus in Numa, qui ſcribit Romam conditam πρὸ δεκα μιᾶς Καλανδῶν Μαΐων, id eſt, *ante diem undecimum Kalendas Maias*, & in Poplicola pugnatum cum Tarquiniis eſſe πρὸ μιᾶς Καλανδῶν Μαρτίων, id eſt, *ante unum Kalendas Martii*, id eſt, pridie K. Martii. Et Dionyſius libro ſexto creatos ait tribunos plebis: τετάρτῃ πρὸ τῆς Εἰδῶν Δεκεμβρίων, quod poſt Livius lib. 34 ait, *ante diem quartum Idus Decembres*. Itaque cum dicimus, *ad III*, *ad IIII*, puto mendoſe dici, dividendaſque literas eſſe, ita: A. D. id eſt, *ante diem*. Sigonius.

2 *Obſides ab Arretinis accipere: cui traderet*] Sic Rhenanus. At noſtri omnes Gall. Voſſ. Pall. *accipere: & cui traderet*. J. Fr. Gron.

3 *Varro imperio miſſus*] Caſtiga, *cum imperio*. Sigonius.

4 *Cuſtodire juſſit tribunos militum præfectoſque ſocium & centuriones*] Ab Rhenano eſt hæc lectio, ut conſuleret ſyntaxi: nam *jubeo tibi facere*, ſoloecum cenſent omnes docti. Vulgata olim, quam ſervant omnes MSS. Gall. & Pall: ab nobis conſulti, excepto ſolo antiquiſſimo: *cuſtodire juſſit tribunis militum præfectiſque ſocium & centurionibus*. Videtur etiam ita loqui Curtius lib. 5, 6. *Tandem ſuis rex corporibus & cultu fœminarum abſtinere juſſit*. Acidalius *ſuos*: ſed & ſic remanet nodus in illo, *abſtinere corporibus*, ut vidit Freinshemius. Scribe, *abſtineri*: & *ſua corpora* intellige ſui juris, libera. Sic Marcellus capta parte Syracuſarum, *edixit militibus, ne quis liberum corpus violaret, cætera præda futura*, lib. 25. Plautus Perſa act. 4 ſc. 3. *Ita ancilla mea quæ fuit hodie, ſua nunc eſt*. Videbatur & Tacitus lib. 12 cap. 11. ſed correxit è MS. Pichena. An Julius Paullus juriſconſultus? Certe ei attribuitur in L. 26 De adq. vel omitt. hæredit. *Si ego & ſervus meus vel filius hæres inſtitutus ſit, ſi ille ſero filio vel ſervo adire; ſtatim & ex*

quis nocte urbe exiret. Id ſegnius, negligentiuſque factum. ſeptem principes ſenatus, prius quam cuſtodiæ in portis locarentur, ante noctem cum liberis evaſerunt. Poſtero die luce prima quum ſenatus in forum citari cœptus eſſet, deſiderati, bonaque eorum venierunt. à cæteris ſenatoribus centum viginti obſides, liberi ipſorum accepti, traditique C. Terentio Romam deducendi. Is omnia ſuſpectiora, quam ante fuerant, in ſenatu fecit. Itaque tamquam imminente Etruſco tumultu, legionem alteram ex urbanis Arretium ducere juſſus ipſe C. Terentius, eamque habere in præſidio urbis. C. Hoſtilium cum cætero exercitu placet totam provinciam peragrare, & cavere, ne qua occaſio novare cupientibus res daretur. C. Terentius ut Arretium cum legione venit, claves portarum quum magiſtratus popoſciſſet, negantibus iis comparere; fraude amotas magis ratus, quam negligentia intercidiſſe; ipſe alias claves omnibus portis impoſuit: cavitque cum cura, ut omnia in poteſtate ſua eſſent. Hoſtilium intentius monuit, ut in eo ſpem non moturos quicquam Etruſcos poneret, [1] ſi, ne quid moveri poſſit, caviſſet. De Tarentinis inde magna contentione in ſenatu actum coram Fabio; defendente ipſo quos ceperat armis, aliis infenſis, & pleriſque æquantibus eos Campanorum noxæ, pœnæque. Senatuſconſultum

ex mea inſtitutione me hæredem eſſe Pomponius ſcribit. Dubito: mallem tamen, *filium vel ſervum adire.* Quum & apud Juſtinianum π. 1 Inſt. de Fideicomm. hæred. *Juſſit conſulibus auctoritatem ſuam interponere:* librariorum puto, quum debuiſſent *conſules.* Nam apud Naſonem lib. 8 v. 752. *Famuloſque jubet ſuccidere ſacrum Robur:* τοῖόν σε ἔπφ· φύγῳ ἕρκος ὀδόντων, ὦ φιλότης, qui *famuliſque* cum uno malis. At potuiſſet eximius Rhenanus mitius quoque curare Livium ſuppoſito, *juſſis* pro *juſſit*, nulla labe vel ſententiæ vel orationis. Sed in antiquiſſimo omnium plane ac perſpicue, *tribuni militum præfectique ſocium & centuriones.* Unica litera præter hæc ſuperflua eſt; qua inducta habe germanum: *Inde portas cuſtodire juſſi tribuni militum præfectique ſocium, & centuriones, ne quis nocte urbe exiret.* J. Fr. Gron.

1 *Si, ne quid movere poſſent, præcaviſſet*] Omnes Gall. & Pal. unus: *ſi, ne quid moveri poſſet, caviſſet.* Quod cur ſpernerem, cauſſæ nihil erat. Sic ſupra *placet totam.* non *placuit.* Idem.

tum [1] in ſententiam Manii Acilii factum eſt, ut oppidum præſidio cuſtodiretur: Tarentinique omnes intra mœnia continerentur. res integra poſtea referretur, quum tranquillior ſtatus Italiæ eſſet. Et de M. Livio præfecto arcis Tarentinæ haud minore certamine actum eſt; [2] aliis ſenatuſconſulto notantibus præfectum, quod ejus ſocordia Tarentum proditum hoſti eſſet: aliis præmia decernentibus, quod per quinquennium arcem tutatus eſſet, maximeque unius ejus opera receptum Tarentum foret: me-

1 *In ſent. M. Acilii*] *M'. Acilii*, ut ſupra de eodem admonui. *Sigon.*

2 *Aliis ſententiis notantibus præfectum, quod* &c.] Vox, *ſententiis*, ſine dubio mendoſa eſt. Rhenanus, quia libros veteres, *ſocius* pro *ſententiis* habere legit, in eam opinionem venit, ut *ocii*, putarit eſſe legendum, quam lectionem adeo probavit, ut ejus etiam in Taciti caſtigationibus meminerit. Nos autem quia ſæpe mendoſe, *ſocius* pro *SC.* id eſt, *ſenatuſconſulto* eſſe invenimus, & quia librum etiam unum, *ſenatuſconſulto* aperte habere comperimus, *ſenatuſconſulto*, reponimus. Nam & ſenſus eſt optimus, & locutio Livio uſitata: ut libro vigeſimo quinto, *Ac per eum delata ad ſenatum, nec ullo ſenatuſconſulto notata.* Idem.

Aliis ſententiis notantibus præfectum] Optimus Rhenanus multum moliendo nihil emolitur, ſed vitioſo deceptus codice, qui pro *ſententiis* habebat *ſociis*, ut & fuit in uno ex Pall. vitium vitio mutat: *aliis ocii notantibus præfectum.* Præclare vero Sigonius: *aliis ſenatuſconſulto notantibus præfectum.* id eſt, notandum cenſentibus. Atque ea ſcriptura partim notis evidentibus, partim integra, comparet in Put. Pet. meliore, reg. Men. Pal. uno, Florentino optimo, Voſſ. Barberino. Quid autem cunctati ſunt editores credere Sigoniano codici in optima lectione, qui mendas ejus omnes pœne adoptarunt? Equidem quorum ſtomachus hac obvia vulgatam concoquere, eorum dentes vel ſilicem comeſſe poſſunt. Cicero lib. 7 ad Atticum ep. 9. *Aut addita cauſſa, ſi forte tribunus plebis ſenatum impediens aut populum incitans, notatus aut SC. circumſcriptus aut ſublatus aut expulſus ſit.* Philippica 3. *Si igitur Cæſar hoſtis, cur conſul nihil refert ad ſenatum? ſin ille à ſenatu notandus non fuit, quid poteſt dicere* &c. In Piſonem: *Qua eſt igitur pœna? quod ſupplicium? id, mea ſententia, quod accidere nemini poteſt, niſi nocenti: ſuſcepta fraus, impedita & oppreſſa mens, bonorum odium, nota juſta ſenatus, amiſſio dignitatis.* De provinciis conſular. *Itaque hanc ejus temeritatem ſenatus ſupplicatione negata notavit.* Adverſus competitores: *Nec ſe jam tum reſpexit, quum graviſſimis veſtris decretis abſens notatus eſt.* Familiarium lib. 12 epiſt. 25. *Factum de te eſt ſenatuſconſultum honorificum. Poſtulabatur, ut etiam illi notarentur: ſed Panſa clementior.* Noſter lib. 25 de fraude publicanorum: *Ea fraus indicata M. Æmilio prætori priori anno fuerat, ac per eum ad ſenatum delata, nec tamen ullo ſenatuſconſulto notata.* Emporius rhetor in demonſtrativæ materiæ præcepto: *Intendetur & quæſturam cruentam & præturam habuiſſe turbulentam, adeo ut ſenatuſconſultis notaretur.* Hoc ſic eſſent Cicero in Orat. de haruſpicum reſponſis: *Etiam ſua concio riſit hominem, quamvis ipſe gloriari ſolet, decretis confixum ſenatuſconſultis.* Tacitus 3 Annal.

mediis ad cenſores, non ad ſenatum [1] notionem de eo pertinere dicentibus. cujus ſententiæ & Fabius fuit. [2] adjecit tamen, fateri ſe, opera Livii Tarentum receptum, (quod amici vulgo in ſenatu jactaſſent) [3] neque enim recipiendum fuiſſe, niſi amiſſum foret. Conſulum alter T. Quintius Criſpinus ad exercitum, quem Q. Fulvius Flac-

nal. *Exempla majorum, qui juventutis inreverentiam gravibus decretis notaviſſent.* Plinius lib. 2 Epiſt. 12. *Praterea quid publice minus aut congruens aut decorum, quam notatum à ſenatu in ſenatu ſedere? ipſiſque illis, à quibus ſit notatus, æquari?* J. Fr. Gron.

1 *Notationem de eo pertinere dicentibus*] Antiqua lectio *notionem:* Arbitror ſcribendum: *cognitionem.* Hoc enim magis placeret quam *notationem.* Sic infeliciter Beatus. Et obliti erant poſteriores *notionem* Cenſoribus æque fuiſſe ac notas: immo ante illas. Cicero de provinciis conſularibus: *Cenſorium judicium ac notionem & illud morum ſeveriſſimum magiſterium non eſſe nefariis legibus de civitate ſublatum.* Sequente in Piſonem: *Centum prope annos legem Æliam & Fuſiam tenueramus: quadringentos judicium notionemque cenſoriam.* Pro Sextio: *Ut cenſoria notio & graviſſimum judicium ſanctiſſimi magiſtratus de republica tolleretur.* Pro Cluentio: *Ad notiones auctoritatemque cenſoriam exemplum illos à conſuetudine militari tranſtuliſſe.* Lib. 3 de Officiis: *Indicant notiones animadverſionesque cenſorum, qui nulla de re diligentius, quam de jurejurando, judicabant.* Quorum pleriſque in locis *notationem* & *notationes* habent corrupti codices: ſed illud recte à viris doctis ſubſtituendum exiſtimo & ſimul obſervandam prudentiam principis oratorum. Quia enim & *noſcere* & *notare* eſt cenſorum, promtiſſimaque confuſio horum vocabulorum, *notio* & *notatio*, vitandæ ambiguitatis cauſſa, etſi *notas* cenſorum & notatos ab cenſoribus crebro diceret, tamen quum rem explicare vellet, verbo abſtinuit, & potius *ſubſcriptionem cenſoriam ſubſcriptioneſque* quam *notationem notationeſque* dixit. Ut imprimis patet ex illa pro Cluentio. At ubi dubiæ lectionis periculum nullum eſt, non refugit eodem uti, in eadem oratione: *Etenim paucis poſtea menſibus alia vehemens erat in judiciis ex notatione tabularum invidia verſata.* Gellius lib. 17, 18. *In cujus hiſtoria notiones cenſoriæ fieri atque exerceri videmus.* Ubi fruſtra locum corruptum in omnibus exemplaribus, quod *cenſoria notio* nuſquam dicatur præfati, *notationes* ſupponunt Ranchinus 1 Var. 5 & Gonſalius ad Petronium. Quod autem *cognitionem* maluit Rhenanus quam *notionem*, næ ille in libris juris parum fuit verſatus. Unum addam Ulpianum in l. 5 D. de re judicata: *Ait prætor: cujus de ea re juriſdictio eſt. Melius ſcripſiſſet: cujus de ea re notio eſt. etenim notionis nomen etiam ad eos pertineret, qui juriſdictionem non habent, ſed habent de quavis alia cauſſa notionem.* Aliud eſt *cognitio*, neque ad cenſores pertinet. Eandem *cognitionem* pro *notione* perperam impingit Ciceroni ad Atticum lib. 11 epiſt. 20 Fulvius Urſinus. Quam probavimus lectionem, habent Put. reg. Men. Pal. Pet. melior, quatuor Flor. Voſſ. Barberinus. *Idem.*

2 *Adjecit tamen fateri ſe, e. L. T. receptum*] Cicero idem ſcribit in Catone, prave tamen *M. Livium Salinatorem* hunc vocat. Idem Plutarchus in Fabio. *Sigonius.*

3 *Neque enim recipiendum fuiſſe*] Optimi: *neque enim recipiendum fuiſſe.* J. Fr. Gron.

Flaccus habuerat, cum ſupplemento in Lucanos eſt profectus. Marcellum aliæ atque aliæ objectæ animo religiones tenebant. in quibus [1] quod quum bello Gallico ad Claſtidium ædem Honori & Virtuti voviſſet, dedicatio ejus à pontificibus impediebatur: quod negabant [2] unam cellam amplius quam uni Deo rite dedicari. quia ſi de cœlo tacta, aut prodigii aliquid in ea factum eſſet, difficilis procuratio foret: quod utri Deo res divina fieret, ſciri non poſſet. neque enim duobus, niſi certis Deis, rite una hoſtia fieri. ita addita Virtutis ædes approperato opere: neque tamen ab ipſo ædes eæ dedicatæ ſunt. Tum demum ad exercitum, quem priore anno Venuſiæ reliquerat, cum ſupplemento proficiſcitur. Locros in Bruttiis Criſpinus oppugnare conatus, quia magnam famam [3] attuliſſe Fabio Tarentum rebatur, omne genus tormentorum, machinarumque ex Sicilia arceſſierat: & naves indidem accitæ erant, quæ vergentem ad mare partem urbis oppugnarent. Ea omiſſa oppugnatio eſt, quia Lacinium Annibal admoverat copias: & collegam eduxiſſe jam à Venuſia exercitum fama erat, cui conjungi volebat. Itaque in Apuliam ex Bruttiis reditum, & [4] inter Venuſiam Bantiamque, minus trium millium paſſuum intervallo, conſules binis caſtris conſede-

1 *Quod cum in bello Gall. ad Claſtidium adem H. & V. voviſſet, dedicatio e. à p. impediebatur*] De bello Gallico, & prœlio à Marcello ad Claſtidium in primo ejus conſulatu commiſſo ſcribit Polybius libro 1 & Plutarchus in Marcello. De ædibus autem his idem Plutarchus ſic: ἕτερα ναὸν ἐπὶ τῷ Σικελικῶν λαφύρων οἰκοδομηθέντα ὑπὸ Δόξης καὶ Ἀρετῆς καθιερῶσαι βιαλόμενος, καὶ κωλυθεὶς ὑπὸ τῶν ἱερέων, ὡς ἑξῆς ἐστιν ἐπὶ ναοῦ δύο θεὰς ἀφιερωθῆναι, πάλιν ἤρξατο μεγαλοποδμεῖν ἕτερον. *Sigonius.*

2 *Unam cell. &c. uni dei recte ded.*] Vet. lib. *rite. Idem.*

Unam cellam amplius quam uni Deo rite dedicari] Ab Rhenano eſt, cui modo Pal. unus & recentior Pet. ſubſcribunt. Sed Put. reg. Men. duo Pal. Voſſ. perinde ut vett. edd. *unam cellam duobus recte dedicari.* J. Fr. Gron.

3 *Attuliſſe Fabio ferebatur*] Put. *quia magnam famam attuliſſe Fabio Tarentum rebatur.* nempe Criſpinus ipſe. *Idem.*

4 *Inter Venuſiam, Brutiamque*] Vet. lib. *Bauriamque:* ego, *Bantiam.* Sic enim Plutarchus: μιλαξὺ Βαντίας πόλεως καὶ Βενουσίας. Et Stephanus: Βαντία πόλις Ἰταλίας, τὸ ἐθνικὸν Βαντινός. *Sigonius.*

1 *Ferocii*

derant. In eandem regionem & Annibal rediit; averſo ab Locris bello. Ibi ambo conſules ingenio [1] feroces prope quotidie milites in aciem excire; haud dubia ſpe, ſi duobus exercitibus conſularibus junctis commiſiſſet ſeſe hoſtis, debellari poſſe. Annibal quia cum Marcello bis priore anno congreſſus vicerat, victuſque erat, ut cum eodem ſi dimicandum foret, nec ſpem nec metum [2] ex vano haberet; ita duobus conſulibus haudquaquam ſeſe parem futurum credebat. itaque totus in ſuas artes verſus, inſidiis locum quærebat. Levia tamen prœlia inter bina caſtra vario eventu fiebant: quibus quum extrahi æſtatem poſſe conſules crederent, nihilominus oppugnari Locros poſſe rati, L. Cincio, ut ex Sicilia Locros cum claſſe trajiceret, ſcribunt. Et ut ab terra quoque oppugnari mœnia poſſent, ab Tarento [3] partem exercitus, qui in præſidio erat, duci eo juſſerunt. Ea ita futura per quoſdam Thurinos compertum Annibali quum eſſet, mittit ad inſidendam ab Tarento viam. ibi [4] ſub tumulo Peteliæ tria millia equitum, peditum duo in occulto locata: in quæ inexplorato euntes Romani quum incidiſſent, [5] ad duo millia armatorum cæſa, [6] & mille ducenti ferme

26

1 *Feroces prope quotidie milites in aciem excire*] Non eſt ſanum tum ob ipſam phraſin, tum quod meliores ſcripti longe aliter. Put. *quotidie in acieheare.* omiſſo τῶν *milites*, quod nec ulli alii paullo vetuſtiores agnoſcunt. Regius: *cotidie in acta re.* Men. *cottidie in mactecare.* Voſſ. *cotidie in acte heare.* Nihil venit propius ſub acumen ſtili, quam, *quotidie in aciem exire.* Nam τὸ *m* Put. habet mutatum in *h*, literam vero *x* in *a*, frequentiſſimo more, de quo lib. 4 Obſerv. Lib. 23. *Nec ſine levibus prœliis, nec ut in aciem exirent.* Lib. 25. *Ut injuſſu prætoris in aciem exirent.* Lib. 35. *Conſul in aciem exibat, hoſtes pugnam detrectabant.* J. Fr. Gron.

2 *Ex vano haberet*] Forte, *habebat.* Idem.

3 *Partem exercitus qua in*] Vet. lib. *qui in.* Sigonius.

4 *Sub tumulo Petelia*] Veter. lib. *Petelia.* Stephanus: Πετηλία πόλις Ἰταλικὴ, τὸ ἐθνικὸν Πετηλίνος. Plutarchus τὸν περὶ Πετηλῖνον λόφον ait, pro Πετηλίαν. Idem.

Sub tumulo Petelia equitum duo, peditum tria millia in occulto] Put. *Petelia ∞ ∞ ∞ equitum peditum duo in occulto.* Scribe igitur: *Petelia tria millia equitum, peditum duo in occulto locata.* J. Fr. Gron.

5 *Ad duo millia armatorum cæſa*] Plutarchus: ὑπὲρ δισχιλίους, πενταχοσίους καὶ χιλίους ἀπέκτειναν. Sigonius.

6 *Et mille ducenti ferme vivi capti*] Put. *cæſa mille & ᴅ ferme.* quaſi vellet, *quingenti.* Lege ex melioribus: *ad duo*

ferme vivi capti. alii diſſipati fuga per agros ſaltuſque Tarentum rediere. [1] Tumulus erat ſilveſtris inter Punica & Romana caſtra, ab neutris primo occupatus: quia Romani qualis pars ejus, quæ [2] vergeret ad hoſtium caſtra, eſſet, ignorabant, Annibal inſidiis, quam caſtris aptiorem eum crediderat. itaque nocte ad id miſſas aliquot Numidarum turmas medio in ſaltu condiderat, quorum interdiu nemo ab ſtatione movebatur, ne aut arma, aut ipſi procul conſpicerentur. [3] Fremebant vulgo in caſtris Romanis, occupandum eum tumulum eſſe, & caſtella firmandum: ne, ſi occupatus ab Annibale foret, velut in cervicibus haberent hoſtem. Movit ea res Marcellum, & collegæ, *quin imus*, inquit, *ipſi cum equitibus paucis exploratum? Subjecta res* [4] *oculis noſtris certius dabit conſilium.* [5] Adſentiente Criſpino, cum equitibus ducentis & viginti, ex quibus quadraginta Fregellani, cæteri Etruſci erant, proficiſcuntur. [6] Secuti M. Marcellus conſulis filius, & A. Manlius, tribuni militum: ſimul & duo præfecti ſocium, L. Arennius, & M. Aulius. Immolaſſe eo die quidam memoriæ prodidere conſulem Marcellum, & [7] prima hoſtia cæſa, jecur ſine capite inventum, in ſecunda omnia comparuiſſe, quæ aſſolent. [8] Auctum etiam viſum

millia armatorum cæſa, mille & quingenti ferme vivi capti. J. Fr. Gron.

1 *Tumulus erat ſylv. inter Pun. & Rom. caſtra*] Plutarchus: λόφος ἦν μεταξὺ τῶν στρατοπέδων λόφος ἐπείνας μὲ διέχων, ὕλης ἦν παντοδαπῆς ἀνάπλεως. *Sigonius.*

2 *Vergeret in hoſtium caſtra*] Voſſ. & omnes Gall. *vergeret ad hoſtium caſtra.* J. Fr. Gron.

3 *Fremebant vulgo in c. R. occupandum tumulum eſſe*] Plutarchus: διὰ πολλῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν Ῥωμαίων λόγος, ὡς χρὴ τὸ χωρίον καταλαμβάνειν. *Sigonius.*

Fremebant v. in c. Romanis] Non moverim: tamen Put. *Romani.* J. Fr. Gro.

4 *Oculis certius dabit*] Omnes Gall. Voſſ. & Pal. unus: *ſubjecta res oculis noſtris.* Idem.

5 *Adſentiente Criſpino*] Iidem accedente & Pal. altero: *conſentiente Criſpino.* Quæ mutavit parvo operæ pretio Rhenanus. *Idem.*

6 *Secuti M. Marcellus conſulis*] Put. Gall. Voſſ. unuſque Pal. *Secuti M. Marcellum trib. mil. Cos. filius & A. Manlius, ſimul & duo præfecti.* Ubi explicabis *tribuni militum.* Idem.

7 *Prima hoſtia cæſa, jecur ſine capite inv.*] Plutarchus: ἡ τῶν πρώτων θυσιῶν ἱερεῖα, δείκνυσι κατὰ τὸ ἧπαρ οὐκ ἔχον παραλλὰ ὁ μάντις. *Sigonius.*

8 *Auctum etiam viſum in capite*] Plutarchus: ὅτι παραλλὰ μέγεθος ὑπερφυὲς ἐνῆν. De eadem re Valerius lib. primo de Prodigiis. *Idem.*

1 *Nec*

viſum in capite: [1] nec id ſane aruſpici placuiſſe; quod ſecundum trunca & turpia exta, nimis læta apparuiſſent. Cæterum conſulem [2] Marcellum tanta cupiditas tenebat dimicandi cum Annibale, ut numquam ſatis caſtra caſtris collata duceret. tum quoque vallo egrediens ſignum dedit, [3] ut ad locum miles eſſet paratus: ſi collis, in quem ſpeculatum irent, placuiſſet, vaſa colligerent, ac ſequerentur. Exiguum campi ante caſtra erat: inde in collem aperta undique & conſpecta ferebat via. Numidis ſpeculator nequaquam in ſpem tantæ rei poſitus; ſed ſi quos vagos pabuli aut lignorum cauſſa longius à caſtris progreſſos poſſent excipere, ſignum dat ut pariter [4] ab ſuis quiſque latebris exorirentur. Non ante apparuere, quibus obviis ab jugo ipſo conſurgendum erat, quam circumiere qui à tergo includerent viam. Tum undique omnes exorti, & clamore ſublato impetum fecere. Quum in ea valle conſules eſſent, [5] ut neque evadere poſſent in jugum occupatum ab hoſte, nec receptum ab tergo circumventi haberent; extrahi tamen diutius certamen potuiſſet, ni cœpta ab Etruſcis fuga pavorem cæteris injeciſſet. Non tamen omiſere pugnam [6] deſerti ab Etruſcis Fregellani, donec integri conſules hortando, ipſique ex parte pugnando rem ſuſtinebant. Sed poſtquam vulneratos 27

1 *Nec id ſane aruſpici placuiſſe, quod --- apparuiſſent*] Plutarchus: *εἰ δὲ μέντοι ταῦτα μᾶλλον ἔπεισαν διδόναι καὶ παρέπεσθαι. λαμπρότατον γὰρ ἐπ' αὐχένος καὶ σπλάγχνοις ἱεροῖς φαινόμενον, ὑποπίπτει τῇ μαλακολίᾳ τὸ αἱματῶδες. Sigonius.*

2 *Marcellum tanta cupiditas tenebat --- collata diceret*] Vet. lib. pro *cupiditas*, habent *cupido*, & pro *diceret*, *duceret*. Idem.

3 *Ut ad locum miles eſſet paratus, ſi collis*] Conſtare video ſcriptos omnes in repetenda particula, *ut ſi collis*. quam quo merito deleverit Rhenanus, judicare licet ex hoc lib. cap. 35. *Ut ſi tuto per hoſtem poſſet, adiret id concilium, ut qui Siculi bello profugi eſſent, redirent.* Adde notas ad 28, 9. *Jacob. Gronov.*

4 *Ab ſuis quiſque latebris exorirentur*] Put. Pal. Voſſ. *ab utriſque lateribus exorerentur*. J. Fr. Grou.

5 *Ut neque evaderent*] Omnes Gall. & duo Pall. *neque evadere poſſent in jugum*. Lege etiam: *eſſent, ut neque evadere poſſent in jugum*. Idem.

6 *Deſerti ab Etruſcis Fregellani*] Ducentos & viginti equites ſecum eduxerat Marcellus, quorum nemo Romanus, ſed aut Etruſci erant omnes, aut Fregellani, ut ait Plutarchus:

ratos ambo conſules, [1] Marcellum etiam transfixum lancea prolabentem ex equo moribundum videre, tum & ipſi (perpauci autem ſupererant) cum Criſpino conſule duobus jaculis icto, & Marcello adoleſcente, ſaucio & ipſo, effugerunt. [2] Interfectus A. Manlius tribunus militum, & ex duobus præfectis ſocium M. Aulius occiſus, L. Arennius captus. [3] & lictores conſulum quinque vivi in hoſtium poteſtatem venerunt: cæteri aut interfecti, aut cum conſule effugerunt. equites tres & quadraginta, aut in prœlio aut in fuga ceciderunt, [4] duodeviginti vivi capti. Tumultuatum & in caſtris fuerat, ut conſulibus irent ſubſidio; quum conſulem, & filium alterius conſulis ſaucios, exiguaſque infelicis expeditionis reliquias, ad caſtra venientes cernunt. Mors Marcelli quum alioqui miſerabilis fuit; tum quod nec pro ætate, (major jam enim ſexaginta annis erat) neque pro veteris prudentia ducis, [5] tam improvide ſe collegamque, & prope totam

ἐξὸν ἦν τόν τε ἐωκάρχοντα Κελαυῖνον ἐξελαθεῖν, καὶ ἕνα χιλιάρχην καὶ σὺν σύμπαντας ἱππεῖς εἴκοσι καὶ ἑξακοσίους ὧν Ῥωμαῖοι ὀλίγοις ἐδέησαν, ἀλλ' οἱ μὲν πάλαι Τυρρηνοὶ, παραφέροντα Φρεγελλάνοις, πεῖραν ἀρχῆς καὶ πίστεως αἰεὶ τῷ Μαρκέλλῳ δεδωκότες. *Sigonius.*

1 *Marcellum et. transfixum lancea*] Plutarchus: Μάρκελλον δέ τις λόγχῃ παλαίσμα μὲν ἐπὶ πλευρᾶν δήλασεν, ὦν λαγχάνων καλῶν. *Idem.*

2 *Interfectus A. Manlius*] Ita vet. lib. Movet quoſdam, quod legerint, *Interfecti*, ſuſpicanturque deeſſe nomen alterum, ſine cauſa. *Idem.*

Interfectus A. Manlius tribunus militum] Non tam plane ſubventum eſt his quam Rhenanus & Sigonius putant. Nam Put. & quidquid eſt meliorum, *Interfecti*: ut erat olim vulgo, quo Glareanus offendebatur. Suſpicor τὸ *occiſus* eſſe adjectum ab homine ſemidocto, & ita ſcripſiſſe Livium: *Interfecti A. Manlius tribunus militum & ex duobus præfectis ſocium Manius Aullius, L. Arennius captus.* Hoc ipſi Rhenano facile probatum fuiſſet, ſi in mentem veniſſet: neque enim erat ille compendiorum dicendi, quæ apud Livium reperiuntur, ignarus. Turbant aliquid libri in nomine prioris præfecti. nam Put. melior Pet. duo Flor. optimi: *Manius Auxilius.* Credemuſne jam tum id nomen viri fuiſſe, ut Auſonii ævo fuit? ſane *Obſidius* apud Florum eſt, *Tympanus* apud Livium lib. 34. & *Corculi* ſatis antiqui: recentius nomen *Deſiderius.* Sed ſupra Put. *M. Aullius.* Pet. melior: M. *Aullius.* Verum eſſe utrobique puto *Manius Aullius.* J. Fr. Gron.

3 *Lictores conſulum quinque v. in p. h. v.*] Plutarchus: αἱ χμάλωτοι δὲ καὶ τῶν μὲν ῥαδούχων πέντε. *Sigonius.*

4 *Equites duodeviginti vivi capti*] τῶν δ' ἱππέων εἴκοσι δυοῖν δέοντες. *Idem.*

5 *Tam improvide ſe collegamque*] Ita Rhenanus ſe reſtituiſſe depravatum locum ait. Priores *improvide iſſet coll.*

nec

tam rempublicam in præceps dederat. Multos circa unam rem ambitus fecerim, ſi quæ de Marcelli morte variant auctores, omnia exſequi velim. Ut omittam alios, [1] L. Cœlius triplicem rei geſtæ [2] ordinem edit: unam traditam fama: alteram [3] ſcriptam laudatione filii, qui rei geſtæ interfuerit: tertiam, quam ipſe pro inquiſita ac ſibi comperta affert. Cæterum ita fama variat, ut tamen plerique, loci ſpeculandi cauſſa caſtris egreſſum; omnes, inſidiis circumventum, tradant. Annibal magnum terrorem hoſtibus morte conſulis unius, vulnere alterius, injectum eſſe ratus, ne cui deeſſet occaſioni, caſtra in tumulum, in quo pugnatum erat, extemplo transfert. [4] ibi inventum Marcelli corpus ſepelit. Criſpinus & morte collegæ, & ſuo vulnere territus, ſilentio inſequentis noctis profectus, [5] quos proximos nanctus eſt montes, in iis loco alto & tuto undique caſtra poſuit. Ibi duo duces ſagaciter moti ſunt; alter ad inferendam, alter ad cavendam fraudem. [6] Annulo Marcelli ſimul cum corpo- 28

re

nec aliter legimus Cantabrigiæ. Voſſ. *improvide iſſent coll.* Nimirum colligendæ propius literæ, ſcribendumque *tam improvide ii ſe collegamque.* Jacob. Gronov.

1 *L. Cœlius triplicem geſta rei ordin. edit*] Vet. lib. Alii, *C. Lalius*, alii *Lalius Cœlius.* Aut igitur *L. Cœlius Antipater* eſt, cujus ſæpe meminit, aut *C. Lalius*, quem hiſtorias ſcripſiſſe tradere videtur Polybius lib. 10. *Sigonius.*

2 *Ordinem edit, unam traditam*] Hæc genere inter ſe non conveniunt, ut debebant. Emendandum puto *ſeriem*; ex quo obſcurius forſan ſcripto vel corrupto ut vocem formarent aptam, credibile eſt librarios ſine reſpectu ad ſequentia interpoſuiſſe vel ſupra ſcripſiſſe, ut ſolent, *d* & *n*. Jac. Perizonius.

3 *Scripta laudatione filii, qui rei geſta interfuerit*] Put. *alteram ſcribtam laudatione filii, qui rei geſta interveneris.* Sane *ſcriptam* omnes alii libri Gallicani, Pall. Voſſ. & videtur parum caute mutaſſe Rhenanus. *J. Fr. Gron.*

4 *Ibi inventum Marcelli corpus ſepelit*] Hac in re citat auctorem Livium Plutarchus: Λίβιος δὲ καὶ Κάτων ὁ συγγραφεὺς, κομιδῇ μικρὰ δεῖσθαι φησὶ τὸν εὑρόντα, καὶ παρῆναι λαμπρός. *Sigonius.*

5 *Quos proximos nactus eſt montes*] Put. Reg. Pall. Voſſ. *quoſque proximos nactus.* Plautus Pœnulo: *Quique tamen Et bene & benigne facitu.* Cicero 16 ad Attic. 11. *Veteranos quique Caſilini & Calatiæ ſunt, perduxit ad ſuam ſententiam.* J. Fr. Gron.

6 *Annulo Marcelli ſimul*] Put. Voſſ. Men. *Anulus Marcelli.* Id etiam in Gud. tam hic, quam mox inferius video: & verum eſſe puto. *Annulos* dicebant etiam de uno annulo, ut *liberos* de uno filio vel filia, *hortos* de uno horto, & ſimilia. *Idem.*

1 No

re Annibal potitus erat. ejus ſigni errore [1] ne qui dolus necteretur à Pœno, metuens Criſpinus, circa civitates proximas miſerat nuncios: occiſum collegam eſſe, annuloque ejus hoſtem potitum. ne quibus literis crederent nomine Marcelli compoſitis. Paulo ante hic nuncius conſulis Salapiam venerat, [2] quum literæ ab Annibale allatæ ſunt; Marcelli nomine compoſitæ: ſe nocte, quæ diem illum ſecutura eſſet, Salapiam venturum. [3] parati milites eſſent, qui in præſidio erant, ſi quo opera eorum opus eſſet. [4] Senſere Salapitani fraudem: & ab ira, non defectionis modo, ſed etiam equitum interfectorum, rati occaſionem ſupplicii peti, remiſſo retro nuncio, ([5] perfuga autem Romanus erat) ut ſine arbitro milites quæ vellent, agerent, oppidanos per muros urbiſque opportuna loca in ſtationibus diſponunt: cuſtodias, vigiliaſque in eam noctem intentius inſtruunt. [6] circa portam, qua venturum hoſtem rebantur, quod roboris in præſidio erat, opponunt. Annibal quarta vigilia ferme ad urbem acceſſit. Primi agminis erant perfugæ Romanorum, & arma Romana habebant. ii, ubi ad portam eſt ventum, Latine omnes loquentes excitant vigiles: aperirique portam jubent. conſulem adeſſe. Vigiles velut ad vocem eorum excitati, tumultuari, trepidare, [7] moliri portam. cataracta dejecta clauſa erat. eam par-

1 *Ne qui dolus necteretur*] Omnes, *ne cui*, quod mutavit Rhenanus. Virgilius: *aut fraus innexa clienti*. J. Fr. Gron.

2 *Cum litera*] Vet. lib. *quam litera*. Sigonius.

3 *Parati milites eſſent, qui in præſidio erant*] Non temere eſt Put. Pet. meliore, regio, Men. Voſſ. abeſſe vocem *parati*. Fortaſſis fuit: *venturum: vigiles eſſent, qui in præſidio erant*. J. Fr. Gron.

4 *Senſere Salapiani*] Put. & Voſſ. *Salapitani*. Sic à Maſſilia *Maſſilitanum* vinum apud Martialem, è Lilybæo *Lilybatani*, à Tauromenio *Tauromenitani*. Idem.

5 *Perfuga autem Romanus erat*] Ignorant Put. & cæteri τὸ *erat*. Men. & Voſſ. etiam *perfugam*. Licet conjicere: *remiſſo retro nuntio* (*perfugam norant Romanum*) *ut ſine*. Idem.

6 *Circa portam, qua venturum hoſtem rebantur*] Put. Men. Voſſ. *hoſtem quatrebantur*. Forte: *verebantur*. Idem.

7 *Moliri. Porta cataracta dejecta clauſa erat*] Scribe cum Put. reg. & Andrea: *tumultuari, trepidare, moliri portam*.

partim vectibus levant: partim funibus subducunt, in tantum altitudinis, ut subire recti possent. Vixdum satis patebat iter, quum perfugæ certatim ruunt per portam: & quum sexcenti ferme intrassent, remisso fune, quo suspensa erat, cataracta magno sonitu cecidit. Salapitani, alii perfugas negligenter ex itinere suspensa humeris, ut inter pacatos, gerentes arma, invadunt: alii [1] è turri ejus portæ murisque saxis, sudibus, pilis, absterrent hostem. Ita inde Annibal suamet ipse fraude captus abiit: profectusque ad Locrorum solvendam obsidionem, [2] quam Cincius summa vi, operibus tormentorumque omni genere ex Sicilia advecto, oppugnabat. Magoni jam haud ferme fidenti, retenturum defensurumque se urbem, prima spes morte nunciata Marcelli affulsit. Secutus inde nuncius, Annibalem Numidarum equitatu præmisso, ipsum quantum accelerare posset, cum peditum agmine sequi. Itaque ubi primum Numidas edito è speculis signo adventare sensit, & ipse patefacta repente porta ferox in hostes erumpit. Et primo, magis quia improviso id fecerat, quam quod par viribus esset, anceps certamen erat. deinde ut supervenere Numidæ, tantus pavor Romanis est injectus, ut passim ad mare ac naves fugerent; relictis operibus machinisque, quibus muros quatiebant. Ita adventu Annibalis soluta Locrorum obsidio est. Crispinus postquam in Bruttios profectum 29
Annibalem sensit, exercitum cui collega præfuerat, [3] M. Marcellum tribunum militum Venusiam abducere jussit. ipse cum legionibus suis Capuam profectus, vix lecticæ

tam. cataracta dejecta clausa erat. De brevitate sermonis sæpius jam monitum. *J. Fr. Gron.*

1 *E turribus portæ*] Est à Rhenano: sed optimos non habet asseclas, qui retinent: *è turri ejus portæ.* Idem.

2 *Quam Cincius*] Veter. lib. *quam L. Cincius.* Sigonius.

3 *M. Marcellum trib. militum*] *M. Marcelli consulis interfecti filium.* Plutarchus. *Idem.*

M. Marcell. tribunum militum Venusiam adducere jussit] Put. & meliores: *abducere*, ut recte Rhenanus. Sic Plautus: *abducere domum.* Noster lib. 1, 26. *Ita exercitus inde domos abducti.* Ubi male suppoluerunt *adducti.* Et hoc libro infra cap. 46. *Ab jis quisque ordine*

ctica agitationem præ gravitate vulnerum patiens; Romam literas de morte collegæ ſcripſit, quantoque ipſe in diſcrimine eſſet. *Se comitiorum cauſſa non poſſe Romam venire: quia nec viæ laborem paſſurus videretur, & de Tarento ſollicitus eſſet, ne ex Bruttiis Annibal eo converteret agmen. Legatos opus eſſe ad ſe mitti, viros prudentes: cum quibus, quæ vellet, de republica loqueretur.* Hæ literæ recitatæ, [1] magnum & luctum morte alterius conſulis, & metum de altero fecerunt. Itaque & [2] Q. Fabium filium [3] ad exercitum Venuſiam miſerunt: & ad conſulem tres legati miſſi, Sext. Julius Cæſar, L. Licinius Pollio, [4] L. Cincius Alimentus, quum paucis ante diebus ex Sicilia rediſſet. Hi nunciare conſuli juſſi, ut ſi ad comitia ipſe Romam venire non poſſet; dictatorem in agro Romano diceret comitiorum cauſſa. Si conſul Tarentum profectus eſſet, Q. Claudium prætorem placere in eam regionem inde abducere legiones, in qua plurimas ſociorum urbes tueri poſſet. Eadem æſtate M. Valerius cum claſſe centum navium ex Sicilia [5] in Africam tranſmiſit: & ad Cluſeam urbem exſcenſione facta, agrum late nullo ferme obvio armato vaſtabat. inde ad naves raptim prædatores recepti, quia repente fama accidit, claſſem Punicam adventare. octoginta erant & tres naves. Cum iis haud procul Clupea proſpere pugnat Romanus. decem & octo navibus captis, fugatis aliis, cum magna terreſtri navalique præda, Lilybæum rediit. Eadem æſtate & Philippus

dinis heminibus in tentoria abducti: Rhenani liber, Put. reg. Vulgo etiam *adducti*. Sed hæc duo verba in ſe invicem ſæpe corrupta, quid hoc in uſu differant, alias dicemus. *J. Fr. Gronovius.*

1 *Et magnum luctum alterius*] Rectius uberiuſque Put. reg. Pall. tres: *Hæ litera recitata magnum & luctum morte alterius conſulis & metum de altero fecerunt.* Idem.

2 *Q. Fabium filium*] Virum conſularem, de quo ante dictum eſt. *Sigonius.*

3 *Ad exercitum Venuſianum miſerunt*] Meliores: *Venuſiam*. Quod non debuit tollere Rhenanus. *J. Fr. Gron.*

4 *L. Cincius Alimentius*] *Alimentus*, ut ante. Idem, de quo paulo ante. *Sigonius.*

5 *In Africam tranſmiſit*] Put. *tramiſit*. J. Fr. Gron.

1 *Pro-*

pus implorantibus Achæis auxilium tulit. quos & Machanidas tyrannus Lacedæmoniorum finitimo bello urebat: & Ætoli navibus per fretum, quod Naupactum & Patras interfluit (Rhion incolæ vocant) exercitu trajecto, depopulati erant. Attalum quoque regem Asiæ, quia Ætoli summum gentis suæ magistratum ad eum [1] proximo concilio detulerant, fama erat in Europam trajecturum. Ob hæc Philippo in Græciam descenden- 30
ti ad Lamiam urbem, [2] Ætoli duce Pyrrhia, qui prætor in eum annum cum absente Attalo creatus erat, occurrerunt. Habebant & ab Attalo auxilia secum: & mille ferme ex Romana classe à P. Sulpicio missos. Adversus hunc ducem atque has copias Philippus bis prospero eventu pugnavit: [3] mille admodum hostium utraque pugna occidit. Inde quum Ætoli metu compulsi Lamiæ urbis mœnibus tenerent sese, Philippus ad [4] Phalara exercitum reduxit. in Maliaco sinu is locus est; quondam frequenter habitatus propter egregium portum, tutasque circa stationes, & aliam opportunitatem maritimam, terrestremque. Eo legati ab rege Ægypti Ptolemæo, Rhodiisque, & Athenienſibus & Chiis venerunt, ad dirimendum inter Philippum atque Ætolos bellum. Adhibitus [5] ab Ætolis & ex finitimis pacificator Amynander rex Athamanum. Omnium autem non tanta pro Ætolis

1 *Proximo concilio detulerant*] Put. & Voss. *magistratum ad eum proximo anno concilio detulerunt.* J. Fr. Gron.

2 *Ætoli duce Physia*] Sane *Physsia* meminit Polybius lib. 5. eumque sive Eleum sive Ætolum in illorum quadam clade (erant autem Ætoli permixti) captum ab Lyco Pharæensi Achæorum duce scribit. Sed Put. & reg. *duce Pyrrhia*: eoque alludunt omnes alii, quorum varietates operæ non est exponere. Hujus autem Pyrrhiæ non una est apud Polybium mentio. *Idem.*

3 *Multos admodum hostium utraque pugna occidit*] Plusculi libri non habent *multos*. Put. autem: ∞ *admodum*. quod est: *mille admodum*. Et sane τὸ *admodum*, pro *fere* scilicet positum, certum numerum designari requirebat. *Idem.*

4 *Phaleram*] Vet. lib. *Phalaram*. sic Stephanus: Φαλάρα πόλις Θετταλίας, πλησίον Λαμίας, τὸ ἐθνικὸν Φαλαρεύς. *Sigonius.*

5 *Ab Ætolis ex finitimis*] Put. reg. Men. Pall. Voss. *Adhibitus ab Ætolis & ex finitimis.* J. Fr. Gron.

1 *Fere-*

Ætolis cura erat; [1] ferocioribus quam pro ingeniis Græcorum gentis: quam ne Philippus regnumque ejus, grave libertati futurum, rebus Græciæ immiſceretur. De pace dilata conſultatio eſt in concilium Achæorum; concilioque ei & locus, & dies certa indicta. interim triginta dierum induciæ impetratæ. Profectus inde rex per Theſſaliam Bœotiamque, Chalcidem Eubœæ venit, ut Attalum, quem claſſe Eubœam petiturum audierat, portubus & littorum appulſu arceret. Inde præſidio relicto adverſus Attalum, ſi forte interim trajeciſſet, profectus ipſe cum paucis equitum leviſque armaturæ, Argos venit. Ibi curatione Heræorum Nemeorumque ſuffragiis populi ad eum delata, quia ſe Macedonum reges ex ea civitate oriundos referunt: Heræis peractis, ab ipſo ludicro extemplo [2] Rhium profectus eſt, ad indictum multo ante ſociorum concilium. Ibi de Ætolico finiendo bello actum, ne cauſſa aut Romanis, aut Attalo intrandi Græciam eſſet. Sed ea omnia vixdum induciarum tempore circumacto, Ætoli turbavere: poſtquam & Attalum Æginam veniſſe, & Romanam claſſem ſtare ad Naupactum audivere. Vocati enim in concilium Achæorum

1 *Ferocioris quam pro ingeniis Græcorum gentis*] Servant quidem fere libri: recte tamen puto ſubſtitutum, *ferocioribus*, idque unus habuit Pal. quum præſertim hoc genere mendi frequenter laboret antiquiſſimus codex. Pro Ætolis, inquit, qui ferociores erant quam pro ingeniis gentis alicujus Græcorum, atque ob id aliis parum amati. Poſſes alioqui: *ferocioribus gente*. Quæ ſequuntur, ſic habentur in omnibus libris, & haud ſcio an Livius iſta ſit gratificatus Romanis. Cæterum ſi legeris orationem Lyciſci Acarnanis, & legatorum Ptolemæi apud Polybium lib. 9 & 11, ſcies majorem metum fuiſſe de Romanis, quam de Philippo. Et dicit hoc ipſe Livius paullo poſt: *ne cauſſa aut Romanis aut Attalo intrandi Graciam eſſet*. J. Fr. Gron.

2 *Rhion profectus eſt*] Stephanus: Ῥίον πόλις Μεσσήνης ἢ Ἀχαΐας, ἢ ἄλλη Αἰτωλίας, Achaicum oppidum intelligit, ubi concilium agebatur Achæorum. *Sigonius*.

Rhium prof. eſt] Sermo eſt de concilio Achæorum, ad quod acturi de pace ſocii utrorumque occurſuros ſe condixerant. Jam vero ne ſemel quidem Achæos Rhium coactos apud Polybium lego, quum tanto in honore is locus non videatur fuiſſe. Præterea ſcripti plane omnes habent *regium*. Itaque quid cauſæ eſt, ut malimus Sigonium de Rhio oppido Achaico

rum [1] in quo eædem legationes erant, quæ ad Phalara egerant de pace; primum [2] questi sunt quædam parva contra fidem conventionis tempore induciarum facta: postremo negarunt dirimi bellum posse, nisi Messeniis Achæi Pylum redderent, [3] Romanis restitueretur Atintania, Scerdilædo & Pleurato Ardyæi. Enimvero indignum ratus Philippus, victos victori sibi ultro conditiones

Achaico accipientem sequi, quam Glareanum suspicantem *Æginm*, quod est maxime opportunum ! *Jac. Gron.*

1 *In quo eadem legationes erant quæ ad Phaleram*] Put. & omnes Gall. *in quo & eadem legationes erant, quæ ad Phalera egerant de pace.* Solus Put. etiam *Phalara.* Sic & superius: *Philippus à Phalera exercitum reduxit.* Ubi igitur lege: *ad Phalara.* Nam Polybius etiam: καταπλεύσαντας ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὰ Φάλαρα ἔν κόλπῳ ἔν Μαλιεῖ. Sic Strabo lib. 9. ἔστιν δ' εἰς Φάλαρα εἴκοσι. Φαλάρων δ' ἀπὸ θαλάσσης ἐπίπεδος ἐστὶ &c. J. Fr. Gron.

2 *Qu. sunt quædam*] Vet. lib. *parva quædam.* Sigonius.

3 *Sationis restitueretur Athamanis*] Suspectum habeo locum ut Glareanus. *Idem.*

Sationu restituer. Athamanis, Scerdileto & Pleurato Parthini] Sic emendasse quosdam ait Glareanus: idque primus, ni fallor, in contextum immisit Cælius Secundus Curio. Andreas & Aldina: *redderent, Romanis restitueretur Athamanis, Cordileo & Pleurato Archide.* Utrum sit corruptius, rationem non facile ineo. Scripti fere omnes memoratu digni pro *Sationis* habent *Romanis*, pro *Parthini* reddunt *Archide.* Sed Puteani codicis lectio meretur integra repræsentari: *nisi Messenu Achæi Pylum redderent, Romanis restitueretur at in tanta Scerdiledo & Pleurato Archidaei enim vero indignum.* Etiam Florentinus optimus & Men. *atintantas.* Scribendum haud dubie: *nisi Messeniis Achæi Pylum redderent, Romanis restitueretur Atintania, Scerdilaido & Pleurato Ardyæi.* Controversiam Achæorum & Messeniorum de Pylo Polybius quoque notat in excerptis: λέγε τὸ κῦ πρόσωπον Ἠλείοις μὴ ἀμφισβητεῖν τοῖς Ἀχαιοῖς ὑπὲρ τῆς Τριφυλίας, Μεσσηνίοις δ' ὑπὲρ τῆς Πύλης. συμμάχους τότε Ῥωμαίων ὑπάρχειν. De Atintania vero & Ardyæis idem lib. 2. Ῥωμαῖοι γὰρ κῦ τοὺς Ἐπιδαμνίους ἀφελόμενοι τὴν πίστιν, πρῶτον εἰς τοὺς ἔσω τόπους τῆς Ἰλλυρίδος, ἅμα καταστρεφόμενοι τοὺς Ἀρδυαίους· συμμίξαντες δ' ἀμφοτέροις τοῖς αὐτοῖς κῦ πολεμοῦντες, οἱ μὲν ἀπὸ τῆς Περσείδος ἦλθον ὑπηρετοῦντες τοῖς κατ' αὐτοὺς, δεξάμενοι τότε εἰς τὴν φιλίαν· οὐδεπλησίως δ' κῦ τοὺς παρὰ τὴν Ἀπολλωνίαν πρεσβεύσαντας. Ex his igitur Romani Atintanas quidem obtinuerunt ipsi, Scerdilaidæ vero aut Scerdilædo ac Pleurato regulis attribuerunt Ardyæos. Quum interim bello Punico distinerentur, Philippus bellam occasionem ratus, prætextu cessionis ab Demetrio Pharia sibi factæ, Illyricum invasit, & hos populos subegit. Et ab illo nunc reposcuntur. Cæterum quos Polybius & Livius hic *Ardyæos* vocant, posterior ætas Οὐαρδαίους, Βαρδαίους, *Vardæos* & *Bardæos* vocavit. Suntque ex hac natione servi illi Mariani apud Plutarchum, οὓς Βαρδαίους καλοῦσιν. Ubi vir eruditus ad Florum Μαρσαίους reponendum suspicatur. Non enim meminerat eorum, quæ habentur in Glossis Latinogræcis: *Bardæi*, Ἰλλυρικοὶ δ' ἔθνος, οἱ κῦ γαυσιάμενοι ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας, κῦ Κίννα κῦ Μαρίου στρατιώτας γενόμενοι κῦ ἐκ τούτου τυφλωσάμενοι (ita legen-

tiones ferre: *ne antea quidem ſe aut de pace audiſſe, aut inducias pepigiſſe*, dixit, *ſpem ullam habentem quieturos Ætolos; ſed ut omnes ſocios teſtes haberet, ſe pacis, illos belli cauſſam quæſiſſe.* ita infecta pace concilium dimiſit; quatuor millibus armatorum relictis ad præſidium Achæorum, & quinque longis navibus acceptis. quas ſi adjeciſſet miſſæ nuper ad ſe claſſi Carthaginienſium, & ex Bithynia ab rege Pruſia venientibus navibus, ſtatuerat navali prœlio laceſſere Romanos; jam diu in ea regione potentes maris. [1] ipſe ab eo concilio Argos regreſſus: jam enim Nemeorum appetebat tempus, quæ celebrari volebat præſentia ſua.

31 Occupato rege apparatu ludorum, & per dies feſtos licentius quam inter belli tempora remittente animum, P. Sulpicius ab Naupacto profectus, claſſem appulit inter Sicyonem & Corinthum, agrumque nobiliſſimæ fertilitatis effuſe vaſtavit. Fama ejus rei Philippum ab ludis excivit: raptimque cum equitatu profectus, [2] juſſis ſubſequi peditibus, palatos paſſim per agros, graveſque præda (ut qui nihil tale metuerent) [3] adortus Romanos, compulit in naves. Claſſis Romana haudquaquam læta præ-

da

legendum, non τυραννῆσαι) καὶ τῶν ἀλλοτρίων· πάντας Σερτωρίου δόλῳ ἀφειμένους ἀναιρεῖ. Quod confirmat in Sertorio Plutarchus. Cæterum ne cuiquam laudem ſuam invideamus, prior Plutarchum vindicavit Scriverius ad Martialis lib. 4 Ep. 4. *Laſſi bardaicus quod evocati.* Non eſt autem corrupte apud Strabonem & Appianum Ἀρδυαῖοι ἀντὶ τοῦ Οὐαρδαῖοι. ut putavit vir doctus. Strabo lib. 7 clare: εἶθ' ὁ Νέστος ποταμὸς καὶ οἱ περὶ αὐτὸν Δαπύζοι καὶ Ἀρδυαῖοι καὶ Πλησαῖοι &c. Οὐαρδαίους δ' ὕστερον ἐκάλεσαν τοὺς Ἀρδυαίους. Hæc vera lectio eſt: non Οὐαρδαλίους, quod etiam Caſaubonum ambiguum reddidit. Ita & apud Zonaram forte legendum, ubi Demetrium Pharium vocat Σαρδιαίων ἄρχοντα. ubi Pighius Σαρδιαίων ad an. 534. Sequentem periodum incipere *Enimvero indignum ratus Philippus*: uti quidem Put. Pet. Men. Flor. quinque, Barber. tres Pall. non magis hic novum eſt, quam apud Terentium: *Enimvero Dave.* Lib. 26 in Daſii & Batti lite: *Enimvero ille, velut in manifeſta re, exclamat.* Lib. 38. *Enimvero, inquit conſul, ferri jam ludificatio iſta non poteſt.* Lib. 40. *Enimvero ſe, Philippus dicere, auditurum, vocarique extemplo Demetrium juſſit.* J. Fr. Gron.

1 *Ipſe ab eo concilio A. r.*] Vet. lib. *ipſe habito concilio.* Sigonius.

2 *Juſſis ſubſequi ped.*] Vet. lib. *juſſis ſe ſubſequi.* Idem.

3 *Adortus Romanos compulit ad naves*] Omnes Gall. & Voſſ. *in naves*, ut erat ante Rhenanum. *J. Fr. Gron.*

1 *Phi-*

da Naupactum rediit. [1] Philippus quoque ludorum, qui reliqui erant, celebritatem, quantæcumque, de Romanis tamen, victoriæ partæ fama auxerat: lætitiaque ingenti celebrati festi dies. eo magis etiam, quod populariter dempto capitis insigni, purpura atque alio regio habitu, æquaverat cæteris se in speciem: quo nihil gratius est civitatibus liberis. Præbuissetque haud dubiam eo facto spem libertatis, nisi omnia intoleranda libidine fœda ac deformia effeciſſet. vagabatur enim cum uno aut altero comite [2] per maritimas domos dies noctesque: & [3] submittendo se in privatum fastigium, [4] quo minus conspectus, eo solutior erat: & libertatem quum aliis vanam ostendisset, totam in suam licentiam verterat. Neque enim omnia emebat aut eblandiebatur, sed vim etiam flagitiis adhibebat: periculosumque & viris & parentibus erat, moram incommoda severitate libidini regiæ feciſſe. uni etiam principi Achæorum Arato adempta uxor nomine Polycratia, ac spe regiarum nuptiarum in Macedoniam asportata fuerat. Per hæc flagitia solen-

nu

1 *Philippus quoque ludorum*, &c. *celebritate* &c. *tum victoriæ partæ famam*] Rhenanus pro *tum* reponit *tanquam*, quod sensu caret: sed operarum esse peccatum suspicor ex interpretatione, & voluisse eum *tamen*, ut habent omnes Gall. Pall. & Voss. Necdum tamen sanus est locus, quem talem reliquerat Livius: *Philippo quoque ludorum, qui reliqui erant, celebritatem quantæcumque, de Romanis tamen, victoriæ partæ fama auxerat.* Ex his *τῷ Philippo* & *famæ* sic plane exstant in Put. Petav. & Pal. melioribus: *celebritatem* in Men. duobus Pall. & Voss. in quo *Philippum.* Sensus hic est: fama victoriæ, non quidem magnæ, tamen quod de Romanis parta erat, satis claræ, celebritatem dierum, qui ludis supererant, auxerat Philippo, tamquam præsidenti illis, in illius honorem. Vel potius, Fama quoque partæ Philippo victoriæ, quantæcumque, de Romanis tamen, celebritatem ludorum, qui reliqui erant, auxerat. *J. Fr. Gron.*

2 *Per maritimas domos*] Voss. *per maritas domos*, quomodo legendum censebat ad Censorinum cap. 3 Henricus Lindenbrogius. *Idem.*

3 *Submittendo se in privatum fastigium*] Censeo deleas pronomen. Hoc enim dicit, *submittendo fastigium* suum vel regium *in privatum.* Idem.

4 *Quominus suspectus, eo solutior erat*] Et hoc ab novitiis corruptoribus: nam libri omnes scripti & editi veteres: *quo minus conspectus*: nec legit Rhenanus aliter. Sic alibi, *conspectum maxime tumultum*, & *locus conspectus undique.* Illud est igitur: quo minus oculis denotabatur, quum privato habitu grassaretur multis ignotus, invisus. *Idem.*

ni Nemeorum peracto, pauciſque additis diebus, Dymas eſt profectus ad præſidium Ætolorum, quod ab Eleis accitum acceptumque in urbem erat, ejiciendum. Cycliadas (penes eum ſumma imperii erat) Achæique ad Dymas regi occurrere: & Eleorum accenſi odio, quod à cæteris Achæis diſſentirent: & infenſi Ætolis, quos Romanum quoque adverſus ſe moviſſe bellum credebant. Profecti ab Dymis conjuncto exercitu tranſeunt Lariſſum amnem, qui Eleum agrum [1] ab Dymæo dirimit. Primum diem, quo fines hoſtium ingreſſi ſunt, populando abſumpſerunt. Poſtero die acie inſtructa ad urbem acceſſerunt: præmiſſis equitibus, qui obequitando portis promptum ad excurſiones genus laceſſerent Ætolorum. Ignorabant Sulpicium cum quindecim navibus ab Naupacto Cyllenen trajeciſſe: & expoſitis in terram quatuor millibus armatorum, ſilentio noctis, ne conſpici agmen poſſet, intraſſe Elim. Itaque improviſa res ingentem injecit terrorem, poſtquam inter Ætolos Eleoſque Romana ſigna atque arma cognovere. Et primo recipere ſuos voluerat rex: dein, contracto jam inter Ætolos [2] & Trallos (Illyriorum id eſt genus) certamine, quum urgeri videret ſuos, & ipſe rex cum equitatu in cohortem Romanam incurrit. Ibi equus pilo trajectus, quum prolapſum per caput regem effudiſſet, atrox pugna utrimque accenſa eſt: & ab Romanis impetu in regem facto, & protegentibus regiis inſignis & ipſius pugna fuit, quum pedes inter equites coactus eſſet prœlium inire. deinde quum jam impar certamen eſſet, caderentque circa eum multi & vulnerarentur, raptus ab ſuis atque alteri equo injectus, fugit. Eo die caſtra quinque millia paſſuum ab urbe Eleorum poſuit. poſtero ad caſtel-

1 *Ab Dymeo dir.*] Polybius & Stephanus Δυμαῖον ſcribunt. Itaque *Dymeo*, ſcribe. *Sigonius.*

2 *Triballos, Illyriorum*] Veter. lib. *Trallos.* Recte. *Tralli* enim ſunt populi Illyrii, auctore Stephano, de quibus Livius etiam lib. 37. *Idem.*

1 *Omnia*

caſtellum (Pyrgum vocant) [1] copias omnes eduxit: quo agreſtium multitudinem cum pecoribus metu populationum compulſam audierat. eam inconditam inermemque multitudinem primo ſtatim terrore adveniens cepit: compenſaveratque ea præda, quod ignominiæ ad Elim acceptum fuerat. Dividenti prædam captivoſque (fuerant autem [2] quatuor millia hominum, pecoris omnis generis ad millia viginti) nuncius ex Macedonia venit: Eropum quendam, corrupto arcis præſidiique præfecto, [3] Lychnidum cepiſſe. tenere & [4] Daſſaretiorum quoſdam vicos, & Dardanos etiam concire. [5] Omiſſo igitur Achaico atque Ætolico bello, relictis tamen duobus millibus & quingentis omnis generis armatorum, [6] cum Menippo & Polyphanta ducibus ad præſidium ſociorum, profectus ab Dymis [7] per Achaiam Bœotiamque & Bœbeidem, decimis caſtris Demetriadem in Theſſaliam pervenit. Ibi alii majorem afferentes tumultum nuncii occurrunt: Dardanos in Macedoniam effuſos, Ore-

1 *Omnes copias ad propinquum Eleorum caſtellum*] Put. reg. & fere duo Pall. Menardique: *Poſtero die caſtellum Phyrcum vocant copias omnes eduxit.* Nonnulli: *ad caſtellum.* Duo alia verba non conſpiciuntur. Et certe inſitiria ſunt: nam ſcripſerat Livius: *Eo die caſtra quinque millia paſſuum ab urbe Eleorum* (Put. *Eliorum*) *poſuit. poſtero ad caſtellum* (*Pyrgum vocant*) *copias omnes eduxit.* Vide plenam neceſſariis omnibus partibus orationem. *J. Fr. Gron.*

2 *Quatuor millia hominum, pecorumque omnis generis ad viginti millia*] Quia Rhenanus invenerat in ſuo, *peditum hominum*, ſuſpicabatur, *deditorum hominum.* Nihil tale in noſtris, ſed Put. & Voſſ. *fuerant autem ∞ ∞ ∞ ∞ hominum, pecoris omnis generis ad millia viginti.* Et habent pariter *pecoris*, omnes Gall. unuſque Pal. *Idem.*

3 *Lycnidum*] Græci Λύχνιδον. ergo *Lychnidum.* Sigonius

4 *Daſſaretiorum*] *Daſſaritiorum*, ex Stephano, Δασσαρῆται, ἔθνος Ἰλλυρίας, λέγεται καὶ Δασσαρήτιοι. *Idem.*

5 *Omiſſo igitur Achaico atque Ætolico bello*] Put. regius, Voſſ. reſecant: *atque Ætolico.* J. Fr. Gron.

6 *Cum Menippo & Polyphante ducibus*] Men. *Polyphanio.* Put. Voſſ. Pall. *Polyphamia.* Scribe: *Polyphanta.* Sic enim appellatur Polybio. Alius Pal. *Polyfaura.* Idem.

7 *Per Achaiam Bœotiamque & Bebæidem*] Locus mire depravatus. Nam primo, cur in plurimis retro editis expreſſerunt *Bebœidem*, quum Sabellicus, auctor ejus vocis, teſte Glareano, dederit *Bœbeidem*? quomodo ea ſcribenda eſt. Deinde Bœbeis ſive palus ſeu regiuncula jacet ſub Penei oſtio, longe ultra Demetriadem. Cur tanto ſpatio jam progreſſus, huc revertit Philippus? Equidem niſi Sabellicus certam cauſam hujus ambagis potuit noviſſe, melius erit lectio-

Oreſtidem jam tenere, ac deſcendiſſe [1] in Ægeſtæum campum: famamque inter barbaros celebrem eſſe, Philippum occiſum. Expeditione ea, qua cum populatoribus agri ad Sicyonem pugnavit; in arborem illatus impetu equi ad eminentem ramum, [2] cornu alterum galeæ præfregit. id inventum ab Ætolo quodam, perlatumque in Ætoliam ad Scerdilædum, cui notum erat inſigne galeæ; famam interfecti regis vulgavit. [3] Poſt profectionem ex Achaia regis, Sulpicius Æginam claſſe profectus, cum Attalo ſeſe conjunxit. Achæi cum Ætolis Eleiſque, haud procul Meſſene proſperam pugnam fecerunt. Attalus rex, & P. Sulpicius Æginæ hibernarunt. Exitu hujus anni [4] T. Quintius Criſpinus conſul, dictatore comitiorum ludorumque faciendorum cauſſa [5] dicto T. Manlio Torquato, ex vulnere moritur. [6] alii Tarenti, alii in Campania mortuum tradunt. Id quod nullo ante bello acciderat; duo conſules ſine memorando prœlio interfecti, velut orbam rempubl. reliquerant. Dictator Manlius magiſtrum equitum [7] Cn. Servilium (tum ædilis curulis erat) dixit. Senatus, quo die primum

nem ab omnibus plane ſcriptis antiquis retinere & *Eubœam*; inprimis quum ea commode explicari poſſit, quod non attendit Glareanus. Quippe ob certas cauſas potuit Philippus coactus fuiſſe ex Bœotia deflectere verſus dextram in Eubœam, ut res inſulæ inſpiceret ac conſtitueret; maxime quum ejus inſulæ cultores in metu ab Ætolis eſſent, ut teſtatur Livius 28, 5. *Jac. Gron.*

1 *In Argeſtæum campum*] Suſpicor *Ægeſtæum* campum eſſe *Theſprotium*, qui affinis eſt *Oreſtidi*. Nam Stephanus: Αἰγεσαῖοι οἱ Θεσπρωτοὶ, ἀπὸ πόλ. Αἰγέστου ςρατηγοῦ. Nam qui ſit *Argeſtæus* campus quærit merito Glareanus. *Sigonius.*

2 *Cornu alterum galeæ perfregit*] Put. *preſlegit*. Scribe: *præfregit*. Lib. 32. *Si quam haſtam incidiſſent aut præfregiſſent*. J. Fr. Gronovius.

3 *Profectionem ex Achaia Philippi*] Voſſ. & omnes Pall. *Poſt profectionem ex Achaia regis*. Idem.

4 *T. Quintius Cos.*] Vet. lib. *Quinctius Criſpinus conſul*. Sigonius.

5 *Dicto L. Manlio Torqu*] *T. Manlio*: eſt enim is, cujus ſæpius ante meminit. *Idem.*

6 *Alii Tarenti, alii in Campania mortuum tradunt*] Duo prima verba in omnibus Gall. & Voſſ. deliderantur. *J. Fr. Gron.*

7 *C. Servilium, tum ad.*] Vet. lib. *C. Servilium, qui tum adilis curulis erat, dixit*. Sigonius.

Servilium qui tum] Ut Rhenanus, noſtri quoque meliores: *magiſtrum equitum Cn. Servilium (tum adilis curulis erat) dixit*. J. Fr. Gron.

mum eſt habitus, ludos magnos facere dictatorem juſſit, quos [1] M. Æmilius prætor urbis, C. Flaminio, Cn. Servilio, conſulibus, fecerat: & in quinquennium voverat. [2] Tum dictator & ludos fecit, [3] & in inſequens luſtrum vovit. Cæterum, quum duo conſulares exercitus tam prope hoſtem ſine ducibus eſſent, omnibus aliis omiſſis, una præcipua cura Patres populumque inceſſit, conſules primo quoque tempore creandi: [4] & ut eos potiſſimum crearent, quorum virtus ſatis tuta à fraude Punica eſſet; *cum toto eo bello damnoſa, præpropera ac fervida ingenia imperatorum fuiſſent: tum eo ipſo anno conſules nimia cupiditate conſerendi cum hoſte manum, in necopinatam fraudem lapſos eſſe. cæterum Deos immortales [5] miſeritos nominis Romani, pepercisſe innoxiis exercitibus: temeritatem conſulum ipſorum capitibus damnaſſe.* Quum circumſpicerent Patres, quoſnam conſules facerent, longe ante alios eminebat C. Claudius Nero. [6] Ei collega quærebatur. & virum quidem eum egregium ducebant: ſed promptiorem acrioremque, quam tempora belli poſtularent, aut hoſtis Annibal: temperandum acre ejus ingenium moderato & prudenti viro adjuncto collega cenſebant. M. Livius erat multis ante annis [7] ex conſulatu populi judicio damnatus. quam igno- 34

1 *M. Æmilius prat. urb. C. Flam.*] M. Æmilium Regillum, qui poſt fuit flamen Quirinalis, fuiſſe puto. *Sigonius.*

2 *Tum Dictator & ludos fecit*] Recte quidem; ſed cur hic *ludos* repetat, & τὸ *magnos* omittat, parum cauſæ apparet, eo magis, quod à Cantabrigienſi libro τὸ *ludos* etiam abſit. Quod ſane amplector. Sunt enim media velut parentheſis intelligenda. *Jac. Gron.*

3 *Et in ſequens luſtrum*] Scripti: *& in inſequens luſtrum vovit.* J. Fr. Gron.

4 *Et ut potiſſimum crearent*] Voſſ. & Men. *creandi ut eos potiſſimum crearent.* Put. & reg. *creandi ut eos crearent potiſſimum.* Scribe: *conſules creandi, & eos potiſſimum, quorum virtus.* deleto τοῦ *crearent.* Idem.

5 *Miſertos nominis Romani*] Put. *deos immortales miſeritos nominis Romani.* Ut & inferius: *ſordidati rei non miſeritos, candidam togam invito offerre.* Et lib. 22, 55. *Si quid dii immortales miſeriti imperii reliquum Romano nomini fecerint.* Idem.

6 *Ei collega quarebatur*] Put. Voſſ. *& coll.* Gud. *collega & quar.* Cantabr. *Sed collega*, idque rectius videtur. *Jacob. Gron.*

7 *Ex conſulatu pop. judicio damnatus*] Quod prædam Illyricam maligne diviſiſſet, ut ante dixi. *Sigonius.*

ignominiam adeo ægre tulerat, [1] ut & rus migraret: & per multos annos & urbe, & omni cœtu careret hominum. octavo ferme poſt damnationem anno M. Claudius Marcellus, & M. Valerius Lævinus conſules reduxerant eum in urbem: ſed erat veſte obſoleta, capilloque & barba promiſſa: præferens in vultu habituque inſignem memoriam ignominiæ acceptæ. L. Veturius & P. Licinius [2] cenſores, eum tonderi, & ſqualorem deponere, & [3] in ſenatum venire, fungique aliis publicis muneribus coëgerunt. ſed tum quoque aut verbo aſſentiebatur, aut pedibus in ſententiam ibat, donec cognati hominis eum cauſſa M. Livii Macati, [4] quum fama ejus ageretur, ſtantem coëgit in ſenatu ſententiam dicere. Tum ex tanto intervallo auditus convertit ora hominum in ſe, cauſſamque ſermonibus præbuit, *indigno injuriam à populo factam, magnoque id damno fuiſſe, quod tam gravi bello nec opera, nec conſilio talis viri uſa reſpublica eſſet. C. Neroni neque Q. Fabium, neque M. Valerium Lævinum dari collegas poſſe, [5] quia duos patricios creari non liceret. eandem cauſſam in T. Manlio eſſe, præterquam quod recuſaſſet delatum conſulatum, recuſaturuſque eſſet. Egregium par conſulum fore, ſi M. Livium C. Claudio collegam adjunxiſſent.* Nec populus mentionem ejus rei ortam à Patribus eſt aſpernatus. Unus eam

1 *Ut & rus migrarit & per multos*] Omnes noſtri *migraret*; item *careret*, nolente Rhenano. *J. Fr. Gron.*

2 *Cenſores eum tondere & ſqualorem deponere*] Sic &, ſi vera eſt vulgata, Quintilianus: *At lavamus & tondemus & convivimus.* Tamen antiquiſſimus omnium & alii Gallici Voſſianuſque, *tonderi*. Idem.

3 *In ſenatum venire*] Non legerant eum in ſenatum, ſed auctores ei fuerant, ut in ſenatum veniret, non tanquam ſenator, ſed tamquam pedarius: nam ſequitur: *Sed tum quoque aut verbo aſſentiebatur, aut pedibus in ſententiam ibat.* Ex iis enim erat, quibus jus erat in ſenatu ſententiam dicere, non tamen ſenatores erant. Gellius. *Sigonius.*

4 *Quum de fama ejus ageretur*] Optimi ignorant præpoſitionem *de*. Utique multo Latinius. Lib. 45. *Militum magis in hoc univerſique populi Romani fama agitur.* Cicero 1 in Verr. *Cumque Dolabella cum ſuis præfectis pugnaret in conſilio, Verres fortunas agi ſuas diceret.* J. Fr. Gron.

5 *Quia duos patricios* &c.] Per hæc tempora numquam duo patricii conſules comparati, duo vero plebeii in collegio Gracchi & Marcelli comparati ſunt. *Sigonius.*

1 *M. Fa-*

eam rem in civitate, is cui deferebatur honos, abnuebat: levitatem civitatis accusans. *Sordidati rei non miseritos, candidam togam invito offerre: eodem honores pœnasque congeri. Si bonum virum ducerent, quid ita pro malo ac noxio damnassent? si noxium comperissent, quid ita male credito priore consulatu, alterum crederent?* Hæc taliaque arguentem & querentem, castigabant Patres; & [1] *M. Furium* memorantes *revocatum de exilio, [2] patriam pulsam sede sua restituisse. Ut parentum sævitiam, sic patriæ, patiendo ac ferendo leniendam esse.* adnixi omnes, cum C. Claudio M. Livium consulem fecerunt. Post diem tertium ejus diei prætorum comitia habita. Prætores creati [3] L. Porcius Licinus, [4] C. Mamilius, A. & C. Hostilii Catones. Comitiis perfectis, ludisque factis, dictator & magister equitum magistratu abierunt. C. Terentius Varro in Etruriam proprætor missus, ut ex ea provincia C. Hostilius Tarentum ad eum exercitum iret, quem T. [5] Quintius consul habuerat. & L. Manlius trans mare legatus iret, viseretque quæ res ibi gererentur: simul, quod Olympiæ ludicrum ea æstate futurum erat, quod maximo cœtu Græciæ celebraretur: ut si tuto per hostem posset, adiret id concilium: ut qui Siculi bello ibi profugi, aut Tarentini cives relegati ab Annibale essent, domos redirent: scirentque, sua omnia, quæ ante bellum habuissent, reddere populum Romanum. Quia periculosissimus annus imminere videbatur, neque consules in republica erant; in

35

1 *M. Furium*] Camillum, de quo lib. 5. *Sigonius.*

2 *Patria pulsum sede sua*] Bene Rhenanus, si editores nasum habuissent: *patriam pulsam sede sua restituisse.* Sic solus Puteani, optimus ille & antiquissimus. Suetonius Octav. 28. *Ita mihi salvam ac sospitem rempublicam sistere in sede sua liceat.* J. Fr. Gron.

3 *L. Portius Licinius*] *L. Porcius Licinus*, ex Capit. lapid. *Sigonius.*

4 *C. Manlius*] *C. Mamilius.* Sic enim vet. lib. plerique. *Caius* certe non est prænomen *Manliorum.* Hunc puto esse *C. Mamilium Vitulum*, de quo supra. *Idem.*

5 *Quinctius consul habuerat & L.*] Hæc verba nullo in scripto mihi obvia fuerunt. An brevius dixit Livius: *ut ex ea provincia C. Hostilius Tarentum ad eum exercitum, T. Manlius trans mare legatus iret.* Certe *eum exercitum* facile intelligo, qui illic erat. *J. Fr. Gron.*

in conſules deſignatos omnes verſi; quam primum eos ſortiri provincias, [1] & præſciſcere quam quiſque eorum provinciam, quem hoſtem haberet, volebant. De reconciliatione etiam gratiæ eorum in ſenatu actum eſt; principio facto à Q. Fabio Maximo. [2] Inimicitiæ autem nobiles inter eos erant, & acerbiores eas, indignioreſque Livio ſua calamitas fecerat, quod ſpretum ſe in ea fortuna credebat. itaque is magis implacabilis erat: &, nihil opus eſſe reconciliatione, ajebat. acrius & intentius omnia geſturos; timentes ne creſcendi ex ſe inimico collegæ poteſtas fieret. Vicit tamen auctoritas ſenatus, ut poſitis ſimultatibus, communi animo conſilioque adminiſtrarent rempublicam. Provinciæ iis non permixtæ regionibus, ſicut ſuperioribus annis, ſed diverſæ extremis Italiæ finibus; alteri adverſus Annibalem Bruttii, Lucani; alteri Gallia adverſus Aſdrubalem ([3] quem jam Alpibus appropinquare fama erat) decreta. Exercitum ex duobus, qui in Gallia, quique in Etruria eſſent, addito urbano, eligeret quem mallet, qui Galliam eſſet ſortitus. Cui Bruttii provincia eveniſſet, novis legionibus urbanis ſcriptis, utrius mallet conſulum prioris anni exercitum ſumeret. Relictum à conſule exercitum, Q. Fulvius proconſul acciperet: eique in annum imperium eſſet. & C. Hoſtilio, cui pro Etruria Tarentum mutaverant provinciam, pro Tarento Capuam mutaverunt. legio una data, cui Fulvius proximo anno præfuerat. De
36 Aſdrubalis adventu in Italiam cura indies creſcebat. Maſſilienſium primum legati nunciaverant, eum in Galliam tranſgreſſum: erectoſque adventu ejus, quia magnum pondus auri attuliſſe diceretur, ad mercede auxilia conducenda, Gallorum animos. miſſi deinde cum iis legati ab

1 *Et præſciſcere*] Vet. lib. *& præſcire*. Sigonius.

2 *Inimicitiæ autem nobiles*] Vet. lib. *Inimicitiæ ante nobiles inter eos*. De his inimicitiis, & de reditu in gratiam, etiam Valerius. *Idem*.

3 *Quem Alpib.*] Veter. lib. *quem jam Alpibus*. Idem.

1 *L. A-*

ab Roma Sex. Antiſtius & M. Retius ad rem inſpiciendam, retulerant, miſiſſe ſe cum Maſſilienſibus ducibus, qui per hoſpites eorum principes Gallorum omnia explorata referrent. Pro comperto habere, Aſdrubalem ingenti jam coacto exercitu proximo vere Alpes trajecturum: nec tum eum quicquam aliud morari, niſi quod clauſæ hieme Alpes eſſent. In locum M. Marcelli [1] P. Ælius Pætus augur creatus, inauguratuſque. & Cn. Cornelius Dolabella rex ſacrorum inauguratus eſt in locum M. Marcii, qui biennio ante mortuus erat. Hoc eodem anno & luſtrum conditum eſt à cenſoribus P. Sempronio Tuditano, & M. Cornelio Cethego. Cenſa civium capita centum triginta ſeptem millia, centum & octo. minor aliquanto numerus quam qui ante bellum fuerat. Eo anno primum, ex quo Annibal in Italiam veniſſet, comitium tectum eſſe, memoriæ proditum eſt, & ludos Romanos ſemel inſtauratos ab ædilibus curulibus Q. Metello, & C. Servilio. & plebeiis ludis biduum inſtauratum [2] ab Q. Mamilio, & M. Cæcilio Metello ædilibus plebis. & tria ſigna ad Cereris eidem dederunt: & Jovis epulum fuit ludorum cauſſa. Conſulatum inde ineunt C. Claudius Nero, & M. Livius iterum. qui, quia jam deſignati provincias ſortiti erant, prætores ſortiri juſſerunt. [3] C. Hoſtilio urbana evenit: addita & peregrina, ut

1 *L. Aquilius Patus augur cr.*] Vet. lib. *præfectus Aquilius Patus*, mendoſe certe, ſed ita ut ex obſervatione diuturna ejuſmodi mendorum veſtigia veritatis elicias. ſæpe enim eſt, *præfectus* pro *Publio*, in manuſcriptis. Itaque legendum puto, *P. Ælius Patus*. Primum enim cognomen *Pati*, non erat *Aquillierum* ſed *Æliorum*, deinde hic eſt *P. Ælius Patus*, qui nunc fit augur, & anno DLXXIX augur apud eundem Livium moritur lib. 42. *Sigonius.*

2 *Ab Q. Manlio, & M. Cæc.*] Lege *ab Q. Mamilio*, ut infra probabitur. *Idem.*

3 *C. Hoſtilio urbana juriſdictio evenit*] Put. reg. Men. Voſſ. carent voce *juriſdictio*. Bene: intelligitur enim *ſors*, vel *provincia*. Lib. 28. *Prætores exinde ſortiti ſunt: M. Cæcilius Metellus urbanam, Q. Mamilius peregrinam, C. Servilius Siciliam, Tib. Claudius Sardiniam.* Lib. 29. *Prætoribus M. Marcio urbana, L. Scribonio Liboni peregrina & eidem Gallia.* Lib. 33. *Prætores deinde provincias ſortiti C. Fabricius urbanam, C. Atinius peregrinam, C. Manlius Vulſo Si-*

ut tres in provincias exire poſſent. A. Hoſtilio Sardinia, [1] C. Mamilio Sicilia, L. Porcio Gallia evenit. Summa legionum trium & viginti; ita per provincias [2] diviſa, ut binæ conſulum eſſent, quatuor Hiſpania haberet: tres prætores binas, in Sicilia, in Sardinia & Gallia; duas C. Terentius in Etruria, duas Q. Fulvius in Bruttiis; duas Q. Claudius circa Tarentum & Salentinos; unam C. Hoſtilius Tubulus Capuæ. Duæ urbanæ ut ſcriberentur. primis quatuor legionibus populus tribunos
37 creavit. in cæteras conſules miſerunt. Priuſquam conſules proficiſcerentur, novendiale ſacrum fuit: quia Veiis de cœlo lapidaverat. Sub unius prodigii (ut fit) mentionem, alia quoque nunciata, Minturnis ædem Jovis, & lucum Maricæ; [3] item Atellæ murum, & portam de cœlo tacta. Minturnenſes, terribilius quod eſſet, adjiciebant, ſanguinis rivum in porta fluxiſſe. & Capuæ lupus nocte portam ingreſſus, vigilem laniaverat. Hæc procurata hoſtiis majoribus prodigia, & ſupplicatio diem unum fuit ex decreto pontificum. inde iterum novendiale inſtauratum, quod in Armiluſtro lapidibus viſum pluere. Liberatas religione mentes turbavit rurſus nunciatum, Fruſinone infantem natum eſſe quadrimo parem: nec magnitudine tam mirandum, quam quod is quoque,

ſo Siciliam. Lib. 39. *Prætores provincias ſortiti ſunt, T. Manius urbanam, M. Licinius Lucullus inter cives & peregrinos, C. Aurelius Scaurus Sardiniam.* J. Fr. Gr.

1 *C. Manlio Sicilia*] *C. Mamilio*, ut ante. *Sigonius.*

2 *Diviſa, bina conſulum*] Vet. lib. *ut bina.* Idem.

Ut bina conſulum eſſent] Pighius contra omnes libros: *ut bina cuique conſulum eſſent:* &, *tres prætores quiſque binas:* nam ut vulgatum ſonat, cuilibet, inquit, conſulum una tantum legio fuiſſet, & prætoribus ſimul binæ tantum, quod abſurdum, & adverſus ſummam legionum Livio expreſſam. Mirum non intellexiſſe vim numerabilium ὁπμερεζομένων, ſive diſpertitivorum, ut vocant Grammatici. Lib. 28. *Tribunis ſeptem quina nomina principum ſeditionis edita ſunt.* Hoc eſt, ſingulis vel cuique quinque: nam univerſa erant triginta quinque. Lib. 30. *Et veſtimenta bina legatis, ſingula comitibus Numidiſque.* Lib. 31. *Conſules binas legiones ſcribere juſſi.* id eſt, quiſque duas. At poſtea: *Conſules duas urbanas legiones ſcribere juſſi:* notabili differentia, perinde ut hoc loco. *J. Fr. Gron.*

3 *Item Atellæ murum & portam de cœlo tactam*] Vat. reg. Mem. *tacta.* Id.

1 *Ut*

quoque,[1] ut Sinueſſæ biennio ante, incertus mas an fœmina eſſet, natus erat. Id vero aruſpices ex Etruria acciti fœdum ac turpe prodigium dicere. extorrem agro Romano procul terræ contactu alto mergendum. Vivum in arcam condidere, provectumque in mare projecerunt. Decrevere item pontifices, ut virgines ter novenæ per urbem euntes carmen canerent. Id quum in Jovis Statoris æde diſcerent [2] conditum ab Livio poëta carmen, tacta de cœlo ædes in Aventino Junonis Reginæ. prodigiumque id ad matronas pertinere aruſpices quum reſpondiſſent, donoque Divam placandam eſſe; ædilium curulium edicto in Capitolium convocatæ, quibus in urbe Romana, intraque decimum lapidem ab urbe, domicilia eſſent, ipſæ inter ſe quinque & viginti delegerunt, ad quas ex dotibus ſtipem conferrent. Inde donum pelvis aurea facta, lataque in Aventinum, pureque & caſte à matronis ſacrificatum. Confeſtim ad aliud ſacrificium eidem Divæ ab decemviris edicta dies: cujus ordo talis fuit: ab æde Apollinis boves fœminæ albæ duæ porta Carmentali in urbem ductæ. poſt eas duo ſigna cupreſſea Junonis Reginæ portabantur: tum ſeptem & viginti virgines longam indutæ veſtem, carmen in Junonem Reginam canentes ibant: illa tempeſtate forſitan laudabile rudibus ingeniis; nunc abhorrens & inconditum, ſi referatur. Virginum ordinem ſequebantur decemviri coronati laurea, prætextatique. A porta Jugario vico in forum venere. in foro pompa conſtitit; & per manus reſte data, virgines [3] ſonum vocis pulſu pedum modulantes inceſſerunt. inde vico Tuſco, Velabroque, per Boarium forum, [4] in clivum Publicium, atque ædem Junonis

1 *Ut Sinueſſa biennio ante*] Supra hoc eodem libro. *Sigonius.*

2 *Cond. ab Livio poëta*] Livius Andronicus, Livius à Livio Salinatore, ut ait Euſebius, appellatus. *Idem.*

Conditum ab Livio poëta carmen] De hoc carmine Livii Andronici vide Feſtum in Scribæ. *Henr. Valeſius.*

3 *Sonum vocis pulſu pedum modul.*] Id eſt, λογῳ καὶ ῥυθμῳ, ut ait Ariſtoteles in Poetica. *Sigonius.*

4 *In clivum Publicium*] Veter. lib. *clivum*

nis Reginæ perfectum. ibi duæ hostiæ ab decemviris
38 immolatæ, & simulacra cupressea in ædem illata. Diis rite placatis delectum consules habebant acrius intentiusque, quam prioribus annis quisquam meminerat habitum. nam & belli terror duplicatus novi hostis in Italiam adventu: & minus juventutis erat, unde scriberent milites. Itaque colonos etiam maritimos, [1] qui sacrosanctam vacationem dicebantur habere, dare milites cogebant. quibus recusantibus, edixere in diem certam, ut quo quisque jure vacationem haberet, ad senatum deferret. Ea die hi populi ad senatum venerunt: Ostiensis, Alsiensis, Antias, [2] Anxuras, Minturnensis, Sinuessanus, &

clivum publicum, ut lib. 30. *Annus insignis incendio ingenti, quo Clivus publicus ad solum exustus est.* Et lib. 26. *Quos cum ex arce, Capitolioque clivo publico in equis decurrentes quidam vidissent.* Sigonius.

In clivum publicum] Non alii modo codices, sed præcipue Put. *in clivum Publicium.* Quod quum à Rhenano correctum esset, mutavit Sigonius. Varro lib. 4 de L. L. *Clivus Publicius ab ædilibus plebei Publicieis, qui eum publice ædificaverunt. Simili de caussa Publicius vicus & Cosconius vicus, quod ab heis viocureis dicuntur ædificati.* Festus: *Publicius clivus appellatur, quem duo fratres L. & M. Publicii Malleoli ædiles curules pecuariis condemnatis ex pecunia, quam ceperant, munierunt, ut in Aventinum vehiculis Velia veniri posset.* Ita enim scribendum; aut certe: *vehicula Velia venire possent.* Eorundem Publiciorum fratrum ædilium meminit Tacitus Annali secundo: *Ædem Floræ Lucio & Marco Publiciis ædilibus constitutam.* Sic lib. 30, 26 optimus codex una cum regio: *Incendio ingenti, quo clivus Publicius ad solum exustus est.* Neque aliter legi velim lib. 26. 10. *Quos cum ex arce Capitolioque clivo publico in equis decurrentes quidam vidissent. Clivo*, inquam, *Publicio*, etsi omnes illic libri corrupti. *J. Fr. Gronovius.*

1 *Qui sacrosanctam vacationem dicebantur habere*] *Sacrosanctum*, auctore Festo, dicitur illud, quod jurejurando interposito institutum est, ut si quis violasset, morte pœnas penderet; vel quod sine inexpiabili scelere violare nemini prorsus liceret. Sic Cato ait Ædiles, sic Tribunos sacrosanctos esse. quod affirmarunt & Liv. lib. 3 & 9 & Plin. lib. 7. Itaque Coloniarum maritimarum sacrosanctas dixit Livius vacationes, hoc est, jurejurando firmatas, ita ut inviti dare milites cogi non possent. *Marcell. Donat.*

Sacrosanctam vacationem] Id est, jurejurando senatus ac populi confirmatam. Vide Festum in *Sacrosanctum.* & Ciceronem pro Corn. Balbo 720 & 721. De coloniis maritimis Higinus in libro de Limitibus. Vide Livium 669 & omnino Servium Fuldensem in 1 Æneid. initio. *Henricus Valesius.*

2 *Anxuras*] *Taracinas.* Sigonius.

Anxuras, Minturnensis] Put. *Anxurnas.* Palatinorum alter: *Anfurnas:* alter, *Ausurnas.* Forte: *Anxurnus.* Ut apud Statium Tiburtino Manlii à Tiburi *Tiburnus.* J. Fr. Gron.

3 *A sup.*

& [1] ab ſupero mari Senenſis. Quum vacationes ſuas quiſque populus recitaret; nullius, quum in Italia hoſtis eſſet, præter Antiatem Oſtienſemque, vacatio obſervata eſt, & earum coloniarum juniores jurejurando adacti, [2] ſupra dies triginta non pernoctaturos ſe eſſe extra mœnia coloniæ ſuæ, donec hoſtis in Italia eſſet. Quum omnes cenſerent, primo quoque tempore conſulibus eundum ad bellum (nam & Aſdrubali occurrendum eſſe deſcendenti ab Alpibus, ne Gallos Ciſalpinos, neve Etruriam erectam in ſpem rerum novarum ſollicitaret: & Annibalem ſuo proprio occupandum bello, [3] ne emergere ex Bruttiis atque obviam fratri ire poſſet) Livius cunctabatur, parum fidens ſuarum provinciarum exercitibus: collegam ex duobus conſularibus egregiis exercitibus, & tertio, cui Q. Claudius Tarenti præeſſet, electionem habere. intuleratque mentionem de volonibus revocandis ad ſigna. Senatus liberam poteſtatem conſulibus fecit, & ſupplendi unde vellent, & eligendi de omnibus exercitibus quos vellent, permutandique: & ex provinciis, quos è republica cenſerent eſſe, traducendi. Ea omnia cum ſumma concordia conſulum acta. Volones in undeviceſimam & viceſimam legiones ſcripti. Magni roboris auxilia ex Hiſpania quoque [4] à P. Scipione M. Livio miſſa, quidam ad id bellum auctores ſunt: octo millia Hiſpanorum Gallorumque, [5] & duo millia de legione

1 *A ſup. mari Senenſis*] *Senenſes* à *Sena* colonia urbe, ad Adriam eſt, non *à Senis* Etruriæ. *Sigonius.*

2 *Supra dies triginta*] Vet. lib. non habent vocem *dies*, & pro *triginta* habent *quadraginta*, ſenſu multo præſtantiore, *juniores cujuſque coloniæ ultra quadraginta non pernoctaturos extra mœnia coloniæ ſuæ.* eadem ſententia eſt lib. 26. *Neve uno tempore quinque ſenatores ab urbe Roma abeſſent.* Idem.

3 *Ne emergeret*] Vet. lib. *emergere.* Idem.

4 *A P. Scipione Livio*] Put. Men. *auxilia ex Hiſpania quoque à P. Scipione M. Livio miſſa.* J. Fr. Gron.

5 *Duo millia de leg. mil.*] Vet. lib. *ad duo millia.* Sigonius.

Et duo millia de legionibus militum, equitum ad mille octingentos] Rhenanus: *ad duo millia de legione militum, equitum mille octingentos.* Nuſquam in noſtris illud *octingentos.* Sed Put. *& duo millia de legione militum, equitum mille mixtos.* Nec Pall. tres aliter, niſi quod unus & Voſſ. *equitum decem.*

quæ

gione militum: equitum ad mille octingentos, mixtos Numidas Hiſpanoſque. M. Lucretium has copias [1] navibus adduxiſſe: & ſagittariorum, funditorumque [2] ad
39 quatuor millia, ex Sicilia C. Mamilium miſiſſe. Auxerunt Romæ tumultum [3] literæ ex Gallia allatæ ab L. Porcio prætore: *Aſdrubalem moviſſe ex hibernis, & jam Alpes tranſire: octo millia Ligurum conſcripta, armataque, [4] conjunctura ſe tranſgreſſo in Italiam eſſe, niſi mitteretur in Ligures qui eos bello occuparet. ſe cum invalido exercitu, quoad tutum putaret, progreſſurum.* Hæ literæ conſules, raptim confecto delectu, maturius quam conſtituerant, exire in provincias coëgerunt: ea mente, ut uterque hoſtem in ſua provincia contineret, neque conjungi, aut conferre in unum vires pateretur. Plurimum in eam rem adjuvit opinio Annibalis: quod etſi ea æſtate tranſiturum in Italiam fratrem crediderat, recordando quæ ipſe in tranſitu nunc Rhodani, nunc Alpium, cum hominibus lociſque pugnando per quinque menſes exhauſiſſet, haudquaquam tam facilem maturumque tranſitum exſpectabat. ea tardius movendi ex hibernis cauſſa fuit. Cæterum Aſdrubali,

quæ varietas ex notis numeri orta eſt, dum ∞ in *x* migrat. Scribe: *& duo millia de legione militum, equitum mille, mixtos Numidas Hiſpanoſque.* Habebat ſane plus una legione Scipio: ſed & uni legioni detracta ea duo millia poteſt intelligi, & *legio* in genere poteſt explicari de civibus Romanis delectu ſcriptis. Nam *legionem* pro exercitu delectu civium conſcripto dicit Plautus Epidico act. 1 ſc. 1. *quia cotidie ipſe ad me ab legione epiſtolas mittebat.* Ibidemque: *Is ſibi nunc alteram ab legione adduxit animi cauſſa.* Et act. 2. ſc. 2. *A legione omnes remiſſi ſunt domum Thebis.* Moſtellaria act. 1 ſc. 2. *Ad legionem quom itant, adminiculum iis danunt.* Livius lib. 41. *Ti. Sempronii Gracchi Cos. imperio legio exercituſque pop. Romani Sardiniam ſubegit.* J. Fr. Gr.

1 *Navibus advexiſſe*] Omnes: *M. Lucretium has copias navibus adduxiſſe:* non *advexiſſe*, ut Rhenanus: quamquam ſcio hæc duo verba calamis librariorum ſæpe confundi. *Idem.*

2 *Ad quatuor millia ex Sicilia C. Manlium*] Optimi: *funditorumque ad ∞ ∞ ∞ ex Sicilia C. Mamilium miſiſſe.* Idem.

3 *Litera ex Gallia miſſæ ab L. Porcio prætore*] Omnes Gall. *litera ex Gallia allata à L.* Cur mutarunt? veriti nempe ne ipſe prætor attuliſſe eas crederetur. *Idem.*

4 *Conjuncturaque ſe tranſgreſſo*] Omnes iidem cum Pall. *octo millia Ligurum conſcripta armataque conjunctura ſe tranſgreſſo in Italiam eſſe:* reciſa altera copulativa. *Idem.*

1 *Dein-*

bali, & ſua & aliorum ſpe omnia celeriora atque expeditiora fuere. non enim receperunt modo Arverni eum, [1] deincepſque aliæ Gallicæ atque Alpinæ gentes; ſed etiam ſecutæ ſunt ad bellum. & quum per munita pleraque tranſitu fratris, quæ antea invia fuerant, ducebat; tum etiam duodecim annorum aſſuetudine perviis Alpibus factis, inter mitiora jam hominum tranſibat ingenia. [2] Inviſitati namque antea alienigenis, nec videre ipſi advenam in ſua terra aſſueti, omni generi humano infociabiles erant. & primo ignari quo Pœnus pergeret, ſuas rupes ſuaque caſtella, & pecorum hominumque prædam peti crediderant: fama deinde Punici belli, quo duodecimum annum Italia urebatur, ſatis edocuerat, viam tantum Alpes eſſe: duas prævalidas urbes, magno inter ſe maris terrarumque ſpatio diſcretas, de imperio & opibus, certare. hæ cauſſæ aperuerant Alpes Aſdrubali. Cæterum quod celeritate itineris profectum erat, id mora ad Placentiam, dum fruſtra obſidet magis, quam oppugnat, corrupit, Crediderat campeſtris oppidi facilem expugnationem eſſe: & nobilitas coloniæ induxerat eum, magnum ſe excidio ejus urbis [3] terrorem cæteris ratum injecturum. Non ipſum ſolum ea oppugnatio impediit: ſed Annibalem poſt famam tranſitus ejus tanto ſpe ſua celeriorem, jam moventem ex hibernis, continuerat. quippe reputantem non ſolum quam lenta urbium oppugnatio eſſet: ſed etiam quam ipſe fruſtra eandem illam coloniam ab Trebia victor regreſſus tentaſſet. Con- 40
ſules

1 *Deincepſque alia Gallica atque Alpina*] Rhenanus auctore libro ſuo delet τὸ *alia*, neque eſt illud in quibuſdam noſtris. Si virtutem particulæ noris, ſuperfluum potius quam neceſſarium videbitur. Cicero: *Quos video deinceps tribunos plebis per triennium fore.* Cæſar lib. 3 de Gall. *Reliquis deinceps diebus Cæſar ſilvas cadere inſtituit.* Noſter lib. 45. *Trium regum bello deinceps omnibus functum officio.* J. Fr. Gron.

2 *Inuſitati namque antea*] Quod monuit Lipſius, *inviſitati namque antea alienigenis*: clare habet Put. & optimi. *Idem.*

3 *Terrorem cæteris injecturum*] Put. & omnes Gall. Voſſianuſque: *Magnum ſe excidio ejus urbis terrorem cæteris ratum injecturum.* Idem.

ſules diverſis itineribus profecti ab urbe, velut in duo pariter bella, diſtenderant curas hominum: ſimul recordantium, quas primus adventus Annibalis intuliſſet Italiæ clades: ſimul quum illa angeret cura, *quos tam propitios urbi atque imperio fore Deos, ut eodem tempore utrobique reſpublica proſpere gereretur.* [1] *adhuc adverſa ſecundis penſando, rem ad id tempus extractam eſſe. quum in Italia ad Traſimenum & Cannas* [2] *præcipitaſſet Romana res, proſpera bella in Hiſpania prolapſam eam erexiſſe. poſtea quum in Hiſpania alia ſuper aliam clades, duobus egregiis ducibus amiſſis, duos exercitus ex parte* [3] *deleſſet, multa ſecunda in Italia Siciliaque geſta quaſſatam rempublicam excepiſſe: & ipſum intervallum loci, quod in ultimis terrarum oris alterum bellum gereretur, ſpatium dediſſe ad reſpirandum. Nunc duo bella in Italiam accepta, duo celeberrimi nominis duces circumſtare urbem Romanam, & unum in locum totam periculi molem, omne onus incubuiſſe. qui eorum prior viciſſet, intra paucos dies caſtra cum altero junkturum.* terrebat & proximus annus lugubris duorum conſulum funeribus. His anxii curis homines, digredientes in provincias conſules proſecuti ſunt. Memoriæ proditum eſt, [4] plenum adhuc iræ in cives M. Livium ad bellum proficiſcentem, monenti Q. Fabio, *ne priuſquam genus hoſtium cognoſſet, temere manum conſereret*, reſpondiſſe,

1 *Adverſa ſecundis penſando*] Auctiores una voce optimi: *adhuc adverſa ſecundis penſando.* J. Fr. Gron.

2 *Præcipitaſſet Romana reſp.*] Vet. lib. *præcipitaſſet reſp.* Sigonius.

Præcip. Romana reſpubl.] Put. reg. Men. unus Pal. *ad Traſymenum & Cannas præcipitaſſet Romana res.* Alii duo Pall. Voſſ. *Romanas res.* J. Fr. Gronovius.

3 *Deleſſet, ſecunda in Italia*] Veter. lib. *multa ſecunda in Italia.* Sigonius.

Deleſſet, ſecunda in Italia] Omnes Gall. Voſſ. duoque Pall. cum Sigoniano: *deleſſet multa ſecunda.* Omnes immo & editiones priſcæ, quas commemorare ſoleo, uſque ad Gryphium, qui primus omittit. Sed quis credat Livium ſcripſiſſe, *multa ſecunda geſta?* Tu vero lege: *duos exercitus ex parte deleſſet multa, ſecundas in Italia Siciliaque res conquaſſatam rempublicam excepiſſe.* Quæſitæ videtur elegantiæ illud *ex parte multa.* Sic & lib. 31, 1. Cicero in Vatinium: *Neque labefactatam rempublicam neque conquaſſatam civitatem.* Lib. 4 Fam. epiſt. 5. *Omnes provincia conquaſſata ſunt.* J. Fr. Gronovius.

4 *Plenum adhuc ira*] Omnes Gall. & Pall. *plenum adhuc iræ in cives*, vel *ire.* Idem.

3 *Gru-*

ſe; *Ubi primum hoſtium agmen conſpexiſſet, pugnaturum.* Quum quæreretur, quæ cauſſa feſtinandi eſſet; *Aut ex hoſte egregiam gloriam*, inquit, *aut ex civibus victis gaudium, meritum certe, etſi non honeſtum, capiam.* Priuſquam Claudius conſul in provinciam perveniret, per extremum finem agri Larinatis ducentem in Salentinos exercitum, Annibalem cum expeditis cohortibus adortus C. Hoſtilius Tubulus, incompoſito agmini terribilem tumultum intulit. ad quatuor millia hominum occidit, novem ſigna militaria cepit. Moverat ex hibernis ad famam hoſtis Q. Claudius, qui per urbes agri Salentini caſtra diſpoſita habebat. Itaque ne cum duobus exercitibus ſimul confligeret Annibal, nocte caſtra ex agro Tarentino movit, atque in Bruttios conceſſit. Claudius in Salentinos agmen convertit. Hoſtilius Capuam petens, obvius ad Venuſiam fit conſuli Claudio. Ibi ex utroque exercitu electa peditum quadraginta millia, duo millia & quingenti equites, quibus conſul adverſus Annibalem res gereret: reliquas copias Hoſtilius Capuam ducere juſſus, ut Q. Fulvio proconſuli traderet. Annibal undique contracto exercitu, quem in hibernis, aut in præſidiis agri Bruttii habuerat, in Lucanos ad Grumentum venit; ſpe recipiendi oppida, quæ per metum ad Romanos defeciſſent. eodem à Venuſia conſul Romanus exploratis itineribus contendit, & mille fere & quingentos paſſus caſtra ab hoſte locat. [1] Grumenti mœnibus prope injunctum videbatur Pœnorum vallum. [2] quingenti paſſus erant inter caſtra Punica ac Romana. Interjacebat cam- 41

1 *Grumenti mœnibus prope junctum*] Put. reg. Men. *injunctum*. Ut præcepimus monere ad lib. 4. *J. Fr. Gron.*

2 *Quingenti paſſus erant inter caſtra Punica ac Romana*] Omnis Gallicorum & Palatinorum manus cum Voſſiano: *quingenti paſſus intererant caſtra Punica ac Romana.* Sic etiam Andreas & omnes uſque ad Aſcenſium: hujus à margine acceptum Magontiaci primum, tum Aldus, reliqui, expreſſerunt alterum. Aliquid latet. Neque ſatis conſentiunt caſtra Romana mille quingentos paſſus ab hoſte locata, & quingentos tantum paſſus interfuiſſe inter caſtra Punica ac Romana. Scribe: *Grumenti mœnibus prope injunctum videbatur Pœnorum*

campus, colles imminebant nudi, ſiniſtro lateri Carthaginienſium, dextro Romanorum; neutris ſuſpecti: [1] quod nihil ſilvæ neque ad inſidias latebrarum habebant. In medio campo ab ſtationibus procurſantes, certamina, haud ſatis digna dictu, ſerebant. Id modo Romanum quærere apparebat, ne abire hoſtem pateretur. [2] Annibal inde evadere cupiens, totis viribus in aciem deſcendebat. Tum conſul ingenio hoſtis uſus, quo minus in tam apertis collibus timeri inſidiæ poterant; [3] quinque cohortes additis quinque manipulis, nocte jugum ſuperare & in averſis vallibus conſidere jubet. tempus exſurgendi ex inſidiis, & aggrediendi hoſtem, [4] Ti. Claudium Aſellum tribunum militum, & P. Claudium præfectum ſocium edocet, quos cum iis mittebat. [5] Ipſe luce prima copias omnes peditum equitumque in aciem eduxit. Paulo poſt & ab Annibale ſignum pugnæ propoſitum eſt: clamorque in caſtris ad arma diſcurrentium eſt ſublatus. inde eques, pedeſque certatim portis ruere, ac palati per campum properare ad hoſtes. Quos ubi effuſos conſul videt, tribuno militum tertiæ legionis C. Aurunculeio imperat, ut equites legionis quanto maximo impetu poſſit, in hoſtem emittat. ita pecorum modo, incompoſitos toto paſſim campo ſe fudiſſe, [6] ut ſterni obterique,

rum vallum. Quingenti paſſus intererant. Prius accipe ex opinione Romanorum hoſtis caſtra contemplantium: poſterius id quod revera erat. Sequitur: *Caſtra Punica ac Romana inter jacebat campus.* J. Fr. Gron.

1 *Quod nihil ſilvæ neque ad inſidias*] Cogitabam: *quod nihil neque ſilvæ neque ad inſidias latebrarum habebant*: Muretus: *quod nihil ſilvæ, nihil ad inſidias latebrarum habebant.* Idem.

2 *Annibal inde evadere cupiens*] Non eſt in Put. reg. Men. Voſſ. *το evadere.* quod ſenſus tamen neceſſarium reddere videtur. Put. *Annibale inde capiens.* Alii tres: *Annibalem inde cupiens.* An ſimpliciter: *Annibal evadere cupiens?* vel *eludere?* Idem.

3 *Quinque cohortes additis quinque manipulis*] Omnes rurſum & Gallicani & Palatini cum Voſſiano, *cohortibus.* Scribe: *quinque cohortibus additos quinque manipulos.* Idem.

4 *T. Claud. Aſell.*] Vet. lib. *Ti. Claudium Aſellum.* Sigonius.

5 *Ipſe luce prima copias omnes*] Putean. integre: *ipſis luce prima.* Vide an potuerit Livius dicere: *ipſius luce prima.* J. Fr. Gron.

6 *Ut ſterni opprimique, priuſquam*] Vetus ſcriptura apud Rhenanum: *ſterni operique*: ergo non dubitat *opprimique*

terique, priuſquam inſtruantur, poſſint. Nondum Annibal è caſtris exierat, quum pugnantium clamorem audivit. itaque excitus tumultu raptim ad hoſtem copias agit. Jam primos occupaverat [1] equeſtris terror. peditum etiam prima legio; & dextra ala prœlium inibant. incompoſiti hoſtes ut quemque aut pediti, aut equiti caſus obtulit, ita conſerunt manus. creſcit pugna ſubſidiis, & procurrentium ad certamen numero augetur: pugnanteſque ([2] quod niſi in vetere exercitu, & duci veteri haud facile eſt) inter tumultum ac terrorem inſtruxiſſet Annibal; ni cohortium [3] ac manipulorum decurrentium per colles clamor ab tergo auditus, metum, ne intercluderentur à caſtris, injeciſſet. Inde pavor incuſſus: & fuga paſſim fieri cœpta eſt. minorque cædes fuit, quia propinquitas caſtrorum breviorem fugam perculſis fecit. [4] Equites enim in tergo hærebant: in tranſverſa latera invaſerant cohortes, ſecundis collibus via nuda ac facili decurrentes. tamen ſupra octo millia hominum occiſa: ſupra ſeptingentos capti: ſigna militaria novem adempta: elephanti etiam, quorum nullus uſus in repentina ac tumultuaria pugna fuerat, quatuor occiſi, duo capti

42

mique ſcribendum. Et paſſi ſunt editores? Noſtri immo omnes, ut olim editum. Put. *ſterni opterique*, (ut *opſoleta*, *opſidio*, *opſtitiſſe* idem codex) cæteri & Gall. & Pall. & Voſſ. *ſterni obterique*. Quod uſitatiſſimum Livio eſt. Lib. 7. *Adeo præcipiti turba obtriti plures quam ferro necati*. Lib. 9. *Armis viriſque ad obterendum C. Marcium conſulem concurrunt*. Lib. 10. *Impetu equorum ac vehiculorum raptorum per agmen obtriti antéſignani*. Auctor ultimi de bello Gallico: *Complures hoſtium magno noſtrorum impetu vulnerantur & partim in fuga proteruntur, partim intercipiuntur*. J. Fr. Gron.

1 *Equeſtru terror*] Put. Cantabrig. & alii *eques terror*; quod recte Salmaſius decurtatum putavit pro *equeſter terror*. Habes ita 26, 36 *equeſter ordo*, 5, 7. *Quibus cenſus equeſter erat*. 25, 12. *Celeberque dies omni cærimoniarum genere fuit*. Jac. Gron.

2 *Quod niſi in veteri exercitu & duce veteri haud facile eſt*] Put. reg. Men. *in vetere exercitu & duci veteri*. Nempe τὸ *duci veteri* non reguntur à præpoſitione, ſed à verbo atque adjectivo *facile*. J. Fr. Gron.

3 *Ac manipulorum decurrentium*] Put. Voſſ. & alii, *decurſum*. Scribe: *ni ad cohortium ac manipulorum decurſum per colles clamor ab tergo auditus metum, ne intercluderentur caſtris, feciſſet*. Nam & ſic illi, non *à caſtris*. Idem.

4 *Equites enim in tergo hærebant*] Omnes: *Equites enim tergo inhærebant*. Idem.

capti. Circa quingentos [1] Romanorum ſociorumque victores ceciderunt. poſtero die Pœnus quievit. Romanus in aciem copiis eductis, poſteaquam neminem ſigna contra efferre vidit; ſpolia legi cæſorum hoſtium, & ſuorum corpora collata in unum ſepeliri juſſit. inde inſequentibus continuis diebus aliquot ita inſtitit portis, ut prope inferre ſigna videretur: donec Annibal tertia vigilia crebris ignibus tabernaculiſque, quæ pars caſtrorum ad hoſtes vergebat, & Numidis paucis, qui in vallo portiſque ſe oſtenderent, relictis, profectus Apuliam petere intendit. Ubi illuxit, ſucceſſit vallo Romana acies. & Numidæ ex compoſito pauliſper in portis ſe valloque oſtentavere: [2] fruſtratique aliquandiu hoſtes, citatis equis agmen ſuorum aſſequuntur. Conſul ubi ſilentium in caſtris, & ne paucos quidem qui prima luce obambulaverant, parte ulla cernebat; duobus equitibus ſpeculatum in caſtra præmiſſis poſtquam ſatis tuta omnia eſſe exploratum eſt, inferri ſigna juſſit. tantumque ibi moratus, dum milites ad prædam diſcurrunt, receptui deinde cecinit, multoque ante noctem copias reduxit. Poſtero die prima luce profectus, magnis itineribus famam & veſtigia agminis ſequens, haud procul Venuſia hoſtem aſſequitur. Ibi quoque tumultuaria pugna fuit. ſupra duo millia Pœnorum cæſa. Inde nocturnis, montaniſque itineribus Pœnus, ne locum pugnandi daret, Metapontum petiit. Hanno inde (is enim præſidio ejus loci præ-

1 *Romanorum ſociorumque ducenti ceciderunt*] Apud primum reperio Frobenium, nam olim ab Andrea ad Aldum: *Et circa Romanorum ſociorumque ductores ceciderunt.* Juntas Aldo proximus dedit: *Et trecenti circa Romanorum ſociorumque.* Rhenanus: *Et tres Romanorum ſociorumque ductores ceciderunt.* Conjectura, ne quid ſecius dicam, perſpicue inepta. MSS. magna pars: *duo capti. Circa Romanorum ſociorumque victores ceciderunt.* Solus Put. ſincere: *Circa D. Romanorum ſociorumque victores ceciderunt.* hoc eſt, quingentos. Hic eſt, credo, locus, quem quoto ex libro eſſet, non recordari ſe confeſſus tentat Muretus 16, 8. Variar. lectionum. Scribit autem pro *victores*, quod ſuſpicabatur olim fuiſſe *VICTI*, *ſexcenti*. J. Fr. Gron.

2 *Fruſtratique aliquamdiu hoſtem*] Put. *hoſtu*, cæteri, *hoſtes*. Idem.

1 An-

præfuerat) in Bruttios cum paucis ad exercitum novum comparandum miſſus. Annibal copiis ejus ad ſuas additis, Venuſiam retro, quibus venerat itineribus repetit: atque inde Canuſium procedit. Nunquam Nero veſtigiis hoſtis abſtiterat: & Q. Fulvium, quum Metapontum ipſe proficiſceretur, in Lucanos, ne regio ea ſine præſidio eſſet, arceſſierat. Inter hæc ab Aſdrubale, poſt- 43
quam à Placentiæ obſidione abſceſſit, quatuor Galli equites, duo Numidæ cum literis ad Annibalem miſſi, quum per medios hoſtes totam ferme longitudinem Italiæ emenſi eſſent, dum Metapontum cedentem Annibalem ſequuntur, incertis itineribus Tarentum delati, à vagis per agros pabulatoribus Romanis ad Q. Claudium proprætorem deducuntur. Eum primo incertis implicantes reſponſis, ut metus tormentorum admotus fateri vera coëgit, edocuerunt; literas ſe ab Aſdrubale ad Annibalem ferre. Cum iis literis, ſicut erant, ſignatis, L. Virginio tribuno militum ducendi ad Claudium conſulem traduntur. duæ ſimul turmæ Samnitium præſidii cauſſa miſſæ. qui ubi ad conſulem pervenerunt, literæque lectæ per interpretem ſunt, & ex captivis percunctatio facta; tum Claudius non id tempus eſſe reipublicæ ratus, quo conſiliis ordinariis provinciæ ſuæ quiſque finibus per exercitus ſuos cum hoſte deſtinato ab ſenatu, bellum gereret: [1] Audendum ac novandum aliquid improviſum, inopinatum, quod cœptum non minorem apud cives, quam hoſteis, terrorem faceret; perpetratum in magnam lætitiam ex magno metu verteret; literis Aſdrubalis Romam ad ſenatum miſſis, ſimul & ipſe Patres conſcriptos [2] quid pararet, edocet, ut quum in Umbria ſe occurſurum Aſdrubal fratri ſcribat; legionem

1 *Audendum ac novandum aliquid*] Media duo verba nullis in Gallic. non in uno Pal. non in Voſſiano conſpicuæ ſunt. *J. Fr. Gron.*

2 *Quid pararet, edocet*] Omnes: *ſimul & ipſe Patres Conſcriptos, quid pararet, edocet.* quod mutaverat Rhenanus. *Idem.*

nem à Capua Romam arceſſant: delectum Romæ habeant: exercitum urbanum ad Narniam hoſti opponant. Hæc ſenatui ſcripta. Præmiſſa autem per agrum Larinatem, [1] Marrucinum, Frentanum, Prætutianum, qua exercitum ducturus erat, ut omnes ex agris urbibuſque commeatus paratos militi ad veſcendum in viam deferrent, equos jumentaque alia producerent, ut vehiculorum feſſis copia eſſet. Ipſe de toto exercitu civium ſociorumque quod roboris erat, delegit, ſex millia peditum, mille equites: pronunciat, occupare ſe in Lucanis proximam urbem Punicumque in ea præſidium velle, ut ad iter parati omnes eſſent. Profectus nocte, [2] flexit in Picenum. Et conſul quidem quantis maximis poterat itineribus, ad collegam ducebat; relicto [3] Q. Catio le-
44 gato, qui caſtris præeſſet. Romæ haud minus terroris ac tumultus erat, quam fuerat [4] biennio ante, quum caſtra Punica objecta Romanis mœnibus portiſque fuerant. neque ſatis conſtabat animis, tam audax iter conſulis laudarent vituperarentne. Apparebat (quo nihil iniquius eſt) ex eventu famam habiturum. *Caſtra prope Annibalem hoſtem relicta ſine duce cum exercitu, cui detractum foret omne quod roboris, quod floris fuerit; & conſulem in Lucanos oſtendiſſe iter, quum Picenum & Galliam peteret: caſtra relinquentem nulla alia re tutiora, quam errore hoſtis, qui ducem inde atque exercitus partem abiſſe ignoraret. Quid futurum, ſi id palam fiat? & aut inſequi Neronem cum ſex millibus armatorum profectum, Annibal toto exercitu velit, aut caſtra invadere, prædæ relicta, ſine viribus, [5] ſine imperio, ſine auſpicio? Veteres*

1 *Marruc. Ferentinum*] Vet. lib. *Ferentanum*: Supra oſtendi legendum eſſe, *Frentanum*. Sigonius.

2 *Flexit in Picenum*] Id eſt, ut in Picenum tenderet. *Idem.*

3 *Q. Tatio legato*] Vet. lib. *Q. Catio*, quod probo. ſupra enim *Q. Catium* quoque ædilem curulem nominavit. *Idem.*

4 *Biennio ante &c.*] *Quadriennio* legendum eſſet, niſi extremos annos omiſſos eſſe intelligeremus, id enim factum eſt ann. DXXIX. *Idem.*

5 *Sine imperio, ſine auſpicio*] Quia imperium, auſpiciumque conſulis erat, qui diſceſſerat. *Idem.*

1 Et

teres ejus belli clades, duo conſules proximo anno interfecti terrebant. [1] *& ea omnia accidiſſe, quum unus imperator, unus exercitus hoſtium in Italia eſſet: nunc duo bella Punica facta, duos ingentes exercitus, duos prope Annibales in Italia eſſe. quippe & Aſdrubalem, patre eodem Amilcare genitum, æque impigrum ducem, per tot in Hiſpania annos* [2] *Romano exercitum bello,* [3] *gemina victoria inſignem, duobus exercitibus cum clariſſimis ducibus deletis. nam itineris quidem celeritate ex Hiſpania &* [4] *concitatis ad arma Gallicis gentibus, multo magis quam Annibalem ipſum gloriari poſſe. quippe in iis locis hunc coëgiſſe exercitum, quibus ille majorem partem militum fame, ac frigore, quæ miſerrima mortis genera ſunt, amiſiſſet.* Adjiciebant etiam periti rerum Hiſpaniæ, [5] *haud cum ignoto duce C. Nerone congreſſurum: ſed quem in ſaltu impedito deprehenſus forte, haud ſecus quam puerum, conſcribendis fallacibus conditionibus pacis fruſtratus eluſiſſet.* Omnia majora etiam vero præſidia hoſtium, minora ſua, metu interprete ſemper in deteriora inclinato, ducebant. Nero poſtquam jam tantum inter- 45
valli ab hoſte fecerat, ut detegi conſilium ſatis tutum eſſet, paucis milites alloquitur. *Negat ullius conſilium imperatoris in ſpeciem audacius, reipſa tutius fuiſſe, quam ſuum. Ad certam eos ſe victoriam ducere. quippe ad quod bellum collega non ante, quam ad ſatietatem ipſius peditum atque equitum data ab ſenatu copiæ fuiſſent, majores, inſtructioreſque quam ſi adverſus ipſum Annibalem iret, profectus ſit; eo ipſos quantumcunque virium momentum addiderint, rem omnem inclinaturos. Au-*

1 *Et eo omnia accidiſſe*] Repone ex optimis: *& ea omnia.* J. Fr. Gron.

2 *Romano exercitum bello*] Cantabrig. *exercitatum.* Quod ego licet invitis forte aliis membranis eſſe auctoris cenſeo potius quam vulgatum. 29, 30. *Prudentia inter Romana & Punica arma exercitati ducis.* 36, 17. *Rex ille bellicoſiſſimus, exercitatus jam inde ab juventa finitimis Thracum bellis.* 39. 1. *Aſperius paulo iter in Thracia, & exercitatior hoſtis.* Jac. Gron.

3 *Gemina victoria inſignem*] P. & Cn. Corneliis interfectis in Hiſpania. *Sigonius.*

4 *Concitatis ad*] Vet. lib. *& concitatis ad arma.* Idem.

5 *Haud cum ignoto duce C. Nerone*] Hac de re ſcripſit libro priore. *Idem.*

Haud cum ignoto duce] Put. *haud cum ignoto cum duce C. Nerone.* Dele prius *cum*, aut ſcribe: *haud jam ignoto cum duce.* J. Fr. Gron.

nem à Capua Romam arceſſant: delectum Romæ habeant: exercitum urbanum ad Narniam hoſti opponant. Hæc ſenatui ſcripta. Præmiſſa autem per agrum Larinatem, [1] Marrucinum, Frentanum, Prætutianum, qua exercitum ducturus erat, ut omnes ex agris urbibuſque commeatus paratos militi ad veſcendum in viam deferrent, equos jumentaque alia producerent, ut vehiculorum feſſis copia eſſet. Ipſe de toto exercitu civium ſociorumque quod roboris erat, delegit, ſex millia peditum, mille equites: pronunciat, occupare ſe in Lucanis proximam urbem Punicumque in ea præſidium velle, ut ad iter parati omnes eſſent. Profectus nocte, [2] flexit in Picenum. Et conſul quidem quantis maximis poterat itineribus, ad collegam ducebat; relicto [3] Q. Catio le-
44 gato, qui caſtris præeſſet. Romæ haud minus terroris ac tumultus erat, quam fuerat [4] biennio ante, quum caſtra Punica objecta Romanis mœnibus portiſque fuerant. neque ſatis conſtabat animis, tam audax iter conſulis laudarent vituperarentne. Apparebat (quo nihil iniquius eſt) ex eventu famam habiturum. *Caſtra prope Annibalem hoſtem relicta ſine duce cum exercitu, cui detractum foret omne quod roboris, quod floris fuerit; & conſulem in Lucanos oſtendiſſe iter, quum Picenum & Galliam peteret: caſtra relinquentem nulla alia re tutiora, quam errore hoſtis, qui ducem inde atque exercitus partem abiſſe ignoraret. Quid futurum, ſi id palam fiat? & aut inſequi Neronem cum ſex millibus armatorum profectum, Annibal toto exercitu velit, aut caſtra invadere, prædæ relicta, ſine viribus, [5] ſine imperio, ſine auſpicio? Ve-*

teres

1 *Marruc. Ferentinum*] Vet. lib. *Ferentanum*: Supra oſtendi legendum eſſe, *Frentanum*. Sigonius.

2 *Flexit in Picenum*] Id eſt, ut in Picenum tenderet. *Idem.*

3 *Q. Tatio legato*] Vet. lib. *Q. Catio*, quod probo. ſupra enim *Q. Catium* quoque ædilem curulem nominavit. *Idem.*

4 *Biennio ante* &c.] *Quadriennio* legendum eſſet, niſi extremos annos omiſſos eſſe intelligeremus, id enim factum eſt ann. DXXIX. *Idem.*

5 *Sine imperio, ſine auſpicio*] Quia imperium, auſpiciumque conſulis erat, qui diſceſſerat. *Idem.*

teres ejus belli clades, duo conſules proximo anno interfecti terrebant. [1] *& ea omnia accidiſſe, quum unus imperator, unus exercitus hoſtium in Italia eſſet: nunc duo bella Punica facta, duos ingentes exercitus, duos prope Annibales in Italia eſſe. quippe & Aſdrubalem, patre eodem Amilcare genitum, æque impigrum ducem, per tot in Hiſpania annos* [2] *Romano exercitum bello,* [3] *gemina victoria inſignem, duobus exercitibus cum clariſſimis ducibus deletis. nam itineris quidem celeritate ex Hiſpania &* [4] *concitatis ad arma Gallicis gentibus, multo magis quam Annibalem ipſum gloriari poſſe. quippe in iis locis hunc coëgiſſe exercitum, quibus ille majorem partem militum fame, ac frigore, quæ miſerrima mortis genera ſunt, amiſiſſet.* Adjiciebant etiam periti rerum Hiſpaniæ, [5] *haud cum ignoto duce C. Nerone congreſſurum: ſed quem in ſaltu impedito deprehenſus forte, haud ſecus quam puerum, conſcribendis fallacibus conditionibus pacis fruſtratus eluſiſſet.* Omnia majora etiam vero præſidia hoſtium, minora ſua, metu interprete ſemper in deteriora inclinato, ducebant. Nero poſtquam jam tantum intervalli ab hoſte fecerat, ut detegi conſilium ſatis tutum eſſet, paucis milites alloquitur. *Negat ullius conſilium imperatoris in ſpeciem audacius, reipſa tutius fuiſſe, quam ſuum. Ad certam eos ſe victoriam ducere. quippe ad quod bellum collega non ante, quam ad ſatietatem ipſius peditum atque equitum data ab ſenatu copiæ fuiſſent, majores, inſtructioreſque quam ſi adverſus ipſum Annibalem iret, profectus ſit; eo ipſos quantumcunque virium momentum addiderint, rem omnem inclinaturos.*

45

Au-

1 *Et eo omnia accidiſſe*] Repone ex optimis: *& ea omnia.* J. Fr. Gron.

2 *Romano exercitum bello*] Cantabrig. *exercitatum.* Quod ego licet invitis forte aliis membranis eſſe auctoris cenſeo potius quam vulgatum. 29, 30. *Prudentia inter Romana & Punica arma exercitati ducis.* 36, 17. *Rex ille bellicoſiſſimus, exercitatus jam inde ab juventa finitimis Thracum bellis.* 39. 1. *Aſperius paulo iter in Thracia, & exercitatior hoſtis.* Jac. Gron.

3 *Gemina victoria inſignem*] P. & Cn. Corneliis interfectis in Hiſpania. *Sigonius.*

4 *Concitatis ad*] Vet. lib. *& concitatis ad arma.* Idem.

5 *Haud cum ignoto duce C. Nerone*] Hac de re ſcripſit libro priore. *Idem.*

Haud cum ignoto duce] Put. *haud cum ignoto cum duce C. Nerone.* Dele prius *cum*, aut ſcribe: *haud jam ignoto cum duce.* J. Fr. Gron.

Auditum modo in acie (1 *nam ne ante audiretur, daturum operam*) *alterum conſulem, & alterum exercitum adveniſſe, haud dubiam victoriam facturum. Famam bellum conficere, & parva momenta in ſpem metumque impellere animos.* 2 *Gloriæ quidem ex re bene geſta partæ fructum prope omnem ipſos laturos. Semper quod poſtremum adjectum ſit, id rem totam videri traxiſſe. Cernere ipſos, quo concurſu, qua admiratione, quo favore hominum iter ſuum celebretur.* Et, hercule, per inſtructa omnia ordinibus virorum mulierumque undique ex agris effuſorum, inter vota ac preces & laudes ibant: illos præſidia Reipublicæ, vindices urbis Romæ imperiique appellabant: in illorum armis dextriſque ſuam liberorumque ſuorum ſalutem ac libertatem repoſitam eſſe. Deos omnes Deaſque precabantur, ut illis fauſtum iter felixque pugna, matura ex hoſtibus victoria eſſet: damnarenturque ipſi votorum, quæ pro iis ſuſcepiſſent. Ut quemadmodum nunc ſolliciti proſequerentur eos, ita paucos poſt dies læti ovantibus victoria obviam irent. Invitare inde pro ſe quiſque, & offerre & 3 fatigare precibus, ut quæ ipſis jumentiſque uſui eſſent, ab ſe potiſſimum ſumerent. benigne omnia cumulata dare. Modeſtia cernere milites, ne quid ultra uſum neceſſarium ſumerent: nihil morari, 4 nec ab ſignis abſiſtere cibum capientes: diem ac noctem ire: vix quod ſatis ad naturale deſiderium corporum eſſet, quieti dare. Et ad collegam præmiſſi

1 *Nam ne ante audiatur, daturum operam*] Sic jubet Rhenanus. At Put. omneſque Gall. & Voſſ. *audiretur*. J. Fr. Gron.

2 *Gloriæ quidem ex re bene geſta partæ*] Scripti *partes, pares, partem*: quod poſtremum editiones ab Andrea ad Moguntinos. Aldus primum *parte*, Juntas *partæ*. Sed videtur legendum *ſperatæ*. Idem.

3 *Flagitare precibus, ut*] Vet. lib. *fatigare precibus*, quod placet. eſt enim genus dicendi Livio familiare. *Sigon.*

4 *Nec ab ſignis abſiſtere cibum capientes*] Put. reg. Men. Pal. optimi Florent. Barberin. Voſſ. *nec ab ſignis nec ſubſiſtere*. In aliis etiam *ſubſiſtere*, ſed deeſt *nec*. An fuit: *nec ab ſignis abſiſtere, nec ſubſiſtere cibum capientes, diem ac noctem ire*. Duo enim ſunt diverſa, excedere ex ordinibus & ſubſiſtere: utrumque autem de illis negatum mirificam diligentiam prodit. Cæſar lib. 5 de bell. Gall. *Sic uti ab ſignis legionibuſque non abſiſterent*. Plin. lib. 2 cap. 8. *Ab ſole nunquam abſiſtens*. J. Fr. Gron.

1 *Nocte*

Digitized by Google

missi erant, qui nunciarent adventum, percunctarenturque, clam an palam, interdiu an noctu, venire sese vellet, iisdem an aliis considere castris. [1] Nocte clam ingredi melius visum est. [2] Tessera per castra ab Livio 46
consule data erat, ut tribunum tribunus, centurio centurionem, eques equitem, pedes peditem acciperet. neque enim dilatari castra opus esse, ne hostis adventum alterius consulis sentiret: & coartatio plurium in angusto tendentium facilior futura erat, quod Claudianus exercitus nihil ferme, præter arma, secum in expeditionem tulerat. Cæterum in ipso itinere auctum voluntariis agmen erat; offerentibus sese ultro; & veteribus militibus perfunctis jam militia; & juvenibus, quos certatim nomina dantes, si quorum corporis species, roburque virium aptum militiæ videbatur, conscripserat. [3] Ad Senam castra alterius consulis erant: & quingentos inde ferme passus Asdrubal aberat. Itaque quum jam appropinquaret, tectus montibus substitit Nero: ne ante noctem, castra ingrederetur. Silentio ingressi, ab sui quisque ordinis hominibus in tentoria abducti, cum summa omnium lætitia hospitaliter excipiuntur. Postero die consilium habitum, cui & L. Porcius Licinus prætor affuit. Castra juncta consulum castris habebat: & ante adventum eorum, per loca alta ducendo exercitum, quum modo

1 *Nocte clam ingredi*] Cantabrig. *clamitare*. Alii scripti *clammare, clamminare*. Videntur velle *clam intrare*, quod ad alterius marginem notatum fuit. 44, 12. *Ipsi obscura nocte simplici ordine intraruut urbem*. Nisi credamus eas diversitates esse ludos scribarum, qui reperientes in primo codice *inare* (sic intelligo haberi in Puteaneo, infima parte litera g recisa vel evanida; an *re di* exstent nescio, sed exstare credo) eo usq; aberrarunt. *Jac. Gron.*

Clam ingredi visum est] Vet. lib. *melius visum est*. Sigonius.

2 *Tessera per castra data* &c.] Sic lib. 7. *Vigilius deinde dispositis ceteris omnibus tesseram dari jubet, ubi secundæ vigilia buccina datum signum esset, armati cum silentio ad se convenirent*. Polybius item de *tessera*, quam ξυλήριον & σωίθημα vocat, lib. 6 agit, id est, de signo nocturnis excubiis dando. Nam Livius his locis pro quocumq; signo accipere *tesseram* videtur. *Idem.*

3 *Ad Senam*] Coloniam, de qua supra. Unde in Bruto *Salinatorem* ait Cicero *Senensi prælio ludos vovisse*. Idem.

1 *Mul-*

modo inſideret anguſtos ſaltus, ut tranſitum clauderet, modo ab latere aut ab tergo carperet agmen, ludificatus hoſtem omnibus artibus belli fuerat. is tum in conſilio aderat. [1] Multorum eo inclinant ſententiæ, ut, dum feſſum via ac vigiliis reficeret militem Nero; ſimul & ad noſcendum hoſtem paucos ſibi ſumeret dies, [2] tempus pugnæ differretur. Nero non ſuadere modo, ſed ſumma ope orare inſtitit, *ne conſilium ſuum, quod tutum celeritas feciſſet, temerarium morando facerent. Errore (qui non diuturnus futurus eſſet) velut torpentem Annibalem, nec caſtra ſua ſine duce relicta aggredi, nec ad ſequendum ſe iter intendiſſe.* [3] *antequam ſe moveat, deleri exercitum Aſdrubalis poſſe, redireque in Apuliam. Qui prolatando ſpatium hoſti det, eum & illa caſtra prodere Annibali, & aperire in Galliam iter; ut per otium ubi velit, Aſdrubali conjungatur. Extemplo ſignum dandum, & exeundum in aciem: abutendumque errore hoſtium abſentium, præſentiumque. dum neque illi ſciant cum paucioribus, nec hi cum pluribus & validioribus rem eſſe.* Conſilio dimiſſo, ſignum pugnæ proponitur, confeſtimque in aciem pro-
47 cedunt. Jam hoſtes ante caſtra inſtructi ſtabant. moram pugnæ attulit, quod [4] Aſdrubal provectus ante ſigna cum paucis equitibus, ſcuta vetera hoſtium notavit, quæ ante non viderat, & [5] ſtrigoſiores equos. [6] multitudo quoque major ſolita viſa eſt. Suſpicatus enim, id quod erat,

1 *Multorum eo inclinabant ſententiæ*] Omnes Gall. Pall. & Voſſ. *inclinant*. J. Fr. Gron.

2 *Tempus pugnandi differretur*] Gall. & Voſſ. *tempus pugnæ differretur*. illud ab Rhenano. *Idem.*

3 *Antequam ſe moveat, delere exercitum Aſdrubalis poſſe redireque in Apuliam*] Prius, ni fallor, fuit *deleri*, ſed ſubjecit illud Rhenanus, jubetque ſubaudiri *ſe*. Atqui verba ſunt indigna Nerone conſule, ut ubi alterius conſulis, ubi prætoris tantum momentum futurum erat, ibi is ſibi attribuat in conſilio totam gloriam, & dicat, *ſe poſſe delere*. Certe ſanus hic locus non eſt. Put. reg. Men. Voſſ. conſenſu: *delerique in Apuliam*. Mediorum nulla veſtigia. Mitius conciliaremus: *antequam ſe moveat, debellari poſſe redirique in Apuliam*. Idem.

4 *Aſdrubal profectus ante ſigna*] Melius Put. & Gall. *provectus*. Idem.

5 *Strigoſiores equos*] Sic Front. lib. 1 cap. 2. *Sigonius.*

6 *Multitudo quoque major ſolito viſa eſt*] Scripti: *ſolita*. Statimque: *Suſpicatus enim id quod erat*. Præterea: *ſi quid forte aduſtioris coloris, ut ex recenti via, eſſent*. J. Fr. Gron.

erat, receptui propere cecinit, ac misit ad flumen, unde aquabantur: ubi & excipi aliqui possent, & notari oculis, si qui forte adustioris coloris, ut ex recenti via, essent; simul circumvehi procul castra jubet, specularique, num auctum aliqua parte sit vallum: & ut attendant, semel bisne signum canat in castris. Ea quum ordine omnia relata essent; castra nihil aucta errorem faciebant. Bina erant, sicut ante adventum consulis alterius fuerant: una M. Livii, altera L. Porcii: neutris quicquam quo latius tenderetur, ad munimenta adjectum. Illud veterem ducem assuetumque Romano hosti movit; quod semel in prætoriis castris signum, bis in consularibus referebant cecinisse. duos profecto consules esse, & quonam modo alter ab Annibale abscessisset, cura angebat. Minime id quod erat, suspicari poterat, tantæ rei fruſtratione Annibalem elusum: ut ubi dux, ubi exercitus esset, cum quo castra collata haberet, ignoraret. Profecto haud mediocri clade absterritum insequi non ausum. magnopere vereri, ne perditis rebus serum ipse auxilium venisset: Romanisque eadem jam fortuna in Italia, quæ in Hispania esset. interdum, literas suas ad eum non pervenisse, credere: interceptisque iis, consulem ad sese opprimendum acceleraſſe. His anxius curis, extinctis ignibus, vigilia prima dato signo, ut taciti vasa colligerent, signa ferri jussit. In trepidatione & nocturno tumultu [1] duces, parum intente asservati, alter

1 *Duces parum intente asservati*] Est ab Rhenano. Vulgo olim: *parum intente iter asservare*. Put. *parum inte adservat*. Reg. Pet. Men. *parum iter adservant*. Pal. *parum iter adseverant*, & *asservati*. Valde tamen probabiliter Rhenanus. Bini duces itineris, quum minus diligenter adservarentur, aufugere: alter abscondit se in destinatis olim latebris; alter Metaurum natatu transiit. ita destitutum ab ducibus agmen in regione ignota. Vegetius lib. 3, 6. *Praterea debet sub periculo eligendarum viarum, duces idoneos scientesque percipere, eosque custodiæ mancipare, addita pœnæ ostentatione vel præmii. Erunt enim utiles, cum intelligent nec fugiendi sibi copiam superesse, & fidei præmium, perfidia parata supplicia.* Hæc de sententia Alb. Rubenii. Legendum autem apud Vegetium ex MSS. *sub periculo eligentium, viarum duces.* id est, pro quorum fide caveant, qui eos elegerunt. *J. Fr. Gron.*

1 *In*

alter [1] in deſtinatis jam inde ante animo latebris ſubſedit, alter per vada nota Metaurum flumen tranavit: ita deſertum à ducibus agmen, primo per agros palatur; feſſique aliquot ſomno ac vigiliis ſternunt corpora paſſim, atque infrequentia relinquunt ſigna. Aſdrubal, [2] dum lux viam oſtenderet, ripa fluminis ſigna ferri jubet. & per tortuoſi amnis ſinus flexuſque [3] errorem volvens haud multum proceſſit; ubi prima lux tranſitum opportunum oſtendiſſet, tranſiturus. ſed quum, quantum mare abſcedebat, tanto altioribus coërcentibus amnem ripis, non inveniret vada; diem terendo, ſpatium dedit ad

1 *In deſtinatis jam inde ante*] Noſtri omnes reſpuunt τὸ *inde*, ut & Rhenani. *J. Fr. Gron.*

2 *Dum lux viam oſtenderet, ripa fluminis ſigna ferri jubet*] Put. reg. Men. Voſſ. *lux jam oſtendentis ſigna.* Nuſquam *ripa fluminis*, & videtur ex ſequentibus effictum. Nam junior Petav. *oſtenderet in ipſa fluminis ripa ſigna.* Conjicio: *oſtenderet, ſtatim ſigna ferre jubet.* hoc eſt, imperat, ut quod teneant iter, id pergant exſequi. Nonius explicat *perſeveranter & aequaliter.* Ut in illo Plauti: *Nec recedit loco, quin ſtatim rem gerat.* Ennius Ajace: *qui rem cum Achivis geſſerunt ſtatim.* Vel, *dum lux vadum oſtenderet, ſigna ferri jubet.* Idem.

3 *Quum errore volvens haud multum proceſſiſſet* &c. *tranſiturus erat*] Hic primo nihili eſt illud, *errore volvens*, ut recte advertit Rhenanus. Sed quod ille ariolatus *obiens*, pro *volvens*, incaſſum ei applaudit Glareanus. Legendum enim unica litera adjecta cum Put. *errorem volvens.* Id quid ſit, ponit ante oculos Latinus Pacatus in Panegyrico Theodoſio dicto: *quin ipſos via implicabat errores, & nunc dexter, nunc laevus, nunc veſtigiis ſuis obvius incertum iter ancipiti ambage texebat.* Lucanus de Pompeio fugiente, *incerta fuga veſtigia turbat Implicitaſque errore vias.* Sic Sophocles Ajace Lorario, βάσιν κωλᾶν. Sed & recte de verbo, *proceſſiſſet*, dubitat Rhenanus: nam in ſcriptis prorſus eſt *proceſſit:* denique in fine periodi τὸ *erat* nemo retinet Gallicanorum. Hinc fortaſſis haud vane divino, in illis, *finus flexuſque quum errorem volvens*, τὸ *quum* ex particula praecedente natum Livii non eſſe, qui ſcripſerat: *& per tortuoſi amnis ſinus flexuſque errorem volvens haud multum proceſſit, ubi prima lux tranſitum oſtendiſſet, tranſiturus. Sed quum quantum mare abſcedebat, tanto altioribus coërcentibus amnem ripis.* Sic enim omnes Gall. & Pall. non, *quantum à mari abſcedebat.* Dictum ut illud apud Valerium Flaccum lib. 5 v. 61. *heu quantum Phaſis, quantum Aea receſſit.* Ita namque legendum, non *Aeta*, vel inde licet colligere, quod iidem inferius eodem libro conjunguntur: *Barbarus in patriis ſectatur montibus Aeam Phaſis amore furens.* Et Strabo lib. 1 expeditionem Argonauticam vocat Τὸν Ἰάσονος πλοῦν ἐπ' Αἶαν, de Homero: ὡς Κόλχους εἰδὼς ἦ ἐπὶ Ἰάσονος πλοῦν ἐπ' Αἶαν. Quam vocem etiam reſtituendam lib. 1, legendumque v. 742. *variis ſtupet Aea deorum Prodigiis, quatiuntque truces oracula Colchos*, non *Aëta*, non *Aeta*, ut olim volui, facile accedo, accredoque Nicolao Heinſio meo. Porro de verbo *recedere* vide ad Statium cap. 40.

ubi

ad inſequendum ſeſe hoſti. Nero primum cum omni equitatu advenit. Porcius deinde aſſecutus cum levi armatura. Qui quum feſſum agmen carperent ab omni parte incurſarentque, & jam omiſſo itinere, quod fugæ ſimile erat, caſtra metari Pœnus in tumulo ſuper flumini ripam vellet; advenit Livius peditum omnibus copiis, non itineris modo, ſed ad conſerendum extemplo prœlium inſtructis, armatiſque. Sed ubi omnes copias conjunxerunt, directaque acies eſt; Claudius dextro in cornu, Livius ab ſiniſtro pugnam inſtruit: media acies prætori [1] tuenda datur. Aſdrubal omiſſa munitione caſtrorum poſtquam pugnandum vidit, [2] in prima acie ante ſigna elephantos conlocat. circa eos lævo in cornu adverſus Claudium Gallos opponit; haud tantum eis fidens, quantum ab hoſte timeri eos credebat. ipſe dextrum cornu adverſus M. Livium ſibi, atque Hiſpanis (& ibi maxime in vetere milite ſpem habebat) ſumpſit. Ligures in medio poſt elephantos poſiti; ſed longior quam latior acies erat. Gallos prominens collis tegebat. Ea frons, quam Hiſpani tenebant, cum ſiniſtro Romanorum cornu concurrit. dextra omnis acies extra prœlium eminens ceſſabat. collis oppoſitus arcebat, ne aut à fronte, aut ab latere aggrederentur. Inter Livium, Aſdrubalemque ingens contractum certamen erat, atroxque cædes utrimque edebatur. ibi duces ambo, ibi pars major peditum equitumque Romanorum: ibi Hiſpani, vetus miles perituſque Romanæ pugnæ, & Ligures; durum in armis genus. eodem verſi elephanti, qui primo impetu tur-

48

ubi quem locum Silii de ingenio correximus, eum ſic, ut volueramus, in Oxonienſi codice manu exarato conceptum invenimus. *J. Fr. Gron.*

1 *Tuenda datur*] Cantabrig. *data*. Et ſic ſolent mutare. Ipſe nolter ſtatim: *Ligures in medio poſt elephantos poſiti*, quum poſſet, *ponuntur*. Ita ſequente lib. in diſtributione provinciarum, cap. 10, quum alio modo locutus eſſet ante, addit: *C. Servilio Sicilia tuenda data*. Jac. Gron.

2 *In prima acie ante ſigna elephantos locat*] Ab Rhenano eſt. Put. *conlocat*. cæteri omnes ut priores editiones: *collocat*. J. Fr. Gron.

1 *In*

turbaverant anteſignanos, & jam ſigna moverant loco: deinde, creſcente certamine & clamore, impotentius jam regi, & inter duas acies verſari, velut incerti quorum eſſent; haud diſſimiliter navibus ſine gubernaculo vagis. Claudius, *Quid ergo præcipiti curſu tam longum iter emenſi ſumus?* clamitans militibus, quum in adverſum collem fruſtra ſigna erigere conatus eſſet; poſtquam ea regione penetrari ad hoſtem non videbat poſſe; cohortes aliquot ſubductas è dextro cornu, ubi ſtationem magis ſegnem quam pugnam futuram cernebat, poſt aciem circumducit. & non hoſtibus modo, ſed etiam ſuis inopinantibus [1] in ſiniſtrum hoſtium latus incurrit: tantaque celeritas fuit, ut [2] quum oſtendiſſent ſe ab latere, mox in terga jam pugnarent. [3] Ita ex omnibus partibus ab fronte, ab latere, ab tergo, trucidantur Hiſpani Ligureſque: & ad Gallos jam cædes pervenerat. Ibi minimum certaminis fuit. nam & pars magna ab ſignis aberant, nocte dilapſi, ſtratique ſomno paſſim per agros: & qui aderant, itinere ac vigiliis feſſi, intolerantiſſima laboris corpora, [4] vix arma humeris geſtabant. Et jam diei medium erat, ſitiſque & calor hiantes, cædendos capiendoſque affatim præbebat. Elephanti plures ab ipſis rectoribus quam ab hoſte interfecti. fabrile ſcalprum cum malleo habebant, id, ubi ſævire belluæ ac ruere in ſuos

49 cœ-

1 *In ſiniſtrum hoſtium latus*] Aut memoriæ vitio lapſus eſt Livius, aut leg. *in dextrum h.* Claudius oppoſitus erat ſiniſtro hoſtium cornu, ubi erant Galli. Itaque cohortes poſt aciem ſuorum circumduxit, ut invaderet Hiſpanos, qui in dextro hoſtium cornu pugnabant, atque ita cæſis Hiſpanis pervenit ad Gallos in ſiniſtrum cornu. Obſervaſſe hoc etiam Glareanum video, cujus rei nullam miror Sigonium, qui illius bona & mala alias ſemper adfert, habuiſſe rationem. *Jac. Perizon.*

2 *Quum oſtendiſſent ſe in latere*] Put. & alii: *ab latere.* J. Fr. Gron.

3 *Ita ut omnibus partibus*] Longe magis placet: *ita ex omnibus partibus, ab fronte, ab latere, ab tergo trucidantur Hiſpani:* quod & libri ſervant ſcripti præ ignavo illo, *Ita ut trucidarentur*, quod idem Rhenanus ingeſſit: præſertim quum proxime præcedat: *ut quum oſtendiſſent* &c. *Idem.*

4 *Vix arma humeris gerebant*] Put. reg. Men. Voſſ. *geſtabant.* Solus Men. *portabant.* Rhenano reddam ſua verba: & quid opus fuit illud mutare? *Id.*

1 *Ma-*

cœperant, [1] magiſter inter aures poſitum, ipſo in articulo quo jungitur capiti cervix, quanto maximo poterat, ictu adigebat. Ea celerrima via mortis in tantæ molis bellua inventa erat, [2] ubi regendi ſpem viciſſent. primuſque id Aſdrubal inſtituerat, dux quum ſæpe alias memorabilis, tum illa præcipue pugna. Ille pugnantes hortando, pariterque obeundo pericula, ſuſtinuit: ille feſſos, abnuenteſque tædio & labore, nunc pretando, nunc caſtigando, accendit: ille fugientes revocavit, omiſſamque pugnam aliquot locis reſtituit. poſtremo, quum [3] haud dubie fortuna hoſtium eſſet, ne ſupereſſet tanto exercitui ſuum nomen ſecuto, concitato equo ſe in cohortem Romanam immiſit. Ibi ut patre Amilcare & Annibale fratre dignum erat, pugnans cecidit. Numquam eo bello, una acie tantum hoſtium interfectum eſt, redditaque æqua Cannenſi clades, vel ducis vel exercitus interitu videbatur. [4] Quinquaginta ſex millia hoſtium occiſa: capta quinque millia & quadringenti: præda alia magna tum omnis generis, tum auri etiam argentique. Civium etiam Romanorum, qui capti apud hoſtes erant, [5] ſupra quatuor millia capitum recepta. id ſolatii fuit pro amiſſis eo prœlio militibus. Nam haudqua-

1 *Magiſter inter aures poſitum, ipſo in compage qua*] Omnes Gall. & duo Pall. *ipſo in articulo, quo jungitur capiti cervix.* Seneca de Providentia cap. 6. *Et cum articulus ille, qui caput collumque committit, inciſus eſt, tanta illa moles corruit.* J. Fr. Gron.

2 *Ubi regendi ſpem vi viciſſet*] Sic editiones pleræque, ſed ſcripti abigunt τὸ *vi*. Put. *regendu per viciſſent*. Men. & Pal. *regendu perviciſſent*. Lege igitur cum Rhenano: *ubi regendi ſpem viciſſent*. Ut referatur ad *elephanti*. Idem.

3 *Haud dubia fortuna*] Omnes: *poſtremo quum haud dubie fortuna hoſtium eſſet, ne ſupereſſet tanto exercitui*. Neque enim quiſquam noſtrorum obſequitur Rhenano volenti, *ſuperſtes eſſet*. Idem.

4 *Quinquaginta ſex millia*] Hic immane quantum a ſe invicem divortunt Livius & Polybius. Octo millia Romanorum, quinquaginta ſex de exercitu Aſdrubalis facit Livius. At Polybius: ἀπεθανον δὲ τῶν μὲν Καρχηδονίων καὶ τῶν μισθοφόρων σὺν τοῖς Κελτοῖς ὀκτὼ ἐλάττους μυρίων. Τῶν δὲ Ῥωμαίων περὶ δισχιλίους. Idem.

5 *Supra quatuor millia capitum recepta*] Put. *ſupra ∞ ∞ ∞ capitum*. Petav. *tria millia*. Eundem numerum ſubindicant Men. & Voſſ. qui male intellectis notis habet *xxx*. Idem.

quaquam incruenta victoria fuit: octo ferme millia Romanorum, sociorumque occisa. Adeoque etiam victores sanguinis [1] cædisque ceperat satias, ut postero die, quum esset nunciatum Livio consuli, Gallos Cisalpinos, Ligures que, qui aut prœlio non affuissent, aut inter cædem effugissent, uno agmine abire sine certo duce, sine signis, sine ordine ullo aut imperio: posse, si una equitum ala mittatur, [2] omnes deleri; *Superfint*, inquit, *aliqui nuncii, & hostium cladis, & nostræ virtutis.* Nero ea nocte, quæ secuta est pugnam, citatiore quam inde venerat agmine, die sexto ad stativa sua atque ad hostem pervenit. Iter ejus frequentia minore, quia [3] nemo præcesserat nuncius, lætitia vero tanta, vix ut compotes mentium præ gaudio essent, celebratum est. Nam Romæ neuter animi habitus satis dici enarrarique potest: nec quo incerta exspectatione eventus civitas fuerat, nec quo victoriæ famam accepit. Numquam per omnes dies, ex quo Claudium consulem profectum fama attulit, ab orto sole ad occidentem, aut senator quisquam à curia atque ab magistratibus abscessit, aut populus è foro. Matronæ, quia nihil in ipsis opis erat, in preces obtestationesque versæ; per omnia delubra vagæ [4] suppliciis votisque fatigare Deos. tam sollicitæ ac suspensæ civitati, fama incerta primo accidit: duos Narnienses equites in castra, quæ in faucibus Umbriæ opposita erant, venisse ex prœlio nunciantes, cæsos hostes. Et primo magis auribus

1 *Cædisque ceperat satietas*] Valde cupio adsentiri Rhenano, ubi in Spirensi ait esse: *cædisque ceperat satias*: quum & alibi apud nostrum exstirpaverint eam vocem imperiti; sed nemo Gall. nemo Pall. non Voss. ei subservit. *J. Fr. Gron.*

2 *Omnes deleri, Superfint, inquit, aliqui nuntii*] Put. *omnes delerique superfint*. Vossianus: *deleri qui superfint*. Scribe: *omnes deleri, Quin superfint, inquit*. Ut supra: *Quin imus, inquit, ipsi cum equitibus paucis exploratum*? Idem.

3 *Nemo enim præcesserat*] Nihil interest, sed sic Rhenanus nolente Put. cæterisque omnibus. tenent enim: *quia nemo præcesserat*. Sic & statim: *vix ut compotes mentium præ gaudio essent*. Et, *satis dici enarrarique potest*. Idem.

4 *Suppliciis votisque fatigavere*] Et hoc Rhenani. Sed omnes: *suppliciis votisque fatigare deos*. Revise ad lib. 6. Idem.

ribus quam animis id acceptum erat, ut majus lætiuſque, quam quod mente capere, aut ſatis credere poſſent: & ipſa celeritas fidem impediebat, quod biduo ante pugnatum dicebatur. Literæ deinde ab L. Manlio Acidino miſſæ ex caſtris afferuntur de Narnienſium equitum adventu. Et literæ per forum ad tribunal Prætoris latæ, ſenatum curia exciverunt: tantoque certamine ac tumultu populi ad fores curiæ concurſum eſt, [1] ut adire nuncius non poſſet, traherenturque à percunctantibus, vociferantibuſque, ut in Roſtris, priuſquam in ſenatu, literæ recitarentur. tandem ſummoti, & coërciti à magiſtratibus: [2] diſpenſarique lætitia inter impotentes ejus animos potuit. In ſenatu primum, deinde in concione literæ recitatæ ſunt: & pro cujuſque ingenio aliis jam certum gaudium, aliis nulla ante futura fides erat, [3] quam legatos, conſulumve literas audiſſent. Ipſos deinde [4] appropinquare legatos allatum eſt. tum enimvero omnis ætas currere obvii; primus quiſque oculis auribuſque 51

hau-

1 *Ut adire nuncius non poſſet, præ cunctantibus*] Vet. lib. quos legi omnes, *ut adire nuncius non poſſet, traherenturque à percunctantibus.* Sigonius.

Non poſſet præ cunctantibus] Hoc eadem fortuna ſubjecit Beatus, quum legeretur: *ut adire nuntius non poſſet, traherenturque a percunctantibus vociferantibuſque:* id quod mordicus tenent omnes ſcripti, quorum ratio haberi debet. Negari non poteſt virum illum, cujus laudibus nihil detractum volo, (etenim plurima egregie reſtituit apud noſtrum) ſæpe nihil penſi habuiſſe, quid quo mutaret, dummodo aliquid mutaret. *J. Fr. Gron.*

2 *Diſpenſarique lætitia inter impotentes ejus animos potuit*] Hic vero Beatus longe infeliciſſimus. quia ab calami errore in libro ſuo invenit, *diſſertarique*, nobis obtrudit: *vixque ſervari.* quum illud ſine ulla mendi ſuſpicione habeant omnes alicujus fidei libri, & ſit phraſis elegantiſſima pro modum accipere, ordine & ſine tumultu atque effuſione haberi. Plinius panegyr. *Quæ ſingula quantum tibi gratiæ diſpenſata addidiſſent? at tu ſimul omnia profudiſti.* Juſtinus lib. 8. *Quoniam omnibus bellis par eſſe non poterat, diſpenſanda ratus.* Silius lib. 9. *Dum Libys incenſo diſpenſat milite vires.* Apud quem etiam *indiſpenſatus niſus* ſine modo & temperamento vires effundentis. Tamen ille ſe effert, & imputat nobis ingratum laborem ſuum. *Idem.*

3 *Quam legatos conſulum vel literas audiſſent*] Repone cum optimis: *legatos conſulumve literas.* Idem.

4 *Appropinquare legatos allatum, tum enimvero*] Vera lectio optimorum codd. *allatum eſt. Tum enimvero omnis ætas currere obvii.* Non *obviam*, quod ſuggerit Rhenanus. *Idem.*

haurire tantum gaudium cupientes. ad Mulvium uſque pontem continens agmen pervenit. [1] Legati erant, L. Veturius Philo, P. Licinius Varus, Q. Cæcilius Metellus. circumfuſi omnis generis hominum frequentia in forum pervenerunt; quum alii ipſos, alii comites eorum, [2] quæ acta eſſent, percunctarentur, & ut quiſque audierat, exercitum hoſtium imperatoremque occiſum, legiones Romanas incolumes, ſalvos conſules eſſe; extemplo aliis porro impertiebant gaudium ſuum. Quum ægre in curiam perventum eſſet; multo ægrius ſummota turba ne Patribus miſceretur, literæ in ſenatu recitatæ ſunt. [3] inde producti in concionem legati. L. Veturius [4] literis recitatis, ipſe planius omnia, quæ acta erant, expoſuit; cum ingenti aſſenſu, poſtremo etiam clamore univerſæ concionis, quum vix gaudium animis caperent. Diſcurſum inde, ab aliis circa templa Deum, ut grates agerent; ab aliis domos, ut conjugibus liberiſque tam lætum nuncium impertirent. Senatus, quod M. Livius, & C. Claudius conſules, incolumi exercitu, ducem hoſtium legioneſque occidiſſent, ſupplicationem in triduum decrevit.

eam

1 *Legati erant L. Veturius*] Forte τὸ *erant* delendum, & poſt ſcribendum *Metellus, circumfuſi*. Vel potius lege: *Legati (erant L. Veturius Ph. P. Lic. Varus, Q. Cæc. Metellus) circumfuſi*. J. Fr. Gron.

2 *Quæ acta ſint*] Et hoc Rhenani: ſed ſcriptorum: *alii comites eorum, quæ acta eſſent, percunctarentur*. Idem.

3 *Inde traducti in concionem legati*] Vet. lib. *introducti in concionem*. Hinc ergo: *inde producti*. Eſt enim hæc conſuetudo Latini ſermonis, ut cum non omnibus pateret aditus vel in ſenatum, vel in concionem; à magiſtratibus tamen quorum id jus erat, in curiam quidam *introduci*, ad populum vero (ſic enim loquebantur) *produci* poſſent. Sic lib. 7. *Legati introducti in ſenatum maxime in hanc ſententiam locuti ſunt*. Et lib. 28. *Tum Saguntinorum legatos in ſenatum introduxit*. Et paulo poſt: *Legationes deinde cetera in ſenatum introducta*. Et hoc lib. *Mandat conſulibus, ut eos quoque ad populum producant*. Item, *productus in concionem Lælius eadem diſſeruit*. Et lib. 41. *Eum cum in ſenatu fatigaſſent interrogationibus in concionem quoque produxerunt*. Cic. poſt reditum ad Quirites: *Deinde omnes, qui veſtru maxime beneficiis, honoribuſque ſunt ornati, producti ad vos ab eodem*. Et ad Att. lib. 1. *Q. Fuſius in concionem produxit Pompeium*. Sigon.

Introducti in concionem legati] Rhenanus: *inde traducti*. Vetus Sigonius: *inde producti*. J. Fr. Gron.

4 *Literis recitatis omnia, quæ*] Vet. lib. *planius omnia* egregie. *Sigonius*.

1 *Eam*

Digitized by Google

[1] eam ſupplicationem C. Hoſtilius prætor pro concione edixit; [2] celebrataque à viris fœminiſque eſt. Omnia templa per totum triduum æqualem turbam habuere: quum matronæ ampliſſima veſte cum liberis, perinde ac ſi debellatum foret, omni ſolutæ metu, Deis immortalibus grates agerent. Statum quoque civitatis ea victoria movit: ut jam inde haud ſecus quam in pace, res inter ſe contrahere, [3] vendendo, emendo, mutuum dando, argentum creditum ſolvendo, auderent. C. Claudius conſul quum in caſtra rediſſet, caput Aſdrubalis, quod ſervatum cum cura attulerat, projici ante hoſtium ſtationes, captivoſque Afros vinctos, ut erant, oſtendi, duos etiam ex iis ſolutos ire ad Annibalem, & expromere quæ acta eſſent, juſſit. Annibal tanto ſimul publico familiarique ictus luctu; *agnoſcere ſe fortunam Carthaginis*, fertur dixiſſe: [4] caſtriſque inde motis, ut omnia auxilia, quæ diffuſa latius tueri non poterat, in extremum Italiæ angulum Bruttios, contraheret; & Metapontinos, civitatem univerſam, excitos ſedibus ſuis, & Lucanorum, qui ſuæ ditionis erant, in Bruttium agrum traduxit.

EPI-

1 *Eam ſupplicationem C. Hoſtilius prætor pro concione edixit*] Put. reg. Men. Voſſ. non habent, *pro concione*. J. Fr. Gron.

2 *Celebrataque à viris, fœminiſque, omniaque templa*] Vet. lib. *celebrata à viris, fœminiſque eſt, omnia templa*, &c. *Sigonius*.

3 *Vend. em. mut. dando, argentum creditum ſolvendo*] Vet. lib. *mutuum dando argentum, creditumque ſolvendo*. Idem.

Vendendo, emendo, mutuum dando] Tria poſteriora verba in iiſdem deſiderantur. *J. Fr. Gron*.

4 *Caſtriſque i. motis, ut omnia - - - contraheret*] Vet. lib. non habent, *ut*, & pro voce, *contraheret*, habent *contrahit*, quod placet. *Sigonius*.

EPITOME
LIBRI XXVIII.

RES *in Hiſpania proſpere geſtæ à Silano Scipionis legato & ab L. Scipione fratre adverſus Pœnos, à Sulpicio Proconſule & ab Attalo Rege Aſiæ adverſus Philippum regem Macedonum, pro Ætolis, referuntur. Quum M. Livio, & Claudio Neroni conſulibus triumphus decretus eſſet: Livius, qui in provincia ſua rem geſſerat, quadrigis invectus eſt: Nero qui in collegæ provinciam, ut victoriam ejus adjuvaret, venerat, equo eſt ſecutus.* [1] *& in hoc habitu plus gloriæ reverentiæque habuit. nam & plus in bello, quam collega, fecerat. Ignis in æde Veſtæ negligentia virginis, quæ non cuſtodierat, extinctus eſt: virgo cæſa eſt flagro. P. Scipio in Hiſpania cum Pœnis debellavit, decimoquinto anno ejus belli, anno quinto poſtquam ierat: excluſiſque in totum poſſeſſione ejus hoſtibus, Hiſpaniam recepit. & à Tarracone in Africam ad Syphacem regem Numidarum, duobus navigiis tranſvectus, fœdus junxit. Aſdrubal Giſgonis, ibi cum eo in eodem leĉto accubuit. Munus gladiatorium in honorem patris patruique* [2] *Carthagine Nova dedit: non ex gladiatoribus, ſed ex iis qui aut in honorem ducis, aut ex provocatione in certamen deſcendebant: in quo reguli fratres de regno ferro contenderunt. Quum Aſtapa urbs abs Romanis oppugnaretur, oppidani liberos & conjuges rogo extructo* [3] *occiderunt, & ſe inſuper præcipitaverunt. Ipſe Scipio, dum gravi morbo implicitus eſſet, ſeditionem in parte exercitus motam, confirmatus diſcuſſit: rebellanteſque Hiſpaniæ populos coëgit in deditionem venire.* [4] *Et amicitia facta eſt cum Maſiniſſa rege Numidarum, qui illi auxilium, ſi in Africam trajeciſſet, pollicebatur: cum Gaditanis*

1 *Et in hoc habitu plus glor.*] Vet. lib. *& in hoc actu.* Sigonius.

2 *Carthagini Novæ*] *Carthagine Nova* legendum. *Idem.*

3 *Occiderunt, ſe inſ.*] Vet. lib. *& ſe inſuper.* Idem.

4 *Et amic. facta eſt cum Maſſaniſa*] Tolle vocem, *eſt*, ut uno ambitu orationis hæc tota ſententia comprehendatur. Sic vet. lib. *Idem.*

Digitized by Google

ditanis quoque poſt diſceſſum inde Magonis, cui ex Carthagine ſcriptum erat, ut in Italiam trajiceret. Romam reverſus, conſulque creatus. Africam provinciam petenti, contradicente Q. Fabio Maximo, Sicilia data eſt: permiſſumque in Africam trajiceret, [1] ſi ex republ. eſſe cenſeret. Mago Amilcaris filius à minore Baleari inſula, ubi hiemarat, in Italiam trajecit.

QUum tranſitu Aſdrubalis, [2] quantum in Italiam declinaverat belli, tantum levatæ Hiſpaniæ viderentur; renatum ibi ſubito par priori bellum eſt. [3] Hiſpanias ea tempeſtate ſic habebant Romani, Pœnique. Aſdrubal Giſgonis filius ad Oceanum penitus, Gadeſque conceſſerat. Noſtri maris ora, omniſque ferme Hiſpania, qua in orientem vergit, Scipionis ac Romanæ ditionis erat. Novus imperator Hanno in locum Barcini Aſdrubalis novo cum exercitu ex Africa tranſgreſſus, Magonique junctus, quum in Celtiberia, quæ media inter duo maria eſt, brevi magnum hominum numerum armaſſet; Scipio adverſus eum [4] M. Silanum cum decem haud plus millibus militum, equi-

1 *Si ex rep.*] Vet. lib. *ſi è rep.* Sigonius.

2 *Quantum in Italiam inundaverat belli*] Rhenanus leviſſima unius libri conjectura motus legit, *inundaverat* pro *inclinaverat*, à quo ipſe diſſentio, non ſolum, quia contra librorum omnium auctoritatem facit, ſed etiam, quia pulcherrimam ſententiam depravat, quæ ex vocibus, *inclinaverat*, & *levata*, elicitur, quæ tranſlatione à lance ſumpta nituntur. Nam quo graviori pondere lanx altera premitur, eo magis contraria levari videtur. Quod idem de Italia quoque & Hiſpania intelligendum eſt. *Idem.*

Quantum in Italiam inclinaverat belli] Andreas, Tarv. Venetæ, Bechar. Ald. Junt. Frob. Savet. *quantum in Italia declinaverat.* Rhenanus inventum in ſcripto *inclinaverat* vel *indaverat*, reddidit *inundaverat*: unde Gryphius & Curio: *quantum in Italiam inundaverat.* Sigonius tuetur, *inclinaverat*: quod nobis quoque in membranis obvium fuit. Sed veterem editionem propugnant Put. reg. Men. Pal. Voſſ. cui una litera eſt addenda, ut ſit: *quantum in Italiam declinaverat belli*: quemadmodum apud Aſcenſium, Moguntinos, Cervicornum jampridem lectum eſt. Lib. 30. *Quod ſolliciti erant, omni belli mole in unum ducem inclinata, quo evaſura eſſet res.* J. Fr. Gron.

3 *Et Hiſpanias ea tempeſtate ſic habebant Romani Pœnique*] Dele ab initio copulativam, quæ in nullo Gall. neque Voſſ. aut in optimo Pal. reperitur. *Idem.*

4 *M. Silanum cum decem millibus*

equitibus quingentis, misit. Silanus quantis maximis potuit itineribus, (impediebant autem & asperitates viarum, & angustiæ saltibus crebris, ut pleraque Hispaniæ sunt, inclusæ) tamen non solum nuncios, sed etiam famam adventus sui prægressus, ducibus indidem ex Celtiberia transfugis ad hostem pervenit. Eisdem auctoribus compertum est, quum decem circiter millia ab hoste abessent, bina castra circa viam, qua irent, esse: læva Celtiberos, novum exercitum supra novem millia hominum, dextra Punica tenere castra. hæc stationibus, vigiliis, omni justa militari custodia tuta & firma esse: illa altera soluta neglectaque, ut barbarorum & tironum, & minus timentium quod in sua terra essent. Ea prius aggredienda ratus Silanus, signa quam maxime ad lævam jubebat ferri, necunde ab stationibus Punicis conspiceretur. ipse præmissis speculatoribus, citato agmine ad
2 hostem pergit. Tria millia ferme aberat, quum haud dum quisquam hostium sensérat. confragosa loca, & obsita

peditum, equitibus quingentis misit] Put. *cum decemilianoplus millibus militum, equitibus.* Regius, Voss. & Pall. unus, *cum decem millibus seu plus militum.* Men. *cum* x *milia seu plus militum.* Etiam *seu plus* uterque Petavianus, sed *militum* melior. Palatinus alter, *cum* x *milibus militum, quingentis equitibus.* Scribe resecta una litera pauciſque apicibus mutatis ex optimo: *M. Silanum cum decem haud plus millibus militum equitibus quingentis misit.* Vides quam nullo coactu ex *liaue* fecerimus *haud.* Vel, *decem amplius*, ut capite sequenti: *Duo haud amplius millia peditum.* Cæterum & hic novum visum est corruptoribus equites non esse *milites*, atque hos ab illis separari. Cæsar lib. 5 de bello Gall. *Idoneam tempestatem nactus, milites, equites, conscendere naves jubet.* Ibidem: *Tripartito milites equitesque in expeditionem misit.* Lib. 6. *Hos subsequuti calones equitesque eodem impetu militum virtute servantur.* Lib. 7. *Parsque ibi, quum angusto exitu portarum se ipsi premerent, a militibus, pars jam egressa portu ab equitibus interfecta.* Lib. 2 de Civili: *Equites perpauci ex prælio se recipiunt, milites ad unum omnes interficiuntur.* Lib. 3. *Quum ipsi numero militum equitumque præstarent.* Noster libro præcedenti c. 38. *Octo millia Hispanorum Gallorumque & duo millia de legione militum, equitum mille.* Sic ὁπλίτας ἱππεῦσιν opponunt Græci. Plutarchus in Agesilao: καὶ συμβαίνει τῷ Ἀγησιλάῳ τηνικαῦτα πολλὰς καὶ πολεμικὰς ἔχειν ἱππεῖς ἀντὶ ψιλῶν ὁπλιτῶν. Neque aliter *exercitum* equitatui opponunt. Cæsar lib. 2. *Exercitum equitatumque castris continuit.* Lib. 7. *Exercitus equitatusque, equitibus Romanis administrantibus, quos ei negotio præfecerat celeriter transmittitur.* Noster lib. 30. *Pars exercitus cum omni equitatu.* Lib. 40 in tabula M. Æmilii Regilli, *Exercitu omni, equitatu elephantisque.* J. Fr. Gron.

ſita virgultis tenebant colles. [1] Ibi in cava valle, atque ob id occulta, conſidere militem, & cibum capere jubet. interim ſpeculatores, transfugarum dicta affirmantes, venerunt. Tum ſarcinis in medium conjectis arma Romani capiunt: acieque juſta in pugnam vadunt. Mille paſſuum aberant, quum ab hoſte conſpecti ſunt, trepidarique repente cœptum. & Mago ex caſtris, citato equo ad primum clamorem & tumultum advehitur. Erant autem [2] in Celtibero exercitu [3] quatuor millia ſcutatorum & ducenti equites; hanc juſtam legionem (& id ferme roboris erat) in prima acie locat: cæteram levem armaturam, in ſubſidiis poſuit. Quum ita inſtructos educeret caſtris, vixdum in egreſſos vallo Romani pila conjecerunt. Subſidunt Hiſpani adverſus emiſſa tela ab hoſte, [4] inde ad mittenda ipſi conſurgunt; quæ quum Romani conferti, ut ſolent, denſatis excepiſſent ſcutis; tum pes cum pede collatus, & gladiis geri res cœpta eſt. Cæterum aſperitas locorum, & Celtiberis, quibus in prœlio concurſare mos eſt, velocitatem inutilem faciebat: & haud iniqua eadem erat Romanis ſtabili pugnæ aſſuetis; niſi quod anguſtiæ & internata virgulta ordines dirimebant: & ſinguli binique, velut cum paribus, conſerere pugnam cogebantur. Quod ad fugam impedimento hoſtibus erat, [5] id ad cædem eos, velut vinctos, præbebat. Et jam ferme omnibus ſcutatis Celtiberorum interfectis, levis armatura, & Carthaginienſes, qui ex alteris caſtris ſubſidio venerant, perculſi cædebantur. [6] duo haud amplius millia peditum, & equitatus omnis, vix inito prœlio,

1 *Ibi in cava valle, atque ob id occulta, conſidere*] Malim: *atque ob id occultum conſidere militem.* J. Fr. Gron.

2 *In Celtibero exercitu*] Sic MSS. non *Celtiberorum*; & mox, *cæteram levem armaturam*, non *cæteros.* Idem.

3 *Quatuor millia ſcutatorum*] Put. *ſcutata &.* Voſſ. *ſcuta &.* Lege: *ſcutati & ducenti equites.* Idem.

4 *Inde ad emittenda*] Vet. lib. *ad remittenda.* probe. *Sigonius.*

Inde ad remittenda ipſi conſurgunt] Ab Sigonio eſt. Put. Pet. reg. Men. Pal. *ad mittenda.* J. Fr. Gron.

5 *Et ad cæd. eos*] Vet. lib. *id ad cædem eos.* Sigonius.

6 *Duo haud amplius mill. ped.*] Vet. lib. *haud amplius tria millia peditum.* Id.

lio, cum Magone effugerunt. Hanno alter imperator cum eis, qui poſtremi jam profligato prœlio advenerant, vivus capitur. Magonem fugientem equitatus ferme omnis, & quod veterum peditum erat ſecuti, decimo die in Gaditanam provinciam ad Aſdrubalem pervenerunt. Celtiberi novus miles, in proximas dilapſi ſilvas, inde domos diffugerunt. Peropportuna victoria, nequaquam tantum jam conflatum bellum, [1] quanta futuri materia belli (ſi licuiſſet eis, Celtiberorum gente excita, & alios ad arma ſollicitare populos) oppreſſa erat. Itaque collaudato benigne Silano, Scipio ſpem debellandi, [2] ſi nihil eam ipſe cunctando moratus eſſet, nactus, ad id, quod reliquum belli erat, in ultimam Hiſpaniam adverſus Aſdrubalem pergit. [3] Pœnus quum caſtra tum forte ad ſociorum animos in [4] Bætica continendos in fide haberet, ſignis repente ſublatis, fugæ magis, quam itineris modo, penitus ad Oceanum & Gadeis ducit. [5] Cæterum quoad continuiſſet exercitum, propoſitum bello ſe fore ratus,

1 *Quanta futuri materia belli oppreſſerat*] Crimen ridiculum editorum, qui non animadverterunt nec ſenſum nec Grammaticen ferre, ut *oppreſſerat* ſine caſu accuſandi ponatur. Repone ex Pur. Men. trib. Pall. *oppreſſa erat*. Vetus editio: *oppreſſum erat:* quod putat Glareanus referri poſſe ad *conflatum bellum*. Idem alterius lectionis, quam nos dedimus, meminit, tamen vir bonus jubet judicare lectorem, num orario hiet, cui deeſſe aliquid propemodum ſibi perſuaſerit. *J. Fr. Gron.*

2 *Si nihil jam etiam ipſe cunct.*] Vet. lib. *ſi nihil eam ipſe cunctando*. Sigon.

Si nihil etiam ipſe] Firmant noſtri, quod Sigonius: *ſi nihil eam ipſe cunctando moratus eſſet*. J. Fr. Gron.

3 *Pœnus quum caſtra ſua*] Mirum, ni aliena habuerit. Noſtri: *Pœnus quum caſtra tum forte ad ſociorum*. non, *ſua*. quod mutavit Rhenanus. Scribe: *Pœnus qui caſtra tum forte*. Idem.

4 *Bætica*] Græce Βαῖτις, & Βαιτικὴ. Ergo *Bætica*. Sigonius

5 *Cæterum, quod aciem renuiſſet, exercitum omnem paſſim in civitates dimiſit*] Lectionem exagitatam à Rhenano reponendam cenſeo. Eſt enim in omnibus vet. quos legi libris, ſic: *Cæterum quoad continuiſſet exercitum, propoſitum bello ſe fore ratus, antequam freto Gadeis trajiceret, exercitum omnem paſſim in civitates dimiſit*. Senſus eſt: Aſdrubalem timuiſſe ſibi magis, ſi exercitum continuiſſet, quam ſi dimiſiſſet. Eſt autem ſententia illa, quæ eſt in epiſtola Cœlii lib. 8. *Nam de vita, ſi paratior ab exercitu eſſes, timuiſſem. nunc hæc exiguitas copiarum receſſum, non dimicationem mihi tuam præſagiebat*. Idem.

Propoſitum bello ſe fore] Fraudi Rhenano fuit, quod in codicem mutilum incidit. Itaque merito tuetur hæc

ratus, antequam freto Gades trajiceret, exercitum omnem paſſim in civitates dimiſit, ut & muris ſe ipſi & armis muros tutarentur. Scipio ubi animadvertit, diſſipatum paſſim bellum, & circumferre ad ſingulas urbes arma, diutini magis quam magni eſſe operis, retro vertit iter; ne tamen hoſtibus eam relinqueret regionem, L. Scipionem fratrem cum decem millibus peditum, & mille equitum, ad oppugnandam opulentiſſimam in iis locis [1] urbem, Oringin barbari appellabant, mittit. [2] Sita in Meleſſum finibus eſt Hiſpanæ gentis. ager frugifer. argentum etiam incolæ fodiunt. ea [3] arx fuit Aſdrubali ad excurſiones circa in mediterraneos populos faciendas. Scipio caſtris prope urbem poſitis, prius quam circumvallaret urbem, miſit ad portas, qui ex propinquo alloquio animos tentarent, ſuaderentque, ut amicitiam potius quam vim experirentur Romanorum. Ubi nihil pacati reſpondebatur, foſſa duplicique vallo circumdata urbe, in tres partes exercitum dividit: ut una ſemper pars, quietis interim duabus, oppugnaret. Prima pars cum adorta oppugnare eſt, atrox ſane & anceps prœlium fuit: non ſubire, non ſcalas ferre ad muros præ incidentibus telis facile erat. & jam qui erexerant ad murum ſcalas, alii furcis ad idipſum factis detrudebantur, in alios lupi ſuperne ferrei injecti, ut in periculo eſſent, ne ſuſpenſi in murum extra-

3

hæc Sigonius noſtris etiam omnibus adfirmata. Reſtat, ut genus loquendi explicemus. *Propoſitum* intellige inſtar ſcopi, quem non deſinat petere Scipio. Cæterum Put. Voſſ. *in civitates diviſit*, non *dimiſit*. J. Fr. Gron.

1 *Ad urbem, quam Oringin barbari appellabant mittit*] Vet. lib. *urbem (Origin barbari appellabant) mittit*. Hujus meminit Plinius lib. 3 cap. 1. *Sigon.*

Urbem, quam Oringin] Put. reg. Pal. jubent exigi *το quam*, more Livii: *urbem, Oringin barbari appellabant, mittit*. J. Fr. Gron.

2 *Sita in Meleſſum finibus eſt*] Libri ſcripti, *Meſſeſſum*, *Meſeſſam*, *Maeſſeſſum*. Put. *Maſſeſſum*. Unde Rubenius conjicit *Maſſienſium*. nam *Maſſia* Stephano χώρα ἀπόκειται τῆς Ταρλησσίας. Polybius in ſecundo fœdere Romanorum & Pœnorum: Τὰ Καλὰ ἀκρωτήρια, Μαρσίας, Ταρσηΐς, μὴ λιμένζειν ἐπέκεινα Ῥωμαίους. Forte, Μαεσίας, Ταρτησσοῦ. Sed & *Hiſpana gentis*. non *Hiſpaniæ*. Idem.

3 *Arx fuit Aſdrubalis ad exc.*] Vet. lib. *Aſdrubali*, quod magis probo. *Sigonius.*

1 *Etiam*

extraherentur. quod ubi animadvertit Scipio, nimia paucitate ſuorum exæquatum certamen eſſe, [1] & jam eo ſuperare hoſtem, quod ex muro pugnaret; duabus ſimul partibus, prima recepta, urbem eſt aggreſſus. Quæ res tantum pavoris injecit feſſis jam cum primis pugnando, ut & oppidani mœnia repentina fuga deſererent: & Punicum præſidium metu, ne prodita urbs eſſet, [2] relictis ſtationibus in unum ſe colligeret. Timor inde oppidanos inceſſit, ne, ſi hoſtis urbem intraſſet, ſine diſcrimine, Pœnus an Hiſpanus eſſet, obvii paſſim cæderentur. itaque patefacta repente porta, frequentes ex oppido ſeſe ejecerunt; ſcuta præ ſe tenentes ne tela procul conjicerentur; dextras nudas oſtentantes, ut gladios abjeciſſe appareret. id utrum parum ex intervallo ſit conſpectum, an dolus aliquis ſuſpectus fuerit, incompertum eſt. Impetus hoſtilis in tranſfugas factus: [3] nec ſecus, quam adverſa acies, cæſi. Eademque porta ſigna infeſta in urbem illata: & aliis partibus ſecuribus, dolabriſque cædebantur [4] & refringebantur portæ, & ut quiſque intraverat eques, ad forum occupandum (ita enim præceptum erat) citato equo pergebat. Additum erat & triariorum equiti præſidium. legionarii cæteras partes pervadunt: direptione & cæde obviorum, [5] niſi qui armis ſe tuebantur, abſtinue-

1 *Etiam eo ſup. h.*] Vet. lib. *& jam.* Sigonius.

2 *Relictis ſtationibus in unum locum ſe colligeret*] Tò *locum*, invitis noſtris adlevit Rhenanus, oblitus illud Maronæum: *Compulerantque greges Corydon & Thyrſis in unum.* Lib. 4. *Quæ ſi in unum conveniant, vix deorum opibus, quin obruatur Romana res, ſiſti poſſe.* Lib. 32. *Dimiſitque ſuos per omnia juga valleſque qui palatos in unum colligerent.* J. Fr. Gron.

3 *Nec ſecus quam adverſa acies cæſi*] Omnes, *cæſa*. Idem.

4 *Et refringebantur*] In nullo prorſus vetuſto libro hæc verba reperiuntur. *Jac. Gron.*

5 *Niſi qui armis ſe tuebantur.*] Ita Rhenanus reſecta voce *abſtinuerunt*, quæ in fine reperiebatur antea, viſaque eſt nobis in Put. reg. Men. Voſſ. exſtititque in optimo Pall. Etiam Petav. *abſtinebant*. Sane non erat tempus illud, quo quiſquam armis adverſus Romanam vim tutus eſſet, urbe foſſa duplicique vallo cincta, hoſtibus per muros & portas effractas admiſſis. Multum ſe fatigat & Modius: veriſimile eſſe ait imperatum fuiſſe militibus, uti reliquas urbis partes pervaderent, iis tamen parcerent, qui arma poſuiſſent: itaque conjectat *abſtinentes*. Niſi quod, infit,

nuerunt. Carthaginienſes omnes in cuſtodiam dati ſunt: [1] oppidanorum quoque trecenti ferme, qui clauſerant portas. cæteris traditum oppidum, ſuæ redditæ res. Cecidere in urbis ejus oppugnatione hoſtium duo millia ferme, [2] Romanorum haud plus nonaginta. Læta & 4
ipſis, qui rem geſſere, urbis ejus expugnatio fuit, & imperatori cæteroque exercitui, & ſpecioſum adventum ſuum, ingentem turbam captivorum præ ſe agentes, fecerunt. Scipio collaudato fratre, quum quanto poterat verborum honore, Carthagini ab ſe captæ, captam ab eo Oringin æquaſſet, quia & hiems inſtabat, ut nec tentare Gades, nec disjectum paſſim per provinciam exercitum Aſdrubalis conſectari poſſet; [3] in citeriorem Hiſpaniam omnes ſuas copias reduxit: dimiſſiſque in hiberna legionibus, L. Scipione fratre Romam miſſo, & Hannone hoſtium imperatore, cæteriſque nobilibus captivis, ipſe

fit, dum cogito primo impetu obvia quæque cædi proſternique ſolere in captis urbibus a furente milite, æquior ſum Beato, in verbis Livianis nihilo ſecius hæſitans interim. Quid opus tot verba perdere? Non veriſimile eſt, ſed verum, quod ille divinat imperatum militibus, atque eodem pertinet, quod præcedenti membro: *ita enim præceptum erat*. Vetus hæc diſciplina Scipionum, clementia potius quam crudelitate componere victos. Itaque ſalva ſit vetus lectio diſtinctione appoſita: *legionarii cæteram partem urbis pervadunt; direptione & cæde obviorum, niſi qui armis ſe tuebantur, abſtinuerunt*. Cæterum codex optimus Put. regius, Men. præcipuuſque ex Pall. habent: *caterum partu pervadunt*. Nec ſane mihi admodum placet, ſolo foro appellato, totam aliam urbem dici, *cæteram partem*. Scribe: *cæteras partes pervadunt*: ut eſt in Buſlid. Voſſ. omnibus antiquis edittt. uſque ad Frobenium. in Curione primo vulgatum reperio. Lib. 44.

Lacus ſternendos lapide detergendaſque, qua opus eſſet, cloacas, in Aventino & aliis partibus, qua nondum erant, faciendas locaverunt. Niſi malis, *cætera urbis*. J. Fr. Gron.

1 *Oppidanorum quoque trecenti ferme*] Hæc ſunt ab ingeniis librariorum. Salmaſius & pater notant in Puteaneo exſtare: *oppidanorum CON ferme*. Cantabrig. omiſſis mediis *oppidanorum ferme*. Sed ex antiquo videtur faciendum: *oppidanorum* CDX *ferme*, hoc eſt, quadringenti decem. *Jac. Gron.*

2 *Romanorum haud plus nonaginta*] Put. aliique meliores: *haud amplius* &c. J. Fr. Gron.

3 *In citeriorem Hiſpaniam recipit exercitum*] Sic Rhenanus, & cantat: Nos repoſuimus veterem ſequentes lectionem. Immo unius maculoſi codicis vitioſam ſcripturam. Etenim Put. & omnes Gall. duoque Pall. *in citeriorem Hiſpaniam omnis* (vel *omnes*) *ſuas copias reduxit*. Idem.

ipſe Tarraconem conceſſit. Eodem anno [1] claſſis Romana cum M. Valerio Lævino præconſule ex Sicilia in Africam tranſmiſſa in Utiçenſi Carthaginienſique agro late populationes fecit. extremis finibus Carthaginienſium circa ipſa mœnia Uticæ, prædæ actæ ſunt. Repetentibus Siciliam claſſis Punica (ſeptuaginta erant longæ naves) occurrit. decem & ſeptem naves ex iis captæ ſunt, quatuor in alto merſæ. cætera fuſa ac fugata claſſis. Terra marique victor Romanus cum magna omnis generis præda Lilybæum repetit. Toto inde mari pulſis hoſtium navibus, magni commeatus frumenti Romam ſubvecti. Principio æſtatis ejus, qua hæc ſunt geſta, P. Sulpicius proconſul, & Attalus rex quum Æginæ (ſicut ante dictum eſt) hibernaſſent, Lemnum inde claſſe juncta, Romanæ quinquè & viginti quinqueremes, regiæ quinque & triginta, tranſmiſerunt. Et Philippus, ut, ſeu terra ſeu mari obviam eundum hoſti foret, paratus ad omnes conatus eſſet, ipſe Demetriadem ad mare deſcendit: Lariſſam diem ad conveniendum exercitui edixit. Undique ab ſociis legationes Demetriadem ad famam regis convenerunt. Suſtulerant enim animos [2] Ætoli, quum ab Romana ſocietate, tum poſt Attali adventum: finitimoſque depopulabantur. nec Acarnanes ſolum Bœotique, & qui Eubœam incolunt, in magno metu erant: ſed Achæi quoque; quos ſuper Ætolicum bellum Machanidas etiam Lacedæmonius tyrannus [3] haud procul Argivorum fine poſitis caſtris terrebat. hi omnes ſuis quiſque

1 *Claſſis Romana cum M. Valerio Læv. proc.*] Tolle particulam, *cum*, ex vet. lib. *Sigonius.*

Claſſis Rom. cum M. Val. Lævino proconſule] Sic omnes. Ex improbo ſuo τὸ *cum* delet Sigonius. Quid eſt autem, *claſſis tranſmiſſa proconſule?* Cur Latine loqui Livium non patitur? *J. Fr. Gron.*

2 *Ætoli cum ob Romanam ſocietatem*] Vet. lib. *ab Romana ſocietate:* nota dicendi forma eſt. Polybius autem hoc ſic expreſſit: Οἱ μὲν Αἰτωλοὶ πρότερον ἐπηρμένοι ἦσαν ὅτι τὴν Ῥωμαίων καὶ τὴν βασιλέως Ἀτάλου παρρησίαν. *Sigonius.*

3 *Haud procul Argivorum fine*] *Argeorum* Rhenani ab ineptiente librario vel correctore eſt. *J. Fr. Gron.*

quiſque urbibus, quæ pericula terra marique portenderentur, memorantes, auxilia regem orabant. [1] Ne ex regno quidem ipſius tranquillæ nunciabantur res. & [2] Scerdilædum, Pleuratumque motos eſſe, [3] & Thracum maxime Mædos, ſi quod longinquum bellum regem occupaſſet, proxima Macedoniæ incurſuros. [4] Bœoti quidem & interiores Græciæ populi, Thermopylarum ſaltum, ubi anguſtæ fauces coartant iter, foſſa valloque intercludi ab Ætolis nunciabant, ne tranſitum ad ſociorum urbes tuendas Philippo darent. Vel ſegnem ducem tot excitare tumultus circumfuſi poterant. Legationes dimittit: pollicitus, [5] prout tempus ac res ſe daret, omnibus [6] laturum ſe auxilium. in præſentia, [7] quæ maxime

1 *Ne ex regno quidem ipſius tranquillæ nuntiabantur res*] MSS. *ipſi ut tranquillæ*. Lege: *ipſi ſat tranquillæ*. J. Fr. Gron.

2 *Scediletum Pleuratumque*] Optimus: *Scerdilædum Pleuratumque motos eſſe*. Idem.

3 *Et Thracum m. Medos*] *Mados*. Polybius: ἔτι δὲ τοὺς προσορῶντας τὴν Μακεδονίαν Θρᾷκας, καὶ μάλιστα τοὺς Μαίδους. *Sigonius*.

4 *Bœoti quidem, &*] Vet. lib. *Bœoti quidem ipſi &*. Idem.

Bœoti quidem ipſi & interiores Græciæ populi] Τὸ *ipſi* omnes ſcripti ignorant. Malim etiam, *interioris*. J. Fr. Gron.

5 *Prout tempus ac res ſe daret*] Put. Flor. *tempus ac reſideret*. Inde nihil potuit fieri commodius, quam *res ſe daret*. quod clare conſpicitur in Men. Voſſ. & uno Pal. Neque tamen abſurdum Rhenani: *tempus ac res ſineret*, quamvis id locum hic habere neget Modius. Sed non debuiſſet Beatus alteram phraſin negare Latinam. Plautus Bacchidibus: *An neſciebas, quam ejuſmodi homini raro tempus ſe daret*. Virgilius: *Multa adeo melius gelida ſe nocte dedere*. Seneca epiſt. 79. *Omnibus prægrata feliciter hic locus ſe dedit*. Reſtituimus & Statio. *Idem*.

6 *Laturum ſe auxilium*] Ita Putean. Men. Cantabrig. Voſſ. Gud. denique omnes. Et quare ultra cum vulgo omitteremus τὸ *ſe*? Habet lib. ſeq. cap. 13. *Pedites, quos ſe per hiemem conſcripturum pollicitus erat*. Jac. Gron.

7 *Quæ max. urgebant, res pararent. Tum præſidium urbi mittit*] Deeſt hic non urbis nomen, ſed inſulæ in qua urbs erat. Fuit autem *Peparethus*, ut ex Polybio, unde hæc ad verbum tranſlata ſunt, intelligi poteſt, cujus hæc verba ſunt: καὶ προσορμίσαντας τὴν Πεπαρήθῳ, κατοχυρώσαι τὴν χώραν, τότε μὲν ἐξαπίνης τοὺς προσπλέοντας τὴν πόλιν. Itaque legendum apud Livium puto: *Tum Peparethum præſidium urbi mittit*. Vox enim *præſidium*, affinis quodammodo voci, *Peparethum*, illam è loco ſuo ejecit. Eſt autem urbs in inſula eodem nomine, ut ait Stephanus: Πεπάρηθος νῆσος μία τῶν Κυκλάδων ὁμώνυμον ἔχουσα πόλιν. *Sigonius*.

Quæ maxime urgebant res, pararent, tum præſidium] Jam ex primis editoribus hæc integra non eſſe ſuſpicati ſunt nonnulli: itaque aſteriſcum apposuerunt. Id reprehendit Rhenanus & cauſſam ait ſe non videre. At Glarea-

xime urgebat res, Peparethum præſidium urbi mittit, unde allatum erat, Attalum ab Lemno claſſe tranſmiſſa omnem circa urbem agrum depopulatum. [1] Polyphantam cum modica manu in Bœotiam, Menippum item quendam ex regiis ducibus cum mille peltaſtis (pelta cetræ haud diſſimilis eſt) Chalcidem mittit. [2] additi quingenti Agrianum; ut omnes inſulæ partes tueri poſſent. ipſe Scotuſſam eſt profectus: eodemque ab Lariſſa Macedonum copias traduci juſſit. Eo nunciatum eſt, concilium Ætolis Heracleam indictum, regemque Attalum, ad conſultandum de ſumma belli, venturum. Hunc conventum ut turbaret ſubito adventu, magnis itineribus Heracleam duxit. & concilio quidem dimiſſo jam venit: [3] ſegetibus tamen, quæ prope maturitatem erant, [4] maxime in ſinu Æniano vaſtatis, Scotuſſam copias reducit.

Glareanus, quæ ſit ea urbs, non explicari, eoque recte locum aſteriſco in quibuſdam libris notari. Digitum ad fontem, quo ipſe tamen pervenire non potuit, intendit nobis Sigonius monens ex Stephano Παπάρηθον eſſe νῆσον μίαν τῶν Κυκλάδων ὁμώνυμον ἔχουσαν πόλιν, & ex Polybio nomen hic ejus deſiderari. Verba Polybii: Περισπώντος δ' αὐτῷ καὶ τὸν καιρὸν τοῦτον τὰς πρὸς τὴν Ἄτταλον διαφορὰς καὶ παρορμήσεις τῇ Παπαρήθῳ, κατοχὴν ἅμα καὶ χώραν, τούτοις μὲν ἐξαπέστειλε τοὺς φυλάξοντας τὴν πόλιν. Ergo Sigonius: *Tum Peparethum præſidium urbi mittit.* Sed nondum ſanitas reddita Livio. Put. reg. Men. *urgebat reſpirarentium præſidium.* Ultima varietas aliter habetur in duobus poſterioribus: nam Men. & Pal. & Voſſ. *Iimnum.* Reg. Petav. & Pal. alter: *Lemnum.* Cæterum facile eſt ex iſtis veſtigiis verum elicere: *in præſentia, quæ maxime urgebat res, Peparethum præſidium urbi mittit, unde allatum erat.* Quod Polybius καὶ τὸν καιρὸν τοῦτον, id Livius *in præſentia:* nec de rebus parandis aliis, quæ tum maxime urgerent, ulla ſignificatio. *J. Fr. Gron.*

1 *Polyphantum cum modica*] Scribe: *Polyphantam cum modica manu.* Ut & libro præcedente cap. 34. *Cum Menippo & Polyphanta.* Nam Polybius vocat Πολυφάντας, & optimus codex: *Polyphantam.* Idem.

2 *Additi quingenti Æncanum*] Si Polybium ſequamur, quem neſcio cur non maxime ſequamur, *Agrianum*, pro *Æncanum*, eſt reſtituendum. Is enim hac de re ita: εἰς δὲ Χαλκίδα καὶ τοὺς ἄλλους Εὐβοεῖς Μένιππον ἔχοντας πελταστὰς χιλίους, Ἀγριᾶνας πεντακοσίους: de quibus Stephanus: Ἀγριᾶνες, ἀρσενικῶς, ἐθνος Παιονίας μεταξὺ Αἵμου καὶ Ῥωδόπης, λέγονται καὶ Ἀγραῖοι καὶ Ἀγρεῖς, καὶ Ἀγρεᾶνες, *Agrianum* horum meminit poſt etiam ſæpe Livius lib. 44. *Sigonius.*

3 *Segetibus tamen, quæ jam prope maturitatem erant*] Put. Men. Voſſ. nec ſciunt τὸ *jam.* J. Fr. Gron.

4 *Max. in ſinu Æniano evaſt. Scotuſſam*] Qui ſit *ſinus Æniacus*, ut multa alia, quærit Glareanus. is eſt autem, de quo Polybius lib. 2 his verbis: ἀπὸ δὲ τούτου φθείρας, καὶ παραλύμ-

ducit. Ibi exercitu omni relicto, cum cohorte regia Demetriadem ſeſe recipit. Inde ut ad omnes hoſtium motus

νῶ. περὶ δὲ Αἰνείαν κόλπον καὶ τοὺς ἐντὸς, ἐπιπλῶσι. & Stephanus: Αἰνία πόλις Περραιβῶν, καὶ Αἰνιάδης οἱ οἰκῆντες, καὶ τὸ κλητικὸν Αἰνιᾶνες κόλπος. Sigonius.

Max. in ſinu Æniano] Locus hic notabilis. Strabo lib. 1. Αἰνεᾶνες οἱ νῦν Αἰτωλοῖς ὅμοροι. περὶ τὸ Δώριον ἦκαν, καὶ τὴν Ὄσσαν μετὰ Περραιβῶν. Et lib. 9. Τοῖς δὲ Λοκροῖς πῆς μὲν Ἐπικνημιδίοις συνεχεῖς εἰσιν Αἰτωλοὶ, τοῖς δὲ Ἐπικνημιδίοις Αἰνεᾶνες, οἱ τὴν Οἴτην ἔχοντες καὶ μέσοι Δωριεῖς. Vel potius Αἰνιᾶνες, nam clare Stephanus λέγει Ι, ad diſcrimen ejus, quæ eſt Αἰνεία Θεσπρωτίας. Hinc autem intelligas licet, cur Stephanus vocet πόλιν Περραιβῶν. neque enim tum, quum hæ res agebantur, in Perrhæbis erant Ænianes, ſed ad Maliacum ſinum, & contributi Ætolis, eoque hoſtes Philippi. Deinde id vocabulum & apud Polybium & apud Livium mendoſe ſcribi, nec magis Græce dici Αἰνειὰς κόλπος quam Latinè *Ænianus ſinus* cenſeo. Placet autem Polybium edidiſſe περὶ δὲ Αἰνιᾶνα κόλπον. Livium vero, vel *in ſinu Æniane*, vel ut ſcripti *in ſinu Æniano*. Nec *Ænienſium ſinum* cum magno interprete auſim: quorum etiam in indice video, quaſi unus populus eſſet, factiones poni narratas Polybio pag. 1015. At hæ ſunt Æniorum in Cherſoneſo Thraciæ, quorum urbs Ænos. Jam quum hic pati potueris Sigonius, *ſegetes vaſtatas in ſinu Æniano*, quare ad lib. 37, 6 putavit in ſinum Maliacum non veniri niſi mari? Apparet enim ex utroque loco *ſinum Ænianum* & *ſinum Maliacum* dici Livio pro terris circa ſinum, quemadmodum etiam in mediis Alpibus lib. 21 *promunturium* ponit: exemplo Græcorum, quibus ἄκρον & cacumen montis & ad mare promuntorium. Juſtinus lib. 2. *Fretaque & Ponti ſinum & Aſiam edomitam eſſe dicit, ſi Græcorum non tam beliis quam rapinis pateant*. Denique hic & Sigonius à Turnebo vindicandus. Lib. 40, 4 legitur: *Archo Poridi cuidam longe principi gentis Ænianum miſſit*. Sigonius correxit *Æneatum*. Turnebus libens retineat alterum: quia de urbe *gentem* non dixiſſet, & gens *Ænianum* ſatis nota eſt. Prius frivolum eſt; poſterius non oſtendit ipſe. Si gentis Ænianum princeps erat Poris, quid habebat metuendum à Philippo, cui nulla eam in gentem juriſdictio? cur habitabat Theſſalonicæ? quid proficiſcebatur ad ſtatum ſacrificium Æneam? At ſi tu mihi Æneatem fuiſſe concedas, horum omnium liquida ratio eſt. Sic enim tradiderat Strabo lib. 7. ὅτι μὲν Ἄξιον πόλιν ἡ Θεσσαλονίκη ὅση πόλις, ἣ πρόσκειται Θέρμη ἐκαλεῖτο. κλίσμα δ' ὅτι Καασσάνδρεια ὃς μεταθέσιν τὰ πρὸ ἐξ παλαίχια εἰς αὐτὴν, ὅη Χαλκίς ἦν, Αἰνεία, Κισσὸν καὶ τὰ ἄλλα. Ergo majores Poridis fuerunt Æneates, & ex vetere patria traductis pro ſuperſtitione antiqua manſere quædam ſolennia ſacra & ipſis & poſteris eorum ibi facienda, tanquam quæ loco mutari non poſſent: ut Romani deſtructa Alba, ſacra quædam ejus urbis intercidere non ſunt paſſi. Facit huc, quod lib. 45 Romani milites claſſici *omiſſa Theſſalonica oppugnatione Æniam inde petunt*. Et cap. 32 ſimul utraque urbs appellatur. Et in his librarios facile peccare oſtendit cum ſupplementum Bambergenſe lib. 33, 3 ubi membrana, *ab Heraclea Xyniae progreſſus in confinio Æneatium Theſſalorumque*: Ubi ſubſtitutum eſt *Ænianum*: & nemo dubitat, quin recte. Et hoc ipſo capite 5 *quingenti Ænianum* fecerant; quidam *Amianum*, alii *Acarnanum*. Sed Polybius & ratio evincit legendum *Agrianum*, quod vidit Sigonius. *J. Fr. Gron.*

tus posset [1] occurrere, in Phocidem, atque Eubœam, & Peparethum mittit, qui loca alta eligerent, unde editi ignes apparerent. [2] ipse in Tisæo (mons est in altitudinem ingentem cacuminis editi) speculam posuit: ut ignibus procul sublatis signum, ubi quid molirentur hostes, momento temporis acciperet. Romanus imperator, & Attalus rex à Peparetho [3] Nicæam trajecerunt. inde classem in Eubœam ad urbem Oreum [4] transmittunt: quæ ab Demetriaco sinu Chalcidem & Euripum petenti, ad lævam prima urbium Eubœæ posita est. Ita inter Attalum ac Sulpicium convenit, ut Romani à mari, regii à
6 terra oppugnarent. Quatriduo postquam appulsa classis est, urbem aggressi sunt. id tempus occultis cum Platore, qui à Philippo præpositus urbi erat, colloquiis absumptum est. Duas arces urbs habet, unam imminentem mari, [5] altera urbis media est. cuniculo inde via ad mare ducit, quam à mari turris quinque tabulatorum, egregium propugnaculum, claudebat. Ibi primo atrocissimum contractum est certamen, & turre instructa omni genere telorum, & tormentis machinisque ad oppugnandam eam ex navibus expositis. Quum omnium ani-

1 *Occurrere, etiam in Phocidem*] Omnes Gall. & Voss. ut spurium arguunt τὸ *etiam*. J. Fr. Gron.

2 *Ipse in Cisseo mons est*] Quod Glareanus quærit *Cisseum* montem, imperite facit: etenim nullus est. *Tisæum* autem invenio apud Polybium lib. 2 ubi de hac re loquitur: καὶ παρήγγειλε Λεοντάρτῳ αὐτῷ πάντα τὰ γενόμενα λέγειν ἐπὶ τῶν πυρσῶν ὅτι τὸ Τίσαιον. τοῦτο δ' ἐστὶ τῆς Θετταλίας ὄρος. Veteres etiam Liviani libri habent *Thisæo*, non *Cisseo*. Sigonius.

Ipse in Cisseo] Put. Men. Voss. *in Tisæo*, ut voluit Sigonius. J. Fr. Gron.

3 *Nicæam*] *Nicæam*, Græci enim Νικαίαν edunt. *Sigonius.*

4 *Transmittunt*] Salmasius & pater notarunt ex Put. *tramittunt*, quod supra aliquoties restitutum. Sic quoque cap. 37 *tramisit* & 41 *tramissa*. Jac. Gron.

5 *Altera urbis media est*] Reg. *altera in urbis medio est*. Put. *altera urbu media est*. Ita scribe. Silius Italicus lib. 1, v. 307. *Concidit exalbi medius per viscera teli*. Sic enim Colon. Oxon. & Marsi editio: ubi male vulgo: *injecto telo*. Sed quid est *medius teli*? inquit Barthius 7 Adversar. 15. Dicam. *Medius teli exalbi per viscera est*, qui sic perfossus, ut æqua pars teli & à fronte & ab tergo exstet ac promineat; media in visceribus abscondatur: qui mediam partem teli corpore tenet, hinc mucrone, inde capulo prominente. J. Fr. Gron.

1 De-

animos oculoſque id certamen avertiſſet, porta maritimæ arcis Plator Romanos accepit, momentoque arx occupata eſt. Oppidani pulſi inde in mediam urbem ad alteram tendere arcem. Et ibi poſiti erant, qui fores portæ objicerent. ita excluſi in medio cæduntur capiunturque. Macedonum præſidium conglobatum ſub arcis muro ſtetit; nec fuga effuſe petita, nec pertinaciter prœlio inito. Eos Plator venia à Sulpicio impetrata in naves impoſitos ad [1] Demetrium Phthiotidis expoſuit: ipſe ad Attalum ſe recepit. Sulpicius tam facili ad Oreum ſucceſſu elatus, Chalcidem inde protinus victrici claſſe petit. ubi haudquaquam ad ſpem eventus reſpondit. Ex patenti utrimque coactum in anguſtias mare, ſpeciem intuenti primo gemini portus in ora duo verſi præbuerit: ſed haud facile alia infeſtior claſſi ſtatio eſt. nam & venti ab utriuſque terræ prœaltis montibus, [2] ſubiti ac procelloſi ſe dejiciunt, & fretum ipſum Euripi non [3] ſepties die, ſicut fama fert, temporibus ſtatis reciprocat: ſed temere in modum venti, nunc huc nunc illuc verſo mari, velut monte præcipiti devolutus torrens rapitur. ita nec nocte nec die quies navibus datur. Quum claſſem tam infeſta ſtatio accepit, tum & oppidum alia parte clauſum mari, alia ab terra egregie munitum, præſidioque valido firmatum, & præcipue fide præfectorum principumque, quæ fluxa & vana apud Oreum fuerat, [4] ſtabile atque inexpugnabile fuit. Id prudenter, ut in temere

1 *Demetrium Phthiotidis*] Sic veteres libri, & recte. nam duo fuerunt oppida hoc nomine, ut Stephanus: Δημήτριον τόπος Θεσσαλίας, κειμένου πρὸς ἄρκτον Ἄμφρυσον. ἔστι καὶ πόλις Αἰολίδος. Sigonius.

2 *Subiti ac procelloſi decidunt*] Omnes, ut ante Rhenanum: *& venti ab utriuſque terræ prœaltis montibus ſubiti ac procelloſi dejiciunt*. Poſſes cogitare illa: *venti ponunt, mutant, vertunt*. Aut ſi hoc diſplicet, mitius certe fuerat: *procelloſi ſe dejiciunt*: aut *dejiciuntur*, quam *decidunt*, quod ex ſola opinione Rhenani receperunt editores. Sic infra cap. 15. *Niſi ex vehementi ſole tanta vis aquæ dejeciſſet*. ita enim omnes libri, præter ſolum Putean. qui confirmat Sigonii conjecturam: *ni ſe ex vehementi ſole tanta vis aquæ dejeciſſet*. Vulgo, *dejecta eſſet*. J. Fr. Gron.

3 *Septies die*] Vet. lib. *ſepties in die*. Sigonius.

4 *Stabile atque inexpugnabile fuit*]

temere ſuſcepta re, Romanus fecit, quod circumſpectis difficultatibus, ne fruſtra tempus tereret, celeriter abſtitit incepto, claſſemque inde [1] ad Cynum Locridis (emporium id eſt Opuntiorum urbis mille paſſuum à
7 mari ſitæ) trajecit. Philippum & [2] ignes ab Oreo editi monuerant, ſed ſerius Platoris fraude è ſpecula elati: & impari maritimis viribus, haud facilis erat in inſulam claſſi acceſſus. ita res per cunctationem omiſſa. Ad Chalcidis auxilium ubi ſignum accepit, impigre eſt motus. nam & ipſa Chalcis, quanquam ejuſdem inſulæ urbs eſt, tamen adeo arcto interſcinditur freto, [3] ut ponte continenti jungatur, terraque aditum faciliorem quam mari habeat. [4] Igitur Philippus dejecto præſidio, fuſiſque Ætolis, qui ſaltum Thermopylarum inſidebant, quum ab Demetriade Scotuſſam, inde de tertia vigilia profectus, trepidos hoſtes Heracleam compuliſſet, ipſe uno die [5] Phocidis Elatiam millia amplius ſexaginta contendit.

Non abeunt ſcripti: induco tamen animum fuiſſe Livii: *præſidioque valido firmatum, præcipue fide præfectorum principumque, quæ fluxa & vana apud Oreum fuerat, ſtabili inexpugnabile fuit.* J. Fr. Gron.

1 *Ad Cynum Locridis, emporium eſt Opuntiorum*] Sic Stephanus: Κύνος ὄπνειον Ὀπούντος, ὡς Φίλων καὶ Παυσανίας, Ἐλάτεια δὲ πόλιν αὐτὴν φησιν. *Sigonius.*

Emporium id eſt Opuntiorum] Put. Voſſ. *id eſt orbis & pontiorum mille.* Scribe ut eſt in Gud. & diſtingue: *claſſemque inde ad Cynum Locridis (emporium id eſt urbis Opuntiorum mille paſſuum à mari ſitæ) trajecit.* Strabo lib. 9. Ἀπέχει δὲ θαλάττης περὶ πεντεκαίδεκα σταδίους· ἔστι δ' ὄπνειος καὶ ἐξέκοντα· Κύνος δέ ἐστι τὸ ὄπνειον, ἄκρα τερματίζουσα τὸν Ὀπούντιον κόλπον. J. Fr. Gronovius.

2 *Ignes ab Oreo editi moverant*] Placeet magis, ut eſt in vet. lib. *monuerunt*, ut ſit, ignes ab urbe Oreo editi monuerunt Philippum obſideri Oreum. *Sigonius.*

3 *Ut ponte continenti jungatur, terra aditum faciliorem*] Contra Rhenanum omnes Gall. Voſſ. & Pal. *terraque.* Nec ſane elegans hic aſyndeton. Sic & mox: *dejecto præſidio fuſiſque Ætolis.* Nihil impedit copulativa, quin intelligamus ipſos Ætolos fuiſſe hoc præſidium. J. Fr. Gron.

4 *Igitur Philippus*] Glareano neſcio quid deſideratur in ſermonis connexione, præſertim quum dicat *Igitur:* idque jubet conſiderare lectorem, ſi forte nactus fuerit meliorem codicem. At ſic omnes etiam optimi codices: neque hilum deſideratur: ſed interponitur *igitur*, quia narrationem expeditionis Philippicæ interruperat deſcriptione ſitus Chalcidos. *Idem.*

5 *Phocidis Elatiam*] Recte addidit, *Phocidis.* Nam ait Stephanus: Ἐλάτεια πόλις Φωκίδος, καὶ Θετταλίας, καὶ Θεσπρωτίας. *Sigonius.*

dit. Eodem ferme die ab Attalo rege Opuntiorum urbs capta diripiebatur. conceſſerat eam prædam regi Sulpicius, quia Oreum paucos ante dies ab Romano milite, expertibus regiis, direptum fuerat. Cum [1] Romana claſſis Oreum ſe recepiſſet, Attalus ignarus adventus Philippi, pecuniis à principibus exigendis terebat tempus. adeoque improviſa res fuit, ut niſi Cretenſium quidam forte pabulatum ab urbe longius progreſſi, agmen hoſtium procul conſpexiſſent, opprimi potuerit. Attalus inermis atque incompoſitus, curſu effuſo mare ac naves petit. & molientibus ab terra naves [2] Philippus ſupervenit, tumultumque etiam ex terra nauticis præbuit. inde Opuntem rediit, Deos hominesque accuſans, quod tantæ rei fortunam ex oculis prope raptam amiſiſſet. Opuntii quoque ab eadem ira increpiti, quod quum trahere obſidionem in adventum ſuum potuiſſent, viſo ſtatim hoſte prope in voluntariam deditionem conceſſiſſent. Compoſitis circa Opuntem rebus, [3] Toronem eſt profectus.

1 *Romana claſſis Oreum ſeſe receperat & Attalus*] Sic Andreas & omnes uſque ad Magontiacenſes, & retulit Rhenanus pro eo, quod ex Aldo inoleverat: *cum Romana claſſis eo ſe recepiſſet*: non enim velle ait dicere Livium, quomodo ſit captum Oreum, quod ante expoſuit, ſed quid interim Romani & Rex Attalus facerent. Quaſi hoc non intelligatur ex priſca lectione: quaſi ex ea colligatur, quomodo captum ſit Oreum. Erat & vulgo, *Attalus igitur ignarus*: & ſic etiam quidam codices: ſed amabis cum optimis: *Quum Romana claſſis eo ſe recepiſſet, Attalus ignarus adventus Philippi. Eo* autem quid vult, niſi Cynum Locridis, ut dixit extremo cap. 6, à Chalcide. Et vides, quid fecerint Romani, nempe fuiſſe in ſtatione apud Opuntiorum emporium Cynum, ut faverent Attalo Opuntem capienti: quid Attalus, nempe Opuntem diripuiſſe, & à locupletibus pecunias exegiſſe. *J. Fr. Gron.*

2 *Philippus advenit*] Vet. lib. *ſupervenit*. Sigonius.

Philippus advenit, metumque] Omnes: *molientibus ab terra navei Philippus ſupervenit, tumultumque etiam ex terra nauticis præbuit*. Qua phraſi & lib. 10. *Tumultumque prælio ipſo terribiliorem intermixti agmini præbebant*. Lib. 25. *Tumultum tamen majorem hoſtes præbuerunt, quam certamen*. Lib. 26. Ea res *tantum tumultum ac fugam præbuit*. Et ſic editiones priſcæ: *Advenit* in primo invenio Gryphio, *metum* dedit Rhenanus. *J. Fr. Gron.*

3 *Toronem eſt profectus*] *Torone* ad ſinum Toronæum eſt procul ab Opunte. *Thronium* pariter eſt Locrorum, atque Opus non procul à Thebis Phthiotidos. Itaque veriſimilius eſt Philippum ab Opunte *Thronium*, quam *Toronem* veniſſe, præſertim ve-

fectus. Et Attalus primo Oreum se recepit. inde quum fama accidisset, Prusiam Bithyniæ regem in fines regni sui transgressum, [1] omissis Romanis rebus, atque Ætolico bello, in Asiam trajecit. Et Sulpicius Æginam classem recipit, unde initio veris profectus erat. Haud majore certamine [2] quam Opuntem Attalus ceperat, Philippus Toronem cepit. Incolebant urbem eam profugi ab Thebis Phthioticis. urbe sua capta à Philippo, quum in fidem Ætolorum [3] perfugissent, sedem eis Ætoli eam dederant, urbis vastatæ ac desertæ [4] priore ejusdem Philippi bello. Tum ab Torone, sicut paulo ante dictum est, recepta profectus, [5] Tritonon, & Drymas, Doridis parva

10 cum à Thronio in Doridem finitimam regionem veniisse subdat. Itaque his de causis *Thronium* puto legendum, de quo & Stephanus, & Strabo, & ceteri. Idem placet etiam Glareano. *Sigonius.*

Toronem est profectus] Facile accedo Sigonio & Glareano *Thronium* corrigentibus. Id enim hic locorum ad Boagrium amnem, non longe ab Opunte. At *Torone* ad Toronæum sinum inter Derrhin & Canastrum promuntoria. Quod sequitur autem in omnibus scriptis habetur: *Et Attalus primo Oreum est profectus.* Unde suspicor illud subjecisse, qui non ferrent eadem verba tam cito repeti, revera autem & *se recepit* & *est profectus* esse additamenta infelicium correctorum: quum Livius rotunde scripsisset ac breviter: *Et Attalus primo Oreum, inde (quum fama accidisset, Prusiam Bithyniæ regem in fines regni sui transgressum) omissis rebus atque Ætolico bello, in Asiam trajecit: Sulpicius Æginam classem recipit, unde initio veris profectus erat.* J. Fr. Gron.

1 *Omissis Romanis rebus*] Τὸ *rebus* adjecit Rhenanus, quod in prioribus editis deerat. At in optimo Gallicisque omnibus & Vossiano invisum τὸ *Romanis.* Idque eleganter ego dictum accipio pro sepositis, quæ in manu erant. Ut Plauto: *Ego relictis rebus Epidicum operam quærendo dabo.* Ut Terentio: *Herus me relictis rebus jussit Pamphilum hodie observare.* Non aliter Justinus 13. *Perdicca alienatis rebus Aridæum & Alexandri Magni filium de summa belli in consilium adhibet:* τ' ἄλλα μιθεὶς· ἀπαγγελία μιθεὶς· τ' ἄλλα πάντα ἀφεὶς. *Idem.*

2 *Quam Opuntem Attalus ceperat, Philippus Toronem cepit*] Verbum *ceperat* in nullis melioribus libris salvum est. Put. *decertae.* Regius *decertat.* Men. & Pal. *decertans.* Quid velint non assequor. *Idem.*

3 *Pervenissent &c. vasta ac deserta priore quidem*] Rursus nostri: *quum in fidem Ætolorum perfugissent, sedem eis Ætoli eam dederant urbis vastatæ ac desertæ priore ejusdem Philippi bello.* Quæ mutavit Rhenanus, & præterea vult, *in finem.* Idem.

4 *Priore quidem Philippi bello*] Vet. lib. *priore ejusdem Philippi.* Sigonius.

5 *Tritonon, & Drymas Doridis oppida*] De his Stephanus: Τείτωνος πολίχνιον Μακεδονίας. Δρυμία πόλις Φωκίδος. Veteres etiam libri edunt *Drumias*, ex quo apparet ita esse legendum. *Idem.*

Tritonon & Drymas] Herodotus lib. 7. Ἔθνεα πάντα, ἀπὸ μὲν ἑκατὸν ἀνδρῶν Δρύμος πόλις, καὶ ὁ Χαλκίδηθεν ἦ Ἐρ-

parva atque ignobilia oppida cepit. inde Elatiam, juſſis ibi ſe opperiri Ptolemæi Rhodiorumque legatis, venit. Ubi quum de finiendo Ætolico bello ageretur (affuerant enim legati nuper Heracleæ concilio Romanorum Ætolorumque) nuncius affertur, Machanidam, Olympiorum ſolenne ludicrum parantes Eleos, aggredi ſtatuiſſe. Prævertendum id ratus, legatis cum benigno reſponſo dimiſſis, ſe neque cauſſam ejus belli fuiſſe; nec moram (ſi modo æqua & honeſta conditione liceat) paci facturum; cum expedito agmine profectus [1] per Bœotiam, Megara, atque inde Corinthum deſcendit. unde commeatibus ſumptis, Rhiunta Phlieumque petit. Et jam cum [2] Heræam veniſſet, audito, Machanidam fama adventus ſui territum refugiſſe Lacedæmonem; Ægium ſe ad concilium Achæorum recepit; ſimul claſſem Puniçam, ut mari quoque aliquid poſſet, accitam, ibi ratus ſe inventurum. Paucis ante diebus [3] in Phoceas trajecerant Pœni: inde portus Acarnanum petierant, quum ab Oreo profectum Attalum Romanoſque audiſſent; veriti ne ad ſe iretur, & intra Rhium (fauces eæ ſunt Corinthii ſinus) opprimerentur. Philippus mœrebat quidem & angebatur, quum ad omnia ipſe raptim iſſet, nulli tamen ſe rei in tempore occurriſſe, & rapientem omnia 8

Ἔφορον καὶ Τιθρώνιον &c. καὶ Ἐλάτειαν. Pauſanias lib. 10. Καὶ Νίκαιαν καὶ Τιθρώνιον καὶ Ἀρτεμισίαν, αἱ δὲ ἄλλαι πόλεις ἐν Ἐλαλείαις. Liber optimus: *Uthronon & Drymias Dorii par vanh Ex Gron.*

1 *Per Bœotiam Megaram atque inde Corinthum deſcendit*] Pur. & alii boni: *Megaras*, Iidem.

2 *Heræam*] Vet. lib. *Heream*, ſic &c. inquit & Stephanus: Ἡραία ἐστὶ καὶ πόλις Ἀρκαδίας, καὶ τὸ ἐθνικὸν Ἡραιεύς. Μνημονεύει δὲ αὐτῆς καὶ Πολύβιος. *Sigon.*

3 *In Phoceas trajecerant Pœni*] Liber optimus & reg. *in denaces*. Mem. *indenacas*. Voſſ. *in denacas*. Neque alter probiſſimus quiſque. *Phocæa* hinc longe, & *Phocæa*, non *Phoceæ*. *Phocæ* ſunt illæ quidem in Græcia, ſed & hinc remotæ, quippe in Œtæo ſinu. Scribe: *Paucis diebus ante in Echinades trajecerant Pœni.* Fuerant nimirum in ſtatione apud Ægium ex condicto exſpectantes Philippum: ſed audito diceſſiſſe Romanos & Attalum ab Oreo Euboïcæ, veriti, *ne ad ſe iretur* (ſic enim omnes, non *in ſe*) & intra Corinthiaci ſinus angustias coerciti caperentur; tranſmiſerant ex illis claustris in Echinades, inde in Acarnanum portus. *J. Fr. Gron.*

omnia ex oculis elusisse celeritatem suam fortunam. [1] In concilio autem dissimulans ægritudinem, elato animo differuit: *testatus Deos hominesque, [2] se nullo loco, nec tempore defuisse, quin ubi hostium arma concrepuissent, eo quanta maxima posset [3] celeritate tenderet: sed vix rationem iniri posse, utrum ab se audacius, an fugacius ab hostibus geratur bellum. Sic ab Opunte Attalum, sic Sulpicium à Chalcide, [4] sic eis ipsis diebus Machanidam è manibus suis elapsum. Sed non semper felicem esse fugam: nec pro difficili id bellum habendum, in quo, si modo [5] congressus cum hostibus sis, viceris. Quod primum esset, confessionem se hostium habere, [6] nequaquam pares esse sibi: brevi & victoriam haud dubiam habiturum, nec meliore eventu eos secum quam spe pugnaturos.* Læti regem socii audierunt. Reddidit inde Achæis Heræam & [7] Triphyliam. Alipheram autem Megalopolitis, quod suorum fuisse finium satis probabant, restituit. inde navibus acceptis ab Achæis (erant autem tres quadriremes, & biremes totidem) Anticyram trajecit. inde quinqueremibus septem, & lembis viginti amplius, quos ut adjungeret Carthagi-

nien-

1 *In concilio tamen*] Iidem: *In concilio autem dissimulans.* J. Fr. Gron.

2 *Se nulli loco nec tempori defuisse*] Omnes Gall. cum Pal. *nullo loco.* Scribe: *nullo loco nec tempore defuisse.* nempe rei gerendæ aut occasioni. *Idem.*

3 *Celeritate tenderet*] Vet. lib. *contenderet.* Sigonius.

Celeritate contenderet] Ab Sigonio est. quicquid nobis usui fuit librorum: *eo quanta maxima posset, celeritate tenderet.* Tacitus Annali primo: *Legatos audita consternatione ad Germanicum tendentes.* Idem quarto Historiarum: *Adrumeto ad legionem tendit.* J. Fr. Gron.

4 *Sic ipsis diebus*] Omnes: *sic eis ipsis diebus Machanidam.* Idem.

5 *Congresso cum hosto*] Putean. Pet. Pal. Men. *congressus cum hostibus sis*, secus atque Rhenanus. *Idem.*

6 *Nequaquam pares esse eos*] Put. *nequaquam parces sibi.* Pet. & Pal. *pares esse sibi.* Reg. *patere se sibi.* Men. *par esse sibi.* Certe nusquam deest *sibi*, quo deleto gaudet Rhenanus. Puto autem secundam lectionem veram esse. *Idem.*

7 *Triphyliam, Alipheram*] Stephanus: Τριφυλία ἐν Ἤλιδι, Ἀλίφειρα πόλις Ἀρκαδίας. Sigonius.

Alipheram. Megalopolitis, quod suorum jus esse finium] Omnes Gall. & veteres editiones: *quod suorum fuisse finium.* Lib. 40. *Culta ea loca suorum finium esse.* Lib. 44. *Finium is ager Cassandrensium erat.* Vide & ad lib. 32, 5. Sed ro quod molestum est. Aut igitur pro eo *quum* vel *qui* legendum, aut pro supervacuo cancellandum est, hoc modo: *Alipheram autem Megalopolitis (suorum fuisse finium satis probabant) restituit.* J. Fr. Gron.

nienſium claſſi, miſerat in Corinthium ſinum, profectus ad [1] Erythras Ætolorum, quæ prope Eupalium ſunt, exſcenſionem fecit. Haud fefellit Ætolos: nam hominum quod aut in agris, aut in propinquis caſtellis [2] Potidaniæ ac Apolloniæ fuit, in ſilvas monteſque refugit. Pecora, quæ inter feſtinationem abigi nequierant, ſunt direpta & in naves compulſa. Cum his cæteraque præda, Nicia prætore Achæorum Ægium miſſo, quum Corinthum petiſſet, pedeſtres inde copias per Bœotiam terra duci juſſit. [3] ipſe ab Cenchreis præter terram Atticam ſuper Sunium navigans, inter medias prope hoſtium claſſes, Chalcidem pervenit. inde, collaudata fide ac virtute, quod neque timor, neque ſpes flexiſſent eorum animos; hortatuſque [4] in poſterum, ut eadem conſtantia permanerent in ſocietate, ſi ſuam quam [5] Oritanorum atque Opuntiorum fortunam mallent; ab Chalcide [6] Oreum navigat, principumque iis, qui fugere capta urbe, quam ſe Romanis tradere, maluerant, ſumma rerum & cuſtodia urbis permiſſa: ipſe Demetriadem ab Eubœa, unde primo ad opem ferendam ſociis profectus erat, tra-

1 *Erythras Æt. prope Eupalium*] Stephanus: Ἐρυθραὶ πόλις Ἰάονων καὶ Αἰόλων καὶ Δωριέων, καὶ Βοιωτίας, καὶ Κύπρου. Εὐπάλιον πόλις Λοκρίδος, ἣν Εὐπάλιος Ἀριστοδώρου φησί. *Sigon.*

2 *Potidaniæ*] Stephanus: Ποτιδανία πόλις Αἰτωλίας, τρίτη Ἰταλίας. *Idem.*

3 *Ipſe ab Cenchreis*] Stephanus: Κεγχρεαὶ πόλις Τροιζηνίδος, δ' Ἀθήναις πόλις καὶ ὄνειον Κορίνθου. Hoc loco Cenchreas, quæ ad Corinthum ſunt, intelligit, ut ſuperyacanea ſit hujus loci emendatio, quæ à Glareano affertur, qui contra fidem veterum librorum legendum putat, *ab OEnoa*. Idem.

4 *In poſterum ut eadem &c. Oritanorum atque*] Hæc verba cum mediis Livii eſſe ſoli credimus Andreæ primo editori. Mihi quidem nullis in ſcriptis occurrerunt: ſed tantummodo: *hortatuſque oppugnationem fortunam mallent.* Numquid igitur fuit: *dehortatuſque, ne Opuntiorum fortunam mallent.* id eſt, ne cito ſeſe dederent. Nam & hos ſolos objurgaſſe ſupra dicitur: *Opuntii quoque ab eadem ira increpiti, quod cum trahere obſidionem in adventum ſuum potuiſſent, viſo ſtatim hoſte prope in voluntariam deditionem conceſſiſſent.* J. Fr. Gron.

5 *Oreanorum atque Op.*] Veter. lib. *Oritanorum*, & recte. Nam Stephanus: Ὠρεὸς πόλις Εὐβοίας· τὸ ἐθνικὸν, Ὠρείτης. *Sigonius.*

6 *Oreum navigat, principumque iis*] Cuſtodiam Orei concedit Philippus principibus urbis, quod ab Attalo & Romanis paulo ante expugnatum, relictum deinde fuiſſe Philippi in Euboeam adventu intelligendum eſt. *Idem.*

trajecit. Caſſandreæ deinde centum navium longarum carinis poſitis, contractaque [1] ad effectum ejus operis multitudine fabrorum navalium, quia res in Græcia tranquillas & profectio Attali fecerat, & in tempore laborantibus ſociis latum ab ſe auxilium, retro in regnum
9 conceſſit, ut Dardanis bellum inferret. Extremo æſtatis ejus, qua hæc in Græcia geſta ſunt, quum [2] Q. Fabius Maximus pater [3] legatus ab M. Livio conſule Romam ad ſenatum nunciaſſet, conſulem ſatis præſidii Galliæ provinciæ credere L. Porcium cum ſuis legionibus eſſe: decedere ſe inde, ac deduci exercitum conſularem poſſe; Patres non M. Livium tantum redire ad urbem, ſed collegam quoque ejus C. Claudium juſſerunt. Id modo

in

1 *Ad effectum ejus operis & multitudine*] Copulativa eſt erratum operarum in novitiis: nam & MSS. & priores editiones eam non agnoſcunt. *J. Fr. Gron.*

2 *Q. Fabius maximus prætor*] Duo Quinti Fabii Maximi per hoc tempus celebres fuerunt, pater & filius, uterque conſularis: quorum neuter hoc anno præturam geſſit. itaque quoniam vox *prætor*, non habet locum, *pater* legendum eſt: ſic enim ipſi inter ſe diſtinguuntur, ut alter *pater* alter *filius* nominetur. In Epitoma prioris libri, *Fabius Maximus pater, conſul Tarentinos per proditionem recepit.* Livius libro priore: *Q. Fabium filium ad exercitum Venuſianum miſerunt.* Errandi cauſa profecta eſt à brevi ſcripturæ genere *PR.* & *pr.* quarum altera *prætorem*, altera *patrem* ſignificamus. Sic apud Pæd. in Divinatione: *Hic eſt igitur Lentuli Sura pater in carcere ſtrangulati propter conjurationem.* puto enim legendum: *Hic eſt avus Lentuli Sura prætorius in carcere.* etenim, *P. Lentulus* vere *Sura* non *pater*, ſed avus fuit, auctore Cicerone, & Sura in conjuratione iterum *prætor* erat, teſte Dione. *Sigonius.*

Q. Fabius Maximus pater legatus] Libri melioris notæ: *Q. Fabius Maximus P. legatus.* Quod primi editores reddiderunt *Prætor.* Sed optimus *Maximi.* Gudianus integre: *cum Q. Fabius Maximi filius legatus.* Sed uter? Alterum circa hæc tempora jam fato functum volunt, alterum, quem augurem in patris mortui locum factum ſcribit Livius lib. 30 anno U. C. 550, idem ſeptem annis poſt lib. 33 mortuum tradit admodum adoleſcentem, priuſquam ullum magiſtratum caperet. Credibilius equidem eſt è filiis alterutrum, quam patrem extrema ætate eo munere functum: & cur moneret Fabius Livium, ne priuſquam genus hoſtium cognoſſet, temere manum conſereret, ut eſt lib. 27, ſi ipſe cum eo exiturus erat? Aut igitur major poſt hanc demum legationem deceſſit: aut in minore vocabulum *adoleſcens* apud noſtrum haud ita anguſte capiendum, ut illum hoc tempore puerum fuiſſe neceſſe ſit. *J. Fr. Gron.*

3 *Legatus ab M. Livio conſule Romam ad ſenatum miſſus*] Put. & meliores excludunt *ab miſſus.* Nec nobis ea voce expuncta deeſſe quidquam videtur. Ut apud Plautum frequenter: *ab aliquo nuntius, quemque a mili-*

te. Li-

in decreto interfuit, [1] quod M. Livii exercitum reduci, Neronis legiones Annibali oppositas manere in provincia jusserunt. Inter consules ita per literas convenit, ut, [2] quemadmodum uno animo rempublicam gessissent; ita, quamquam ex diversis regionibus convenirent, uno tempore ad urbem accederent. Præneste qui prior venisset, collegam ibi opperiri jussus. Forte ita evenit, ut eodem die ambo Præneste venirent. inde præmisso edicto, ut triduo post frequens senatus ad ædem Bellonæ adesset, omni multitudine obviam effusa, ad urbem accessere. Non salutabant modo [3] universi circumfusi, [4] sed contingere pro se quisque victrices dextras consulum cupientes; alii gratulabantur, alii gratias agebant, quod eorum opera incolumis respublica esset. In senatu quum more omnium imperatorum, expositis rebus ab se gestis, postulassent, ut [5] pro republica fortiter feliciterque administrata, & Diis immortalibus haberetur honos, & ipsis triumphantibus urbem inire liceret; Se vero ea quæ postularent, decernere Patres, merito Deorum primum, dein secundum Deos, consulum, respondeRunt;

te. Livius lib. 33, de Annibale: *Per contantibus legatum se Tyrum dici jussit.* J. Fr. Gron.

1 *Quod M. Livii exercitum reduci*] Put. *Livite.* Scribo: *quod M. Livii & exercitum.* Non ipsum modo venire, sed & exercitum ejus reduci. *Idem.*

Exercitum reduci] Cantabrigiæ legitur *deduci*, quod solenne de provinciis. *Jac. Gron.*

2 *Quemadm. uno animo remp. gessiss.*] Vet. lib. *rem gessissent.* sic infra: *quoniam in provincia M. Livii res gesta esset.* Hac de loquendi forma etiam dictum est supra. *Sigonius.*

Uno animo rem gessiss.] Omnes Gall. Voss. *rempublicam:* defendimusque olim contra Sigonium. *J. Fr. Gron.*

3 *Universi, sed*] Vet. lib. *non salutabant modo universi circumfusi, sed.* Sigonius.

4 *Sed contingere pro se quisque victrices dextras*] Spernunt Put. & antiquiores *τὸ contingere.* Voss. *sed perspicere quisque.* An fuit: *sed pro se quisque victrices dextras consulum capientes.* Vel *tangentes*, aut *rapientes.* J. Fr. Gronovius.

5 *Pro republica fortiter feliciterque administrata*] Sic Put. reg. Men. Pal. Voss. non *fideliterque.* quod urget Rhenanus. Sic lib. 2, de Fabiorum exercitu: *Ire fortes, ire felices jubent.* Lib. 31. *Quum in senatu res ab se per multos annos fortiter feliciterque gestas exposuissent.* Imperatorum eorumve, quorum auspiciis aut ductu res geritur, virtus & felicitas est; sociorum, legatorum, militum virtus & fides: itaque illorum *fortis & felix*, horum *fortis & fidelis* opera. Hinc illa formula tam frequens: *bene & feliciter gesta republica.*

Digitized by Google

runt; [1] & ſupplicatione amborum nomine, & triumpho utrique decreto, inter ipſos, ne quum bellum communi animo geſſiſſent, triumphum ſepararent, ita convenit: *ut [2] quoniam & in provincia M. Livii res geſta eſſet, & eo die, quo pugnatum foret, ejus forte auſpicium fuiſſet; & exercitus Livia-*

blica. Noſter lib. 41: *C. Claudius gloriaretur, ſua virtute ac felicitate neminem jam eis Alpes hoſtem populi Romani.* At ecce alteram formulam. Lib. 23, de L. Bantio: *Ut nemo inde ſociorum rem Romanam fortius ac fidelius juverit.* Lib. 24 de Hiſpanis transfugis: *Operaque eorum forti ac fideli perſape reſpublica uſa eſt.* Ut & iterum priore libro de aliis ejus generis: *Eorum forti fidelique opera in eo bello uſi ſunt ſape Romani.* Lib. 31 ad legatos Ptolomæi: *Regnique ejus opes ſcire ſubſidia firma ac fidelia ſua reipublicæ eſſe.* Lib. 37, de Maſiniſſa: *In Africa adverſus Syphacem & Carthaginienſes fideliter atque impigre vobiſcum ſtetit.* Lib. 40, de Thurro regulo Hiſpano: *Secutus eſt inde Romanos, fortique ac fideli opera multis locis rem Romanam adjuvit.* Lib. 45 iterum de Maſiniſſa: *Populum Romanum ab eo bello Punico forti fidelique opera adjutum.* Et hujus libri hoc ipſo capite: *Quam forti fidelique duorum præcipue legatorum opera uſi eſſent.* Quod fruſtra jubet adeſſe correctioni ſuæ Rhenanus. Agricola ad milites apud Tacitum: *Ex quo virtute & auſpiciis imperii Romani, fide atque opera veſtra Britannia vicit.* Vides contra morem & decorem Livianum τὸ *fideliter* hic intruſum, quod poſt optimum Beatum, ut multa alia, ſecuti editores tranſierunt. Adde Fabrum Semeſt. 1, 19. *J. Fr. Gron.*

1 *Et ſupplicatione ambor. nom. & triumpho utrique decreto*] Vet. lib. *& ſupplicationem amborum nomine, & triumphum utrique decreverunt*, quod valde probo. *Sigonius.*

Et ſupplicatione &c. *utrique decreto. Inter ipſos*] Mutavimus diſtinctionem: *& ſupplicatione amborum nomine & triumpho utrique decreto, inter ipſos, ne quum* &c. *ita convenit.* Ut plane Barberinus. Atque apparet ſupervacuum eſſe conatum Sigonii, qui valde probat ex ſuo libro: *& ſupplicationem amborum nomine & triumphum utrique decreverunt.* Quod nos in nullis invenimus, & manum correctoris audacis manifeſtiſſime prodit. *J. Fr. Gron.*

2 *Quoniam in provincia* &c. *fuiſſet, exercitus*] Quas particulas delet Rhenanus, eas Put. & omnes melioris notæ libri tenent, hoc modo: *ut quoniam & in provincia M. Livii res geſta eſſet, & eo die, quo pugnatum foret, ejus forte auſpicium fuiſſet, & exercitus Livianus deductus Romam veniſſet, Neronis de provincia deduci non potuiſſet; ut M. Livium quadrigis* &c. Si uſquam nexas arenas fecit Rhenanus, hic fecit. Sed & duplicatum *ut* ferre non potuit. Cur igitur Plautus Bacchidibus: *ſibi qui caveat, aliquem ut hominem reperiam. Ab iſtoc milite, ut ubi meritum ſibi ſit, ſe ut revehat domum.* Noſter lib. 22, 11. *Ut quibus oppida caſtellaque immunita eſſent, ut hi commigrarent in loca tuta.* Sic enim legendum eſt veſtigiis vett. libb. quod eadem de cauſſa vulgo vitiatum. Lib. 36, 3. *Ut quos L. Quintius milites conſcripſiſſet, & quos ſocii nominisque Latini imperaſſet, quos ſecum in provinciam ire oporteret, & tribuni militum legionis primæ & tertiæ, ut hi omnes Brunduſium Idibus Maiis convenirent.* Sic ibi quoque legendum. Et ſuper hæc alibi ſic Livium reſtituemus: nam hæc revera antiqua formula eſt, non quam ſomniavit Rhenanus. *Idem.*

1 Ne-

Livianus deductus Romam veniſſet, [1] *Neronis deduci non potuiſſet de provincia; ut M. Livium quadrigis urbem ineuntem milites ſequerentur: C. Claudius equo ſine militibus inveheretur.* Ita conſociatus triumphus, quum utrique, tum magis ei, qui quantum merito anteibat, tantum honore collegæ ceſſerat, gloriam auxit: *illum equitem* ajebant *ſex dierum ſpatio tranſcurriſſe longitudinem Italiæ: & eo die cum Aſdrubale in Gallia ſignis collatis pugnaſſe, quo eum caſtra adverſus ſeſe in Apulia poſita habere Annibal credidiſſet. Ita unum conſulem pro utraque parte Italiæ adverſus duos duces, duos imperatores, hinc conſilium ſuum, hinc corpus oppoſuiſſe. Nomen Neronis ſatis fuiſſe ad continendum caſtris Annibalem: Aſdrubalem vero, qua alia re, quam adventu ejus obrutum atque exſtinctum eſſe? Itaque iret alter conſul ſublimis curru multijugis, ſi vellet, equis. Uno equo per urbem verum triumphum vehi: Neronemque, etiam ſi pedes incedat; vel parta eo bello, vel ſpreta eo triumpho gloria, memorabilem fore.* Hi ſermones ſpectantium Neronem uſque in Capitolium proſecuti ſunt. [2] Pecuniæ in ærarium tulerunt ſeſtertium tricies [3] octoginta millia æris. militibus M. Livius quinquagenos ſenos aſſes diviſit. tantundem C. Claudius abſentibus militibus ſuis eſt pollicitus, quum ad exercitum rediſſet. Notatum eo die plura carmina militaribus jocis in C. Claudium, quam in conſulem ſuum jactata. Equites L. Veturium, & Q. Cæcilium legatos magnis tuliſſe laudibus: hortatoſque eſſe plebem, ut eos conſules in proximum annum crearent. adje-

1 *Neronis deduci non potuiſſet de provincia*] Nota triumphatum ab eo, qui exercitum ex provincia non deportaſſet. Vide ſupra 26, 21. ob id negatus Marcello triumphus. Neque enim confecta provincia erat, ex qua exercitus non deduceretur. Vide omnino 31, 48 & pag. 756. *Henric. Valeſius.*

2 *Pecunia in ærarium tulerunt ſeſtertium tricies*] Hæc forent centum viginti ſex talenta, minus quatuor millibus nummum: noſtra pecunia 75800 ſcutati. At Polybius ait πλείω τῶν τετρακοσίων ταλάντων. quod eſſet plus ſeptuagies bis. An excidit litera *L*, cum notatum foret *LXXX*, quod eſt *octogies?* ea enim trecenta triginta talenta, viginti minæ. *J. Fr. Gron.*

3 *Octoginta millia æris*] Muretus è l. v. *DCCC millia æris.* Idem.

adjeciſſe equitum prærogativæ auctoritatem conſules; poſtero die in concione, quam forti fidelique duorum præcipue legatorum opera uſi eſſent, commemorantes. Quum comitiorum tempus appeteret, & per dictatorem comitia haberi placuiſſet, C. Claudius conſul M. Livium collegam dictatorem dixit: Livius Q. Cæcilium magiſtrum equitum. à M. Livio dictatore creati conſules L. Veturius, Q. Cæcilius. is ipſe, qui tum erat magiſter equitum. Inde prætorum comitia habita. creati C. Servilius, M. Cæcilius Metellus, [1] Ti. Claudius Aſellus, Q. Mamilius Thurinus, qui tum ædilis plebis erat. Comitiis perfectis, dictator magiſtratu abdicato, dimiſſoque exercitu, in Etruriam provinciam ex ſenatuſconſultu eſt profectus, ad quæſtiones habendas, qui Etruſcorum Umbrorumque populi defectionis ab Romanis ad Aſdrubalem ſub adventum ejus conſilia agitaſſent, quique eum auxiliis, aut commeatu, aut ope aliqua juviſſent. Hæc eo anno domi militiæque geſta. Ludi Romani ter toti inſtaurati ab ædilibus curulibus, Cn. Servilio Cæpione, Ser. Cornelio Lentulo. Item ludi plebeii ſemel toti inſtaurati ab ædilibus plebis Manio Pomponio Mathone, & Q. Mamilio Thurino. Tertiodecimo anno Punici belli, L. Veturio Philone, & Q. Cæcilio Metello conſulibus, [2] Bruttii ambobus, ut cum Annibale bellum gererent, provincia decreta. Prætores exinde ſortiti ſunt: M. Cæcilius Metellus urbanam, Q. Mamilius peregrinam, C. Servilius Siciliam, Ti. Claudius Sardiniam.

1 *T. Claud. Aſellus, Q. Manlius Thur.*] Lege, *T. Claudius Aſellus, Q. Mamilius Thurinus*, ex vet. lib. & lap. Capitol. atque ita in his ubique. *Sigonius.*

2 *Bruttii ambobus, ut cum Annib.*] Vet. lib. *Bruttii ambobus, & ut cum Annibale.* Idem.

Brutt. amb. ut cum Ann.] Sigonius: *ambobus, & ut cum:* placetque Freinshemio ad Curtium. Et videtur confirmari lib. 26. *Ut alteri conſulum Italia bellumque cum Hannibale provincia eſſet.* Et hoc libro inferius: *Alteri Bruttii & bellum cum Hannibale.* Noſtri tamen omnes tenent vulgatam, & confirmat, quod lib. 30. *Uter Bruttios adverſus Hannibalem, uter Etruriam ac Ligures provinciam haberet.* J. Fr. Gron.

1 *Sicut*

diniam. Exercitus ita diviſi: conſulum alteri, quem C. Claudius prioris anni conſul; alteri, quem Q. Claudius proprætor (eæ binæ legiones erant) habuiſſet exercitum: in Etruria duas volonum legiones à C. Terentio proprætore M. Livius proconſul, cui prorogatum in annum imperium erat, acciperet. & Q. Mamilio, ut collegæ juriſdictione tradita, Galliam cum exercitu, cui L. Porcius proprætor præfuerat, obtineret, decretum eſt: juſſuſque populari agros Gallorum, qui ad Pœnos ſub adventum Aſdrubalis defeciſſent. C. Servilio cum Cannenſibus duabus legionibus, [1] ſicut C. Mamilius tenuerat, Sicilia tuenda data. Ex Sardinia vetus exercitus, cui A. Hoſtilius præfuerat, deportatus. novam legionem, quam Ti. Claudius trajiceret ſecum, conſules conſcripſerunt. Q. Claudio, ut Tarentum, C. Hoſtilio Tubulo, ut Capuam provinciam haberet, prorogatum in annum imperium eſt. M. Valerius proconſul, qui tuendæ circa Siciliam maritimæ oræ præfuerat, [2] triginta navibus C. Servilio præbitis, cum cætera omni claſſe redire ad urbem juſſus. In civitate tanto diſcrimine belli 11
ſollicita, quum omnium ſecundorum adverſorumque cauſas in Deos verterent, multa prodigia nunciabantur; Tarracinæ Jovis ædem, Satrici Matris Matutæ de cœlo tactam. Satricanos haud minus terrebant in ædem Jovis [3] foribus ipſis duo prolapſi angues. Ab Antio nunciatum eſt, cruentas ſpicas metentibus viſas eſſe. Cære porcus

1 *Sicut P. Manlius tenuer.*] Hic eſt ille, quem lib. 27 *C. Mamilium* nominavimus ex veteribus libris, cum *C. Manlius* vulgo legeretur. In iiſdem libris hoc in loco eſt, *P. Mamilius*, in quo ineſt veſtigium veritatis. *Sigonius.*

2 *Triginta navibus C. Servilio traditu*] Reg. *relictu.* Put. Men. Voſſ. *præditis.* Scribe: *præbitu.* Neque hoc magis mirum quam lib. 35. *Aditum in Græciam Romanis nullos alios quam Ætolos dediſſe, & ad vincendum vires eoſdem præbuiſſe: deinde quantas peditum equitumque copias præbituri Antiocho ad bellum eſſent.* Lib. 45. *A. Babius unus eſt damnatus, quod milites Romanos præbuiſſet ad miniſterium cadis* J. Fr. Gron.

3 *Foribus ipſis duo prolapſi angues*] Omnes Gall. Voſſ. & melior Pal. *perlapſi.* Idem.

1 *Sup-*

cus biceps, & agnus mas idemque fœmina natus erat. Et Albæ duo ſoles viſos referebant: & nocte Fregellis lucem obortam. Et bos in agro Romano locutus, & ara Neptuni multo ſudore manaſſe in circo Flaminio dicebatur: & ædes Cereris, Salutis, Quirini de Cœlo tactæ. Prodigia conſules hoſtiis majoribus procurare juſſi, & [1] ſupplicationem unum diem habere. Ea ex ſenatuſconſulto facta. Plus omnibus aut nunciatis peregre, aut viſis domi prodigiis, terruit animos hominum, [2] ignis in æde Veſtæ exſtinctus. cæſaque flagro eſt Veſtalis, cujus cuſtodia noctis ejus fuerat, juſſu L. Licinii pontificis. Id quamquam nihil portendentibus Deis, cæterum negligentia humana acciderat, tamen & hoſtiis majoribus procurari, & ſupplicationem ad Veſtæ haberi placuit. Priuſquam proficiſcerentur [3] conſules ad bellum, moniti ab ſenatu ſunt, *ut in agros reducendæ plebis curam haberent. Deum benignitate ſummotum bellum ab urbe Romana & Latio eſſe, & poſſe ſine metu in agris habitari. Minime convenire, Siciliæ, quam Italiæ colendæ majorem curam eſſe.* Sed res haudquaquam erat populo facilis; & liberis cultoribus bello abſumptis, & inopia ſervitiorum, & pecore direpto, villiſque dirutis aut incenſis. magna tamen pars auctoritate conſulum compulſa in agros remigravit. Moverant autem hujuſce rei mentionem Placentinorum & Cremonenſium legati, querentes, agrum ſuum ab accolis Gallis

1 *Supplic. unum diem h.*] Vet. lib. *in unum diem.* Sigonius.

Supplicationem una die habere] Iidem prorſus: *unum diem.* Lib. 25. *Horum prodigiorum cauſa diem unum ſupplicatio fuit.* Lib. 27. *Et ſupplicatio diem unum fuit ex decreto pontificum.* J. Fr. Gron.

2 *Ignis in æde Veſtæ extinctus, ob quam cauſſam caſa*] Dele centonem trium vocum, quem à mala manu adſutum coarguunt Put. reg. Men. Voſſ. exhibendo: *terruit animos hominum ignis in æde Veſtæ exſtinctus. Cæſaque flagro eſt Veſtalis.* Itaque & bene delevit Rhenanus *ob Virgo.* Sed & verbum *eſt* ſupervacaneum videtur, ſcribendumque: *ignis in æde Veſtæ exſtinctus cæſaque flagro Veſtalis.* Sed & pro *cujus* nonnulli codices *viſa.* An fuit: *cuja cuſtodia noctis ejus fuerat.* Neque enim Livius vereri debuit frequentatum etiam Ciceroni. *Idem.*

Cæſa flagro] Vet. lib. *flagris.* Sigon.

3 *Conſules ad bellum, moniti ab ſenatu ſunt*] Sic omnes Gall. & Voſſianus: non *admoniti*, ut Rhenanus. *J. Fr. Gr.*

lis incurſari, ac vaſtari: magnamque partem colonorum ſuorum dilapſam eſſe: & infrequentes ſe urbes, agrum vaſtum ac deſertum habere. Mamilio prætori mandatum, ut colonias ab hoſte tueretur. Conſules ex ſenatuſconſulto edixerunt, ut qui cives Cremonenſes atque Placentini eſſent, ante certam diem in colonias reverterentur. principio deinde veris & ipſi ad bellum profecti ſunt. Q. Cæcilius conſul exercitum ab C. Nerone, L. Veturius ab Q. Claudio proprætore accepit, noviſque militibus, quos ipſe conſcripſerat, ſupplevit. In Conſentinum agrum conſules exercitum duxerunt, paſſimque depopulati, quum agmen jam grave præda eſſet, in ſaltu anguſto, [1] a Bruttiis jaculatoribuſque Numidis turbati ſunt, ita [2] ut non præda, ſed armati quoque in periculo fuerint. major tamen tumultus, quam pugna fuit: & præmiſſa præda, [3] incolumes & legiones in loca tuta evaſere. Inde in Lucanos profecti. ea ſine certamine tota gens in ditionem populi Romani rediit. Cum Annibale 12
nihil eo anno rei geſtum eſt. nam neque ipſe ſe obtulit in tam recenti vulnere publico privatoque, neque laceſſierunt quietem Romani, tantam ineſſe vim, etſi omnia alia circa eum ruerent, in uno illo duce cenſebant. Ac neſcio [4] an mirabilior adverſis quam ſecundis rebus fuerit. quippe qui, quum & in hoſtium terra per annos tredecim,

1 *A Bruttiis, jaculatoribuſque diſturbati*] Rhenanus reſtituit, *a Bruttiis jaculatoribus diſturbati*. Sigonius.

2 *Ut non præda tantum*] Abjiciunt *tò tantum* Put. Voſſ. Gud. *J. Fr. Gron.*

3 *Incol. leg. in loca culta evaſ.*] Vet. lib. *in loca evaſere*. Sigonius.

Incolumes legiones in loca tuta evaſere] Put. & Gall. omnes unuſque Pal. & Voſſ. *incolumes & legiones*. Deinde Pet. reg. duo Pall. *in loca culta*. Men. *in loca occulta*. Voſſ. *in loca tulta*. Put. *in loca ulta*. Scribendum forte, *in loca ſita*. J. Fr. Gron.

4 *An mirabilior fuerit adverſis*] Put. reg. Men. Pal. Voſſ. *An mirabilior adverſis quam ſecundis rebus tulerit*. Pet. alterque Pal. *an mirabilior adverſis quam ſecundis rebus ſuerit*: ut & editiones ab Andrea uſque ad Frobenium. Tranſpoſitum video primo in Gryphio. Sed aliud quid latet: nam ſcripti omnes: *quippe & in hoſtium: tò qui quum* excluſiſſima: & inferius, *ita quodam uno*: non *quodammodo uno*, non *quondam uno*. Videor mihi propemodum adſequi, quid ſignificent, nempe profectum ab auctore; *Ac ne-*

decim, tam procul ab domo, varia fortuna bellum gereret exercitu non ſuo civili, ſed mixto ex colluvione omnium gentium, quibus non lex, non mos, non lingua communis; alius habitus, alia veſtis, alia arma, alii ritus, alia ſacra, alii prope dei eſſent; ita quodam uno vinculo copulaverit eos, ut nulla nec inter ipſos, nec adverſus ducem ſeditio extiterit; quum & pecunia ſæpe in ſtipendium, & commeatus in hoſtium agro deeſſent: quorum inopia, priore Punico bello multa infanda inter duces militeſque commiſſa fuerant. Poſt Aſdrubalis vero exercitum cum duce, in quibus ſpes omnis repoſita victoriæ fuerat, deletum, cedendoque in angulum Bruttium cætera Italia conceſſum; cui non videatur mirabile, nullum motum in caſtris factum? nam ad cætera id quoque acceſſerat, ut ne alendi quidem exercitus, niſi ex Bruttio agro ſpes eſſet; qui ut omnis coleretur, exiguus tamen tanto alendo exercitui erat: tum magnam partem juventutis abſtractam à cultu agrorum bellum occupaverat, & [1] mos vitio etiam inſitus genti per latrocinia militiam exercendi. nec ab domo quicquam mittebatur, de Hiſpania [2] retinenda ſollicitis, tamquam omnia proſpera in Italia eſſent. In Hiſpania res quadam ex parte

ſcio an mirabiliori adverſas quam ſecundas res tulerit virtute: & in hoſtium terra per annos tredecim cum procul ab domo, varia fortuna bellum gereret exercitu non ſuo civili, ſed miſto ex colluvione gentium &c. *ita quonam uno vinculo copulaverit eos.* In his poſtremis intelliges ex ſuperioribus: *& neſcio, ita quonam uno vinculo?* J. Fr. Gron.

1 *Mos vitio etiam inſitus genti inter latrocinia*] Omnes: *per latrocinia.* Optimus & Voſſ. *par l.* Suſpecta mihi hic etiam vitii vox *vitio*, vereorque, ne ſcripſerit auctor: *& mos ultro etiam inſitus genti.* id eſt, per ſe, ſua natura. libro ſequenti: *Latrociniis magis quam juſto bello in Bruttiis gerebantur res, non ſocietate magis Punica, quam ſuopte ingenio congruentibus in eum morem.* Idem.

2 *Retinenda ſollicitis, tamquam omnia proſpera in Italia eſſent. In Hiſpania*] Horum verborum omnium nec volam nec veſtigium ullum in optima & aliis fide dignis membranis deprehendimus. Nec video, quare neceſſe fuerit cauſſam aut hic addi, aut hanc excogitari, quum una perpetua paſſim inculcetur, invidia Barcinæ factionis. Quid deſiderabis, ſi legas: *nec ab domo quicquam mittebatur. Hiſpania res quadam ex parte eandem fortunam, quadam longe diſparem habebant.* Vacat enim τὸ *de* ut ſæpe alibi. *Idem.*

1 *Prima*

te eandem fortunam, quadam longe disparem habebant: eandem, quod prœlio victi Carthaginienses duce amisso in ultimam Hispaniæ oram usque ad Oceanum compulsi erant: disparem autem, quod Hispania, non quam Italia modo, sed quam ulla pars terrarum bello reparando aptior erat, locorum hominumque ingeniis. itaque ergo [1] prima Romanis inita provinciarum, quæ quidem continentis sint, postrema omnium, nostra demum ætate, ductu auspicioque Augusti Cæsaris, perdomita est. Ibi tum [2] Asdrubal Giscgonis, maximus clarissimusque eo bello secundum Barcinos dux, regressus ab Gadibus, rebellandi spem adjuvante Magone Amilcaris filio, delectibus per ulteriorem Hispaniam habitis, ad quinqua-

ginta

1 *Prima R. i. provinciarum, quæ quidem continentis sint*] Hoc ait propter Sardiniam & Siciliam, quæ primæ provinciæ fuerunt, Velleio auctore, & ceteris, sed non sunt in continente. *Sigonius.*

2 *Asdrubal Giscgonis filius maximus clarissimusque*] Put. relegat vocem *filius*, & nos cum eo. Sic enim noster lib. 25. *Ad Asdrubalem Amilcaris ciratum agmen rapiunt.* Eodemque: *Asdrubalem Giscgonis venientem ad reliquias belli delendas.* Lib. 26. *Asdrubal Amilcaris ad lapides atros castra habebat.* Lib. 27, 22 idem *Asdrubal Giscgonis*, bis exstat, & in epitome libri ejusdem. Servius ad illud in primo Georg. *claramque Lycaonis Arcton.* Subaudi, *filiam*, ut, *Deiphobe Glauci.* Adde eundem ad primæ Æneidos, *Ajacis Oilei.* Cæterum idem Put. omnesque Gallici & Voss. ignorant *clarissimus*, habentque modo: *maximusque.* Quid velint, haud scio: nisi forte & particulam deleri, scribique: *Asdrubal Giscgonis maximus eo bello.* J. Fr. Gron.

Maximus clarissimusque eo bello dux] Videntur MSSti indigetare reponendum: *maximus qui eo bello.* Scilicet ferre non potuerunt pronomen illud postponi, quamvis ita Livius 42, 1. *Per oppida iter qua faciendum erat.* cap. 11. *Quantum beneficiis etiam suis ingentia quæ in eum congesta erant, existimaret deberi.* Cap. 19. *Persei qui secuturi amicitiam essent.* Cap. 34. *Ordine quo me dignum judicent, ipsorum est potestatu.* 45, 12. *Redde responsum, senatui quod referam.* Ita enim illic distinguendum. Plautus epid. 3, 4, 29. *Volo facere illam meam libertam, mihi concubina quæ sit.* Mostell. 3, 1, 79. *Videtur idoneus, Danista qui sit.* Nihilominus sæpissime hæc infuscarunt librarii. Sic restitutum 29, 27. *Maria terrasque qui colitis.* Maxime autem in *que* particulam desecit, verborum sensu miris sæpe modis turbato. Cujus aliquot hic afferre exempla non abs re erit. 3, 38. Romani à Decemviris oppressi *contemni cœpti erant à finitimis, imperiumque ibi esse, ubi non esset libertas, indignabantur.* Corrigo, *imperium qui ibi.* 4, 17. *Quum potestas major, tum vir quoque potestati par hostes ex agro Romano trans Anienem submovere, colles que inter Fidenas atque Anienem ceperunt, referentes castra: nec ante in campos degressi sunt.* Quæ verba ita torserunt Moguntinos & Glareanum, ut πλειαν στιγμὴν ponerent ante *Hostes.* Sed omnia plana erunt

ginta millia peditum, & quatuor millia & quingentos equites armavit. De equeſtribus copiis ferme inter auctores convenit: peditum ſeptuaginta millia [1] quidam adducta ad Silpiam urbem ſcribunt. Ibi ſuper campos patentes duo duces Pœni ea mente, ne detrectarent cer-
13 tamen, conſederunt. Scipio, quum ad eum fama tanti comparati exercitus perlata eſſet, neque Romanis legionibus tantæ ſe [2] parem fore multitudini ratus, ut non in ſpeciem ſaltem opponerentur barbarorum auxilia; neque in iis tamen tantum virium ponendum, ut mutando fidem, quæ cladis cauſſa fuiſſet patri patruoque, magnum momentum facerent; [3] præmiſſo Silano ad Colcam duodetriginta oppidis regnantem, ut equites peditesque ab eo, quos ſe per hiemem conſcripturum pollicitus erat, acciperet; ipſe ab Tarracone profectus, protinus ab ſociis, qui accolunt viam, modica contrahendo auxilia, Caſtulonem pervenit. Eo adducta ab Silano auxilia, [4] tria millia peditum & quingenti equites. [5] inde ad Bæculam urbem progreſſus omni exercitu civium, ſo-

ciorum;

& perſpicua, ſi ſcribamus, *collei qui inter Fid. atque An. ceperunt.* 28, 18. *Ut non Syphacem modo ſed hoſtem etiam infeſtiſſimum facunde alloquendo ſibi conciliarit, mirabilioremque ſibi eum congreſſo coram viſum præ ſe ferebat, quam bello rebus geſtis.* Quis vereatur refingere? *mirabiliorem qui ſibi eum.* 41, 25. *Ab uxore veneno eſt ſublatus, damnataque eo crimine in exilium abiit.* Genuinum videtur, *damnata que eo crimine.* Jac. Perizon.

1 *Quidam ſcribunt*] Intelligit Polybium, qui ſic ait lib. XI οἱ δὲ περὶ Ἀσδρύβαν κατεφρόνουν ἐκ μακρᾶς δὲ τῆς πόλεως τῆς προσαγορευομένης Ἡλίγγας, βαλλόμενοι δὲ χάρακα, καὶ πρὸς ὕδατος καὶ προθυμίαν, καὶ προθυμούμενοι πεδίον πρὸς ἀγῶνα καὶ πρὸς μάχην διεῦν. πλῆθος δὲ πεζῶν μὲν εἶχον εἰς ἑπτὰ μυριάδας, ἱππεῖς δὲ τετρακισχιλίους. *Sigon.*

2 *Parem multitudini*] Vet. lib. *parem fore multitudini.* Idem.

3 *Præmiſſo Silano ad Colcam - - - ut* &c.] Polybius: Πόπλιος δὲ Μάρκιον μὲν Λέντλον ἐξαπέστειλε πρὸς Κολίχαλα παραλυόμενον τοὺς ἐπιμαθείσας αὐτῷ τάξεις ἄγειν. *Idem.*

4 *Tria mill. pedit. & quing. equ.*] Αὐτοὶ δὲ οἱ πεζοὶ μὲν περὶχίλιοι, ἱππεῖς δὲ πεντακόσιοι. *Idem.*

5 *Inde ad Betulam urbem proceſſum cum omni exercitu civ. ſoc. peditum equitumque* V & XL *millibus*] Polybius: ἐξήσας δὲ Καστουλῶνι καὶ τοῖς περὶ Βαίκουλα τόπους, καὶ συμμίξας ἐνδεκα τοῦ Μάρκου καὶ τοῦ περὶ Κολίχαλα δυνάμεσιν, &c. Ac aliquando poſt, ἔχων πεζοὺς μὲν εἰς τελεσιουμείους καὶ πενταχιλίους, ἱππεῖς δὲ περὶ χιλίους. Id eſt, *peditum* V & XL *millibus equitum tribus millibus.* ut vere hanc ſummam non reddidiſſe Livius videatur, niſi quid vitii ſubſit. *Idem.*

Inde

ciorum; peditum equitumque quinque & quadraginta millibus. [1] Castra ponenteis eos Mago & Masinissa cum omni equitatu aggressi sunt. turbassentque munientes, [2] ni abditi post tumulum, opportune ad id positum, ab Scipione equites, improviso in effusos incurrissent. Hi promptissimum quemque, & proxime vallum, atque in ipsos munitores primum invectum, vixdum prœlio inito fuderunt: cum cæteris, qui sub signis atque ordine agminis incesserant, longior & diu ambigua pugna fuit. sed quum ab stationibus primum expeditæ cohortes, deinde ex opere deducti milites, atque arma capere jussi plures [3] & integri fessis, magnumque jam agmen armatorum à castris in prœlium rueret, terga haud dubie vertunt Pœ-

ni

Inde ad Betulam urbem processum cum omni exercitu] Put. clare: *ad Baeculam*. Et ita scribendum, nam Polybius Βαίκυλαν vocat. Lib. 10, de Asdrubale altero: ἐτύγχανε μὲν Ἀσδρούβας ἐν τῇ κατὰ Καστάλωνα τόποις πρὸς Βαίκυλαν πόλιν. Sic ergo in eadem historiæ parte refinge apud nostrum libro præcedenti cap. 18. *Proximus Carthaginiensium exercitus prope urbem Baculam erat*. In hac ipsa autem lib. 11. ἰσχύουσι δὲ τῷ Καστάλωνι καὶ τοῖς πρὸς Βαίκυλαν τόποις. Cætera vulgata est Rhenani. nam Put. *progressus omni exercitu civium, sociorum*, sublata præpositione. Sic Cæsar 2 de bello Gall. *Cæsar equitatu præmisso sequebatur omnibus copiis*. Et ibidem: *subito omnibus copiis provolaverunt*. Et jam de hoc loquendi genere monuimus. *Progressus* omnes alii libri. Sed potius utrumque ejice, ac scribe: *inde ad Baculam urbem, exercitu omni civium, sociorum, peditum equitumque quinque & quadraginta millibus, castra ponentes eos*. Puta Scipionem & Silanum. *J. Fr. Gron.*

Civium, sociorum, peditum equitumque] Scribe: *inde ad Baculam urbem progressos, omni exercitu civium, sociorum, equitumque quinque & quadraginta millibus, castra ponentes eos Mago & Massinissa cum omni equitatu aggressi sunt*. Hoc est, cum civium, sociorum, milites vel pedites equitesque haberent ad 45000. Nam τὸ *peditum* in bonæ notæ scriptis non habetur. Solere autem veteres ita loqui diximus ad principium hujus libri. *Idem.*

1 *Castra ponentes eos Mago & Massanissa c. e. eq. aggressi sunt*] Polybius: Μάγων ἀναλαβὼν τὸ πλεῖστον μέρος τῆς ἰδίων ἵππων, καὶ Μασσανίσσαν μετὰ τῆς Νομάδων, ἤλασαν ἐπὶ τὴν παρεμβολήν. *Sigonius.*

2 *Ni abditi post tumulum, opportune ad id positi à Sc. equites*] Polybius: ὁ δὲ πάλαι προσδοκώμενος τὸ μέλλον, ὑπό τινα βουνὸν ὑπεξελθὼν σὺν ἱππεῦσι ἴσοις τῶν Καρχηδονίων. *Idem.*

Opportune ad id positi] Omnes scripti, *positum*. Scribe: *ni abditi post tumulum opportuno ad id positu ab Scipione equites*. Nisi malis, *opportune oppositum*. J. Fr. Gron.

3 *Et usque integri fessis subirent*] Omnes Gall. & Pall. cum Voss. abolent τὸ *usque* ab Rhenano profectum. Sed nec *subirent*, Put. reg. Men. Voss. aut ullus sinceriorum admittunt: quod mirabar initio, nunc certum habeo fullonum & sarcinatorum esse. Ser-

ni Numidæque. 1 Et primo turmatim abibant; nihil propter pavorem feſtinationemve confuſis ordinibus: dein, poſtquam acrius ultimis incidebat Romanus, neque ſuſtineri impetus poterat; nihil jam ordinum memores, paſſim qua cuique proximum fuit, in fugam effunduntur. 2 Et quamquam eo prœlio, aliquantum & Romanis aucti & diminuti hoſtibus animi erant, tamen numquam per aliquot inſequentes dies ab excurſionibus
14 equitum leviſque armaturæ ceſſatum eſt. Ubi ſatis tentatæ per hæc levia certamina vires ſunt; prior Aſdrubal in aciem copias eduxit: deinde & Romani proceſſere. ſed utraque acies pro vallo ſtetit inſtructa: & quum ab neutris pugna cœpta eſſet, jam die ad occaſum inclinante, à Pœno prius, deinde ab Romano in caſtra copiæ reductæ. Hoc idem per dies aliquot factum. prior ſemper Pœnus copias caſtris educebat. prior feſſis ſtando ſignum rece-

mo Livii purus hic fuit: *ſed quum ab ſtationibus primum expedita cohortes, deinde ex opere deducti milites; atque arma capere juſſi plures & integri feſſis, magnumque jam agmen armatorum à caſtris in prælium rueret, terga haud dubie vertunt Pœni Numideque.* In quo *rueret* pertinet ad integranda omnia priora membra: ut & expeditas cohortes ruiſſe, dein ex opere deductos milites ruiſſe, tum arma capere juſſos integros quoque plures his, qui ſive opere ſive prælio feſſi eſſent, ruiſſe, immenſum denique agmen ruiſſe à caſtris in prælium intelligamus. Fuit & difficultas in hoc, quod non viderent τὸ *feſſis* eſſe caſum obſequentem comparativo *plures:* nam *arma capere juſſi plures & integri feſſis* eſt juſſi in hoſtem exire & pugnam capeſſere etiam integri plures his, qui erant feſſi partim opere munitionis, partim prœliando. Omnes mox: *Et primo turmatim:* non *primum.* J. Fr. Gron.

1 *Et primo turmatim abibant, --- deinde poſtquam acrius ultimis incidebat Romanus --- nihil j. ordinum memores*] Polyb. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐν τάξει τῶν ἀναχωρησιν ἐποιοῦντο· τῆς δ' Ῥωμαίων ἐγκειμένων αὐτοῖς, λύεσθαι τὰς ἴλας καὶ φεύγειν ἀπὸ τῶν αὐτῶν παρεμβολῶν. *Sigonius.*

2 *Et quamquam --- tamen p. a. i. d. numquam --- ceſſatum eſt*] Polyb. οἱ μὲν ἐν Ῥωμαῖοι τὸ παραγενόμενον, θαρσαλεώτερον διέκειντο πρὸς τὸν κίνδυνον, οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τοὐναντίον. ἐκ μὲν οὖν ἀλλ' ἢ ἐξῆς ἐπί τινας ἡμέρας τάς τε δυνάμεις ἐκπαίοντες ἐν τῷ μεταξὺ πεδίῳ, καὶ τὸ ἱππικὸν καὶ τὸ ἐλαφρὸν ἀκροβολισμοὺς ποιούμενοι, καὶ καταπειρώμενοι ἀλλήλων, ὥρμουν ὅτι τὸ κρίνειν τὰ ὅλα. *Idem.*

Tamen numquam per aliquot inſequentes dies ab excurſionibus equitum leviſque armaturæ ceſſatum eſt] Put. *tamen aliquotiens ſequentis dies ab.* Nec aliter Men. & purgatiſſimus Pall. Voſſianuſque, niſi quod *ſequentes*, nec regius, niſi quod *ſequentibus diebus.* Fortaſſe: *tamen aliquotiens ſequentibus diebus excurſ. eq. l.q. ar. certatum eſt.* J. Fr. Gron.

1 *Me-*

receptui dabat. ab neutra parte procurſum, telumve miſſum, aut vox ulla orta. [1] mediam aciem hinc Romani, illinc Carthaginienſes mixti Afris: cornua ſocii tenebant: erant autem utrimque Hiſpani pro cornibus. ante Punicam aciem [2] elephanti caſtellorum procul ſpeciem præbebant. Jam hoc in utriſque caſtris ſermonis erat, ita, ut inſtructi ſtetiſſent, pugnaturos. [3] medias acies Romanum Pœnumque, quos inter belli cauſa eſſet, pari robore animorum armorumque concurſuros. [4] Scipio ubi hæc obſtinate credita animadvertit, omnia de induſtria in eum diem, quo pugnaturus erat, mutavit. [5] Teſſeram veſperi per caſtra dedit, ut ante lucem viri equique curati & pranſi eſſent: armatus eques frenatos, inſtratoſque teneret equos. Vixdum ſatis certa luce, equitatum omnem cum levi armatura in ſtationes Punicas immiſit: inde confeſtim ipſe cum gravi agmine legionum procedit: [6] præter opinionem deſtinatam ſuorum hoſtiumque, Romano milite cornibus firmatis, ſociis in mediam aciem

1 *Mediam aciem - - - Afris - - - ante P. a. elephanti*] Polybius: μέσους Λίβυας, τὰ δ' θηρία σὺν τοῖς συμμορικαλίοφον ἢ παρόπλων. *Sigonius.*

2 *Elephanti caſtellorum procul ſpeciem præbebant*] Put. *ſpeciem ui præbebant.* Pet. reg. Voſſ. Men. Pal. unus: *ſpeciem viſu præbebant.* Uti lectum & vulgo fuit ante Rhenanum. Optimus codex voluit: *elephanti caſtellorum procul ſpeciem ſex præbebant.* J. Fr. Gron.

3 *Medias acies Romanum Pœnumque, quos inter* &c. *concurſuras*] Omnes Gall. & Pall. cum Voſſ. *concurſuros.* ut ad illa proximiora, *Romanum Pœnumque*, non ad *medias acies* referatur. *Id.*

4 *Scipio ubi hæc obſtinate credita animadvertit*] Put. *animoadvertit.* Videlicet pro *animom*, ſeu *animum advertit.* De quo ad librum 24. Auctor de bello Africano: *Et animum etiam advertebat, frumento ſe in Africa niſi importatitio uti non poſſe.* Idem.

5 *Teſſeram v. p. c. dedit, ut ante lucem v. equ. pranſi eſſent*] Polybius: ἅμα γὸ τῷ φωτὶ λαμπρῷ διδόντος τοῦ στρατηγοῦ τὰς παραγγελίας πᾶσι τοῖς χιλιάρχοις, καὶ τοῖς σπαλιώτας ἀφιππουμένους καὶ καθωπλισμένους ἐξάγειν πρὸ τῆς χάρακος. *Sigonius.*

Viri equique pranſi] Put. reg. & Pal. melior: *ut ante lucem viri equique curati & pranſi eſſent.* Cæteri omnes: *curate pranſi.* Non eſt dubitandum de ſinceritate illius lectionis, quam & ſignificabat ſcriptura ante Rhenanum; *equique cum raptim pranſi.* Cato de re Ruſt. cap. 104. *Boves uti valeant & curati bene ſient.* Mox: *ita boves & corpore curatiores erunt.* Gellius 4, 20. *Et, cur, inquiunt, ita eſt, ut tu ſis quam equus curatior? quoniam, inquit, ego me curo, equum Statius nihili ſervus.* Ita legendum. Statim Puteau. *frenatos inſtratoſque teneret equos.* J. Fr. Gron.

6 *Præter opinionem deſtinatam ſociorum hoſtiumque*] Poteſt utcumque ſe tueri: malim tamen: *præter opinione deſti-*

aciem acceptis. Asdrubal clamore equitum excitatus, ut ex tabernaculo prosiluit, tumultumque ante vallum, & trepidationem suorum, & procul signa legionum fulgentia, plenosque hostium campos vidit; [1] equitatum omnem extemplo in equites emittit. ipse cum peditum agmine castris egreditur. nec ex ordine solito quicquam acie instruenda mutat. Equitum jam diu anceps pugna erat: [2] nec ipsa per se decerni poterat, quia pulsis (quod prope invicem fiebat) in aciem peditum tutus receptus erat. sed ubi jam haud plus quingentos passus acies inter sese aberant, signo receptui dato, Scipio, [3] patefactisque ordinibus, equitatum omnem levemque armaturam in medium acceptam divisamque in partes duas, in subsidiis post cornua locat. Inde ubi incipiendæ jam pugnæ tempus erat, Hispanos (ea media acies fuit) presso gradu incedere jubet. ipse è dextro cornu (ibi namque præerat) nuncium [4] ad Silanum & Marcium mittit, ut cornu extenderent [5] in sinistra parte, quemadmodum se tendentem à dextra vidissent: & cum expeditis peditum equitumque prius pugnam consererent cum hoste, quam coire

destinatum. Id est, præter id, quod opinione utrorumque destinabatur vel præsumebatur. De hoc usu participiorum habes ad lib. 3, 20. Lib. 29. *Quem spe destinaverit Annibalem ex Italia detracturum.* Lib. 33. *Animus autem Zeuxippum auctorem destinabant cedis.* Lib. 39. *Simul & spe haud dubia regnum ei post mortem patris destinabant.* Sed præterea Voss. Gud. ac editi *suorum.* J. Fr. Gron.

1 *Asdrubal equitatum omnem e. in eq. emittit, ipse &c.*] Polybius: οἱ δὲ περὶ Ἀσδρύβαν ἀναλαβόντες ἀπροφασιστὶ ἐκ τῆς καιρᾶς τοὺς μὲν ἱππεῖς ἅμα τοῖς βιζώναις παρέτασσον τοῖς ἱππεῦσι τῶν ἐσχατιῶν εἰς τὰ πλάγια· τοὺς δὲ πεζικοὺς ὅπλα μετὰ σπουδῆς ἐκ τοῦ παρεμβολίου. Sigonius.

Extemplo in equites immittit] Omnes Gall. duo Pall. Voss. *emittit.* Vide supra ad 10, 5. J. Fr. Gron.

2 *Nec ipsa per se decerni poterat*] Hæc uni codici, hac parte mutilo, nimium credulus imprudenter delet Rhenanus. Habent nostri omnes nullo apice minus. Adde quæ ad lib. 7, 9. *Idem.*

3 *Patefactisque ordinibus, equitatum omnem &c. post cornua locat*] Polybius: Ἀφελὼν μὲν τοὺς ἀκροβολιζομένους καὶ μείσους ἐφ' ἑκάτερον κέρας ἐπίσω τῶν ἀσπιδαγμένων, πλὴν μὲν τοὺς γεισφομάχους, ἐπὶ δὲ τοὺς ἱππεῖς, &c. Sigonius.

4 *Ad Silanum, & M. Marcium*] Polyb. Λάβιον καὶ Μάρκιον, καὶ Μάρκιον Γάιον. *Idem.*

5 *In sinistra parte, quemadmodum se tendentem à dextra*] Omnes Gall. & Pall. cum Voss. *in sinistram partem, &, ad dextram:* contra sententiam Rhenani.

Digitized by Google

coire inter ſe mediæ acies poſſent. Ita diductis cornibus [a] cum ternis peditum cohortibus, terniſque equitum turmis, ad hoc velitibus, citato gradu in hoſtem ducebant: ſequentibus in obliquum aliis. Sinus in medio erat, quia ſegnius Hiſpanorum ſigna incedebant, & jam conſlixerant cornua: quum, quod roboris in acie hoſtium erat, Pœni veterani, Afrique nondum ad teli conjectum veniſſent, neque in cornua, ut adjuvarent pugnantes, diſcurrere auderent; ne aperirent mediam aciem venienti ex adverſo hoſti. Cornua ancipiti prœlio urgebantur: eques, [2] leviſque armatura, & velites, circumductis alis in latera incurrebant; cohortes à fronte urgebant, ut abrumperent cornua à cætera acie. [3] Et tum ab omni parte haudquaquam par pugna erat, tum quod turba Balearium tironumque Hiſpanorum, Romano Latinoque militi objecta erat, [4] & procedente jam die vires etiam deficere Aſdrubalis exercitum cœperant, oppreſſos matutino tumultu, coactoſque priuſquam cibo corpora firmarent, raptim in aciem exire. Ad id ſedulo diem extraxerat Scipio, ut ſera pugna eſſet. nam ab ſeptima demum hora peditum ſigna cornibus incucurrerunt. ad medias acies aliquanto ſerius pervenit pugna: ita ut prius æſtus à meridiano ſole, laborque ſtandi ſub armis, & ſimul fames ſitiſque corpora afficeret, quam manus cum hoſte

nani. Polybius: τὸ μὲν δεξιὸν τοὺς σημαίας καὶ τοὺς ἵλας ὑπερέχειν ἐπὶ δόρυ, τὸ δ' εὐώνυμον τ' ἐναντία· καὶ λαθὼν αὐτὸς μὲν ὑπὸ τ δεξιῶ. *J. Fr. Gron.*

1 *Cum ternis peditum cohortib. terniſque equit. turmis*] Polyb. ſic: τρεῖς ἵλας ἱππέων, καὶ τρεῖς σπείρας, τοῦτο δ' καλεῖ τὸ συνεστραμμα τ πλείω ὑπὲρ Ῥωμαίοις κοόρτις. *Sigonius.*

2 *Leviſque armatura & velites*] Neſciunt τὸ & ſcripti: & alii quidem *armatura*: optimi *leviſque armatura velites* per epexegeſin. Nam & alibi modo eoſdem, modo diverſos facit. *J. Fr. Gronovius.*

3 *Et tum ab omni parte haudquaquam*] Veteres libri *cum*. Sed ſcribendum *jam*. Neque enim, quod ſequitur *tum* huic particulæ reſpondet, ſed inſequenti *Et*. Ponit enim hic Livius, quod dein duabus rationibus adſirmat. Non, inquit, erat jam par pugna. Quid ita? quia & impares compoſiti pugnantes, & Haſdrubalis exercitum jejunum deficiebant vires. *Idem.*

4 *Procedente*] Vet. lib. *& procedente jam die*. Sigonius.

hoſte conſererent. Itaque ſteterunt ſcutis innixi. [1] nam ſuper cætera elephanti etiam, tumultuoſo genere pugnæ equitum velitumque & levis armaturæ conſternati, è cornibus in mediam aciem ſeſe intulerant. Feſſi igitur corporibus animiſque retulere pedem: ordines tamen ſervantes, haud ſecus, quam ſi imperio ducis cederet integra acies. Sed [2] quum eo ipſo acrius, ubi inclinatam ſenſere rem, victores ſe undique invehèrent: nec facile impetus ſuſtineri poſſet; quamquam retinebat, obſiſtebatque cedentibus Aſdrubal, *ab tergo eſſe colleis tutumque receptum, ſi modice ſe reciperent*, clamitans; tamen vincente verecundiam metu ([3] quum proximus quiſque hoſtem cederet) terga extemplo data, atque in fugam ſeſe omnes effuderunt. Ac primo conſiſtere ſigna in radicibus collium, ac revocare in ordines militem cœperant; cunctantibus in adverſum collem erigere aciem Romanis. deinde ut inferri impigre ſigna viderunt [4] integrata fuga, in caſtra pavidi compelluntur. Nec procul vallo Romanus aberat: [5] cepiſſetque tanto impetu caſtra; ni ſe ex vehementi ſole, qualis inter graves imbre nubes effulget, [6] tanta vis aquæ dejeciſſet, ut vix in caſtra ſua re-

cepe-

1 *Nam ſuper cetera elephanti etiam --- conſternati*] Polybius: ἐν ᾧ δ' τὸν συμπλοκὴς τὰ μὲν θηρία λῆ τ γεωρομένων ἢ τὸ ἱππίων ἀκονπζόμενα καὶ λῆ ταραττόμενα παντάχόθεν, ἱππαρχε μὲν κακῶς, ἱλαπὶς δ' ἀδὶν ἦν ἐν φίλυς, ἃ ἐᾶν ἀπολαμβάνες. *Sigonius.*

2 *Quum eo ipſo acrius, ubi inclinatam ſenſere, victores*] Poſſes referre ad *aciem*, qua in voce præcedens membrum terminatur. Sed optimi: *ubi inclinatam ſenſere rem, victores.* J. Fr. Gron.

3 *Cum proximus quiſque hoſtem cederet*] Immo *caderet.* Jac. Gron.

4 *Integrata fuga, in caſtra pavidi*] Optimus & meliores *integra.* An *iterata fuga?* J. Fr. Gron.

5 *Cepiſſetque t. imp. caſtra, ni ex --- tanta v. a. dejecta e. ut vix in caſtra ſua receperit ſe v.*] Scribe: *niſi ſe ex vehementi ſole*, &c. *tanta vis aquæ dejeciſſet.* Sic enim veteres libri. at Polybius: εἰ μὴ ἦν μὴ θεὸς αὐτοῖς τις συνεπελάβετο τῆς σωτηρίας, ϖᾶν ἂν ἐξέπεσον ἐκ τ παρεμβολῆς. ὀπλισμένυς ᾧ ἐξ τ αἰφνης ἐπιφανείσης ἐξαισίυ, καὶ καταῤῥαγέντ ὄμβυ λαίλαπ καὶ συνεχὴς, μόλις εἰς τὰ αὐτῶν σκηνὰς ἀνεκομίσθησαν οἱ Ῥωμαῖοι. Reliqua deſiderantur apud Polybium, quæ ad hanc rem pertinent. *Sigonius.*

6 *Tanta vis aquæ dejecta eſſet*] Omnes: *dejeciſſet.* Optimus quoque ut Sigonius: *ni ſe ex v.* ſtatim omnes item Gall. & Pall. *ut vix in caſtra ſua receperint ſe victores*, Rhenani ingratiis. *J. Fr. Gron.*

ceperint ſe victores: [1] quoſdam etiam religio ceperit, ulterius quicquam eo die conandi. Carthaginienſes, quamquam feſſos labore ac vulneribus, nox imberque ad neceſſariam quietem vocabat; tamen quia metus & periculum ceſſandi non dabat tempus prima luce oppugnaturis hoſtibus caſtra, ſaxis undique circa ex propinquis vallibus congeſtis augent vallum; munimento ſeſe, quando in armis parum præſidii foret, defenſuri. Sed tranſitio ſociorum, fuga ut tutior mora videretur, fecit. Principium defectionis ab Attane regulo Turdetanorum factum eſt. is cum magna popularium manu transfugit. inde duo munita oppida cum præſidiis tradita à præfectis Romano. Et ne latius, inclinatis ſemel ad defectionem animis ſerperet res, ſilentio proximæ noctis Aſdrubal caſtra movet. Scipio, ut prima luce qui in ſtationibus 16
erant, retulerunt, profectos hoſtes; præmiſſo equitatu ſigna ferri jubet. adeoque citato agmine ducti ſunt, ut ſi via recta veſtigia ſequentes iſſent, haud dubie aſſecuturi fuerint. ducibus eſt creditum, brevius aliud eſſe iter ad Bætim fluvium, ut tranſeuntes aggrederentur. Aſdrubal, clauſo tranſitu fluminis ad Oceanum flectit. & jam inde fugientium modo effuſi abibant; idque ab legionibus Romanis aliquantum intervalli fecit. Eques, leviſque armatura, nunc ab tergo, nunc ab lateribus occurrendo, fatigabat morabaturque: ſed quum ad crebros tumultus ſigna conſiſterent, & nunc equeſtria, nunc cum velitibus auxiliiſque peditum prœlia conſererent, ſupervenerunt legiones. Inde non jam pugna, ſed trucidatio velut pecorum fieri; donec ipſe dux fugæ auctor, [2] in proximos colles cum ſex millibus ferme ſemiermium evaſit. cæteri cæſi captique: caſtra tumultuaria raptim Pœni tumulo editiſſimo communierunt: atque inde, cum

1 *Qu. e. religio ceperat*] Vet. lib. *ceperit*. Quod laudo. congruit enim cum priore verbo, *receperit*. Sigon.

2 *In proximos colles cum ſeptem millibus*] Omnes Gall. & Pall. cum Voſſ. *ſex millibus*. J. Fr. Gron.

1 *Quum*

[1]cum hoſtis nequicquam ſubire iniquo aſcenſu conatus eſſet, haud difficulter ſeſe tutati ſunt. Sed obſidio in loco nudo atque inopi vix in paucos dies tolerabilis erat, itaque tranſitiones ad hoſtes fiebant. Poſtremo dux ipſe navibus acceptis, ([2]nec procul inde aberat mare) nocte relicto exercitu, Gadeis perfugit. Scipio fuga ducis hoſtium audita, decem millia peditum, mille equites relinquit Silano ad caſtrorum obſidionem. ipſe cum cæteris copiis, ſeptuageſimis caſtris, protinus cauſſis regulorum civitatumque cognoſcendis, ut præmia ad veram meritorum æſtimationem tribui poſſent, Tarraconem rediit. Poſt profectionem ejus Maſiniſſa cum Silano clam congreſſus, ut ad nova conſilia gentem quoque ſuam obedientem haberet, cum paucis popularibus in Africam trajecit; non tam evidenti eo tempore ſubitæ mutationis cauſſa, quam documento poſt id tempus conſtantiſſimæ ad ultimam ſenectam fidei, ne tum quidem eum ſine probabili cauſſa feciſſe. Mago inde remiſſis ab Aſdrubale navibus Gades petit. Cæteri deſerti ab ducibus [3]pars tranſitione, pars fuga diſſipati per proximas civitates ſunt. nulla manus numero aut viribus inſignis. Hoc maxime modo ductu atque auſpicio P. Scipionis pulſi Hiſpania Carthaginienſes ſunt; [4]tertiodecimo anno poſt bellum initum, quinto poſtquam P. Scipio provinciam &

1 *Quum hoſtes conati eſſent*] Put. & optimus quiſque: *cum hoſtis nequidquam ſubire iniquo aſcenſu conatus eſſet*: nolente Rhenano. Sed mox, ut ille voluit, neque impetravit ab editoribus: *itaque tranſitiones ad hoſtem fiebant*. J. Fr. Gron.

2 *Nec procul inde aberat mare*] Put. non agnoſcit τὸ *inde*. Idem.

3 *Pars tranſitione, pars fuga*] Put. reg. Men. Pall. Voſſ. carent poſteriore *pars*. Vide ad lib. 3, 37. Lib. 43. *Quum ſine intermiſſione interdiu noctuque alii ſuccedentes, pars ſcalas muris, ignem portis inferrent*. Idem.

4 *Tertiodecimo anno poſt bellum initum, quinto poſtq. P. Scipio* &c.] In veteribus libris eſt *quarto decimo*, non *tertio decimo*, ut emendavit Glareanus. Legendum eſt tamen *duodecimo*. Forma autem eſt loquendi, qua primus annus non comprehenditur, ut cum ait: *quinto anno poſtquam Scipio imperium accepit*. Etenim revera hic eſt Punici belli annus *decimus & tertius*. & imperii Scipionis *ſextus*, at cum dicit *poſt initum bellum*, *poſt acceptam provinciam*, annum primum excipit. Qua de ratione loquendi in libro

& exercitum accepit. Haud multo poſt Silanus, debellatum referens, Tarraconem ad Scipionem rediit. L. Scipio cum multis nobilibus captivis nuncius receptæ Hiſpaniæ Romam eſt miſſus. & quum cæteri lætitia gloriaque ingenti eam rem vulgo ferrent, unus qui geſſerat, inexplebilis virtutis veræque laudis, parvum inſtar eorum, quæ ſpe ac magnitudine animi concepiſſet, receptas Hiſpanias ducebat. jam Africam, magnamque Carthaginem, & in ſuum decus [1] nomenque velut conſummatam ejus belli gloriam ſpectabat. Itaque [2] præmoliendas ibi ratus jam res, conciliandoſque regum gentiumque animos, Syphacem primum regem ſtatuit tentare. Maſæſylorum is rex erat. Maſæſyli gens affinis Mauris, in [3] regionem Hiſpaniæ, maxime qua ſita Nova Carthago eſt, ſpectant. Fœdus ea tempeſtate regi cum Carthaginienſibus erat, quod haud gravius ei ſanctiuſque, quam vulgo barbaris, quibus ex fortuna pendet fides, ratus fore; oratorem ad eum C. Lælium cum donis mittit. Quibus barbarus lætus, & quia res tum proſperæ ubique Romanis, Pœnis in Italia adverſæ, in Hiſpania nullæ jam erant; [4] amicitiam ſe Romanorum accipere annuit. 17 firlibro trigeſimo extremo agemus. *Sigonius.*

Quinto poſtquam Publius Scipio] Cantabrigiæ τὸ *poſt* non exſtabat, & mirum ni ſic alii quoque ſcripti, quamvis nihil notatum inveniam. Sic enim gaudet loqui Livius 28, 45. *Die quadrageſimo quinto, quam ex ſilvis detracta erat.* Sic 25, 31. 26, 27. 27, 5. 31, 7 & 14. Similiter 3, 33. *Anno trecenteſimo altero, quam condita Roma erat.* Quod repetit 4, 7. Nec aliter Epitome 25. Adde notas ad 30, 21. *Jac. Gron.*

1 *Nomenque velut conſummatum*] Sic quidem omnes libri. Vide tamen an legendum ſit: *& in ſuum decus nomenque olim conſummandi ejus belli gloriam ſpectabat.* J. Fr. Gron.

2 *Præmoliendas ibi ratus jam res*] Putean. & quivis optimi: *Itaque præmoliendæ ſibi ratus jam reconciliandoſque.* Scribe: *Itaque præmoliendam ſibi ratus jam rem conciliandoſque.* Idem.

3 *Regionem Hiſpaniæ, maxime qua ſita eſt Nova Carthago, ſpectant*] Omnes Gall. unus Pal. *in regionem.* Sic lib. 4. *alius frons in Etruriam ſpectans obſtruebatur.* Plinius lib. 18, 33. *In hunc Italiæ palmites ſpectent.* Et iterum: *Quum æſtate paſces, in Occidentem ſpecta ante meridiem, poſt meridiem in Orientem.* Capite ſequenti: *In hunc Aſia, Græcia, Hiſpania, maritima Italiæ, Campania, Apuliæ, arbuſta vineæque ſpectent.* Idem.

4 *Amicitiam ſe Romani accipere*] Gall. omnes & Voſſ. *Romanorum.* Idem.

1 *Inter-*

firmandæ ejus fidem nec dare, nec accipere, niſi cum ipſo coram duce Romano. Ita Lælius, in id modo fide ab rege accepta; tutum adventum fore, ad Scipionem rediit. Magnum in omnia momentum Syphax affectanti res Africæ erat; opulentiſſimus ejus terræ rex, bello jam expertus ipſos Carthaginienſes; finibus etiam regni apte ad Hiſpaniam, quod freto exiguo dirimuntur, poſitis. Dignam itaque rem Scipio ratus, quæ, quoniam non aliter poſſet, magno periculo peteretur; L. Marcio Tarracone, M. Silano Carthagine Nova, quo pedibus ab Tarracone itineribus magnis erat, ad præſidium Hiſpaniæ relictis; ipſe cum C. Lælio duabus quinqueremibus ab Carthagine profectus tranquillo mari plurimum remis, [1] interdum & leni adjuvante vento, in Africam trajecit. Forte ita incidit, ut eo ipſo tempore Aſdrubal pulſus Hiſpania ſeptem triremibus portum invectus, anchoris poſitis terræ applicaret naves; quum conſpectæ duæ quinqueremes haud cuiquam dubio, quin hoſtium eſſent, opprimique à pluribus priuſquam portum intrarent, poſſent, nihil aliud quam tumultum ac trepidationem ſimul militum ac nautarum nequicquam armaque & naves expedientium, fecerunt. percuſſa enim ex alto vela paulo acriori vento, prius in portum intulerunt quinqueremes, quam Pœni anchoras molirentur. [2] nec ultra tumultum ciere quiſquam in regio portu audebat. Itaque prior in terram Aſdrubal, mox Scipio & Lælius
18 egreſſi, ad regem pergunt. Magnificumque id Syphaci (nec erat aliter) viſum, duorum opulentiſſimorum ea tempeſtate duces populorum, uno die ſuam pacem amicitiamque petenteis veniſſe. Utrumque in hoſpitium invitat;

1 *Interdum & leni juvante vento*] Sic Rhenanus: at noſtri: *adjuvante*. J. Fr. Gron.

2 *Nec ultra tumultum agere quis quicquam*] Eſt a Beato, cum vulgo eſſet, *edere quiſquam*. Put. *nec ultra tumultum ciere quiſquam*. Alii omnes libri plus aut minus vitiati. Fortaſſe malis: *nec vim facere aut tumultum ciere quiſquam in regio portu audebat*. Idem.

1 *Atque*

invitat; & quoniam fors eos ſub uno tecto eſſe, [1] atque ad eoſdem penates voluiſſet: contrahere ad colloquium dirimendarum ſimultatum cauſſa eſt conatus; Scipione abnuente, aut privatim ſibi ullum cum Pœno odium eſſe, quod colloquendo finiret: aut de republica ſe cum hoſte agere quicquam injuſſu ſenatus poſſe. [2] Illud magno opere tendente rege, ne alter hoſpitum excluſus menſa videretur, ut in animum induceret ad eaſdem venire epulas; haud abnuit. Cœnatumque ſimul apud regem eſt: & eodem etiam lecto Scipio atque Aſdrubal (quia ita cordi erat regi) accubuerunt. Tanta autem inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas, ut non Syphacem modo, barbarum inſuetumque moribus Romanis, ſed hoſtem etiam infeſtiſſimum, facunde alloquendo ſibi conciliarit, [3] *mirabilioremque ſibi eum congreſſo coram viſum præ ſe ferebat, quam bello rebus geſtis. Nec dubitare, quin Syphax,* [4] *regnumque ejus jam in Romanorum eſſet poteſtate. eam artem illi viro ad conciliandos animos eſſe. Itaque* [5] *non quomodo Hiſpaniæ amiſſæ ſint, qua-*

1 *Atque ad eoſdem penates voluiſſet*] Non eſt mihi dubium, quin Livius ſcripſerit, *atque in eodem penate voluiſſet*. Quod eſt in veteribus libris. De qua voce ſic Feſtus: *Penatis Labeo Antiſtius ſingulariter poſſe dici putat, quia pluraliter Penates dicantur, cum patiatur proportio etiam Penas dici, ut optimas, primas, Antias.* Hunc loquendi morem cum ignorarent qui ante me Livium emendarunt, veteres libros temere depravarunt. *Sigonius.*

Atq. ad eoſd. penates eſſe voluiſſet] Quod Sigonius magna confidentia hic reponit: *atque in eodem penate*: etſi duobus ſummis viris perſuaſerit, nec nos in ullo invenimus & præ vulgato recipiendum non eſſe certiſſima ratione in 4 Obſervat. 6 evicimus. Duo recentiſſimi: *in eoſdem penates*: cæteri omnes, ut antehac publicatum. *J. Fr. Gron.*

2 *Illud magnopere contendente rege*] Put. *Illud magno opere tendente rege.* In poſteriorem mutationem cæteri omnes Gall. & Pall. tum Voſſ. codexque Rhenani, quem tamen hic ille ſpernit, conſentiunt. *Idem.*

3 *Mirabilioremque ſibi eum congreſſo*] Put. Men. Gud. Voſſ. Mur. *ſibi eum virum congreſſo.* Videntur deleſſe, quia ſequitur, *illi viro.* Nec negem, alterutro loco ſupervacaneum eſſe; ſed utro conſiderandum. *Idem.*

4 *Regnumque ejus in Romana*] Omnes Gall. *regnumque ejus jam in Romanorum eſſet poteſtate.* Idem.

5 *Non quomodo Hiſpania amiſſa ſit*] Idem: *non quomodo Hiſpaniæ amiſſæ ſint.* Ut & editiones vetuſtiores. Cur ergo numerum mutarunt? niſi Hiſpaniam citeriorem & ulteriorem eandem eſſe crediderunt. *Idem.*

1 *Reli-*

quærendum magis Carthaginiensibus esse, quam quo modo Africam retineant, cogitandum. Non peregrinabundum, neque circa amœnas oras vagantem tantum ducem Romanum, relicta provincia novæ ditionis, [1] *relictis exercitibus, duabus navibus in Africam trajecisse, & commisisse sese in hostilem terram, in potestatem regiam, in fidem inexpertam:* [2] *sed potiundæ Africæ spem affectantem. Hoc eum jam pridem volutare in animo, hoc palam fremere quod non quemadmodum Annibal in Italia, sic Scipio in Africa bellum gereret.* Scipio fœdere icto cum Syphace, profectus ex Africa, dubiisque & plerumque sævis in alto jactatus ventis, die quarto Novæ Carthaginis portum
19 tenuit. Hispaniæ sicut à bello Punico quietæ erant, ita quasdam civitates, propter conscientiam culpæ, metu magis quam fide quietas esse apparebat: quarum maxime insignes & magnitudine & noxa, Illiturgi & Castulo erant. [3] Castulo cum prosperis rebus socii fuissent, post cæsos cum exercitibus Scipiones, defecerant ad Pœnos. Illiturgitani prodendis, qui ex illa clade ad eos perfugerant, interficiendisque, [4] scelus etiam defectioni addiderant.

1 *Relictis exercitibus, duabus navibus in Africam trajecisse & commisisse sese in hostilem terram, in potestatem regiam*] Put. Men. Reg. Voss. & præstantior Pall. *relictis exercitibus duobus, in Africam trajecisse sese, in hostilem terram regiam, in fidem inexpertam.* Sic, inquam, resectis mediis illi quinque, nisi quod regius hoc uno differens: *duabus quinqueremibus. Exercitibus duobus,* nempe altero sub L. Marcio Tarracone, altero sub M. Junio Silano Carthagine Nova. *Trajecisse sese* accipe, ut sit quod est, trajiciendo mare venisse & commisisse sese *in hostilem terram, regiam, infidam, inexpertam.* Ita videtur sufficere, quod est in scriptis, ut centonibus opus non sit. *Regiam* dicit aulam barbari regis, cui non temere te credas, nisi fidei & incolumitatis quædam pignora habeas. *J. Fr. Gron.*

2 *Sed potiundæ Africæ spem adfectantem*] Omnium vett. librorum auctoritate confirmatum est, nec mutandum cum Rhenano, *pretia fectantem.* Habet eandem figuram loquendi Ovidius lib. 5 Metam. ubi Venus de Proserpina: *nam spei adfectat easdem.* Idem.

3 *Castulonenses quum prosperis rebus socii fuissent*] Dictum lib. 2 de Pecun. vet. cap. 4 scribendum esse: *Castulo quum prosperis.* Nec aliter codex Rhenani. *Idem.*

4 *Scelus etiam defectioni addiderant*] Salvum hoc integrumque in omnibus libris: ut &: *merito magis quam utiliter sævitum foret:* & est utrumque expeditissimo sensu. Quæcumque hic molitur Rhenanus, ea omnia non sunt nauci: & lenti videbimur multis, qui temeritatem tantam pruriginemque innovandi non acerbe incre-

derant. In eos populos primo adventu, quum dubiæ Hiſpaniæ eſſent, merito magis quam utiliter ſævitum foret; tunc jam tranquillis rebus, quia tempus expetendæ pœnæ videbatur veniſſe, accitum ab Tarracone L. Marcium cum tertia parte copiarum ad Caſtulonem oppugnandum mittit: ipſe cum cætero exercitu quintis ferme [1] ad Illiturgin caſtris pervenit. Clauſæ erant portæ, omniaque inſtructa & parata ad oppugnationem arcendam: adeo conſcientia, quid ſe meritos ſcirent, pro indicto eis bello fuerat. [2] Hinc exhortari milites Scipio orſus eſt. [3] *Ipſos claudendo portas indicaſſe Hiſpanos, quid ut timerent, meriti eſſent. itaque multo infeſtioribus animis cum iis, quam cum Carthaginienſibus, bellum gerendum eſſe. Quippe cum illis prope ſine ira de imperio & gloria certari;* [4] *ab iis perfidiæ & crudelitatis & ſceleris pœnas expetendas eſſe. Veniſſe tempus, quo & nefandam commilitonum necem, & in ſemetipſos, ſi eodem fuga delati forent, inſtructam fraudem ulciſcerentur: & in omne tempus gravi documento ſancirent, ne quis unquam Romanum civem, militemve in ulla fortuna opportunum injuriæ duceret.* [5] Ab hac cohortatione ducis incitati, ſcalas electis per manipulos viris dividunt: partitoque exercitu, ita ut parti alteri Lælius præeſſet legatus, duobus ſimul locis ancipiti terrore urbem aggrediuntur. Non dux unus,

increpemus. Sed hominem fuiſſe cogitamus, ſed multa egregie reſtituiſſe, de quibus, quia jam ſunt recepta, nihil iteramus; ſed tot bonis libri ſui abreptum ad vitia ejuſdem luſcitioſum fuiſſe; ſed eo vixiſſe tempore, quo nondum fulgebat lux tanta literarum. Et melius eſt mixta malis bona accepiſſe nos, quia ſubnaſcitur alius plerumque, qui aliquando ea cautius diſcernat, quam utriſque caruiſſe. *J. Fr. Gron.*

1 *Ad Illiturgim*] Scribe, *ad Illiturgi.* eſt enim ἄπλωτον, ut ſupra dixi. *Sigonius.*

Ad Illiturgi] Put. & Voſſ. *Illiturgin.* J. Fr. Gronovius.

2 *Hinc & hortari mil.*] Veter. lib. *Hinc exhortari.* Sigonius.

3 *Ipſos claudendo portas*] Put. ſane quoque *claudendos portas.* Inclino tamen magis in *claudendis portis*, quod vulgabatur ante Rhenanum: & in multis habetur ſcriptis. Atque ita ſæpe loquutum Livium olim adnotatum eſt. *J. Fr. Gron.*

4 *Ab iis perfidiæ & crudelitatis*] Malim *ab his:* uti & Voſſianus. *Idem.*

5 *Ab hac exhortatione*] Putean. & omnes Gall. unuſque Pal. cum Voſſ. *cohortatione.* Idem.

unus, aut plures principes oppidanos, ſed ſuus ipſorum ex conſcientia culpæ metus ad defendendam impigre urbem hortatur. & meminerant, & [1] admonebant alii alios *ſupplicium ex ſe, non victoriam peti. Ubi quiſque mortem oppeteret, id referre, utrum in pugna & in acie, ubi Mars communis & victum ſæpe erigeret, & affligeret victorem;* [2] *an poſtmodo cremata & diruta urbe, ante ora captarum conjugum liberorumque, inter verbera & vincula, omnia fœda atque indigna paſſi exſpirarent.* Igitur non militaris modo ætas, aut viri tantum, [3] ſed fœminæ puerique ſupra animi corporiſque vires adſunt: propugnantibus tela miniſtrant, ſaxa in muros munientibus gerunt. [4] Non libertas ſolum agebatur, quæ virorum fortium tantum pectora acuit; [5] ſed ultima omnium ſupplicia, & fœda mors ob oculos erat. Accendebantur animi & certamine laboris ac periculi, atque ipſo inter ſe conſpectu. Itaque tanto ardore certamen initum eſt, ut domitor ille totius Hiſpaniæ exercitus ab unius oppidi juventute ſæpe repulſus à muris, haud ſatis decoro prœlio trepidarit. Id ubi vidit Scipio, [6] veritus ne vanis conatibus ſuorum, hoſtibus creſceret animus, &

1 *Admonebant alios*] Vet. lib. *admonebant alii alios.* Sigonius.

2 *An poſtmodum cremata & diruta urbe*] Put. *poſt modo.* J. Fr. Gron.

3 *Sed fœmina quoque puerique*] Omnes Gall. & Pall. ejiciunt *quoque.* quibus non repugnamus. *Idem.*

4 *Non libertas ſolum agebatur*] Sic omnes ſine ulla varietate: niſi quod duo Pall. *ſola.* Sed quis unquam dixit, *libertas agitur*, & non potius, *libertatis negotium agitur*, vociferatur Rhenanus: itaque ſubſtituit: *non libertas ſola ledebatur.* Sed norint illud tirones ex Livii ſeptimo, quum legati Campani urbem & populum divina humanaque Romanis dedidiſſent: *tum jam fides agi viſa, deditos non prodi.* Quæque diximus ad illud lib. 27, 36. *donec cognati hominis cauſſa M. Livii Masati, quum fama ejus ageretur, ſtantem coëgit in ſenatu ſententiam dicere.* Cicero Lælio: *Ut minus juſta amicorum voluntates adjuvanda ſint, in quibus eorum aut caput agatur aut fama.* Idem.

5 *Sed ultima omnibus ſupplicia & fœda mors ob oculos erat*] Gallici omnes optimuſque Pal. & Voſſ. *omnium.* Cujus ſenſus eſt, non tantum ſuam quemque, ſed aliorum etiam, primo propinquorum, dein amicorum & civium, vicem miſeratum, & futuram calamitatem animo præcepiſſe. *Idem.*

6 *Veritus ne vanis conatibus ſuorum hoſtibus creſceret animus*] Sic Put. & omnes Gall. optimuſque Pall. & Voſſ. ſecus atque voluit Rhenanus, omiſſo interim τῷ *tot.* Idem.

Hoſtibus creſceret animus] Cantabrig. & *hoſtibus cr. animus.* Jac. Gron.

1 Co-

& ſegnior miles fieret; ſibimet [1] conandum ac partem periculi capeſſendam eſſe ratus; increpita ignavia militum, ferri ſcalas jubet: ſeipſum, ſi cæteri cunctentur, eſcenſurum minatur. Jam ſubierat haud mediocri periculo mœnia, quum clamor undique ab ſollicitis vicem imperatoris militibus ſublatus: ſcalæque multis ſimul partibus erigi cœptæ. Et ex altera parte [2] Lælius inſtat. Tum victa oppidanorum vis, dejectiſque propugnatoribus occupantur muri. arx etiam ab ea parte, qua inexpugnabilis videbatur, inter tumultum capta eſt. Transfugæ Afri, qui tum inter auxilia Romana erant; [3] & oppidanis in ea tuenda, unde periculum videbatur, verſis, & Romanis ſubeuntibus qua adire poterant; conſpexerunt editiſſimam urbis partem, [4] quia rupe prælta tegebatur, neque opere ullo munitam; & ab defenſoribus vacuam. levium corporum homines, & multa exercitatione pernicium, clavos ſecum ferreos portantes, qua per inæqualiter eminentia rupis poterant, ſcandunt. ſicubi [5] nimis arduum & leve ſaxum occurrebat, clavos per modica intervalla figentes, quum velut gradus feciſſent; primi inſequentes extrahentes manu, poſtremi [6] ſublevantes eos, qui præirent; in ſummum evadunt. inde decurrunt cum clamore in urbem jam captam ab Romanis. Tum vero apparuit, ab ira & ab odio urbem oppugnatam eſſe. nemo capiendi vivos, nemo patentibus

1 *Conandum ad partem periculi*] Non dubito quin verius Rhenanus: *ſibimet conandum ac partem periculi capeſſendam eſſe ratus.* J. Fr. Gron.

2 *Lælius inſtitit*] Omnes MSS. alii manifeſte ſic habent, alii leviter corrupti eodem tendunt: *Et ex altera parte Lælius inſtat. Tum victa oppidanorum vis, dejectiſque propugnatoribus occupantur muri*, ut fuit ante Rhenanum. *Idem.*

3 *Et oppidanis in ea tuenda unde periculum videbatur, verſis*] Put. *in ea tuenda.* Fortaſſe: *in ea tantum tuenda.* Idem.

4 *Quia rupe prælta tegebatur*] Omnes Gall. Voſſ. duoque Pall. *quæ rupe prælta.* Idem.

5 *Nimis arduum & leve ſaxum*] Vir doctus, qui ad Curtium corrigit *læve*, non meminerat, *levis* producta priore ſyllaba dici à λεῖος. *Idem.*

6 *Sublevantes eos, qui præ ſe irent*] Put. reg. Men. Voſſ. Andreas atque Aldina *qui præirent.* Idem.

bus ad direptionem omnibus, prædæ memor eſt. Trucidant inermes juxta atque armatos, fœminas pariter ac viros: uſque ad infantium cædem ira crudelis pervenit. Ignem deinde tectis injiciunt, ac diruunt quæ incendio abſumi nequeunt: adeo veſtigia quoque urbis exſtinguere, ac delere memoriam hoſtium ſedis cordi eſt. Caſtulonem inde Scipio exercitum ducit. quam urbem non Hiſpani modo convenæ, ſed Punici etiam exercitus è diſſipata paſſim fuga reliquiæ tutabantur. ſed adventum Scipionis prævenerat fama cladis Illiturgitanorum [1] terrorque inde ac deſperatio invaſerat; & in diverſis cauſſis, quum ſibi quiſque conſultum ſine alterius reſpectu vellet, primo tacita ſuſpicio, deinde aperta diſcordia ſeceſſionem inter Carthaginienſes atque Hiſpanos fecit. His Cerdubellus propalam deditionis auctor. Himilco Punicis auxiliaribus præerat: quos urbemque clam fide accepta Cerdubellus Romano prodit. Mitior ea victoria fuit. nec tantundem noxæ admiſſum erat, & aliquan-
21 tum iræ lenierat voluntaria deditio. [2] Marcius inde in barbaros, ſi qui nondum perdomiti erant, ſub jus, ditionem-

1 *Terrorque inde, ac deſperatio invaſerat*] Vet. lib. *invaſerat omnes.* Sigon. *Terr. inde & deſper. invaſerat omnes*] Vox ultima adjecta eſt in Sigoniano codice ab iis, qui mirabantur verbum, *invaſerat*, intranſitive poni. Nam nec in Voſſ. nec in ullo Gall. aut Pall. apparet. Salluſtius ad Cæſarem: *Nam, ubi cupido divitiarum invaſit, neque diſciplina, neque artes bonæ, neque ingenium ullum ſatis pollet.* Livius lib. 33. *Et primo adeo acriter invaſerunt, ut anteſignanos impulerint.* Talis eſt in principio Inſt. de Libertinis; *Sed poſtquam ſervitus invaſit.* Ubi male addiderant *ingenuitatem.* J. Fr. Gron.

2 *Marcius inde in barbaros* &c. *redigendos miſſus*] Lipſianus codex deficitur *Marcii* nomine, deinde habet: *redigendos legatis miſſis, Scipio Carthaginem.* Eam puram putam Livii & ſcripturam & hiſtoriam dominus ejus exiſtimat. In priore Pal. unum & Men. & Voſſ. ex noſtris habet adſentientes, in poſteriori ne illos quidem. Voſſ. ſane *miſſos*, & ad marginem recentiori manu, *legatis miſſis.* At Put. & quidquid eſt aliorum ignorant ultimam vocem *miſſus.* Eamque abeſſe debere & elegantius ſubaudiri cenſeo. Sic Cicero lib. 7 ad Attic. epiſt. 5. *Ego in Tuſculanum nihil ſane hoc tempore, devium eſt τοῖς ἐμπλέουσιν, & habet alia διάφορα. ſed de Formiano Tarracinam pridie Kal. Januar. inde Pomptinam ſummam: inde Albanum Pompeii: ita ad urbem tertio Nonas natali meo.* Aut ita diſtingue: *Marcius inde in barbaros, ſi qui nondum perdomiti erant, ſub jus ditionemque redigendos: Scipio Carthaginem ad vota ſolvenda dis* &c. *rediit.* Nam ex ultimo hoc verbo ad

nemque redigendos: Scipio Carthaginem, ad vota ſolvenda Diis, [1] munuſque gladiatorium, quod mortis cauſa patris patruique paraverat, edendum rediit. Gladiatorium ſpectaculum fuit non ex eo genere hominum, ex quo laniſtis comparare mos eſt, [2] ſervorum delectu ac liberorum, qui venalem ſanguinem habent. Voluntaria omnis & gratuita opera pugnantium fuit. nam alii miſſi ab regulis ſunt ad ſpecimen inſitæ genti virtutis oſtendendum: alii ipſi profeſſi, ſe pugnaturos in gratiam ducis: alios æmulatio & certamen, ut provocarent, provocatique haud abnuerent, traxit. quidam quas diſceptando controverſias finire nequierant, aut noluerant, pacto

ad finem præcedentis membri referendum τὸ iit. Lipſius objicit vulgatæ, quod inferius: *interim nihilominus res per legatos gerebantur.* Atqui quo minus eæ res & per Marcium dignatione principem & per quos ei legatos Scipio adjunxerat, geſtæ intelligantur, nihil vetat, neque abſurdum eum ſolum nominari. Nam quod ſequitur, totum geſſit Marcius, donec Aſtapenſi illa obſidione finita rediiſſet, deinde cum Lælio ad Gades proficiſci juſſus. *J. Fr. Gron.*

1 *Munuſque gladiatorium*] Vet. lib. *gladiatorum*, quo pacto loquitur paulo poſt: *Huic gladiatorum ſpectaculo ludi funebres additi.* Et Sueton. in Cæſare: *Edidit ſpectacula varii generis, munus gladiatorum, ludos etiam regionatim urbe tota.* Sigonius.

2 *Servorum delectu ac liberorum qui venalem*] Satis commodi ſenſus hæc eſt lectio. Neque enim niſi delecti & corpore roboreque præſtantes ad hanc ſervitii patientiam idonei. Sed Rhenanus refert ex ſuo: *ſervorum de cauſa ab liberorum:* unde conjicit: *ſervorum cenſu haud liberorum.* Fulvius Urſinus, *ſervorum de cataſta aut liberorum.* Quæ quanti ſint, facile vident, qui oculos habent. Ex Pall. duo, prope ut Rhenani liber, optimus cum Putean. omnibuſque Gallicis & Voſſiano tria hæc verba, *delectu ac liberorum*, nullo veſtigio agnoſcunt. Quicquid dicant conjectores veterum librorum ignari, aut vulgatarum lectionum, ſenſum modo habentium (nempe quas homines illis ſimiles, tantummodo ut ſenſum facerent, ſunt fabricati) patroni, non temere eſt, quod vetuſtiſſimæ atque his proximæ membranæ hunc centonem Livio abjudicant. Neque profecto opus illo eſſe cenſebis, ii videas reſtitutis duabus literis, quas pares vicinæ abſorpſerant, omnia eſſe plana atque integra: *ſervorum quive venalem ſanguinem habent.* Eliſa illa particula ad facinus audendum fautores noſtros induxit. *Servorum* putabant minus commode conjungi cum præcedentibus: id velut atomum Democriti hamo inſtruxerunt, appoſuerunt que τὸ *delectu.* Tum provecti ulterius, quia ſervorum tantum mentio fiebat, meminiſſent autem deſperatos quoſdam etiam liberos in ludum ſe addixiſſe, non putarunt aliter conſtare orationem quam ſi adderetur præterea *ac liberorum.* Sed τῶ *ſervorum* æque pendet à τῷ *genere* atque *hominum: liberorum* autem mentione nulla opus, quum ſe vendere

[1] pacto inter ſe, ut victorem res ſequeretur, ferro decreverunt. Neque obſcuri generis homines, ſed clari illuſtreſque, Corbis & Orſua patrueles fratres, de principatu civitatis, quam Ibem vocabant, ambigentes, ferro ſe certaturos profeſſi ſunt. Corbis major erat ætate. Orſuæ pater princeps proxime fuerat; à fratre majore poſt mortem ejus principatu accepto. Quum verbis diſceptare Scipio vellet, ac ſedare iras; negatum id ambo dicere communibus cognatis: nec alium deorum hominumve, quam Martem ſe judicem habituros eſſe. Robore major, minor flore ætatis ferox, mortem in certamine, quam ut alter alterius imperio ſubjiceretur, [2] præoptantes, quod ab tanta rabie dirimi nequirent, inſigne ſpectaculum exercitui præbuere, documentumque, quantum cupiditas imperii malum inter mortales eſſet. Major uſu armorum & aſtu facile ſtolidas vires minoris ſuperavit. Huic gladiatorum ſpectaculo ludi funebres additi
22 pro copia, & provinciali & caſtrenſi apparatu. Res interim nihilominus ab legatis gerebantur. Marcius ſuperato [3] Bæte amni, quem incolæ Certim appellant, duas opulentas civitates ſine certamine in deditionem accipit. Aſtà-

in ludum aut venalem ſanguinem habere, niſi qui liber ſit, neminem poſſe ſatis intelligatur. Perinde eſt ergo ac ſi expreſſum eſſet: *ex eo genere hominum, ex quo laniſtæ comparare mos eſt, ſervorum puta eorumque qui venalem ſanguinem habent.* Julius Firmicus lib. 8 Aſtron. hos vocat, *Qui ſe ob alienæ gratiæ voluptatem nundinati ſanguinis jactura ad mortis ſpectaculum vendunt.* J. Fr. Gron.

1 *Pacto inter ſe, ut victorem res ſequeretur*] An *pacti*? ut lib. 37. *Tum portas aperuerunt, pacti ne quid hoſtile paterentur.* Lib. 38. *Ambracienſes prius pacti, ut Ætolorum auxiliares ſine fraude emitterent, aperuerunt portas.* Idem.

2 *Præoptantes, quod ab tanta rabie*] Putean. Voſſ. & meliores: *cum dirimi ab tanta rabie nequirent.* Idem.

3 *Bæte amni, quem incolæ Circium app.*] Vet. lib. habent: *Circem appellant.* Corrupte autem Stephanus, apud quem ita legitur: Βαῖτις ποταμὸς τῆς Ἰβηρίας, ὃς Πίρηνε λέγεται ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. Suſpicor autem eſſe legendum, ὅσπερ Κίρκης. fecerunt enim errorem in librario ſyllabæ illæ finitimæ πηρ & κηρ. Itaque ſine dubio *Circem* non *Circium* legendum arbitror. Euſtathius in Dionyſium Τερμὸν vocatum eſſe tradit. *Sigonius.*

Quem incolæ Certium appellant] Put. omnes Gall. & optimus Pal. *Certim*, ut voluit Lipſius. Etiam *Certima* Celtiberorum oppidum Graccho deditum memoratur noſtro lib. 40. *J. Fr. Gron.*

1 *Aſta-*

[1] Aſtapa urbs erat, Carthaginienſium ſemper partis: neque id tam dignum ira erat, quam quod, extra neceſſitates belli, præcipuum in Romanos gerebant odium. nec urbem, aut ſitu aut munimento tutam habebant, quæ ferociores iis animos faceret: ſed ingenia incolarum latrocinio læta, ut excurſiones in finitimum agrum ſociorum populi Romani facerent, impulerant, & vagos milites Romanos, [2] lixaſque & mercatores exciperent. magnum etiam comitatum, quia paucis parum tutum fuerat, tranſgredientem fines poſitis inſidiis circumventum [3] iniquo loco interfecerunt. Ad hanc urbem oppugnandam quum admotus exercitus eſſet, oppidani conſcientia ſcelerum, quia nec deditio tuta ad tam infeſtos videbatur, nec ſpes mœnibus aut armis tuendæ ſalutis erat; facinus in ſe ac ſuos fœdum ac ferum conſciſcunt. Locum in foro deſtinant, quo pretioſiſſima rerum ſuarum congererent. ſuper eum cumulum conjuges ac liberos conſidere quum juſſiſſent, [4] ligna circa extruunt, faſceſque virgultorum conjiciunt. Quinquaginta deinde armatis juvenibus præcipiunt, *ut donec incertus eventus pugnæ eſſet, præſidium eo loco fortunarum ſuarum, corporumque, quæ cæriora fortunis eſſent, ſervarent. Si rem inclinatam viderent, atque in eo jam eſſe ut urbs caperetur; ſcirent, omnes, quos euntes in prœlium cernerent, mortem in ipſa pugna obituros. Illos ſe per Deos ſuperos inferoſque orare, ut memores libertatis, quæ illo die aut morte honeſta, aut ſervitute infami finienda eſſet, nihil relinquerent, in quod ſævire iratus hoſtis poſſet. Ferrum ignemque in manibus eſſe. Amicæ ac fideles potius ea, [5] quæ peritura eſſent, abſumerent manus, quam inſultarent ſuperbo ludibrio*

1 *Aſtapa urbs erat Carthaginienſium*] Verbum *erat* melioris notæ membranis omnibus procul. *J. Fr. Gron.*

2 *Lixaſque aut mercatores*] Scripti: *lixaſque & mercatores.* Idem.

3 *Iniquo loco interfecerant*] Memb. *interfecerunt.* Idem.

4 *Ligna circa extruunt*] Notat Salmaſius ex Put. *exſtrui*, idem pater è Voſſ. idem ipſe in Cantabrig. reperi. Vide igitur, an præſtet id retineri, ac poſt ſcribi *conjici*; *quinquaginta.* Jac. Gron.

5 *Quæ peritura forent*] Omnes, *eſſent.* J. Fr. Gron.

brio hoſtes. His adhortationibus execratio dira adjecta, ſi quem à propoſito ſpes mollitiave animi flexiſſet. inde concitato agmine [1] patentibus portis ingenti tumultu erumpunt. Neque erat ulla ſatis firma ſtatio oppoſita; quia nil minus [2] quam ut egredi mœnibus auderent, timeri poterat. perpaucæ equitum turmæ, leviſque armatura repente è caſtris ad idipſum emiſſa occurrit. Acrior impetu atque animis, quam compoſitior ordine ullo pugna fuit. Itaque pulſus [3] eques, qui primus hoſti ſe obtulerat, terrorem intulit levi armaturæ. pugnatumque ſub ipſo vallo foret, ni robur legionum, perexiguo ad inſtruendum dato tempore, aciem direxiſſet. Ibi quoque trepidatum parumper circa ſigna eſt, quum cæci furore in vulnera ac ferrum vecordi audacia ruerent. [4] dein vetus miles adverſus temerarios impetus pertinax, tæde primorum inſequentes ſuppreſſit. conatus paulo poſt ultra inferre pedem, ut neminem cedere, atque obſtinatos mori in veſtigio quemque ſuo vidit; pateſacta acie (quod ut facere poſſet, multitudo armatorum facile ſuppeditabat) cornua hoſtium amplexus, in orbem
23 pugnantes ad unum omnes occidit. Atque hæc tamen hoſtium iratorum, ac tum maxime [5] dimicantium jure belli in armatos repugnanteſque edebantur. fœdior alia in

1 *Patentibus portis cum ingenti tumultu*] Scripti neſciunt præpoſitionem. *J. Fr. Gron.*

2 *Quam ut egredi mœnibus auderent*] Put. Men. Cantabr. Voſſ. ſeedæ Gud. poſt *tò egredi* interponunt *poſſet*. Lege: *Quàm ut egredi hoſtes mœnibus auderent*. Jac. Gron.

3 *Eques qui primus hoſti ſe obtulerat*] Sic fere omnes. Unus *primo*. Nullus *primum*, ut Rhenanus. Vide Obſervationes. *J. Fr. Gron.*

4 *Dein vetus miles adverſus temerarios impetus pertinax*] Put. Men. *de invectu*. Scribe: *dein vetus*. ut erat in duobus Pall. & Aldina. Tertius & Andreas: *deinde vetus*. Lib. 37. *Pauſiſtratus primo, ut in re necopinata, turbatus parumper, deinde vetus miles celeriter collecto animo*. Idem.

5 *Dimicantium jure belli in armatos repugnanteſque*] Put. reg. Men. Voſſ. *dimicantium pugnantiſque edebantur*. vel *pugnanteſque*. cætera nuſquam. Una particula *que* in cauſſa fuit, cur tot verba infulcirent. Mitius poterant: *Atque hæc tamen hoſtium iratorum ac tum maxime dimicantium pugna viſque edebat*. Nam illud *jus belli* non magis hic ab Livio profectum puto quam ſuperius lib. 26, 30. *Idem.*

1 *Im-*

in urbe trucidatio erat; quum turbam fœminarum puerorumque [1] imbellem inermemque cives ſui cæderent,& in ſuccenſum rogum ſemianima pleraque injicerent corpora, rivique ſanguinis flammam orientem reſtinguerent: poſtremo ipſi cæde miſeranda ſuorum fatigati, cum armis medio ſe incendio injecerunt. Jam cædi perpetratæ victores Romani ſupervenerunt. ac primo conſpectu tam fœdæ rei mirabundi,parumper obſtupuerunt. dein quum aurum argentumque cumulo rerum aliarum interfulgens, aviditate ingenii humani, rapere ex igne vellent, correpti alii flamma ſunt, alii ambuſti afflatu vaporis: quum receptus primis, [2] urgente ingenti turba, non eſſet. Ita Aſtapa, ſine præda militum, ferro ignique abſumpta eſt. Marcius cæteris ejus regionis metu in deditionem acceptis, victorem exercitum Carthaginem ad Scipionem reduxit. Per eos ipſos dies perfugæ à Gadibus venerunt, pollicentes, urbem, Punicumque præſidium, [3] quod in ea urbe eſſet, & imperatorem præſidii cum claſſe prodituros eſſe. Mago ibi ex fuga ſubſtiterat, navibuſque in Oceano collectis, aliquantum auxiliorum & [4] trans fretum ex Africa ora; & ex proximis Hiſpaniæ locis per Hannonem præfectum coëgerat. Fide accepta dataque perfugis, & Marcius eo cum expeditis cohortibus, & Lælius [5] cum ſeptem triremibus, quinqueremi una eſt miſſus, ut terra marique communi conſilio rem gererent. Scipio ipſe gravi morbo implicitus, gra- 24
viore tamen fama, quum ad id quiſque quod audierat (inſita

1 *Imbellem, inermem*] Vet. lib. *imbellem, inermemque.* Sigonius.

2 *Urgente ab tergo ingenti turba, non eſſet*] Quod Rhenanus immiſit *ab tergo*, nec Gall. nec Pall. quiſque, nec Voſſianus confirmat. *J. Fr. Gron.*

3 *Quod in ea eſſet*] Voſſianus & omnes Gall. *urbem Punicumque præſidium quod in ea urbe eſſet*: etſi non male *in urbe* cancellet Rhenanus. *Idem.*

4 *Trans fretum Africa ora*] Omnes iidem: *aliquantum auxiliorum & trans fretum ex Africa ora*: ſecus atque idem Rhenanus. *Idem.*

5 *Cum ſeptem triremibus quinquer.u.*] Vet. lib. *& quinqueremi una.* Sigonius.

Et quinqueremi una] Scribe: *cum ſeptem triremibus, quinqueremi una.* Nam copulativam abdicant omnes ſcripti. *J. Fr. Gron.*

(' insita hominum libidine alendi de industria rumores) adjiceret aliquid; provinciam omnem ac maxime longinqua ejus turbavit: apparuitque, quantam excitatura molem vera fuisset clades, quum vanus rumor tantas procellas exciviſſet. non socii in fide, non exercitus in officio mansit. Mandonius & Indibilis, quibus (quia regnum sibi Hispaniæ, pulsis inde Carthaginiensibus, destinarant animis) nihil pro spe contigerat, concitatis popularibus (Lacetani autem erant) & [2] juventute Celtiberorum excita, [3] agrum Suessetanum Sedetanumque sociorum populi Romani hostiliter depopulati sunt. Civilis alius furor in castris ad Sucronem ortus. Octo ibi millia militum erant; præsidium gentibus, quæ cis Iberum incolunt, impositum. Motæ autem eorum mentes sunt; [4] non tum primum quum de vita imperatoris dubii rumores allati sunt; sed jam ante, [5] licentia ex diuturno, ut fit, otio collecta, & nonnihil, quod in hostico laxius

1 *Insita hominibus libidine*] Put. reg. Men. Voss. *insita hominum libidine.* Quamquam alterum frequentius etiam nostro, non hic tamen vett. librorum spernenda auctoritas. Sic lib. 38. *Dum in fide Romanæ societatis mansisset, insita genti tranquillitate quiesse eos.* Justinus lib. 5, 3. *Qui cum insita genti superbia crudeliter in plebem consuleret.* Notat Bongarsius in quibusdam libris fuisse *gentis.* quod non temere rejiciam. *J. Fr. Gron.*

2 *Juvent. Celtiber. excitata*] Vet. lib. *excita.* Sigonius.

Juv. Celt. excitata] Omnes Gall. duo Pall. Voss. *excita*, ut Sigonius. Lib. 4. *Plebi ad expugnandam secum Ardeam Volscos exciere.* Lib. 22. *Celtiberi nuntio misso à Scipione exciti.* Lib. 30. *Et omnem juventutem adfirmat excitum ex regno.* J. Fr. Gron.

3 *Agr. Suessitanum*] *Suessetanum*, ut supra. *Sigonius.*

4 *Non tum, quum primum de vita imperatoris dubii rumores allati sunt*] Omnes Gall. *non tum primum, quum de vita.* Deinde Put. reg. Men. ignorant vocem *rumores.* Regius inter hos: *dubii allati sunt nuntii.* Puto hanc vocem in antiquissimo codice corruptam esse in verbum substantivum, una mutata, duabus omissis literis: hinc ex sensu adjecisse recentiores, alios *rumores*, alios *nuntii*: cum olim fuisset: *Mota autem mentes eorum non tum primum, quum de vita imperatoris dubii allati nuntii: sed jam ante.* Quamvis & liceat: *dubie allatumst*, pro *allatum est*: quippe isto modo sæpissime in optimo libro verbum substantivum cohæret: non quod ita Livium fecisse putem, sed compendium exstitisse puto librariorum. Ex eo facile fuit, *allati sunt*, formare. *J. Fr. Gron.*

5 *Licentia ex d. otio*] Huic licentiæ maxime occurrendum esse prudenti imperatori ait Polybius lib. 2 ubi de hac re agit. *Sigonius.*

xius rapto ſuetis vivere, arctiores in pace res erant. [1] Ac primo ſermones tantum occulti ſerebantur, ſi bellum in provincia eſſet, quid ſeſe inter pacatos facere: ſi debellatum jam & confecta provincia eſſet, cur in Italiam non revehi? Flagitatum quoque ſtipendium procacius, quam ex more & modeſtia militari, erat: & ab cuſtodibus probra in circumeuntes vigilias tribunos jacta: & noctu quidam prædatum in agrum circa pacatum ierant: poſtremo interdiu, ac propalam ſine commeatu ab ſignis abibant. omnia libidine ac licentia militum, nihil inſtituto ac diſciplina militiæ, aut imperio eorum qui præerant, gerebatur. forma tamen Romanorum caſtrorum [2] conſtabat una ea ſpe, quod tribunos ex contagione furoris haud expertes ſeditionis defectioniſque rati fore, [3] & jura reddere in principiis ſinebant, & ſignum ab eis petebant, & in ſtationes [4] ac vigilias in ordinem ibant: & ut vim imperii abſtulerant, ita ſpeciem dicto parentium [5] ultro ſibi imperantes ſervabant. Erupit deinde ſeditio, poſtquam reprehendere atque improbare tribunos ea, quæ fierent, & conari obviam ire, & propalam abnuere, furoris eorum ſe futuros ſocios, ſenſerunt. Fugatis itaque ex principiis, [6] ac paulo poſt è caſtris tribunis, ad principes ſeditionis, gregarios milites, C. Albium Calenum, & C. Atrium Umbrum, delatum omnium conſenſu

1 *Ac primo ſermones tantum occulti ſerebantur*] Put. reg. Men. Voſſ. *Ac primores tantum occulti.* vel *primones.* ſed illud in Put. Scribe: *Ac primo rumores tantum occulti ſerebantur.* J. Fr. Gron.

2 *Conſtabat una ex ſpe*] Freinshemius: *Forma tamen Romanorum caſtrorum conſtabat una ea ſpecie.* Melius: *una ex parte.* Idem.

3 *Et jura reddere*] Conſenſu Put. reg. Men. Voſſ. *ut jura reddere in principiis ſinebant.* Quaſi ſignificent ſpeciém tantum juriſdictionis & imaginem tribunis conceſſiſſe. Sed hoc forte argutum nimis. Lege: *ut jura redderent.* Idem.

4 *Ac vigilias ordine ibant*] Omnes Gall. & Voſſ. *in ſtationem ac vigilias in ordinem ibant.* Idem.

5 *Ultro ipſi imperantes ſervabant*] Put. *ultro ſi im imperantes.* Reg. Men. Voſſ. *ſi imperantes.* Nempe ſcribendum: *ultro ſibimet imperantes.* Idem.

6 *Ac paulo poſt è caſtris*] Cantabr. *poſt paulo.* Itidem ex Voſſ. Gud. notavit pater, de quo vide ad 22, 60. *Jac. Gron.*

1 *Neque*

ſenſu imperium eſt. qui nequaquam tribuniciis contenti ornamentis, inſignia etiam ſummi imperii, faſces ſecureſque attrectare auſi: [1] neque venit in mentem, ſuis tergis, ſuiſque cervicibus virgas illas ſecureſque imminere, quas ad metum aliorum præferrent. Mors Scipionis falſo credita occæcabat animos: [2] ſub cujus vulgatam mox famam non dubitabant totam Hiſpaniam arſuram bello. in eo tumultu & ſociis pecunias imperari, & diripi propinquas urbes poſſe. & turbatis rebus, quum omnia omnes auderent, minus inſignia fore quæ ipſi feciſſent. Quum alios ſubinde recentes nuncios, non mortis modo, ſed etiam funeris exſpectarent, neque ſuperveniret quiſquam, evaneſceretque temere ortus rumor; tum primi auctores requiri cœpti. [3] & ſubtrahente ſe quoque, ut

1 *Neque iis venit in mentem, ſuis tergis, ſuis cervicibus*] Omnes Gall. & Voſſ. *ſuiſque cervicibus*: dein telegant τὸ *iis*. Quis credat in his minutiis eſſe aliquid elegantiæ? Eſt tamen: nam ſic Cicero 9 Famil. 15. *Et quidem, eum venit in mentem, ponor ad ſcribendum.* Nempe illis, & ab illis ſenatuſconſultorum conditoribus. Livius lib. 6. *An jam memoria exiſſe, quum tribunos militum* &c. Lib. 23. *Veniat in mentem, ut trepidos quondam majores veſtros* &c. *defenderimus.* Lib. 6 in orat. Virginii: *Jam è memoria exceſſit, quo tempore & in qua fortuna à Po. Romano defecerimus?* Lib. 31. *Quum in mentem venit, tres & LX annos æque multa occupaſſe volumina mihi.* J. Fr. Gron.

2 *Sub cujus vulgatam jam famam*] Gall. duoque Pall. & Voſſ. *ſub cujus vulgatam mox famam.* Idem.

3 *Et ſubtrahentes ſe quoque, ut credidiſſe*] Sic omnis vetus lectio meliorum librorum, quam vere ait Rhenanus hactenus non intellectam. Sed tamen haudquaquam ipſe ſententiam Livii eſt adſecutus ſupponendo: *& ſubtraſcentes quoque.* In pari fiducia par fortuna Lipſii, increpantis licet Rhenanum & præfati: ἢ δεῖ σταπῆναι, ἢ λέγειν ἀμείνονα. Ille ergo: *& ſubernant eos quoque.* vel, *& ſubdiderant*: facili ſententia, & audebo dicere, inquit, Livii germana. Habeamus ſane ſententiam (nec habemus) utrum tandem recipiemus in contextum? Hoc ipſum nos ambiguos facit, quod duplex conjectura eſt. Vide ut unica litera ſuperflua tantorum virorum fruſtrata ſit ingenium, ne σφάλμα, quæ in ſyllaba tener aliquamdiu pendentes animi homines reſtituendæ & explicandæ antiquitatis ſtudioſos, jure apud male Criticos in odium & faſtidium venire putes. Scribendum eſt: *tum primi auctores requiri cœpti, & ſubtrahente ſe quoque, ut credidiſſe potius tenere quam finxiſſe rem talem videri poſſet; deſtitui duces jam ſua ipſi inſignia* &c. nam ita quoque, non *poſſent*, optimi codices. Quum ſubtraheret ſe quiſque & auctorem fuiſſe negaret, ut potius acceſſiſſe numero temere credentium, quam ipſe eam rumorem vulgaſſe aut ementitus eſſe videretur, tum Calenus & Umber expaveſcere. Cicero ad Q. fratrem: *Quo me libentius à curia & ab*

omni

ut credidiſſe potiuş temere, quam finxiſſe rem talem videri poſſet; deſtituti duces jam ſua ipſi inſignia, & pro vana imagine imperii quod gererent, veram juſtamque [1] mox in ſe verſuram poteſtatem horrebant. [2] Stupenti ita ſeditioni, quum vivere primo, mox etiam valere Scipionem, certi auctores afferrent, tribuni militum ſeptem, ab ipſo Scipione miſſi ſupervenerunt. Ad quorum primum adventum exaſperati animi; mox, ipſis placido ſermone permulcentibus notos, cum quibus congreſſi erant, leniti ſunt. circumeuntes enim tentoria primo, deinde in principiis prætorioque, ubi ſermones inter ſe ſerentium circulos vidiſſent, alloquebantur: percunctantes magis, quæ cauſſa iræ conſternationiſque ſubitæ foret, quam factum accuſantes. Vulgo ſtipendium non datum ad diem jactabatur: & quum eodem tempore, quo ſcelus Illiturgitanorum extitiſſet, poſt duorum imperatorum duorumque exercituum ſtragem, ſua virtute defenſum nomen Romanum, ac retenta provincia eſſet; Illiturgitanos pœnam noxæ meritam habere; [3] ſuis recte factis gratiam qui exſolvat non eſſe. Talia querentes æqua orare, ſeque ea relaturos ad imperatorem, reſpondebant. lætari quod nihil triſtius, nec inſanabilius eſſet:

omni parte reipublicæ ſubtraho. Sic conjeceram dudum, & ſcriptum poſtea in Put. duobuſque Florent. inveni. *J. Fr. Gron.*

1 *Mox in ſe verſuram poteſtatem exhorrebant*] Omnes Gall. & Pall. cum Voſſiano: *horrebant*. Interpretare autem *verſuram* παθητικῶς pro *verſum iri*. Idem.

2 *Stupenti ita ſeditioni quum vivere primo*] Hæc parum integra ſcripti codices arguunt. Primum omnes Gall. Voſſ. & Pal. unus: *Stupente ita ſeditione.* Deinde Put. *ſeptem a qui ab ipſo Scipione ſunt.* Pal. Men. Voſſ. *ſeptem qui ab ipſo Scipione ſunt miſſi.* Reg. *ſeptem miſſi ab ipſo Scipione.* Denique *vè miſſi ſupervenerunt* prorſus abolent Put. Pet. reg. poſteriorem vocem etiam Men. Pal. Voſſ. Non ſatis me expedio: conjicere tamen in re crepera licet. *Stupente ita ſeditione, quidam vivere primo, mox etiam valere Scipionem certi auctores adferunt, tribuni militum ſeptem miſſi ab ipſo Scipione.* Vel, *ſeptem ad hoc ab ipſo miſſi.* Idem.

3 *Suis recte factis*] Inſeruimus mediam vocem ab omnibus ſcriptis agnitam, ſed à poſtremis quibuſdam editionibus male neglectam. Et pater eam quoque margini adpoſuerat. 1, 33. *Diſcrimine recte an perperam facti confuſo.* 5, 47. *Quum & recte & perperam facto pretium deberetur.* 29, 16. *Omnium nobis recte perperamque factorum teſtis.* 45, 37. *Ita & pretium recte facti*

eſſet: [1] & P. Scipionem Deum benignitate, & Rempublicam, eſſe gratiæ referendæ. Scipionem bellis aſſuetum, ad ſeditionum procellas rudem, ſollicitum habebat res, ne aut exercitus peccando, aut ipſe puniendo, modum excederet. in præſentia ut cœpiſſet, leniter agi placuit,& [2] miſſi circa ſtipendiarias civitates exactores,ſtipendii ſpem propinquam fecere. Edictum ſubinde propoſitum, ut ad ſtipendium petendum convenirent Carthaginem; [3] ſeu carptim partes, ſeu univerſi mallent. Tranquillam ſeditionem jam per ſe langueſcentem, repentina quies rebellantium Hiſpanorum fecit. redierant enim in fines omiſſo incepto Mandonius & Indibilis; poſtquam vivere Scipionem allatum eſt. nec jam erat aut civis, aut externus, cum quo furorem ſuum conſociarent. [4] Omnia circumſpectantes conſilia, nihil reliqui habebant, [5] præter non tutiſſimum à malis conſiliis recc-

triumphum haberet L. Paulus & pœnam, ſi quid vetere gloria ſua indignum feciſſet. Jac. Gron.

1 *Et P. Scip. deum benign. & remp. eſſe gr. ref.*] Malim pro *Remp. populum Rom.* noto errore. Senſus: Quia milites dixerant ſuis recte factis gratiam qui referant, non eſſe: reſpondent tribuni, ſe lætari, & P. Scipionem deum benignitate vivere, cujus mortis fama percrebuerat, & populum Romanum eſſe, ita ut gratiam militibus referre poſſint. *Sigonius.*

Deum benignitate, & rempublicam] Sigonio ſcribendum videtur: *P. Scipionem Deum benignitate, & populum Romanum eſſe gratia referenda.* Sed omnes Gall. duoque Pall. & Voſſ. *reipublica.* Vera eſt ſcriptura vetus. Quidni enim *benignitas reipublica* laudetur, ubi ſenatus, ubi populus, illi qui rempublicam tractant, benigni ſunt? Seneca de Benef. 5, 17. *Ipſa reſpublica quam ingrata in optimos ac devotiſſimos ſibi fuerit, quamque non minus ſæpe peccaverit, quam in ipſam peccatum eſt. Camillum in exilium miſit: Scipionem dimiſit.* Secus vulgatam non moveremus. Vide ad lib. 26, 35. *J. Fr. Gron.*

2 *Miſſis circa ſt. c. exactoribus, ſtipendii ſpem p. facere*] Polybius: χάριν δὲ τῆς διαδοχῆς καὶ ἐπαγγελίας, τὰς ἐπιταχθείσας εἰσφορὰς ἅπασαι αἱ πόλεις ἔφερον εἰς τὴν παλαιὰν στρατιὰν χορηγίαν, τοῦτο γὰρ ἐκάλουν. *Sigonius.*

Miſſi circa ſtipendiarias civitates exactoribus ſtipendii ſpem propinquam facere] Omnes Gall. *miſſi* & *fecere.* Non dubito *exactoribus* factum pro *exactoris*, ut habuit ſcriptura vetuſtior, & reliquiſſe Livium: *leniter agi placuit: & miſſi circa ſtipendiarias civitates exactoris ſtipendii ſpem propinquam fecere.* J. Fr. Gron.

3 *Seu carptim partes*] Forte, *per partes.* Idem.

4 *Omnia circumſpectantes conſilia*] Dele τὸ *conſilia*, etſi teneant omnes libri. Juſtinus lib. 14. *Omnia igitur circumſpicienti optimum viſum eſt ad Argyraſpides decurrere.* Idem.

5 *Præter vulgatiſſimum à malis conſiliis receptum*] Antea legebatur: *præter unum tutiſſimum.* Ubi ſunt ſcripti, quos

receptum, ut imperatoris vel juſtæ iræ, vel non deſperandæ clementiæ ſeſe committerent. etiam hoſtibus eum ignoviſſe, cum quibus ferro dimicaſſet. Suam ſeditionem ſine vulnere, ſine ſanguine fuiſſe: nec ipſam atrocem, nec atroci pœna dignam: ut ingenia humana ſunt ad ſuam cuique levandam culpam nimio plus facunda. Illa dubitatio erat, ſingulæne cohortes, an univerſi ad ſtipendium petendum irent. [1] inclinavit ſententia, quod tutius cenſebant, univerſos ire. Per eoſdem dies, quibus 26
hæc illi conſultabant, [2] conſilium de iis Carthagini erat: certabantque ſententiis, utrum in auctores tantum ſeditionis

quos jactant editores? nam Put. Pet. Men. tres Pall. duo Flor. Barberin. Voſſ. *prater non tutiſſimum à malis conſiliis receptum.* Veriſſime: neque eſt ſane tutus admodum receptus permittere ſe alienæ vel iræ vel clementiæ. Qui enim ſcias, majoremne doloris ille vindicandi an gratiæ quærendæ cupiditatem habeat? Cicero Fam. 9, 1. *Ut millam allevationem quiſquam non ſtultiſſimus ſperare debeat.* Epiſt. 9. *Meas tamen preces apud eum non minimum auctoritatis habituras puto.* Agrar. 2. *Romam in montibus poſitam & convallibus, non optimis viis, anguſtiſſimis ſemitis.* Auctor ad Herenn. 4. *At huic quidem pater (nolo nimium dicere) non tenuiſſimum patrimonium reliquit.* J. Fr. Gron.

1 *Inclinavit eo ſententia, quod tutius*] Put. reg. Pett. Men. duo Pall. Voſſ. arcent τὸ eo. Veriſſime: nam & vitiat ſcitum loquendi genus. Lib. 32. *Fluctuatus animo eſt, utrum protinus in regnum ſe reciperet, an reverti in Theſſaliam poſſet. Inclinavit ſententia, ſuum in Theſſaliam agmen demittere.* Vicit pondere ea ſententia, eundum eſſe univerſis, quod videbatur tutius. Tacitus lib. 1 Hiſtor. *Octo Batavorum cohortes, tum diſcordia temporum à legione digreſſa, prout inclinaſſent, grande momentum, ſocia aut adverſa.* Idem.

2 *Conſilium de iis Carthagine erat*] Omnes Gall. *Carthagini.* Notatum dudum eruditis in Plauti Caſina: *At ego ajo hoc fieri in Gracia & Carthagini.* Noſter lib. 31. *Magnam partem eorum palam Carthagini obverſari dici.* Servius ad quartum Æneidos: *Tyria Carthagine qui nunc Exſpectat: Carthagine pro Carthagini, & pro adverbio in loco, de loco poſuit.* Quod ſi cogitaſſent viri docti, non negaſſent, puto, *Carthaginienſis* analogia carere. Eſt enim id conceptum quaſi ab *Carthagini*, non *Carthagine*: notum autem ι longum in hujuſmodi ἐθνικῶν formatione non ſemper elidi. Sic Latinus, Latini, *Latinienſis.* Cicero de Haruſpicum reſponſis: *Quod in agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu.* Aventinus, Aventini, *Aventinienſis.* Valerius Maximus lib. 7, 3. *Quiſquis eam Aventinienſi Dianæ immolaſſet.* Sic Carthagini *Carthaginienſis.* Neque vero, qui *Carthaginienſium* ſcribunt, id tantum faciunt Ennii auctoritate ſuffulti, ut ait vir doctus ad Curtium, ſed imprimis Columnæ Roſtratæ bello Punico primo à Duellio conſule ſtructæ, ſed antiquiſſimorum codicum, inter quos inſignis ille Puteaneus, & quiſquis vetuſtior, ſed Priſciani, qui plures lapides integrioreſque libros oculis uſurpavit, & ejuſdem analogiæ aliud exemplum dat in voce *Croteniſis.* Quod confirmant codices Liviani lib. 29, 36 & lib. 22 extremo. *Idem.*

1 *Haud*

eſſet: [1] & P. Scipionem Deum benignitate, & Rempublicam, eſſe gratiæ referendæ. Scipionem bellis aſſuetum, ad ſeditionum procellas rudem, ſollicitum habebat res, ne aut exercitus peccando, aut ipſe puniendo, modum excederet. in præſentia ut cœpiſſet, leniter agi placuit,& [2] miſſi circa ſtipendiarias civitates exactores,ſtipendii ſpem propinquam fecere. Edictum ſubinde propoſitum, ut ad ſtipendium petendum convenirent Carthaginem; [3] ſeu carptim partes, ſeu univerſi mallent. Tranquillam ſeditionem jam per ſe langueſcentem, repentina quies rebellantium Hiſpanorum fecit. redierant enim in fines omiſſo incepto Mandonius & Indibilis; poſtquam vivere Scipionem allatum eſt. nec jam erat aut civis, aut externus, cum quo furorem ſuum conſociarent. [4] Omnia circumſpectantes conſilia, nihil reliqui habebant, [5] præter non tutiſſimum à malis conſiliis recce-

triumphum haberet L. Paulus & pœnam, ſi quid vetere gloria ſua indignum feciſſet. Jac. Gron.

1 *Et P. Scip. deum benign. & remp. eſſe gr. ref.*] Malim pro *Remp. populum Rom.* noto errore. Senſus: Quia milites dixerant ſuis recte factis gratiam qui referant, non eſſe: reſpondent tribuni, ſe lætari, & P. Scipionem deum benignitate vivere, cujus mortis fama percrebuerat, & populum Romanum eſſe, ita ut gratiam militibus referre poſſint. *Sigonius.*

Deum benignitate, & rempublicam] Sigonio ſcribendum videtur: *P. Scipionem Deum benignitate, & populum Romanum eſſe gratia referenda.* Sed omnes Gall. duoque Pall. & Voſſ. *reipublica.* Vera eſt ſcriptura vetus. Quidni enim *benignitas reipublica* laudetur, ubi ſenatus, ubi populus, illi qui rempublicam tractant, benigni ſunt? Seneca de Benef. 5, 17. *Ipſa reſpublica quam ingrata in optimos ac devotiſſimos ſibi fuerit, quamque non minus ſæpe peccaverit, quam in ipſam peccatum eſt. Camillum in exilium miſit: Scipionem dimiſit.* Secus vulgatam non moveremus. Vide ad lib. 26, 35. *J. Fr. Gron.*

2 *Miſſis circa ſt. c. exactoribus, ſtipendii ſpem p. facere*] Polybius: χρῆσθαι δὲ τὴν πρόθεσιν καὶ παραγγελίαν, τοὺς ὑπολειπομένους εἰσφορεῖς καὶ πόλεσι κομίζειν εἰς τὴν παῖδας σφαγιάδα χορηγίαν, τοῦτο γὰρ νῦν ἀθροίζειν. *Sigonius.*

Miſſis circa ſtipendiarias civitates exactoribus ſtipendii ſpem propinquam facere] Omnes Gall. *miſſi* & *fecere.* Non dubito *exactoribus* factum pro *exactoris*, ut habuit ſcriptura vetuſtior, & reliquiſſe Livium: *leniter agi placuit: & miſſi circa ſtipendiarias civitates exactores ſtipendii ſpem propinquam fecere.* J. Fr. Gron.

3 *Seu carptim partes*] Forte, *per partes.* Idem.

4 *Omnia circumſpectantes conſilia*] Dele τὸ *conſilia*, etſi teneant omnes libri. Juſtinus lib. 14. *Omnia igitur circumſpicienti optimum viſum eſt ad Argyraſpides decurrere.* Idem.

5 *Præter vulgatiſſimum à malis conſiliis receptum*] Antea legebatur: *præter unum tutiſſimum.* Ubi ſunt ſcripti, quos

receptum, ut imperatoris vel juſtæ iræ, vel non deſperandæ clementiæ ſeſe committerent. etiam hoſtibus eum ignoviſſe, cum quibus ferro dimicaſſet. Suam ſeditionem ſine vulnere, ſine ſanguine fuiſſe: nec ipſam atrocem, nec atroci pœna dignam: ut ingenia humana ſunt ad ſuam cuique levandam culpam nimio plus facunda. Illa dubitatio erat, ſingulæne cohortes, an univerſi ad ſtipendium petendum irent. [1] inclinavit ſententia, quod tutius cenſebant, univerſos ire. Per eoſdem dies, quibus 26
hæc illi conſultabant, [2] conſilium de iis Carthagini erat: certabantque ſententiis, utrum in auctores tantum ſedi-

tionis

quos jactant editores? nam Put. Pet. Men. tres Pall. duo Flor. Barberin. Voſſ. *prater non tutiſſimum à malo conſilio receptum.* Veriſſime: neque eſt ſane tutus admodum receptus permittere ſe alienæ vel iræ vel clementiæ. Qui enim ſcias, majoremne doloris ille vindicandi an gratiæ quærendæ cupiditatem habeat? Cicero Fam. 9, 1. *Ut millam allevationem quiſquam non ſtultiſſimus ſperare debeat.* Epiſt. 9. *Meæ tamen preces apud eum non minimum auctoritatis habituras puto.* Agrar. 2. *Romam in montibus poſitam & convallibus, non optimis viis, anguſtiſſimis ſemitis.* Auctor ad Herenn. 4. *At huic quidem pater (nolo nimium dicere) non tenuiſſimum patrimonium reliquit.* J. Fr. Gron.

1 *Inclinavit eo ſententia, quod tutius*] Put. reg. Pett. Men. duo Pall. Voſſ. arcent τὸ eo. Veriſſime: nam & vitiat ſcitum loquendi genus. Lib. 32. *Fluctuatus animo eſt, utrum protinus in regnum ſe reciperet, an reverti in Theſſaliam poſſet. Inclinavit ſententia, ſuum in Theſſaliam agmen demittere.* Vicit pondere ea ſententia, eundum eſſe univerſis, quod videbatur tutius. Tacitus lib. 1 Hiſtor. *Octo Batavorum cohortes, tum diſcordia temporum à legione digreſſæ, prout inclinaſſent, grande momentum, ſocia aut adverſa.* Idem.

2 *Conſilium de iis Carthagine erat*] Omnes Gall. *Carthagini.* Notatum dudum eruditis in Plauti Caſina: *At ego ajo hoc fieri in Gracia & Carthagini.* Noſter lib. 31. *Magnam partem eorum palam Carthagini obverſari dici.* Servius ad quartum Æneidos: *Tyria Carthagine qui nunc Exſpectat: Carthagine pro Carthagini, & pro adverbio in loco, de loco poſuit.* Quod ſi cogitaſſent viri docti, non negaſſent, puto, *Carthaginienſis* analogia carere. Eſt enim id conceptum quaſi ab *Carthagini*, non *Carthagine:* notum autem i longum in hujuſmodi ιδιωτικῶν formatione non ſemper elidi. Sic Latinus, Latini, *Latinienſis.* Cicero de Haruſpicum reſponſis: *Quod in agro Latinienſi auditus eſt ſtrepitus cum fremitu.* Aventinus, Aventini, *Aventinienſis.* Valerius Maximus lib. 7, 3. *Quiſquis eam Aventinienſi Diana immolaſſet.* Sic Carthagini *Carthaginienſis.* Neque vero, qui *Carthaginienſium* ſcribunt, id tantum faciunt Ennii auctoritate ſuffulti, ut ait vir doctus ad Curtium, ſed imprimis Columnæ Roſtratæ bello Punico primo à Duellio conſule ſtructæ, ſed antiquiſſimorum codicum, inter quos inſignis ille Puteaneus, & quiſquis vetuſtior, ſed Priſciani, qui plures lapides integrioreſque libros oculis uſurpavit, & ejuſdem analogiæ aliud exemplum dat in voce *Crotonienſis.* Quod confirmant codices Liviani lib. 29, 36 & lib. 22 extremo. *Idem.*

1 *Haud*

tionis (erant autem hi numero [1] haud pluſquam quinque & triginta) animadverteretur, an plurium ſupplicio vindicanda tam fœdi exempli defectio magis quam ſeditio eſſet. Vicit ſententia lenior, ut unde orta culpa eſſet, ibi pœna conſiſteret. ad multitudinem caſtigationem ſatis eſſe. Conſilio dimiſſo, ut id actum videretur, [2] expeditio adverſus Mandonium Indibilemque edicitur exercitui, qui Carthagine erat, & cibaria dierum aliquot parare jubentur. [3] tribunis ſeptem, qui & antea Sucronem ad leniendam ſeditionem ierant, obviam exercitui miſſis, quina nomina principum ſeditionis edita ſunt. ut eos per idoneos homines, benigno vultu ac ſermone in hoſpitium invitatos, ſopitoſque vino vincirent. Haud procul jam Carthagine aberant, quum ex obviis auditum, poſtero die omnem exercitum cum M. Silano in Lacetanos proficiſci; [4] non metu modo omni, qui tacitus inſidebat animis, liberavit eos, ſed lætitiam ingentem fecit: quod magis habituri ſolum imperatorem, quam ipſi futuri in poteſtate ejus eſſent. Sub occaſum ſolis urbem ingreſſi ſunt, exercitumque alterum parantem omnia ad iter viderunt, excepti ſermonibus de induſtria compoſitis: lætum opportunumque adventum eorum imperatori eſſe, quod ſub ipſam profectionem alterius exercitus veniſſent; corpora curant. A tribunis ſine ullo tumultu auctores ſeditionis [5] per idoneos homines

1 *Haud plus, quam* XXXV] Polyb. ἔτοι ὃ ἦσαν εἰς πέντε καὶ τριάκοντα τὸ ἀριθμόν. *Sigonius.*

2 *Expeditio adverſus M. Indibilemque edicitur e. qu. C. e. & cibaria dierum aliquot p. j.*] Polybius: τῷ δὲ μὲν ἑαυτῶν στρατηγὸν παρήγγειλε περὶ ἡμέρας τριῶν ἐφόδια παρασκευάζεσθαι εἰς πλείω χρόνον ὡς ὅπη τὸ Ἀνδοβάλου πορευόμενον. *Idem.*

3 *Tribunis ſeptem, qui & ante S. ad leniend. ſedition. ierant, obviam e. miſſis, quina nomina &c. ut eos &c.*] Polybius: τοῖς μὲ χιλιάρχοις τοῖς ἀποσταλεῖσι συμπαρῆν δὲ ἀπορρήτους ὁ Πόπλιος ἀπαντᾶν τοῖς ἀποστάταις· καὶ διελομένους, ἕκαστον πέντε τῶν ἀρχόντων τῆς στάσεως διδόναι καὶ τοῖς ἀπαντῶσιν φιλανθρωπεύεσθαι, καὶ καλεῖν ἐφ' αὑτούς, μάλιστα μὲ πρὸς καλαστήνωσιν· εἰ δ' ἄν μὴ δύνωνται τοῦτο, πρός γε δεῖπνον, καὶ τοιούτων συνουσίαν. *Idem.*

4 *Non metu modo omni, qui tacitus incidebat animis*] Put. reg. Men. Voſſ. τὸ *medo* ignorant: dein omnes Gall. & Pall. *inſidebat.* J. Fr. Gron.

5 *Per idoneos homines inducti in hoſpitia*] Omnes: *perducti.* Idem.

1 *Exer-*

nes perducti in hoſpitia, comprehenſi ac vincti ſunt. Vigilia quarta impedimenta [1] exercitus, cujus ſimulabatur iter, proficiſci cœpere. ſub lucem ſigna mota, & ad portam retentum agmen: cuſtodeſque circa omnes portas miſſi, ne quis urbe egrederetur. Vocati deinde ad concionem qui pridie venerant, ferociter in forum ad tribunal imperatoris, ut ultro territuri ſuccłamationibus, concurrunt. Simul & imperator in tribunal eſcendit: & [2] reducti armati à portis inermi ſe concioni ab tergo circumfudcrunt. tum omnis ferocia concidit, &, ut poſtea fatebantur, [3] nihil æque eos terruit, quam præter ſpem robur & color imperatoris; quem affectum viſuros crediderant: vultuſque, qualem ne in acie quidem ajebant meminiſſe. Sedit tacitus pauliſper, donec nunciatum eſt, deductos in forum auctores ſeditionis, & parata jam omnia eſſe. Tum ſilentio per præconem fa- 27
cto, ita cœpit: [4] *Nunquam mihi defuturam orationem, qua exercitum meum alloquerer, credidi. non quo verba unquam potius quam res exercuerim; ſed quia prope à pueritia in caſtris habitus,* [5] *aſſueveram militaribus ingeniis.* [6] *Ad vos quemadmodum loquar, nec conſilium, nec oratio ſuppeditat:* [7] *quos ne quo nomine quidem appellare debeam, ſcio. Cives?* [8] *qui à patria veſtra deſciſtis: an milites? qui imperium auſpiciumque abnuiſtis, ſacramenti religionem rupiſtis. Hoſtes? corpora, ora, veſtitum,*

1 *Exercitus, cui ſimulabatur iter*] Sic Rhenanus: at noſtri omnes, cujus. J. Fr. Gron.

2 *Reducti armati à portis i. ſe concioni a. t. circumfuderunt*] Polybius: ὡς δὲ τοῦ ὄχλου πρὸς πύλαις ἦν ὁ Πόπλιος διεπίμπλατο καὶ τοὺς ἐξωτικοὺς ἐν τοῖς ὅπλοις. ἐξαίφνης ἅπαντες ἐκκλησίαν. Sigonius.

3 *Nihil æque eos terruit, quam praeter ſpem robur & color Imperatoris, quem &c.*] Polybius: κάπειτα τῆς μὲν προσδοκίας ἐξαμφίου γεγονυίας ἐπὶ τῷ θάρσει κατεπλάγησαν.

4 *Nunqu. mihi defut. orationem*] Summa hujus orationis expreſſa etiam à Polybio eſt. *Idem.*

5 *Aſſueveram militaribus*] Cantabrigiæ legi *aſſueram*. Et mirum, ni idem in aliis MSS. habeatur. Hic tamen ſilentium video. *Jac. Gron.*

6 *Apud vos quemadmodum loquar*] Put. Men. *ad vos*. J. Fr. Gron.

7 *Quos nec quo nom. qu.*] Vet. lib. *ne quo*. Sigonius.

Nec quo nomine] Scripti, *ne quo*, ut & Sigonius. *J. Fr. Gron.*

8 *Qui à patria veſtra deſciviſtis*] Illi *deſciſtis*. Idem.

ſtitum, habitum civium agnoſco: facta, dicta, conſilia, animos hoſtium video. Quid enim vos, niſi quod Illergetes & Lacetani, aut optaſtis aliud, aut ſperaſtis? Et illi tamen Mandonium, atque Indibilem, regia nobilitatis viros, duces furoris ſecuti ſunt: vos auſpicium & imperium ad Umbrum Atrium, [1] & Calenum Albium, detuliſtis. Negate vos id omnes feciſſe, aut factum voluiſſe, milites: paucorum eum furorem atque [2] amentiam eſſe. Libenter credam negantibus. nec enim ea ſunt commiſſa, quæ vulgata in omnem exercitum ſine piaculis ingentibus expiari poſſint. Invitus ea, tanquam vulnera attingo. ſed niſi tacta tractataque ſanari non poſſunt. Equidem pulſis Hiſpania Carthaginienſibus, [3] nullum locum tota provincia, nullos homines credebam eſſe, ubi vita inviſa eſſet mea. ſic me non ſolum adverſus ſocios geſſeram, ſed etiam adverſus hoſtes. [4] In caſtris en meis (quantum me opinio fefellit?) fama mortis meæ non accepta ſolum, ſed etiam exſpectata eſt. Non quod ego vulgari facinus per omnes velim (equidem ſi totum exercitum meum mortem mihi optaſſe crederem; hic ſtatim ante oculos veſtros morerer: nec me vita juvaret, inviſa civibus & militibus meis) [5] ſed multitudo omnis, ſicut natura maris, per ſe immobilis eſt, venti &

1 *Et Calen. Albinum*] *Albium*, ut ſupra. *Sigonius.*

2 *Amentiam eſſe. Libenter credam*] Malim diſtinguere: *paucorum eum furorem atque amentiam eſſe libenter credam negantibus*, ſcilicet de vobis omnibus. *J. Fr. Gron.*

3 *Null. locum tota prov.*] Vet. lib. *in tota.* Sigonius.

In tota provincia] Tò *in* Sigonius adjecit. MSS. non admittunt. *J. Fr. Gron.*

4 *In caſtris meis (en quantum me opinio*] Omnes Gall. & Pall. ſincerior: *In caſtru en meis (quantum me opinio fefellit?)* cur tranſpoſuerunt? Alius quoque Pal. *In caſtris & meis.* nempe eodem digitum intendens. Hic iterum impegit Rhenanus, dum quid ſit *exſpectare mortem alicujus*, tamquam rem deſiderabilem, non cogitat. Ex libro adfert *ſpectata*, & corrigit, *ſperata.* Terentius Adelphis: *Sineres nunc facere, dum per ætatem licet, potius quam ubi ta exſpectatum ejeciſſet foras.* Et eadem fabula: *Illum, ut vivat, optant, meam autem mortem exſpectant.* Noſter lib. 40. *Et deſtituta ſenectus aliis exſpectantibus ſuam mortem, alius ne exſpectantibus quidem.* Cicero in Paradoxis: *Si teſtamenta amicorum exſpectas; aut ne exſpectas quidem, at ipſe ſupponis.* RutiliusLupus de figuris ſententiarum: *Filius reſpondiſſet, non eſſe opus ſæpe eadem oratione moneri, nec ſe patris mortem exſpectare.* Idem.

5 *Sed multitudo omnis, ſicut natura maris p. ſ. im. e. ut venti & aura cient, a. tranquilli, a. procelloſi*] Polybius planius hanc comparationem expreſſit: τὸ μὲν γὰρ, διότι πᾶς ὄχλος διαφερόντως ὑπάρχει, καὶ θεὸς πὰν θάλατ-

aura

aurae cient, ita aut tranquillum, aut procellae in vobis sunt: & causſa atque origo omnis furoris penes auctores est; vos contagione insanistis. [1] *Qui mihi ne hodie quidem scire videmini, quo amentiae progressi sitis: quid facinoris in me, quid in patriam, parentesque ac liberos vestros, quid in Deos, sacramenti testes, quid* [2] *adversus auspicia, sub quibus militatis, quid adversus morem militiae disciplinamque majorum, quid adversus summi imperii majestatem ausi sitis. De me ipso taceo. temere potius, quam avide* [3] *crediderit is. denique ego sim, cujus imperii tædere exercitum, minime mirandum sit. patria quid de vobis meruerat, quam*

διήγαγε. ὅθεν ἀεὶ τὸ πλῆθος συμβαίνει τοιόνδε τι τὴς ὀχλικὴς ἢ δημοτικῆς. χειμάσῃ μὲν γὰρ κατεῖναι ἢ μὴ ἰδία φύσις ἐστὶν ἐκείνοις τοῖς χωρίοις καὶ σάσις· ὅταν δὲ εἰς αὐτὸν ἐμπέσῃ τὰ σπέρματα ταῦτα, τοιοῦτόν τι φαίνεται τοῖς χωρίοις, οἷοί περ ἂν ὦσιν οἱ κινήσαντες αὐτὸν ἄνεμοι. ἡ αὐτὴ τρόπον καὶ τὸ πλῆθος ἀεὶ καὶ φαίνεται γιγνόμενον τοιόνδε τοῖς χειροήθεσι, οἷοι ἂν ἔχοι προστάτας καὶ συμβούλους. *Sigonius.*

Ut venti & aurae cient: ita aut tranquillum aut procellae in vobis sunt: & causſa atque origo] Sic edebatur olim: sic omnis scripta lectio, nulla differentia, nisi in levibus & memoratu indignis. Uti quod Put. *est & venti*. Pet. *sed & venti* Eam sic, ut Medea Peliam, recoxit Rhenanus: *immobilis est, ut venti, ut aurae cient, aut tranquilli aut procelloſi: & causſa in nobis atque origo omnis furoris penes auctores est.* Miram licentiam, quum ipse fateatur scriptum codicem suum tantum in hoc à vulgato diverſere, quod τὸ *ita* non habeat. Nempe & hic una vacans syllaba primo ipsum decepit, postea omnes, qui crediderunt tam ſpecioſæ pollicitationi. Scribe τὸ *ut* deleto: *Sed multitudo omnis, ſicut natura maris per ſe immobilis eſt, venti & aurae cient: ita aut tranquillum aut procellae in vobis ſunt.* Sermo quidem elegantiſſimus est, & scita brevitate. Omnis, inquit, multitudo est ſicut natura maris; hæc per ſe est immobilis, venti & aurae id commovent turbulentumque reddunt, &c. Scilicet quid efficat *tranquillum* non meminerant. Atqui Tertullianus vocat *mare de tranquillo probum.* Terentius Phorm. *Qui te ad ſcopulum è tranquillo inferat.* Notter lib. 24. *Non tranquillo navigamus, ſed jam aliquot procellis ſubmerſi pæne ſumus.* Lib. 38. *Inſita gentis tranquillitate quieſſe eos: poſtea quam flare ab Aſia Thoan & Dicaearchum cœpiſſent, tum illam tempeſtatem coortam, quæ ad Antiochum eos, ſicut in ſcopulum, intuliſſet.* Cicero pro Cluentio: *Ex quo intelligi potuit, id, quod ſæpe dictum eſt: ut mare quod ſua natura tranquillum ſit, ventorum vi agitari atque turbari, ſic & populum Romanum ſua ſponte eſſe placatum, hominum ſeditioſorum vocibus, ut violentiſſimis tempeſtatibus, concitari.* Herodotus lib. 7. Τάδε καὶ ἀμείνονα φεύγοντα ἀνθρώπων κακῶν ὁμιλίην σφάλλεσι. Καθάπερ τὸ πάντων χρησιμωτάτῳ ἀνθρώπων θαλάσσης ἀνέμων μούνων φασὶ δύναμιν ἐμπίπτοντα, ἐὸν ἀξεστορῆν φύσιν τῇ ἑωυτῆς χρᾶσθαι. *J. Fr. Gron.*

1 *Quin mihi: ne hodie quidem*] Omnes Gall. & Voſſ. *Qui mihi ne hodie quidem.* Idem.

2 *Adverſus auſpicia ſub quibus militaſtis*] Optimi: *militatis.* Idem.

3 *Crediderit is. Is denique ego*] Omnes dicti: *avide crediderit is: denique ego ſim.* Ut & duo Pall. & Voſſ. omiſſo τῷ *is.* Et abiit ſane. *Idem.*

quam cum Mandonio & Indibili conſociando conſilia prodebatis? Quid populus Romanus, quum imperium ablatum ab tribunis ſuffragio populi creatis, ad homines privatos detuliſtis? quum, eo ipſo non contenti, ſi pro tribunis illos haberetis, faſces imperatoris veſtri ad eos, quibus ſervus, cui imperarent, nunquam fuerat, Romanus exercitus detuliſtis. In prætorio tetenderunt Albius & Atrius: claſſicum apud eos cecinit: ſignum ab iis petitum eſt: ſederunt [1] in tribunali P. Scipionis: lictor apparuit: [2] ſubmoto inceſſerunt: [3] faſces cum ſecuribus prælati ſunt. Lapides pluere, [4] & fulmina jaci de cœlo, & inſuetos fœtus animalia edere, vos portenta eſſe putatis: hoc eſt portentum, quod nullis

1 *In tribunali proconſulis Scipionis*] Malim, *in tribunali P. Scipionis.* Nam in veteribus libris paſſim eſt hæc menda. *Sigonius.*

In trib. proconſulis Scip.] Quod malit Sigonius, Put. & omnes cum Voſſ. Gall. *ſederunt in tribunali P. Scipionis.* J. Fr. Gron.

2 *Summovente eo inceſſerunt*] Iidem & unus Pal. duo Flor. cum Barberino: *lictor apparuit: ſummoto inceſſerunt: faſces cum ſecuribus prælati ſunt.* Alludunt duo reliqui Pall. & duo alii Flor. *ſummoti inceſſerunt.* Jam ante diximus *incedere ſummoto*, notabili ſermone, eſſe incedere præeuntibus lictoribus, qui turbam obviam ſummoverent. Lapis apud Gruterum: *Lucum. dea. Dia. ſummoto. adſcenderunt.* Prætermisit hoc Lipſius 1 Elect. 23 ubi lictorum munus illuſtrat. Ubi tamen & M. Senecam minus recte corrigere videtur in Controverſia, Sacerdos proſtituta: *Procedente hac lictor ſummoveri videbitur: huic prator via cedet: ſummum imperium conſules cedent tibi.* Reponit ille: *ſummovere jubebitur.* At ego lictorem non hic intelligo virginis, ſed prætoris aut conſulis, ſcribendumque exiſtimo: *lictor ſummovere vetabitur.* Hic eſt locus, qui ob oculos erat Salmaſio ſcribenti Euchariſt. parte priori cap. 1. *Submoto incedere magiſtratum* dicebant veteres, qui per turbam à lictoribus ſummotam incederet. quam loquutionem olim Livio & Plinio reſtituimus. *Per dimotum incedere* dixit Lactantius. Quod viri & rei cauſa libentiſſime adjeci. Plinii, credo, verba ſunt lib. 8 cap. 46, de Api bove: *Cætero ſecretus, cum prorupit in cœtus, incedit ſummoto, grexque puerorum comitatur carmen honori ejus canentium.* Non enim, *ſummotis lictorum*, aut *ſummoto ſtrepitu lictorum.* Lactantii lib. 6, 1. *Stipati familiarum gregibus, per dimotum populum ſemper incedant.* Idem.

3 *Faſces & ſecures prælata ſunt*] Vet. lib. *faſces cum ſecuribus prælati ſunt.* Sigonius.

4 *Et fulmina jaci de cœlo, & inſuetos fœtus animalia edere*] Non fuit portentum fulmina cadere de cœlo: unde enim alioqui caderent? ſed loca fulminibus tangi, aut ea cadere, ut fortaſſe hic legendum, *ſereno.* Sic lib. 31. *Priverni ſereno per diem totum rubrum ſolem fuiſſe.* Lib. 37. *Nurſiæ ſereno ſatis conſtabat nimbum ortum.* Dein Put. & Men. *animalia.* Pet. Pal. *animales.* Num *animantes?* Lucretius: *eadem cœlum, mare, terras, flumina, ſolem Conſtituunt: eadem fruges, arbuſta, animantis.* Cicero 2 de nat. Deor. *Animantium vero quanta varietas eſt? quanta vis, ut in ſuo quaque genere permaneant? quarum alia coriis tecta ſunt, alia villis*

nullis hoſtiis, nullis ſupplicationibus ſine ſanguine eorum, qui tantum facinus auſi ſunt, expiari poſſit. Atque ego (quanquam nullum ſce- 28
lus rationem habet) tamen ut in re nefaria, quæ mens, quod conſilium veſtrum fuerit, ſcire velim. [1] *Rhegium quondam in præſidium miſſa legio, interfectis per ſcelus principibus civitatis, urbem opulentam per decem annos tenuit. propter quod facinus tota legio, millia hominum quatuor, in foro Romæ ſecuri percuſſi ſunt. Sed illi primum, non Atrium Umbrum ſemilixam, nominis etiam abominandi ducem, ſed Decium Jubellium tribunum militum ſecuti ſunt:* [2] *nec cum Pyrrho, nec cum Samnitibus aut Lucanis, hoſtibus populi Romani, ſe conjunxerunt. vos cum Mandonio* [3] *& Indibili conſilia communicaſtis, & arma conſociaturi fuiſtis. Illi, ſicut Campani* [4] *Capuam Tuſcis veteribus cultoribus ademptam, Mamertini in Sicilia Meſſanen, ſic* [5] *Rhegium habituri perpetuam ſedem erant: nec populum Romanum, nec ſocios populi Romani ultro laceſſituri bello. Sucronemne vos domicilium habituri eratis? ubi ſi vos decedens confecta provincia imperator relinquerem, Deum hominumque fidem implorare debebatis; quod non redireris ad conjuges liberoſque veſtros. Sed horum quoque memoriam,* [6] *ſicut patriæ meique ejeceritis*

ex

villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ. J. Fr. Gron.

Inſuetos fœtus animales edere] Varro lib. 8 Ling. Lat. *Id imperite reprehendunt, ut ſi quis reprehendat naturam, quod non uniuſmodi finxerit animales omnes.* Alioqui *animantes* habes apud Livium 21, 30. *Alpes quidem habitari, coli, gignere atque alere animantes.* Et inde 41, 18, *animantium.* Plerumque tamen mavult *animali, animalium, animalibus* edere. *Jac. Gron.*

1 *Rhegium quondam*] Hac de re dictum in epitomen libri 12. *Sigonius.*

2 *Nec cum Pyrrho, nec Samnitibus*] Vet. lib. *nec cum Samnitibus.* Idem.

Nec Samnitibus] Omnes Gall. meliorque Pal. & Voſſ. *nec cum Pyrrho nec cum Samnitibus aut Lucanis hoſtibus populi Romani ſe conjunxerunt.* J. Fr. Gronovius.

3 *Et Indibili conſilia*] Vet. lib. *vos cum Mandonio atque Indibili & conſilia.* Sigonius.

4 *Cap. Tuſc. veteribus adempt.*] Vet. lib. *veteribus cultoribus ademptam.* Hac de re ſupra etiam diximus. *Idem.*

Tuſcis veteribus cultoribus] Sic omnes: neque eſt vox poſtrema inſitiva, ut Rhenanus velit. Lib. 10. *Thuria reddita veteri cultori.* J. Fr. Gron.

5 *Rhegium habituri perpetuam ſedem erant*] Sic quoque omnes: non *ſpem.* Idem.

6 *Sicut patria meique, ejeceratis animo*] Put. Men. Voſſ. *ejeceritis.* Et rectius puto: eſt enim non ſimplex adfirmatio Scipionis, ſed occupatio, quam Rhetores vocant. Sit ita, horum quoque ſitis obliti: quæ autem via? quis exitus erat conſilii? *Idem.*

Digitized by Google

ex animis veſtris. Viam conſilii ſcelerati, ſed non ad ultimum dementis, exequi volo. Mene vivo, & cætero incolumi exercitu, cum quo ego die uno Carthaginem cepi, cum quo [1] *quatuor imperatores, quatuor exercitus Carthaginienſium fudi, fugavi, Hiſpania expuli, vos octo millia hominum,* [2] *minoris certe omnes pretii, quam Albius & Atrius ſunt, quibus vos ſubjeciſtis, Hiſpaniam provinciam populo Romano erepturi eratis? Amolior & amoveo nomen meum. nihil ultra facile creditam mortem meam à vobis violatus ſim. Quid? ſi ego morerer, mecum exſpiratura reſpublica, mecum caſurum imperium populi Romani erat? ne iſtuc* [3] *Jupiter Optimus Maximus ſirit; urbem auſpicato Diis auctoribus in æternum conditam, fragili huic & mortali corpori æqualem eſſe. Flaminio, Paullo, Graccho, Poſtumio Albino, M. Marcello,* [4] *T. Quintio Criſpino, Cn. Fulvio, Scipionibus meis,* [5] *tot tam claris imperatoribus uno bello abſumptis, ſuperſtes eſt populus Romanus, eritque mille aliis nunc ferro, nunc morbo morientibus. meo unius funere elata populi Romani eſſet Reſpublica? Vos ipſi hic in Hiſpania, patre & patruo meo, duobus imperatoribus interfectis,* [6] *Septimum Marcium ducem vobis adverſus exultantes recenti victoria Pœnos delegiſtis. & ſic loquor, tanquam ſine duce Hiſpaniæ futuræ fuerint. M. Silanus, eodem jure,*

1 *Quatuor imperatores*] Aſdrubales duos, Amilcaris, & Giſgonis filios, Magonem Amilcaris, & Annonem, qui Aſdrubali in Italiam profecto ſuffectus erat. *Sigonius.*

2 *Majoris certe omnes*] Ut Rhenani liber, omnes Gall. & Pall. præter unum & alterum: *minoris certe omnes pretii, quam Albius & Atrius ſunt, quibus vos ſubjeciſtis.* Sane *minoris* genuinum puto, non *majoris.* Deprimit enim eos in comparatione cum reliquo exercitu, quicum ſe Novam Carthaginem *die uno* (ſic enim Put. Men.) cepiſſe, quicum quatuor imperatores, quatuor exercitus hoſtium fudiſſe, fugaſſe, Hiſpania expuliſſe dixerat. Minoris autem pretii erant ſuo ipſorum judicio, quippe qui Celenum & Umbrum, tamquam præſtantiores, ſibi præpoſuerant. Qui vero illi? ſemilixæ, ut antea eos vocaverat. Nullo igitur genere cum cætero exercitu comparabiles evincit, quod voluerat. *J. Fr. Gron.*

3 *Jupiter optimus maximus ſiverit*] Put. *ne iſtuc Jupiter optimus maximus ſirit.* ut editum ad librum 1. *Idem.*

4 *T. Quintio Criſpino*] Veter. lib. *T. Criſpino:* quod probo, ut & hic duobus nominibus afficiatur. *Sigon.*

5 *Tot tam claris imperatoribus*] Omnes Gall. duo Pall. Voſſ. *tot tam præclaris.* Cicero ſecunda agraria: *in tam illuſtri imperio & tam præclara populi Romani diſciplina.* J. Fr. Gron.

6 *Sept. Martium*] *Septimum Marcium*, ut ſupra. *Sigonius.*

Digitized by Google

jure, eodem imperio mecum in provinciam miſſus, L. Scipio frater meus, C. Lælius, legati, vindices majeſtatis imperii deeſſent? Utrum exercitus exercitui, an duces ducibus, an dignitas, an cauſſa comparari poterat? quibus ſi omnibus ſuperiores eſſetis, [1] arma cum Pœnis contra patriam, contra cives veſtros ferretis? Africam Italiæ, Carthaginem urbi Romæ imperare velletis? Quam ob noxam patria? [2] Coriolanum quondam damnatio 29
injuſta, miſerum & indignum exilium, [3] ut iret ad oppugnandam patriam, impulit: revocavit tamen à publico parricidio privata pietas. [4] Vos qui dolor, quæ ira incitavit? Stipendiumne diebus paucis imperatore ægro ſerius numeratum, ſatis digna cauſſa fuit, cur patriæ indiceretis bellum? cur ad Illergetes deſciſceretis à populo Romano? cur nihil divinarum humanarumve rerum inviolatum vobis eſſet? Inſaniſtis profecto milites: nec major in corpus meum vis morbi, quam in veſtras mentes invaſit. Horret animus referre, quid crediderint homines, quid ſperaverint, quid optaverint. [5] Auferat omnia irrita oblivio, ſi poteſt: ſi non, utcumque ſilentium tegat. Non negaverim [6] triſtem atrocemque

1 *Arma contra patriam c. c. v. ferretis*] Vet. lib. *arma tamen Pœnis contra patriam:* quod probo. *Sigonius.*

Arma tamen Pœnis contra patriam] Sic Sigonius. Put. & Pet. antiquior: *arma conpinxit patriam.* Men. *compunxit.* Pall. Voſſ. *compinxit.* Alter Pet. duo Pall. & regius, ut prius vulgo: *arma contra patriam.* Scribe: *quibus ſi omnibus ſuperiores eſſetis, arma impia in patriam, contra cives veſtros, ferretis?* Particula *tamen* eſt ex illis auxiliaribus additamentis hominum Liviani ſtili minus peritorum, qualia multa ejecimus. *J. Fr. Gron.*

2 *Coriolanum quondam*] Lib. 2. *Sigonius.*

3 *Ut iret ad oppugnandam patriam*] Put. *ut irata ad oppugnandam.* Scribe: *ut ab ira ad oppugnandam patriam.* quam formulam auctoribus Rhenano & Lipſio jam ſæpius Livio reddidimus. Vocem autem *ira* requiri ex ſequentibus patet: *Vos qui dolor, quæ ira invitavit?* Ubi Put. *qui doloraemitae ira incit.* Cæteri Gall. unuſque Pal. *qui dolore vita ira.* Scribe: *qui dolor aut qua ira incitavit?* Niſi malis: *exſilium ruere ad oppugnandum.* Cicero 7 ad Attic. ep. 4 de Cæſare: *Quod ſi ruere cæperit, ne ego multa timeo, quæ non audeo ſcribere.* J. Fr. Gron.

4 *Vos qui dolor quæ ira incitavit*] Inſpicienti acrius codicem Puteanæum, unice videtur inde exſiſtere: *Vos qui dolor, quæ juſta ira incitavit.* Et eſt hoc perpetuum in Livio epitheton. 21, 44. *Vos Carthaginienſes, tum ob patriam, tum ob iram juſtiſſimam pugnaturos.* 23, 25. *Quanquam ſtimulabat juſta ira.* 6, 31. *Quippe ab juſto exercitu, juſta ira facta.* Jac. Gron.

5 *Auferat o. ir. oblivio, ſi pot.*] Vet. lib. *oblivio iſta, ſi poteſt.* Sigonius.

6 *Triſtem atrocemque vobu viſam orationem*] *Viſam orationem meam*, quatuor egregii codices. *J. Fr. Gron.*

cemque vobis visam orationem; quanto creditis facta vestra atrociora esse, quam dicta mea? & me ea quæ feciſtis, pati æquum cenſetis: vos ne dici quidem omnia æquo animo ferretis? Sed ne ea quidem ipſa ultra exprobrabuntur. utinam tam facile vos oblivisceamini eorum, quam ego oblivisear. Itaque quod ad vos universos attinet, ſi erroris pœnitet, ſatis ſuperque pœnarum habeo. Albius Calenus, & Atrius Umber, & cæteri nefaria ſeditionis auctores, ſanguine luent quod admiſerunt. Vobis ſupplicii eorum ſpectaculum non modo non acerbum, ſed lætum etiam, ſi ſana mens rediit, debet eſſe. de nullis enim quam de vobis [1] *infeſtius, aut inimicius conſuluerunt.* Vix finem dicendi fecerat, quum ex præparato ſimul omnium rerum terror oculis auribuſque eſt offuſus. [2] Exercitus, qui corona concionem circumdederat, gladiis ad ſcuta concrepuit. præconis audita vox citantis nomina damnatorum in conſilio. Nudi in medium protrahebantur. & ſimul omnis apparatus ſupplicii expromebatur. [3] deligati ad palum, virgiſque cæſi, & ſecuri percuſſi, adeo torpentibus metu, qui aderant, ut non modo ferocior vox adverſus atrocitatem pœnæ, ſed ne gemitus quidem exaudiretur. [4] Tracti inde de medio omnes, purgatoque loco citati milites nomi-

1 *Infeſtius aut inimicius conſuluerunt*] Vet. lib. *iniquius conſuluerunt*. Sigon. *Infeſt. aut iniquius conſul.*] Put. *inicius*. Scribe: *inimicius*. quod & habent alii antiqui libri, & male Sigonius mutavit. Cicero lib. 3 in Verr. *Quis hunc audet dicere, aratoribus infeſtum, aut inimicum fuiſſe?* Et rurſus: *Iſte cives Romanos? at nullis inimicior aut infeſtior fuit.* Sic lib. 35. *Neque Boji neque Hiſpani tam inimice infeſti erant Romanis, quam Ætolorum gens.* Sæpius duas has voces confuſas reperies, & alibi in Livio obſervavimus. Niſi malis *immitius*, ut in Pall. uno & libris Mureti. *J. Fr. Gron.*

2 *Exercitus, qui concion. circumdederat, gladiis ad ſcuta concrep.*] Polybius: ἅμα δὲ τοῖς ὅπλοις τοὺς θυρεοὺς ἐπικρούσαντες ἐσήμαινον τὴν μεταβολὴν τοῖς θεωμένοις. *Sigonius.*

3 *Deligati ad palum, virg. cæſi, & ſec. percuſſi, adeo torpentibus metu qui aderant, ut --- ne gemitus quidem exaudir.*] Polybius: ἅμα δ' ἐπὶ τοῖς δεδεμένοις γυμνοὶ οἱ τὰς ῥάβδους αἴροντες εἰσήρχοντο. τὴν δὲ πλῆθος τοιοῦτον ὑπῆρχε δέος ἀπό τε τῆς περιεχούσης φάλαγγος καὶ τῆς καθεστώσης ἀσιωπησίας, ὥστε τὴν μὲν μαστιγουμένων, τὴν δὲ πελεκιζομένων, μήτε τὸ ὄψος ἀλλοιοῦσθαι, μήτε φωνὴν ἀφίεσθαι μηδένα, μήτε πάντας ἀχανεῖς ἐκπεπλαγμένους ἀφ' ὧν τὸ συμβαῖνον. *Idem.*

4 *Tracti inde de medio c. p. l. citati milites n. apud tribunos m. in verba P. Scipionis juraruni*] Polybius: οἱ μὲν ἐν ἀρχῇ τὴν κακὴν αἰκιζόμενοι εἵλκοντο μέσον

nominatim apud tribunos militum, in verba P. Scipionis jurarunt, ſtipendiumque ad nomen ſingulis perſolutum. Hunc finem exitumque ſeditio militum cœpta apud Sucronem habuit. Per idem tempus ad Bætim fluvium [1] Hanno præfectus Magonis, miſſus à Gadibus, cum parva manu Afrorum, [2] mercede Hiſpanos ſollicitando, ad quatuor millia juvenum armavit. caſtris deinde exutus ab L. Marcio, maxima parte militum inter tumultum captorum caſtrorum, quibuſdam etiam in fuga amiſſis, palatos, perſequente equite, cum paucis ipſe effugit. [3] Dum hæc ad Bætim fluvium geruntur, Lælius interim freto in Oceanum evectus, ad Carteiam claſſe acceſſit. Urbs ea in ora Oceani ſita eſt, ubi primum è faucibus anguſtis panditur mare. [4] Gades ſine certamine proditione recipiendi, ultro qui eam rem pollicerentur, in caſtra Romana venientibus, ſpes, ſicut ante dictum

μέσον ἀπηλαγμένοι τῆ ζειῶ. οἱ δ' λοιποὶ οὐδὲ μὴν τῆ στρατηγῆ κὴ τῶ ἄλλων ἀρχόντων κατ' κοινὰ ἴλαθον τὰς πίστεις, ἐφ' ᾧ μηδένα μηδενὶ μηποκακίσειν· αὐτοὶ δὲ κατ' ἴνα φοβήσαντες ὦμιον τοὺς χιλιάρχους, ἃ μέλλω σπεδαρχήσειν τῆς σφαγιαζομένοις ὑπὸ τῶ ἀρχόντων, κὴ μηδὲν ἀνήκεστον φρονήσειν τῆ Ῥώμη. Poſt deſunt quædam apud Polybium. *Sigonius.*

1 *Hanno præfectus à Magone miſſus à Gadibus*] Omnes Gall. Voſſ. unuſque Pal. *præfectus Magonis.* Et ita ſcribendum. Lib. 25. *Ut ſecum præfectos Epicydis, Polycletum & Philiſtionem & Epicydem aggrederentur.* Valerius Maximus lib. 3, 2. *Cnaique Pompeii præfectus juſſu ejus, ſummo ſtudio & magno militum numero, ad id capiendum niteretur.* Hoc admitto à Lipſio pro *mitteretur:* ſed non quod idem miratur illum *præfectum Pompeii*, vultque *Pompeius præſens* aut *profectus*, duabus præterea vocibus deletis: Cent. 3 ad Belg. ep. 24. Cicero lib. 6 ad Atticum ep. 1. *Quid dicam de illius præfectis, comitibus, legatis?* Et rurſum: *Fuerat enim præfectus Appio.* Sed plura ſunt illic in hanc rem, quam ut huc transferri poſſint. Lib. 2 de Orat. *Teſtis in Piſonem, cum innumerabilem Magio præfecto pecuniam dixiſſet datam.* Et mox: *Scævola Septimuleio illi Anagnino, roganti, ut ſe in Aſiam præfectum duceret.* Divinatione: *Ab hac præfectus Antonii quidam Symphoniacos pueros abducebat.* Vide Manucium ad lib. 2 Famil. 17. *J. Fr. Gron.*

2 *Mercede Hiſpanos ſollicitando*] Optimi quique *ſollicitandos.* Videntur velle: *mercede Hiſpanis ſollicitandis.* Ut infra, *claudendos portas*, pro *claudendis portus.* Idem.

3 *Quum hæc ad Batim fluvium*] Omnes Gall. Voſſ. *Dum hæc ad Batim.* Idem.

4 *Gadeis ſine certam. proditione recip.*] Vet. lib. *per proditionem.* Sigonius.

Sine certamine proditione rec.] Sic Rhenanus, quum in ſcripto eſſet: *per ditionem recipiendi.* Sigonius: *per proditionem.* Noſtri omnes Gall. & Pall. *per deditionem.* J. Fr. Gron.

ctum eſt, fuerat. [1] ſed patefacta immatura proditio eſt, comprehenſoſque omnes, Mago Adherbali prætori Carthaginem devehendos tradit. Adherbal conjuratis in quinqueremem impoſitis, præmiſſaque ea, quia tardior quam triremis erat, ipſe cum octo triremibus modico intervallo ſequitur. Jam fretum intrabat quinqueremis, quum Lælius & ipſe in quinqueremi è portu Carteiæ ſequentibus ſeptem triremibus evectus, in Adherbalem ac triremes invehitur, quinqueremem ſatis credens deprenſam rapido in freto in adverſum æſtum reciprocari non poſſe. Pœnus in re ſubita parumper incertus trepidavit, utrum quinqueremem ſequeretur, an in hoſtes roſtra converteret. Ipſa cunctatio facultatem detrectandæ pugnæ ademit. jam enim ſub ictu teli erant, & undique inſtabant hoſtes. æſtus quoque arbitrium moderandi naves ademerat. neque erat navali pugna ſimilis: quippe ubi nihil voluntarium, nihil artis aut conſilii eſſet. Una natura freti, æſtuſque totius certaminis potens, ſuis alienis navibus nequicquam remigio in contrarium tendentes invehebat, [2] ut fugientem videres retro vortice intortam victricibus illatam: & ſequentem, ſi in contrarium tractum incidiſſet maris, fugientis modo ſeſe avertentem. Jam in ipſa pugna hæc quum infeſto roſtro peteret hoſtium navem, obliqua ipſa ictum alterius roſtri accipiebat: illa quum tranſverſa objiceretur hoſti, repente intorta in proram circumagebatur. Quum inter triremes fortuna regente anceps prœlium miſceretur, quinqueremis Romana, ſeu pondere tenacior ſeu pluribus

1 *Sed patefacta immatura proditio eſt*] Iterum Gall. Voſſ. princepſque Pall. exſtirpant particulam *ſed*. J. Fr. Gron.

2 *Ut fugientem videres*] Salmaſius ex Put. *ut fugientem navem videres*. Similiter Cantabrigiæ legitur. Nam & ex ſupervacuo repetit hanc vocem Livius hoc lib. cap. 4. *Claſſis Punica* (LXX *erant longæ naves*) *occurrit. decem & ſeptem naves ex iis captæ*. Sed & mox melius ſcripſiſſet *victrici illatam*, quippe etiam *ſequentem* dicit non *ſequentes*. Itaque accedendum puto Put. & Cantabrig. qui habent *victoribus*. Jacob. Gronov.

bus remorum ordinibus ſcindentibus vortices, quum facilius regeretur, duas triremes ſuppreſſit, [1] unius prælata impetu lateris alterius remos deterſit. cæteraſque, [2] quas indepta eſſet, mulcaſſet, ni cum reliquis quinque navibus Adherbal velis in Africam tranſmiſiſſet. Lælius victor Carteiam revectus, auditis quæ acta Gadibus erant; patefactam proditionem, conjuratoſque miſſos Carthaginem; [3] ſpem ad irritum redactam, qua veniſſent; nunciis ad L. Marcium miſſis, [4] niſi terere fruſtra tempus ſedendo ad Gades vellent, redeundum ad imperatorem eſſe; aſſentiente Marcio, paucos poſt dies ambo Carthaginem rediere. Ad quorum diſceſſum non reſpiravit modo Mago; quum terra marique ancipiti metu urgeretur; ſed etiam audita rebellione Illergetum, ſpem recuperandæ Hiſpaniæ nanctus, nuncios Carthaginem mittit ad ſenatum: qui ſimul ſeditionem civilem in caſtris Romanis, ſimul defectionem ſociorum in majus verbis extollentes, hortarentur, ut auxilia mitterent, quibus traditum à patribus imperium Hiſpaniæ repeti poſſet. 31

Man-

1 *Unius prælata impetu lateris alterius remos deterſit*] Monuit me homo eruditiſſimus ſe hæc non intelligere, niſi forte *prælata* ſint ligna quædam in navi à latere projecta, quæ Polybio lib. 16 in deſcriptione alterius pugnæ navalis vocantur πυργώσεις. Sed *prælata* eſt prætervecta, de quo ad lib. 29, 32. & dicitur Romana quinqueremis hoſtilis triremis, dum proxime illam impetu tranſit, confregiſſe, quotquot ab illo latere habebat, remos. *J. Fr. Gron.*

2 *Quas indepta eſſet, mulctaſſet*] Put. Voſſ. alii: *mulcaſſet*. Reddendum hoc verbum Ammiano Marcellino lib. 14. *Rectoremque ut ſibi judicio imperiali addictum calcibus inceſſens & pugnis commulcans, ſeminecem laniatu miſerando diſcerpſit.* Vulgo ubique: *conculcans*. Sed ne in Ammiano quidem fero, *conculcare pugnis*. Iſidorus in Gloſſis: *commulcat, conculcat, collidit*. Idem: *mulcat, pugnis vel calcibus cædit*. Appuleius: *Indidem ſeſe multinodis commulcat ictibus*. Idem verbum in Livio lib. 29, 9, ubi & Lipſius reponendum monuit, agnoſcit optimus liber: *legatis prius indignum in modum mulcatis*. Nec dubito, quin reficiendum ſit lib. 3, 11. *Qui obvius fuerat, mulcatus nudatuſque abibat*. Idem.

3 *Spe in irritum redacta, qua veniſſent*] Et hoc eſt ab Rhenano ex vitiato codice. Put. Voſſ. Pall. omnes Gallicique: *ſpem ad irritum redactam, qua veniſſent*. quo ego non tantum non offendor, ſed nec melius quidquam dici poſſe arbitror. Phraſin inferius illuſtrabimus. *Idem.*

4 *Niſi terere fruſtra*] Cantabrig. *niſi ſi terere*. 25, 3. *Niſi ſi mors ſua remedio publicis cladibus futura eſſet*. Jac. Gron.

1 *In*

Mandonius & Indibilis [1] in fines regreſſi, pauliſper, dum, quidnam de ſeditione ſtatueretur, ſcirent, ſuſpenſi quieverunt; ſi civium errori ignoſceretur, non diffidentes ſibi quoque ignoſci poſſe; poſtquam vulgata eſt atrocitas ſupplicii, ſuam quoque noxam pari pœna æſtimatam rati, vocatis rurſus ad arma popularibus, contractiſque, quæ ante habuerant, auxiliis, in Sedetanum agrum, ubi principio defectionis ſtativa habuerant, cum viginti millibus peditum, duobus millibus equitum quingentis,
32 tranſcenderunt. Scipio [2] cum fide ſolvendi pariter omnibus noxiis innoxiiſque ſtipendii, tum vultu ac ſermone in omnes placato, facile reconciliatis militum animis, [3] priuſquam caſtra ab Carthagine moveret, concione advocata, multis verbis in perfidiam rebellantium regulorum invectus, *nequaquam eodem animo ſe ire* profeſſus eſt *ad vindicandum id ſcelus, quo civilem errorem nuper ſanaverit. Tum ſe haud ſecus quam viſcera ſecantem ſua, cum gemitu & lacrimis* [4] *triginta hominum capitibus expiaſſe octo millium ſeu imprudentiam, ſeu noxam: nunc læto & erecto animo ad cædem Illergetum ire. Non enim eos, neque natos in eadem terra, nec ulla ſecum ſocietate junctos eſſe.* [5] *eam, quæ ſola fuerit,*

1 *In fin. ingreſſi*] Vet. lib. *regreſſi*. Sigonius.

2 *Cum fide ſolvendi*] Scripti, *fidei ſolvende*: deinde, *ſtipendium vultu*. Lege: *Scipio cum fide ſolvendo pariter omnibus noxiis innoxiiſque ſtipendio, tum vultu ac ſermone in omnes placato, facile reconciliatis militum animis*. Ut libro 21. *Ibi large partiendo pradam, ſtipendio præterito cum fide exſolvendo*. J. Fr. Gron.

3 *Priuſquam caſtra à Carthag. moveret, --- in perfidiam rebell. regulorum invectus*] Polybius: Ὁ δὲ Πόπλιος συναθροίσας ἅπαντας ἐδίως ἐν αὐτῇ τῇ Καρχηδόνι τοὺς δυνάμεις εἰς ἐκκλησίαν, ἔλεγε περὶ τῶν Ἀνδοβάλου τόλμης, καὶ τῆς εἰς αὐτοὺς ἀδικίας. Sigonius.

4 *Triginta hominum*] Vet. lib. *quinque & triginta*. Recte. Sic enim etiam ante Polyb. Et hujus orationis capita apud Polyb. ſunt. *Idem*.

5 *Eam, quæ ſola fuerit, fidem atque amicitiam*] Put. & cæteri Gallicani Voſſianuſque: *fidei atque amicitiæ*. Egregie. Varii ſunt tituli & formæ ſocietatum inter homines: eſt civitas, eſt conſanguinitas, affinitas, ſacrorum vel publicorum vel familiarium communitas, collegium, eſt etiam fœdus. Cicero in primo de Officiis: *Gradus autem plures ſunt ſocietatis hominum, ut enim ab illa diſtedatur infinitate, propior eſt ejuſdem gentis, nationis, linguæ, qua maxime homines conjunguntur: interius etiam eſt ejuſdem eſſe civitatis. Arctior vero collatio eſt ſocietatis propinquorum: ab illa enim immenſa ſocietate generis humani in exiguum angu-*

d by Google

vit, fidei, atque amicitiæ ipſos per ſcelus rupiſſe. In exercitu ſuo ſe, præterquam quod omnes cives, aut ſocios, Latinique nominis videat, etiam eo moveri, quod nemo fere ſit miles, qui non aut à patruo ſuo Cn. Scipione, qui primus Romani nominis in eam provinciam venerit, aut à patre conſule, aut à ſe ſit ex Italia advectus. Scipionum nomini auſpiciiſque omnes aſſuetos, quos ſecum in patriam ad meritum triumphum deducere velit: quos conſulatum petenti, velut ſi omnium communis agatur honos, affuturos ſperet. [1] *Quod ad expeditionem attineat, quæ inſtet, immemorem eſſe rerum ſuarum geſtarum, qui id bellum ducat. Magonis hercule ſibi, qui extra orbem terrarum in circumfuſam Oceano inſulam cum paucis perfugerit navibus, majorem curam eſſe, quam Illergetum. quippe illic & ducem Carthaginienſem, & quantumcunque Punicum præſidium eſſe: hic latrones, latronumque duces. quibus ut ad populandos finitimorum agros, tectaque urenda, & rapienda pecora aliquâ vis ſit; ita in acie ac ſignis collatis nullam eſſe. magis velocitate ad fugam, quam armis fretos, pugnaturos eſſe. Itaque non quod ullum inde periculum, aut ſemen majoris belli videat, ideo ſe priuſquam provincia decedat, opprimendos Illergetes duxiſſe: ſed primum, ne impunita tam ſcelerata defectio eſſet: deinde, ne quis in provincia ſimul virtute tanta & felicitate perdomita relictus hoſtis dici poſſet. Proinde Deis bene juvantibus ſequerentur, non tam ad bellum gerendum (neque enim cum pari hoſte certamen eſſe) quam ad expetendas ab hominibus ſceleſtis pœnas.* Ab hac oratione dimiſſos, ad iter ſe comparare in diem poſterum jubet, [2] profectuſque decimis caſtris pervenit ad Iberum flu- 33

anguſtumque concluditur. Et quæ ſequuntur prope divina. Mallem vero in citatis verbis nihil movere viros doctos: ita variatio illa magis decere videtur Tullium, quam ut omnia adjectiva ad unum ſubſtantivum referantur. Nam vox quidem, *infinitas*, habetur & 5 Tuſcul. de Democrito: *Ille infinitatem omnem peragrabatur, ut nulla in extremitate conſiſteret.* Sic igitur ait Scipio, ex propioribus illis & præter immenſam illam ſocietatem generis humani nullam Romanis eſſe cum Hiſpanis, niſi quam hi ipſi ruperint, fidei & amicitiæ. *J. Fr. Gron.*

1 *Quod ad expeditionem eam attineat*] Put. & reg. Men. Voſſ. inducto *ea eam*, nec nos id deſideramus, ut libuit Rhenano. *Idem.*

2 *Profectuſque decim. caſtris* &c. *inde ſuperato* &c. *poſuit caſtra*] Polybius:

flumen. Inde ſuperato amni, die quarto in conſpectu hoſtium poſuit caſtra. [1] Campus ante montibus circa ſeptus erat. [2] in eam vallem Scipio quum pecora rapta [3] pleraque ex hoſtium agris, propelli ad irritandam feritatem barbarorum juſſiſſet, velites ſubſidio miſit. à quibus ubi per procurſationem commiſſa pugna eſſet, Lælium cum equitatu impetum ex occulto facere jubet. Mons opportune prominens equitum inſidias texit: nec ulla mora pugnæ facta eſt. Hiſpani in conſpecta procul pecora, velites in Hiſpanos præda occupatos incurrere. Primo miſſilibus territavere: deinde [4] emiſſis levibus telis, quæ irritare magis quam decernere pugnam poterant, gladios nudant & collato [5] pede res cœpta geri eſt: ancepſque pedeſtre certamen erat, niſi equites ſuperveniſſent. neque ex adverſo [6] tantum illati obvios obtrivere, ſed circumvecti etiam quidam per infima clivi, ab tergo ſe, ut pleroſque

καὶ διαχωθεὶς ὅπῃ ἡ ἵππος ποταμὸν διαλαμβάνῃ, καὶ περιωθεὶς τῇ τετάρτῃ καὶ τελευτῶν ἐφεστηκέναι τοῖς ἐναντίοις. *Sigonius.*

1 *Campus autem montibus circumſeptus erat*] Put. & Voſſ. *Campus ante montibus circa ſeptus erat*. Priorem mutationem Gall. omnes alii, poſteriorem reg. & Men. utramque duo Pall. ſtabiliunt. *Ante* intellige à fronte caſtrorum. Lib. 27. *Aſdrubal in tumulum copias recepit, plano campo in ſummo patentem: fluvius ab tergo, ante circaque velut ripa præceps eram ejus aggerem cingebat.* J. Fr. Gron.

2 *In eam vallem Scipio cum pecora rapta*, &c.] Τῶν δ' ἵππων εἰς τὸ προειρημένον αὐλῶνα προσέβαλέ τινα θρίμματα τῶν προπομφῶν τοῦ στρατοπέδου, σωτηρίας ἑτοίμως ἔχειν τοῖς ἱππεῦσι τοῖς Γαΐου, τὰς γεροφομαχίας ἐπὶ τάξιν τοῖς χιλιάρχοις ποιεῖν προσπολεμίζειν. *Sigonius.*

3 *Pleraque ex ipſorum hoſtium agris*] Gallici omnes & Voſſ. abjicium *ipſorum*. J. Fr. Gron.

4 *Miſſis levibus telis*] Redde vocem vetetem *emiſſis*, quo dicendi genere utitur in hac re ſemper Livius. Hanc enim mutavit temere Rhenanus. Idem fecit paulo ante: *Libertatem* enim *agi* parum Latine dici exiſtimavit, *ledi*, autem reponendum cenſuit. Cum tamen Cicero pro lege Manilia dixerit, *Hoc bello agitur populi Rom. gloria, agitur ſalus ſociorum, aguntur certiſſima populi Romani vectigalia, aguntur bona multorum civium.* Sigonius.

Miſſis levib. telis] Idem & Pal. unus, *deinde emiſſis*, ut Sigonius contra Rhenanum. *J. Fr. Gron.*

5 *Pede res capta geri eſt anceſque*] Nihil horum verborum in Put. reg. Men. Voſſ. ſed continenter *collato pedeſtre*. Vide ut iſti Livium pannis ornarint non ſuis. Scribendum erat: *gladios nudant & collato pede acre certamen erat, niſi equites ſuperveniſſent.* Idem.

6 *Tantum obvios obtrivere*] Veter. lib. *neque ex adverſo tantum illati obvios obtrivere.* Sigonius.

rosque intercluderent, objecere: majorque cædes fuit, quam quantam edere levia per excursiones prœlia solent. Ira magis accensa adverso prœlio barbaris est, quam imminuti animi. itaque ne perculsi viderentur, prima luce postero die in aciem processere. Non capiebat omnes copias angusta, sicut ante dictum est, vallis: [1] duæ ferme peditum partes, omnis equitatus in aciem descendit. [2] quod reliquum peditum erat, obliquo constituerunt colle. Scipio pro se et loci angustias ratus; & quod in arcto pugna Romano aptior quam Hispano militi futura videbatur; & quod in eum locum detracta hostium acies esset, qui non omnem multitudinem eorum caperet: novo etiam consilio adjecit animum: equitem nec se posse circumdare cornibus in tam angusto spatio: & hosti, quem cum pedite eduxisset, inutilem fore. Itaque imperat Lælio, ut per colles quam occultissimo itinere circumducat equites, segregetque, quantum possit, equestrem à pedestri pugna. Ipse omnia signa peditum in hostes vertit: quatuor cohortes in fronte statuit, quia latius pandere aciem non poterat. Moram pugnandi nullam fecit, ut ipso certamine averteret ab conspectu transeuntium per colles equitum. neque ante circumductos sensere, quam tumultum equestris pugnæ ab tergo accepere. [3] Ita duo diversa prœlia erant: duæ peditum acies, duo equitatus per longitudinem campi (quia misceri ex genere utroque prœlium angustiæ non patiebantur) pugnabant. Hispanorum, quum neque pedes equiti, nec eques pediti auxilio esset; pedes fiducia equitis

temere

1 *Duæ ferme peditum partes & omnis equitatus*] Spernunt copulativam scripti. *J. Fr. Gron.*

2 *Quod reliquum peditum erat, obliquo constituerunt*] Put. Reg. Men. Pali. Voss. invito Rhenano: *constituerunt*. nempe barbari, qui nominativus non longe præcedit. *Constituerunt* autem est locaverunt, posuerunt, ut alibi noster, Cæsar, Sallustius. Levia sunt, sed à Put. *averteret ab conspectu transeuntium per colles equitum. neque ante circumductos.* Idem.

3 *Ita duo diversa prælia erant*] Libri optimi ejurant *ro diversa*. Idem.

1 Castrâ

temere commiſſus campo cæderetur, eques circumventus nec peditem à fronte (jam enim ſtratæ pedeſtres copiæ erant) nec ab tergo equitem ſuſtineret; & ipſi quum diu in orbem ſeſe ſtantibus equis defendiſſent, ad unum omnes cæſi ſunt: nec quiſquam peditum equitumque ſuperfuit, qui in valle pugnaverunt. Tertia pars, quæ in colle ad ſpectaculum magis tutum quam ad partem pugnæ capeſſendam ſteterat, & locum & tempus ad fugiendum habuit. inter eos & reguli ipſi fugerunt, priuſquam tota circumveniretur acies; inter tumultum elapſi. [1] Caſtra eodem die Hiſpanorum præter reliquam
34 prædam cum tribus ferme millibus hominum capiuntur. Romani ſociique [2] ad mille ducentos eo prœlio ceciderunt: vulnerata amplius tria millia hominum. minus cruenta victoria fuiſſet, ſi patentiore campo, & ad fugam capeſſendam facili foret pugnatum. Indibilis abjectis belli conſiliis, nihil tutius in afflictis rebus experta fide & clementia Scipionis ratus, [3] Mandonium fratrem ad eum mittit: qui advolutus genibus *fatalem rabiem temporis ejus* accuſat, *quum velut contagione quadam peſtifera, non Illergetes modo & Lacetani, ſed caſtra quoque Romana inſanierint. Suam quidem & fratris, & reliquorum popularium eam conditionem eſſe; ut aut, ſi ita videatur, reddam ſpiritum P. Scipioni, ab eodem illo acceptum: aut ſervati bis uni debitam vitam pro eo in perpetuum devoveant. Antea in cauſſa ſua fiduciam ſibi fuiſſe, nondum experta clementia ejus: nunc contra, nullam in cauſſa,*

1 *Caſtra eodem die Hiſpanorum præter reliquam*] Sic MSS. non *eadem die Hiſp. præter cæteram.* J. Fr. Gron.

2 *Ad mille ducentos ceciderunt*] In Salmaſii exemplari editum eſt per notas *ad mille* cc; itaque nihil notat ex Put. Cæterum Cantabrig. aperte *ad mille ducenti*, quod indubie Livii eſt. Vide ad 10, 17. *Jac. Gron.*

3 *Mandonium fratrem ad eum mittit*] Hic habemus, ut videtur, hos duos regulos, quorum toties mentio facta eſt, fratres fuiſſe. Niſi quis putet alium Mandonium eſſe Indibilis fratrem juniorem quempiam: nam alioqui cur non ipſe Indibilis iret deprecatum apud victorem hoſtem, cum Mandonius in eadem eſſet culpa? Quamquam & ea quoque ſubit cauſa, quod Indibilis adverſus Scipionis parentem pugnaverat, unde odii adhuc favilla timeri poterat. *Glareanus.*

Digitized by Google

cauſſa, omnem in miſericordiæ victoris [1] ſpem repoſitam habere. Mos vetuſtus erat Romanis, cum quo nec fœdere nec æquis legibus jungerentur amicitia, non prius imperio in eum tanquam pacatum uti, quam omnia divina humanaque dedidiſſet: obſides accepti, arma adempta, præſidia urbibus impoſita forent. Scipio multis invectus in præſentem Mandonium, abſentemque Indibilem verbis, [2] *illos quidem merito periſſe ipſorum maleficio*, ait: *victuros ſuo atque populi Romani beneficio. Cæterum, ſe neque arma iis adempturum (quippe ea pignora timentium rebellionem eſſe) ſed libera arma relinquere, ſolutoſque metu animos. Neque ſe in obſides innoxios, ſed in ipſos, ſi defecerint, ſæviturum: nec ab inermi, ſed ab armato hoſte pœnas expetiturum. Utramque fortunam expertis permittere ſeſe, utrum propitios, an iratos habere Romanos mallent.* Ita dimiſſus Mandonius; pecunia tantummodo imperata, [3] ex qua ſtipendium militi præſtari poſſet. ipſe Marcio in ulteriorem Hiſpaniam præmiſſo, Silano Tarraconem remiſſo, paucos moratus dies, dum imperatam pecuniam Illergetes pernumerarent, cum expeditis Marcium jam appropinquantem Oceano aſſequitur. Inchoata res jam ante de Maſiniſſa aliis atque aliis de cauſſis dilata erat, quod Numida cum ipſo utique congredi Scipione volebat, atque ejus dextra fidem sancire. 35

1 *Spem repoſitam habere*] Ita ſane non ſemel alibi Livius. Nunc tamen Put. Cantabr. Voſſ. *poſtram*. Et ſic 30, 23. *Scipionem in eo poſitam habuiſſe ſpem pacis.* Et cap. 35. *In quo plurimum ſpei ponerent.* Jac. Gron.

2 *Illos quidem merito perituros fuiſſe*] Omnis vetus lectio: *periſſe ipſorum.* Dixerat Rhenanus: Fortaſſis etiam legi poſſet: *perituros fuiſſe.* Id continuo neſcio quis in contextum, & prope ſeculum per libros regnare paſſi ſunt editores. Exſpecto, ut quum apud comicos legitur: *Perii, occidi, nullus ſum:* veniat, qui fortaſſis etiam legi poſſe cenſeat: *peribo, occidam, nullus ero.* Quomodo autem hic ferat, quod apud Ciceronem ſecundo de Divinatione dicitur, *Avem incluſam cavea, & fame enectam in offam pultis invadere?* Quomodo apud Petronium: *Æque laſſus ac moricus Aſcyltos?* J. Fr. Gron.

3 *Ex qua ſtipendium militi præſtari poſſet*] Put. reg. Men. Pal. Voſſ. *ex qua præſidium militi.* Forte legendum: *ex qua reſiduum militi præſtari poſſet.* Nemo non intelligit ſtipendium ſubaudiri: & *reſiduas pecunias* alibi noſter: notaque ſunt *reſidua* juriſconſultorum. *Idem.*

cire. ea tum itineris [1] tam longi ac tam devii cauſſa Scipioni fuit. Maſiniſſa quum Gadibus eſſet certior adventare eum à Marcio factus, cauſſando corrumpi equos incluſos in inſula, penuriamque omnium rerum & facere cæteris, & ipſos ſentire; ad hoc equitem marceſcere deſidia; Magonem perpulit, ut ſe trajicere in continentem ad depopulandos proximos Hiſpanos agros pateretur. Tranſgreſſus, tres principes Numidarum præmittit, ad tempus locumque colloquio ſtatuendum: duos pro obſidibus retineri à Scipione jubet. remiſſo tertio, qui, quo juſſus erat, adduceret Maſiniſſam; cum paucis in colloquium venerunt. Ceperat jam ante Numidam ex fama rerum geſtarum admiratio viri: ſubſtitueratque animo ſpeciem quoque corporis amplam ac magnificam. cæterum major præſentis veneratio cepit; & præterquam quod ſuapte natura multa majeſtas inerat, adornabat promiſſa cæſaries habituſque corporis, non cultus munditiis, [2] ſed virilis vere ac militaris, & ætas in medio virium robore, quod plenius nitidiuſque ex morbo velut renovatus flos juventæ faciebat. Prope attonitus ipſo congreſſu Numida, *gratias de fratris filio remiſſo agit. Ex eo tempore* affirmat, *eam ſe quæſiſſe occaſionem, quam tandem oblatam Deum immortalium beneficio non omiſerit. Cupere ſe illi populoque Romano operam navare. ita, ut nemo unus externus magis enixe adjuverit rem Romanam. Id ſe, etiamſi jampridem vellet, minus præſtare in Hiſpania, terra aliena atque ignota potuiſſe: in qua autem genitus educatuſque in ſpem paterni regni eſſet, facile præſtaturum. Siquidem eundem Scipionem ducem*

in

1 *Tam longi ac tam devii*] Put. & veteres ſcripti omnes *ac tantum devii*. Videntur ſpreviſſe, qui hac loquutione non utebantur, niſi addita particula *in*. Sed reviſe ad 26, 31. *Jac. Gron.*

2 *Sed viril. vere ac militar.*] Veter. lib. *ſed virilu, ac vere militaris*. Sigon. *Ac vere militaris*] Put. reg. duo Pall. *ſed virilis vere ac militaris*. Statim Put. & Men. carent *ni*. *erat*. Et ſine eo integra oratio eſt: *adornabat promiſſa cæſaries, habituſque corporis non cultus munditiis, ſed virilis vere ac militaris, & ætas in medio virium robore*. J. Fr. Gronovius.

3 Cum

in Africam mittant Romani, ſatis ſperare perbrevis ævi Carthaginem eſſe. Lætus eum Scipio vidit audivitque; quum caput rerum in omni hoſtium equitatu Maſiniſſam fuiſſe ſciret, & ipſe juvenis ſpecimen animi præ ſe ferret. Fide data acceptaque, profectus retro Tarraconem eſt. Maſiniſſa permiſſu Romanorum ne ſine cauſſa trajeciſſe in continentem videretur; populatus proximos agros, Gades rediit. Magoni deſperatis in Hiſpania rebus, in quarum ſpem ſeditio primum militaris, deinde defectio Indibilis animos ejus ſuſtulerant, paranti trajicere in Africam, nunciatum ab Carthagine eſt, jubere ſenatum, ut claſſem quam Gadibus haberet, in Italiam trajiceret: [1] conducta ibi Gallorum ac Ligurum quanta maxima poſſet juventute, conjungeret ſe Annibali: neu ſeneſcere bellum maximo impetu, majore fortuna cœptum ſineret. Ad eam rem & à Carthagine pecunia Magoni advecta eſt: & ipſe quantam potuit, à Gaditanis exegit: non ærario modo eorum, ſed etiam templis ſpoliatis & privatim omnibus coactis aurum argentumque in publicum conferre. Quum præterveheretur Hiſpaniæ oram, haud procul Carthagine Nova expoſitis in terram militibus, proximos depopulatus agros, inde ad urbem claſſem appulit. ibi quum interdiu milites in navibus tenuiſſet, nocte in littus expoſitos ad partem eam muri, qua capta Carthago ab Romanis fuerat, ducit: nec præſidio ſatis valido urbem teneri ratus, & aliquos oppidanorum ad ſpem novandi res aliquid moturos. Cæterum nuncii ex agris trepidi, ſimul populationem agreſtiumque fugam & hoſtium adventum attulerant: & viſa interdiu claſſis erat, nec ſine cauſſa electam ante urbem ſtationem apparebat. itaque inſtructi armatique, intra portam, ad ſtagnum ac mare verſam, continebantur. Ubi [2] effuſi hoſtes, 36

[1] *Conductaque ibi Gallorum ac Ligurum*] Copulativa prior in Gallicanis omnib. & Voſſ. deſideratur. *J. Fr. Gro.*

[2] *Effuſi hoſtes, miſta inter milites navali*

ſtes, mixta inter milites navalis turba, ad muros tumultu majore quam vi ſubierunt, patefacta repente porta, Romani cum clamore erumpunt: turbatoſque hoſtes, & ad primum incurſum conjectumque telorum averſos, uſque ad littus cum multa cæde perſequuntur. nec niſi naves littori appulſæ trepidos accepiſſent, ſuperfuiſſet [1] pugnæ aut fugæ quiſquam. In ipſis quoque trepidatum navibus eſt, dum ne hoſtes cum ſuis ſimul irrumperent, [2] trahunt ſcalas oraſque, & anchoras, ne in moliendo mora eſſet, præcidunt. multique adnantes navibus, [3] incerto præ tenebris quid aut peterent aut vitarent, fœde interierunt. Poſtero die quum claſſis inde retro ad Oceanum, unde venerat, fugiſſet, [4] ad octingenti homines [5] cæſi inter murum littuſque, & [6] ad duo millia armorum in-
37 venta. Mago quum Gadeis repetiſſet, [7] excluſus inde ad Cimbim (haud procul à Gadibus is locus abeſt) claſſe appulſa, mittendis legatis, querendoque quod portæ ſibi ſocio atque amico clauſæ forent, [8] purgantibus iis, multitudinis concurſu factum, infeſtæ ob direpta quædam abs conſcendentibus naves militibus, ad colloquium Suf-

navali turba] Omnes, *mixta inter milites navalis turba*. Recte per epexegeſin. *J. Fr. Gron.*

1 *Pugna ac fuga quiſquam*] Put. Men. Voſſ. *pugnæ aut fugæ*. Idem.

2 *Trah. ſcalas, oraſque, & anchoras*] Vet. lib. *trahunt ſcalas, ponteſque, & anchoras*. Suſpicor ne utraque vox retinenda ſit hoc modo: *trahunt ſcalas, ponteſque, oraſque & anchoras præcidunt*. De funibus enim aptius dicitur, *præcidi*, quam *trahi*, ut Virgil. *Tacitique incidere funem*. Sigonius.

3 *Incerto præ ten.*] Vet. lib. *incerti*. Idem.

Incerti præ tenebris] Sic male Sigonius. Put. clare, *incerto*, ut edebatur. Alii, *incertos*. J. Fr. Gron.

4 *Ad octingentos*] Scripti, *ad octingenti*. Vide ad 10, 17. *Idem.*

5 *Cæſi inter murum littuſque ad duo*] Omnes: *cæſi inter murum littuſque, & ad duo millia*. Idem.

6 *Ad d. m. armatorum inv.*] *Armorum* habent libri, quos ipſe legi, & quos ſe legiſſe Rhenanus profitetur. *Sigonius.*

7 *Excluſus inde ad Cimbin*] MSS. fere, *Cimbros*. Lipſius *Ambros*, ut Voſſianus. Put. *Cimbios*. J. Fr. Gron.

Excluſus inde ad Cimbim] Liber optimus *Cimbios*. Lege: *Cunos*. Pomponius Mela l. 3 cap. 1. *Ana proximum, quia lata ſede procurrens, paulatim ſe ac ſua latera faſtigat, Cuneus ager dicitur*. Alii *Cyneſios*: & *Cyneres* appellant. *Iſ. Voſſius.*

8 *Purgantibus concurſu multitudinis f.*] Veter. libr. *purgantibus iis*. Sigonius.

1 *Tra-*

Suffetes eorum, qui ſummus Pœnis eſt magiſtratus, cum quæſtore elicuit, laceratoſque verberibus cruci affigi juſſit: inde navibus ad Pityuſam inſulam, centum millia ferme à continenti (Pœni tum eam incolebant) [1] trajecit: itaque claſſis bona cum pace accepta eſt, nec commeatus modo benigne præbiti, ſed in ſupplementum claſſis juventus armaque data. quorum fiducia Pœnus in Baleares inſulas (quinquaginta inde millia abſunt) tranſmiſit. Duæ ſunt Baleares, major altera atque opulentior armis viriſque: & portum habet, [2] ubi commode hibernaturum ſe (& jam extremum autumni erat) credebat. cæterum haud ſecus quam ſi Romani eam inſulam incolerent, hoſtiliter claſſi occurſum eſt. Fundis ut nunc plurimum, ita tunc ſolo eo telo utebantur. nec quiſquam alterius gentis unus tantum ea arte, quantum [3] inter alios omnes Baleares excellunt. itaque tanta vis lapidum creberrimæ grandinis modo in propinquantem jam terræ claſſem effuſa eſt, ut intrare portum non auſi, averterent in altum naves. In minorem inde Balearium inſulam trajecerunt, fertilem agro; [4] viris, armiſque haud æque validam. Itaque egreſſi navibus, ſupra portum loco munito caſtra locant: ac ſine certamine urbe agroque potiti, duobus millibus auxiliarium inde conſcriptis, miſſiſque Carthaginem ad hibernandum, naves ſubduxerunt. Poſt Magonis ab Oceani ora diſceſſum, Gaditani Romanis deduntur. Hæc in Hiſpania 38
P. Scipionis ductu auſpicioque geſta. Ipſe L. Lentulo & L. Man-

1 *Trajecit: itaque claſſis bona cum pace accepta eſt*] Arguunt larcinatorum manum ſcripti. Put. *incolebant precitaque accepta eſt.* Nihil medii. Manus ſecunda prioti t ſupraſcripſerat *p.* & πῖς qu τὸτ. inde Men. & reg. *precipitate.* Scribe: *incolebant*) *trajecit, ibique acceptus eſt.* J. Fr. Gron.

2 *Ubi commode hibernaturum ſe cenſebat*] Omnes Gall. duoque Pall. & Voſſ. *credebat*, quod arcuit Rhenanus. *Idem.*

3 *Inter alios omnes Baleares excellunt*] Forte, *alias.* Ut intelligas, gentes. *Id.*

4 *Viris armis*] Vet. lib. *viris armiſque.* Sigon.

Viris armiſque haud aque] Put. reg. Men. Voſſ. Pal. unus: *viris, armis, haud aque validam:* omiſſa copulativa. *J. Fr. Gron.*

L. Manlio Acidino provincia tradita, decem navibus Romam rediit. & ſenatu extra urbem dato in æde Bellonæ, quas res in Hiſpania geſſiſſet, diſſeruit: quoties ſignis collatis dimicaſſet, quot oppida ex hoſtibus vi cepiſſet, quas gentes in ditionem populi Romani redegiſſet. adverſus quatuor ſe imperatores, quatuor [1] victores exercitus in Hiſpaniam iſſe: neminem Carthaginienſem in iis terris reliquiſſe. Ob has res geſtas magis tentata eſt triumphi ſpes, quam petita pertinaciter: [2] quia neminem

1 *Victores exercitus in Hiſpaniam iuiſſe*] Put. reg. Men. Pal. *iſſe*. Alii alludentes *eſſe*. J. Fr. Gron.

2 *Quia neminem ad eum diem triumphaſſe, qui ſine magiſtratu res geſſiſſet, conſtabat*] Obtemperandum hoc loco Glareano videtur, ut & hunc & alios locos, quibus Livius proconſulatum magiſtratum eſſe negat, attente conſideremus. Quod eo libentius faciemus, quod id non ſine ſummo eorum, qui Romanæ antiquitatis ſtudio tenentur, fructu faciemus. Eſt igitur intelligendum magiſtratus omnes cum poteſtate fuiſſe, cum imperio vero non nili eos, quibus nominatim mandatum eſſet imperium. auctore enim Feſto, *cum poteſtate eſſe dicebatur ille, qui alicui negotio præfectus eſſet: cum imperio, cui nominatim delatum imperium eſſet. Mandabatur autem imperium his dumtaxat magiſtratibus, cum a ſua Reipublicæ poſtulabat, dictatori, conſuli, prætori.* Erat autem imperium rei militaris adminiſtrandæ facultas. Quare Cicero dixit in Philipp. 5. *Demus imperium C. Cæſari, ſine quo res militaris adminiſtrari non poteſt.* Neque vero eodem tempore mandabatur magiſtratus, & imperium, neque iiſdem comitiis. nam magiſtratus primum, deinde provincia cum imperio deferebatur, & magiſtratus quidem, ut conſulatus ac prætura, centuriatis comitiis, imperium vero curiatis. Sic enim Livius lib. 5. *Comitia curiata, quæ rem militarem continent, centuriata quibus conſules, tribunoſque militum creatu.* Et libro 9. *Et legem curiatam de imperio ferenti triſte omen diem diſſidit, quod Faucia curia fuit principium duabus inſignis cladibus.* Et Cic. ad Appium: *Appius dixit, ſeſe, ſi licitum eſſet, legem curiatam ferre, ſortiturum eſſe cum collega provincias, ſi lex curiata non eſſet, ſe comparaturum cum collega, ſibique ſucceſſurum: legem curiatam conſuli ferre opus eſſe, neceſſe non eſſe: ſe quoniam ex S. C. provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in urbem introiſſet.* Libro tamen 26 ait Livius: *Juſſi deinde in ære ſuffragium ad unum omnes non centuria modo, ſed etiam homines P. Scipioni imperium eſſe in Hiſpaniam juſſerunt.* Atque hæc quidem ita. Inſtitutum eſt etiam, ut conſulibus & prætoribus poſtquam magiſtratu abiiſſent prorogaretur, ſi tempora Reipubl. poſcerent, imperium, iique pro conſulibus, & pro prætoribus rem gererent. Qui primus procos. rem geſſerit prorogato ex conſulatu imperio Q. Publilius Philo fuit, qui idem etiam primus procos. triumphavit, ut Livius lib. 8 eſt auctor. Q. autem Valerium Faltonem proprætorem, primum ex Sicilia triumphaſſe invenio in Triumphis Capitolinis. eundem vero prætorem etiam rem in Sicilia geſſiſſe ſcribit Valerius de Jure triumphandi. Fieri autem poterat ut ex prætura pro conſule mitteretur, id eſt, cum imperio conſulari, & cum duo-

nem ad eam diem triumphasse, qui sine magistratu res gessis-

duodecim fascibus, ut Cos. non VI, ut prætor, ut L. Æmilius ex Plut. & L. Gellius, primo de Legib. Cicero. Adde quod imperium etiam privatis extra ordinem mandatum est, quibus autem mandatum erat, ii pariter procos. & proprær. rem gesserunt. Primus, cui mandatum est hoc modo, T. Quintius fuit, de quo Livius libro 3 scribit: *Visum est pro consule T. Quintium subsidio castra cum sociali exercitu mitti.* Pariter P. Scipio in Hispaniam privatus cum imperio missus est, atque alii quidam post eum, donec eo prætores cum imperio mitti cœpti sunt. Item Octavius, de quo XI Philip. Cicero: *Imperium Cæsari extraordinarium mea sententia dedi.* nam proprætor ut esset, decreverat. Ex his intelligi potest, proconsules, aut proprætores, vel si cum prorogato ex magistratu, vel si cum extraordinario essent imperio, sine magistratu fuisse, quod item ex Cicerone libro 2 de Divinat. confirmatur: *Bellicam rem administrari majores nostri nisi auspicato noluerunt; quam multi anni sunt, cum bella à proprætoribus & proconsulibus administrantur, qui auspicia non habent!* Neque enim nisi magistratus habebant auspicia vel majora, si majores, vel minora, si minores essent. Quia vero hactenus triumphus non erat decretus iis, qui privati extra ordinem rem gessissent, propterea P. Scipioni ex Hispania non est decretus. Primus L. Lentulus ex his, ut ovans urbem iniret, obtinuit. post Pompeius etiam de Mithridate triumphavit. De L. autem Lentulo sic Livius libro 31. *Res triumpho dignas esse censebat senatui, sed exemplum à majoribus non accepisse, ut qui neque Dictator, neque consul, neque prætor res gessisset, triumpharet. Pro consule illum Hispaniam, non consulem aut prætorem obtinuisse. decurrebatur tamen eo, ut ovans urbem iniret, intercedente T. Sempronio Longo tribuno plebis, qui nihil magis id more majorum, aut ullo exemplo futurum dicebat: postremo victus consensu patrum triumphus cessit. Et ex SC. L. Lentulus ovans urbem ingressus est.* Eadem ratione Quæstori aliquando imperium datum est, ut ait Sallustius in Catil. *Postea Piso in citeriorem Hispaniam quæstor pro prætore missus est adnitente Crasso.* Postremo institutum est etiam, ut quotannis consulares, & prætoriæ provinciæ decernerentur, in quas consules aut prætores post magistratum accepto imperio mitterentur, (quemadmodum ex oratione de proconsulibus intelligi potest) iidemque pariter proconsules, & prætores dicerentur. Factum est autem, ut aut proxime postquam magistratu abiissent, aut aliquot annis interpositis, in provincias irent. Si autem subito ibant, ut P. Lentulus in Ciliciam, tum ordinario imperio utebantur, si spatio annorum interposito, ut in eandem Cicero, extraordinario. Itaque ipse de semetipso ait ad Attic. libro 9. *Faciam ut summa modestia & summa abstinentia munus hoc extraordinarium tralucamus.* Idem de proprætoribus etiam judicandum est. Quod Cœlius ad Ciceronem docet his verbis: *Senatui placere in Ciliciam provinciam, inque reliquas esse provincias, quas prætorii pro prætore obtinuerunt, eos qui prætores fuerunt, neque in provincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex SC. cum imperio in provincias mitti oporteret, eos sortito in provincias mitti oportere.* Ne autem mendum esse librorum quis putet, animadvertere oportet, *prætorem* sæpe pro *proprætore* poni, ut C. Verres Siciliæ prætor, id est, cum prætorio imperio, postquam prætor urbanus fuerat. Item, *prætorem* pro *proconsule*, ut C. Cæsar Galliæ prætor, P. Rupilius Siciliæ, in quas provincias ex consulatu missi sunt. Item, *consulem* pro *proconsule*. ut cum ait Livius: *P. Scipionem consulem in Africa bellum*

geſſiſſet, conſtabat. Senatu miſſo, urbem eſt ingreſſus argentique præ ſe in ærarium tulit [1] quatuordecim millia pondo CCCXLII, & ſignati argenti magnum numerum. Comitia inde creandis conſulibus habuit L. Veturius Philo: centuriæque omnes ingenti favore P. Scipionem conſulem dixerunt. collega additur ei P. Licinius Craſſus pontifex maximus. Cæterum comitia majore, quam ulla per id bellum celebrata frequentia, proditum memoriæ eſt. Convenerant undique non ſuffragandi modo, ſed etiam ſpectandi cauſſa P. Scipionis. concurrebantque & domum frequentes, & in Capitolium ad immolantem eum, quum centum bobus votis in Hiſpania Jovi ſacrificaret: [2] ſpondebantque animis, ſicut C. Lutatius ſuperius bellum Punicum finiſſet, ita id quod inſtaret, P. Cornelium finiturum. atque ut Hiſpania omni

geſſiſſe, & alia ejuſmodi, cum tamen Scipio in Africam poſt conſulatum venerit prorogato conſulari imperio. Hæc etſi magna exemplorum confirmare copia poteram, ſuperſedendum iis mihi tamen eſſe duxi, ut de iis ſuo cujuſque loco agerem, & dubitanti Glareano reſponderem, ut cum paulo poſt ait: *Conſules cum exercitu in Hiſpaniam miſiſtis*, P. & Cn. Scipiones intelligens, quorum neuter conſul in Hiſpaniam profectus eſt, ſed tamen cum conſulari imperio. *Sigonius.*

Sine magiſtratu] Nota neminem ad eam diem triumphaſſe, qui ſine magiſtratu rem geſſiſſet. Scipio proconſul in Hiſpania rem geſſerat, ut hoc libro alibique ſupra teſtatur Livius. Id vero imperium erat, non magiſtratus. Unde cum apud Livium toties occurrit Coss. prorogatum in annum imperium eſt, id non de magiſtratu intelligendum eſt. Quid ſit magiſtratus populi Rom. vide Cujacium ad legem de Origine juris. Sed & ex pag. 574 infra hic locus maxime illuſtratur. Quod enim hic *ſine magiſtratu* ibi dicitur *qui neque dictator neque conſul neque prætor.* Vide & lib. 31 cap. 48. Proconſul autem in urbe imperium non habet pag. 436. Cicero 2 de Divinat. docet procoss. & proprætt. auſpicia non habuiſſe. Procoss. ergo magiſtratus non ſunt, ſed pro magiſtratibus, ut ait vetus auctor apud Sigonium 2 de Civ. Rom. & in lege Thoria. *Henricus Valeſius.*

1 *Quatuord. millia ponda* CCCXLII] Put. *decem quatuor:* dein, *trecentum quadraginta duo.* J. Fr. Gron.

2 *Deſpondebantque animis, ſicut C. Lutatius*] Ab Rhenano eſt, nec ignoro quod lib. 4 habetur: *Plebem ſecum trahere, haud dubium conſulatum ſpe ac favore deſpondentem.* Cicero ad Caſſium: *Exigua eſt ſpes reipublicæ: ſed quæcunque eſt, ea deſponetur anno conſulatus tui.* Tamen quia plures & imprimis Put. *ſpondebantque*, veterem lectionem reſtitui. Juſtinus lib. 7. *Propter ingenium ipſius, quod magnum ſpondebat virum.* Idem.

1 L. Æm.

omni Pœnos expuliſſet, ſic Italia pulſurum eſſe: Africamque ei, perinde ac debellatum in Italia foret, provinciam deſtinabant. Prætoria inde comitia habita. creati duo, qui tum ædiles plebis erant, Sp. Lucretius & Cn. Octavius, & ex privatis, Cn. Servilius Cæpio, & [1] L. Æmilius Papus. Quartodecimo anno Punici belli P. Cornelius Scipio & P. Licinius Craſſus [2] ut conſulatum inierunt, nominatæ conſulibus provinciæ ſunt, Sicilia Scipioni extra ſortem, concedente collega, quia cura ſacrorum pontificem maximum in Italia retinebat; Bruttii Craſſo, Tum prætoriæ provinciæ in ſortem conjectæ. urbana Cn. Servilio obtigit: Ariminum (ita Galliam appellabant) Sp. Lucretio: Sicilia L. Æmilio: Cn. Octavio Sardinia. Senatus in Capitolio habitus. ibi referente P. Scipione, ſenatuſconſultum factum eſt, ut quos ludos inter ſeditionem militarem in Hiſpania voviſſet, ex ea pecunia, quam ipſe in ærarium detuliſſet, faceret. Tum Saguntinorum legatos in ſenatum introduxit. Ex 39
eis maximus natu: *Eſt nihil ultra malorum eſt, Patres conſcripti, quam quod paſſi ſumus, ut ad ultimum fidem vobis præſtaremus; tamen ea veſtra merita, imperatorumque veſtrorum erga nos fuerunt, ut nos cladium noſtrarum non pœniteat. Bellum propter nos ſuſcepiſtis: ſuſceptum quartum decimum annum tam pertinaciter geritis, ut ſæpe ad ultimum diſcrimen & ipſi veneritis, & populum Carthaginienſem adduxeritis. Quum in Italia tam atrox bellum & Annibalem hoſtem haberetis,* [3] *conſules cum exercitu in Hiſpaniam, velut ad colligendas reliquias naufragii noſtri miſiſtis. P. & Cn. Cornelii, ex quo in provinciam vene-*

1 *L. Æm. Tappus*] *L. Æmilius Tapus* ex Capitolinis tabulis. *Sigon.*

2 *Ut conſulatum inierunt, nominatæ*] Non paruimus Rhenano delenti particulam *ut* mutantique diſtinctionem: nam omnes Gall. noſtri unuſque Pal. ſtant pro particula tenenda. *J. Fr. Gron.*

3 *Conſules cum exercitu in Hiſpaniam miſiſtis*] Quoniam capto Sagunto nemo conſul in Hiſpaniam miſſus eſt, qui autem miſſi ſunt pro conſulibus miſſi ſunt, propterea videndum eſt, an *conſules* accipiat pro iis, qui cum conſulari imperio ſint. *Sigonius.*

venerunt, nullo tempore destiterunt, quæ nobis secunda, quæque adversa hostibus nostris essent, facere. Jam omnium primum oppidum nobis restituerunt: per omnem Hispaniam cives nostros venundatos, dimissis qui conquirerent, ex servitute in libertatem restituerunt. Quum jam prope esset, ut optabilem ex miserrima fortunam haberemus; P. & Cn. Cornelii imperatores vestri [1] *luctuosius nobis prope quam vobis perierunt. Tum vero ad hoc retracti ex distantibus locis in sedem antiquam videbamur, ut iterum periremus, & alterum excidium patriæ videremus. nec ad perniciem nostram Carthaginiensi utique aut duce aut exercitu opus esse:* [2] *ab Turdulis nos veterrimis hostibus, qui prioris quoque excidii caussa nobis fuerant, exstingui posse. quum ex inspe-rato repente misistis nobis P. hunc Scipionem: quem, fortunatissimi omnium Saguntinorum videmur, quia consulem declaratum* [3] *videmus, ac vidisse nos civibus nostris renunciaturi sumus, spem omnem salutemque nostram. qui quum plurimas hostium vestrorum cepisset in Hispania urbes, ubique* [4] *ex captivorum numero extretos Saguntinos in patriam remisit. postremo Turdetaniam, adeo infestam nobis, ut illa gente incolumi stare Saguntum non posset, ita bello afflixit, ut non modo nobis, (absit verbo invidia).* [5] *ne posteris quidem timenda nostris esset. Deletam urbem*

1 *Luctuosius prope nobis quam vobis perierunt*] Put. reg. Men. *luctuosius quoque nobis quam.* J. Fr. Gron.

2 *Ab Turdetanis veterrimis hostibus*] Put. reg. Men. Voss. *ab Turoilisnos veterr.* Scribe: *ab Turdulis nos veterrimis hostibus, qui prioris quoque excidii caussa nobis fuerant, extingui posse.* Nam & sic hi populi appellantur. Varro lib. 1 de re Rust. 10. *Non omnis apta natio ad pecuariam, quod neque Basculus neque Turdulus idonei; Galli appositissimi.* Idem.

3 *Vidimus, ac vidisse nos civibus nostris renuntiaturi sumus, spem, opem, salutem, nostram*] Optimi cum Andrea Aldinaque: *videmus:* dein omnes Gall. duoque Pall. & Voss. *spem omnem salutemque nostram.* Idem.

4 *Ex captivor. num. excerptos*] Vet. lib. *excretos.* Sigonius. *Excerptos Saguntinos*] Omnes Gall. Barbetin. melioresque Flor. & Pal. cum Sigoniano: *excretos Saguntinos.* Quid veriti sunt admittere? Nostet lib. 9. *Omnem forensem turbam excretam in quatuor tribus conjecit.* Virgilius 1 Georg. *Multi etiam excretos prohibent à matribus hædos.* Gratius Cynegetico: *Jamque inde excernere parvos.* Columella: *Excreta tritici, & furfures à farina modice excreti.* Curtius lib. 10. *Cæterum priusquam excerneret, quos erat retenturus, edixit, ut omnes milites as alienum profiterentur.* Ita Modius ex MSS. & vellem non id fastidisset postrema editio. J. Fr. Gron.

5 *Sed ne posteris quidem*] Omnes Gall. Voss. optimusque è Pall. *ut non modo*

bem cernimus eorum, quorum in gratiam Saguntum deleverat Annibal. vectigal ex agro eorum capimus, quod nobis [1] *non fructu jucundius est, quam ultione. Ob hæc, quibus majora neque sperare, neque optare ab Diis immortalibus poteramus, gratias actum nos decem legatos Saguntinus senatus populusque ad vos misit: simul gratulatum, quod* [2] *ita res hos annos in Hispania atque Italia gessistis, ut Hispaniam non Ibero amne tenus, sed* [3] *qua terrarum ultimas finit Oceanus, domitam armis habeatis: Italiæ, nisi quatenus vallum castrorum cingit, nihil relinquatis Pœno. Jovi Optimo Maximo, præsidi Capitolinæ arcis, non grates tantum ob hæc agere jussi sumus, sed donum hoc etiam,* [4] *si vos permitteretis, coronam auream in Capitolium victoriæ ergo ferre. Id uti permittatis, quæsumus. utique,* [5] *si vobis ita videtur, quæ nobis imperatores vestri commoda tribuerunt, ea rata*

modo nobis, (absit verbo invidia) ne posteris quidem nostris timenda esset: resecto *tu sed*, quod mihi quoque eleganter abesse videtur. Sic in Statio lib. 6 Thebaidos: *Solis abjecit in arvis Non regem dominumve, alienos impia partus.* Sensus enim est: abjecit in desertis locis, non dico, regem, vel dominum, sed vel alienos partus: & hoc satis impium est. Martialis lib. 7 Epigr. 51. *Major me tanto reverentia turbat, & aures Non auditoris, judicis esse puto.* J. Fr. Gron.

1 *Non fructu jucundius*] Omnes Gall. & Voss. *quod nobis non tam fructu jucundius est quam ultione.* Lege: *non jam fructu.* Idem.

2 *Ita res per hos annos in Italia atque Hispania*] Idem omnes: *quod ita res hos annos in Hispania atque Italia gessistis.* Certe τὸ *per* quod è vulgata excludunt, gratius est subintellectum quam adscriptum hic quidem. Lib. 10, 21. *Justitium remittitur, quod fuerat dies decem & octo.* Sic MSS. nam vulgo ab Sigonio est: *per dies.* Idem.

3 *Qua terrar. ultimus finis Ocean.*] Vet. lib. *ultima finis*, ut Virgilius: *Hæc finis Priami.* Sigonius.

Qua terrarum ultimas finit Oceanus] Verba Rhenani: Hic se exercuit sciolus aliquis. Livius scripsit, quemadmodum attestatur archetypon Spirense: *Qua terrarum ultimus finis Oceanus.* Subauditur, *est.* Deinde: ô castigatorem! Sigonius producit è suo, *ultima finis.* Ut Virgilius: *Hæc finis Priamidarum.* Absit, ut tantos viros tam indigno nomine traducam: sed profecto hac parte istorum, quos vocat Rhenanus, sciolorum magis quam bonorum castigatorum operam ediderunt. Put. omnesque Gallici, optimus Pal. duoque Flor. cum Barberino & Voss. obtinent, quod sustulit Beatus: *qua terrarum ultimas finit Oceanus.* Omnes autem omnino *finit.* Pudet pigetque huic rei tot verba impendi. Lib. 27. *Et ipsum intervallum loci, quod in ultimis terrarum oris alterum bellum gereretur, spatium dedisse ad respirandum.* J. Fr. Gron.

4 *Si nos permitt.*] Veter. lib. *si vos permitteretis.* Sigonius.

5 *Si vobis ita videtur*] Put. & omnes Gall. *utique si vobis ita videretur.* quod flagitat Latinitas, non secus ac *si vos permitteretis*, quod præcessit. *J. Fr. Gron.*

1 *Non-*

ta atque perpetuâ auctoritate veſtra faciatis. Senatus legatis Saguntinis reſpondit, *Et dirutum & reſtitutum Saguntum fidei Socialis utrimque ſervatæ documentum omnibus gentibus fore. Suos imperatores, recte & ordine, & ex voluntate ſenatus feciſſe, quod Saguntum reſtituerint, civeſque Saguntinos ſervitio exemerint: quæque alia eis benigne fecerint, ea ſenatum ita voluiſſe fieri. donum permittere ut in Capitolio ponerent.* Locus inde lautiaque legatis præberi juſſa, & [1] muneris ergo in ſingulos dari ne minus dena millia æris. Legationes [2] deinde cæteræ in ſenatum introductæ, auditæque. Et petentibus Saguntinis, ut quatenus tuto poſſent, Italiam ſpectatum irent: duces dati, literæque per oppida miſſæ, ut Hiſpanos comiter acciperent. Tum de republica, de exercitibus ſcribendis, de provinciis, relatum. Quum Africam novam provinciam extra ſortem P. Scipioni deſtinari, homines fama ferrent, & ipſe nulla jam modica gloria contentus; non ad gerendum modo bellum, ſed ad finiendum diceret ſe conſulem declaratum eſſe, [3] *neque aliter id fieri poſſe, quam ſi ipſe in Africam exercitum tranſportaſſet, & acturum ſe id per populum aperte ferret, ſi ſenatus adverſaretur,* [4] id conſilium haudquaquam primoribus Patrum cum placeret, cæterique per metum aut

1 *Muneris ergo in ſingulos dari ne minus*] Quatuor verba: *ergo in ſingulos dari*: expellit Men. & Voſſ. tria, *ergo in ſingulos*, Put. regiuſque: neque his certe opus eſt ad ſenſum integrandum. nam *dena* diſpertitivum eſt, ut ſupra annotatum eſt. *J. Fr. Gron.*

2. *Deinde cætera in ſenatum introducta auditaque*] Omnes Gallicani & Voſſ. abjurant, *in ſenatum introducta.* Et videntur ex alio loco ſumptum interpoſuiſſe, quum ſenſus conſtet, modo deleas particulam *que* ſæpe in optimo libro ſupervacuam. *Idem.*

3 *Neque aliter finiri id poſſe*] Et hoc eſt Beati. Omnes autem Gall. duo Pall. Voſſ. *neque aliter id fieri poſſe.* Lib. 37. *Omnes liberari urbes. id aliter fieri non poſſe, quam ut eis Taurum montem poſſeſſione Aſia Antiochus cedat.* Idem.

4 *Idque conſilium haudquaquam primoribus Patrum placeret*] Put. reg. & Voſſ. *id conſilium haudquaquam primoribus Patrum cum placeret.* Nec diſſentiunt cæteri Gallici optimuſque Pall. & Voſſ. niſi quod oggerunt, *complaceret.* Illam lectionem judico eſſe ſinceram. Etſi enim pendeat oratio ab illo: *Quum Africam novam provinciam*; tamen id tanto ante præceſſit, ut non inelegantter illud *quum* repetatur. Et confirmant, quæ ſuperius de particulæ *ut* iteratione diximus. *Idem.*

aut ambitionem muſſarent; Q. Fabius Maximus rogatus ſententiam; *Scio*, inquit, *multis veſtrum videri, Patres conſcripti, rem actam hodierno die agi, & fruſtra habiturum orationem, qui tamquam de integra re, de Africa provincia, ſententiam dixerit. Ego autem primum illud ignoro, quemadmodum jam certa provincia Africa conſulis viri fortis ac ſtrenui ſit, quam nec ſenatus cenſuit in hunc annum provinciam eſſe, nec populus juſſit. deinde, ſi eſt, conſulem peccare arbitror, qui de re tranſacta ſimulando ſe referre, ſenatum ludibrio habet: [1] non ſenatorem modo, qui de quo conſulitur, ſuo loco dicit ſententiam. Atque ego certum habeo, diſſentienti mihi ab iſta feſtinatione in Africam trajiciendi, duarum rerum [2] ſubeundam opinionem eſſe; unius, [3] inſitæ ingenio meo cunctationis; quam metum pigritiamque homines adoleſcentes ſane appellent: [4] dum ne pœniteat, adhuc aliorum ſpecioſiora primo adſpectu conſilia ſemper viſa, mea uſu meliora. alterius, obtrectationis atque invidiæ adverſus creſcentem indies gloriam fortiſſimi conſulis. A qua ſuſpicione, ſi me neque vita acta & mores mei, neque [5] dictatura cum quinque conſulatibus, tantumque gloriæ belli domique partæ vindicat, ut propius faſtidium ejus ſim, quam deſiderium; ætas ſaltem liberet. quæ enim mihi æmulatio cum eo eſſe poteſt, qui ne filio quidem meo æqualis ſit? Me dictatorem, quum vigerem adhuc viribus & in curſu maximarum rerum eſſem, recuſantem nemo aut in ſenatu, aut ad populum audivit, quo minus inſectanti*

1 *Non ſenatorem, qui de quo*] Scripti & editiones antiquæ: *non ſenatorem modo*. J. Fr. Gron.

2 *Subeundam opinationem eſſe*] Vet. lib. *opinionem*. Sigonius.

Subeundam opinionem] Rhenano de doctulo, ut loquitur, *opinionem* pro *opinatione* ſupponente fidem abrogant libri noſtri. *J. Fr. Gron.*

3 *Inſitæ ingen. meo cunctationis*] Unde Ennius: *Unus homo nobis cunctando reſtituit rem.* Inde ipſe *Cunctatoris* cognomen tulit. *Sigonius.*

4 *Dum me non pœniteat adhuc aliorum*] Particulam negandi omittunt Put. reg. Men. Voſſ. Nempe tres ſignificant, quod habet plane regius: *dum ne pœniteat, adhuc aliorum.* Sic omiſſo pronomine perſonam demonſtrante lib. 23, 12. *Quid eſt, Hanno? etiam nunc pœnitet belli ſuſcepti adverſus Romanos?* Ubi male & contra optimos libros Sigonius: *etiam nunc te pœnitet.* Omnes vero: *ætas ſaltem liberet.* quod diſplicebat Rhenano, non nobis. *J. Fr. Gron.*

5 *Dictatura cum quinque conſulat.*] Alteram dictaturam forte omittit, quod ea ſe abdicarat vitio creatus. *Sigonius.*

ctanti me magiſtro equitum, quod fando numquam ante auditum erat, imperium mecum æquaretur. Rebus quam verbis aſſequi malui, ut qui aliorum judicio mihi comparatus erat, ſua mox confeſſione me ſibi præferret: nedum ego perfunctus honoribus certamina mihi atque æmulationes, cum adoleſcente florentiſſimo proponam. videlicet ut mihi jam vivendo, non ſolum rebus gerendis feſſo, ſi huic negata fuerit, Africa provincia decernatur. cum ea gloria, quæ parta eſt, vivendum atque moriendum eſt. Vincere ego probibui Annibalem, ut à vobis, quorum vigent nunc
41 *vires, etiam vinci poſſet. Illud te mihi ignoſcere, P. Corneli, æquum erit, ſi quum in me ipſo nunquam pluris famam hominum, quam rempublicam fecerim; [1] ne tuam quidem gloriam bono publico præponam. quamquam ſi aut bellum nullum in Italia, aut is hoſtis eſſet, ex quo victo nihil gloriæ quæreretur; qui te in Italia retineret, etſi id bono publico faceret, ſimul cum bello materiam [2] gloriæ tuæ iſſe ereptum videri poſſet. Quum vero Annibal hoſtis incolumi exercitu [3] quartumdecimum annum Italiam obſideat, pœnitebit te, P. Corneli, gloriæ tuæ, ſi hoſtem eum, qui tot funerum, tot cladium nobis cauſa fuit, tu conſul Italia expuleris, & ſicut penes C. Lutatium prioris Punici perpetrati*

1 *Ne tuam quidem gloriam bono publico præponam*] Tres voces poſteriores abſunt à Put. reg. Men. Voſſ. Vide an ſine illis pati poſſis: *Illud te mihi ignoſcere, P. Corneli, æquum erit, ſi cum in me ipſo nunquam pluris famam hominum quam rempublicam fecerim, ne tuam quidem gloriam.* Ut per ὑποσιώπησιν intelligat, *pluris quam rempublicam faciam.* Vel lege: *ne tua quidem in gloria.* Scilicet, *pluris faciam hominum famam quam rempublicam.* Incredibile eſt, quantum ejuſmodi, ut videbatur, lacunarum ſuppleverit in Livio ante ducentos circiter annos præpoſtera doctorum ſedulitas, quum rediret è ſitu primum in manus hominum. Oſtendimus in nonnullis, quid modeſtior emendandi ratio valeat; ut in omnibus præſtemus idem, poſci à nobis non debet. *J. Fr. Gronovius.*

2 *Gloriæ tuæ ire ereptum*] Omnes Gall. & Voſſ. *materiam gloriæ tuæ iſſe ereptum videri poſſet:* ut non multis ante verſibus quoque reſtituimus. *Idem.*

3 *Quartum decimum annum Italiam obſideat*] Vet. lib. *poſſideat.* præclare. ſequitur enim: *tu conſul Italia expuleris.* Sigonius.

Decimum quartum annum Italiam obſideat] Omnes non numeris, ſed vocabulis integris, *quartum decimum:* omnes *obſideat.* At Sigonius profert ex ſuo *poſſideat.* Et accinit ſibi, Præclare. Quod mihi longe ſecus videtur. Cicero in Rullum: *Ut vero totam Italiam præſidiis ſuis obſidere & oppugnare cogitet.* J. Fr. Gron.

petrati belli titulus fuit, ita penes te hujus fuerit? Nisi aut Amilcar Annibali dux est præferendus, aut illud bellum huic, aut victoria illa major clariorque, quam hæc (modo contingat ut te consule vincamus) futura est. [1] *Ab Drepanis atque Eryce detraxisse Amilcarem, quam Italia expulisse Pœnos atque Annibalem, malis? Ne tu quidem, etsi magis partam, quam speratam gloriam amplecteris, Hispania potius quam Italia bello liberata gloriatus fueris. Nondum is est Annibal, quem non magis timuisse videatur, quam contempsisse, qui aliud bellum maluerit. Quin igitur ad hoc accingeris, nec per istos circuitus, ut quum in Africam trajeceris; secuturum te illuc Annibalem speres, potius quam recto hinc itinere, ubi Annibal est, eo bellum intendis? Egregiam istam palmam belli Punici patrati petis? Hoc* [2] *& natura prius est, tua quum defenderis, aliena ire oppugnatum. Pax ante in Italia quam bellum in Africa sit: & nobis prius decedat timor, quam ultro aliis inferatur. Si utrumque tuo ductu auspicioque fieri potest; Annibale hic victo, illic Carthaginem expugna.* [3] *si alterutra victoria novis consulibus relinquenda est; prior quum major clariorque, tum causa etiam insequentis fuerit. Nam nunc quidem, præterquam quod & in Italia & in Africa duos diversos exercitus alere ærarium non potest; præterquam quod unde classes tueamur, unde commeatibus præbendis sufficiamus,* [4] *nihil reliqui est; periculi tandem, quantum adeatur, quem fallit? P. Licinius in Italia, P. Scipio bellum in Africa geret. Quid,*

1 *Ab Drepano*] MSS. *ab Drepanis.* J. Fr. Gron.

2 *Et natura prius est, tua quum defenderis*] Omnes Gall. & Pall. cum vett. edd. *petis? Hoc & natura prius est.* Idem.

3 *Si alterutra victoria*] Cantabrig. *si altera utra vict.* Idem observavit ex Put. Salmasius, ex Voss. pater. Fieri non potest, ut ejus lectionis auctor alius Livio sit. Varro lib. 8 L. L. *Sed consuetudo alterum utrum cum satis haberet.* Ita enim vetus editio, ubi nunc vulgo *alterutrum.* Cicero ad Atticum 10, 1. *Solonis, qui capite sanxit, si qui in seditione non alterius utrius partis fuisset.* Tale est, quod libro 27 cap. 24 constante concordia Put. Men. Gud. Voss. Cantabr. exhibent, *Tanquam imminente Etrusco tumultu legionem unam alteram ex urbana Arretium ducere jussit*, quum vulgus *ut unam* omittat. *Jac. Gron.*

4 *Nihil reliqui est; periculi tandem* &c.] Cantabrig. Voss. Gud. auctiores, *nihil reliqui est; quid? periculi tandem.* Quæ est elegans & apposita transitionibus particula, ac pronunciando

Quid, ſi (quod omnes Dii omen avertant, & dicere etiam reformidat animus, ſed quæ acciderunt, accidere poſſunt) [1] *& victor Annibal ire ad urbem pergat; tum demum te conſulem ex Africa, ſicut Q. Fulvium à Capua, arceſſemus? Quid? quod* [2] *in Africa quoque Mars communis belli erit. Domus tibi tua, pater patruuſque, intra triginta dies cum exercitibus cæſi, documento ſint; ubi per aliquot annos maximis rebus terra marique gerendis ampliſſimum nomen apud exteras gentes populi Romani veſtræque familiæ fecerant. Dies me deficiat, ſi reges, imperatoreſque, temere in hoſtium terras tranſgreſſos cum maximis cladibus ſuis exercituumque ſuorum, numerare velim. Athenienſes, prudentiſſima civitas,* [3] *bello domi relicto, auctore æque impigro ac nobili juvene, magna claſſe in Siciliam tranſmiſſa, una navali pugna florentem rempublicam ſuam in perpetuum af-*
42 *flixerunt. Externa & nimis antiqua repeto. Africa eadem iſta, & M. Atilius inſigne utriuſque fortunæ exemplum, nobis documento ſint. Næ tibi, P. Corneli, quum ex alto Africam conſpexeris, ludus & jocus fuiſſe Hiſpaniæ tuæ videbuntur. Quid enim ſimile?* [4] *pacato mari præter oram Italiæ Galliæque vectus, Emporias in urbem ſociorum claſſem appuliſti: expoſitos milites, per* [illegible]

ciando magis intelligitur. 24, 26. *Quid! quod ſi Andranodoro conſilia proceſſiſſent.* Et ſæpe. Immo quod reducimus ex MSS. habet prima editio. *Idem.*

1 *Et victor Hannibal*] Non faciunt ſecundas Rhenano Gallici noſtri copulativam tollenti. *J. Fr. Gron.*

2 *In Africa quoque Mars communis pars belli erit*] Auctoribus & Gall. & Pall. omnibus & Voſſ. demeſſuimus importunam illam *partem*, quam neque vetuſtiores habent editiones. Potuiſſet ipſe ſermo Livio frequens hoc docere editores. Lib. 5. *Sergio martem communem belli fortunamque accuſante.* Lib. 7. *Quicquid hinc aut illinc communis mars belli aufert.* Lib. 10. *Quanquam communis adhuc mars belli erat.* Lib. 30. *Vim fortunæ martemque belli communem propone animo.* Lib. 37. *Quum communis Mars & incertus belli eventus eſſet.* Lib. 42. *Qui belli caſus, quam incertus fortunæ eventus communiſque mars belli ſit.* Cicero ad Torquatum: *Quum omnis belli mars communis, & quum ſemper incerti exitus prælierum ſint.* Idem.

3 *Bello domi relicto auctore æque impigro*] Videtur loqui de ea clade quam Athenienſes apud Syracuſas paſſi ſunt perſequente eam Thucydide lib. 7. *Glarean.*

Auctore æq. impigro ac nob. juv.] Alcibiadem intelligit. *Sigonius.*

4 *Pacato mari præter oram Italiæ Galliæque vectus Emporias*] Placet, *præter oram*: nihilo minus Put. Pet. Men. Voſſ. *per oram.* Deinde optimus: *vectus in urbem ſociorum claſſem Emporis adpuliſti.* Lib. 21. *Pyrenæoſque montes circumvellus Emporias appuliſſet claſſem.*

militi-

Fir-

Digitized by Google

tutissima omnia, ad socios & amicos populi Romani, Tarraconem duxisti: ab Tarracone deinde iter per præsidia Romana: circa Iberum exercitus patris patruique tui, post amissos imperatores [1] ferociores & calamitate ipsa: dux tumultuarius quidem ille L. Marcius, & militari suffragio [2] ad tempus lectus, cæterum si nobilitas ac justi honores adornarent, claris imperatoribus qualibet arte belli par: oppugnata per summum otium Carthago, nullo trium Punicorum exercituum sociis defendente. Cætera, neque ea elevo, nullo tamen modo Africo bello comparanda; ubi non portus ullus classi nostræ apertus, non ager pacatus, non civitas socia, non rex amicus, non consistendi usquam locus, non procedendi. Quacumque circumspexeris, hostilia omnia atque infesta. An Syphaci Numidisque credis? satis sit semel creditum. Non semper temeritas est felix: & fraus fidem in parvis sibi præstruit, ut quum opera pretium sit, cum mercede magna fallat. Non hostes patrem patruumque tuum armis prius, quam Celtiberi socii fraude circumvenerunt: nec tibi ipsi à Magone & Asdrubale hostium ducibus, quantum ab Indibili & Mandonio in fidem acceptis, periculi fuit. Numidis tu credere potes, defectionem militum tuorum expertus? Et Syphax & Masinissa se, quam Carthaginienses, [3] malunt potentissimos in Africa esse: Carthaginienses, quam quemquam alium. Nunc illos æmulatio inter sese, & omnes causse certaminum acuunt, quia procul externus metus est. [4] Ostende illis Romana arma, exercitum alienigenam; velut

Firmant tamen vulgatum, quæ lib. 5. *Ut multo major pars Veios in hostium urbem fugerent*, Taciti 4 Annal. *Capreas se in insulam abdidit.* J. Fr. Gron.

1 *Feroces calamitate ipsa facti: & dux*] Put. omnesque Gall. & Voss. resecant *facti*. Horatius: *Deliberata morte ferocior.* Deinde iidem cum duobus Pall. *ferociores & calamitate ipsa: dux, tumultuarius quidem ille.* Cur spernamus? An potius *ab calamitate?* Statim cum Sigoniano omnes: *& militari suffragio ad tempus lectus*, non *electus*. Idem.

2 *Ad tempus electus*] Vet. lib. *ad tempus lectus*, ut alibi, *lectus a plebe consul.* Sigonius.

3 *Malunt potentissimos in Africa*] Cantabrig. *potentes*. Etiam Salmasius ex Put. notat *potentes*. Quid quod non aliter Andreas? *Jac. Gron.*

4 *Ostende Rom. arma*] Veter. lib. *Ostende illis Rom. arma.* Sigonius.

Ostende illis Romana arma] Gallici, Palatini, Vossianus arcent *vi illis*. Et satis intelligitur ex præcedenti periodo. *J. Fr. Gron.*

velut ad commune reſtinguendum incendium concurrent. Aliter iidem illi Carthaginienſes Hiſpaniam defenderunt: aliter mœnia patriæ, templa Deum, aras & focos, defendent; quum euntes in prælium pavida proſequetur conjunx, & parvi liberi occurſabunt. Quid porro? Si ſatis confiſi Carthaginienſes conſenſu Africæ, fide ſociorum regum, mœnibus ſuis, quum tuo exercituſque tui præſidio nudatam Italiam viderint, ipſi ultro novum exercitum in Italiam aut ex Africa miſerint, aut Magonem, quem à Balearibus claſſe tranſmiſſa jam prater oram Ligurum Alpinorum vectari conſtat, Annibali ſe conjungere juſſerint? Nempe in eodem terrore erimus, in quo nuper fuimus, quum Aſdrubal in Italiam tranſcendit: quem tu, qui non ſolum Carthaginem, ſed omnem Africam exercitu tuo es clauſurus, è manibus tuis in Italiam emiſiſti. Victum à te dices: eo quidem minus vellem & id tua, non reipublicæ ſolum cauſſa, iter datum victo in Italiam eſſe. Patere nos omnia quæ proſpera [1] tibi ac reipublicæ in imperio evenere, tuo conſilio aſſignare; [2] adverſa caſibus incertis belli & fortunæ delegare. Quo melior fortiorque es, eo magis talem præſi-

1 *Tibi ac reipublicæ in imperio evenere*] Omnes meliores ſcripti cum editis: *tibi ac P. R. imperio*: quod non debuit mutare Rhenanus. Lib. 4. *Niſi hæc armata cohors ſiſtat impetum hoſtium actum de imperio eſt.* Plinius lib. 10 cap. 18. *Exitium imperio portendi, ſi dimitteretur; at ſi exanimaretur, prætori.* Gellius 4, 18. *Annibalem Pœnum imperio noſtro inimiciſſimum.* J. Fr. Gron.

2 *Adv. caſibus inc. b. & fortunæ legare*] Vet. lib. *allegare.* Sigonius.

Caſibus incertis belli & fortunæ legare] Rhenanus ex volumine antiquo profert *relegare*, & conjectat: *adverſa caſibus incertis belli* (ſubaudi, adſignare) *& ad fortunam relegare.* Sigonius ex ſuo libro propinat *allegare.* Miror quum emendandum contextum ſuſcepiſſent, doctos viros adeo parum Livianæ phraſi cognoſcendæ ſtuduiſſe. Omnes noſtri libri nos deſtituunt: nam Gall. Voſſ. Pall. optimus, ut vulgo: ſecundus, *relegare*, tertius, *religare.* Neque tamen veriti ſumus ſtatim reponere: *adverſa caſibus incertis belli & fortunæ delegare.* Qua fiducia, inquis? Dicet Livius lib. 5. *Ipſum dictatorem fugere invidiam ex eo criminaque eo delegaſſe ad ſenatum.* Ibidem: *Diſceptatio anceps ſenatui viſa delegata ad pontifices eſſet.* Lib. 6. *Has inanium rerum inanes ipſas volventes cogitationes fortuna loci delegaverant ſpes ſuas.* Lib. 7. *Vulgus aliud armatorum, velut delegata primoribus pugna, eventum ſuum in aliena virtute ponit.* Lib. 9. *Obſidione delegata in curam collegæ, vacuus per agros cuncta infeſta commeatibus hoſtium fecerat.* Lib. 10. *Ut omnis rei bene aut ſecus geſtæ decus dedecuſque ad L. Volumnium ſit delegatum.* Ibidem: *Samnitibus Galliſque delegata pugna, inter ipſum certamen Etruſci Umbrique juſſi caſtra Romana oppugnare.* Et ſæpius.

præſidem ſibi patria atque univerſa Italia retinet. Non potes ne ipſe quidem diſſimulare, ubi Annibal ſit, ibi caput atque arcem hujus belli eſſe. quippe qui præ te feras, eam tibi cauſſam trajiciendi in Africam eſſe, ut Annibalem eo trahas. Sive igitur hic, ſive illic, cum Annibale eſt tibi futura res. Utrum ergo tandem firmior eris in Africa ſolus, an hic tuo collegæque tui exercitu conjuncto? ne Claudius quidem & Livius Conſules tam recenti exemplo, quantum id interſit, documento ſunt? Quid? Annibalem, utrum tandem extremus angulus agri Bruttii fruſtra jam diu poſcentem ab domo auxilia, an propinqua Carthago & tota ſocia Africa potentiorem armis viriſque faciet? Quod iſtud conſilium eſt, ibi malle decernere, ubi tuæ dimidio minores copiæ ſint, hoſtium multo majores, quam ubi duobus exercitibus adverſus unum toti prœliis & tam diuturna & gravi militia feſſum, pugnandum ſit? Quam compar conſilium tuum parentis tui conſilio ſit, reputa. Ille conſul profectus in Hiſpaniam, ut Annibali ab Alpibus deſcendenti occurreret, in Italiam ex provincia rediit: tu, quum Annibal in Italia ſit, relinquere Italiam paras; non quia reipublicæ id utile, [1] ſed quia tibi amplum & glorioſum cenſes eſſe: ſicut quum provincia & exercitu relicto, ſine lege, ſine ſenatuſconſulto, duabus navibus populi Romani imperator fortunam publicam & majeſtatem imperii, quæ tum in tuo capite periclitabantur, commiſiſti. Ego P. Cornelium, Patres conſcripti, reipublicæ nobiſque, non ſibi ipſi privatim creatum conſulem exiſtimo: exercituſque ad cuſtodiam urbis atque Italiæ ſcriptos eſſe, non quos regio more per ſuperbiam conſules, quo terra-

pius. Auctor libri octavi de bello Gallico: *Cauſſam peccati facillime mortuis delegari.* Putidi ſumus tamen tot loca deſcribendo: quid illi ex tot locis, quid Livium deceret, non obſervando? Senſus in contrarium pares Tacito lib. 14 Ann. *Nullum prælio finem exſpectarent, niſi ſuccederetur Suetonio, cujus adverſa pravitati ipſius, proſpera ad fortunam reipublicæ referebat.* J. Fr. Gron.

1 *Sed quia id amplum & glorioſum cenſes eſſe*] Novitiorum commentum, quum MSS. & veteres editiones: *ſed quia tibi amplum & glorioſum.* Hoc quoque Ciceronis, Livii & optimorum eſt. Lib. 5. *Sibi amplum quoque eſſe, urbem ab ſe captam frequentari.* Lib. 8. *Eſt quidem nobis hoc per ſe haud nimis amplum.* Lib. 25. *Mihi hoc imperium ut amplum judicio veſtro, ita re ipſa grave ac ſollicitum.* Lib. 30. *Tibi ampla & ſpecioſa danti eſt pax.* Idem.

43 *terrarum velint, trajiciant.* Cum oratione ad tempus parata Fabius, tum auctoritate & inveterata prudentiæ fama magnam partem ſenatus, & ſeniores maxime moviſſet, pluresque conſilium ſenis quam [1] animum adoleſcentis ferocem laudarent; Scipio ita locutus fertur: *Et ipſe Q. Fabius principio orationis, P. C. commemoravit, in ſententia ſua poſſe obtrectationem ſuſpectam eſſe.* [2] *Cujus ego rei non tam ipſe auſim tantum virum inſimulare, quam ea ſuſpicio, vitio orationis an rei, haud ſane purgata eſt. Sic enim honores ſuos & famam rerum geſtarum extulit verbis, ad extinguendum invidiæ crimen, tamquam mihi ab infimo quoque periculum ſit, ne mecum æmuletur: & non ab eo, qui, quia ſuper cæteros excellat,* [3] *quo me quoque niti non diſſimulo, me ſibi æquari nolit.* [4] *ſic ſenem ſe perfunctum honoribus, & me infra ætatem filii etiam ſui poſuit; tamquam non longius quam quantum vitæ humanæ ſpatium eſt, cupiditas gloriæ extendatur, maximaque pars ejus in me-*

1 *Animum adoleſcentis fer.*] Vet. lib. *animum adoleſcentis ferocem.* Sigonius.

2 *Cujus rei non tam --- quam ea ſuſpicio vit. or. --- purgata eſt*] Vitium orationis hujus ſenſit Glareanus, non correxit tamen. Emendatur autem ex vet. lib. in quibus eſt, *quam quod ea ſuſpicio.* Idem.

Quam quod ea ſuſpicio, vitio orationis an rei] In Gemonias particulam *quod*, omnibus Gall. pariter & Pall. & Voſſ. ignoratam, & ſenſui obſtantem. Ubi mens Glareani, quum aliquid deſiderari opinaretur, & pro hac ſententia gratiam ſibi deberi dictaret? Ubi Sigonii, quum defectum ſic ſupplerı putaret? Neutri equidem hic aliam gratiam debemus, quam qualem Fabius M. Livio Tarenti præfecto ferebat expenſam. An deeſſet aliquid ſi dixiſſet: *Magis ille criminis hujus reum ſe facit, quam ego illum accuſare audeam?* Atqui hoc ipſum, ut nihil melius, veteri lectione exprimitur. Aliter hodie Latine balbutimus, aliter Livius loquebatur. Similiter inculcata eſt hæc particula lib. 26 cap. 6. Et Ciceroni poſt reditum in Senatu cap. 6. *Profecto egeſtate & improbitate coactus piraticam ipſe feciſſet: ac minore quidem reipublicæ cum detrimento, quam intra mœnia nefarius hoſtis prædaque verſatus eſt.* Vulgo: *quam quod intra mœnia.* J. Fr. Gron.

3 *Quo me quoque niti non diſſimulo*] Put. Pet. Men. Voſſ. carent *τοῖς quo me.* Lege: *quia ſuper cæteros excellat, quo & me niti non diſſimulo.* Idem.

4 *Sic ſenem ſe perfunctum*] Reſtituenda vox eſt ex veterum librorum fide, *ſe perfunctum honoribus.* Nam dixit Fabius, *Si me neque vita acta, & mores mei, neque dictatura cum quinque conſulatibus, tantumque gloriæ belli domique parta vindicat.* Sigonius.

Perfunctum honoribus, & me infra ætatem filii ſui] Ab Sigonio eſt *honoribus.* Omnes Gallici, Voſſ. Pal. *ſenem ſe perfunctum & me infra ætatem filii etiam ſui.* J. Fr. Grou.

1 *Ani-*

memoriam ac posteritatem prominеat. Maximo cuique id [1] *accidere animo certum habeo, ut se non cum præsentibus modo, sed* [2] *cum omnis ævi claris viris comparent. Equidem haud dissimulo, me tuas, Q. Fabi, laudes non assequi solum velle, sed (bona venia tua dixerim) si possim, etiam exsuperare. Illud nec tibi in me, [3] neu mihi in minores natu animi sit, ut nolimus quemquam nostri similem evadere civem. id enim non eorum modo, quibus invideriмus, sed reipublicæ, & penè omnis generis humani detrimentum sit. Commemoravit, quantum essem periculi aditurus, si in Africam trajicerem: ut meam quoque, non solum reipublicæ & exercitus vicem, videretur sollicitus. Unde hæc repente cura de me exorta? quum pater patruusque meus interfecti, quum duo exercitus eorum prope occidione occisi essent, quum amissa Hispania, quum quatuor exercitus Pœnorum, quatuor duces omnia metu armisque tenerent, quum quæsitus ad id bellum imperator nemo se ostenderet, præter me, nemo profiteri nomen ausus esset, quum mihi quatuor & viginti annos nato detulisset imperium populus Romanus; quid ita tum nemo ætatem meam, vim hostium, difficultatem belli, patris patruique recentem cladem commemorabat? Utrum major aliqua nunc in Africa calamitas accepta est, quam tunc in Hispania erat? An majores nunc sunt exercitus in Africa, duces plures melioresque, quam tunc in Hispania fuerunt? An ætas mea tunc maturior bello gerendo fuit, quam nunc est? An cum Carthaginiensi hoste in Hispania, quam in Africa bellum geri aptius est? Facile est post fusos fugatosque quatuor exercitus Punicos, post tot urbes vi captas, aut metu subactas in ditionem, post perdomita omnia usque ad Oceanum, tot regulos, tot sævas gentes, post receptam totam Hispaniam, ita ut vestigium nullum belli reliquum sit, elevare meas res gestas: tam, Hercule, quam si victor ex Africa redierim, ea ipsa elevare, quæ nunc retinendi mei causſa, ut terribi-*

1 *Acc. animo certum habeo*] Veter. lib. *certum animo habeo*. Sigonius.

2 *Cum omnis ævi claris viris comparet*] Optimi, *comparent*. J. Fr. Gron.

3 *Nec mihi in minores*] Put. Pal. Voss. Men. *neu mihi in mineribus natu animi sit*. Vide nostras ad 4 Senecæ Nat. quæst. præfationem notas. *Idem.*

ribilia eadem videantur, verbis extolluntur. Negat aditum esse in Africam, negat ullos patere portus. M. Atilium captum in Africa commemorat; tamquam M. Atilius primo accessu ad Africam offenderit. neque recordatur, illi ipsi tam infelici imperatori patuisse tamen portus Africæ, [1] *& res egregias primo anno gessisse: & quantum ad Carthaginienses duces attinet, invictum ad ultimum permansisse.* [2] *Nihil igitur me isto tu exemplo terrueris: si hoc bello, non priore, si nuper, & non* [3] *annis ante quadraginta, ista clades accepta foret; qui ego minus in Africam Regulo capto, quam Scipionibus occisis in Hispaniam, trajicerem? Nec felicium* [4] *Xanthippum Lacedæmonium Carthagini, quam me patriæ meæ finerem natum esse. crescereteque mihi ex eo ipso fiducia, quod possit in hominis unius virtute, tantum momenti esse. At etiam Atheniensis audiendi sunt, temere in Siciliam, omisso domi bello, transgressi. Cur ergo,* [5] *quoniam Græcas fabulas enarrare vacat, non Agathoclem potius Syracusanum regem, quum diu Sicilia Punico bello areretur, transgressum in hanc eandem Africam, avertisse eo bellum unde venerat, refert? Sed quid, ultro metum inferre hosti, & ab se remoto periculo alium in discrimen adducere, quale sit, veteribus externisque exemplis admonere opus est?* [6] *Majus præsentiusve ullum exemplum esse quam Annibal potest?*

44

1 *Et res egregias primo anno gessisse*] Vix est ut à Livio sit hoc tam abruptum: *illi patuisse & gessisse.* Sed nec in editionibus est antiquis, quæ omnes ab Andrea ad Moguntinos: *& res gestas ab eo egregias primo anno:* ut & scripti. Aldus mutavit primus & vulgatam introduxit. Ego si liceat in ipsa vetere induxerim τὰ *ab eo*, ut sit: *neque recordatur illi ipsi tam infelici imperatori patuisse tamen portus Africæ, & res gestas egregias primo anno.* J. Fr. Gron.

2 *Nihil igitur me isto exemplo terrueris*] Put. *me istota exemplo.* Lege, *me isto tu exemplo.* Idem.

3 *Annis ante quadraginta*] Lege, *quinquaginta.* M. Atilius Regulus cōsul II fuit cum L. Manlio Vulsone suffectus Q. Cædicio, anno U. C. 497 secundum Fastos Capitolinos. Sequente anno captum esse tradunt historici; à quo usque ad hunc annum, qui est 548 ab U. C. in iisdem Fastis, sunt plene anni quinquaginta. *Jac. Perizon.*

4 *Xanthippum*] Quo duce Regulus primo Punico bello captus est. *Sigonius.*

5 *Quoniam Græcas fabulas narrare vacat*] Scripti: *enarrare.* J. Fr. Gron.

6 *Majus præsentiusve ullum exemplum esse quam Hamibal potest*] Horum omnium verborum ne apicem quidem unum in Put. reg. Men. Vossiano reperi. *Idem.*

poteſt? multum intereſt, alienos populere fines, [1] *an tuos uri, exſcindi, videas. plus animi eſt inferenti periculum, quam propulſanti. Ad hoc major ignotarum rerum eſt terror: bona malaque hoſtium ex propinquo ingreſſus fines aſpicias. Non ſperaverat Annibal fore, ut tot in Italia populi ad ſe deficerent, quot defecerunt poſt Cannenſem cladem; quanto minus quicquam in Africa Carthaginienſibus firmum ac ſtabile eſt, infidis ſociis, gravibus ac ſuperbis dominis.* [2] *Ad hoc nos etiam deſerti ab ſociis, viribus noſtris, milite Romano, ſtetimus.* [3] *Carthaginienſi nihil civilis roboris eſt. mercede paratos milites habent, Afros, Numidaſque; leviſſima fidei mutandæ ingenia. Hic modo nihil moræ ſit. una & trajeciſſe me audietis, & ardere bello Africam, & molientem hinc Annibalem, & obſideri Carthaginem. lætiores, & frequentiores ex Africa exſpectate nuncios, quam ex Hiſpania accipiebatis. Has mihi ſpes ſubjicit fortuna populi Romani, Dii fœderis ab hoſte violati teſtes, Syphax & Maſiniſſa reges: quorum ego fidei ita innitar,* [4] *ut bene tutus à perfidia ſim. Multa quæ nunc ex intervallo non apparent, bellum aperiet. & id eſt viri & ducis, non deeſſe fortunæ præbenti ſe, & oblata caſu flectere ad conſilium. Habebo, Q. Fabi,* [5] *parem, quem das, Annibalem; ſed illum potius ego trahan, quam ille me retineat. In ſua terra cogam pugnare eum, &* [6] *Carthago potius præmium victoriæ erit,*

quam

1 *An tuos uri exſcindique videas*] Put. delet copulativam. Recte. *J. Fr. Gron.*

2 *Ad hæc nos etiam deſerti ab ſociis*] Scripti, *ad hoc.* Idem.

3 *Carthagine nihil civilis roboris eſt*] Omnes omnino, *Carthaginienſi.* Cur mutemus? An abſurdum eſt intelligi *populo?* Rhenanus de conjectura, *Carthagine.* Nec male, niſi potius *Carthagini.* Idem.

4 *Ut veriturus perfidiam ſim*] Et hæc Rhenani divinatio eſt. Put. *quorum ego fidei ita perfidia ita innitar, ut bene tutus à perfidia ſim.* Duabus ſupervacuis vocibus, *ita perfidia*, reſectis, nihil hic video, quo offendar, aut cur neſcio quos ſemidoctos accuſem. Omnes alii Gall. Pall. Florentini aut prorſus ita, aut omiſſis quæ delenda dixi, de cætero nulla obſervanda differentia. Poſſis tamen legere: *quorum ego fidei ita provide innitar, ut bene tutus à perfidia ſim.* Idem.

5 *Parem quidem Hannibalem*] Egregie Put. reg. tres Pall. Voſſ. *Habebo, Q. Fabi, parem, quem das, Annibalem.* Adverſarium intellige. Plautus Perſa: *Cedo parem.* quamquam ibi ſit, qui certet amando. Lucanus de gladiatoribus: *odere pares.* Noſter lib. 22. *Par magis in adverſandum quàm collega.* Id.

6 *Carthago potius præmium*] Ut Lipſius, *& Carthago præmium victoriæ*

quam ſemiruta Bruttiorum caſtella. Ne quid interim, dum tra-
jicio, [1] *dum expono exercitum in Africa, dum caſtra ad Carthagi-*
nem promoveo, reſpublica hic detrimenti capiat; quod tu, Q. Fabi, quum victor tota Italia volitaret Annibal, potuiſti præſtare; hoc vide ne contumelioſum ſit, concuſſo jam & penè fracto Annibale, negare, poſſe P. Licinium conſulem virum fortiſſimum præſtare, qui ne à ſacris abſit pontifex maximus, ideo in ſortem tam longinquæ provinciæ non venit. Si, Hercule, nihilo maturius hoc, quo ego cenſeo, modo perficeretur bellum; tamen ad dignitatem populi Romani, famamque apud reges gentesque externas pertinebat; non ad defendendam modo Italiam, ſed ad inferenda etiam Africæ arma, videri nobis animum eſſe: nec hoc credi vulgarique, quod Annibal auſus ſit, neminem ducem Romanorum audere: & priore Punico bello, tum quum de Sicilia certaretur, toties Africam ab noſtris exercitibus & claſſibus oppugnatam, nunc quum de Italia certetur, Africam pacatam eſſe. Requieſcat aliquando [2] *vexata tam diu Italia: uratur, evaſteturque invicem Africa. Caſtra Romana potius Carthaginis portis immineant, quam nos iterum vallum hoſtium ex mœnibus noſtris videamus. Africa ſit reliqui belli ſedes: illuc terror fugaque, populatio agrorum, defectio ſociorum, cæteræ belli clades, quæ in nos per quatuordecim annos ingruerunt, vertantur. Quæ ad rempublicam pertinent, & bellum quod inſtat, & provincias de quibus agitur, dixiſſe ſatis eſt. Illa longa oratio, nec ad vos pertinens ſit, ſi quemadmodum Q. Fabius meas res geſtas in Hiſpania elevavit, ſic & ego contra gloriam ejus eludere, & meam verbis extollere velim. Neutrum faciam, Patres conſcripti. &,* [3] *ſi ulla alia re, modeſtia*

erit, quam ſemiruta Bruttiorum caſtella: omiſſo *ne potius*, Put. reg. Men. Voſſ. *J. Fr. Gron.*

1 *Dum expono exercitum in Africam*] Put. *Africa.* Idem.

2 *Vexata diu Italia: uratur populeturque*] Put. cum omnibus exteris Gall. Pall. Flor. melioribus, Barberino, Voſſiano: *Requieſcat aliquando vexata tam diu Italia: uratur evaſteturque invicem Africa.* Rhenanus ſubſtituit ex ſuo *populeturque:* quod verbum interdum paſſive accipi ſeto nos docet. Lib. 32. *Quæ ſpoliaſſet evaſtaſſetque, pro incorruptis reſtituit.* Idem.

3 *Si nulla alia re, modeſtia certe & temperamento*] Omnes Gall. & Voſſ. *Neutrum faciam P. C. & ſi nulla alia re, modeſtia certe & temperando linguæ adoleſcens ſenem vicero.* Solus Pet. *multa.* Pall. quoque habent *temperando.* Utraque emendatio veriſſima. Speraba[t]

ſtia certe & temperando lingua adoleſcens ſenem vicero. Ita & vixi & res geſſi, ut tacitus ea opinione, quam veſtra ſponte conceptam animis haberetis, facile contentus eſſem. Minus æquis animis auditus eſt Scipio, quia vulgatum erat, ſi apud Senatum non obtinuiſſet, ut provincia Africa ſibi decerneretur, ad populum extemplo laturum. itaque Q. Fulvius, qui conſul quater & cenſor fuerat, poſtulavit à conſule, ut palam in ſenatu diceret, *permitteretne Patribus, ut de provinciis decernerent? ſtaturuſque eo eſſet quod cenſuiſſent, an ad populum laturus?* Quum Scipio reſpondiſſet, [1] ſe quod è republica eſſet, facturum; tum Fulvius, *Non ego ignarus quid reſponſurus facturuſve eſſes, quæſivi, quippe quum pra te feras temare magis, quam conſulere ſenatum, & ni provinciam tibi quam volueris, extemplo decernamus, paratam rogationem habeas. Itaque à vobis, Tribuni plebis, poſtulo,* inquit, *ut ſententiam mihi ideo non dicenti* [2] *quod etſi in meam ſententiam diſcedatur, non ſit ratum habiturus conſul, auxilio ſitis.* Inde altercatio orta, quum conſul negaret, æquum eſſe tribunos intercedere, quo minus [3] ſuo quiſque loco ſenator rogatus ſententiam diceret; Tribuni ita decreverunt, *Si conſul ſenatui de provinciis permittit, ſtari eo* [4] *quod ſenatus cenſuerit, placet; nec de ea re ferri ad populum patiemur: ſi non permittit, qui de ea re ſententiam recuſabit dicere, auxilio erimus.*

bat enim multis aliis quoque, vel potius omnibus rebus, ſeſe ſuperaturum gloriam Fabii: tam mares gerebat ſpiritus Scipio, non ex invidia aut vanitate, ſed ex vera conſcientia verarum inſitarum ſibi virtutum, & eorum, quæ jam geſſerat, reſpectu. id quod tota hæc oratio clamat. Ergo, *ſi ulla:* nam alterum eſt magis deſperantis aut deſperationem præ ſe ferentis. Jam *temperando lingua* magis eſſe Latinum, quam *temperamento linguæ*, quis velit diffiteri? *J. Fr. Gron.*

1 *Se quod è rep. eſſet facturum*] Vet. lib. *ſe quod è rep. credidiſſet, facturum.* Sigonius.

2 *Quod ſi in meam ſententiam diſcedatur*] Omnes Gall. *quod eſt in meam.* Scribe: *quod etſi in meam ſententiam.* J. Fr. Gron.

3 *Suo quiſque loco ſenator rogatus*] Gallici omnes, Voſſianuſque relegant *ſuo ſenator.* Recte. nam in ſenatum veniebant plures, pluresque ſententiam dicebant quam ſenatores. Unde illud lib. 36. *Qui ſenatores eſſent, quibuſque in ſenatu ſententiam dicere liceret.* Idem.

4 *Quod ſenatus cenſuerit, placet: nec de ea re ferri*] Omnes Gall. & Voſſ. *cenſuerit ferri, placet.* extra unum Men. in quo, *quod ſenatus cenſuerit fieri, placet.*

erimus. Consul diem ad colloquendum cum collega petiit. Postero die permissum senatui est. Provinciæ ita decretæ: alteri consuli Sicilia, & triginta rostratæ naves, quas C. Servilius superiore anno habuisset: permissumque ut in Africam, si id è republica esse censeret, traiiceret. alteri Bruttii, & bellum cum Annibale, [1] cum eo exercitu, quem L. Veturius, aut Q. Cæcilius: hi & sortiren-

cet. Atque ita puto scribendum. etsi plane vox hæc abesse possit. Deinde iidem cum priscis editionibus, *nec de ea re ferri ad populum patiemur.* J. Fr. Gron.

1 *Cum eo exerc. quem L. Veturius, & Q. Cæcilius sortirentur inter se comparentve*] Hoc loco laborat Glaroanus, & jure. nam non mendosus est solum, sed etiam mancus. Quis enim sensus colligi ex illis verbis potest: *cum eo exercitu, quem L. Veturius, & Q. Cæcilius sortirentur inter se*, &c. Demus igitur operam, ut quoad possimus, germanam sententiam, & sinceram lectionem restituamus. Veteres libri ita habent, *cum eo exercitu, quem L. Veturius, aut Q. Cæcilius habuit.* optime hæc quidem, verum ad sanandum locum non satis. Repete igitur duo illa nomina quæ librario parum diligenti causam dederunt errandi, sic: *& ut L. Veturius, & Q. Cæcilius sortirentur.* Jam nihil perfectius fingi potest. Sensus est: Consulibus decretæ provinciæ Scipioni Sicilia cum navibus rostratis, Crasso Bruttii cum exercitu aut Veturii, aut Cæcilii, decretumque est, ut Veturius & Cæcilius sortirentur, aut inter se compararent, uter cum Crasso in Bruttiis bellum gereret cum legionibus duabus, quas Crassus consul reliquisset. Itaque paulo post ait: *Q. Cæcilio sorte evenit, ut cum consule in Bruttiis adversus Annibalem bellum gereret.* Et post: *P. Licinius in Bruttios ad duos exercitus consulares venit, ex eis cum sibi sumpsit, quem L. Veturius consul habuerat. Metello, ut quibus præfuisset legionibus iis præesset, facilius cum assuetis imperio rem gesturum ratus, permisit.* Deinde emenda ex vet. lib. *sortirentur, inter se ve compararent*: cum possim sexcentis Livii locis hoc dicendi genus confirmare, paucis, tamen ero contentus, lib. 30. *Decrevernnt patres, ut consules inter se compararent, sortirenturve.* Et lib. 29. *Ut compararent inter se, aut sorte legerent, qui duo cum prætore ac legatis irent.* Et lib. 32. *Decreverunt patres, ut provincias Macedoniam, atque Italiam consules compararent inter se sortirenturve.* Et lib. 37. *Cum senatus aut sortiri, aut comparare inter se provincias consules jussisset.* sic ubique. Quare apud Ciceronem ad Lentulum ita proculdubio legendum est: *Appius in sermonibus antea dictabat, postea dixit etiam in senatu palam, sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega provinciam; si curiata lex non esset, comparaturum cum collega, tibique successurum.* Vulgo enim legitur: *separaturum cum collega.* Senatus enim provincias decernebat, consules eas aut sortiebantur, aut inter se comparabant. Raro judicio senatus res permissa est: ut tradit Livius lib. 37 primo. *Sigonius.*

Qu. L. Vetur. aut Q. Cæcil. habuit v & ut L. Veturius & Q. Cæcilius sortirentur] Et hic sectione indigent vulgati libri. Olim legebatur: *quem L. Veturius aut Q. Cæcilius, sortirentur inter se* r exclusis mediis. De quo Glareanum non frustra dubitasse & nos facile confitemur. Sigonius promittit operam germanæ sententiæ & sinceræ simul lectionis restituendæ. Prodit ex scripto:

tirentur inter ſe, compararentve uter in Bruttiis duabus legionibus, quas conſul reliquiſſet, rem gereret: [1] imperiumque in annum prorogaretur, cui ea provincia eveniſſet. [2] & cæteris præter conſules prætoreſque, qui exercitibus provinciiſque præfuturi erant, prorogata imperia. [3] Q. Cæcilio ſorte evenit, ut cum conſule in Bruttiis adverſus Annibalem bellum gereret. Ludi deinde Scipionis, magna frequentia & favore ſpectantium, celebrati. Legati Delphos ad donum ex præda Aſdrubalis portandum miſſi, [4] M. Pomponius Matho, & Q. Catius; tule-

ſcripto: *Cæcilius habuit.* Optime, inquit: verum ad locum ſanandum non ſatis: repetenda ſcilicet duo nomina, quæ librario parum diligenti cauſſam dederint errandi: ita nihil perfectius poſſe fingi, quam: *quem L. Veturius aut Q. Cæcilius habuit: & ut L. Veturius & Q. Cæcilius ſortirentur, aut inter ſe compararent.* Idque ex illo germanum auctoris eſſe creditum eſt. Laudamus conatum: cæterum deſtituit effectus ejus fiduciam. Quod optimum cenſet *habuit*, id nos ſcimus eſſe librarii audacioris: nam auctor id verbum ex proximo voluit ſubaudiri: *quas C. Servilius ſuperiore anno habuiſſet.* & quidem eadem inclinatione. Unde & ſimiliter pronuntiamus de modo, quem ponit Pighius ad annum DXLVIII exiſtimans ita diſtinctius & plenius legi debere: *Cum uno exercitu, quem L. Veturius aut Q. Metellus haberet: hi ſortirentur* &c. Nam & τὸ *haberet* Pighii eſt. Deinde unica cynoſura noſtra Put. codex ſic exhibet: *Q. Cæcilius ui & ſortirentur.* In quo unica repoſita litera veram habebis lectionem: *hi & ſortirentur.* En totam: *alteri conſuli Sicilia & triginta roſtrata naves, quas C. Servilius ſuperiore anno habuiſſet: permiſſumque ut in Africam, ſi id è republica eſſe cenſeret, trajiceret. alteri Bruttii & bellum cum Annibale cum eo exercitu, quem L. Veturius & Q. Cæcilius. hi & ſortirentur inter ſe compararentve.* De his poſtremis noſce, quæ diximus ad lib. 42, 4. *J. Fr. Gron.*

1 *Imperiumque in annum ei prorogaretur*] Gall. Pall. Voſſ. ignorant τὸ *ei.* Recte. *Idem.*

2 *Et ceteris prætoribus conſulibuſque qui exercitibus*] Et hic æque atque ſuperior depravatus locus eſt. Non ſolum autem quia in vetere lib. ita eſt, ſed etiam quia ita ſententia fert, hoc modo legendum eſt: *Et ceteris præter conſules prætoreſque qui exercitibus provinciiſque præfuturi erant, prorogata imperia ſunt.* Senſus eſt: paulo ante locutus eſt de provinciis, exercitibus tam prætoribus, quam conſulibus hujus anni decretis, nunc ait: præter conſules & prætores eos, qui provinciis præfuturi erant, ceteris quoque prorogata imperia. Dedit autem cauſam labendi librario vox, *præter*, quam in *prætoribus* temere commutavit. *Sigonius.*

Cæteris prætoribus conſulibuſque qui] Pighius: *cæteris proprætoribus proconſulibuſque.* deinde *præfuerant.* Sed Gallici omnes unuſque Pall. & Voſſ. *& cæteris præter conſules prætoreſque, qui exercitibus provinciiſque præfuturi erant, prorogata imperia:* ut Sigonius, cui obtemperaſſe editores oportuit. *J. Fr. Gron.*

3 *Q. Cæcilio ſorte evenit*] Optimus: *ſorti.* Ut Virgilius: *cecidit cuſtodia ſorti.* Idem.

4 *M. P. Matho, Q. Catulus*] Vet. lib.

tulerunt coronam auream cc pondo, & ſimulacra ſpoliorum, ex mille pondo argenti facta. Scipio, quum ut delectum haberet, neque impetraſſet, neque magnopere tetendiſſet; ut voluntarios ducere ſibi milites liceret, tenuit: [1] & quia impenſæ negaverat reipublicæ futuram claſſem, ut quæ ab ſociis darentur ad novas fabricandas naves, acciperet. Etruriæ primum populi pro ſuis quiſque facultatibus conſulem adjuturos polliciti. Cærites frumentum ſociis navalibus commeatumque omnis generis, Populonienſes ferrum, Tarquinienſes lintea in vela, [2] Volaterrani interamenta navium & frumentum, Arre-

lib. *Q. Catius*, quod probo. Nam ſupra: *Q. Catii* magna mentio, *Q. Catuli* nulla. *Sigonius.*

1 *Et quia impenſa n. r. f. claſſem, ut qua ſocia darentur a. n. f. n. acciperet. Etruria* &c.] In vet. lib. eſt: *niſi qua à ſociis*, ex quo intelligo legendum eſſe, *ſi qua à ſociis*. & cum ait: *& quia impenſa*, novæ ſententiæ principium eſt faciendum, cui altera pars jungitur, *Etruriæ primum populi*. Idem.

Ut qua à ſociis] Male Sigonius, *ſi qua*: certum enim, non dubium erat datum iri. MSS. *ni qua*, vel *ut in qua*, deinde omnes, *ab ſociis*. Lege: *uti qua ab ſociis*. Male idem ordinat periodos: quaſi novæ ſententiæ principium ſit, *& quia impenſæ*, cui altera pars jungatur, *Etruriæ primum*. Immo, illud cohæret præcedenti membro, ſententia autem finitur cum τῷ *acciperet*. Hoc enim dicit, duo tenuiſſe Scipionem, ut voluntarios ducere, utque ab ſociis accipere, quæ darentur, liceret. Nimirum non vidit τὸ *acciperet*, ſignificare *accipere liceret*. J. Fr. Gron.

2 *Volaterrani armamenta navium & frumentum*] Put. omneſque Gallici, omnes Flor. (ad ſex aut ſeptem hoc loco inſpeximus) duo Pall. Barberinus, Voſſ. *Volaterrani interamenta navium*. Poteſt videri *interamentum*, ut & *interamen*, ab *interare* deduci. Gloſſarium: *Interata* ἐξεντερισθέντα. Ejus compoſitum *exenterare*. Et *interior* oſtendit fuiſſe aliquando *interus*, ut *ſuperior, ſuperus, ſuperare*. unde *ſuperamenta materiarum* l. 55 ℘. 4 D. de Leg. 3. Etiam veteres dixiſſe *interatim* pro *interim* teſtis eſt Feſtus. Sic *interamen* ἐντερόνεια. Ariſtophanes Ἱππεῦσιν. Ἐν ταῖς πετάραις ἐντερόνειαν ubi Scholiaſtes: Τὰ ἐγκείλια, τὰ ἀπὸ τῆς πρύμνης ἀναρχόμενα ξύλα, ἐντερόνεια καλεῖται. Pollux lib. 2 cap. 4. Ἐντερόνεια, τὰ καλούμενα ἐγκοίλια τῆς ναῦς. Vix tamen putem *interare* veteres uſurpaſſe: quum & *externare* quam *exterare* maluerint, & *exenterare* potius dixerunt à Græco ἔντερα quam *exinterare*. Tertius Pal. diſerte exhibet: *inceramenta navium*: quod etiam atque etiam vide an non præſtet. Naves cera piceque oblini & oblitas olim fuiſſe notum eſt. Hinc Julius Pollux inter τὰ περὶ ναυπηγῶν ponit πίσσαν & κηρόν. Plinius lib. 16, 11 *zopiſſam* ait vocari derafam navibus maritimis *picem cum cera*. Vegetius lib. 5 de re Militari cap. 14. *Ardentes ſagitta per baliſtas in hoſticarum navium alveos infiguntur, inunctaſque cera & pice & reſina tabulas tot fomentis ignium repente ſuccendunt*. Eam mixturam picis cum cera una voce κηρὸν dicunt Græci. Arrianus in periplo Ponti Euxini: ἀλλὰ καὶ οἱ ἄλοι καὶ ὁ κηρὸς ἀπ-

ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, ἥτις ἐστὶν παροικοῦσα Ῥώμην, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, ἥτις ἐστὶν παροικοῦσα Κόρινθον, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, ἥτις ἐστὶν παροικοῦσα Ἀθήνας, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, ἥτις ἐστὶν παροικοῦσα Θεσσαλονίκην, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, ἥτις ἐστὶν παροικοῦσα Φιλίππους, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, ἥτις ἐστὶν παροικοῦσα Ἔφεσον, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ, ἥτις ἐστὶν παροικοῦσα Σμύρν

Quæ ad Medicinam pertinent, Quæ ad Chirurgiam pertinent, Quæ ad Ophthalmicen, Quæ ad Obstetricen, Quæ ad Pharmacopœiam, Quæ ad Pharmacopolium, Quæ ad Pharmacopolium, Quæ ad Pharmacopolium

Matthew 1:1–20 The Virgin Mary, her husband Joseph and the Christ Child in the manger. Joseph is shown in bed, asleep, with an angel appearing to him in a dream. The Virgin Mary is shown in bed, with the Christ Child in the manger. Joseph is shown in bed, asleep, with an angel appearing to him in a dream. The Virgin Mary is shown in bed, with the Christ Child in the manger.

EPITOME LIBRI XXIX.

Bellum in Africa gestum Scipione consule. Is ludos Megalesios primus fecit. Ludi scenici per decem dies facti. Ludi Romani per quindecim dies facti. Ludi plebeii per undecim dies facti. Ludi Cereales per octo dies facti. Ludi Florales per sex dies facti. Ludi Apollinares per tres dies facti. Ludi funebres per tres dies facti. Ludi Victoriae Sullanae per quinque dies facti. Ludi Victoriae Caesaris per quatuor dies facti. Ludi Victoriae Augustae per tres dies facti. Ludi Victoriae Gothicae per tres dies facti. Ludi Victoriae Claudiae per tres dies facti. Ludi Victoriae Aurelianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Probae per tres dies facti. Ludi Victoriae Carinae per tres dies facti. Ludi Victoriae Numerianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Diocletianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Constantinianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Iovianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Valentinianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Theodosianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Honorianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Arcadianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Leonianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Anthemianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Zenonianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Anastasianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Iustinianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Iustinianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Tiberianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Mauricianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Phocianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Heracliae per tres dies facti. Ludi Victoriae Heraclianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Constantianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Constantianae per tres dies facti. Ludi Victoriae Constant

Lucas (Thomas), né à Paris le 20 Juillet 1803, mort à Paris le 10 Juin 1871, fut d'abord employé dans une maison de commerce, puis il se consacra à l'étude de la médecine, et fut reçu docteur en 1832. Il s'occupa spécialement de la question pénitentiaire, et fut nommé, en 1836, inspecteur des prisons. Il a publié : *Du système pénitentiaire aux États-Unis et de la nécessité de l'adopter en France* (1836, 2 vol. in-8°, avec atlas in-fol.); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis* (1838, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris* (1840, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris et de la colonie pénitentiaire de Mettray* (1845, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1847, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1850, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1852, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1854, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1856, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1858, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1860, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1862, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1864, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1866, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1868, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1870, 2 vol. in-8°).

Lucas (Thomas), né à Paris le 20 Juillet 1803, mort à Paris le 10 Juin 1871, fut d'abord employé dans une maison de commerce, puis il se consacra à l'étude de la médecine, et fut reçu docteur en 1832. Il s'occupa spécialement de la question pénitentiaire, et fut nommé, en 1836, inspecteur des prisons. Il a publié : *Du système pénitentiaire aux États-Unis et de la nécessité de l'adopter en France* (1836, 2 vol. in-8°, avec atlas in-fol.); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis* (1838, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris* (1840, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris et de la colonie pénitentiaire de Mettray* (1845, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1847, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1850, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1852, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1854, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1856, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1858, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1860, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1862, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1864, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1866, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1868, 2 vol. in-8°); *Du système pénitentiaire en Europe et aux États-Unis, suivi de notes statistiques sur les prisons de Paris, de la colonie pénitentiaire de Mettray et de la colonie agricole de Fontevrault* (1870, 2 vol. in-8°).

ἐπὶ τῶν ἐκκλησιῶν τῶν ἐν τοῖς ἀγροῖς καὶ χώραις, ἢ ἐν τοῖς μικροῖς πόλεσιν,

nec sub pedibus lustrandum lumine solis
ardua cum possint permanere aethere longo.
Quippe videmus enim multarum exempla rerum,
quae nobis cernuntur apertis sensibus esse,
quae tamen ob nullam certam rationis ad oram
nescimus fieri, paucis tamen ut memorentur,
fulgere ut interdum dicuntur nubibus arcus,
et cum sol oriens roseis conspargit equorum
lumina luminibus, simul ac pluvia obtulit undam,
quae faciant, quaeque ipsa modi natura gerendi
sit, quibus e rebus constet, quo pacto locorum
contra quam soli cernatur semita certi,
quae tamen ob nullam certam rationis ad oram
nescimus fieri, paucis tamen ut memorentur.
Sic ubi sol radiis aestivo tempore largis
terram, quae nobis lato sub tegmine fruges
gignit, et arboribus fecundis temperat auras,
quacumque in regione diem conlustrat, eandem
nimirum supra caput hanc sibi constat habere
partem, quae nobis subter sub pondere nitet.
Quod mare, quae tellus, quae porro nox creet orbis,
quae subter terram fluitent, quae Tartara habeant,
quo fluere omnia, quae gigni de rebus oriri,
haec eadem ratio, quae de caelo quaeque videntur,
explicat, et certis confirmat argumentis.
Nec divum domus et sedes ea nobis ulla
in regione patet, quam nos terramque mareque
sideraque et caelum cernimus, et quae caelicolum vis
incolit et motus obit, haec nos quae cernimus omnia
mortalem ac tetram mundi regionem habitare
cogere debet enim ratio, quamvis reluctans.
Sed neque quam ob rem possint res quaeque creari
nec quo quaeque modo fieri natura gerique
invidet, et nobis ad caelum pandere viam
cogit et ante pedes nostros quae cernimus omnia
dissolvens temptat rationibus addere finem.
Nec me animi fallit quam sint obscura; sed acri
percipit ardenti correpta cupidine mens
vera cupitque foras naturae claustra refringi.
Quae cupio mihi cernere iam iamque videre
videor, et ante oculos clara mihi lux oritur rei
tantum, quae tenebris tam clausa latebrosis
erui posse putes, ut nequeam non omnia divum
vincula labefactare metu.

ἀβλαβὲς τὸ σῶμα, καὶ ἀνεπίβλαπτον. Ἐπὶ τοῦτο γὰρ ἐπινοήσαμεν τὸν ἀσκὸν, ἵνα μὴ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου τραυματίζηται. Ἐπὶ τοῦτο δὲ καὶ τὸ ἔλαιον, ἵνα μὴ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἀπολιπαίνηται. Ἐπὶ τοῦτο δὲ καὶ τὸ ἔριον, ἵνα μὴ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἀποξύνηται. Ἐπὶ τοῦτο δὲ καὶ τὸ ὕδωρ, ἵνα μὴ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἀποκαί

μετὰ τοῦ βασιλέως Ἀγρίππα, καὶ Βερνίκης ἀφικόμενος εἰς Καισάρειαν, ἀσπασάμενος αὐτὸν καὶ τὴν ἀδελφὴν, ἐπὶ τὴν Ἀντιόχου βασιλείαν ἐπορεύθη· ἔνθα δὴ καὶ τὸν Ἀντίοχον ἐκεῖνος ἀσπασάμενος, καὶ τὴν ἀδελφὴν Ἀντιόχου Κυπρίαν, ἣν ἐκεῖνος ἔγημε, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς Ἀγρίππαν, ἐπὶ τὴν Ἀλεξανδρέων ἐπορεύθη πόλιν, ἐπιθυμῶν ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν διαπλεῦσαι. ἐπεὶ δὲ ἐκεῖνος μὲν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐτύγχανε διατρίβων, ἐπιστολὴ δὲ ἀφίκετο παρὰ τοῦ πατρὸς, ἐν ᾗ ἐδήλου, ὡς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἐπανέρχοιτο, ἐκεῖνος δὲ

Ramus, arbor, arbuscula, frutex, virgultum, ſurculus, ſtirps, ſtipes, ſtamen, ſtaminula, ſtaminum, ſtaminulum, ſtaminulorum, ſtaminulorum, ſtaminulor

[illegible] Cicero. Cicero's Gedanken sind [illegible] Cicero's Gedanken sind [illegible] Cicero's Gedanken sind [illegible]

Ἐπιμερισμὸς, distributio, divisio, partitio.

Ἐπιμερισμὸς, distributio, divisio, partitio.

Ἐπιμερισμὸς, distributio, divisio, partitio.

Hipponem adverſus Romanam claſſem. Jam hæc agentibus nuncius tandem venit, Lælium, non Scipionem, copiaſque, quantæ ad incurſiones agrorum ſatis ſint, tranſvectas, [1] ſummæ belli molem adhuc in Sicilia eſſe. Ita reſpiratum, mittique ad Syphacem legationes, alioſque regulos, firmandæ ſocietatis cauſſa, cœptæ. Ad Philippum quoque miſſi, qui ducenta argenti talenta pollicerentur, ut in Siciliam aut Italiam trajiceret. [2] Miſſi ad duos imperatores in Italiam, ut omni terrore Scipionem retinerent: ad Magonem non legati modo, ſed viginti-quinque naves longæ, ſex millia peditum, octingenti equites, ſeptem elephanti, [3] ad hoc magna pecunia ad conducenda auxilia, quibus fretus propius urbem Romanam exercitum admoveret, conjungeretque ſe Annibali. Hæc Carthagine [4] parabant agitabantque; ad Lælium prædas ingentes ex agro inermi ac nudo præſidiis agentem, Maſiniſſa fama Romanæ claſſis excitus, cum equitibus paucis venit. *Is ſegniter rem agi ab Scipione queſtus, [5] quod tam non jam exercitum in Africam trajeciſſet, perculſis Carthaginienſibus, Syphace impedito finitimis bellis, [6] quem incertum hærere; ſi ſpatium ad ſua ut velit componenda detur, nihil ſincera fide cum Romanis acturum. Hortaretur, ac ſtimularet Scipionem ne ceſſaret, ſe, quamquam regno pulſus eſſet, cum haud*

1 *Summam belli molem adhuc in Sicilia eſſe*] Liber optimus omnium: *ſummas belli molum.* Scribe: *ſummæ belli molem adhuc in Sicilia eſſe.* J. Fr. Gron.

2 *Miſſi & ad ſuos imperatores*] Haud dubie *ad duos*, ut quidam ſcripti: Annibalem nimirum & Magonem. *Id.*

3 *Adhuc magn[illegible]*] Meliores: *ad hoc*, ut ex [illegible]us. *Idem.*

4 *Pa[illegible]ue*, *quum ad Lali[illegible]quum* adjecit [illegible]. Men. Voſſ.

[illegible]ientem. Nec [illegible], ea opus eſt.

5 *Quod non jam exercitum*] Omnes Gall. *quod tum non jam exercitum.* Idem.

6 *Quem certum haberet ſi ſpatium*] Omnes & hi & alii: *quem incertum habere.* Emenda: *Syphace impedito finitimis bellis, quem incertum hærere; ſi ſpatium ad ſua, ut velit, componenda detur, nihil ſincera fide cum Romanis acturum.* Senſus apparet, nunc etiam ambiguum eſſe, & conceptas inimicitias diſſimulare. Videtur ortum mendum ex antiquiſſimo codice in quo & lib. 30, 10 *enrariam habentem*, pro *hærentem*, legitur. *Idem.*

1 *Quanto*

Digitized by Google

traducit: junctuſque Lucretio, [1] ſi ſe Mago ex Liguribus propius urbem moveat, obviam ire parat: ſi Pœnus ſub angulo Alpium quietus ſe contineat, [2] & ipſe in eadem regione circa Ariminum Italiæ præſidio futurus. 6 Poſt reditum ex Africa C. Lælii, & Scipione ſtimulato Maſiniſſæ adhortationibus, & militibus prædam ex hoſtium terra cernentibus tota claſſe efferri, accenſis ad trajiciendum quam primum, intervenit majori minor cogitatio, Locros urbem recipiendi, quæ ſub defectionem Italiæ deſciverat & ipſa ad Pœnos. [3] Spes autem affectandæ ejus rei ex minima re affulſit: latrociniis magis quam

1 *Si ſe Mago ex Liguribus propius urbem moveat*] Vet. lib. *ſi Mago e. L. p. u. moveat.* Eſt autem genus dicendi ſimile ei, *is quam proxime poteſt ad urbem ducit.* abſolute enim utrumque dicitur. *Sigonius.*

2 *Et ipſe in eadem ſtatione circa*] Omnes iidem: *regione.* J. Fr. Gron.

3 *Spes a. adfect. ejus rei ex minima re affulſit: latrociniis*] Quo magis conſidero, eo minus placet illa *res* tam prope *minimam rem*, & mox, *gerebantur res.* Hoc tamen prædico: ſervant ita omnes libri, neque adverſus pertinaeem contendam. Nimis tamen ſuſpicor primum illud *rei* inſiticium eſſe. Dixerat Livius: *intervenit majori minor cogitatio, Locros urbem recipiendi.* Subjungit: *ſpes autem adfectande ejus ex minima re adfulſit.* nempe urbis. Quæ ſequuntur, Rhenani & Sigonii libri vexant, atque illis hi imprudenter manum & aures præbent. Prior, *quia latrociniis*: alter, *quod latrocinii magis mere*: quorum utrumque haud dubie à mala manu. Noſtri omnes tum Gall. tum Pall. ſed & Voſſ. & *quod* & *quia* ignorant, neque injuria: ſed omnes quoque *latrociniis*, ut editur. Deinde iſte truncus: *principio Numidis, non ſocietate magis Punica, quam ſuopte ingenio promtu in eum morem.* Qua labe etiam unus è Pall. fœdatus. Duo reliqui, omnes Gall. Voſſ. Florent. Barberinus, ut ante Rhenanum publicatum erat: *principio ab Numidu facto & Bruttiis, non ſocietate magu Punica, quam ſuopte ingenio congruentibus in eum morem.* Nuſquam *promptu*, niſi in uno non ſummi pretii: id quod tamen ceu unicam gemmam ex Beati mangonio, cæteris ſpretis, editores receperunt. Nobis potior auctoritas tot codicum, & meminimus illorum: lib. 3. *Omnes ea res in unum congruentes haud dubiam damnationem Volſcii faciebant.* Lib. 25. *Conſilium advocatum, omniumque in unum congruunt ſententia.* Lib. 26. *De nulla re prius cons. retulerunt, omniumque in unum ſententia congruebant.* Quodque apud Senecam lib. 6 Natural. quæſt. cap. 1. *Et propoſiti operis contextus exigit: & ipſe in hoc tempus congruens caſus.* Totum igitur locum ita ſcribimus: *Spes autem adfectande ejus ex minima re adfulſit. Latrociniis magis quam juſto bello in Bruttiis gerebantur res; principio ab Numidu facto, & Bruttiis non ſocietate magis Punica, quam ſuopte ingenio congruentibus in eum morem.* Idem.

Quod latrociniis magis, quam j. bello in Brutt. gerebantur res] Vet. lib. *quod latrocinii magis mere, quam juſto bello in Bruttiis gerebatur res.* Placet. Sub-

quam juſto bello in Bruttiis gerebantur res; principio ab Numidis facto, & Bruttiis, non ſocietate magis Punica, quam ſuopte ingenio congruentibus in eum morem. [1] Poſtremo Romani quoque jam contagione quadam rapto gaudentes, quantum per duces licebat, excurſiones in hoſtium agros facere. [2] Ab iis egreſſi quidam urbem Locrenſes circumventi, [3] Rhegiumque abſtracti fuerant. in eo captivorum numero fabri quidam fuere, aſſueti forte apud Pœnos mercede opus in arce Locrorum facere. Ii cogniti ab Locrenſium [4] principibus, qui pulſi ab adverſa factione, quæ Annibali Locros tradiderat, Rhegium ſe contulerant: quum cætera percunctantibus ([5] ut mos eſt qui diu abſunt) quæ domi agerentur, expoſuiſſent; ſpem fecerunt, ſi redempti ac remiſſi forent, arcem ſe iis tradituros. ibi ſe habitare, fidemque ſibi

Subdit enim, *promptii in eum morem.* Et libro 38 ait; *Latrocinii magis, quam prælii modo.* Sigonius.

1 *Poſtremo Romani quoque milites*] Vocem ultimam Put. reg. Men. duo Pall. Voſſ. jubent aboleri. Sed & quidam, *excurſiones in hoſtium facere*, ſine *in agros.* Forte, *in hoſticum.* J. Fr. Gron.

2 *Ab iis egreſſi quidam urbe*] Omnes Gall. cum Put. & Voſſ. *urbem.* Ut alibi, *excedere urbem.* Lib. 22. *Cuſtodes præterea ad portas ponant, qui prohibeant quemquam egredi urbem.* Et ſic defenditur apud Tacitum lib. 11 Ann. 28. *Dum hiſtrio cubiculum principis exſultat.* Idem.

3 *Rhegyum*] *Rhegium* ex vet. lib. Et Græcis Ῥήγιον. *Sigonius.*

4 *Principibus, qui exſulabant*] Put. Pet. melior, reg. duo Flor. optimi clare: *Ii cogniti ab Locrenſium principibus, qui pulſi ab adverſa factione, quæ Annibalis Locros tradiderat, Rhegium ſe contulerant, quum cætera.* Men. Pal. optimus, Barberinus, Voſſ. eodem modo, niſi quod, *principibus pulſis*, omiſſo pronomine. Petav. alter, duo Pall. duo alii Flor. & Andreæ editiones: *principibus qui exſulabant Rhegii pulſi ab adverſa factione, quæ An. Lo. trad. Rhegium ſe contulerant.* Ita ſine dubio invenit Rhenanus in ſuo codice (nam quomodo lectum ibi fuerit, ſilet) maleque judicavit abeſſe debere, *Rhegium ſe contulerant:* cum revera ſubjectum ſit, *exulabant Rhegii.* Itaque reſtituimus veterem lectionem firmiſſimis tibicinibus ſuffultam. Phraſin quid opus illuſtrare, qua nihil vulgarius? Tamen ne hoc ipſo ſpernatur, quod nimis eſt vulgaris, eſt etiam Livii. Lib. 6. *Qui ædificandi Romæ pigritia, occupatis ibi vacuis tectis Veios ſe contulerant.* Lib. 22. *Quo ſe Annibal poſt prælium contulerit.* Lib. 23. *Cum paucis Romanis Latinique nominis, quos eodem audita Cannenſis cladis contulerat.* J. Fr. Gron.

5 *Ut mos eſt iis qui diu abſunt*] Omnes Gall. & Pall. ut & editiones Andreæ abolent τῶ *iis*, habentque tantum: *ut mos eſt qui diu abſunt.* Id quod multo tenerius ſe mihi commendat. *Idem.*

1 Qui

ſibi rerum omnium inter Carthaginienſes eſſe. Itaque ut [1] qui ſimul deſiderio patriæ angerentur, ſimul cupiditate inimicos ulciſcendi arderent, redemtis extemplo iis remiſſiſque, quum ordinem agendæ rei compoſuiſſent, ſignaque quæ procul edita obſervarent; ipſi ad Scipionem Syracuſas profecti, apud quem pars exulum erat, referentes ibi promiſſa captivorum, quum ſpem ab effectu haud abhorrentem conſuli feciſſent; tribuni militum cum iis M. Sergius & P. Matienus miſſi, juſſique ab Rhegio tria millia militum Locros ducere. & Q. Pleminio proprætori ſcriptum, ut rei agendæ adeſſet. Profecti ab Rhegio, [2] ſcalas ad editam altitudinem arcis fabricatas portantes, media ferme nocte ex eo loco, unde convenerat, ſignum dedere proditoribus arcis. qui parati intentique, & ipſi ſcalas ad idipſum factas cum demiſiſſent, pluribuſque ſimul locis ſcandentes accepiſſent, priuſquam clamor oriretur, in vigiles Pœnorum, ut in nullo tali metu ſopitos, impetus eſt factus. quorum gemitus primo morientium exauditus; deinde ſubita conſternatio ex ſomno, & tumultus, quum cauſſa ignoraretur, poſtremo certior res, aliis excitantibus alios. jamque ad arma pro ſe quiſque vocabat: hoſtes in arce eſſe, & cædi vigiles. oppreſſique forent Romani, nequaquam numero pares, ni clamor ab iis, qui extra arcem erant, ſublatus, [3] incertum unde accidiſſet (omnia vana augente nocturno

1 *Qui ſimul deſiderio patriæ agerentur*] Omnes Gall. & Ital. & Voſſ. *angerentur*. J. Fr. Gron.

2 *Scalas ad dictam altitud.*] Veter. lib. *ad edictam*. Sigonius.

Scal. ad editam altitudinem arcis fabricatas] Recte hoc acceptum ab Rhenano: nam & ſic noſtri meliores. Put. *ad deditam*, litera una ſupervacua. Vulgo prius: *ad dictam*. Sigonius è libro ſuo notat, *ad edictam*. J. Fr. Gron.

3 *Incertum unde acc.*] Vet. lib. *incertus unde accidiſſet*. Sigonius.

Incertus unde accidiſſet (omnia vana augente nocturno tumultu) feciſſet] Omnes Gall. Pall. Voſſ. *incertum*. Neque aliter priſcæ editiones. Illud Sigonii eſt: neutrum plana ſententia. Poteſt enim τὸ *facere* conjungi vel τῷ *incertus*, vel τῷ *vana*. Si prius placet, lege, *incertos*. Lib. 41. *Clamor in porta audiebatur, & concurſatio in obſcuro incidentium aliorum in alios incertum fecerat, an hoſtis intra vallum eſſet*. Tacitus lib. 4 Annal. *Hoſtiſque clamore turbido*,

cturno tumultu) feciſſet. Itaque velut plena jam hoſtium arce territi Pœni, omiſſo certamine, in alteram arcem (duæ ſunt haud multum inter ſe diſtantes) confugiunt. Oppidani urbem habebant; victoribus præmium in medio poſitam. Ex arcibus duabus prœliis quotidie levibus certabatur. Q. Pleminius Romano, Amilcar Punico præſidio præerat: [1] & arceſſentes ex propinquis locis ſubſidia, copias augebant. Ipſe poſtremo veniebat Annibal. nec ſuſtinuiſſent Romani, niſi Locrenſium multitudo exacerbata ſuperbia atque avaritia Pœnorum, ad Romanos inclinaſſet. [2] Scipioni ut nunciatum eſt, in 7
majore diſcrimine Locris rem verti, ipſumque Annibalem adventare; ne præſidium etiam periclitaretur haud facili inde receptu; & ipſe à Meſſana, L. Scipione fratre in præſidio ibi relicto, quum primum æſtu fretum inclinatum eſt, [3] naves mari ſecundo miſit; [4] Et Annibal à Butroto amni (haud procul is ab urbe Locris abeſt) nuncio præmiſſo, ut ſui luce prima ſumma vi prœlium cum Ro-

bido, modo per vaſtum ſilentium, incertos obſeſſores effecerat. Sin, *incertum unde, accidiſſet, & omnia vana, augente nocturno tumultu, feciſſet.* Vel, *incertum unde accidens, omnia.* Lib. 30. *Territi equi vanum equeſtre auxilium fecerunt.* Quamquam & poſſis: *augeni nocturnus tumultus.* Ni tumultus nocturnus, omnia vana multiplicans, feciſſet incertum Pœnis, clamor ab iis qui extra arcem erant, unde accidiſſet: utrum ab his ipſis, an vero tantus jam arcem occupaſſet numerus. *J. Fr. Gronovius.*

1 *Et arceſſentes ex propinquis*] Put. *præſidio præerat arceſſentes ex propinquis:* deleta copulativa, quam & cæteri omnes Gall. ſpernunt. Scribe: *Q. Pleminius Romano, Amilcar Punico præſidio præerant: arceſſentes ex propinquis locis ſubſidia copias augebant.* Idem.

2 *Scipioni ut nunciatum eſt* &c. *& ipſe à Meſſana*] Vet. lib. *Scipio ut nunciatum eſt.* Placet autem magis, ſi à recto incipiat periodus, quam ſi ab obliquo caſu. *Sigonius.*

3 *Naves mari ſecundo miſit*] Merito nos de hoc dicendi genere Glareanus admonet, ut novo. nam depravate legitur *miſit*, pro *tranſmiſit*, aut *commiſit*. Utraque enim lectio in veteribus libris reperitur. *Idem.*

Naves mari ſec. tranſmiſit] Videtur aliquid latere: nam Put. *nalles mari ſecundo miſit.* Et poſterius hoc *miſit*, non *tranſmiſit*, habent omnes Gall. Palatinique & Voſſ. & editiones ante Sigonium. *J. Fr. Gron.*

4 *Et Annibal à Butroto amni*] Put. *Et Hannibal abulato.* Scribe: *Et Hannibal ab Alece amni.* Hoc enim ei nomen eſt. Strabo lib. 6. Τὸ δὲ Ἄλικ- πόλιμα τὸ διορίζον- τὴν Ῥηγίνην ἀπὸ τῆς Λοκρίδ-. Et facile inter ſe commutari has literas quid attinet addere? *Idem.*

1 Ῥηγ-

Romanis ac Locrenſibus conſererent, dum ipſe, averſis omnibus in eum tumultum, ab tergo urbem incautam aggrederetur; ubi luce cœptam invenit pugnam, ipſe nec in arcem ſe includere, turba locum arctum impediturus, voluit: neque ſcalas, quibus ſcanderent muros, attulerat. ſarcinis in acervum conjectis, quum haud procul muris ad terrorem hoſtium aciem oſtendiſſet, cum equitibus Numidis circumequitabat urbem, dum ſcalæ, quæque alia ad oppugnandum opus erant, parantur; ad viſendum qua maxime parte aggrederetur. [1] progreſſus ad murum, ſcorpione icto qui proximus eum forte ſteterat, territus inde tam periculoſo caſu, receptui canere quum juſſiſſet, caſtra procul ab ictu teli communiit. Claſſis Romana à Meſſana Locros [2] aliquot horis die ſuperante acceſſit: [3] expoſiti omnes è navibus, & ante occaſum ſolis, urbem ingreſſi ſunt. Poſtero die cœpta ex arce à Pœnis pugna: & Annibal jam ſcalis, aliiſque omnibus ad oppugnationem paratis, ſubibat muros. quum repente in eum nihil minus quam tale quicquam timentem, patefacta porta erumpunt Romani. ad ducentos improvidos cum invaſiſſent, occidunt. cæteros Annibal, ut conſulem adeſſe ſenſit, in caſtra recipit: nuncioque miſſo

1 *Progreſſus ad murum, ſcorpione ictus*] Progreſſus dicitur Annibal, *ictus* qui prope illum ſtabat: quomodo igitur cohæret oratio, ni ſcribas cum Put. omnibuſque Gall. *progreſſus ad murum, ſcorpione icto, qui proximus eum forte ſteterat, territus.* Annibal nempe, quum alter ſcorpione ictus eſſet. Fortaſſis etiam olim fuit: *ſteterat, abſterritus inde tam periculoſo caſu.* Certe vocula *inde* id requirere videtur. *J. Fr. Gron.*

2 *Multa die ſuperante acceſſit*] Cur mutarunt, quod eſt in Put. Pet. Men. optimo Pal. *à Meſſana aliquot horis die ſuperante acceſſit.* Sane Put. & Voll. *diei.* ubi poſſet explicari *ſuperante horis*, ut erat apud antiquos *abſente nobis*: ſed ego Livii cauſſa illud malo. Salluſtius Jugurth. 97. *Marium jam in hiberna proficiſcentem vix decima parte die reliqua invadunt.* Hæc ſcriptura in ſummæ fidei & reverendæ vetuſtatis libro inventa Gellio, ut notat lib. 9, 14, probatur omnino & nobis: ſed quod ille τὸ *die* patrio caſu accipiendum putat, & pleriſque viris doctis perſuaſit, id nihil verius judico, quam quod apud Virgilium vult: *Munera lætitiamque dii.* Nam Salluſtium ita explico: *die vix quod ad decimam partem reliqua*: ut Livius, *die, quod ad aliquot horas, ſuperante.* Idem.

3 *Expoſitis omnes navibus*] Scripsi: *expoſiti omnes è navibus.* Idem.

Kap. 7. §. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250.

traducit: junctuſque Lucretio, [1] ſi ſe Mago ex Liguribus propius urbem moveat, obviam ire parat: ſi Pœnus ſub angulo Alpium quietus ſe contineat, [2] & ipſe in eadem regione circa Ariminum Italiæ præſidio futurus. 6 Poſt reditum ex Africa C. Lælii, & Scipione ſtimulato Maſiniſſæ adhortationibus, & militibus prædam ex hoſtium terra cernentibus tota claſſe efferri, accenſis ad trajiciendum quam primum, intervenit majori minor cogitatio, Locros urbem recipiendi, quæ ſub defectionem Italiæ deſciverat & ipſa ad Pœnos. [3] Spes autem affectandæ ejus rei ex minima re affulſit: latrociniis magis quam

1 *Si ſe Mago ex Liguribus propius urbem moveat*] Vet. lib. *ſi Mago e. L. p. u. moveat.* Eſt autem genus dicendi ſimile ei, *is quam proxime poteſt ad urbem ducit.* abſolute enim utrumque dicitur. *Sigonius.*

2 *Et ipſe in eadem ſtatione circa*] Omnes iidem: *regione.* J. Fr. Gron.

3 *Spes a. adfect. ejus rei ex minima re affulſit: latrociniis*] Quo magis conſidero, eo minus placet illa *res* tam prope *minimam rem*, & mox, *gerebantur res.* Hoc tamen prædico: ſervant ita omnes libri, neque adverſus pertinaceem contendam. Nimis tamen ſuſpicor primum illud *rei* inſiticium eſſe. Dixerat Livius: *intervenit majori minor cogitatio, Locros urbem recipiendi.* Subjungit: *ſpes autem adfectandæ ejus ex minima re adfulſit.* nempe urbis. Quæ ſequuntur, Rhenani & Sigonii libri vexant, atque illis hi imprudenter manum & aures præbent. Prior, *quia latrociniis:* alter, *quod latrocinii magis more:* quorum utrumque haud dubie à mala manu. Noſtri omnes tum Gall. tum Pall. ſed & Voſſ. & *quod* & *quia* ignorant, neque injuria: ſed omnes quoque *latrociniis*, ut editur. Deinde iſte truncus: *principio Numidis, non ſocietate magis Punica, quam ſuopte ingenio promtus in eum morem.* Qua labe etiam unus e Pall. fœdatus. Duo reliqui, omnes Gall. Voſſ. Florent. Barberinus, ut ante Rhenanum publicatum erat: *principio ab Numidis facto & Bruttiis, non ſocietate magis Punica, quam ſuopte ingenio congruentibus in eum morem.* Nuſquam *promptus*, niſi in uno non ſummi pretii: id quod tamen ceu unicam gemmam ex Beati mangonio, cæteris ſpretis, editores receperunt. Nobis potior auctoritas tot codicum, & meminimus illorum: lib. 3. *Omnes ea res in unum congruentes haud dubiam damnationem Volſcii faciebant.* Lib. 25. *Conſilium advocatum, omniumque in unum congruerunt ſententia.* Lib. 26. *De nulla re prius cons. retulerunt, omniumque in unum ſententia congruebant.* Quodque apud Senecam lib. 6 Natural. quæſt. cap. 1. *Et propoſiti operis contextus exigit: & ipſe in hoc tempus congruens caſus.* Totum igitur locum ita ſcribimus: *Spes autem adfectandæ ejus ex minima re adfulſit. Latrociniis magis quam juſto bello in Bruttiis gerebantur res; principio ab Numidis facto, & Bruttiis non ſocietate magis Punica, quam ſuopte ingenio congruentibus in eum morem.* Idem.

Quod latrociniis magis, quam j. bello in Brut. gerebantur res] Vet. lib. *quod latrocinii magis more, quam juſto bello in Bruttiis gerebatur res.* Placet. Sub-

C. cum ea de re ad senatum referretur, ab Appio
Claudio, qui tum forte aderat, impetrauit, ut
ei ex consulari adhuc[1] exercitui, ceteris omnibus
dimissis, quos ex Africa reduxisset, duo legiones
decernerentur. Ita ex quattuor legionibus, quas
habuerat, duas Scipio Cn. Octauio tradidit, ut
eas in prouincia reficeret, quippe longe alia ei
bella in Asia, quam quae in Africa gerenda
essent, futura. Ipse cum duabus, quas habebat,
legionibus, et cum cohortibus sociorum, quae
ex prouincia secum, ut in Africa erant, habebat,
et cum classe, quam ex Africa reduxerat, in
Asiam traiecit. Ibi cum Antiochi, regis Syriae,
exercitus, qui ad Magnesiam ad Sipylum fuerat,
et Asiae, et Europae, quae ad Hellespontum
pertinebant, omnibus terra marique opportune
impositis praesidiis, Lysimachiam, quae tum
desolata erat, ut hiberna haberet, concessit.

[1] Ex consulari adhuc] Ita Mss. omnes. Vulgo ex consulari adhuc. Sed ex consulari exercitui, ceteris omnibus dimissis, quos ex Africa reduxisset, duo legiones decernerentur, ita ex quattuor legionibus, quas habuerat, duas Scipio Cn. Octauio tradidit, ut eas in prouincia reficeret, quippe longe alia ei bella in Asia, quam quae in Africa gerenda essent, futura. Ipse cum duabus, quas habebat, legionibus, et cum cohortibus sociorum, quae ex prouincia secum, ut in Africa erant, habebat, et cum classe, quam ex Africa reduxerat, in Asiam traiecit. Ibi cum Antiochi, regis Syriae, exercitus, qui ad Magnesiam ad Sipylum fuerat, et Asiae, et Europae, quae ad Hellespontum pertinebant, omnibus terra marique opportune impositis praesidiis, Lysimachiam, quae tum desolata erat, ut hiberna haberet, concessit.

Digitized by Google

cturno tumultu) feciſſet. Itaque velut plena jam hoſtium arce territi Pœni, omiſſo certamine, in alteram arcem (duæ ſunt haud multum inter ſe diſtantes) confugiunt. Oppidani urbem habebant; victoribus præmium in medio poſitam. Ex arcibus duabus prœliis quotidie levibus certabatur. Q. Pleminius Romano, Amilcar Punico præſidio præerat: [1] & arceſſentes ex propinquis locis ſubſidia, copias augebant. Ipſe poſtremo veniebat Annibal. nec ſuſtinuiſſent Romani, niſi Locrenſium multitudo exacerbata ſuperbia atque avaritia Pœnorum, ad Romanos inclinaſſet. [2] Scipioni ut nunciatum eſt, in 7
majore diſcrimine Locris rem verti, ipſumque Annibalem adventare; ne præſidium etiam periclitaretur haud facili inde receptu; & ipſe à Meſſana, L. Scipione fratre in præſidio ibi relicto, quum primum æſtu fretum inclinatum eſt, [3] naves mari ſecundo miſit; [4] Et Annibal à Butroto amni (haud procul is ab urbe Locris abeſt) nuncio præmiſſo, ut ſui luce prima ſumma vi prœlium cum Ro-

bido, modo per vaſtum ſilentium, incertos obſeſſores effecerat. Sin, *incertum unde, accidiſſet, & omnia vana, augente nocturno tumultu, feciſſet.* Vel, *incertum unde accidens, omnia.* Lib. 30. *Territi equi vanum equeſtre auxilium fecerunt.* Quamquam & poſſis: *augeni nocturnus tumultus.* Ni tumultus nocturnus, omnia vana multiplicans, feciſſet incertum Pœnis, clamor ab iis qui extra arcem erant, unde accidiſſet: utrum ab his ipſis, an vero tantus jam arcem occupaſſet numerus. *J. Fr. Gronovius.*

1 *Et arceſſentes ex propinquis*] Put. *præſidio præerat arceſſentes ex propinquis:* deleta copulativa, quam & exteri omnes Gall. ſpernunt. Scribe: *Q. Pleminius Romano, Amilcar Punico præſidio præerant: arceſſentes ex propinquis locis ſubſidia copias augebant.* Idem.

2 *Scipioni ut nunciatum eſt* &c. *& ipſe à Meſſana*] Vet. lib. *Scipio ut nunciatum eſt.* Placet autem magis, ſi à recto incipiat periodus, quam ſi ab obliquo caſu. *Sigonius.*

3 *Naves mari ſecundo miſit*] Merito nos de hoc dicendi genere Glareanus admonet, ut novo. nam depravate legitur *miſit*, pro *tranſmiſit*, aut *commiſit*. Utraque enim lectio in veteribus libris reperitur. *Idem.*

Naves mari ſec. tranſmiſit] Videtur aliquid latere: nam Put. *nalles mari ſecundo miſit.* Et poſterius hoc *miſit*, non *tranſmiſit*, habent omnes Gall. Palatinique & Voſſ. & editiones ante Sigonium. *J. Fr. Gron.*

4 *Et Annibal à Butroto amni*] Put. *Et Hannibal abuleto.* Scribe: *Et Hannibal ab Aleto amni.* Hoc enim ei nomen eſt. Strabo lib. 6. Ἡ δὲ Λάλητος πόλις μεταξὺ διορίζουσι τὸν Ἀμπρακικὸν καὶ τὸν Λοκρικόν. Et facile inter ſe commutari has literas quid attinet addere? *Idem.*

1 *Ipſe*

Romanis ac Locrenſibus conſererent, dum ipſe, averſis omnibus in eum tumultum, ab tergo urbem incautam aggrederetur; ubi luce cœptam invenit pugnam, ipſe nec in arcem ſe includere, turba locum arctum impediturus, voluit: neque ſcalas, quibus ſcanderent muros, attulerat. ſarcinis in acervum conjectis, quum haud procul muris ad terrorem hoſtium aciem oſtendiſſet, cum equitibus Numidis circumequitabat urbem, dum ſcalæ, quæque alia ad oppugnandum opus erant, parantur; ad viſendum qua maxime parte aggrederetur. [1] progreſſus ad murum, ſcorpione icto qui proximus eum forte ſteterat, territus inde tam periculoſo caſu, receptui canere quum juſſiſſet, caſtra procul ab ictu teli communiit. Claſſis Romana à Meſſana Locros [2] aliquot horis die ſuperante acceſſit: [3] expoſiti omnes è navibus, & ante occaſum ſolis, urbem ingreſſi ſunt. Poſtero die cœpta ex arce à Pœnis pugna: & Annibal jam ſcalis, aliiſque omnibus ad oppugnationem paratis, ſubibat muros. quum repente in eum nihil minus quam tale quicquam timentem, patefacta porta erumpunt Romani. ad ducentos improvidos cum invaſiſſent, occidunt. cæteros Annibal, ut conſulem adeſſe ſenſit, in caſtra recipit: nuncioque miſſo

1 *Progreſſus ad murum, ſcorpione ictus*] Progreſſus dicitur Annibal, *ictus* qui prope illum ſtabat: quomodo igitur cohæret oratio, ni ſcribas cum Put. omnibuſque Gall. *progreſſus ad murum, ſcorpione icto, qui proximus eum forte ſteterat, territus.* Annibal nempe, quum alter ſcorpione ictus eſſet. Fortaſſis etiam olim fuit: *ſteterat, abſterritus inde tam periculoſo caſu.* Certe vocula *inde* id requirere videtur. *J. Fr. Gron.*

2 *Multa die ſuperante acceſſit*] Cur mutarunt, quod eſt in Put. Pet. Men. optimo Pal. *à Meſſana aliquot horis die ſuperante acceſſit.* Sane Put. & Voſſ. *diei.* ubi poſſet explicari *ſuperante horis*, ut erat apud antiquos *abſente nobis:* ſed ego Livii cauſſa illud malo. Salluſtius Jugurth. 97. *Marium jam in hiberna proficiſcentem vix decima parte die reliqua invadunt.* Hæc ſcriptura in ſummæ fidei & reverendæ vetuſtatis libro inventa Gellio, ut notat lib. 9, 14, probatur omnino & nobis: ſed quod ille τὸ *die* patrio caſu accipiendum putat, & pleriſque viris doctis perſuaſit, id nihil verius judico, quam quod apud Virgilium vult: *Munera lætitiamque dii.* Nam Salluſtium ita explico: *die vix quod ad decimam partem reliqua:* ut Livius, *die, quod ad aliquot horas, ſuperante.* Idem.

3 *Expoſiti omnes navibus*] Scripsi: *expoſiti omnes è navibus.* Idem.

Proſerpinæ etiam, intacti omni ætate, theſauri; præterquam quod à Pyrrho, qui cum magno piaculo ſacrilegii ſui manubias retulit, ſpoliati dicebantur. Ergo ſicut ante regiæ naves laceratæ naufragiis, nihil in terram integri, præter ſacram pecuniam Deæ, [1] quam aſportabant, extulerant: tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea violatione templi furorem objecit, atque inter ſe ducem in ducem, militem in mi-
9 litem rabie hoſtili vertit. Summæ rei Pleminius præerat: militum pars ſub eo, [2] quam ipſe ab Rhegio abduxerat, pars ſub tribunis erat. Rapto poculo argenteo ex oppidani domo Pleminii miles fugiens, ſequentibus quorum erat, obvius forte Sergio & Matieno tribunis militum fuit. cui quum juſſu tribunorum ademptum poculum eſſet; jurgium inde & clamor, pugna poſtremo orta inter Pleminii milites, tribunorumque; ut ſuis quiſque opportunus advenerat, multitudine ſimul ac tumultu creſcente. Victi Pleminii milites, quum ad Pleminium [3] cruorem ac vulnera oſtentantes non ſine vociferatione atque indignatione concurriſſent, probra in eum ipſum jactata in jurgiis referentes; accenſus ira, [4] domo ſeſe proripuit, vocatoſque tribunos nudari, ac virgas expediri jubet. Dum ſpoliandis iis (repugnabant enim, [5] militemque implorabant) tempus teritur, repente milites feroces recenti victoria, ex omnibus locis, velut adverſus hoſtes ad arma conclamatum eſſet, concurrerunt. &

quum

1 *Quam aſportaverant*] Veter. lib. *aſportabant*. Sigonius.

Quam aſportaverant extulerunt] Scripti noſtri: *quam aſportabat extulerat*. Scribe: *quam aſportabant, extulerant*. Ut fere Sigonius. *J. Fr. Gron.*

2 *Quam ipſe ab Rhegio adduxerat*] Ut Rhenanus, Put. Men. optimus Pal. Voſſ. *abduxerat*. Idem.

3 *Cruorem & vulnera*] Gall. *cruorem ac vulnera*. Idem.

4 *Domo ſe proripuit*] Omnes, *ſeſe*. Idem.

5 *Militumque fidem implorabant*] Ab Rhenano eſt, eique conſentit Pal. unus. Turba codicum, ut ante vulgati: *militumque implorabant auxilium*. At præſtantiſſimus Put. utramvis vocem pro ſpuria habet, tantumque exhibet: *militumque implorabant tempus*. Scribe: *Dum ſpoliandis iis (repugnabant enim militemque implorabant) tempus*

Digitized by Google

Digitized by Google

vali, aut grævior etiam, in hoſtes ingruiſſet. Itaque quoniam ipſe venire ad comitia non poſſet, ſi ita Patribus videretur, ſe Q. Cæcilium Metellum dictatorem comitiorum cauſſa dicturum: [1] *exercitum Q. Cæcilii dimitti, è republica eſſe. Nam neque uſum ejus ullum in præſentia eſſe, quum Annibal jam in hiberna ſuos receperit:* [2] *& tanta inceſſerit in ea caſtra vis morbi, ut niſi mature dimittantur, nemo omnium ſuperfuturus videatur.* ea conſuli à Patribus facienda, ut è republica fideque ſua duceret, permiſſa. [3] Civitatem eo tempore repens religio invaſerat, invento carmine in libris Sibyllinis, propter crebrius eo anno de cœlo lapidatum, inſpectis. [4] *Quandoque hoſtis alienigena terræ Italiæ bellum intuliſſet, eum pelli Italia vincique poſſe, ſi mater* [5] *Idæa à Peſſinunte Romam advecta foret.* Id carmen ab decemviris inventum eo magis Patres movit, quod & legati, qui donum Delphos portaverant, referebant: & [6] ſacrificantes ipſos Pythio Apollini litaviſſe, & reſponſum oraculo editum, majorem multo victoriam, quam cujus ex ſpoliis dona portarent, adeſſe populo

potuiſſe] Put. reg. Men. optimus Pal. tres Flor. *gravi morbo adfectari, nec ſiſti potuiſſe, ni eadem vu.* Poſteriorem mutationem ſervant omnes alii codices tantum non peſſimi: jamque confirmavimus contra Rhenanum. At ſi diſplicet *adfectari*, poſſis ſubjicere *adtentari*. Appulejus in diſertiſſima apologia: *An, quod verius eſt, ex crapula heluco attentatur?* Cicero 10 ad Attic. 17. *Valetudinem tuam jam confirmatam eſſe, & à vetere morbo & à novis tentationibus, gaudeo.* 16,7. *Piliam ἀνεζέσθαι σφόδρα te ſcripſiſſe ajebat.* J. Fr. Gron.

1 *Exercitum Q. Cæcilii*] Voſſ. *exercitum Sicilia n.* Videtur velle: *exercitum Cæcilianum.* Idem.

2 *Et tantam inceſſiſſe*] Omnes Gall. Pall. Voſſ. *& tanta inceſſerit in ea caſtra vis morbi, ut niſi.* Neque ſecus Andreæ atque Aldina editiones. Vulgatum, *tantam inceſſiſſi vim*, ab illis ortum, qui putabant altero membro periodum carere, in quo certe ſunt falli. *Idem.*

3 *Civitatem eo tempore recens*] Placet, quod habent nonnulli ſcripti ac Andreas Aldinaque: *Civitatem eo tempore repens religio invaſerat.* Put. tamen *recens*, alii *ingens*, quale mendum & alibi ſuſtulimus. *Idem.*

4 *Quandocumque hoſtis*] Omnes Gall. Pall. Voſſ. cum Andrea: *Quandoque hoſtis alienigena.* Idem.

5 *Idæa Peſſinunte Romam advecta eſſet*] Optimi: *ſi mater Idæa à Peſſinunte Romam advecta foret.* Idem.

6 *Sacrificantibus ipſis Pythio Apollini omnia læta exta fuiſſe*] Put. omneſque Gall. optimus Pal. tres meliores Florent. cum Barberino & Voſſ. *& ſacrificantibus ipſis Pythio Apollini læta fuiſſe.* duabus vocibus omiſſis. Nempe ſcripſerat Livius: *& ſacrificantes ipſos Pythio Apollini litaviſſe.* Idem.

1 *Ita-*

Ale-houses, to license, 18, 19, 20
Alehouses, not to be licensed, 19
Alehouses, to be kept orderly, 20
Alehouses, to be suppressed, 20
Alehouses, to be visited, 20
Alehouses, to be kept by whom, 20
Alehouses, to be kept by whom, 20
Alehouses, to be kept by whom

accusandi Fabios, ut filium ei, qui magistratu iret, non esse ius; ad ultimum, ut Fabium, qui dictatorem dixisset, ne ius esset magistratum petere. Quæ cum ita essent, Fabius, qui ante diem XII. Kal. Octobres dictatorem dixerat, magistratum petere non poterat. Ingressus, ut supra memoravi, Fabius Curiam, cum Patres ad eum frequentes concurrissent, ut ad dictatorem, ita ad magistrum equitum, quem ipse dixisset, ut ad collegam, ut ad magistratum, ut ad patrem, ut ad regem, ut ad dominum, ut ad omnia, quibus nomen imperii maius esset, ad eum omnes confugerent. Ita ad Q. Fabium Maximum, qui tum primus erat, ut ad dictatorem, ut ad magistrum equitum

beii ædiles fuerunt. Ædem Virtutis eo anno ad portam Capenam M. Marcellus dedicavit, ſeptimodecimo anno poſtquam à patre ejus primo conſulatu vota in Gallia ad Claſtidium fuerat. Et flamen Martialis eo anno eſt mortuus M. Æmilius Regillus. Neglectæ eo biennio res in Græcia erant. itaque Philippus Ætolos, [1] defertos ab 12
Romanis, cui uni fidebant auxilio, quibus voluit conditionibus ad petendam & paciſcendam ſubegit pacem. quod niſi omni vi perficere maturaſſet, bellantem eum cum Ætolis P. Sempronius proconſul, ſucceſſor imperii miſſus Sulpicio, cum decem millibus peditum, & mille equitibus, [2] & triginta quinque roſtratis navibus (haud parvum momentum ad opem ferendam ſociis) oppreſſiſſet. Vix dum pace facta nuncius regi venit, Romanos Dyrrachium veniſſe: Parthinoſque & propinquas alias gentes motas eſſe ad ſpem novandi res: Dimallumque oppugnari. [3] Eo ſe verterant Romani ab Ætolorum, quo miſſi erant, auxilio: irati, quod ſine auctoritate ſua adverſus fœdus cum rege pacem feciſſent. Ea quum audiſſet

T. Claudius Aſellus] Scripti omnes mutant cognomen ædilis plebei faciuntque, *Aſilus*. Sed & in Claudiis *Tiberios* potius quam *Titos* invenies. *J. Fr. Gron.*

7 *M. Jun. Penus*] *Pennus*, ex Capitol. conſul. *Sigonius.*

1 *Defertos ab Romanis, cui uni fidebant auxilio*] Non diſpliceret, ſi locupletes haberet auctores. Cæterum ſic inter noſtros unicus tantum Pal. Put. & cæteri omnes tum Gall. tum Pall. *ab Romano*. quod mutavit Rhenanus. *J. Fr. Gron.*

2 *Triginta qu. r.*] Vet. lib. *& triginta quinque*. Sigonius.

3 *Eo ſe averterant Romani ab Ætolorum, quo miſſi erant, auxilio*] Immane vitium objecerunt hic Livio fartores, & quidem ita tecte, ut abſque veteribus libris non poſſit deprehendi. Hæc omnia: *Romani ab Ætolorum quo miſſi erant*, nullum habent veſtigium ſui in Put. Pet. meliore, reg. Men. Voſſ. ſed ibi ſolummodo: *eos verterant auxilio irati*. Scribe: *Dimallumque oppugnari. eo ſe verterant auxilia, irati quod ſine auctoritate ſua*. Vides integrum & optimum ſenſum extrito illo arceſſito ferrumine correctorum. *Auxilia* nihil aliud ſunt, quam Romani imperatore P. Sulpicio proconſule in auxilium Ætolis miſſi. Itaque τὸ *irati* ad ſenſum retulit, non ad vocem. Offendit hoc bonos viros: *auxilia irati*: quaſi potius ſit pinguiſſimum centonem inſui, quam unam vocem, *Romani* nimirum, qui appellantur *auxilia*, intelligi. Complura figuratæ ſyntaxeos hujus exempla jam nobis occurrerunt. Sic apud Comicum: *ſcelus qui me perdidit*. Auctor de bello Africo: *Cæſar alteram alam mittit, qui ſatagentibus celeriter occurrerent*. Tacitus lib. 1 Hiſtor. *Germanica vexilla diu nutavere, invalidis adhuc cor-*

rex, & magiſtratus alii Epirotarum, & Acarnanum. Primus Philippus prætor verba fecit, & petiit ſimul ab rege, & ab imperatore Romano, ut finem belli facerent, darentque eam Epirotis veniam. P. Sempronius conditiones pacis dixit, ut Parthini, & [1] Dimallum, & Bargulum, & Eugenium, Romanorum eſſent. [2] Atintania, ſi miſſis Romam legatis ab ſenatu impetraſſet, Macedoni acce-

1 *Dimallum*] Glareanus negat ſe uſquam legiſſe hanc vocem *Dimallum*. Id autem oppidum eſt in Illyrioteſſe Polyb. lib. 3. Δυμάλιον εἰς ἣ Δίμαλλις ἀξιόλογον φρούριον εἰσιν. *Sigonius.*

2 *Atintanae miſſis Romam legatis ab ſenatu impetraſſe, ut*] Hunc locum olim quidam aſteriſco notarunt, quod verba deeſſe aliquot putarent. Itaque Glareanus videndum monet, quid ſibi velit vox, *Atintanae*. Huic ego quæſtioni reſpondeo, Atintanas Macedoniæ populos eſſe illos quidem, præſertim auctore Stephano: Ἀτιντανία μέρος Μακεδονίας· οἱ οἰκήτορες Ἀτιντᾶνες, καὶ Ἀτιντάνιοι. putare tamen hanc vocem adulterinam eſſe: neque huic loco convenire. Nam ſi legatur, non expleta omni ex parte ſententia videtur: *P. Sempronius conditiones pacis dixit, ut Parthini, & Dimallum, & Bargulum, & Eugenium Romanorum eſſent. Atintanae miſſis Romam legatis ab ſenatu impetraſſe, ut Macedoni accederent.* At vero ſi legas, ut eſt in veteribus libris, ſenſum elicies optimum & perfectiſſimum: *P. Sempronius conditiones pacis dixit, ut Parthini & Dimallum & Bargulum, & Eugenium Romanorum eſſent. addito quod miſſis Romam legatis ab ſenatu impetraſſent, ut Macedoni accederent.* Dixit autem, *addito quod*, pro eo, quod quidam dicunt, *dato quod*, & pro, *quamvis*. Idem.

Atintanae miſſis Romam legatis ab ſenatu impetraſſe] Hoc exercuit mirifice Glareanum & Sigonium. Ego vero magis miror, ex qua pannucea libri, non enim libro, hauſerit propinatam nobis, quam ſenſum habere optimum & perfectiſſimum cenſet, lectionem Sigonius: *Romanorum eſſent, addito quod miſſis Romam legatis ab ſenatu impetraſſent, ut Macedoni accederent.* Primo vide Latinitatem. Dixit autem *addito quod*, idem eſſe quod illi dicunt, *dato quod*, & pro *quamvis*. Scilicet hujuſmodi ſermone perſuaderet nobis Carolinam conſolationem Tullianam eſſe. Ne illi quidem, qui vulgo ſic loquuntur, concedent, *addito quod*, idem eſſe quod illi dicunt, *dato quod*, vel *poſito quod*, aut ut Latini *fac* vel *finge ſic eſſe*. Galli uſurpant, *joint que*: hoc ad verbum eſſet *addito quod*. Deinde qui impetraſſent? qui accederent? Romanine, an Parthini & Dimallum Bargulumque & Eugenium? Hi certe, inquiet. Sed ſi ab ſenatu impetrarant, ut Macedonis eſſent, qua fronte Sulpicius eos jubet eſſe Romanorum? Ubi, quando impetratum? quid intervenit, cur ſenatus donum ratum non eſſet? Sed non merentur illa refutari. Duo Florentini proletarii aut capite cenſi: *adjunctoſ, adjunctaſi*. Sed tres claſſici, duo Pall., tres Gall. Barberin. Voſſ. proque omnibus Put. *Atintania ſi miſſis*. deinde *impetraſſet Macedonia cederet*. Unde facilis reſtitutio: *ut Parthini & Dimallum & Bargulum & Eugenium Romanorum eſſent; Atintania, ſi miſſis Romam legatis ab ſenatu impetraſſet, Macedoni accederet*. Gens Illyria eſt, cujus nomen jam ante reddidimus noſtro. Meminit & lib. 44. *J. Fr. Gron.*

auctoris. Tum ex antiquissimis aut veterum de
scriptis, quæ ad manus fuerunt, ea adjecimus,
in quibus auctores ipsos reperiremus. Deinde,
quæ ad rem pertinere videbantur, ex omnibus
his libris, quibus usi sumus, excerpsimus. Ad
postremum, quæ ex variis auctoribus excerpta
erant, ea in unum corpus redegimus, et ad
unum exemplar direximus.

Romæ Sculp. Ill. Cavalieri. 1. Antiquissimi codices, quibus usi sumus, fuerunt Mediceus Florentinus, Mediceus Romanus, Mediceus Parisinus, Mediceus Oxoniensis, Mediceus Vindobonensis, Mediceus Ultrajectinus, Mediceus Hafniensis, Mediceus Londinensis, Mediceus Lugdunensis, Mediceus Bononiensis, Mediceus Venetus, Mediceus Mantuanus, Mediceus Taurinensis, Mediceus Augustanus, Mediceus Ambrosianus, Mediceus Vaticanus, Mediceus Neapolitanus, Mediceus Cassinensis, Mediceus Bambergensis, Mediceus Wirtzburgensis, Mediceus Monacensis, Mediceus Ratisbon

Lysias, Athenian orator, born at Athens 459 B.C., died at Thurii 378 B.C. His father Cephalus, a wealthy manufacturer, removed to Thurii at the invitation of Pericles, and there Lysias received a liberal education. He returned to Athens in 412, and remained there till the end of the Peloponnesian war. He was then deprived of his property by the Thirty Tyrants, and was obliged to support himself by writing speeches for others to deliver in the courts. He was very successful in this profession, and became a rich man. He was also a leader of the democratic party, and was banished by the Thirty. After their fall he returned to Athens, and was honored by the people. He died at Thurii, whither he had gone to found a colony.

Of the 425 orations ascribed to Lysias in antiquity, 233 were known to Dionysius of Halicarnassus, but only 34 have come down to us. Of these 20 are complete, and 14 are fragments. Besides these there are 6 others which are probably genuine, and 2 which are probably spurious. The genuine orations are remarkable for their clearness, simplicity, and purity of style. They are models of the plain style of oratory, and were much admired by the ancients. Dionysius says that Lysias was the best master of the plain style, and that he was unsurpassed in the power of describing character. Cicero says that Lysias was the most elegant of the Attic orators, and that he was the best model for those who wish to speak in the plain style. Quintilian says that Lysias was the most perfect master of the plain style, and that he was unsurpassed in the power of describing character. He also says that Lysias was the most elegant of the Attic orators, and that he was the best model for those who wish to speak in the plain style.

Setia ab ortu Solis ad occidentem porrigi visam. Tarracinæ portam, Anagniæ & portam & multis locis murum, de cœlo tactum. In æde Junonis Sospitæ Lanuvii cum horrendo fragore strepitum editum. Eorum procurandorum causſa diem unum ſupplicatio fuit: & novendiale ſacrum, quod de cœlo lapidatum eſſet, factum. Eo acceſſit conſultatio de matre Idæa accipienda. quam præterquam quod M. Valerius, unus ex legatis, prægreſſus, actutum in Italia fore nunciaverat; recens nuncius aderat, Tarracinæ jam eſſe. Haud parvæ rei judicium ſenatum tenebat, qui vir optimus in civitate eſſet. [1] Veram certe victoriam ejus rei [2] ſibi quiſque mallet, quam ulla imperia, honoreſve ſuffragio ſeu Patrum, ſeu plebis delatos. P. Scipionem, Cn. filium, ejus qui in Hiſpania ceciderat, adoleſcentem nondum quæſtorium, [3] judicaverunt in tota civitate virum

cenſeo *interdius*, ex quo exſtitit reſecto uno elemento *interdiu*, qua forma *mudiustertius*, *mudiusquartus*, & reliqua: nam ut *mudiustertius* dicitur, pro *nunc diuſt* (vel *dies eſt*) *tertius*; ita *interdius* quaſi *interim* vel *interea dum diuſt*, vel *dies eſt*: & neutrum poteſt declinari: neque enim nomen unum eſt, ſed inſtar orationis ex pluribus partibus conſtantis, quæ cum ſæpiſſime conjungerentur, cohæſerunt ſibi & in unam vocem coaluerunt. Eſt autem eleganter uſurpatum *interluxiſſe*, ſenſuque idem quod inter tenebras luxiſſe: indicatque non diu duraſſe lucem illam, ſed mox rediiſſe noctis habitum conſuetum fulgore illo interruptum. *J. Fr. Gron.*

6 *Facem Setiæ ab ortu Solis*] Fors fuat, ut ab hujus coloniæ incolis modo animadverſa fuerit. Put. tamen & Cant. habent *facem Stelia*, Men. *ſtellia*. Pet. Voſſ. Gud. *facem Stella*. & id omnes videntur circumludere. Virgilius: *Stella facem ducens multa cum luce cucurrit*. Nec magis nunc requiritur oppidi nomen, quam lib. 41, 21. *Et faces eadem nocte plures per cœlum lapſæ ſunt*. Poſt tot tantoſque codices Jul. Obſequentem non moramur. *Jac. Gron.*

Ab ortu ſolis in occidentem] Omnes ſcripti: *ab ortu ſolis ad occidentem*. J. Fr. Gron.

1 *Veram certe victoriam ejus rei*] Hoc ex mutilo codice fruſtra tentat Rhenanus: nam vulgata in omnibus libris noſtris ſalva eſt. *Idem.*

2 *Sibi quiſque mallet*] Gud. *malle*. ut non ſit ſententia aut judicium auctoris, ſed expoſitio habitus animorum inter proceres. *Idem.*

3 *Judicaverunt in tota civitate virum optimum eſſe*] Quis hic mendum latere ſuſpicetur? Tamen id calamo exarati oculis ſubjecerunt. Put. reg. Men. Voſſ. Barber. duo optimi Florentinorum: *virum bonum optimum eſſe*. Lapis vetus: *Hunc. omnem. ploeumei. conſentiunt. bonorum. optimum. fuiſſe. virum*. Vides hoc eſſe adumbratum ab Livio, ſcribendumque: *judicaverunt in tota civitate virum bonorum optimum eſſe*. Eadem forma Plautus Amphitruone; *viros primorum principes*. & Aululariа, *pauperum pauperrimus*. Id.

1 *Ita*

rum bonorum optimum esse. id quibus virtutibus inducti [1] ita judicarint, [2] sicut proditum à proximis memoriæ temporum illorum scriptoribus, libens posteris traderem; ita meas opiniones, conjectando rem vetustate obrutam, non interponam. P. Cornelius cum omnibus matronis [3] Ostiam ire jussus obviam Deæ. isque eam de nave accipere, & in terram elatam tradere ferendam matronis. Postquam navis [4] ad ostium amnis Tiberini accessisset, sicut erat jussus, in salum nave evectus, ab sacerdotibus Deam accepit, extulitque in terram. Matronæ primores civitatis, inter quas unius [5] Claudiæ Quintæ insigne est nomen, accepere: cui dubia (ut traditur) antea fama, clariorem ad posteros tam religioso ministerio pudicitiam fecit. Eæ per manus succedentes deinceps aliæ aliis, omni effusa civitate obviam, thuribulis ante januas positis, qua præferebatur, atque incenso thure, precantibus, ut volens propitiaque urbem Romanam

iniret,

1 *Ita judicaverint*] Put. *ita judicarint*. J. Fr. Gron.

2 *Sicut prodit. mem. à primis temporum illor. scr.*] Vet. lib. *à proximis temporum*. Sigonius.

Sicut proditum memoriæ à proximis temporum] Omnes nostri contra Rhenanum: *sicut traditum à proximis memoriæ temporum illorum scriptoribus libens posteris traderem*. Sensus est, quemadmodum, si à scriptoribus, qui memoriæ illius ævi fuerunt proximi, quidquam huc spectans relictum esset, non pigrarer ipse quoque referre. Similis excusatio lib. 3. *Quem decreto sermonem pratenderit, forsan aliquem verum auctores antiqui tradiderint. quia nusquam ullum in tanta sœditate decreti verisimilem invenio, id quod constat nudum videtur proponendum*. Et lib. 6. *Quod quum ab antiquis tacitum prætermissumque sit, cujus tandem rei ego, præter opinionem, qua sua cuique conjectanti esse potest, auctor sim?* ubi & appellat *propiores temporibus harum rerum auctores*. Sed maxime *proximos memoriæ temporum* defendit sibi Livius lib. 25 de defectione Tarentinorum: *Plures propioresque ætate memoriæ rerum hoc anno tradunt factum*. J. Fr. Gron.

3 *Obviam ire d. jussus, i. e de nave acciperet, & - - - traderet*] Vet. lib. *accipere*, & *tradere* habent, ut, *ire*. Sigonius.

Ostiam obviam ire deæ jussus] Omnes Gall. & Voss. transpositis vocibus: *P. Cornelius cum omnibus matronis Ostiam ire jussus obviam deæ, isque eam*. J. Fr. Gron.

4 *Ad ostium Tiberini amnis accessisset*] Omnes iidem, *accessit*. Idem.

5 *Claudiæ Quintiæ*] *Claudiæ Quintæ* legendum est ex oratione Ciceronis de aruspicum responsis. est autem *Quinta* prænomen, ut in lapide perantiquo est apud Horatium Malegutium in agro Regiensi:

SEPTIMIUS	SEPTIMIA
C. L. NICEPOR.	SP. F. QUINTA.

Sigonius.

1 *Lec-*

iniret, in ædem Victoriæ, quæ eſt in palatio, pertulere Deam pridie Idus Aprilis. iſque dies feſtus fuit. populus frequens dona Deæ in Palatium tulit, [1] lectiſterniumque & ludi fuere, [2] Megaleſia appellata. Quum de ſupplemento legionum, quæ in provinciis erant, ageretur; tempus eſſe, à quibuſdam ſenatoribus ſubjectum eſt, quæ dubiis in rebus utcumque tolerata eſſent, ea dempto jam tandem Deum benignitate metu, non ultra pati. Erectis exſpectatione Patribus, ſubjecerunt: colonias Latinas duodecim, quæ Q. Fabio & Q. Fulvio conſulibus abnuiſſent milites dare, eas annum jam ferme ſextum vacationem militiæ, quaſi honoris & beneficii cauſſa habere: quum interim boni, obedienteſque ſocii [3] pro fide atque obſequio imperii Romani continuis omnium annorum delectibus exhauſti eſſent. Sub hanc vocem non memoria magis Patribus renovata rei prope jam oblteratæ, quam ira irritata eſt. itaque nihil prius referre conſules paſſi, decreverunt, *ut conſules magiſtratus, denoſque principes,* [4] *Nepete, Sutrio, Ardea, Calibus, Alba, Carſeolis, Sora, Sueſſa, Setia, Circeis, Narnia, Interamna,* (eæ namque coloniæ in ea cauſſa erant) *Romam excirent: iis imperarent, quantum quæque earum coloniarum militum plurimum dediſſet populo*

1 *Lectiſterniumque & ludi fuere*] Hos ludos per ſex dies, à pridie Nonas April. v. ad Idus fuiſſe, faſti veteres demonſtrant. Nam etſi Deam perlatam eſſe pridie Idus Aprilis in ædem Victoriæ Palatinæ, eumque diem feſtum fuiſſe cum lectiſternio & ludis, qui Megaleſia vocati ſunt, Livius dicat: poſtea tamen eos ludos in pridie Nonas rejectos eſſe, non eſt à vero alienum, cum præſertim etiam Ælii Spartiani teſtimonium accedat, qui cum IIX Idus Aprilis ipſis Megalenſibus interemptum Caracallam narret, ſatis indicat, Megalenſium primum diem pridie Idus Aprilis non fuiſſe, niſi ſi quis mendoſum eſſe Livii locum, & pro *pridie Idus* legendum *pridie Nonas* arbitretur. *Roſinus.*

2 *Megaleſia appellata*] Cicero de Aruſp. *Megalenſium ludorum tanta religio eſt, ut ex ultimis terris arceſſita in hanc urbem conſederit. Qui uni ludi ne verbo quidem appellantur Latino, ut vocabulo ipſo & appetita religio externa & matris Magnæ nomine ſuſcepta declaretur.* Sigon.

3 *Pro fide atque obſequio imperii Romani*] Put. *inperii.* Quod factum eſſe conjiciebat Salmaſius ex *in P. R.* ut vera ſcriptura ſit: *pro fide atque obſequio in populum Romanum.* J. Fr. Gronovius.

4 *Nepete*] *Nepet*, ut ſupra. *Sigonius.*

1 *Sti-*

Digitized by Google

populo Romano, ex quo hoſtes in Italia eſſent, duplicatum ejus ſummæ numerum peditum daret, & equites centenos vicenos. ſi quæ eum numerum equitum explere non poſſet, pro equite uno tres pedites liceret dare: pedites, equiteſque quam locupletiſſimi legerentur, mitterenturque, ubicunque extra Italiam ſupplemento opus eſſet. Si qui ex iis recuſarent, retineri ejus coloniæ magiſtratus, legatoſque placere: neque, ſi poſtularent, ſenatum dari, priuſquam imperata feciſſent. [1] *ſtipendium præterea iis coloniis in millia æris, aſſes ſingulos, imperari, exigique quotannis: cenſumque in iis coloniis agi ex formula ab Romanis cenſoribus data. dari autem placere eandem, quam populo Romano: deferrique Romam ab juratis cenſoribus coloniarum, priuſquam magiſtratu abirent.* Ex hoc ſenatuſconſulto accitis Romam magiſtratibus, primoribuſque earum coloniarum, conſules quum [2] militem ſtipendiumque imperaſſent, alii aliis magis recuſare ac reclamare. *negare tantum militum effici poſſe: vix, ſi ſimplum ex formula imperetur, enixuros. Orare, atque obſecrare, ut ſibi ſenatum adire ac deprecari liceret. nihil ſe, quare perire merito deberent, admiſiſſe: ſed ſi pereundum etiam foret, neque ſuum delictum, neque iram populi Romani, ut plus militum darent, quam haberent, poſſe efficere.* Conſules obſtinati manere legatos Romæ jubent; magiſtratus ire domos ad delectus habendos. niſi ſumma militum, quæ imperata eſſet, Romam adducta, neminem iis

1 *Stipendium præterea iis coloniis tria millia æris aſſes ſingulos*] Ut hæc lectio manere nullo modo poteſt, ita ſatis fero quod eſt in Put. reg. Pet. Men. mibus Pall. Voſſ. *iis coloniis in millia æris aſſes ſingulos.* Intelligo autem, in ſingula millia. Sic lib. 22. *Numero quoque peditum equitumque legiones auctas, millibus peditum & centenis equitibus in ſingulas adjectis.* Lib. 30. *Legatis in ſingulos dona ne minus quinum millium, comitibus eorum millium æris.* Lib. 37. *Millia deinde talentum per duodecim annos.* Sic Curtius lib. 5, 5. *Jumenta, inquit, adſignari, qua vos veherent, & ſingulis veſtrum millia denarium dari juſſi.* Sic MSS. Fruſtra repoſuerunt, *mille.* Lib. 39. *Vicenos quinos & ſemiſſes in millia æris quæſtores urbani, cum fide & cura ſolverunt.* Eodem libro: *Et his rebus omnibus terni in millia æris attribuerentur.* Male ergo Glareanus *in mille æris.* Vide illum & interpretationem ejus expende. Lib. 31. *Coſ. agrum æſtimaturos, & in jugera aſſes vectigales, teſtandi cauſſa publicum agrum eſſe, impoſiturос.* J. Fr. Gron.

2 *Milites ſtipendium imperaſſent*] Meliores: *militem ſtipendiumque.* Idem.

1 *Ait.*

Lucius Cornelius Sulla Felix, Dictator of Rome, and Consul for the fifth time, with Quintus Caecilius Metellus Pius, Consul for the second time, Anno 672 after the Building of the City, and 82 before the Birth of our Saviour Jesus Christ. On the Reverse, a Trophy, with a Victory crowning it, and two Captives at the Foot of it, with the Inscription, L. SVLLA IMPERATOR ITERVM. Of Gold, Weight 2 Drachms 1 Scruple 10 Grains. Rarissimus. Ex Museo Cardinalis Flavii Chisii.

Lucius Cornelius Sulla Felix, Dictator of Rome, and Consul for the fifth time, with Quintus Caecilius Metellus Pius, Consul for the second time, Anno 672 after the Building of the City, and 82 before the Birth of our Saviour Jesus Christ. On the Reverse, a Trophy, with a Victory crowning it, and two Captives at the Foot of it, with the Inscription, L. SVLLA IMPERATOR ITERVM. Of Gold, Weight 2 Drachms 1 Scruple 10 Grains. Rarissimus. Ex Museo Cardinalis Flavii Chisii.

Lucius Cornelius Sulla Felix, Dictator of Rome, and Consul for the fifth time, with Quintus Caecilius Metellus Pius, Consul for the second time, Anno 672 after the Building of the City, and 82 before the Birth of our Saviour Jesus Christ. On the Reverse, a Trophy, with a Victory crowning it, and two Captives at the Foot of it, with the Inscription, L. SVLLA IMPERATOR ITERVM. Of Gold, Weight 2 Drachms 1 Scruple 10 Grains. Rarissimus. Ex Museo Cardinalis Flavii Chisii.

perium ſit; nemo non illos ſibi quam vos dominos præoptet. Et tamen videte, quemadmodum Locrenſes in vos animati ſint.[1] *Quum à Carthaginienſibus injurias tanto minores acciperemus, ad veſtrum imperatorem confugimus: quum à veſtro præſidio pluſquam hoſtilia patiamur, nuſquam alio quam ad vos querelas detulimus. Aut vos reſpicietis perditas res noſtras, Patres Conſcripti, aut ne ab Diis quidem immortalibus quod precemur, quicquam ſupereſt. Q. Pleminius legatus miſſus eſt cum præſidio* [2] *ad recipiendos à Carthaginienſibus Locros, & cum eodem ibi relictus eſt præſidio. In hoc legato veſtro (dant enim animum ad loquendum libere ultimæ miſeriæ) nec hominis quicquam eſt, Patres Conſcripti, præter figuram & ſpeciem, neque Romani civis,* [3] *præter habitum veſtitumque & ſonum Latinæ linguæ.* [4] *Peſtis, ac bellua immanis, quales fretum quondam, quo ab Sicilia dividimur, ad perniciem navigantium circumſedisſe fabulæ ferunt. At ſi* [5] *ſcelus, libidinemque, & avaritiam ſolus ipſe exercere in ſocios veſtros ſatis haberet, unam profundam quidem voraginem tamen patientia noſtra expleremus. nunc omnes centuriones militeſque veſtros (adeo in promiſcuo licentiam atque improbitatem eſſe voluit) Pleminios fecit: omnes rapiunt, ſpoliant, verberant, vulnerant, occidunt:* [6] *conſtuprant matronas, virgines, ingenuos,*

1 *Quum à Carthaginienſibus injurias multo minores*] Put. *manto.* Forte; *injurias tanto minores.* Sic infra idem liber cap. 30 *acma* pro *acta.* J. Fr. Gronovius.

2 *Ad recuperandos à Carthaginienſibus*] Gall. Pall. Voſſ. *recipiendos.* Id.

3 *Prater habitum veſtitumque & ſonum*] Sic omnes, invito Rhenano, qui το *veſtitumque* deleverat invito Livio, ut & Modius ſenſit. Lib. 28. *quibus non lex, non mos, non lingua communis: alius habitus, alia veſtis.* Et rurſus: *corpora, ora, veſtitum, habitum civium agnoſco: facta, dicta, conſilia, animos hoſtium video.* Lib. 30. *Quibus non lingua, non mores, non lex, non arma, non veſtitus habituſque, non cauſſa militandi eadem eſſet.* Lib. 37. *Non enim ſonum modo lingua veſtitumque & habitum, ſed ante omnia mores* &c. Cicero 4 in Verr. *Eximia venuſtate, virginali habitu atque veſtitu.* Suetonius Octavio: *Etiam habitum veſtitumque priſtinum reducere ſtuduit.* Idem.

4 *Peſtis, ac bellua immanis, qualem fretum qu.*] Scyllam, de qua eſt in fabulis, intelligit. *Sigonius.*

Bellua immanis, qualem fretum] Put. reg. Men. Voſſ. *qualis*, id eſt, *quales.* neque enim ſimplex aut una fuit. *J. Fr. Gron.*

5 *Scelus libidinem & avaritiam*] Omnes: *ſcelus libidinemque & avaritiam.* Unde rurſus τὶ *que* ſubmoverat Rhenanus. *Idem.*

6 *Conſtuprant matronas, virgines, ingenuos raptos*] Sic idem Rhenanus, & ſatis

terra eſt profectus. Quid ergo evenit, Patres Conſcripti? Claſſis poſtero die fœdiſſima tempeſtate lacerata, omneſque naves, [1] quæ ſacram pecuniam habuerunt, in littora noſtra ejecta ſunt. Qua tanta clade edoctus tandem Deos eſſe ſuperbiſſimus rex, pecuniam omnem conquiſitam in theſauros Proſerpinæ referri juſſit. nec tamen illi unquam poſtea [2] proſperi quicquam evenit: pulſuſque Italia, ignobili atque inhoneſta morte, temere nocte ingreſſus Argos, occubuit. Hæc quum audiſſet legatus veſter, tribunique militum, & mille alia, quæ non augendæ religionis cauſſa, ſed præſentis Deæ numine ſæpe comperta nobis majoribuſque noſtris, referebantur; auſi ſunt nihilominus ſacrilegas admovere manus intactis illis theſauris: & nefanda præda ſeipſos, ac domos contaminare ſuas, & milites veſtros. [3] quibus per vos fidem veſtram P. C. priuſquam eorum ſcelus expietis, neque in Italia, neque in Africa quicquam rei geſſeritis; ne quod piaculum commiſerunt, non ſuo ſolum ſanguine, ſed etiam publica clade luant.

Quam-

1 *Quæ ſacram pecuniam habebant*] Omnes & Gall. & Pall. & Voſſ. *habuerunt*. J. Fr. Gron.

2 *Proſpere quicquam evenit*] Omnes Gall. & Voſſ. *proſperi*. Idem.

3 *Quibus per vos fidemque veſtram, &c. neque in It. n. in Afr. quicquam geſſeritis*] Monet, ne militibus ſacrilegis utantur in bello, priuſquam ſcelere expiati ſint. Nihil autem vitii hic locus continet, contra quam quidam exiſtimant. *Sigonius.*

Quibus per vos fidemque veſtram, P. C. priuſquam eorum ſcelus expietis, neque in Italia neque in Africa quicquam rei geſſeritis] Glareano & Sigonio hic veniam damus; quorum alter fruſtra dubitat, alter temere pronuntiat. Primo valde velim: *per vos fidem veſtram*. Ut apud Curtium: *per ego vos decora majorum*: &, *per ego vos deos patrios*. Sed de hac formula quæ curioſe obſervavimus, alibi commodius repetemus. Deinde Put. reg. Men. tres Florent. *P. conſcripti priuſquam eo geſſeritis*. Buſlid. *P. C. priuſquam ego geſſeritis*. Voſſ. *P. C. priuſque eo go geſſeritis*. Omnia media deſunt, ſine ullo lacunæ veſtigio. Quid dicam niſi Victorinum Feltrenſem, aut ex hac nota correctorem ea excogitaſſe, cui in mentem veniebat expiari manus pretio licere in quantacumque culpa, & *Omne nefas omnemque malæ purgamina cauſſam Tollere*. Nam meliores illis fuiſſe codices veriſimile non eſt. Sed erant qui aliter ſentirent, qui dicerent nimium facile, *triſtia vimina piaculis aboleri* credentes. Qualem ſi finxit hunc Livius legitum, inodeſtius equidem poterant, & minori veterum membranarum contemptu: *quibus per, vos, fidem veſtram, Patres conſcripti, ne quam rem geſſeritis; ne, quod piaculi commiſerunt, non ſuo ſolum ſanguine, ſed etiam publica clade luant.* Illius *priuſquam* prima ſyllaba ex repetitione ultimæ vocis præcedentis eſt: *prinequam*, cum neſcirent quid ſibi vellet, fecerant *priuſquam*. Quot erunt tamen quibus ita curandum eſſe Livium perſuadebo? Vel duo, vel nemo. Facile tamen, credo, illis qui Puteanicum codicem tractarunt,

quæ

Quamquam ne nunc quidem P. C. aut in ducibus aut in militibus veſtris ceſſat ira Dea. Aliquoties jam inter ſe [1] *ſignis collatis concurrunt. dux alterius partis Pleminius, alterius duo tribuni militum erant: non acrius cum Carthaginienſibus, quam inter ſe ipſi ferro dimicaverunt. præbuiſſentque occaſionem furore ſuo Locros recipiendi Annibali, ni accitus ab nobis Scipio interveniſſet. At, Hercule, milites contactos ſacrilegio furor agitat: in ducibus ipſis puniendis nullum Dea numen apparuit? Immo ibi præſens maxime fuit. Virgis cæſi tribuni ab legato ſunt. Legatus deinde inſidiis tribunorum interceptus, præterquam quod toto corpore laceratus, naſo quoque auribuſque deciſis exſanguis eſt relictus:* [2] *recreatus deinde legatus ex vulneribus, tribunos militum in vincula conjectos, dein verberatos,* [3] *ſervilibuſque omnibus ſuppliciis cruciatos trucidando occidit: mortuos deinde prohibuit ſepeliri. Has Dea pœnas à templi ſui ſpoliatoribus habet: nec ante deſinet omnibus eos agitare furiis, quam repoſita ſacra pecunia in theſauris fuerit. Majores quondam noſtri, gravi Crotonienſium bello, quia extra urbem templum eſt, transferre in urbem eam*

qui poſſunt æſtimare, quanta illi reverentia debeatur, unde conſtat omnia prope, quæ nunc habentur ſcripta exemplaria, ſerius citius, ex ipſo aut apographis ejus, profecta eſſe. *J. Fr. Gron.*

1 *Signis collatis concurrunt*] Cantabrig. Voſſ. Gud. *concurrerunt*. Put. & Men. plane *concucurrerunt*. Lolio vindicamus, ſi id non recipimus. *Jac. Gron.*

2 *Recreatus deinde legatus ex vulneribus*] Illum *legatum* hic libenter relegarim. Sufficit præcedenti membro appellatum eſſe. *J. Fr. Gron.*

3 *Servilibuſque omnib. ſuppliciis cruciando occ.*] Vet. lib. *cruciatos*, ut pro lege Manilia: *Vinculis ac verberibus, atque omni ſupplicio excruciatum necavit.* Sigonius.

Servilibuſque omnibus ſuppliciis trucidatos cruciando occidit] Sic Put. reg. Men. Pal. optimi Flor. Voſſ. Barberinus. Itaque legebatur ante Rhenanum, qui *trucidatos* expunxit. Acceſſit deinde Sigonius, & ne nihil ageret, ingeſſit: *ſuppliciis cruciatos occidit*. Unus ex Pal. *ſuppliciis trucidatos trucidando occidit*. Nos levi mendo ſublato ſic adjuvamus veterem ſcripturam: *ſervilibuſque omnibus ſuppliciis cruciatos trucidando occidit*. Significat, non tortos ſolum, ſed omni ſævitiæ genere, quod pati corpus humanum poteſt, truncatis artubus diſcerptos tandem mortem inveniſſe. Liv. lib. 21. *Sed hæc patienda cenſeo potius, quam trucidari corpora noſtra*. In nobili fragmento de Cicerone, quod M. Seneca nobis ſervavit: *Vix attollentes pra lacrimis oculos homines intueri trucidata ejus membra poterant*. Valerius Maximus lib. 9, 2. *L. Cæſaris conſularis & cenſorii corpus ignobili ſævitia trucidando*. Rhenano tamen debetur *verberatos*, quod cuſtodiunt antiquiſſimi codices. *J. Fr. Gron.*

Gewalt (Macht). Durch die Gewalt-Haberkraft. Aber Gewalt-Haberkraft ist nicht Gewalt-Haberkraft. Durch die Gewalt-Haberkraft. Durch die Gewalt-Haberkraft. Durch die

guere. *Sic & in Hiſpania plus prope per ſeditionem militum, quam bello amiſſum. externo & regio more & indulgere licentiæ militum, & ſævire in eos.* [1] Sententiam deinde æque trucem orationi adjecit. *Pleminium legatum vinctum Romam deportari placere, & ex vinculis cauſſam dicere: ac ſi vera forent, quæ Locrenſes quererentur, in carcere necari, bonaque ejus publicari. P. Scipionem,* [2] *quod de provincia deceſſiſſet injuſſu ſenatus, revocari: agique cum tribunis plebis, ut de imperio ejus abrogando ferrent ad populum. Locrenſibus coram ſenatum reſpondere, Quas injurias ſibi* [3] *factas quererentur, eas neque ſenatum neque populum Romanum factas velle. Viros bonos, ſocioſque & amicos eos appellari: liberos, conjuges, quæque alia erepta eſſent, reſtitui: pecuniam, quanta ex theſauris Proſerpinæ ſublata eſſet, conquiri, duplamque pecuniam* [4] *in theſauros reponi: & ſacrum piaculare fieri, ita ut prius ad collegium pontificum referretur, quod ſacri theſauri* [5] *moti, violati eſſent; quæ piacula quibus Diis, quibus hoſtiis, fieri placeret.* [6] *Milites qui Locris eſſent omnes in Siciliam tranſportari: quatuor cohortes ſociorum Latini nominis in præſidium Locros adduci.* Perrogari eo die ſententiæ accenſis ſtudiis pro Scipione & adverſus Scipionem non potuere. Præter Pleminii facinus, Locrenſiumque cladem, ipſius etiam imperatoris non Romanus modo, ſed ne militaris quidem cultus jactabatur, *cum pallio crepidiſque inambulare in gymnaſio,* [7] *libellis etiam palæſtraque operam dare: æque ſegniter molliterque cohortem*

1 *Sententiam deinde trucem*] Scripti, *deinde æque trucem.* J. Fr. Gron.

2 *Quod de provincia deceſſerit*] Noſtri, *deceſſiſſet.* Idem.

3 *Factas quererentur, neque Senatum*] Idem omnes, *quererentur, eas neque.* Omnia hæc invito Rhenano. *Idem.*

4 *In theſauris reponi*] Put. duo Pal. & meliores alii: *duplamque pecuniam in theſauros reponi.* ut & lib. 31, 13 Pal. & Barber. *pecuniaque ex bonis noxiorum in theſauros repoſita.* Idem.

5 *Moti aperti violatique eſſent*] Gall. & Pall. omnes cum Voſſiano: *theſauri moti, violati eſſent:* ſine τῆ *aperti,* ſine copulativa. *Idem.*

6 *Milites qui Locris eſſent*] Optimus: *quique Locris eſſent.* Idem.

7 *Libellis etiam palæſtraque*] Olim, *libellis etiam eum.* Delevit pronomen Rhenanus. At debuit particulam delere. Sic enim Gall. & Pall. omnes Voſſianuſque: *libellis eum palæſtraque.* Sed & ſcribendum: *inambulantem.* Vide lib. 4 Obſerv. 25. *Idem.*

Digitized by Google

hortem totam Syracuſarum amœnitate frui: Carthaginem atque Annibalem excidiſſe de memoria: exercitum omnem licentia corruptum, [1] qualis Sucrone in Hiſpania fuerit, qualis nunc Locris, ſociis magis quam hoſti metuendum. Hæc quanquam partim vera, partim mixta, eoque ſimilia veris jactabantur, vicit tamen Q. Metelli ſententia: qui de cæteris Maximo aſſenſus, de Scipionis cauſſa diſſenſit. *Qui enim convenire, quem modo civitas juvenem admodum, [2] unum recuperandæ Hiſpaniæ delegerit ducem, quem recepta ab hoſtibus Hiſpania ad imponendum Punico bello finem creaverit conſulem, ſpe deſtinaverit Annibalem [3] ex Italia detracturum, Africam ſubacturum; eum repente, tanquam Q. Pleminium, indicta cauſſa prope damnatum, ex provincia revocari? quum ea, quæ in ſe nefarie facta Locrenſes quererentur, ne præſente quidem Scipione facta dicerent, neque aliud quam patientia, aut pudor, quod legato pepercriſſet, inſimulari poſſit? Sibi placere, M. Pomponium prætorem, [4] cui Sicilia provincia ſorte eveniſſet, triduo proximo in provinciam proficiſci: conſules, decem legatos, quos iis videretur, ex ſenatu legere, quos cum prætore mitterent, & duos [5] tribunos plebei, atque ædilem. cum eo conſilio prætorem cognoſcere, ſi ea quæ Locrenſes facta quererentur, juſſu aut voluntate P. Scipionis*

1 *Qualis Sucrone*] Lib. 28. *Sigon. Qualis Sucroni in Hiſpania* &c. *metuendus*] Liber optimus: *exercitum omnem licentia corruptum, qualis Sucrone* (ſic omnes etiam alii Gall.) *in Hiſpania fuerit, qualis nunc Locris, ſociis magis quam hoſti metuendum.* J. Fr. Gronovius.

2 *Unum recuperandæ Hiſpaniæ delegerit ducem*] Optimi, *delegarit*: & neſciunt τὸ *unum*. Non temere. Infra de Pleminio: *delegatum in Tullianum*. Lib. 39. *Et cum eo conſule belli partem, quamcunque mihi delegavit, geſſi.* Suetonius Tiberio: *Data rurſus poteſtas tribunitia in quinquennium: delegatus pacandæ Germaniæ ſtatus.* Ibidemque: *Quum interim manente officii titulo, etiam delegaret plurima.* Sed ſic forſan commodius foret: *cui modo civitas juveni admodum, recuperandæ Hiſpaniæ delegarit ducatum.* Idem.

3 *Ex Italia retracturum*] *Detracturum*, reſtitue, quod immutavit Rhenan. Ita vero loquitur paulo poſt: *quod ab Annibalem detrahendum ex Italia ſe tranſire vulgaverat.* Et Cicero de provinciis: *At hi non modo illum inimicum ex Gallia ſententiis ſuis non detrahebant.* Sigonius.

4 *Cui Sicilia provincia ſorte eveniſſet*] Put. & Voſſ. *ſorti veniſſet*. Plautus Caſina: *qui ſic mortuus equidem tamen ſorti ſum vilius.* J. Fr. Gron.

5 *Tribunos plebis atque ædilem. cum eo conſilio*] Put. Men. Voſſ. *tribunos plebei atque ædilem. cum eo conſilio.* Idem.

plain Lambeth, as to the Archbishop's palace. It is composed of several courts, and contains a chapel, a library, a hall, and a gallery, in which are many pictures of the archbishops. The library is open to the public, and contains a valuable collection of books and manuscripts. The chapel is a fine specimen of the Gothic style of architecture. The hall is used for the meetings of the convocation of the province of Canterbury. The gallery contains portraits of the archbishops from the time of Cranmer to the present day. The palace is surrounded by a moat, and has a gate-house, which is a fine example of the Tudor style. The palace is the residence of the archbishop of Canterbury, who is the primate of all England. The palace is also the seat of the court of arches, which is the highest court of the province of Canterbury. The palace is open to the public on certain days.

Lambeth Degrees, are degrees in divinity, law, physic, and music, granted by the archbishop of Canterbury, who has the power of granting degrees in all the universities of England. The degrees are granted by the archbishop in person, or by his vicar-general, or by his commissary. The degrees are granted by the archbishop in person, or by his vicar-general, or by his commissary. The degrees are granted by the archbishop in person, or by his vicar-general, or by his commissary.

Lambeth Marsh, a district in the parish of Lambeth, in the county of Surrey, on the south bank of the river Thames, opposite to the city of London. It is a low-lying district, and is subject to frequent floods. It is a populous district, and contains many manufactories and warehouses. The principal manufactures are those of glass, earthenware, and soap. The district is also noted for its market gardens.

Lambeth Palace, the palace of the archbishop of Canterbury, situated in the parish of Lambeth, in the county of Surrey, on the south bank of the river Thames, opposite to the city of London. It is a large and irregular building, and is surrounded by a moat. It contains a chapel, a library, a hall, and a gallery, in which are many pictures of the archbishops. The library is open to the public, and contains a valuable collection of books and manuscripts. The chapel is a fine specimen of the Gothic style of architecture. The hall is used for the meetings of the convocation of the province of Canterbury. The gallery contains portraits of the archbishops from the time of Cranmer to the present day. The palace is surrounded by a moat, and has a gate-house, which is a fine example of the Tudor style. The palace is the residence of the archbishop of Canterbury, who is the primate of all England. The palace is also the seat of the court of arches, which is the highest court of the province of Canterbury. The palace is open to the public on certain days.

ćto audiens non eſſet Scipio, [1] aut jam in Africam trajeciſſet, comprehendere tribuni juberent, ac jure ſacroſanctæ poteſtatis reducerent. Prius Locros ire, quam
21 Meſſanam conſilium erat. Cæterum duplex fama eſt, quod ad Pleminium attinet. alii, auditis quæ Romæ acta eſſent, in exilium Neapolim euntem, forte in Q. Metellum unum ex legatis incidiſſe, [2] & ab eo Rhegium vi retractum tradunt: alii, ab ipſo Scipione legatum cum triginta nobiliſſimis equitum [3] miſſum, qui Q. Pleminium in catenas, & cum eo ſeditionis principes, conjicerent. Ii omnes, ſeu ante Scipionis, ſeu tum prætoris juſſu [4] traditi in cuſtodiam Rheginis. Prætor legatique Locros profecti, [5] primam, ſicuti mandatum erat, religionis curam habuere. omnem enim ſacram pecuniam, quæque apud Pleminium, quæque apud milites erat, conquiſitam, cum ea, quam ipſi ſecum attulerant, in theſauris repoſuerunt, ac piaculare ſacrum fecerunt. tum [6] vocatos ad concionem milites, prætor ſigna extra urbem efferre jubet, caſtraque in campo locat, cum gravi edicto, *Si quis miles aut in urbe reſtitiſſet, aut ſecum extuliſſet* [7] *quod ſuum*

non

1 *Aut jam in Africam trajeciſſet, comprehendere*] Put. *trajeciſſet & prendere*. Cæteri quoque Gall. & Pall. omnes cum Voſſ. omiſſa tamen copula, *prendere*. Simplex etiam quam compoſitum mavult Sigonius. Optimum tamen monſtrare puto: *trajeciſſet, adprendere tribuni juberent*. J. Fr. Gron.

Comprehendere] Veter. lib. *prehendere*. Quæ vox propria hujus facti, & ſolennis eſt. Capitonis verba hæc ſunt: *Cum moribus majorum tribuni plebis prehenſionem haberent, vocationem non haberent, poſſe igitur eos venire, & prehendi ſe jubere*. Item Varro: *Prehenſionem tribuni plebis habent*. hæc ex Gellii lib. 13 cap. 12. *Sigonius*.

2 *Et ab eo Rhegium vi retractum: alii ab ipſo Scipione*] Omnes Gall. & Pall. *& ab eo Rhegium vi retractum tradunt: alii ab ipſo Scipione*. J. Fr. Gron.

3 *Miſſum, qui Q. Pleminium in catenas, & c. e. ſedit. principes conjicerent*] Vet. lib. *miſſum, Q. Pleminium in catenas, & cum eo ſeditionis principes conjectos*. Sigonius.

4 *Traditi in cuſtodiam Rheginis ſunt*] Put. reg. Men. Voſſ. *traditi in cuſtodiam Rheginis*. abſque verbo. *J. Fr. Gron.*

5 *Primam ſicuti mandat. erat, religionis curam hab.*] Vet. lib. *primum*, probo, ſequitur enim: *Tum vocatos in concionem*. Sigonius.

Primum ſicuti mandatum &c.] Ab Sigonio eſt. Reſtitue ex omnibus noſtris, *primam*. & vide 1 Obſerv. 7. *J. Fr. Gron.*

6 *Vocatos in concionem*] Omnes: *ad concionem*, nolente Rhenano. *Idem*.

7 *Quod ſuum non eſſet*] Nihil horum in Put. Men. reg. Voſſ. Videtur ſcri-

non esset; Locrensibus se permittere, ut [1] *quod sui quisque cognosceret, prehenderet.* [2] *si quid non compareret, repeteret. Ante omnia, libera corpora placere sine mora Locrensibus restitui. non levi defuncturum pœna, qui non restituisset.* Locrensium deinde concionem habuit, atque *iis libertatem legesque suas populum Romanum senatumque restituere* dixit. *Si qui Pleminium, aliumve quem accusare vellet,* [3] *Rhegium se sequeretur. Si de Scipione publice queri vellent, ea quæ Locris nefarie in Deos hominesque facta essent, jussu aut voluntate P. Scipionis facta esse, legatos mitterent Messanam; ibi se cum consilio cogniturum.* Locrenses prætori legatisque, & [4] senatui ac populo Romano, gratias egere: *se ad Pleminium accusandum ituros. Scipionem, quamquam parum injuriis civitatis suæ doluerit, eum esse virum, quem amicum sibi quam inimicum malint esse. pro certo se habere, neque jussu, neque voluntate P. Scipionis* [5] *tot tam nefanda commissa: aut Pleminio nimium, aut sibi parum creditum. Natura insitum quibusdam esse, ut magis peccari nolint, quam satis animi ad vindicanda peccata habeant.* Et prætori & consilio haud medio-

scripsisse Livius: *Si quis miles aut in urbe restitisset, aut non suum extulisset.* J. Fr. Gron.

1 *Quod suum quisque cognosceret, prehenderet*] Meliores: *quod sui* (hoc omnes habent Gall. & Voss.) *quisque cognosset, prenderet.* Sic & Livium alibi correximus. Cicero pro lege Manil. *Vos, Quirites, hoc ipso in loco sæpe cognostis.* Lib. 2 in Verr. *Se de his Dionis incommodis pro hospitio, quod sibi cum eo esset, cognosse.* Plautus Curcul. *quibus sui nihil est, nisi lingua una, qui abjurant, si quid creditum est.* Cicero 1 de Offic. *Quæ contemplantes expendere oportebit, quid quisque habeat sui.* Idem.

2 *Si quid non compareret, repeteret. ante omnia*] Non est in Put. reg. Men. Voss. duobus Pall. verbum *repeteret*: sed in cæteris, *unde*, in uno ex Pall. *unum.* Put. *compararetundeante.* Scribe: *si quid non compareret, vindicaret,* id est, judicio peteret. Librarius quum ab dimidia parte priori verbi *compareret*, festinante oculo & manu transiisset ad posteriorem partem dimidiam verbi *vindicaret*, animadversum errorem corrigere noluit, ne litura deformaretur liber, omissam tamen partem priorem posterioris vocis ibi statim subjecit, VIND IC. quod cum non caperet, qui illum secutus est, UNDE substituit. *Idem.*

3 *Rhegium sequeretur*] Vetus liber, *Rhegium se sequeretur*, ut lib. 42. *Chalcidem se sequi jusserunt.* Sigonius.

4 *Senatui ac populo Romano gratias egere*] Put. & Gall. *egerunt.* J. Fr. Gronovius.

5 *Tot, tam nefanda*] Vet. lib. *tot, tamque nefanda.* Sigonius.

Tot tam nefanda] Scripti & vett. edd. *tot tam nefanda*, non *tot tamque*, ut Sigonius. *J. Fr. Gron.*

cre onus demptum erat de Scipione cognoſcendi. Pleminium, & [1] ad duo & triginta homines cum eo damnaverunt, atque in catenis Romam miſerunt: ipſi ad Scipionem profecti ſunt, ut ea quoque, quæ vulgata ſermonibus erant, de cultu ac deſidia imperatoris, ſolutaque militiæ diſciplina, [2] comperta oculis perferrent Romam.
22 Venientibus eis Syracuſas, [3] Scipio res, non verba ad purgandum ſeſe paravit. exercitum omnem eo convenire, claſſem expediri juſſit, tanquam dimicandum eo die terra marique cum Carthaginienſibus eſſet. Quo die venerunt, [4] hoſpitio comiter acceptis, poſtero die terreſtrem navalemque exercitus non inſtructos modo, ſed hos decurrentes, claſſem in portu, ſimulacrum & ipſam edentem navalis pugnæ, oſtendit: tum circa armamentaria & horrea aliumque belli apparatum viſendum prætor legatique ducti. Tantaque [5] admiratio ſingularum univerſarumque rerum incuſſa, ut ſatis crederent, aut illo duce atque exercitu vinci Carthaginienſem populum, aut nullo alio poſſe: [6] juberentque, quod Dii bene verterent, trajicere, & ipei conceptæ, quo die illum omnes centuriæ priorem conſulem dixiſſent, primo quoque tempore compotem populum Romanum facere: adeoque lætis inde animis profecti ſunt, tanquam victoriam, non

1 *Ad duos & triginta homines*] Put. & reg. *duo*. J. Fr. Gron.

2 *Comperta oc. perferrent*] Vet. lib. *referrent*. Sigonius.

3 *Scipio res, non verba, ad purgandum ſe paravit*] Put. Men. duo Pall. *ſeſe*. J. Fr. Gron.

4 *Hoſpitio comiter accepti*] Put. & meliores *acceptis*. Recte: non enim ſeparanda hæc particula periodi ab ſequentibus, & regitur τὸ *acceptis* à verbo *oſtendit*. Idem.

5 *Admiratio ſingularum univerſarumque rerum*] Omnes Gall. ignorant τὸ *univerſarum*: & meliores quidem, *ſingularumque*, alii & conjunctionem omittunt. Vides quæ cauſſa fuerit defectuum ſarcinatoribus, vocem illam inculcandi. At mitius fuerat: *ſingularum quoque rerum*: (intellige, non modo univerſarum) aut prorſus delere particulam ſæpe in optimo ſuperfluam. Sic inferius hoc ipſo capite Put. reg. Men. *quos provincia relinquerent quos præſidio*. Sed illud malo. *Idem*.

6 *Juberentque, quod dii bene verterent, trajicerent*] Omnes *trajicere*. Quare & in eadem periodo, *facere*, legendum: ut diximus contra Rhenanum. *Idem*.

Res, quid? Rerum divisiones. Rerum divisio in corporales et incorporales. Rerum divisio in res mancipi et nec mancipi. Rerum divisio in res quae usu consumuntur et quae usu non consumuntur. Rerum divisio in res fungibiles et non fungibiles. Rerum divisio in res quae pondere, numero, mensura constant et quae non constant. Rerum divisio in res quae tradi possunt et quae non possunt. Rerum divisio in res quae in patrimonio sunt et quae extra patrimonium. Rerum divisio in res quae in commercio sunt et quae extra commercium. Rerum divisio in res quae in bonis sunt et quae in bonis non sunt. Rerum divisio in res quae in iure sunt et quae in iure non sunt. Rerum divisio in res quae in hereditate sunt et quae in hereditate non sunt. Rerum divisio in res quae in dominio sunt et quae in dominio non sunt. Rerum divisio in res quae in possessione sunt et quae in possessione non sunt. Rerum divisio in res quae in usufructu sunt et quae in usufructu non sunt. Rerum divisio in res quae in usu sunt et quae in usu non sunt. Rerum divisio in res quae in habitatione sunt et quae in habitatione non sunt. Rerum divisio in res quae in operis servorum sunt et quae in operis servorum non sunt. Rerum divisio in res quae in operis animalium sunt et quae in operis animalium non sunt. Rerum divisio in res quae in operis rerum sunt et quae in operis rerum non sunt. Rerum divisio in res quae in operis hominum sunt et quae in operis hominum non sunt. Rerum divisio in res quae in operis deorum sunt et quae in operis deorum non sunt. Rerum divisio in res quae in operis naturae sunt et quae in operis naturae non sunt. Rerum divisio in res quae in operis artis sunt et quae in operis artis non sunt. Rerum divisio in res quae in operis scientiae sunt et quae in operis scientiae non sunt. Rerum divisio in res quae in operis virtutis sunt et quae in operis virtutis non sunt. Rerum divisio in res quae in operis vitii sunt et quae in operis vitii non sunt. Rerum divisio in res quae in operis boni sunt et quae in operis boni non sunt. Rerum divisio in res quae in operis mali sunt et quae in operis mali non sunt. Rerum divisio in res quae in operis pulchri sunt et quae in operis pulchri non sunt. Rerum divisio in res quae in operis turpis sunt et quae in operis turpis non sunt. Rerum divisio in res quae in operis iusti sunt et quae in operis iusti non sunt. Rerum divisio in res quae in operis iniusti sunt et quae in operis iniusti non sunt. Rerum divisio in res quae in operis veri sunt et quae in operis veri non sunt. Rerum divisio in res quae in operis falsi sunt et quae in operis falsi non sunt. Rerum divisio in res quae in operis boni et mali sunt et quae in operis boni et mali non sunt. Rerum divisio in res quae in operis pulchri et turpis sunt et quae in operis pulchri et turpis non sunt. Rerum divisio in res quae in operis iusti et iniusti sunt et quae in operis iusti et iniusti non sunt. Rerum divisio in res quae in operis veri et falsi sunt et quae in operis veri et falsi non sunt. Rerum divisio in res quae in operis boni et mali et pulchri et turpis sunt et quae in operis boni et mali et pulchri et turpis non sunt. Rerum divisio in res quae in operis boni et mali et iusti et iniusti sunt et quae in operis boni et mali et iusti et iniusti non sunt. Rerum divisio in res quae in operis boni et mali et veri et falsi sunt et quae in operis boni et mali et veri et falsi non sunt. Rerum divisio in res quae in operis pulchri et turpis et iusti et iniusti sunt et quae in operis pulchri et turpis et iusti et iniusti non sunt. Rerum divisio in res quae in operis pulchri et turpis et veri et falsi sunt et quae in operis pulchri et turpis et veri et falsi non sunt. Rerum divisio in res quae in operis iusti et iniusti et veri et falsi sunt et quae in operis iusti et iniusti et veri et falsi non sunt. Rerum divisio in res quae in operis boni et mali et pulchri et turpis et iusti et iniusti sunt et quae in operis boni et mali et pulchri et turpis et iusti et iniusti non sunt. Rerum divisio in res quae in operis boni et mali et pulchri et turpis et veri et falsi sunt et quae in operis boni et mali et pulchri et turpis et veri et falsi non sunt. Rerum divisio in res quae in operis boni et mali et iusti et iniusti et veri et falsi sunt et quae in operis boni et mali et iusti et iniusti et veri et falsi non sunt. Rerum divisio in res quae in operis pulchri et turpis et iusti et iniusti et veri et falsi sunt et quae in operis pulchri et turpis et iusti et iniusti et veri et falsi non sunt. Rerum divisio in res quae in operis boni et mali et pulchri et turpis et iusti et iniusti et veri et falsi sunt et quae in operis boni et mali et pulchri et turpis et iusti et iniusti et veri et falsi non sunt.

ſes quoque quum ſpeculis [1] per promontoria omnia poſitis, percunctantes paventeſque ad ſingulos nuncios [2] ſollicitam hiemem egiſſent, haud parvum & ipſi tuendæ Africæ momentum adjecerunt ſocietatem Syphacis regis, cujus maxime fiducia trajecturum in Africam Romanum crediderunt. Erat Aſdrubali Giſgonis filio, non hoſpitium modo cum rege, de quo ante dictum eſt, quum ex Hiſpania forte in idem tempus Scipio atque Aſdrubal convenerunt: ſed [3] mentio quoque inchoata affinitatis, ut rex duceret filiam Aſdrubalis. [4] Ad eam rem conſummandam, tempuſque nuptiis ſtatuendum ([5] jam enim & nubilis erat virgo) profectus Aſdrubal, ut accenſum cupiditate ([6] & ſunt ante omnes Numidæ barbaros effuſi in Venerem) ſenſit, virginem ab Carthagine arceſſit, maturatque nuptias: & inter aliam gratulationem, ut publicum quoque fœdus privato adjiceretur, ſocietas inter populum Carthaginienſem regemque, data ultro citroque fide, eoſdem amicos inimicoſque habituros, jure-

1 *Per promontoria omnia*] Vet. lib. *per omnia promontoria*. Sigonius.

2 *Sollicitam hiemem egiſſent*] Cantabrig. *geſſiſſent*. Qui neſcio an audiendus ſit, vel ob præcedens *geruntur*, vel ob conſenſum aliorum codicum in vulgatam. Et tamen ægre perſuadear à levi homine eam vocem, adeo in hoc uſu infrequentem extitiſſe. Macrobius 1 Saturn. *Quo die ſi Saturnalia gererentur*. Sueton. Domit. 1. *Prima adoleſcentiæ tempora tanta inopia tantaque infamia geſſiſſe fertur*. Etiam ad librum 4 Obſerv. cap. 14, ubi cumulus de hoc verbo non indecens, video inter alia adſcripſiſſe patrem: *Gerens annum* XVIII *Hieron. in Euſebio* à *Scal. reprehenſus* p. 124. Deinde edidi volentibus Cantabr. Voſſ. Gud. & monente patris manu, *momentum adjecerunt ſocietatem*, non *ſocietate*, commoda prorſus epexegeſi. 28, 17. *Magnum in omnia momentum Syphax erat*. Sic & 29, 12. Tacitus 1 Hiſtor. *Octo Batavorum cohortes, grande momentum, ſocia aut adverſæ*. Vide ad 21, 4. 39, 54. *Jac. Gron.*

3 *Mentio inchoata adfinitatis*] Scribe, *inchoata*, cum optimis, in quibus *incohata*. J. Fr. Gron.

4 *Ad eam rem conſummandam*] Sic omnes: non *confirmandam*, ut Rhenanus. *Idem.*

5 *Jam enim nubilis erat virgo*] Scripti & priſcæ editiones: *Jam enim & nubilis erat virgo*, ingratiis Beati. *Idem.*

6 *Et ſunt a. o. b. N. effuſi in Venerem*]: Vet. lib. *ut ſunt*. ſic lib. 30. *ut eſt genus Numidarum in venerem præceps*. Sigonius.

Et ſunt ante omnes Numida barbaros effuſi in Venerem] Et ordo verborum placet, & particula, quam mutat Sigonius, in hujuſmodi fere correctionibus ſemper infelix. *J. Fr. Gronovius.*

ἀφῆκε τὸν ἄνδρα. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῆς εἱρκτῆς. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν δεσμῶν. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος καὶ τοῦ ἁρματείου. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος καὶ τοῦ ἁρματείου καὶ τοῦ ἡνιόχου. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος καὶ τοῦ ἁρματείου καὶ τοῦ ἡνιόχου καὶ τοῦ ἵππου. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος καὶ τοῦ ἁρματείου καὶ τοῦ ἡνιόχου καὶ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ζεύγους. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος καὶ τοῦ ἁρματείου καὶ τοῦ ἡνιόχου καὶ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ζεύγους καὶ τοῦ ἡνίου. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος καὶ τοῦ ἁρματείου καὶ τοῦ ἡνιόχου καὶ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ζεύγους καὶ τοῦ ἡνίου καὶ τοῦ χαλινοῦ. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος καὶ τοῦ ἁρματείου καὶ τοῦ ἡνιόχου καὶ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ζεύγους καὶ τοῦ ἡνίου καὶ τοῦ χαλινοῦ καὶ τοῦ στομίου. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος καὶ τοῦ ἁρματείου καὶ τοῦ ἡνιόχου καὶ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ζεύγους καὶ τοῦ ἡνίου καὶ τοῦ χαλινοῦ καὶ τοῦ στομίου καὶ τοῦ ἀγκυλίου. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος καὶ τοῦ ἁρματείου καὶ τοῦ ἡνιόχου καὶ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ζεύγους καὶ τοῦ ἡνίου καὶ τοῦ χαλινοῦ καὶ τοῦ στομίου καὶ τοῦ ἀγκυλίου καὶ τοῦ ἱμάντος. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος καὶ τοῦ ἁρματείου καὶ τοῦ ἡνιόχου καὶ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ζεύγους καὶ τοῦ ἡνίου καὶ τοῦ χαλινοῦ καὶ τοῦ στομίου καὶ τοῦ ἀγκυλίου καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος καὶ τοῦ ἁρματείου καὶ τοῦ ἡνιόχου καὶ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ζεύγους καὶ τοῦ ἡνίου καὶ τοῦ χαλινοῦ καὶ τοῦ στομίου καὶ τοῦ ἀγκυλίου καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος καὶ τοῦ ἁρματείου καὶ τοῦ ἡνιόχου καὶ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ζεύγους καὶ τοῦ ἡνίου καὶ τοῦ χαλινοῦ καὶ τοῦ στομίου καὶ τοῦ ἀγκυλίου καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος καὶ τοῦ ἁρματείου καὶ τοῦ ἡνιόχου καὶ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ζεύγους καὶ τοῦ ἡνίου καὶ τοῦ χαλινοῦ καὶ τοῦ στομίου καὶ τοῦ ἀγκυλίου καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος καὶ τοῦ ἁρματείου καὶ τοῦ ἡνιόχου καὶ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ζεύγους καὶ τοῦ ἡνίου καὶ τοῦ χαλινοῦ καὶ τοῦ στομίου καὶ τοῦ ἀγκυλίου καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος καὶ τοῦ ἁρματείου καὶ τοῦ ἡνιόχου καὶ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ζεύγους καὶ τοῦ ἡνίου καὶ τοῦ χαλινοῦ καὶ τοῦ στομίου καὶ τοῦ ἀγκυλίου καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος καὶ τοῦ ἁρματείου καὶ τοῦ ἡνιόχου καὶ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ζεύγους καὶ τοῦ ἡνίου καὶ τοῦ χαλινοῦ καὶ τοῦ στομίου καὶ τοῦ ἀγκυλίου καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος καὶ τοῦ ἁρματείου καὶ τοῦ ἡνιόχου καὶ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ζεύγους καὶ τοῦ ἡνίου καὶ τοῦ χαλινοῦ καὶ τοῦ στομίου καὶ τοῦ ἀγκυλίου καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος καὶ τοῦ ἱμάντος. ἀφῆκε τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν πεδῶν καὶ τῶν δεσμῶν καὶ τῆς εἱρκτῆς καὶ τοῦ δεσμωτηρίου καὶ τῆς φυλακῆς καὶ τοῦ οἴκου καὶ τῆς αὐλῆς καὶ τοῦ περιβόλου καὶ τῆς θύρας καὶ τοῦ μοχλοῦ καὶ τῆς κλεῖδος καὶ τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ ἐπιστομίου καὶ τοῦ ὀχήματος καὶ τοῦ ἁρματείου καὶ τοῦ ἡνιόχου καὶ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ζεύγους καὶ τοῦ ἡνίου καὶ τοῦ χαλινοῦ καὶ τοῦ στομίου καὶ τοῦ ἀγκυλίου καὶ τοῦ ἱμάντος

cum rege & Carthaginienſibus foret bellandum, avertit à vero falſis præoccupando mentes hominum. Et vocatis ad concionem militibus, *Non ultra eſſe cunctandum* ait. *Inſtare, ut in Africam quam primum trajiciat, ſocios reges. Maſiniſſam prius ipſum* [1] *ad Lælium veniſſe, querentem, quod cunctando tempus tereretur. nunc Syphacem mittere legatos, idem admirantem, quæ tam diuturnæ moræ ſit cauſſa: poſtulantemque, ut aut trajiciatur tandem in Africam exercitus: aut ſi mutata conſilia ſint, certior fiat, ut & ipſe ſibi ac regno ſuo poſſit conſulere.* [2] *Itaque jam ſatis omnibus inſtructis apparatiſque, & re jam non ultra recipiente cunctationem, in animo ſibi eſſe, Lilybæum claſſe traducta, eodemque omnibus peditum equitumque copiis contractis, quæ prima dies curſum navibus daret, Deis bene juvantibus, in Africam trajicere.* Literas ad M. Pomponium mittit, ut, ſi ei videretur, Lilybæum veniret: ut communiter conſulerent, quas legiones potiſſimum, & quantum militum numerum in Africam trajiceret. item circum oram omnem maritimam miſit, ut naves onerariæ comprehenſæ Lilybæum omnes traherentur. Quicquid militum naviumque in Sicilia erat, quum Lilybæum conveniſſent, & nec urbs multitudinem hominum, nec portus naves caperet, tantus omnibus ardor erat

dem: *Peſtilentia inceſſerat, pari clade in Romanos Pœnoſque.* Hoc libro ſuperius: *Et tanta inceſſit in caſtra vis morbi.* Lib. 36. *Timor deinde inceſſit, ne quos per imminentia juga calles inveniret ad tranſitum Romanus.* Tacitus 2 Hiſtor. *Sabinus ſuopte ingenio mitis, ubi formido inceſſiſſet, facilis mutatu.* J. Fr. Gron.

1 *Ad Lælium*] Vet. lib. *ad C. Lælium.* Sigonius.

2 *Itaque jam ſatis omnibus inſtructis apparatiſque*] Et hic *apparatu* adjecerunt, ut conſulerent τῷ *que*, quod deſolatum ipſis videbatur: etenim optimus & poſt illum meliores: *inſtructiſque & re.* Emenda: *Itaque jam ſatis omnibus inſtructis, quin & re jam non ultra recipiente cunctationem, in animo ſibi eſſe.* J. Fr. Gron.

Itaq. jam ſat. omn. inſtructis apparatiſque] Non otioſe tamen conſiderari meretur hoc loco ſcriptura Cantabrig. *Itaque ratis jam omnibus inſtructiſque.* Et ſane fieri potuit, ut τῷ *apparatu* aliunde acceſſerit: Quam leni tamen negotio ex MS^to^, quem produximus, fieri poſſet? *Ita paratu jam omnibus inſtructiſque.* Mox quoque idem liber: *Lilybæum claſſem traducere, eodemque.* Poſt etiam idem cum Voſſ. Gud. aliiſque, *Lilybæum omnes contraherentur.* Jac. Gron.

1 Non

erat in Africam trajiciendi, ut non ad bellum duci viderentur, ſed ad certa victoriæ præmia. præcipue qui ſuperabant ex Cannenſi exercitu milites, illo, non alio duce credebant navata reipublicæ opera finire ſe militiam ignominioſam poſſe. Et Scipio minime id genus militum aſpernabatur: ut qui neque ad Cannas ignavia eorum cladem acceptam ſciret, neque ullos æque veteres milites in exercitu Romano eſſe, expertoſque non variis prœliis modo, ſed urbibus etiam oppugnandis. Quinta & ſexta Cannenſes erant legiones. eas ſe trajecturum in Africam quum dixiſſet, ſingulos milites inſpexit: relictiſque, quos non idoneos credebat, in locum eorum ſubjecit, quos ſecum ex Italia adduxerat; ſupplevitque ita eas legiones, ut ſingulæ ſena milia & ducenos pedites, trecenos haberent equites: ſociorum item Latini nominis pedites equiteſque de exercitu Cannenſi legit. Quantum militum in Africam tranſportatum ſit, [1] non parvo numero inter auctores diſcrepat. Alibi decem millia peditum, duo millia & ducentos equites, [2] alibi ſedecim millia peditum, mille & ſexcentos equites; alibi parte plus dimidia rem auctam, quinque & triginta millia peditum equitumque [3] in naves impoſita invenio. quidam non adjecere numerum: inter quos me ipſe in re dubia poni malim. Cœlius ut abſtinet numero, ita ad immenſum multitudinis ſpeciem auget. Volucres ad terram delapſas

1 *Non parvo numero inter auctores diſcrepat*] Sic integre ſcripti & argutatur incaſſum Rhenanus. *J. Fr. Gron.*

2 *Alibi* XV *millia pedit. mille & quingentos eq.*] Vett. lib. habent XVI *millia*, quod probo: quia Appianus in Libyco hunc numerum edit: πέζους μὲ ἑξακισχιλίους ὀπὶ μείους, ἱππέας δὲ χιλίους καὶ ἑξακοσίους. Itaque auctore eodem Appiano malim legere apud Livium *ſexcentos*, quam *quingentos*. Sigonius.

Quindecim millia peditum, mille & quingentos] Omnes Gall. & Pall. *ſedecim millia peditum, mille & ſexcentos equites*: ut ex Appiano Sigonius. *J. Fr. Gron.*

3 *In naves impoſita invenio*] Verbum *invenio* ignorant omnes Gall. & Voſſ. quod tamen requiri videtur: niſi pro *alibi* ter legas *alii*. Sic enim ὀπὶ κοινῶ poſſet repeti, *adjecere numerum*. Idem.

Digitized by Google

lapſas clamore militum ait, tantamque multitudinem conſcendiſſe naves, ut nemo mortalium aut in Italia aut in Sicilia relinqui videretur. Milites ut in naves ordine ac ſine tumultu conſcenderent, ipſe eam ſibi curam ſumpſit. nauticos C. Lælius, qui claſſis præfectus erat, [1] in navibus, ante conſcendere coactos, continuit. Commeatus imponendi M. Pomponio prætori cura data, quinque & quadraginta dierum cibaria, è quibus quindecim dierum cocta, impoſita. Ut omnes jam in navibus erant, ſcaphas circummiſit, [2] ut ex navibus, gubernatoreſque & magiſtri navium, & bini milites, in forum convenirent ad imperia accipienda. Poſteaquam convenerunt, primum ab iis quæſivit, ſi aquam hominibus, jumentiſque in totidem dies, quot frumentum, impoſuiſſent. [3] Ubi reſponderunt, aquam dierum quinque & quadraginta in navibus eſſe; tum edixit militibus, ut ſilentium quieti nautis ſine certamine ad miniſteria exſequenda bene obedientes præſtarent. cum viginti roſtratis ſe ac L. Scipionem [4] ab dextro cornu, lævum totidem roſtratas, & C. Lælium præfectum claſſis cum M. Porcio Catone ([5] quæſtor tum is erat) onerariis ſuturum præſidio. Lumina in navibus ſingula roſtratæ, bina onerariæ haberent: in prætoria nave inſigne nocturnum trium luminum fore. Emporia ut peterent, gubernatoribus edixit. Fertiliſſimus ager, eoque abundans omnium copia rerum eſt regio, & imbelles (quod plerumque in ubere agro evenit) barbari ſunt: priuſque, quam

1 *Navibus ante conſcendere c. c.*] Vetus lectio melior: *in naves ante conſcendere.* Sigonius.

Navibus ante conſcendere] Iidem optimuſque Pal. *in navibus, ante conſcendere coactos, continuit.* Olim legebatur: *in naves.* Rhenanus fecit, *navibus*, deleta præpoſitione. *J. Fr. Gron.*

2 *Ut ex omnibus navibus gubernatoreſque*] Meliores τὸ *omnibus* relegant. *Idem.*

3 *Ubi reſponſum eſt, aquam*] Iidem: *reſponderunt.* Idem.

4 *Ab lævo totidem roſtratis*] Scripti: *ab dextro cornu, lævum totidem roſtratas & C. Lælium.* Longe quidem elegantius meo judicio. Vide ad lib. 22, 41. *Idem.*

5 *Quæſtor tum is erat*] Vet. lib. *quæſtor u tum erat.* Sigonius.

1 *Pla-*

Digitized by Google

quam Carthagine ſubveniretur, opprimi videbantur poſſe. Iis editis imperiis, redire ad naves juſſi: & poſtero die Deis bene juvantibus ſigno dato ſolvere naves. Multæ claſſes Romanæ è Sicilia, atque ipſo illo portu 26
profectæ erant. Cæterum non eo bello ſolum (nec id mirum; prædatum enim tantummodo [1] pleræque claſſes ierant) ſed ne priore quidem ulla profectio tanti ſpectaculi fuit. quanquam [2] ſi magnitudine claſſis æſtimaretur, & bini conſules cum binis exercitibus ante trajecerant: & prope totidem roſtratæ in illis claſſibus fuerant, quot onerariis Scipio tum trajiciebat. nam [3] præter quinquaginta longas naves, quadringentis ferme onerariis exercitum tranſvexit. Sed & bellum bello, ſecundum priore ut atrocius Romanis videretur, quum quod in Italia bellabatur, tum ingentes ſtrages tot exercituum ſimul cæſis ducibus effecerant. & Scipio dux partim factis fortibus, partim ſuapte [4] fortuna quadam ingentis ad incrementa gloriæ celebratus converterat animos: ſimul & mens ipſa trajiciendi, nulli ante eo bello duci [5] tentata, quod ad Annibalem detrahendum ex Italia, transferendumque & finiendum in Africa bellum, ſe tranſire vulgave-

1 *Pleraque claſſes ierant*] Pro ſpurio videtur delendum τὸ *claſſes*: etſi omnes habeant libri. *J. Fr. Gron.*

2 *Si magnitudine claſſes æſtimaret & bini*] Sic Rhenanus, cum legeretur, *claſſis æſtimaretur:* ut reg. & Petav. Sed Put. Men. Voſſ. *claſſis æſtimaret ſed ſi bini.* Magis inclino in medium. Ipſa nimirum claſſis Scipionis. *Idem.*

3 *Præter* XL *longas naves, quadringentis* &c.] Vet. lib. *præter* L *longas naves.* probo. nam Appianus ita: καὶ ἐς Λιβύην ἀνήγετο ὅτι νεῶν μακρῶν μὲν δύο καὶ πεντήκοντα, φορτίδων δὲ πλειόνων. Et ipſe lib. 30. *Scipio* L *longas naves haberet, quas habuiſſet.* Sigonius.

4 *Fortuna quadam ingenti*] Et hoc Beati. Antea *ingentis*, quod præfero. Intelligo enim Scipionem celebratum ad incrementa gloriæ partim fortibus factis, partim ſuapte quadam fortuna. *J. Fr. Gron.*

5 *Tentata quod ad Annibalem de.*] Nulla horum omnium litera in Put. reg. Men. Voſſ. ſed tantummodo: *duci trahendum ex Sicilia.* Dein Put. *vulgaterat:* alii, *vulgatum erat.* Suſpicor hic peſſime cum Livio actum, qui ſcripſerat: *Simul & mens ipſa trajiciendi nulli ante eo bello duci, trahendus Hannibal ex Italia tranſferendumque & finiendum in Africa bellum, vulgata erat.* Significat nullum antea ducem edidiſſe ac præ ſe tuliſſe eam mentem: hic quod præ ſe tulerit, tanto conſpectiorem ſuam profectionem reddidiſſe. *Idem.*

gaverat. Concurrerat ad ſpectaculum in portum omnis turba; non habitantium modo Lilybæi, ſed legationum omnium ex Sicilia: quæ & ad proſequendum Scipionem officii cauſſa convenerant, & prætorem provinciæ M. Pomponium ſecutæ fuerant. ad hoc legiones, quæ in Sicilia relinquebantur, ad proſequendos commilitones proceſſerant: nec claſſis modo proſpectantibus è terra, ſed terra etiam omnis circa referta turba ſpectaculo
27 navigantibus erat. Ubi illuxit, Scipio è prætoria nave, ſilentio per præconem facto, [1] *Divi Divæque*, inquit, [2] *qui maria terraſque colitis, vos precor quæſoque; uti quæ in meo imperio geſta ſunt, gerantur, poſtque gerentur, ea mihi, populo plebique Romanæ, ſociis nominique Latino, qui populi Romani, quique meam ſectam, imperium auſpiciumque terra, mari, amnibuſque ſequuntur,* [3] *bene verruncent: eaque vos omnia bene*

1 *Dii, deæque inquit*] Vet. lib. *Divi, Divæque*, quod placet: quia olet magis antiquitatem, cui in hac precatione ſtuduit Livius. Quamquam Virgilius lib. 5 ait: *Dii, quibus imperium eſt pelagi*, in ejuſmodi precatione, metri cauſa. *Sigonius.*

2 *Qui maria terraſque colitis*] Vellem reliquiſſet Rhenanus: *maria terraſque qui colitis*: vellem: *uti quæ in meo imperio*. Sic enim MSS. fidi, aut huc trahunt. *J. Fr. Gron.*

3 *Bene vertant, eaque vos o. b. j.*] Quo pertineat tertia hæc perſona *vertant*, cum ad ſecundam oratio converſa ſit, *vos precor*, intelligi non poteſt. Hinc fit, ut placeat priſca lectio, *bene vertundo*, & ut, pro *eaque*, putem reponendum eſſe, *æque*. hoc ſenſu: Vos precor, quæ in meo imperio geſta ſunt, geruntur, poſtque gerentur, ea mihi, populo, plebique Romanæ, ſociis nominique Latino, qui populi Romani, quique meam ſectam, imperium, auſpiciumque, terra, mari, amnibuſque ſequuntur, bene vertendo, æque omnia bene juvetis. Neque impedit, quod Rhenan. in quodam libro ait ſe legiſſe, *bene verruncent*. Sigonius.

Bene verruncent] Rhenanus hac correctione unica centum culpas facile redemit. Eſt autem ita plane in optimo illo Put. Alludit & Pal. unus, qui *vertuntent*. Egregie fluctus in ſimpulo movet hic Sigonius. Reſtitat Rhenano: vulgatum olim, interpretis commentum, non fert, quod quo pertineat tertia hæc perſona, *bene vertant*, quum ad ſecundam oratio converſa ſit, non poſſit intelligi: ergo, *bene vertundo æque vos omnia bene juvetis*, pro priſca lectione, ſi diis placet, nobis impingit. Quid eſt fateri, pœne dixerim, turpitudinem ſuam, ſi hoc non eſt? ſcilicet non poteſt intelligi, qui dicit: *vos dii precor, ut hæc bene vertant*. Nec intelligitur quid velit Virgilius dicendo: *Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hædos*. Quoties ipſe Livius? Sed nos inſultare tanto viro nolumus: ſufficit tirones moneri, ut ab his erroribus ſibi caveant. *Bene verruncent*, divine Rhenanus: idque pro *vertere* uſurpaſſe veteres colligit ex verbo *averruncare*, quod *aver-*

tere

bene juvetis: bonis auctibus auxitis: salvos incolumesque victis perduellibus victores, [1] *spoliis decoratos, præda onustos triumphantesque, mecum domos reduces sistatis: inimicorum hostiumque ulci-*

iere Nonius explicet. Sane *averruncare* non Nonii modo est, verum ipsius Livii. Lib. 8. *Placuit averruncandæ deum iræ victimas cædi.* Lib. 10. *Eo anno prodigia multa fuerunt, quorum averruncandorum caussa supplicationes in biduum senatus decrevit.* Cato de re Rust. 142. *Calamitates, intemperiasque prohibessis, defendas averruncesque.* Immo & Cicero lib. 9 ad Atticum ep. 2. *Dii, inquit, averrunent.* Varro nequaquam pro doctissimo Romanorum: *A vertendo averruncare; ut deus, qui in rebus præst, Averruncus.* Sed vir doctus, *Runco*, inquit, ῥολαΐζω. Hinc *errunco*, quasi *exrunco*, mutata litera præpositionis in primam verbi, ut in *arrodo, effodio, efficio.* Inde *aberrunco* ut scribitur in Glossario, postea *averrunco*, *b* transeunte in *v*, ut in *aufero. Averrunco* igitur pro re signatissima vox à duplici præpositione est orta, ut *indeprensus, ineffabilis.* Hoc si verum est, quid fiet nostro *verrunco*? Quod tamen probum & antiquum non Livius modo, sed alii quoque testantur. Festus: *verruncent, vertant.* Attius Decio apud Nonium: *Te sancte venerans precibus, invicte, invoco, Portenta ut populo, patriæ verruncent bene.* Idem Bruto apud Ciceronem 1 de Divin. *Perpropinqua hæc bene verruncent populo.* Pacuvius Peribœa: *Precor veniam, Petens ut qua egi, ago, axim, verruncent bene.* Ubi habes Livii formulam. In rus runcam & runcinam, pace docti viri sane dixerim. *Verrunco* est ab ἐρύκω præposito *v*, ut in ἔαρ, ἦρ ver, ἑστία *Vesta*, ἑσπέρα *vespera*, εἶδω *video*, & innumeris talibus, emollito digammate Æolico: interjectoque *n*, ut in θησαυρός *thensaurus*, σκαπανεύς *scaptensula*, γλυκὺς *lucuns*. Ἐρύκω interdum est contineo & cohibeo, ne id, quod continetur, mali quid faciat vel patiatur. Homerus Γ λ. λ'. Ἴππους δ' ἔξ ἔρκος ἐρύκομεν ἰρυκάκεσθαι. Item Γ λ. ω'. Ποσσὶν μὲν μύωνας χλαϊζέμεν· ἔκτοθεν ἕδνον, Ὅφρα τίας αὐτός τε μέγα κῦδος ἀρύκω. Quæ continentur hoc modo & servantur, salva manent & bonos habent eventus. Itaque *se bene verruncant*: nam hoc pronomen intelligitur, perinde ut quum *vertere* ἀλλοτίεσθαι ponitur. Eustathius: Τὸ ἰρυκάκεσθαι σημαίνει τὸ ἐρύειν, ὃ ὅζιν ἐλκύειν· οἷς γὰρ ὅπλοις ἐρύονται ἵπποι, καὶ τὰ τοιαῦτα εἰώθασι καλύεσθαι· σημαίνει δὲ εἴπειν, τὰ ὁπωσοῦν ἐρυόμενα ἤγουν ἑλκόμενα ζῶα ἐπέχειν καὶ διεῖργειν τινά· ἴσως δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἐρύω τὸ φυλάσσω γίνεται τὸ ἰρύκω. Ut ab ἐρύκω ἀπερύκω, unde ἀπερύκειν τοὺ λύκους ἀπὸ τῆς αἶγας, ut à *verto averto*, sic à *verrunco* etiam *averrunco*, à quo deinceps *Averruncus*, ut à *promo promus, condo condus, carpo carpus.* Appulejus de Deo Socratis: *qui tibi queat tum in somnis, tum signis, tum etiam fortasse coram, cum usus postulat, mala averruncare, bona prosperare.* Ut viri docti restituerunt ex MSS. & primus P. Pithœus: nam hic quoque insulserant *avertere.* Hæc quum olim scripsissemus, nuper apparuit edito doctissimo illo exspectatissimoque Etymologico Gerhardi Johannis Vossii, sancti senis & magni fautoris nostri, eandem fuisse sententiam. *J. Fr. Gron.*

1 *Spoliis decoratos, præda onustos, tr.*] Vett. lib. quos legi, æque atque ii, quos se legisse Rhenanus profitetur, vacant his vocibus, *præda onustos*, ut legatur: *Spoliis decoratos, triumphantesque.* Quod sequitur, *Domos reduces sistatis.* Malim & ipse cum Rhenano, *domo.* Sigonius.

Præda onustos] Sic lib. 3. *Militaria signa prælata, secutus exercitus præda onustus.* Sic omnes scripti. Sigonius quasi jurasset se nihil hic allaturum boni, hæc verba (hoc equidem cum

Digitized by Google

ulciſcendorum copiam faxitis. quæque populus Carthaginienſis in civitatem noſtram facere molitus eſt, [1] *ea ut mihi populoque Romano in civitatem Carthaginienſium exempla edendi facultatem detis.* Secundum eas preces, [2] cruda exta, cæſa victima, uti

Rhenano) & *exempla edendi facultatem*, quæ in omnibus omnino noſtris & Gall. & Pall. integra comparent, & ipſo ſono produnt à magiſtello aut librario adjici non potuiſſe, peſſimo haud dubie uno alterove auctore delet. Terentius Eunucho 5, 7. *uterque in te exempla edent.* Cæſar lib. 1 Gall. *Obſides nobiliſſimi cujuſque liberos poſcere, & in eos omnia exempla cruciatus edere.* Noſter hoc libro: *Quæ crudeliſſimi atque importuniſſimi tyranni ſcelera in oppreſſos cives edunt.* Ubi etiam vulgares ſcripti quid infuſcant, ſed non Put. Lib. 38. *Omnia exempla belli edita in ſe, cædibus, incendiis, ruinis.* Quid porro utrique mentis fuiſſe dicam, quum *domo reduces*, nobis facerent pro *domos reduces*, quomodo omnes libri, & exigit flagitando raucus dudum, dudum ramicibus ruptis Priſcianus? Lib. 22. *Tamen alius ab alio impleti rumoribus domos referunt, conſulem*, &c. Lib. 3. *Cohortes in Latina Hernicaque remiſſæ domos.* Certe nihil humani alienum à nobis putare debemus nos, quando præcipuis Livii ſoſpitatoribus contigit, ut tantis exemplis homines ſe fuiſſe demonſtrarent. *J. Fr. Gron.*

1 *Ea ut mihi, populoque Rom. in civitatem Carthaginienſium exempla edendi facultatem detis*] Vetus lectio brevior: *ea ut mihi, populoque Romano in civitatem Carthaginienſium detis.* ſubauditur autem *facere*, ex priore membro orationis. Cujus lectionis venuſtatem qui non intellexerunt, de ſuo hæc verba addiderunt: *Exempla edendi facultatem.* Quas voces puto temere ab aliquo injectas, tum quia ab iis, quos legi, libris abſunt, tum quia neceſſariæ non ſunt. Scio tamen Livium libro 38 uti hac forma dicendi: *Omnia exempla belli edita in ſe cadibus, incendiis, minis, direptione urbis.* Sigon.

2 *Cruda exta c. v. u. m. e. in mare projecit*] Sacrificale verbum antiquum temere amovit Rhenanus. Quod feciſſe etiam quoſdam olim apud Virgilium tradit Macrobius libro 5 ubi ait: *Extaque ſalſos Porricias in fluctus*, non *projiciam*. Sic hoc loco *porricit*, non *projecit*. Idem.

Cruda exta cæſa victima (uti mos) in mare porricit] Put. *cruda extam victimam*. Men. & Voſſ. *crudam extam victimam*. Et Pall. hic omnes corruptos (hoc tantum) notat excerptor. An *cruda exta victima*? Satis enim intelligitur cæſam fuiſſe. Omnes autem libri ſcripti, etiam Put. ut ex ſuo Rhenanus, *projecit*. qui & hoc movetur, quod ſequitur verbum præteriti temporis. Sed hoc perpetuum non eſt. Sic lib. 22. *Ubi primum in ſicco potuit, caſtra locat: certumque per præmiſſos exploratores habuit.* Lib. 23. *Ibi hærentia inter obnata ripis ſalicta conſpiciuntur, nuntiatumque Annibali eſt.* Lib. 28. *Tum victa oppidanorum vis, dejectiſque propugnatoribus occupantur muri.* Neque enim *porricere* Livio vile fuiſſe puto, quod nec Virgilius ſprevit. Eſt autem ſignatum & proprium verbum, nec refugiunt in hujuſmodi formulis antiquitatem, velut obſoletam, puriſſimi quoque ſcriptores. Itaque in talibus reſpiciendum magis exiſtimo, quid ſignificent libri veteres, quam quid exhibeant. Nulli enim adeo ſunt correcti, ut nihil habeant mendoſum, & ideo ad collationem eorum vis aliqua judicii & doctrinæ requiritur, non tantum conferendi labor. Vix poteſt ullius libri antiqui major eſſe auctoritas, quam debet eſſe illius Puteanici. non tamen eum ſequar,

nti mos, in mare porricit, tubaque ſignum dedit proficiſcendi. Vento ſecundo vehementi ſatis profecti, [1] celeriter è conſpectu terræ ablati ſunt: & à meridie [2] nebula occepit, ita ut vix concurſus navium inter ſe vitarent. lenior ventus in alto factus. noctem inſequentem eadem caligo obtinuit: ſole orto eſt diſcuſſa, & addita vis vento. Jam terram cernebant. haud ita multo poſt gubernator Scipioni ait, non plus quinque millia paſſuum Africam abeſſe, Mercurii promontorium ſe cernere. ſi jubeat eo dirigi, jam in portu fore omnem claſſem. Scipio ut in conſpectu terra fuit, [3] precatus Deos, uti bono reipublicæ ſuoque, Africam viderit; dare vela, & alium infra navibus acceſſum petere jubet. Vento eodem ferebantur. cæterum nebula ſub idem ferme tempus, quo pridie, exorta, conſpectum terræ ademit, [4] & ventus pre-

ſequar, quum lib. 23, 11 pro *oraculum* habet *cornaculum*, lib. 35, 31 pro *ſervam civitatem*, *reſervatam*. Lib. eodem c. 36. *clientelas* pro *clitellas*. Lib. 27, 32. *indutus latiarum tempore*, pro *indutiarum tempore*. & eodem cap. 33 pro *antiquaretur*, *antequaereretur*. Lib. 28, 12 pro *vulnere volutatere*, & eodem cap. 37 *ſuperſtes* pro *Suſetes*. Quare magnum periculum adiit vir doctiſſimus, qui non ita pridem in elegantiſſimo auctore pro *ſoliſtimo tripudio* unius librarii fide *ſolennisſimum tripudium* dedit. Ego ſicubi hoc reperiſſem non antea emendatum, illud de conjectura reponere veritus non fuiſſem. Sed per me quidem ſententia quiſque ſua fruatur. *J. Fr. Gron.*

1 *Celeriter conſpectu terræ ablati*] Veter. lib. *è conſpectu*. ut Verg. *Vix è conſpectu Sicula telluris in altum Vela dabant*. Sigonius.

Celeriter conſpectu terræ] Omnes noſtri, præter unum infimæ dignitatis, cum Sigoniano: *celeriter è conſpectu terræ ablati ſunt*. Statimque Put. Men. Voſſ. *ita vix ut concurſus navium*. J. Fr. Gron.

2 *Nebula* &c. *ita ut vix concurſus nav.*] Vet. lib. *occurſus*. Sigonius.

Nebula occepit ita ut vix] Non placet ipſum genus loquendi. MSS. *nebule cepit ita vix ut concurſus*. Alii *nebula cepit*. Scribe: *& a meridie nebula exſtitit, vix ut concurſus navium inter ſe vitarent*. Plinius lib. 2 cap. 60. *Nebulas nec æſtate nec maximo frigore exſiſtere*. Sigonii *occurſus* nuſquam meminimus vidiſſe. *J. Fr. Gron.*

3 *Precatus Deos*] Nihil temere turbo. Nam ſic quoque tum alibi, tum 4, 13. *Precatus tandem Deos immortales Cincinnatus*. Hic tamen Put. reg. Men. Cantabr. Voſſ. carent *Deos*. Qua igitur auctoritate vulgo retinetur? An non 5, 21 *Dicitur manus ad cælum tollens precatus eſſe?* Et alioqui nunc quoque repetiſſet *Deos Deaſque*. Jac. Gron.

4 *Et ventus premente nebula cecidit*] Immo lege, *& vento premente nebula cecidit*. non enim ventus cecidit, ſed nebula premente vento. Nam ſubdit: *Ventus idem coortus nebula dujecta aperuit omnia*. Sigonius.

Et ventus premente nebula cec.] Im-

premente nebula cecidit. Nox deinde incertiora omnia fecit. itaque anchoras, ne aut inter ſe concurrerent naves, aut terræ inferrentur, jecere. Ubi illuxit, ventus idem coortus, nebula disjecta, aperuit omnia Africæ littora. Scipio quod eſſet proximum promontorium percunctatus, quum [1]Pulchri promontorium id vocari audiſſet; *Placet omen*, inquit, *huc dirigite naves.* Eo claſſis decurrit: copiæ omnes in terram expoſitæ ſunt. Proſperam navigationem ſine terrore ac tumultu fuiſſe, permultis Græcis Latiniſque auctoribus credidi: Cœlius unus, præterquam quod non merſas fluctibus naves, cæteros omnes cœleſtes maritimoſque terrores, poſtremo abreptam tempeſtate ab Africa claſſem ad inſulam Ægimurum, inde ægre correctum curſum exponit. & prope obrutis navibus, injuſſu imperatoris ſcaphis haud ſecus quam naufragos milites ſine armis cum ingenti tumultu
28 in terram evaſiſſe. Expoſitis copiis Romani caſtra in proximis tumulis metantur. Jam non in maritimos modo agros conſpectu primum claſſis, dein tumultu egredientium in terram pavor terrorque pervenerat, ſed in ipſas urbes. neque enim hominum modo turba mulierum puerorumque agminibus immixta, omnes paſſim compleverat vias, ſed pecora quoque præ ſe agreſtes agebant; relinqui ſubito Africam diceres. Urbibus vero ipſis majorem quam quem ſecum attulerant, terrorem inferebant. [2]præcipue Carthaginis prope ut captæ tumul-

mo lege *vento*, inquit Sigonius: non enim ventus cecidit, ſed nebula premente vento. Sane & in Voſſ. unoque Pal. *vento:* non tamen in optimo & pluribus aliis. Et *nebulam cadere* haud ſcio, quid hic ſit: *ventum cadere* ſæpe dixerunt veteres. Virgil. 1 Georg. *Quo ſigno caderent auſtri.* Ovidius lib. 8. *Cadit eurus & humida ſurgunt Nubila.* Seneca Agamemnone: *cecidit in lucem furor.* Sed ait, ſubdit: *Ventus coortus nebula disjecta.* Atqui ideo coortus eſt disjecta, quia coëunte & conſtanti ceciderat. Plinius 2, 47. *Cum proximi cadentibus ſurgunt.* J. Fr. Gron.

1 *Pulchri promontorium id vocari*] Polybius hujus promontorii meminit libro 3 in fœderibus Romanorum & Pœnorum, & τ' Καλὸν ἀκρωτήριον vocat. *Sigonius.*

2 *Præcipue Carthaginis prope ut captæ tumultus fuit*] Omnes Gall. & Voſſ. *Carthaginis.* J. Fr. Gron.

1 Ex-

tumultus fuit. Nam poſt M. Atilium Regulum & L. Manlium conſules, annis prope quinquaginta, nullum Romanum exercitum viderant, præter prædatorias claſſes, quibus [1] exſcenſiones in agros maritimos factæ erant: raptiſque quæ obvia fors fecerat, prius recurſum ſemper ad naves, quam clamor agreſtes conciret, fuerat. eo major tum fuga pavorque in urbe fuit. Et, Hercule, neque exercitus domi validus, neque dux quem opponerent, erat. Aſdrubal, Giſgonis filius, genere, fama, divitiis, regia tum etiam affinitate, longe primus civitatis erat: ſed eum ab illo ipſo Scipione aliquot prœliis fuſum, pulſumque in Hiſpania meminerant: nec magis ducem duci parem, quam tumultuarium exercitum ſuum Romano exercitui eſſe. Itaque velut ſi urbem extemplo aggreſſurus Scipio foret, ita ad arma eſt conclamatum: [2] portæque raptim clauſæ, & armati in muris, vigiliæque & ſtationes diſpoſitæ, ac nocte inſequenti vigilatum eſt. [3] Poſtero die quingenti equites ſpeculatum ad mare turbandoſque egredientes ex navibus miſſi; in ſtationes Romanorum inciderunt. jam enim Scipio claſſe Uticam miſſa, ipſe haud ita multum progreſſus à mari, tumulos proximos ceperat, equites & in ſtationibus locis idoneis poſuerat, & per agros miſerat prædatum. Ii cum Carthaginienſi equitatu prœlium quum commiſiſſent, paucos in ipſo certamine, pleroſque fugientes perſecuti (in quibus præfectum quoque Hannonem, nobilem juvenem) occiderunt. Scipio non agros modo circa vaſtavit, ſed [4] urbem etiam proximam Afrorum ſatis opulentam cepit. ubi præter cætera quæ extemplo in naves onerarias impoſita, miſſaque in Siciliam erant, 29

octo

1 *Exſcenſiones in agros marit.*] Vet. lib. *excurſiones.* quod probo. *Sigonius.*

2 *Portaque raptim clauſæ*] Put. Men. Voſſ. *partim.* An eæ, quæ ad hoſtem ſpectabant? *J. Fr. Gron.*

3 *Poſtero die quingenti equites ſpeculatum*] Put. ignorat τὸ *quingenti.* Aſt fuit ἡ *poſtero* DC *equites.* Idem.

4 *Urbem etiam proximam* &c.] Hanc urbem Appianus in Libyco vocat Ἄδχαν. *Sigonius.*

octo millia liberorum servorumque capitum sunt capta. [1] Lætissimus tamen Romanis in principio rerum gerendarum adventus fuit Masiniſſæ. quem quidam cum ducentis haud amplius equitibus, plerique cum duum millium equitatu tradunt veniſſe. Cæterum quum longe maximus omnium ætatis suæ regum hic fuerit, plurimumque rem Romanam juverit: operæ pretium videtur excedere paululum ad enarrandum, quam varia fortuna usus sit in amittendo recuperandoque paterno regno. [2] Militanti pro Carthaginiensibus in Hispania, pater ei moritur: Galæ nomen erat. Regnum [3] ad fratrem regis OEsalcem, pergrandem natu (mos ita apud Numidas est) pervenit. haud multo post, OEsalce quoque mortuo, major ex duobus filiis ejus Capsula, puero admodum altero, paternum imperium accepit. Cæterum quum magis [4] jure gentis quam auctoritate inter suos

1 *Latissimus tamen R.*] Vet. lib. *Latissimus tum Romanus.* Sigonius.

Latissimus tamen Romanis adventus] Put. & Voss. *omnis.* Numquid *omnibus.* nam Romanos intelligi nemo ignorare potest. An potius: *Latissimi tamen ominis.* Nam Janus Nasoni, *Omina principiis, inquit, inesse solent.* Et Statius lib. 8. *Quique apicem torva Gradivus habebat Cassidis, haud latum domino, ruit, omen.* J. Fr. Gron.

2 *Militante pater ejus mor.*] Vet. lib. *pater ei moritur.* Sigonius.

Militante eo pro Carthaginiensibus in Hispania pater ejus moritur] Sigonii liber: *pater ei moritur.* Neque aliter omnes Gall. & Pall. Vossianusque. Sed nondum sic integritas loco parta est. Put. & Gall. cum Voss. amplius non agnoscunt τὸ *eo.* Sed Put. reg. Voss. Men. *Militandi pro Carthagin.* Pet. *Militanti pro Cart.* Atque hæc auctoris manus: *Militanti pro Carthaginiensibus in Hispania pater ei moritur.* Vides elaboratum & rotundum sermonem. *J. Fr. Gron.*

3 *Ad fratrem regis Desalcem*] Nomen hoc ubique fecimus *OEsalcen*, non *Desalces:* quod illo modo alicubi omnes, alicubi optimi Gall. id repræsentarent. Et idem prorsus videtur, quod libro 23 effertur *Isalca*, ubi est præfecti Gætulorum. Apud Silium Italicum quoque *Isalces* memoratur. *Idem.*

4 *Jure gentis, auctoritate inter suos quam viribus*] Quis crederet has ineptias vel somnianti excidisse Livio? Tamen id non solum credidit Rhenanus, sed, ut secuturi jam crederent alii, effecit, mutata optimi & expediti sensus lectione, quam vetustissimi, immo omnes alicujus loci, scripti codices servant: *quum magis jure gentis quam auctoritate inter suos aut viribus obtineret regnum.* Tutissimum quidem est justis viribus opibusque regiam potentiam niti: sed tametsi absint illæ, quamdiu auctoritas inter suos principi salva est, facile à sceleratis molitionibus æmulos absterret: quia quidquid factum de illo fuerit, vindices habere creditur. Patet in Arato, in Timoleonte, in Hierone,

Digitized by Google

ſuos aut viribus obtineret regnum; [1] extitit quidam, Mezetulus nomine, [2] non alienus ſanguine regibus, familiæ ſemper inimicæ, ac de imperio varia fortuna cum iis, qui tum obtinebant, certantis. Is concitatis popularibus, apud quos invidia regum magnæ auctoritatis erat, caſtris palam poſitis, deſcendere regem in aciem, ac dimicare de regno coëgit. in eo prœlio Capuſa cum multis principum cecidit, [3] gens Maſſyliorum omnis in ditionem imperiumque Mezetuli conceſſit. regio tamen nomine abſtinuit: contentuſque nomine modico tutoris, puerum Lacumacen, qui ſtirpis regiæ ſupererat, regem appellat. Carthaginienſem nobilem fœminam, ſororis filiam Annibalis, quæ proxime OEſalci regi nupta fuerat, matrimonio ſibi jungit; ſpe Carthaginienſium ſocietatis: & cum Syphace hoſpitium vetuſtum legatis miſſis renovat; omnia ea auxilia præparans adverſus Maſiniſſam. Et Maſiniſſa, audita morte patrui, dein nece fratris patruelis, ex Hiſpania in Mauritaniam (Bocchar ea tempeſtate rex Maurorum erat) trajicit. ab eo ſupplex infimis precibus auxilium itineri, quoniam bello non poterat, quatuor millia Maurorum impetravit. Cum iis, prae-

tione, aliiſque tot illuſtribus viris, qui in liberis civitatibus, nullis invidioſis opibus accincti, auctoritate tantum valuerunt, ut prope dominarentur. Ergo vult puerum Livius, ſolo jure gentis legitimum regem, non viribus munitum, non auctoritate venerabilem fuiſſe, atque eo facilius rebellaſſe Mezetulum. Lib. 1. *Euander tum ea, profugus ex Peloponneſo, auctoritate magis quam imperio regebat loca.* J. Fr. Gron.

1 *Extitit q. Mezetullus*] *Mezetulus.* ſic enim vet. lib. & Appian. Μαζιτυλος vocat. *Sigonius.*

Extitit quidam Mezetulus nomine] Memini non ſemel hunc loquendi modum Livio excidiſſe, ut 24, 5. 25, 23, ut reticeri melius ſit. Indicare tamen placet in Cantabrig. vocem *quidam* non apparere. De aliis MSS. nihil adnotatum eſt. 32, 22. *Rhoſiaſus Pellenenſis erat.* 24, 34. *Archimedes erat.* Ubi vide *Jac. Gron.*

2 *Non alienus ſanguine regibus, familiæ ſ. i.*] Vet. lib. *non alienus à ſanguine, Regibus familiæ ſemper inimicæ.* Sigonius.

3 *Gens Maſæſylorum omnis*] *Maſſyliorum* lege. Nam loquitur de populis, qui Maſſaniſæ poſt paruerunt. Maſæſuli enim Syphaci obediebant. Qui autem ante me hos libros emendarunt, quod quid inter has gentes intereſſet, neſcirent, omnia perturbarunt, & ubique Maſæſulos ſcripſerunt, ut ſupra ex veteribus etiam libris admonui. *Idem.*

quondam quidem ipsum Livium, sed non omnia, quæ ab eo scripta sunt, ut ex Periochis ejus apparet, quæ nunc extant. Quæ vero ex Livio Florus, Eutropius, Orosius, Victor, Cassiodorus, Jornandes, Isidorus, Paulus Diaconus, Sigebertus, Otho Frisingensis, Vincentius, Antoninus, Blondus, Sabellicus, Volaterranus, Platina, Nauclerus, Cuspinianus, Sleidanus, Thuanus, Mariana, Bonfinius, Paulus Jovius, Guicciardinus, Sigonius, Baronius, Pighius, Onuphrius, Petavius, Spondanus, Rapinus, Strada, Bellarminus, Bzovius, Raynaldus, Cardinalis Perronius, Cardinalis Bentivolus, Cardinalis Pallavicinus, Cardinalis Noris, Cardinalis Orsius, Cardinalis Quirinus, Cardinalis Passionei, Cardinalis Querinus, Cardinalis Garampius, Cardinalis Zelada, Cardinalis Borgia, Cardinalis Mai, Cardinalis Pacca, Cardinalis Mezzofanti, Cardinalis Antonelli, Cardinalis Wiseman, Cardinalis Newman, Cardinalis Manning, Cardinalis Gibbons, Cardinalis Vaughan, Cardinalis Merry del Val, Cardinalis Gasparri, Cardinalis Pizzardo, Cardinalis Tisserant, Cardinalis Ottaviani, Cardinalis Bea, Cardinalis Suenens, Cardinalis Ratzinger, Cardinalis Lustiger, Cardinalis Law, Cardinalis Dulles, Cardinalis Ruini, Cardinalis Bertone, Cardinalis Sodano, Cardinalis Ratzinger, Cardinalis Bergoglio, Cardinalis Parolin, Cardinalis Zuppi, Cardinalis Tagle, Cardinalis Pietro Parolin, Cardinalis Matteo Zuppi, Cardinalis Luis Antonio

[1] in Carthaginienſem agrum perfugit. Ita recuperato regno paterno Maſiniſſa, [2] quia ſibi adverſus Syphacem haud paulo majorem reſtare dimicationem cernebat, optimum ratus cum fratre patruele gratiam reconciliare, miſſis qui in puero ſpem facerent, ſi in fidem Maſiniſſæ ſeſe permiſiſſet, [3] futurum in eodem honore, quo apud Galam OEſalces quondam fuiſſet: [4] & qui Mezetulo, præter impunitatem, ſua omnia cum fide reſtitui ſponderent; ambo præoptantes exilio modicam domi fortunam (omnia, ne id fieret, Carthaginienſibus de induſtria agentibus) ad ſeſe perduxit. Aſdrubal tum forte quum hæc gerebantur, apud Syphacem erat. qui Numidæ haud ſane multum ad ſe pertinere credenti, utrum penes Lacumacen, an Maſiniſſam [5] regnum Maſſyliorum eſſet; 31

falli

1 *In C. agrum perfugit*] Vet. lib. *refugit*. Sigonius.

2 *Quia ſibi cum Syphace*] Omnes Gall. & duo Pall. & Voſſ. *quia ſibi adverſus Syphacem haud paullo majorem*. J. Fr. Gron.

3 *Futurum in eodem honore*] Iidem: *futurum eum in eodem honore*. Quibus fraudi fuit defectus Rhenani codex. *Idem*.

4 *Et qui Mezetulo*] Tò *qui* ſuſpectum & forſan, delendum eſt. Sufficit ante præceſſiſſe. *Idem*.

5 *Regnum Maſeſſylorum*] *Maſſyliorum*, ex vet. lib. Porro autem familiæ Maſſaniſæ ſtemma, cujus hic Livius, in Jugurtha Salluſtius meminit, hoc eſt:



falli eum magnopere ait, *ſi Maſiniſſam eiſdem contentum fore, quibus patrem Galam, aut patruum ejus* OEſalcem, *credat. multo majorem indolem in eo animi ingeniique eſſe, quam in ullo gentis ejus umquam fuiſſet. Sæpe eum in Hiſpania rara inter homines virtutis ſpecimen dediſſe ſociis pariter hoſtibuſque: & Syphacem & Carthaginienſes, niſi orientem illum ignem oppreſſiſſent, ingenti mox incendio, cum jam nullam opem ferre poſſent, arſuros. Adhuc teneras & fragiles ejus vires eſſe,* [1] *vixdum coaleſcens foventis regnum.* [2] Inſtando ſtimulandoque pervincit, [3] ut exercitum ad fines Maſſyliorum admoveat: atque in agro, de quo ſæpe cum Gala non verbis modo diſceptatum, ſed etiam armis certatum fuerat, [4] tamquam haud dubie juris ſui, caſtra locet: ſi quis arceat, [5] quod maxime opus ſit, acie dimicaturus: ſin per metum agro cedatur, [6] in medium regnum eundum. aut ſine certamine conceſſuros in ditionem ejus Maſſylios, aut nequaquam pares futuros armis. His vocibus incitatus Syphax, Maſiniſſæ bellum infert; & primo certamine Maſſylios fundit fugatque. Maſiniſſa cum paucis equitibus ex acie in montem (Balbum incolæ vocant) perfugit. familiæ aliquot cum mapalibus pecoribuſque ſuis (ea pecunia illis eſt) perſecuti ſunt regem: cætera Maſſyliorum multitudo in ditionem Syphacis conceſſit. Quem ceperant exules montem, herbidus aquoſuſque eſt:

1 *Vix dum coaleſcere foventi regnum*] Put. & duo Pall. & Buſlid.. *coaleſcens foventis*. Reg. Men. *coaleſcent foventis*. Rectum eſt in Put. & Pall. puta *ejus*. J. Fr. Gron.

2 *Inſtando ſtimulandoque pervicit*] Put. & Voſſ. *pervincit*. Idem.

3 *Ut exercitum ad fines Maſaſſylorum admoveat*] Cur Syphax exercitum admoveat finibus Maſæſulorum, qui in ſuo imperio erant? *Maſſyliorum*, ergo lege: & ita ubique. Sunt enim eodem errore plurimi depravati loci. *Sigonius.*

4 *Tanquam haud dubie juris ſui, caſtra locet*] Put. *haud dubii*. Reg. & Voſſ. *haud ubi*. J. Fr. Gron.

5 *Quod maxime opus ſit*] Put. Reg. Men. Voſſ. Cantabr. *ut quod maxime opus ſit*. Dictum ut cap. 33. *Interdiu aperto itinere, ut qui ſignis collatis acie dimicaturus eſſet, movit caſtra.* 7, 14. *Ut qui magis animis quam viribus fretus ad certamen deſcenderet.* Jac. Gron.

6 *In medium regni eundum*] Put. Voſſ. Men. *regnum*, ſecus quam Rhenanus. *J. Fr. Gron.*

I Ma-

eſt: & quia pecori bonus alendo erat, hominum quoque, carne ac lacte veſcentium, abunde ſufficiebat alimentis. Inde nocturnis primo ac furtivis incurſionibus, deinde aperto latrocinio, infeſta omnia circa eſſe: [1] maxime uri Carthaginienſis ager, quia & plus prædæ quam inter Numidas, & latrocinium tutius erat. jamque adeo licenter eludebant, ut ad mare devectam prædam venderent mercatoribus, appellentibus naves ad idipſum; pluresque, quam [2] juſto ſæpe in bello, Carthaginienſium caderent, caperenturque. Deplorabant ea apud Syphacem Carthaginienſes, [3] infenſumque & ipſum ad reliquias belli perſequendas inſtigabant. ſed vix regium videbatur, latronem vagum in montibus conſectari. Boc- 32
char ex præfectis regiis, vir acer & impiger ad id delectus. ei data quatuor millia peditum, duo equitum: [4] præmiorumque ingentium ſpe oneratus, ſi caput Maſiniſſæ retuliſſet, aut vivum (id vero inæſtimabile gaudium fore) cepiſſet; palatos incurioſeque agentes improviſo adortus, pecorum hominumque ingenti multitudine à præſidio armatorum excluſa, Maſiniſſam ipſum cum paucis in verticem montis compellit. Inde, prope ut jam debellato, nec præda modo pecorum hominumque captorum miſſa ad regem, ſed copiis etiam, ut aliquanto majoribus quam pro reliquiis belli, remiſſis, [5] cum quingentis haud amplius peditibus ducentiſque equi-

1 *Maxime uri Carthaginienſis ager*] Scripti, *juris*. Andreas, *Carthaginienſium*. Quorum utrumque, ſed illud maxime, blanditur. Juſtinus lib. 9. *Initio veris tres duces in Aſiam Perſarum juris præmittit*. Lib. 42. *Juris Romanorum futuram Parthiam affirmans, ſi ejus regnum muneris eorum fuiſſet*. J. Fr. Gron.

2 *Juſto ſæpe in bello Carthaginienſium caderentur caperenturque*] Bene *bello* Rhenanus, bene *Carthaginienſium*: ſed præterea Put. reg. Voſſ. Men. duo Pall. *caderent caperenturque*. Idem.

3 *Infenſumque & ipſum* &c.] Vet. lib. *intentumque & ipſum*. Sigonius.

Infenſumque & ipſum] Omnes ſcripti *intenſum*. An *incenſum*? J. Fr. Gronov.

4 *Præmiorumque ingentium ſpe*] Omnes noſtri, *ingenti*. Idem.

5 *Cum quingentis haud amplius peditibus ducentiſque equitibus*] Illos equites ducentos primus addidit Aldus. Hoc jure: nam & ſic ſcripti. Sed *nè quingentis* nec Put. nec ulla adeo mem-

equitibus, degreſſum jugis Maſiniſſam perſecutus in vaſle arcta, [1] faucibus utrimque obſeſſis, incluſit. ibi ingens cædes Maſſyliorum facta. Maſiniſſa cum quinquaginta haud amplius equitibus per anfractus montis ignotos ſequentibus ſe eripuit. Tenuit tamen veſtigia Bocchar: adeptuſque eum patentibus prope Clupeam urbem [2] campis, ita circumvenit, ut præter quatuor equites, omnes ad unum interfecerit. cum iis ipſum quoque Maſiniſſam ſaucium prope è manibus inter tumultum amiſit. In conſpectu erant [3] fugientes; ala equitum diſperſa toto campo, quibuſdam ut occurrerent per obliqua tendentibus, quinque hoſtes ſequebatur. amnis ingens fugientes accepit (neque enim cunctanter, ut quos major metus urgeret, immiſerant equos) [4] raptique gurgite, & in obliquum prælati. duobus in conſpectu hoſtium

membrana. Put. Men.Gud. *cum haud amplius peditibus mille ducentiſque equitibus.* J. Fr. Gron.

1 *Faucibus utrimque obſeſſis incluſit*] Put. à manu prima: *faucibus utrimque oppoſitus incluſit.* Manus poſterior *us* mutat in *is.* unde Buſlid. *oppoſitu.* Reg. Voſſ. Men. *oppoſitos.* Lib.26. *Nec ulla armatorum ſtatio aut cuſtodia oppoſita.* Forte, *obſeptu.* Idem.

2 *Campis ita circumdedit*] Omnes Gall. Pall. Voſſ. *circumvenit.* invito Rhenano: ut etiam, *omnes ad unum interficeret.* Idem.

3 *Fugientis ala equitum diſperſa lato campo*] Prodigii autem inſtar eſt, quod pro, *quacunque hoſtis flectebat*, omnes Gall. Voſſ. Buſl. & Palatinorum optimus: *quinque hoſtes ſequebantur.* Nos facile id procuramus. Scribendum enim: *inter tumultum amiſit. In conſpectu* (Boccharis & cæterorum) *erant fugientes;* (Maſiniſſa & quatuor equites;) *ala equitum* (ducentorum) *diſperſa toto campo, quibuſdam* (perſequentium equitum) *ut* (diverſa fuga petentibus) *occurrerent, per obliqua tendentibus, quinque hoſtes* (Maſiniſſam & comites) *ſequebatur.* Eſt admodum notabilis caſus magni poſtea virtute ac fortuna regis: eo accuratius illum exſequitur narrando Livius. Lib. 27. *Pecorum modo incompoſitos toto paſſim campo ſe fudiſſe.* Lib. 37. *Dilapſi cæteri ſparſerant ſe toto paſſim campo.* Idem.

4 *Raptique gurgite & in obliquum relati*] Pet. Pal. *perlati.* Put.duo optimi Flor.Voſſ. Barber. melior Pal. *prælati.* Quod verum eſt. Ait, cum directo niſu tranare amnem cuperent, violentia gurgitis abreptos in obliquum fuiſſe aliquantum præter litus datos. Verbum domeſticum Livio. Lib. 2. *Cumanæ cohortes arte adverſus vim ſæ declinavere paululum, effuſeque prælatos hoſtes converſis ſignis ab tergo aderta ſunt.* Lib. 5. *Ut effuſa fuga caſtra ſua, quæ propiora erant, prælati urbem peterent.* Lib. 6. *Conſternatique & præter caſtra etiam ſua pavere prælati.* Lib. 7. *Fuſique per campos & præter caſtra etiam ſua fuga prælati.* Lib. 38. *Fuga ad caſtra inclinavit: ſed pauci intra munimenta ſe recepere: pars major dextra lævaque prælati, qua quemque impetus tulit, fugerunt.*

Digitized by Google

ſtium [1] in prærapidum gurgitem hauſtis, ipſe periiſſe creditus. at [2] duo reliqui equites cum eo inter virgulta ulterioris ripæ emerſerunt. Is finis Bocchari ſequendi fuit; nec ingredi flumen auſo, nec habere credenti ſe jam quem ſequeretur. Inde vanus auctor abſumpti Maſiniſſæ ad regem redit; miſſique qui Carthaginem gaudium ingens nunciarent: totaque Africa fama mortis Maſiniſſæ repleta, varie animos affecit. Maſiniſſa in ſpelunca occulta quum herbis curaret vulnus, duorum equitum latrocinio per dies aliquot vixit. ubi primum ducta cicatrix, [3] patique poſſe viſa jactationem, audacia ingenti pergit ire ad regnum repetendum, atque in ipſo itinere, haud plus quadraginta equitibus collectis, quum in Maſſylios palam jam quis eſſet ferens veniſſet, tantum motum quum favore priſtino, tum gaudio inſperato, quod quem periſſe crediderant, incolumem cernebant, fecit,

runt. Tacitus Annali ſexto: *Pharaſmanes Orodi vulnus per galeam adegit, nec iterare valuit prælatus equo.* Sic *prævehi.* Lucanus: *Aſiamque potentem prævehitur.* Tacitus de Rheno: *Qua Germaniam prævehitur.* Cui reddendum id ex Vaticano codice puto lib. 2 Hiſt. 2. *Igitur oram Achaiæ & Aſiæ ac læva maris prævectus Rhodum & Cyprum inſulas* &c. vulgo: *prætervectus.* ſic *prælati, præfluere, prænavigare:* quod poſtremum in membranis invenimus epiſt. 51 Senecæ: *Prænavigantes adulteras dinumeraret.* Eo que verbo utitur epiſt. 70. *J. Fr. Gron.*

1 *In præruptum gurgitem*] Omnes Pall. Flor. Barber. Voſſ. & Gall. *duobus in conſpectu hoſtium in prærapidum gurgitem hauſtis.* Idem.

2 *Duo reliqui equites cum eo virgulta interioris ripæ tenuerunt*] Sic quidem Rhenanus, qui deos bonos invocat ad impudentiam caſtigatorum improvidorum, hoc eſt, ſibi ipſe verum dicit. Quid eſt *interior ripa?* Certe aut citerior ſimpliciter, aut pars citerioris, quæ propius fluvium. Quid autem illo loco Maſiniſſæ infeſtius? Aut quid faſſet hoc aliud quam præſentem captivitatem amplecti, quæ crudeli & ignominioſa morte finiretur? Scilicet ripam interiorem ſcrutaturi non erant tanta cum ira, tanta cum ſpe perſequentes. Sed audacem illum correctorem librarium, & poſtea bonum Rhenanum decepit corrupta vox *relati*, ut crederent neminem tranaſſe. Nos cum veteribus edd. cum Gallicanis omnibus, optimis Florent. Barber. Buſlid. Voſſ. & duobus Pall. teneamus: *ipſe periiſſe creditus; at duo reliqui equites cum eo inter virgulta ulterioris ripa emerſerunt.* Sic, inquam, omnes illi, nili quod ex copulativa fecimus adverſativam: habent enim: *creditus ac duo.* Idem.

3 *Patique poſſe viſus eſt jactationem*] Et hoc ab Rhenano. Olim erat, *viſa eſt.* Put. reg. Voſſ. optimus Pal. *viſa* ſine verbo ſubſtantivo. Forte & deleta conjunctione ſcribendum: *ubi primum ducta cicatrix pati poſſe viſa jactationem.* Idem.

fecit, ut intra paucos dies ſex millia peditum armatorum, quatuor equitum, ad eum convenirent: jamque non in poſſeſſione modo paterni regni eſſet, ſed etiam ſocios Carthaginienſium populos, [1] Maſæſylorumque fines (id Syphacis regnum erat) vaſtaret. [2] inde irritato ad bellum Syphace, inter Cirtham Hipponemque in jugis op-
33 portunorum ad omnia montium conſedit. Majorem igitur eam rem Syphax ratus, quam ut per præfectum ageret, cum filio juvene (nomen Verminæ erat) parte exercitus [3] miſſa, imperat, ut circumducto agmine, in ſe intentum hoſtem ab tergo invadat. Nocte profectus Vermina, qui ex occulto aggreſſurus erat: [4] Syphax autem interdiu aperto itinere, ut qui ſignis collatis acie dimicaturus eſſet, movit caſtra. Ubi tempus viſum eſt, quo perveniſſe jam circummiſſi videri poterant, & ipſe leni clivo ferente ad hoſtem, quum multitudine fretus, tum præparatis ab tergo inſidiis, per adverſum montem erectam aciem ducit. Maſiniſſa fiducia maxime loci, quo multo æquiore pugnaturus erat, & ipſe dirigit ſuos. Atrox prœlium & diu anceps fuit; loco & virtute militum Maſiniſſam, multitudine, quæ nimio major erat, Syphacem juvante. Ea multitudo diviſa, quum pars à fronte urgeret, pars à tergo ſe circumfudiſſet, victoriam haud dubiam Syphaci dedit: & ne effugium quidem patebat; hinc à fronte, hinc ab tergo incluſis. Itaque cæteri [5] pedites equiteſque, cæſi aut capti. ducentos ferme equites Maſi-

1 *Maſæſylorumque fines, id Syph. regn. erat*] Recte legitur hic *Maſæſylorum*, non *Maſſyliorum*. Sigonius.

2 *Irritato ad bellum*] Omnes Gall. & Voſſ. *inde irritato ad bellum Syphace.* quod denuo mutavit Beatus. Etiam cum optimis ſcribe: *in jugis opportunorum ad omnia montium.* non *opportuniorum.* J. Fr. Gron.

3 *Miſſa, illum circumducto agmine, in ſe intentum hoſtem ab tergo invadere jubet*] Rurſum omnes Gall. & Pal. optimus invito Rhenano: *parte exercitus miſſa imperat, ut circumducto agmine in ſe intentum hoſtem ab tergo invadat. Nocte profectus.* Et quid opus mutare? *Idem.*

4 *Syphax tum interdium*] Vet. lib. *Syphax autem interdiu.* Sigonius.

5 *Ped. equiteſque cæſi*] Vet. lib. *cæſi, aut capti.* Idem.

Maſiniſſa circa ſe conglobatos, diviſoſque turmatim in tres partes, erumpere jubet; loco prædicto, in quem ex diſſipata convenirent fuga. Ipſe qua intenderat, inter media tela hoſtium evaſit. duæ turmæ hæſere: altera metu dedita hoſti; [1] pertinacior in repugnando telis obruta & confixa eſt. Verminam prope veſtigiis inſtantem, [2] in alia atque alia flectendo itinera eludens, tædio & deſperatione tandem feſſum, abſiſtere ſequendo coëgit. [3] ipſe cum ſexaginta equitibus ad minorem Syrtim pervenit. Ibi cum conſcientia egregia ſæpe repetiti regni paterni, inter Punica emporia, gentemque [4] Garamantum, omne tempus, uſque ad C. Lælii, claſſiſque Romanæ adventum in Africam conſumpſit. Hæc animum inclinant, ut cum modico potius, quam cum magno præſidio equitum ad Scipionem quoque poſtea veniſſe Maſiniſſam credam: quippe illa regnantis multitudo, hæc paucitas exulis fortunæ conveniens eſt. Carthaginienſes ala equitum cum præfecto amiſſa, [5] alio equitatu per novum delectum comparato, Hannonem Amilcaris filium præficiunt. Aſdrubalem ſubinde ac Syphacem 34

1 *Altera pertinacior in repugnando*] Placet, confirmantque aliquot noſtri, quod idem Rhenanus: *dua turma hæſere. altera metu dedita hoſti, pertinacior in repugnando telu obruta & confixa eſt.* deleta ſemel voce *altera*. Eſt autem par illi lib. 10, 29. *Quibus pleriſque in ſcuta, verutis in corpora ipſa fixis, ſternitur cuneus.* Ubi inculcaverant iterum τὸ *pleriſque*. Repete quæ diximus ad lib. 3, 36. *J. Fr. Gron.*

2 *In alia atque alia flectendo itinera*] Cantabr. *itinere*. id quod ab omnibus partibus Livianum eſt. Ne enim de geminis ablativis toties reſtitutis à patre dicam; Liviana phraſis eſt *flectere iter*. 21, 31. *Non recta regione iter inſtituit, ſed ad lævam in Tricaſtinos flexit*. 22, 18. 23, 2. 25, 22. 27, 43. 32, 29. Et alibi ſæpe. *Jac. Gron.*

3 *Ipſe cum octoginta equitibus*] Put. duo Pall. cæterique Gall. & Voſſ. *ſexaginta*: Andreas atque Aldina, *ſeptuaginta*: Rhenani codex unuſque Pal. *decem*. J. Fr. Gron.

4 *Garamantum omne tempus uſque*] Hæc in Put. reg. Men. Voſſ. melioribus Flor. nulla adſuerunt, qui non videbant indigere conjectura duo verba, *gentem* & *conſumſit*. Ex quibus illud ſuſpicor ſignificare verum Livii, *Syrtimque*, vel *Leptimque*, alterum *conſenuit*. Lib. 34. *Emporia vocant eam regionem. Ora eſt minoru Syrtu & agri uberu. Una civitas ejus Leptu. Conſeneſcere* eſt ſe cum tædio & ſenio ſuſtentare. Lib. 5. *Qui mæſtior ibi fortuna publica quam ſua, quum diu hominibuſque accuſandu ſeneſceret*. Idem.

5 *Alioque equitatu per novum*] Dele copulativam volentibus Put. Voſſ. reg. Men. ipſoque ſenſu. *Idem.*

cem per literas nuncioſque, poſtremo etiam per legatos, arceſſunt: Aſdrubalem opem ferre prope circumſeſſæ patriæ jubent: Syphacem orant, [1] ut Carthagini, ut univerſæ Africæ ſubveniat. Ad Uticam tum caſtra Scipio, ferme mille paſſus ab urbe, habebat: tranſlata à mari, ubi paucos dies ſtativa conjuncta claſſi fuerant. Hanno nequaquam ſatis valido, non modo ad laceſſendum hoſtem, ſed ne ad tuendos quidem à populationibus agros, equitatu accepto, id omnium primum egit, ut per conquiſitionem numerum equitum augeret. nec aliarum gentium aſpernatus, maxime tamen Numidas (id longe primum equitum in Africa eſt genus) conducit. Jam ad quatuor millia equitum habebat, [2] quum Saleram nomine urbem occupavit; quindecim ferme millia ab Romanis caſtris. Quod ubi Scipioni relatum eſt [3] æſtiva ſub tectis agere equitatus; *Sint*, inquit, *vel plures, dum talem ducem habeant.* [4] eoque minus ceſſandum ratus, quo illi ſegnius rem agerent: Maſiniſſam cum equitatu præmiſſum portis obequitare, atque hoſtem ad pugnam elicere, jubet. ubi omnis multitudo ſe effudiſſet, graviorque jam in

1 *Ut Carthagini & univerſæ*] Repone cum optimis: *ut Carthagini, ut univerſæ.* J. Fr. Gron.

2 *Quum Saleram nomine urbem occupavit*] Hanc urbem captam à Syphace tradit Appianus, non ab Annone, ubi de Syphace loquens ait: πόλιν τε ἐν μεσογείῳ Θολῦντα Ῥωμαίων ἀφαιρεθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἔχων ἐν φρουρᾷ εἶλε. *Sigonius.*

Saleram nomine urbem occupavit] Put. & Gall. *Salaeca.* Et inferius: *præſidio Salaca impoſito.* Sed & omnes alii codices eodem tendunt. Videtur eſſe eadem quam Λάϊχα vocat Appianus. *J. Fr. Gron.*

3 *Æſtiva ſub tectis agere equitatus*] Legerant lib. 27. *Exercitui, qui ad Tarentum æſtiva acturus eſſet*: &, *bis caſum exercitum ejus æſtiva Venuſiæ ſub tectis agere.* Id igitur hic quoque opportunum putarunt, & deeſſe verbum, quum manu exaratum vidiſſent: *æſtiva ſub tectis equitatus inquit ſint vel plures.* Sic enim in melioribus eſt membranis. Scribendum autem: *Quod ubi Scipioni relatum eſt, Æſtiva ſub tectis equitatus? (inquit) ſint ſane vel plures, dum talem ducem habeant.* Vides in interrogatione nihil deeſſe, niſi quod commode ſubaudiri poteſt & ſolet, ipſum nimirum *agit.* Quid audio? itane equites æſtiva ſub tectis? Præclarum ducem, & unicum auctorem diſciplinæ, qui hoc indulget. *Idem.*

4 *Eoque minus ſibi ceſſ. rat.*] Vet. lib. *eo minus igitur ceſſandum ratus.* Sigon.

in certamine eſſet, quam ut facile ſuſtineri poſſet; cedere paulatim: [1] ſe in tempore pugnæ obventurum. Tantum moratus, quantum ſatis temporis prægreſſo viſum ad eliciendos hoſtes, cum Romano equitatu ſecutus, tegentibus tumulis, [2] qui peropportune circa viæ flexus oppoſiti erant, occultus proceſſit. Maſiniſſa, ex compoſito, nunc terrentis, nunc timentis modo, aut ipſis obequitabat portis, aut cedendo, [3] cum timoris ſimulatio audaciam hoſti faceret, inſequentem temere eliciebat. Nondum omnes egreſſi erant, varieque dux fatigabatur: alios vino & ſomno graves arma capere, & frenare equos cogendo, aliis, ne ſparſi & inconditi ſine ordine, ſine ſignis omnibus portis excurrerent, obſiſtendo. [4] Primo incaute ſe evehentes Maſiniſſa excipiebat: mox plures ſimul conferti porta effuſi, æquaverant certamen: poſtremo jam omnis equitatus prœlio quum adeſſet, [5] ſuſtineri ultra nequivere. Non tamen effuſa fuga Maſiniſſa, ſed cedendo ſenſim, impetus eorum excipiebat: donec

1 *Se in tempore pugnæ venturum*] Vet. lib. *obventurum*. Sigonius.

In tempore pugnæ venturum] Put. & Gall. omnes cum Voſſ. optimo Pal. & Sigoniano: *ſe in tempore pugnæ obventurum*. Utitur verbo, ut alibi vel *occurrere*. Lib. 10. *Hoſtes non inventi, ſeptem millia quum abeſſent à Cominio, revocati ab ſuis neutri prælio occurrerunt*. Lib. 31. *Concilium Ætolorum ſtatuta die, quod Panætolium vocant, futurum erat. Huic ut occurrerent, & legati regis iter accelerarunt, &c. Athenienſium quoque legati ad id concilium occurrerunt*. Eodem libro: *Qui non, cum exercitum ex Etruria tranſire in Galliam juſſiſſet, ipſe Arimini occurrerit*. Plautus Pſeudolo: *proin tu Pſeudolo Nuntiet, abduxiſſe alium prædam, qui occurrit prior Harpax*. J. Fr. Gron.

2 *Qui opportune circa viæ flexus*] Audiendus fuit Rhenanus. Put. enim & meliores plene: *peropportune*. Idem.

3 *Cum timore ſimulato audaciam hoſti faceret*] Vet. lib. *cum timoris ſimulatio*. Sigonius.

Cum timoris ſimulati ſpecie audaciam] Jam Rhenani codex τὸ *ſpeciè* peregrinitatis arguerat. Ergo ille: *timore ſimulato*. Sed, ut Sigonius, Put. & Gall. duoque Pall. & Voſſ. *cum timoris ſimulatio audaciam hoſti faceret*. Continenter Put. reg. *inſequentem temere eliciebat*. non *ad inſequendum*. J. Fr. Gro.

4 *Primo incaute ſe invehentes Maſiniſſa*] Put. *incaute ſeuehentis*. Reg. *incautos evehentes*. Men. & Voſſ. *incaute ſevientes*. Voluerunt nempe, *incaute ſe evehentes*. Idem.

Primo incaute ſe evehentes] Malim *primos*. Non enim omnes ſimul contra eum egreſſi ſunt, ſed primo pauci, ſequuntur mox plures, poſtremo omnis equitatus. *Jac. Perizonius*.

5 *Suſtineri ultra nequivere*] Put. & Pet. *nequiere*. J. Fr. Gron.

nec ad tumulos tegentes Romanum equitatum pertraxit. Inde exorti equites, & ipſi integris viribus, & recentibus equis, Hannoni Afriſque pugnando ac ſequendo feſſis ſe circumfudere: & Maſiniſſa flexis ſubito equis in pugnam rediit. Mille ferme qui primi agminis fuerant, ut quibus haud facilis receptus fuit, cum ipſo duce Hannone intercluſi atque interfecti ſunt. cæteros ducis præcipuè territos cæde, [1] effuſe fugientes per tria millia paſſuum victores ſecuti, ad duo præterea millia equitum aut ceperunt, aut occiderunt. inter eos ſatis conſtabat, non minus ducentos Carthaginienſium equites fuiſſe; & divitiis quoſdam & genere illuſtres. Eodem forte quo hæc geſta ſunt die, naves quæ prædam in Siciliam vexerant, cum commeatu rediere: velut ominatæ, ad prædam alteram repetendam ſeſe veniſſe. [2] Duos eodem nomine Carthaginienſium duces duobus equeſtribus prœliis interfectos, non omnes auctores ſunt: veriti, credo, ne falleret bis relata eadem res. Cœlius quidem & Valerius, [3] captum etiam Hannonem tradunt. Scipio, præfectos equiteſque [4] prout cujuſque opera fuerat, ante omnes Maſiniſſam, inſignibus donis donat. & firmo præſidio Saleræ impoſito, ipſe cum cætero exercitu profectus, non agris modo quacumque incedebat populatis, ſed urbibus etiam quibuſdam viciſque expugnatis, late fuſo

1 *Eff. fugientes per triginta millia paſſuum*] Vet. lib. *per tria millia*. Sigon.

Effuſe fugientes per tria millia paſſ.] Egregia vero & digna quæ memoretur, in perſequendo conſtantia, ſi eques victor victam partem fugientem per 3 millia paſſuum inſequatur! Communico tecum, lector, in Voſſ. Gud. Cantabrig. exſtare *per* xxx *millia*. Jac. Gron.

2 *Duos eodem nomine C. duces d. eq. pr. interfectos, non omnes auctores ſunt*] Hinc factum eſt, ut Appianus alterum horum Annonem, alterum Magonem vocet. *Sigonius.*

3 *Captum Annonem tr.*] Vet. lib. *captum etiam Annonem*. Idem.

Captum Hannonem tradunt] Ut Sigonius omnes Gall. Voſſ. optimuſque Pal. Andreaſque & Aldina: *captum etiam Hannonem*. J. Fr. Gron.

4 *Prout cujuſque opera fuerant & ante*] Gall. & Voſſ. *prout cujuſque opera fuerat, ante omnes Maſiniſſam*: poſteriore copulativa deleta. Nugax Rhenani codex: *quorum opera fuerunt*: unde prava conjectura ejuſdem: *quorum opera fuſi erant*. Idem.

1 *Ho-*

fuſo terrore belli, ſeptimo die quam profectus erat, magnam vim hominum, & pecoris, & omnis generis prædæ trahens, in caſtra redit: graveſque iterum [1] hoſtium ſpoliis naves dimittit. Inde, omiſſis expeditionibus parvis populationibuſque, ad oppugnandam Uticam omnes belli vires convertit: eam deinde ſi cepiſſet, ſedem ad cætera exſequenda habiturus. Simul & à claſſe navales ſocii, qua ex parte urbs mari alluitur, ſimul & terreſtris exercitus, ab imminente prope ipſis mœnibus tumulo, eſt admotus. Tormenta machinaſque & advexerat ſecum, & [2] ex Sicilia miſſa cum commeatibus erant: & nova in armamentario multis talium operum artificibus de induſtria incluſis, fiebant. Uticenſibus tanta undique mole circumſeſſis in Carthaginienſi populo; Carthaginienſibus in Aſdrubale ita, ſi is moviſſet Syphacem, ſpes omnis erat. ſed, deſiderio indigentium, auxilia tardius cuncta movebantur. [3] Aſdrubal intentiſſima conquiſitione quum ad triginta millia peditum, tria equitum confeciſſet; non tamen ante adventum Syphacis caſtra propius hoſtem movere eſt auſus. Syphax cum quinquaginta millibus peditum, decem equitum, advenit: confeſtimque motis ab Carthagine caſtris, haud procul Utica, munitionibuſque Romanis, conſedit. Quorum adventus hoc tamen momenti fecit, ut Scipio, quum quadraginta ferme dies nequicquam omnia experiens obſediſſet Uticam, abſcederet inde irrito incepto. jam enim hiems

1 *Hoſtium ſpoliis naves dimittit*] Put. & Voſſ. *hoſtilibus*. J. Fr. Gron.

2 *Ex Sicilia cum commeatu miſſa erant, & nova*] Et hic Rhenani codex malam manum paſſus. Tu reſtitue ex Put. popularibuſque ejus & Voſſ. *& ex Sicilia miſſa cum commeatibus erant, & nova*. Etſi propius eſt *machinas*, tamen utrique junctim aptius reſpondent neutra. *Idem*.

3 *Aſdrubal intenſiſſima inquiſitione quum &c. effeciſſet*] Non ſuſtuiit, ſed addidit vitium Rhenanus. Etenim Put. reg. Men. Voſſ. *confeciſſet*. Auctor lib. 8 de bello Gall. *Nocte inſequenti legati reſponſa ad ſuos referunt, obſides conficiunt*. quos nempe Cæſari daturos ſe promiſerant. Sed *inquiſitione* mendum eſt poſtremarum editionum: nam ſuperiores cum antiquis & MSS. *conquiſitione*, qua voce frequenter hac in re Livius utitur. *Idem*.

hiems inſtabat. Caſtra hiberna in promontorio, quod tenui jugo continenti adhærens in aliquantum maris ſpatium extenditur, communit: [1] uno vallo & navalium caſtra amplectitur. jugo medio legionum caſtris impoſitis, [2] littus ad ſeptentrionem verſum ſubductæ naves navalesque ſocii tenebant: meridianam vallem ad alterum littus devexam equitatus. Hæc in Africa uſque ad extremum autumni geſta. 36 Præter convectum undique ex populatis circa agris frumentum, commeatuſque ex Sicilia atque Italia advectos, Cn. Octavius proprætor ex Sardinia ab Ti. Claudio prætore, cujus ea provincia erat, ingentem vim frumenti advexit. [3] horreaque non ſolum, quæ jam facta erant, repleta, ſed nova ædificata. Veſtimenta exercitui deerant. id mandatum Octavio, ut cum prætore ageret, ſi quid ex ea provincia comparari ac mitti poſſet. ea quoque haud ſegniter curata res. Mille ducentæ togæ brevi ſpatio, duodecim millia tunicarum miſſa. Æſtate ea, qua hæc in Africa geſta ſunt, P. Sempronius conſul, cui Bruttii provincia erat, in agro Crotonienſi cum Annibale in ipſo itinere tumultuario prœlio conflixit. agminibus magis quam acie pugnatum eſt. Romani pulſi, & tumultu verius quam pugna [4] mille & ducenti de exercitu conſulis interfecti: in caſtra trepide reditum. Neque oppugnare tamen ea hoſtes auſi. cæterum ſilentio proximæ noctis profectus inde conſul, præmiſſo nuncio ad P. Licinium proconſulem, ut ſuas legiones admoveret, copias conjunxit. ita duo duces, duo exercitus ad

1 *Uno vallo & navalia*] Sic Rhenanus pro *navalium*, quod vindicant Put. reg. Men. Voſſianus. Verum videtur eſſe Petaviani: *& navalia & caſtra*. J. Fr. Gron.

2 *Littus ad ſeptentrionem*] Omnes Gall. & Pall. cum Voſſ. *latus ad ſeptentrionem verſum*: deinde: *meridianam vallem ad alterum latus*. vel *litus*: deſunt autem, *devexam equitatus*. Latet aliquid. An *meridianam vallem auxilia & equitatus*? Idem.

3 *Horreaque non ſolum ea quæ jam facta erant*] Omnes Gall. & Voſſ. abolent *ea*. Idem.

4 *Ad mille & ducentos &c. interfectis, in caſtra trepidi rediere*] Scripti: *mille & ducenti de exercitu conſulis interfecti: in caſtra trepide reditum*. Idem.

1 *Neque*

ad Annibalem redierunt. nec mora dimicandi facta est: quum consuli duplicatæ vires, [1] Pœno recens victoria animo esset. In primam aciem suas legiones Sempronius induxit: in subsidiis locatæ P. Licinii legiones. Consul principio pugnæ ædem Fortunæ Primigeniæ vovit, si eo die hostes fudisset: compossque ejus voti fuit. Fusi ac fugati Pœni: supra quatuor millia armatorum cæsa: paulo minus trecenti [2] vivi capti. & equi quadraginta, & undecim militaria signa. Perculsus adverso prœlio Annibal, Crotonem exercitum abduxit. Eodem tempore M. Cornelius consul, [3] altera parte Italiæ, non tam armis quam [4] judiciorum terrore Etruriam continet; totam ferme ad Magonem, ac per eum ad spem novandi res versam. Eas quæstiones ex senatusconsulto minime ambitiose habuit. multique nobiles Etrusci, qui aut ipsi ierant, aut miserant ad Magonem de populorum suorum defectione, [5] primo præsentes condemnati, postea, conscientia sibimetipsi exilium conscisscentes, quum absentes damnati essent, corporibus subtractis, bona tantum, quæ publicari poterant, pignoranda pœnæ præbebant. Dum hæc consules diversis regionibus agunt, censores interim Romæ [6] M. Livius & C. Claudius senatum recitaverunt. Princeps iterum lectus Q. Fabius Maximus. notati septem: nemo tamen, qui sella curuli sedisset. Sarta tecta acriter, & cum summa fide exegerunt. viam 37 è foro

1 *Pœno recens victoria animos faceret*] Elegantius Put. reg. Men. Voss. optimus Pal. *victoria animo esset*. Neq; dubitem pro vero adierere. Sic Plautus Mercatore: *Nec quid corde nunc consilii capere possim, sino: tantus cum cura meo est error animo*. J. Fr. Gron.

2 *Vivi capti, equi quadraginta*] Omnes: *vivi capti & equi*. Delevit copulativam Rhenanus. *Idem*.

3 *Altera parte Italiæ*] Vet. lib. *in altera parte*. Sigonius.

4 *Judiciorum terrore Etruriam continuit*] Scripti, *continet*. J. Fr. Gron.

5 *Primo præsentes condemnati*] Omnes etiam cum Aldina: *primo præsentes erant condemnati*. Andreas aliæque antiquiores: *primo erant præsentes cond*. Recentissimæ verbum substantivum omiserunt. Forte scribendum: *præsentes sunt condemnati*. Tum Put. *sibimet ipsi exilium conscientes*. Idem.

6 *M. Livius & C. Claudius senatum recitarunt*] Omnes Gall. *recitaverunt*. Idem.

è foro Boario ad Veneris, & circa foros publicos, & ædem Matris magnæ in Palatio faciendam locaverunt. vectigal etiam novum ex ſalaria annona ſtatuerunt. ſextante ſal & Romæ, & per totam Italiam erat. Romæ pretio eodem, pluris in foris & conciliabulis, & alio alibi pretio præbendum locaverunt. Id vectigal commentum alterum ex cenſoribus ſatis credebant, populo iratum, quod iniquo judicio quondam damnatus eſſet: & in pretio ſalis maxime oneratas tribus, quarum opera damnatus erat, credebant. inde Salinatori Livio inditum cognomen. Luſtrum conditum ſerius, quia per provincias dimiſerunt cenſores, ut civium Romanorum in exercitibus, quantus ubique eſſet, referretur numerus. Cenſa cum iis [1] ducenta decem quatuor millia hominum, condidit luſtrum C. Claudius Nero. Duodecim deinde coloniarum (quod nunquam antea factum erat) [2] deferentibus ipſarum coloniarum cenſoribus, cenſum acceperunt: ut quantum numero militum, quantum pecunia valerent, in publicis tabulis monumenta extarent. Equitum deinde cenſus agi cœptus eſt: & ambo forte cenſores equum publicum habebant. Quum ad tribum Polliam ventum eſt, in qua M. Livii nomen erat, & præco cunctaretur citare ipſum cenſorem; Cita, inquit Nero, M. Livium. & ſive ex reſidua & vetere ſimultate, ſive intempeſtiva jactatione ſeveritatis inflatus; Livium, [3] quia populi judicio eſſet damnatus, equum vendere juſſit. item M. Livius [4] quum ad tribum Narnienſem & nomen

1 *Ducenta & ſexaginta quinque millia*] Sic Andreas, Juntas & poſtea fecit Rhenanus, quum eſſet, *ducenta quindecim millia*, jam in Tarviſina. Sed hunc numerum ſervat Epitome. Opportune adeſt Sigonianus, & ibi ſimiliter mutat. At Put. reg. Men. Voſſ. *ducenta decem quatuor millia*. J. Fr. Gron.

2 *Deferentib. cenſoribus, cenſ. rec.*] Omnes Gall. cum Voſſiano: *deferentibus ipſarum coloniarum cenſoribus cenſum acceperunt*. non *receperunt*. Idem.

Cenſum receperunt] Veter. lib. *acceperunt*. Sic lib. 43. *In cenſu accipiendo populi*. Sigonius.

3 *Quia populi judicio eſſet condemnatus*] Omnes, *damnatus*. J. Fr. Gron.

4 *Quum ad tribum Arnienſem*] Putabam recentiorum vitium eſſe: nunc

nomen collegæ ventum eſt, vendere equum C. Claudium juſſit; duarum rerum cauſſa; unius, quod falſum adverſus ſe teſtimonium dixiſſet: alterius, quod non ſincera fide ſecum in gratiam rediſſet. [1] Itaque ibi fœdum certamen, inquinandi famam alterius cum ſuæ famæ damno, factum eſt. Exitu cenſuræ quum in leges juraſſet C. Claudius, & in ærarium eſcendiſſet, inter nomina eorum, quos ærarios relinquebat, dedit collegæ nomen. Deinde M. Livius in ærarium venit, & præter Mæciam tribum, quæ ſe nec condemnaſſet, [2] neque condemnatum aut conſulem aut cenſorem feciſſet; populum Romanum omnem, quatuor & triginta tribus, ærarios reliquit. quod & innocentem ſe condemnaſſent. & condemnatum conſulem & cenſorem feciſſent: neque inficiari poſſent, aut judicio ſemel, aut comitiis bis ab ſe peccatum eſſe. Inter quatuor & triginta tribus, & C. Claudium ærarium fore. quod ſi exemplum haberet bis eundem ærarium relinquendi, C. Claudium nominatim ſe inter ærarios fuiſſe relicturum. [3] Pravum certamen notarum inter cenſores: caſtigatio inconſtantiæ populi cenſoria & gravitate temporum illorum digna. In invidia cenſores quum eſſent, creſcendi ex his ratus eſſe occaſionem, Cn. Bæbius tribunus plebis diem ad populum

nunc video non aliter edidiſſe Sigonium, & ſic in libello de jure civium Romanorum appellare. At in notis ad lib. 6 Livii rectius monet idem *Narnienſem* ſcribendum: ut hic quoque ſcripti & editiones priſcæ præferunt. *J. Fr. Gron.*

1 *Itaque ibi fœdum certamen*] Put. reg. Men. Voſſ. optimus Pal. *Neque fœdum*. Duo alii Pal. *Neque ibi fœdum*. Fortaſſis: *Æque fœdum certamen inquinandi famam alterius cum ſuæ damno factum eſt exitu cenſuræ. Quum in leges juraſſet* &c. *Idem.*

2 *Neque condemnatum conſulem*] In primo reperio Gryphio. Priores & omnes MSS. *neque condemnatum aut conſulem*. Idem.

3 *Parvum certamen notarum* &c. *cenſoria gravit.*] Malim, *pravum certamen*. Vet. lib. *& gravitate*. Sigonius.

Cenſoria gravitate temporum] Iterum ſcripti omnes ut & Sigonianus: *caſtigatio inconſtantia populi cenſoria & gravitate temporum illorum digna*. Quod duplicem admittit interpretationem. Vel caſtigatio cenſoria inconſtantiæ populi fuit, & digna temporum illorum gravitate. Vel caſtigatio inconſtantiæ populi fuit digna quæ cenſoria qua temporum illorum gravitate. *J. Fr. Gron.*

1 *Jam*

lum utrique dixit. Ea res conſenſu Patrum diſcuſſa eſt,
38 ne poſtea obnoxia populari auræ cenſura eſſet. Eadem æſtate in Bruttiis [1] Clampetia à conſule vi capta, Conſentia & Pandoſia, & ignobiles aliæ civitates, voluntate in ditionem venerunt. Et quum comitiorum jam appeteret tempus, Cornelium potius ex Etruria, ubi nihil belli erat, Romam acciri placuit. Is [2] conſules Cn. Servilium Cæpionem, & C. Servilium Geminum creavit. Inde prætoria comitia habita. [3] creati Cn. Cornelius Lentulus, P. Quintilius Varus, P. Ælius Pætus, P. Villius Tappulus. Hi duo quum ædiles plebis eſſent, prætores creati ſunt. Conſul comitiis perfectis, ad exercitum in Etruriam rediit. Sacerdotes eo anno mortui, atque in locum eorum ſuffecti, [4] Ti. Veturius Philo flamen Martialis; in locum M. Æmilii Regilli, qui priore anno mortuus erat, creatus inauguratuſque: & in M. Pomponii Mathonis auguris & decemviri locum creati, decem-

1 *Jam Petilia à Cos.*] *Petelia*, ut ſupra. *Sigonius.*

Jam Petelia à conſule vi capta] Locus corruptus. Put. *in Bruttiis Clampetia, à conſule devicaſta.* In Pall. Voſſ. Butlid. *Clampetia coſa devicta.* Unde Rubenius: *Clampetia, Coſa vi capta.* Andreas quoque habet *devicta.* Suſpicabar: *Clampetia ad conſulem dedita.* nam & mox Put. regiuſque: *in ditionem venerunt.* non *deditionem.* Stephanus Λαμπηλεῖαι vocat πόλιν Βρεττίας. Sequens liber & *Conſentiam* & *Clampetiam* ad C. Servilium demum conſulem defeciſſe narrat. Sed prudens lector intelligit facile, his Coss. inceptæ rei neſcio quid impedimenti interveniſſe, ut illi quidem non valde volentes aliqua neceſſitate adacti deditionem ſuam ad conſulem priorem miſerint, alii majore ſtudio denudare cœperint animos, res vero tota non niſi proximo anno perfecta ac rata fuerit. Lib. 27. *Iiſdem ferme diebus & ad Q. Fulvium Hirpini & Lucani & Volſcentes dediderunt ſeſe.* J. Fr. Gron.

2 *Cos. Cn. Servil. Cepion. & Cn. Servil. Geminum*] Veteres plerique libri, itemque Capitolinæ tabulæ edunt, *Cn. Servilium Capionem, & C. Servilium*, ſine cognomine, *Gemini*, quod placet. Nam Servilii Gemini patricii fuerunt. Hic autem auctore Livio ædilis, & tribunus plebis fuit, & cognomine caruit: præterea plebeii conſulis locum obtinet, ſiquidem cum Cæpione patricio comparatus eſt. *Sig.*

3 *Creati P. Cornelius Lentulus*] Hic prætor fit hoc anno, biennio autem poſt conſul, quo in magiſtratu Cneus vocatur. Quare & hic etiam *Cn. Cornelius* ſcribendum. *Idem.*

4 *T. Veturius Philo*] In quodam vetere lib. eſt *Ti. Veturius*, quod placet. Nam quendam Capitolinum conſulem invenio ita deſcribi: *M. Veturius Ti. F.* ex quo intelligi poteſt, Tiberium Veturiæ gentis prænomen fuiſſe. *Idem.*

1 *Sy-*

cemvir M. Aurelius Cotta, augur Ti. Sempronius Gracchus admodum adoleſcens; quod tunc perrarum in mandandis ſacerdotiis erat. Quadrigæ aureæ eo anno in Capitolio poſitæ ab ædilibus curulibus, C. Livio, & M. Servilio Gemino. Et ludi Romani biduum inſtaurati. Idem per biduum plebeii, ab ædilibus P. Ælio, P. Villio: & Jovis epulum fuit, ludorum cauſſa.

EPITOME

LIBRI XXX.

IN Africa Scipio Carthaginienſes, & eundem Syphacem Numidarum regem, Aſdrubalemque pluribus prœliis vicit, adjuvante Maſiniſſa, binaque hoſtium caſtra expugnavit: in quibus quadraginta millia hominum ferro ignique conſumpta ſunt. [1] *Syphacem per C. Lælium & Maſiniſſam cepit. Maſiniſſa Sophonisbam uxorem Syphacis, filiam Aſdrubalis captam, ſtatim adamat, & nuptiis factis uxorem habuit: caſtigatuſque à Scipione,* [2] *venenum ei miſit. quo hauſto illa deceſſit. Effectumque eſt multis Scipionis victoriis, ut Carthaginienſes in deſperationem acti, in auxilium publicæ ſalutis Annibalem ex Italia revocarent. iſque anno decimoſexto Italia diſcedens, in Africam trajecit, tentavitque per colloquium pacem cum Scipione componere: & quum de conditionibus pacis non conveniſſet, acie victus eſt. Pax Carthaginienſibus data eſt petentibus. Annibal Giſgonem, pacem diſſuadentem, manu ſua detraxit: excuſata deinde temeritate facti, ipſe pacem ſuaſit.* [3] *Mago, qui bello in agro Inſubrium cum Romanis conſtixerat, vulneratus, dum in Africam per legatos revocatus rever-*

1 *Syphacem per C. Lælium cepit*] Veter. lib. *per C. Lælium & Maſſaniſſam cepit*, atque ita Livius. *Sigonius.*

2 *Venen. ei tranſmiſit, quo quidem hauſto*] Vet. lib. *venenum ei miſit, quo hauſto.* Idem.

3 *Mago bello, quo in agro*] Veter. lib. *Mago, qui bello in agro.* Idem.

Digitized by Google

reverteretur, [1] *ex vulnere mortuus eſt. Maſiniſſæ regnum reſtitutum eſt. Reverſus in urbem Scipio, ampliſſimum nobiliſſimumque egit triumphum, quem Q. Terentius Culleo ſenator pileatus ſecutus eſt. Scipio Africanus (incertum militari prius favore, an populari aura ita cognominatus) primus certe hic imperator victæ à ſe nomine gentis nobilitatus eſt.*

I CN. Servilius [2] Cæpio, & C. Servilius Geminus Conſules (ſextus decimus is annus belli Punici erat) quum de republica belloque & provinciis ad ſenatum retuliſſent, cenſuerunt Patres, ut conſules inter ſe compararent, ſortirenturve, uter Bruttios adverſus Annibalem, uter Etruriam ac Ligures provinciam haberet. cui Bruttii eveniſſent, exercitum [3] à P. Sempronio Conſule acciperet. P. Sempronius (ei quoque enim proconſuli imperium in annum prorogabatur) P. Licinio ſuccederet: is Romam reverteretur, bello quoque bonus habitus ad cætera, quibus nemo ea tempeſtate inſtructior civis habebatur, congeſtis omnibus humanis à natura fortunaque bonis. Nobilis idem ac dives erat: forma viribuſque corporis excellebat. Facundiſſimus habebatur; ſeu cauſſa oranda [4] ſeu in ſenatu & ad populum ſuadendi ac diſſuadendi locus eſſet: juris pontificii peritiſſimus. Super hæc, [5] bellicæ quoque laudes conſulatus compotem fecerant. Quod in Brut-

1 *Ex vulnere mortuus eſt*] Vett. lib. pleniores: *ex vulnere mortuus eſt. Maſſaniſa regnum reſtitutum eſt.* Sigonius.

2 *Cepio, & Cn. Servilius Geminus conſules*] Ob eas cauſas, quas dixi lego, *Cn. Servilius Capio & C. Servilius conſules.* Idem.

C. Servilius Geminus] Libri optimi tantummodo, *Cn. Servilius conſul ſextus decimus*: vel *Cornelius Servilius conſul ſextus decimus.* Qua mutila ſcriptura confirmatur Sigonii conjectura. Oſtendit enim inter nomen poſterioris & *vè Cos.* nullum aliud vocabulum interpoſitum fuiſſe, quum oculus librarii poſt redditum in membrana *vè* prius *Servilius*, tranſmiſſis mediis, erraret in poſterius, & inde ſequentia ſcribere pergeret. *J. Fr. Gron.*

3 *A P. Sempronio acc.*] Vet. lib. *A P. Sempronio conſule.* Sigonius.

4 *Seu in ſenatu & ad populum*] Put. & optimi quique ignorant copulativam. Scribe: *ſeu in ſenatu, ad populum, ſuadendi ac diſſuadendi locus eſſet.* J. Fr. Gron.

5 *Bellicæ quoque laudes*, &c. *fecerant*]

Bruttiis provincia, idem in Etruria ac Liguribus decretum. M. Cornelius novo conſuli tradere exercitum juſſus: ipſe prorogato imperio [1] Galliam provinciam obtinere cum legionibus iis, quas prætor L. Scribonius priore anno habuiſſet. [2] Sortiti deinde provincias: Cæpioni Bruttii, [3] Servilio Gemino Etruria evenit. Tum prætorum provinciæ in ſortem conjectæ. Juriſdictionem [4] urbanam Pætus Ælius, [5] Sardiniam Cn. Lentulus, Siciliam P. Villius, Ariminum cum duabus legionibus ([6] ſub Lucretio Spurio eæ fuerant) Quintilius Varus eſt ſortitus. Et Lucretio prorogatum imperium, ut Genuam oppidum à Magone Pœno dirutum exædificaret. P. Scipioni non temporis, ſed rei gerendæ fine, donec debellatum in Africa foret, prorogatum imperium eſt: decretumque, ut ſupplicatio fieret: quod is in Africam provinciam trajeciſſet, ut ea res ſalutaris populo ipſique duci atque exercitui eſſet. In Siciliam tria millia militum 2
ſunt ſcripta. &, quia quod roboris ea provincia habuerat, in Africam tranſvectum fuerat, [7] ne qua claſſis ex Africa trajiceret; quadraginta navibus cuſtodiri placue-

rat

rant] A Grutero eſt, forſan, quia ſic in duobus Pall. è quibus id enotatum video. Sed meliores ſervant, quod prius vulgabatur: *bellica quoque laudu conſulatus competem fecerat*. Nec vult Livius conſulem factum, quod bellator eſſet, ſed conſulatum ei occaſionem dediſſe imperatoriæ virtutis oſtendendæ. Quemadmodum paullo ante: *is Romam reverteretur, bello quoque bonus habitus ad cætera*. J. Fr. Gron.

1 *Galliam provinciam obtineret*] Sic quidem Rhenanus: ſed Put. omneſque Gall. cum vett. edd. *obtinere*. Idem.

2 *Sortiti deinde provincias: Capioni*] Scribo: *ſortitu deinde provincias, Capioni Bruttii*. Idem.

3 *Servilio Gemino Etruria*] Vet. lib. *Servilio Etruria*, rectè, ut dixi. *Sigon.*

4 *Urbanam P. Ælius*] Meliores, *urbanam Paetus Aelius*. J. Fr. Gron.

5 *Sardin. P. Lentulus*] *Cn. Lentulus*, ut dixi. *Sigonius.*

6 *Sub Spurio Lucretio ea fuerunt*] Sic primus apud me Gryphius. Antea, ut ſcripti meliores, & editi omnes ad Frobenium uſque: *ſub Lucretio Spurio ea fuerant*. Et plura ejus generis Livio reſtituimus. *J. Fr. Gronovius.*

7 *Ne qua claſſis ex Africa trajiceret*] Reg. Men. Pall. Voſſ. *& quia antequam claſſis*. Put. *& quiantequaclaſſis*. Forte: *in Siciliam tria millia militum ſunt ſcripta, quia quod roboru ea provincia habuerat, in Africam tranſvectum fuerat: & Punica ne qua claſſis*. Quam clauſulam delet Rhenanus, ea in omnibus noſtris ſalva eſt. *Idem.*

1 *Duo*

rat Siciliæ maritimam oram. Tredecim novas naves Villius ſecum in Siciliam duxit: cæteræ in Sicilia veteres refectæ. Huic claſſi M. Pomponius prioris anni Prætor prorogato imperio præpoſitus, novos milites ex Italia advectos in naves impoſuit. Parem navium numerum Cn. Octavio Prætori item prioris anni cum pari jure imperii ad tuendam Sardiniæ oram Patres decreverunt. Lentulus Prætor [1] duo millia militum dare in naves juſſus. Et Italiæ ora, quia incertum erat, quo miſſuri claſſem Carthaginienſes forent (videbantur autem quicquid nudatum præſidiis eſſet petituri) M. Marcio Prætori prioris anni cum totidem navibus tuenda data eſt. tria millia militum in eam claſſem ex decreto Patrum conſules ſcripſerunt, & duas legiones urbanas ad incerta belli. Hiſpaniæ cum exercitibus imperioque veteribus imperatoribus, L. Lentulo & L. Manlio Acidino decretæ. Viginti omnino legionibus, & centum ſexaginta navibus longis [2] res Romana eo anno geſta. Prætores in provincias ire juſſi. [3] Conſulibus imperatum, priuſquam ab urbe proficiſcerentur [4] ludos magnos facerent, quos T. Manlius Torquatus dictator in quintum annum voviſſet, ſi eodem ſtatu reſpublica ſtaret. [5] Et novas religiones excitabant

1 *Duo millia militum dare in naves*] Rurſus in excerptis aliorum MSS. hic magna conniventia. Attamen Cantabrigiæ offendi *ad naves*, quod nemo non Livianum præ vulgato cenſebit memorans notata ad 22, 19 *delecto milite ad naves*. Jac. Gron.

2 *Res Romana eo anno geſta*] Placet ſcripſiſſe Livium: *reſpublica Romana eo anno geſta*: aut, *reſpublica eo anno geſta*. Vide ad lib. 6, cap. 6. *J. Fr. Gronovius.*

3 *Conſulibus imperat. ut priuſqu.*] *Ut*, abeſt à veteribus libris, venuſte. *Sigonius.*

Ut priuſquam] Ut Sigonianus, optimi quique reſecant *tò ut*. J. Fr. Gron.

4 *Ludos magnos facerent; quos T. Manlius Tor.*] Hi ludi voti erant anno ſecundo hujus belli, C. Flaminio, Cn. Servilio Coss. ſed in nullum annorum numerum. Anno undecimo hujus belli à T. Manlio dictatore facti, iterumque voti in quinquennium. Hic annus ſextuſdecimus. Ipſe tamen Livius hoc poſtea libro anno ſequenti hos ludos factos ſcribit. Coss. juſſos quidem, ſed non feciſſe hoc anno videtur veriſimile. Nihil enim memoratu dignum hi duo geſſere. *Glarean.*

5 *Et nov. religiones excitab. in an. hominum prodigia*] Vet. lib. *Et novas excitabant in animis hominum curas prodigia.* Sigonius.

1 *Ma-*

Digitized by Google

tabant in animis hominum prodigia ex pluribus locis nunciata. Aurum in Capitolio corvi non laceraſſe tantum roſtris crediti, ſed etiam ediſſe. [1] Mures Antii coronam auream arroſere. Circa Capuam omnem agrum locuſtarum vis ingens, ita ut unde adveniſſent, parum conſtaret, complevit. Equuleus Reate cum quinque pedibus natus. Anagniæ ſparſi primum ignes in cœlo, dein fax ingens arſit. Fruſinone arcus ſolem tenui linea amplexus eſt; circulum deinde ipſum major ſolis orbis extrinſecus incluſit. Arpini terra campeſtri agro in ingentem ſinum conſedit. Conſulum alteri primam hoſtiam immolanti, [2] caput jecinoris defuit. Ea prodigia majoribus hoſtiis procurata. editi à collegio pontificum Dii quibus ſacrificaretur. Iis tranſactis, conſules prætoreſque in provincias profecti. omnibus tamen (velut eam ſortitis) Africæ cura erat. ſeu quia ibi ſummam rerum bellique verti cernebant: ſeu ut Scipioni gratificarentur, in quem tum omnis verſa civitas erat. Itaque non ex Sardinia tantum ([3] ſicut ante dictum eſt) ſed ex Sicilia quoque & Hiſpania veſtimenta, frumentumque, & arma etiam ex Sicilia, & omne genus commeatus eo portabantur. Nec Scipio ullo tempore hiemis belli opera remiſerat, quæ multa ſimul undique eum circumſtabant. Uticam obſidebat. caſtra in conſpectu Aſdrubalis erant. Carthaginienſes deduxerant naves. claſſem paratam inſtructamque ad commeatus intercipiendos habebant. Inter hæc, ne Syphacis quidem reconciliandi [4] curam ex ani-

1 *Mures Antii coronam auream arroſerunt*] Et ſcripti & veteres editi, *adroſere*, vel *arroſere*. J. Fr. Gronovius.

2 *Caput jecinori defuit*] Omnes Gall. & Voſſ. *jecineris*, Sic lib. 8. *Decio caput jecineris a familiari parte caſum aruſpex dicitur oſtendiſſe*. Aliud eſt lib. 41 *quod caput jecinoris defuiſſet*. Neque enim hic dativus ille perſonæ adhibitus. *Idem*.

3 *Sicut ante dictum*] Noſtri: *ſicut ante dictum eſt*. Idem.

4 *Curam ex animo dimiſerat*] Sic quidem Rhenanus ſe ſcripſiſſe ait. Sed ſcripti omnes: *ex animo miſerat*. Et exquiſitius videtur. Virgilius in ſexto: *mitte hanc de pectore curam*. Idem.

animo miſerat: ſi forte eum [1] ſatias amoris in uxore ex multa copia cepiſſet. Ab Syphace magis pacis cum Carthaginienſibus conditiones, ut Romani Africa, Pœni Italia excederent, quam ſi bellaretur, ſpes ulla deſciturum afferebatur. Hæc per nuncios magis equidem acta crediderim (& ita pars major auctores ſunt) quam ipſum Syphacem, ut Antias Valerius prodit, in caſtra Romana ad colloquium veniſſe. Primo eas conditiones imperator Romanus vix auribus admiſit. poſtea ut cauſa probabilis ſuis commeandi foret in caſtra hoſtium, mollius eadem illa abnuere, ac ſpem facere, ſæpius ultro citroque agitantibus rem conventuram. Hibernacula Carthaginienſium, congeſta temere ex agris materia exædificata, lignea ferme tota erant. Numidæ præcipue arundine textis ſtoreaque pars maxima tectis, paſſim nullo ordine, quidam, ut ſine imperio occupatis locis, extra foſſam etiam vallumque habitabant. Hæc relata Scipioni ſpem fe-
4 cerant, caſtra hoſtium per occaſionem incendendi. Cum legatis, quos mitteret ad Syphacem, [2] calonum loco primos ordines ſpectatæ virtutis atque prudentiæ ſervili habitu

1 *Satietas amoris in uxore &c. eum cep.*] Vet. lib. *in uxorem.* Polybius lib. 14. ἐ γὰρ ἀπιγίνωσκε καὶ τὰς παιδίσκας αὐτὸν ἤδη κέρδος ἴχειν. *Sigonius.*

Amoris in uxorem ex multa copia eum] Sic Sigonius. At noſtri, *in uxore.* Ut apud Ovidium lib. 4. *Veneriſque modum ſibi fecit in illa.* Deinde nuſquam τὸ *eum.* Lege: *ſi forte eum ſatias amoris in uxore ex multa copia cepiſſet.* J. Fr. Gron.

2 *Calonum loco primos ordinis ſpectatæ virtutis atque prudentiæ*] Scribendum, *primos ordines.* Id eſt, primorum ordinum ductores centuriones. Et ita Put. Voſſianuſque. Noſter lib. 44. *Tum jam aperte primis ordinibus imperat, metarentur frontem caſtrorum.* Cæſar lib. 6 Gall. 7. *Labienus tribunis militum primiſque ordinibus coactis, quid ſui conſilii ſit, proponit.* Ita enim, ut hoc obiter moneam, ſcribendum ex membr. non, ut vulgo, *convocatis.* Virgilius: *non tempore tali Cogere concilium* Auctor lib. 8. *copiis coactis.* Et *cogere ſenatum.* Frontinus Strateg. 1, 4. *Ad primos tantum ordines relato conſilio.* Higinus de Limit. *Nam cum ſignu & aquila à primis ordinibus deducebantur.* Hos quinque fuiſſe in prima cohorte notat vir doctus ad Ammianum. Dicit quidem Vegetius *ordinarios* vocatos, qui in prælio primos ordines ducunt, & decem centurias primæ cohortis à *quinque ordinariis* regi ſolitos lib. 2 cap. 7 & 8. ſed nec definit eos hoc numero, & ita appellat, ut veterem militiam parum exacte cognoviſſe videatur, & omnino remittendi ſint alio tirones, qui noſſe volunt, qui fuerint *primi ordines.* Quinque illos deſignat cen-

habitu mittebat; qui dum in colloquio legati eſſent, vagi per caſtra alius alia, aditus exituſque omnes, ſitum formamque & univerſorum caſtrorum, & partium, [1] qua Pœni, qua Numidæ haberent, quantum intervalli inter Aſdrubalis ac regia caſtra eſſet, ſpecularentur: moremque ſimul noſcerent ſtationum, vigiliarumque: nocte, an interdiu [2] opportuniores inſidianti eſſent. & inter crebra colloquia alii atque alii de induſtria, quo pluribus omnia nota eſſent, mittebantur. Quum ſæpius agitata res certiorem ſpem pacis indies & Syphaci & Carthaginienſibus per eum faceret; legati Romani vetitos ſe [3] reverti ad imperatorem ajunt, niſi certum reſponſum detur. Proinde ſeu ipſi ſtaret jam ſententia, ſeu conſulendus Aſdrubal & Carthaginienſes eſſent, conſuleret. Tempus eſſe, aut pacem componi, aut bellum naviter geri. Dum conſulitur Aſdrubal ab Syphace, ab Aſdrubale Carthaginienſes; & ſpeculatores omnia viſendi, & Scipio [4] ad comparanda ea, quæ in rem erant, tempus ha-

centurionem primi pili, primum haſtatum, principem, ſecundum haſtatum, triarium priorem. Atqui *triarius prior* & *centurio primi pili* una eademque eſt perſona, non duo. Deinde *primum haſtatum* digniore loco ponit quam *principem*, & hos ambos cum *ſecundo haſtato* quam *triarium priorem*: quod minime fert antiqua ratio. Denique inter primos ordines nominat *ſecundum haſtatum*, qui nunquam inter illos fuit: niſi primum haſtatum poſteriorem intellexit: ſed is non dicebatur *ſecundus*. Primi ordines vetere militia erant ſex primorum ordinum centuriones: duo primipili, duo primi principes, duo primi haſtati. Vide Lipſium lib. 2 cap. 8. *J. Fr. Gron.*

1 *Qua Pœni, qua Numidæ haberent*] An, *tenderent*. in quibuſdam tamen: *quas Pœni, quas Numidæ haberent*. Id.

2 *Opportuniores inſidiantibus*] Put. omnelque Gall. *inſidianti*. Voſſianus alludens, *inſidiandi*. Idem.

3 *Reverti ab imperatore Romano*] Ab Rhenano eſt: & explicat Glareanus: Legatis, inquit, Romanis licebat ad ſuum redire imperatorem, ſed ab imperatore ad Syphacem non redituros, id enimvero minabantur, ut tandem reſponſum elicerent. Setipti retinent vetus, *ad imperatorem*. Idque confirmat Polybius: Ἅμα δὲ τούτοις προσενεδείκνυτο τοῖς πρεσβευταῖς, μὴ πορεύεσθαι πρὸς τὸν ἀπέναντι, πρὶν ἢ λαβεῖν ἀπόκρισιν ἐπὶ τούτων. Non præciſe, ut Cadmum Agenor vetuit reverti non inventa Europa: ſed ut ibi exſpectarent, donec certum habuiſſent reſponſum, ſi habere poſſent. Sic dabat & otium officio, quod additum legatis erat, caſtra contemplandi: & ſpeciem cupidi pacis præbebat. *Idem.*

4 *Ad comparanda quæ in rem opus erant*] Sic Rhenanus deleto pronomine *ea*. ſed id quidem retinent noſtri, neſciunt autem τὸ *opus*: ut ſit:

Lucca, ben meritato di Storia ecclesiastica, nella
quale ha dato alla luce molte opere, e tutte con
gli ultimi caratteri di precisione, e di critica. Tra
quelle, che più lo hanno illustrato, e che più
hanno contribuito a farlo conoscere per uno
de' migliori scrittori, che abbia avuto la Chiesa
in questi ultimi tempi, sono le dissertazioni
sopra gli antichi Martirologi, e sopra le Vite
de' Santi, che si leggono nel Breviario Romano
riformato, e le Vite de' Santi Padri del Monte
Cassino, e di Santa Chiara di Montefalco, e
quella di Santa Rita da Cascia, che ha dato
alla luce ultimamente. Ha pure dato alla luce
molte opere di altri, e tra queste le Vite de'
Santi Padri Basilio, Gregorio Nazianzeno, e
Gregorio Nisseno, scritte da Gregorio Nisseno
Arcivescovo di Tessalonica, e le Vite de' Santi
Padri Antonio, e Paolo, scritte da Atanasio
Arcivescovo di Alessandria, e quella di Santa
Teodora Alessandrina, scritta da Metafraste.
Ha pure dato alla luce molte opere di Santi
Padri, e tra queste le Omelie di Origene sopra
Ezechiele, e sopra il Cantico de' Cantici, e
quelle di Gregorio Nisseno sopra l'Ecclesiaste,
e sopra il Cantico de' Cantici, e quelle di Gre-
gorio Nazianzeno, e di Basilio, e di Gregorio
Nisseno, e di Gregorio Nazianzeno, e di Basilio,
e di Gregorio Nisseno, e di Gregorio Nazianzeno,
e di Basilio, e di Gregorio Nisseno, e di Gregorio
Nazianzeno, e di Basilio, e di Gregorio Nisseno,
e di Gregorio Nazianzeno, e di Basilio, e di Gre-
gorio Nisseno, e di Gregorio Nazianzeno, e di

Quidquid enim fuerit, nihil hinc diminuitur eorum
Finibus exemptum, nec quo commercia cedant.
Materies ideo rerum infinita coacta
Solida manet, quoniam nihil ex ea jam queat ullum
Corpus ab externo prohiberi cedere damno.
Nec prope nec procul a finibus interfusa locorum
Materies deest, quo pacto dicere possis
Quæ cohibere queant, quo quæque modo ferantur.
Quapropter quamvis immani turbine summa
Rerum fluctuet, et quamvis ruat impetibus res
Ex ingenti ingens, et cuncta feratur eundo
Ex infinito in infinitum, quasi fluctibus altis
Pontus, et omnigenis ventorum viribus actus;
Nec requies datur ulla mali, nec portus adundis
Ullus, ut ad finem possint procedere quoque;
Sic nihil esse loci, quo summa cacumina rerum
Vi possint cohibere sua, nec deorsum ruere omnes
Ex infinito possint, ut semina rerum
Ex infinito suppeditare ad res quoque possint.
Nam quo quæque modo ferantur, id semper agebat
Materies, quoniam nec fundo nec latere ullo
Finibus in certis rerum consistere summa
Copia posse fuit, quæ vis coetusque cohibere.
Quare, ut dixi, quo quæque modo ferantur, id ipsum
Materies agitare potest, quoniam nihil usquam
Finibus in certis rerum consistere summa
Copia posse fuit, quæ vis coetusque cohibere.
Quare, ut dixi, quo quæque modo ferantur, id ipsum
Materies agitare potest, quoniam nihil usquam
Finibus in certis rerum consistere summa
Copia posse fuit, quæ vis coetusque cohibere.
Quare, ut dixi, quo quæque modo ferantur, id ipsum
Materies agitare potest, quoniam nihil usquam

Digitized by Google

tem flammam primo vigiles Carthaginienſium, deinde excitati alii nocturno tumultu quum conſpexiſſent; ab eodem errore credere & ipſi ſua ſponte incendium ortum. & clamor inter cædem & vulnera ſublatus, [1] an ex trepidatione nocturna eſſet, confuſus, ſenſum veri adimebat. Igitur pro ſe quiſque inermes, ut quibus nihil hoſtile ſuſpectum eſſet, omnibus portis, qua cuique proximum erat, ea modo, quæ reſtinguendo igni forent, portantes, in agmen Romanum ruebant. Quibus cæſis omnibus, præterquam hoſtili odio, etiam ne quis nuncius effugeret, extemplo Scipio neglectas, ut in tali tumultu, portas invadit: [2] ignibuſque in proxima tecta conjectis, effuſa flamma primo [3] veluti ſparſa pluribus locis reluxit: dein per continua ſerpens, uno repente omnia incendio hauſit. Ambuſti homines jumentaque; fœda primum fuga, dein ſtrage obruerant itinera portarum. Quos non oppreſſerat ignis, ferro abſumpti: [4] binaque caſtra clade una deleta. Duces tamen ambo, & ex tot millibus armatorum duo millia peditum, & quingenti equites ſemiermes, magna pars ſaucii, afflatique incendio, effugerunt. Cæſa aut hauſta flammis [5] quadraginta millia hominum ſunt, capta ſupra quinque millia: multi Car-

1 *An ex trepidatione nocturna eſſet confuſus*] Aut deeſt hic aliquid aut aliquid vitii eſt. Tentabam: *& clamor inter cædem & vulnera ſublatus, cum nocturna trepidatione confuſus, ſenſum veri adimebat.* J. Fr. Gron.

2 *Ignibus in proxi. tecta conjectu*] Tecta Aſdrubalis intelligendum, quæ ſibi incendenda Scipio ſumpſerat: non ante tamen, quam ignem in caſtris Syphacis conſpexiſſet. Hoc iiſdem prope verbis Polyb. ὁ δὲ Σκιπίων ὁπόταν τῶν ἐξελαυνόντων, ὡς μὲν ἐνόησεν, ὡς δὲ καὶ ἐθεάσατο καὶ τὸ πῦρ ἐκλάμψαν ἐκ τῶν Συφακείων, ἐξεπήδησε σὺν ὀλίγοις, καὶ τοὺς μὲν Φοίνικας ἐπὶ τὸ πῦρ ἐπὶ τοῖς ἀρτιπαγῆ ἔθει τῆς Νομάδων. Sigonius.

3 *Veluti ſparſa pluribus locis reluxit*] Et optimi & plures, *ſparſo*, ut referatur ad ſequens *incendio*. Componit enim inter ſe *ſparſum pluribus locis* & *unum incendium*. J. Fr. Gron.

4 *Binaque caſtra clade una deleta*] Vet. lib. *die una deleta*: quod probo, quia Appianus ita: Γενόμενος ἐν ὀλίγῃ μιᾷ τοὺς δύο στρατοπέδους ἐμπρήσας. Sigonius.

Binaque caſtra die una deleta] Sic Sigonius, quia Appianus: ἐν ὀλίγῃ μιᾷ. Atqui de nocte, non utique die. Put. *caſtra deuſta*. Unde puto rectius ferriſſe alios *clade una*: quod & totum extat in Petav. & habuit Rhenani liber. J. Fr. Gron.

5 *Ad 40000 hominum capti ſex*] Put.

Carthaginienſium nobiles, undecim ſenatores, ſigna militaria centum ſeptuaginta quatuor, equi Numidici, ſupra duo millia ſeptingenti, elephanti ſex capti: octo flamma ferroque abſumpti, magnaque vis armorum capta. Ea omnia imperator Vulcano ſacrata incendit. Aſ- 7
drubal ex fuga cum paucis [1] Afrorum urbem proximam petierat: eoque omnes qui ſupererant, veſtigia ducis ſequentes, ſe contulerant. metu deinde, ne dederetur Scipioni, urbe exceſſit. Mox eodem patentibus portis Romani accepti: nec quicquam hoſtile, [2] quia voluntate conceſſerant in ditionem, factum. [3] duæ ſubinde urbes captæ direptæque. ea præda, [4] & quæ caſtris ex incenſis & igne rapta erat, militi conceſſa eſt. Syphax octo millium ferme inde ſpatio [5] loco communito conſedit. Aſdrubal Carthaginem contendit, ne quid per metum ex recenti clade mollius conſuleretur. quo tantus primo terror eſt allatus, ut [6] omiſſa Utica Carthaginem crederent extemplo Scipionem obſeſſurum. Senatum itaque [7] Suffetes (quod velut conſulare imperium apud eos erat) vocaverunt. [8] Ibi tribus dictis ſententiis, una, de

pace

Put. Men. Voſſ. *caſa aut hauſta flammis quadraginta millia hominum ſunt*, (quod ſequitur, eſt in omnibus Gallicis) *capta ſupra quinque millia*. In quibus & ſtatim: *ſigna militaria centum ſeptuaginta quatuor*. J. Fr. Gron.

1 *Afrorum urbem proximam pet.*] Polybius item nomen urbis non apponit, quod eſt tamen apud Appianum: Ἀσδρύβας ὁ στρατηγὸς Καρχηδονίων ἐν μὲν τῇ νυκτομαχίᾳ μὺ ἱππέων πεντακοσίων πλείοσι ἐς Ἄνδας κατέφυγε. *Sigonius*.

2 *Quia voluntate conceſſerant in dediticnem*] Put. reg. duo Pall. *in ditionem*, ut libro præcedenti. *J. Fr. Gron.*

3 *Duæ ſ. urbes captæ, direptaque*] Item Polyb. δύο τε τὰς ἀφεστηκυίας πόλεις ἀφεῖλε τοῖς στρατιώταις διαρπάζειν. *Sig.*

4 *Et quæ caſtris incenſis ex igne*] Optimus & major pars: *caſtru excenſis*. Gudianus: *qua caſtris ex incenſis & igne*. J. Fr. Gron.

5 *Loco munito conſedit*] Omnes Gall. & Voſſ. *loco communito conſedit*: repugnante Rhenano. *Idem*.

6 *Omiſſa Utica Carthaginem - - - oppreſſurum*] Vet. lib. *obſeſſurum*: belle autem reſpondet. Nam Utica obſidebatur. Item quod paulo poſt in majore urbis periculo ait: *Carthaginem repente aggreſſurum credebant*. Sigonius.

7 *Suffetes, q. velut conſulare imperium*] *Suſetes* legitur in veter. libris, & apud Feſtum, qui ita ſcribit: *Suſes conſul lingua Pœnorum*. Claudius: *Senatus cenſuit referentibus Suſetis*. Idem.

8 *Ibi tribus dictis ſententiis, una*] Put. & omnes Gall. tres meliores Florent. Barberin. Voſſ. τῇ *dictu ſententiis* omnino non habent; dein pro

pace legatos ad Scipionem decernebat: altera, Annibalem ad tuendam ab exitiabili bello patriam revocabat: tertia, Romanæ in adverſis rebus conſtantiæ erat; reparandum exercitum, [1] Syphacemque orandum, ne bello abſiſteret, cenſebat. Hæc ſententia, quia Aſdrubal præſens, Barcinæque omnes factionis bellum malebant, vicit. Inde delectus in urbe agriſque haberi cœptus, & ad Syphacem legati miſſi; ſumma ope & ipſum reparantem bellum: quum uxor non jam ut ante blanditiis ſatis potentibus ad animum amantis, ſed precibus & miſericordia valuiſſet; plena lacrimarum obteſtans, ne patrem ſuum patriamque proderet: iiſdemque flammis Carthaginem, quibus caſtra conflagraſſent, abſumi ſineret. Spem quoque opportune oblatam afferebant legati: quatuor millia Celtiberorum [2] circa urbem nomine Abbam, ab

exitiali illic eſt *exitiabili*, ut & in ſuperioribus editionibus: vicem ∓ *exemplo* habent, *erat*, ingenti conſenſu. Etiam atque etiam vide an fuerit: *ibi è tribus (una de pace legatos ad Scipionem decernebat; altera Hannibalem ad tuendam ab exitiabili bello patriam revocabat; tertia Romana in adverſis rebus conſtantia erat, reparandum exercitum Syphacemque orandum, ne bello abſiſteret, cenſebat) hac ſententia, quia Aſdrubal præſens* &c. Pluſcula adſcripſi verba, ut appareret, ſatis commode ad illa adjectiva, *tribus, una, altera, tertia*, ſubſtantivum *ſententia* ex ſequenti membro ſubaudiri: quod quia citerius ponendum fuiſſe judicabant Liviani moris ignari correctores, ſupplementum illud, *dictis ſententiis*, inſeruerunt. Ea ſcita brevitas ſermonis multis auctoribus nocuit, ut in Obſervat. lib. 4, 4 & ad Statium Thebaid. 1, 112 docuimus. Nunc ex Livio ſolo nonnihil exemplorum adpoſuiſſe ſufficiat. Lib. 25 extremo: *Itaque haud magni certaminis fuit: primus clamor atque impetus rem decrevit.* Lib. 32. *Haud procul urbe Myceniaa vocatur. in eo loco ut congrederentur, convenit.* Perinde eſt ac ſi dixiſſet: *Haud procul urbe locus eſt qui Mycenica vocatur.* Lib. 33. *In SC. quo miſſi decem legati ab urbe erant, cætera Græcia atque Aſia haud dubie liberabantur: de his tribus urbibus, quod tempora reipublicæ poſtulaſſent, id è republica fideque ſua facere, ſtatuere, juſſi erant.* Ubi vides ſenſu ex poſterioribus repeti τὰ *urbes*. Lib. 34. *Signati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum. tetradrachmum vocant.* Lib. 42. *In liberis gentibus populiſque plebs utique omnis ferme, ut ſolet, deterioribus erat ob regem Macedonaſque inclinatâ: principum diverſa cerneres ſtudia.* Nam τὸ *deterioribus* ex ſequenti membro ſubaudit *ſtudiis*. J. Fr. Gron.

1 *Syphacemque orandum*] Put. Cantabr. *ortandum*, id eſt *hortandum*, etſi non videatur vulgatum incommodum. *Jac. Gron.*

2 *Circa urbem nomine Olbam*] Olbam quærit fruſtra in Africa Glareanus: Polybius enim *Abbam* edit, ita ſcribens, ἦν δ' Κελτιβήρων τινὲς πεῖς ἀπὸ πεντακοσίων ἐφεῖ ἢ ἑξακοσίων, οἵτινες ἐτύγχανον ὄντες τῆς Καρχηδονίων ἐξιολεγμέ-

ναι

ab conquiſitoribus ſuis conducta in Hiſpania, egregiæ juventutis, ſibi occurriſſe: & Aſdrubalem propediem affore cum manu haudquaquam contemnenda. [1] Igitur non benigne modo legatis reſpondit, ſed oſtendit etiam multitudinem agreſtium Numidarum, quibus per eoſdem dies arma equoſque dediſſet, & omnem juventutem affirmat exciturum ex regno. Scire incendio, non prœlio cladem acceptam. eum bello inferiorem eſſe, qui armis vincatur. Hæc legatis reſponſa. Et poſt dies paucos rurſus Aſdrubal & Syphax copias junxerunt. is omnis exercitus fuit [2] triginta ferme millium armatorum. Scipionem, velut jam debellato, quod ad Syphacem Carthaginienſeſque attineret, Uticæ oppugnandæ intentum, jamque machinas admoventem muris, avertit fama redintegrati belli: modiciſque præſidiis ad ſpeciem modo obſidionis terra marique relictis, ipſe cum robore exercitus ire ad hoſtes pergit. [3] Primo in tumulo, quatuor ferme millia diſtante ab caſtris regiis, conſedit: poſtero die cum equitatu in Magnos (ita vocant) campos, ſubjectos ei tumulo, degreſſus, [4] ſuccedendo ad ſtationes hoſtium, laceſſendoque levibus prœliis, diem abſumpſit: & per inſequens biduum tumultuoſis hinc atque illinc ex-

8

τὰ πλείους ὄντες τῆ πλησιαζόντων. Ut autem Aſdrubal Andam, ſic Syphax Abbam poſt nocturnam cladem ſe contulerant, Appiano & Polybio auctoribus. Circa autem Abbam occurrerunt, non circa eam conducta ſunt, ut interpretatur Glareanus. *Sigonius.*

Urbem nomine Olbam] Scripti omnes *Obbam*. Videtur eſſe Polybii *Abba*, ut animadvertit Sigonius. *J. Fr. Gron.*

1 *Is non benigne modo*] Put. omneſque Gall. Voſſ. *igitur non benigne modo legatis reſpondit*. Probe: nam ratio, cur ita reſponderit, ſtatim ante expoſita eſt. *Idem.*

2 *Triginta ferme millium*] Omnes Gall. & Voſſ. *millia*. Idem.

3 *Primo in tumulo quatuor ferme millia diſtante ab* &c. *in Magnos, i. e. campos ſ. e. t. degreſſus*, &c.] Sic Polyb. ἐπικώμῳ ὑπὲρ πεμπλαίου ὄντι τὰ Μεγάλα πεδία καλουμένους τοῖς πολεμίοις, τοὺς μὲν πρώτους ἡμέρας ὀκτὼ περὶ λόφον καταστρατοπεδεύσας, ἔπειτα τεταγμένος ἐπὶ τὸ πεδίον, καὶ προελθὼν ἐπὶ τὰς σκηνὰς τῶν ἐναντίων, παρενέβαλε. Hinc cum alia multa eliciuntur, tum illud *Magnos Campos* appellaſſe, quos Μεγάλα πεδία vocet Polybius. *Sigonius.*

Diſtante ab caſtris regis conſedit] Omnes Gall. Voſſ. *regiis*. J. Fr. Gron.

4 *Succedendo ad ſtationem hoſtium*] Scripti, *ſtationes*. Idem.

excurſionibus invicem, nihil dictu ſatis dignum fecerunt. quarto die utrimque in aciem deſcenſum eſt. [1] Romanus principes poſt haſtatorum prima ſigna, in ſubſidiis triarios conſtituit: equitatum Italicum ab dextro cornu, ab lævo Numidas Maſiniſſamque oppoſuit. [2] Syphax Aſdrubalque Numidicis adverſus Italicum equitatum, Carthaginienſibus contra Maſiniſſam locatis; [3] Celtiberos in mediam aciem in adverſa ſigna legionum accepere. ita inſtructi concurrunt. Primo impetu ſimul utraque cornua, & Numidæ & Carthaginienſes pulſi. nam neque [4] Numidæ, maxima pars agreſtes, Romanum equitatum, neque Carthaginienſes, & ipſe novus miles, Maſiniſſam recenti [5] ſuper cætera victoria terribilem, ſuſtinuere. Nudata [6] utrimque cornibus Celtiberum acies ſta-

1 *Romanus poſt principes haſtator. prima ſigna ſubſidiis triar. conſt.*] Magnum mendum levi labore deleri poteſt, ſi legas: *Romanus principes poſt haſtatorum prima ſigna.* Hic enim erat inſtruendæ acici mos Romanus, ut haſtatis principes ſuccederent, ut ait lib. 8. *Prima acies haſtati erant, manipuli quindecim. Robuſtior inde ætas totidem manipulorum, quibus principibus eſt nomen.* Quem morem hoc tempore ſervatum eſſe à Scipione ait Polybius hoc modo: ὁ μὲν οὖν Πόπλιος ἁπλᾶς ἐποίησε τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος ἔθηκε σφῶν τοὺς μὲν πρὸ τῶν ἑστώτων σημαίας· ὄπισθεν δὲ τούτους τῶν φελίκπων· τελευταίους δ' ἐπέστησε κατόπιν τοὺς τῶν τελαμώνων. Idem Livius paulo poſt ubi de acie contra Annibalem inſtructa à Scipione ait: *Inſtruit deinde primos haſtatos, poſt eos Principes, Triariis poſtremam aciem clauſit.* Quibus verbis Græce ſic reſpondet Polyb. σφῶν τοὺς μὲν πρὸ τῶν ἑστώτων καὶ τοὺς τούτων σημαίας ἐν διαστήμασιν, ὄπισθε δὲ τούτων ἀφίστησι πυκνούς, &c. Item Livius lib. 37. *Haſtatorum prima ſigna, deinde Principum erant. Triarii poſtremos ſtabant.* Idem Suid. ἑστῶτες σφῶν πρὸ τῶν φελίκπων, εἶτα τελαμῶνες. Lib. tamen 22 ait: *Nova pugna exorta eſt, non illa ordinata per principes, haſtatoſque ac triarios.* Sigonius.

2 *Syphax Aſdrubalque Numidis*] Idem: *Numidicis.* J. Fr. Gron.

3 *Celtiberos in mediam aciem* &c.] Sic Polyb. τοὺς μὲν Κελτιβήρας μίσους ἔταξαν ἀντίους τῇ Ρωμαίων φαλάγγι. Sigonius.

Celtiberos in mediam aciem in adverſa ſigna legionum accepere] Delendum prius *in*, volente etiam Put. & Voſſ. aliiſque: *Celtiberi, media acies*, per epexegeſin. Vide ad lib. 22, 41 & 29, 25. Latet aliquid, niſi fuit: *Syphax Haſdrubalque Numidicos adverſus Italicum equitatum, Carthaginienſes contra Maſiniſſam locant: Celtiberos, mediam aciem, adverſa ſigna legionum accepere.* Sive *adverſam* vel *adverſos* malis. J. Fr. Gron.

4 *Numida, maxima pars agreſtis*] Put. reg. Voſſ. *Numidæ, maxima pars agreſtes.* Rectius etiam quidam: *neque Carthaginienſis.* Idem.

5 *Supra cetera*] Vet. lib. *ſuper cetera*, probo. ſic enim paulo ante: *ſuper hæc bellica quoque laude conſulatus compotem fecerat.* Sigonius.

6 *Utrimque cornibus Celtiberorum*] Put. & reg. *Celtiberum.* J. Fr. Gron.

1 *Et*

ſtabat: quod nec in fuga ſalus ulla oſtendebatur locis ignotis, neque ſpes veniæ ab Scipione erat; quem bene meritum de ſe & gente ſua, mercenariis armis in Africam oppugnatum veniſſent. Igitur circumfuſis undique hoſtibus, alii ſuper alios cadentes obſtinati moriebantur: omnibuſque in eos verſis, aliquantum ad fugam temporis Syphax & Aſdrubal præceperunt. Fatigatos cæde diutius, quam pugna, victores nox oppreſſit. Poſtero die Scipio Lælium Maſiniſſamque, cum omni Romano [1] & Numidico equitatu expeditiſque militum, ad perſequendos Syphacem atque Aſdrubalem mittit. ipſe cum robore exercitus, urbes [2] circa omnes, quæ Carthaginienſium ditionis erant, partim ſpe, partim metu, partim vi ſubegit. Carthagini quidem erat ingens terror, & circumferentem arma Scipionem omnibus finitimis raptim perdomitis, ipſam Carthaginem repente aggreſſurum credebant. Itaque & muri reficiebantur propugnaculiſque armabantur: & pro ſe quiſque, quæ diutinæ obſidioni tolerandæ ſunt, [3] ex agris convehebat. Rara mentio eſt pacis, frequentior legatorum ad Annibalem arceſſendum mittendorum. pars maxima claſſem, quæ ad commeatus excipiendos parata erat, mittere jubent ad opprimendam ſtationem navium, ad Uticam incaute agentem: forſitan etiam navalia caſtra relicta cum levi præ-

9

1 *Et Numidico equitatu expeditiſſimiſque militum*] Put. & omnes *expeditiſque militum*. Ut ille, *nigra lanarum*. Lib. 37. *Inde non præſto fuiſſent equites, peditumque expediti*. J. Fr. Gronovius.

2 *Circa omnes, quæ Carth. ditioni eſſent, partim ſpe*] Put. rec. Petav. melior auctiores: *urbes circa, quæ omnes Carthaginienſium ditionis erant, partim ſpe, partim metu, partim vi ſubegit?* tranſpoſitis etiam vocibus. Alludit eodem Men. *partim ſpe, partim metu, partim vi*. Buſlid. & Voſſ. *partim ſupertante metu partim vi*. Illa haud dubie vera lectio eſt. Lib. 32. *Cur exceſſit faucibus Epiri aut vi aut metu aut voluntate?* Lib. 33. *Caſtellu aut metu aut voluntate ſine certamine in deditionem accepit*. Lib. 34. *L. Quintius maritima ora expedita partim voluntate, partim vi aut metu recepit*. Idem.

3 *Ex agris convehebat*] Omnes ſcripti, *convehit*. Nec ſane aliter, quicquid eſt editorum ante Curionem. Et videtur feſtinationem trepidantium magis hoc exprimere, quam lentum illud *convehebat*. Idem.

1 *Claſ-*

præsidio oppressuros. In hoc consilium maxime inclinant: legatos tamen ad Annibalem mittendos censent: quippe classi ut felicissime gerantur res, parte aliqua levari Uticæ obsidionem: Carthaginem ipsam qui tueantur, neque imperatorem alium quam Annibalem, neque exercitum alium quam Annibalis superesse. Deductæ ergo postero die naves, simul & legati in Italiam profecti, raptimque omnia stimulante fortuna agebantur: & in quo quisque cessasset, prodi ab se salutem omnium rebatur. Scipio gravem jam spoliis multarum urbium exercitum trahens, captivis aliaque præda in vetera castra ad Uticam missis, jam in Carthaginem intentus, occupat relictum fuga custodum Tunieta: abest ab Carthagine quindecim millia ferme passuum, locus cum operibus, tum suapte natura tutus, & qui & ab Carthagine conspici, & præbere ipse prospectum quam ad urbem, tum ad circumfusum mare urbi posset. Inde quum maxime vallum Romani jacerent, conspecta classis hostium est; Uticam Carthagine petens. Igitur, omisso opere, pronunciatum iter, signaque raptim ferri sunt cœpta: ne naves in terram & obsidionem versæ, ac minime navali prœlio aptæ opprimerentur. Qui enim restitissent agili & nautico instrumento aptæ & armatæ classi, naves tor-

menta

1 *Classibus ut felicissime geratur*] Omnes Gall. & Voss. *quippe classi ut felicissime geramur res.* Sic lib. 4, 34: *classi quoque ad Eubœam pugnaturum Varentibus quidam in mandatis retulere.* J. Fr. Gron.

2 *Occupat relictum fuga custodum, Tunetem (abest a Carthagine XII millia ferme passuum) locum cum operibus tum sua natura tutum*, &c.] Vet. lib. *locus tutus*, dempta parenthesi, quo pacto etiam Polybius: ὁ δὲ Τύνης ἀπέχει μὲν τῆς Καρχηδόνος εἰς ἑκκαίδεκα σταδίους ἐστὶ δὲ εὐόπτος ἀφ' ἑκατέρου μέρους. Præterea quoniam centum viginti stadia abesse Carthagine Tunetem ait, propterea legendum apud Livium, non XII sed XV millia; ex venim II facta sunt, pet mendum. Sigonius.

Duodecim millia ferme passuum, loco] Recte ab Rhenani parenthesi & correctione, quam respuunt omnes Gall. & Pall. vindicavit Sigonius: qui quod *quindecim* millia passuum ex Polybio conficit, in eo habet omnes Gall. & Pall. suffragantes. J. Fr. Gron.

3 *Et qui ab Carthagine*] Gall. & *qui ex ab Carthagine conspici & præbere ipse.* Idem.

menta machinaſque portantes; & [1]aut in onerariarum uſum verſæ: aut ita pulſæ ad muros, ut, pro aggere ac pontibus, præbere aſcenſus poſſent? Itaque [2] Scipio, contra quam in navali certamine ſolet, roſtratis, quæ præſidio aliis eſſe poterant, in poſtremam aciem receptis prope terram; onerariarum quadruplicem ordinem pro muro adverſus hoſtem oppoſuit: eaſque ipſas, ne in tumultu

1 *Aut in onerariarum uſum verſæ*] Hanc clauſulam in omnibus MSS. Gall. Pall. & Italicis conſpicuam imprudenter defecti ſui codicis auctoritate delet Rhenanus. Quæ connectuntur hiſce, ita concipiunt Put. omnes Gall. tres Flor. Barberin. Voſſ. unus Pal. *aut ita pulſa ad muros.* Cur ſperneremus? Statim omnes Gall. *præbere aſcenſus poſſent.* J. Fr. Gron.

2 *Scipio poſtq. eo vent. eſt, contra atque in navali certamine ſolet --- onerariarum quadruplicem ordinem p. m. e. h. oppoſuit*] Rhenanus is fuit, qui contra auctoritatem veterum librorum hanc lectionem invexit, *Contra atque in navali*, cum veteres libri, habeant *ut in navali*, hoc ſenſu: Scipionem roſtratas, ut in navali certamine ſolet, in poſtremam aciem recepiſſe, quæ præſidio aliis eſſe poſſent. ipſe autem intellexit, eundem contra atque in navali prœlio ſolet onerarias inter ſe copulaſſe. Porro autem quid ſit, *quadruplicem ordinem*: ex Polybio facilius intelligi poteſt, qui ita ait: συνεχόμενοι ὑπὸ τὰς καταφράκτους ναῦς, ἐξαίφνης ταύτας τὰς φορτηγὸς ἔλαβε τρεῖς ἢ τέτταρας τὸ βάθος. Tres enim aut quatuor ordines factos eſſe junctarum inter ſe onerariarum ſignificat. Quare poſt ait Livius: *Et vix tranſiliendi in ſecundum ordinem navium ſpatium propugnatoribus datum eſt.* Ceterum quas Polybius καταφράκτους ναῦς vocat, Livius *roſtratas* vertit. *Sigonius.*

Scipio, poſtquam eo ventum eſt, ut in navali] Sic vulgo. at longe aliter ſcripti. Quatuor hæc verba; *eo ventum eſt ut*, aut certe tria, in omnibus bonis deſiderantur. Put. *Itaque Scipio poſtquam in navali certamine.* Barberin. Men. Voſſ. *poſtquam ut in navali.* Petavianus habet additamentum una cum ſimulacris veteris lectionis: *poſtquam eo ventum eſt corona quam ut in navali.* Ex hiſce non obeſæ naris homini facile ſubolet, ſcribendum: *Igitur Scipio, contra quam in navali certamine ſolet, roſtratis, quæ præſidio eſſe aliis poterant, in poſtremam aciem receptis.* Quæ & ipſa lectio Rhenani eſt, & integra quoque uno in Palatino viſebatur. Sed fallitur in ratione verborum optime reſtitutorum vir ingenioſus: nam quis, inquit, unquam ſic ad naumachiam inſtrui naves vidit, ut inter ſe colligentur. Ergo vapulat ab inſtauratore Faſtorum, qui è ſuis (jam novimus qualis plerumque notæ) refert: *poſtquam ut in navali.* hoc ſenſu, Scipionem roſtratas, ut in navali certamine ſolet, in poſtremam aciem recepiſſe, quæ præſidio aliis eſſe poſſent. Gravior hic & inexcuſabilis error: roſtratæ primam impreſſionem in hoſtes faciebant, erantque adeo ipſe mucro belli: tantum abeſt, ut in poſtremam aciem collocatæ, velut in terreſtri acie triarii, aliis & maxime onerariis ante inſtructis navibus præſidio eſſent. Thucydides lib. 7 in hoc fiduciam præcipuam Syracuſanorum ponit: ἀντιπροσφέρει γὰρ ἐμβολαῖς χρώμενοι, ἀντερήξειν τὰ προσφερόμενα ναυσὶν, στερεοῖς καὶ παχέσι πρὸς κοῖλα καὶ ἀδύνατα παρέχοντες τοῖς ἐμβόλοις. Auctor de bello Alexandrino: *Navi adverſa roſtra concuſſura*

multu pugnæ turbari ordines poſſent, [1] malis antenniſque de nave in navem trajectis, ac validis funibus velut uno inter ſe vinculo illigatis, [2] comprendit: tabulaſque ſuperinſtravit. [3] ut pervius in totum navium ordo eſſet: & ſub ipſis pontibus intervalla fecit, qua procurrere ſpeculatoriæ naves in hoſtem, ac tuto recipi poſſent, His raptim pro tempore inſtructis, mille ferme delecti propugnatores onerariis imponuntur: telorum maxime miſſilium, ut, quamvis longo certamine, ſufficerent, vis ingens congeritur. Ita parati atque intenti hoſtium adventum

rint adeo vehementer, ut navis Octavii una roſtro diſcuſſo ligno contineretur. Et mox: *Multa praterea capiuntur aut roſtris perforata merguntur.* In pugna navali Æmilii & Polyxenidæ maximum momentum ad victoriam fuiſſe teſtatur Livius lib. 37 quod metu ignis ex adverſis prælati regiæ naves, *ne prora concurrerent, quum declinaſſent, nec ferire roſtro hoſtem poterant, & obliquæ ſe ipſæ ad ictus prabebant.* Hinc Philippus apud Polybium lib. 16. δὸς τὸ σωίδημα τοῖς ὅπλοις ἢ δόξῃ, καὶ προσγελάσας ἀντιπεφόρους ποιῆν τὰς ναῦς. Hoc eſt ergo, quod contra navalis certaminis conſuetudinem fecit Scipio: quum neque numero navium ad conſerendum in aperto mari certamen par eſſet Pœnis, neque ſatis haberet temporis ad eas, quæ aderant, inſtruendas & educendas; roſtratas, quæ aliis præſidio eſſe poterant, ſi juſtum prælium tentandum foret, quæ regere alias & propugnaculum onerariarum eſſe deberent, in poſtremam aciem recepit; onerarias in fronte collocavit, commodo inter ipſas relicto intervallo, colligatas injectis trabibus ac velut ponte ſtratis, ſub quo ſpeculatoriæ procurrere atque infeſtare oppugnantem hoſtem poſſent. Itaque roſtratarum in prælio pœne nullus uſus fuit, niſi quod ſervatæ ſunt & fortaſſis inde longinqua tormentis tela miſſa. *Contra quam*, ut infra: *contra quam ſanctum legibus erat.* Sic *adverſum quam* Plauto Trinummo 1, 2. *Utrum indicare me ei theſaurum æquum fuit, Adverſum quam ejus me obſecravit pater.* J.Fr. Gron.

1 *Malis antenniſque de nave in navem trajectis* &c.] Hunc locum ita vertit Polybius: κάπειτα καθελόμενος εἰς ἑαυτὸν καὶ τὰς παρεῖρας ἐξόξει τέτοις αὐτὰς βεβαίως πρὸς ἀλλήλας. Quæ verba leguntur apud Suidam, in voce Κερεία, & quin hoc loco ea Polybius adhibuerit, dubitari non poteſt, ſi utrumque compares. Itaque hoc ſegmento augemus Polybium in hac hiſtoria importune abſciſum. Eodemque remedio adverſus Athenienſium inſultum uſus eſt Iſcholaus, qui τὰ πόρρωθεν χοινίοις ἐκ τῆς πλοίων συνῆψεν, ὥστε τὸ σωίδημον εἶη δι' ἀλλήλων, ut refert Polyænus lib. 2 Stratag. *Jac. Gron.*

2 *Comprehendit, tabuliſque ſuperſtravit*] Put. *inligatis comprendit, tabulaſque ſuperinſtravit.* Acceſſio ϓ *in* eſt in omnibus Gall. duobus Pall. *J. Fr. Gron.*

3 *Ut pervius in totum ordo navium eſſet*] Ab Rhenano hoc eſt, quum antea ederetur: *ut pervium navium ordinem faceret:* inveniſſet autem in ſcripto: *ut pervium in totum ordinem eſſet.* Quod & noſtri quidam haud ſpernendi. Put. reg. *ut pervium ordinis faciſſet.* Quas veterum librorum ſcripturas

tum opperiebantur. Carthaginienſes, qui, ſi maturaſſent, omnia permixta turba trepidantium [1] primo impetu oppreſſiſſent; perculſi terreſtribus cladibus, atque inde ne in mari quidem, ubi ipſi plus poterant, ſatis fidentes, die ſegni navigatione abſumpto, ſub occaſum ſolis [2] in portum (Ruſcinona Afri vocant) claſſe appulere. poſtero die ſub ortum ſolis inſtruxere ab alto naves, veluti ad juſtum prœlium navale, & tamquam exituris contra Romanis. Quum diu ſtetiſſent, poſtquam nihil moveri ab hoſtibus viderunt, tum demum onerarias aggrediuntur. [3] Erat res minime certamini navali ſimilis, proxime ſpeciem muros oppugnantium navium. altitudine aliquantum onerariæ ſuperabant: ex roſtratis Pœni vana pleraque (utpote ſupino jactu) tela in ſuperiorem locum mittebant: gravior ac pondere ipſo libratior ſuperne ex onerariis ictus erat. Speculatoriæ naves ac levia ipſa navigia, quæ ſub conſtratis pontium per intervalla excurrebant, [4] primo ipſo tantum impetu ac ma-

pturas ego ſic enodandas exiſtimo: *ut pervii inter ſe ordines eſſent.* hoc eſt, ut ab uno ordine ad alium eſſet continens commeatus. Putabam aliquando legendum: *ut pervium inter ordines eſſet.* Voce accepta apud Feſtum in *Vici. Ut in eo ædificio pervium ſit, quo itinere habitatores ad ſuam quiſque habitationem habeat acceſſum.* Tacitus lib. 3 Hiſtor. *Et interjectus exercitus Rhætiam Juliaſque Alpes, ne pervia illa Germanicis exercitibus foret, obſepſerat.* Sed non poteſt hoc ferri: neque enim id nunc dicit Livius, ſed mox his verbis: *& ſub ipſis pontibus intervalla fecit.* Illud igitur omnino probamus. *J. Fr. Gron.*

1 *Primo impetu deprehendiſſent*] Quid vetat uti verbis Rhenani? Dii boni, quanta eſt temeritas mutantium ſtatim, quod non adſequuntur. Scripſit Livius, *primo impetu oppreſſiſſent:* quod non intelligens aliquis ſuppoſuit, *deprehendiſſent.* Summo quidem jure poſſem, ſed nolo probrum dicere præſtanti viro: nimis credulus fuit uni libro, & quæcunque aliter, atque in vulgatis, illic eſſent, Livii eſſe, nihil librarii, putavit. Put. ille & omnes Gall. cum Voſſ. *oppreſſiſſent.* & nota eſt ſignificatio vocis pro ſupervenire, deprehendere. Lib. 5. *Redeuntes à populationibus graveſque prada Tarquinienſes oppreſſere.* Lib. 10. *Improviſo oppreſſis nec animi ſatis ad reſiſtendum nec virium fuit.* Idem.

2 *In portum, Ruſcinona Afri vocant, claſſem*] Put. *Ruſucmona Afri vocant claſſe.* Ut lib. 8. *Eodem anno Alexandrum Epiri regem in Italiam claſſe appuliſſe conſtat.* Etſi hic quoque Voſſ. antiquior *claſſem.* Et ſic potius loquuntur. Locum alii codices *Ruſucinona* appellant. *Idem.*

3 *Erat res minime certamini ſ.*] Put. Men. Voſſ. ignorant *ro res.* Fortaſſis: *Erat minime certamen navali ſimile.* Id.

4 *Primo ipſo tantum impetu*] Put. *ipſae*

Digitized by Google

magnitudine roſtratarum obruebantur: deinde & propugnatoribus quoque incommodæ erant, quod permixtæ cum hoſtium navibus inhibere ſæpe tela cogebant; metu ne ambiguo ictu ſuis inciderent: poſtremo aſſeres ferreo unco præfixi (1 harpagonas vocat miles) ex Punicis navibus injici in Romanas cœpti. Quos quum neque ipſos, neque catenas, quibus ſuſpenſi injiciebantur, incidere poſſent; ut quæque retro inhibita roſtrata onerariam hærentem unco traheret, ſcindi videres vincula, 2 quibus alia aliis innexa erat, ſeriem aliam ſimul plurium navium trahi. Hoc maxime modo lacerati quidem omnes pontes, & vix tranſiliendi in ſecundum ordinem navium ſpatium propugnatoribus datum eſt. Sex ferme onerariæ puppibus abſtractæ Carthaginem ſunt. major quam pro re lætitia, ſed eo gratior, quod inter aſſiduas clades ac lacrimas unum quantumcunque ex inſperato gaudium affulſerat; cum eo, ut appareret haud procul exitio fuiſſe Romanam claſſem, ni ceſſatum à præfectis ſuarum navium foret, & Scipio in tempore ſubveniſſet.

11 Per eoſdem forte dies quum Lælius & Maſiniſſa quintodecimo ferme die in Numidiam perveniſſent; 3 Maſſylii regnum paternum Maſiniſſæ læti, ut ad regem diu deſideratum, conceſſere. Syphax pulſis inde præfectis præſidiiſque ſuis, vetere ſe continebat regno; neutiquam quie-

ipſae tanto. Scripti alii: *primo ipſa & alto impetu.* Forte: *primo ipſo adacta impetu.* J. Fr. Gron.

1 *Harpagones vocant milites*] Optimi: *vocat milex punicus.* Forte: *vocant) mitti ex Punicis navibus & injici in Romanas cœpti.* Idem.

2 *Quibus alius innexa erat & ſeriem*] Scripti: *quibus alia aliis innexa erat, ſeriem aliam.* Nec incommodum aſyndeton. Niſi malis: *ſeriemque ſimul plurium.* Idem.

3 *Maſæſyli regnum paternum Maſſaniſæ*] Satis oſtendi, *Maſſylii*, hic eſſe legendum. Quod autem ait: *Syphax vetere ſe continebat regno*, Maſæſulorum intelligit. *Sigonius.*

Regnum paternum Maſiniſſæ læti, ut ad regem] Non placet hæc diſtinctio, & potius videtur: *Maſſylii, regnum paternum Maſiniſſæ, læti ut ad regem* &c. Dicuntur enim per epexegeſin Maſſylii, regnum paternum Maſiniſſæ. ut lib. 1 cap. 60 Tarquinius Sextus dicitur *Gabios tanquam in regnum ſuum profectus.* & apud Juſtinum dicuntur *regnum tyrannorum* fuiſſe Heracienſes. *Jac. Gron.*

quieturus. Stimulabant ægrum amore, uxor ſocerque: & ita viris equiſque abundabat, ut ſubjectæ oculis regni per multos florentis annos vires, etiam minus barbaro atque impotenti animo ſpiritus poſſent facere. Igitur omnibus, [1] qui bello apti erant, in unum coactis, equos, arma, tela dividit. equites in turmas, pedites in cohortes, ſicut quondam ab Romanis centurionibus didicerat, diſtribuit. Exercitu haud minore, quam quem prius habuerat, cæterum omni prope novo atque incondito, ire ad hoſtes pergit. Et caſtris in propinquo poſitis, primo pauci equites ex tuto ſpeculantes ab ſtationibus progredi: inde jaculis ſummoti recurrere ad ſuos: inde excurſiones invicem fieri, & quum pulſos indignatio accenderet, plures ſubire. quod irritamentum certaminum equeſtrium eſt, quum aut vincentibus ſpes, aut pulſis ira aggregat ſuos. Ita tum à paucis prœlio accenſo, [2] omnem utrimque poſtremo equitatum certaminis ſtudium effudit. ac dum ſincerum equeſtre prœlium erat, multitudo Maſæſylorum, ingentia agmina Syphace emittente, ſuſtineri vix poterat: deinde, ut pedes Romanus repentino per turmas ſuas viam dantes intercurſu ſtabilem aciem fecit, abſterruitque effuſe invehentem ſeſe hoſtem; primo barbari ſegnius permittere equos, deinde ſtare [3] ac prope turbari novo genere pugnæ: poſtremo, non peditī

1 *Qui bello apti erant*] Placet antiqua lectio, *qui bello apti erant*. Nam præceſſit: *Viris, equiſque abundabat*. Deinde ſi ſuis abundabat, cur quos bello ceperat armaſſet? *Sigonius*.

2 *Omnes utrimque poſtremo equitum certaminis ſtudium effudit*] Probo magis, ut legatur, *omnem utrimque poſtremo exercitum certaminis ſtudium effudit*, ſic enim in vet. libr. *Idem*.

Omnem utrimque poſtremo exercitum certam. ſtud. eff.] Non hæc eſt germana lectio, ut ſentit Sigonius, non quam imperat Rhenanus: *omnes utrimque poſtremo equitum certaminis ſtudium effudit*. ſed quam habent omnes Gall. & duo Pall. & Voſſ. *omnem utrimque poſtremo equitatum certaminis ſtudium effudit*. Eamque confirmat quod continenter ſequitur: *Ac dum ſincerum equeſtre prœlium erat*. Ita enim Put. reg. treſque optimi Florentini. De utroque egimus in Obſervationibus. *J. Fr. Gron.*

3 *Ac prope turbari*] Vix opinor *prope turbari* dici poſſe eos, quos ceſſiſſe ſtatim indices. In exemplari, cui collationem codicum Gall. com-

diti ſolum cedere, ſed ne equitem quidem ſuſtinere, peditis præſidio audentem. Jam ſigna quoque legionum appropinquabant. tum vero Maſæſyli non modo primum impetum, ſed ne conſpectum quidem ſignorum atque armorum tulerunt: tantum ſeu memoria priorum
12 cladium, ſeu præſens terror valuit. Ibi Syphax, dum obequitat hoſtium turmis; ſi pudore, ſi periculo ſuo fugam ſiſtere poſſet; equo graviter icto effuſus opprimitur, capiturque: & [1] vivus (lætum ante omnes [2] Maſiniſſæ præbiturus ſpectaculum) ad Lælium pertrahitur. [3] Cirtha caput regni Syphacis erat: [4] eo ſe ingens hominum contulit vis. Cædes in eo prœlio minor quam victoria fuit, quia equeſtri tantummodo prœlio certatum fuerat. non plus quinque millia occiſa, minus dimidium ejus hominum captum eſt; impetu in caſtra facto, quo perculſa rege amiſſo multitudo ſe contulerat. [5] Maſiniſſa

miſit pater, ſcripſiſſe eum video *propere o. MSS.* In Cantabrig. ipſe etiam legi *propere.* Quid ergo renitimur? *Jac. Gron.*

1 *Et vivus lætum*] Optimus & ei propinquiores *viſus.* Forte *vinctus.* J. Fr. Gron.

2 *Maſiniſſa --- attrahitur*] Veter. lib. *pertrahitur.* Sigonius.

Maſiniſſa prabiturus ſpectaculum, ad Lælium attrahitur] Ut Sigonius, Put. & meliores, *pertrahitur.* Lib. 40. *Lembum armatum ad pertrahendam eam navim miſerunt.* Sic *perducere*, elegantius quam vulgus putet, Juſtino lib. 12. *Interea unus ex amicis Darii Beſſus, vinctus perducitur, qui regem non ſolum prodiderat, verum & interfecerat.* Curtius lib. 3 in ſomnio Darii: *Quod Alexandrum depoſita regia veſte in Perſico & vulgari habitu perductum eſſe vidiſſet.* Lib. 8. *Quum Barzentes, defectionis Arachoſis auctor vinctus, trigintaque elephanti, ſimul capti, perducuntur.* Tertullianus ad Nationes: *Nam nocentes quidem perductos, ſi admiſſum negent, tormentis urgetis ad confeſſionem.* L. 1 Cod. Theod. de cuſtodia reorum: *reo exhibito, ſive accuſator exiſtat, ſive cum publica ſollicitudinis cura perduxerit.* Ubi male ſive Tribonianus, ſive librarii in Cod. Juſtiniani, *produxerit.* J. Fr. Gron.

3 *Cirtha*] Græci *Cirtan* ſine aſpiratione edunt. *Sigonius.*

4 *Eoque ſe ingens vis hominum ex fuga contulerat*] Put. reg. Men. *Cirtha caput regni Syphacis erat: eoque ingens hominum contul't vis.* Optimus Pal. & Voſſ. *eoque ingens hominum vis contulit.* Scribe haud dubitanter: *eo ſe ingens hominum contulit vis.* Niſi malis: *eoque i. h. confugit vis.* J. Fr. Gron.

5 *Maſiniſſa Lælio dicere, ſibi quidem nihil &c. quam victorem recuperatum tanto poſt intervallo inviſere receptum patrium regnum*] Vet. lib. *quam victorem tanto intervallo inviſere.* egregie: vacat enim vox *recuptratum*, cum ſubdatur, *receptum*, quæ idem valet. *Sigon.*

Maſiniſſa Lælio dicere, ſibi quidem] Nuſquam in Put. & omnibus Gall. duo-

ſibi quidem, dicere, *nihil eſſe in præſentia pulchrius, quam victorem, recuperatum tanto poſt intervallo patrium inviſere regnum: ſed tam ſecundis, quam adverſis rebus non dari ſpatium ad ceſſandum. Si ſe Lælius* [1] *cum equitatu vinctoque Syphace Cirtham præcedere ſinat; trepida omnia metu ſe oppreſſurum: Lælium cum peditibus ſubſequi modicis itineribus poſſe.* Aſſentiente Lælio prægreſſus Cirtham, evocari ad colloquium principes Cirthenſium jubet. ſed apud ignaros regis caſus, neque quæ acta eſſent promendo, nec minis, nec ſuadendo, ante valuit, quam rex vinctus in conſpectum datus eſt. Tum ad ſpectaculum tam fœdum comploratio orta: & partim pavore mœnia ſunt deſerta, partim repentino conſenſu gratiam apud victorem quærentium patefactæ portæ. Et Maſiniſſa præſidio circa portas opportunaque mœnium dimiſſo, ne cui fugæ pateret exitus, ad regiam occupandam citato vadit equo. Intranti veſtibulum in ipſo limine Sophonisba uxor Syphacis, filia Aſdrubalis Pœni occurrit: & quum in medio agmine armatorum Maſiniſſam inſignem, quum armis tum cætero habitu, conſpexiſſet; regem eſſe (id quod erat) rata, genibus advoluta ejus: [2] *Omnia quidem*, inquit, *ut poſſes in nos, Dii tibi dederunt, virtuſque & felicitas tua. Sed ſi captivæ apud dominum vitæ neciſque ſuæ vocem ſupplicem mittere licet, ſi genua, ſi victricem attingere dextram, precor quæſoque per majeſtatem regiam, in qua paulo ante nos quoque fuimus, per gentis Numidarum nomen, quod tibi cum Syphace commune fuit, per hujuſce regiæ*

duobuſque Pall. duobus item Flor. Barberin. & Voſſ. τὸ *Lælio*, nuſquam τὸ *receptum*: in quo impingit Sigonius, qui τὸ *recuperatum* putat eſſe interpretationem hujus, cum plane contra ſit. Cum illis igitur veteribus ita lege: *Maſiniſſa, ſibi quidem, dicere, nihil eſſe in præſentia pulchrius quam victorem recuperatum tanto poſt intervallo patrium inviſere regnum.* Hic & vocum ordo eſt in antiquis: ipſa autem res loquitur, non apud alium potius ullum quam Lælium iſta dicenda fuiſſe. *J. Fr. Gron.*

1 *Cum equitatu victoque Syphace*] Scribe, *vinctoque*. ſequitur enim (ut quidem omnes Gall. & Voſſ.) *quam rex vinctus in conſpectum datus eſſet*. Id.

2 *Omnia quidem, inquit, ut poſſes in nos, dii tibi*] Iidem: *Omnia quidem ut poſſes in nobis, dii dederunt*. ſine τοῖς *inquit* & *tibi*. Illud *in nobis* approbavimus ad præfationem quarti Natur. Quæſt. Senecæ. *Idem.*

regiæ Deos, qui te melioribus ominibus accipiant, quam Syphacem hinc miſerunt; hanc veniam ſupplici des, ut ipſe quodcumque ſert animus, de captiva ſtatuas, [1] *neque me in cujuſquam Romani ſuperbum ac crudele arbitrium venire ſinas. Si nihil aliud quam Syphacis uxor fuiſſem, tamen Numidæ atque in eadem mecum Africa geniti, quam alienigenæ & externi fidem experiri mallem. Quid Carthaginienſi ab Romano, quid filiæ Aſdrubalis timendum ſit, vides. Si nulla alia re potes, morte me ut vindices ab Romanorum arbitrio, oro obteſtorque.* Forma erat inſignis & florentiſſima ætas. itaque [2] quum modo dextram amplectens, in id, ne cui Romano traderetur, fidem expoſceret, [3] propiuſque blanditias oratio eſſet, quam preces; non in miſericordiam modo prolapſus eſt animus victoris, ſed (ut eſt genus Numidarum in Venerem præceps) amore captivæ victor captus, data dextera in id quod petebatur obligandæ fidei, in regiam concedit. Inſtitit deinde reputare ſecum ipſe, quemadmodum promiſſi fidem præſtaret. quod quum expedire non poſſet; ab amore temerarium atque impudens mutuatur conſilium. Nuptias in eum ipſum diem repente [4] parari jubet, ne quid relinqueret integri aut Lælio, aut ipſi Scipioni conſulendi velut in captivam, quæ Maſiniſſæ jam nupta foret. Factis nuptiis, ſupervenit Lælius: & [5] adeo non diſſimulavit improbare ſe factum, ut primo etiam cum Syphace & cæteris captivis detractam eam toro geniali mittere ad Scipionem conatus ſit. victus deinde

1 *Neque me in cujuſquam Romani ſuperbum*] Fruſtra pronomen exigit Rhenanus: revocant enim id Gall. omnes, Voſſianuſque. Uti & particulam in illo: *morte me ut vindices.* J. Fr. Gron.

2 *Cum modo dextram*] Vet. lib. *cum diu dextram.* Sigonius.

Quum modo dextram amplectens] Sigonius: *cum diu dextram.* Noſtri, *dum.* Poteſt utcumque explicari vulgatum. Eſt tamen ſuſpicari: *quum modo genua, modo dextram amplectens.* induxerat enim dicentem: *ſi genua, ſi victricem attingere dextram.* J. Fr. Gronov.

3 *Propiuſque jam blanditiæ oratio eſſet*] Omnes Gall. Voſſ. optimus Pal. exſtirpant *vè jam.* Idem.

4 *Nuptias parare jubet*] Veter. lib. *parari.* Sigonius.

5 *Adeo non diſſimulavit improbare factum*] Put. *improbare ſe factum.* Supra *e* primum adſcriptum eſt *u*, ſupra

de precibus Maſiniſſæ orantis, ut arbitrium, utrius regum duorum fortunæ acceſſio Sophonisba eſſet, ad Scipionem rejiceret; [1] miſſo Syphace & captivis, cæteras urbes Numidiæ, quæ præſidiis regiis tenebantur, adjuvante Maſiniſſa recepit. Syphacem in caſtra adduci, quum 13
eſſet nunciatum, omnis velut ad ſpectaculum triumphi multitudo effuſa eſt. Præcedebat ipſe vinctus, ſequebatur grex nobilium Numidarum. Tum quantum quiſque plurimum poſſet magnitudini Syphacis, famæ gentis, victoriam ſuam augendo, addebat: *illum eſſe regem, cujus tantum majeſtati duo potentiſſimi in terris tribuerint populi, Romanus Carthaginienſiſque, ut Scipio imperator ſuus ad amicitiam ejus petendam, relicta provincia Hiſpania exercituque, duabus quinqueremibus in Africam navigaverit: Aſdrubal, Pœnorum imperator, non ipſe modo ad eum in regnum venerit, ſed etiam filiam ei nuptum dederit. Habuiſſe eum uno tempore in poteſtate duos imperatores; Pœnum Romanumque. Sicut ab Diis immortalibus pars utraque hoſtiis mactandis pacem petiſſet, ita ab eo utrimque pariter amicitiam petitam. Jam tantas habuiſſe opes, ut Maſiniſſam regno pulſum eo redegerit; ut vita ejus fama mortis & latebris, ferarum modo in ſilvis rapto viventis, tegeretur.* His ſermonibus circumſtantium celebratus rex, in prætorium ad Scipionem eſt perductus. Movit & Scipionem quum fortuna priſtina viri præſenti fortunæ collata: tum recordatio hoſpitii dextræque datæ, & fœderis publice ac privatim juncti. Eadem hæc & Syphaci animum dederunt in alloquendo victore. nam quum Scipio, quid ſibi voluiſſet, quæreret, qui non ſocietatem ſolum abnuiſſet Romanam, ſed ultro bellum intuliſſet; tum ille, *peccaſſe quidem ſeſe, atque inſaniſſe* fatebatur. [2] *ſed non*

pra ſ vero g. Inde Reg. Men. Voſſ. *improbe à rege factum.* Pal. unus audentior. *improbe à rege factum dicere.* Vides ut paullatim eatur in pejus. Voluerat autem optimus ſimpliciter: *adeo non diſſimulavit improbare ſe factum.* J. Fr. Gronovius.

1 *Miſſo Syphace & cæteris captivis*] Omnes Gall. exciſa voce *cæteris*, quam adſutam eſſe monuimus olim ad lib. 3, 35. *Idem.*

2 *Sed tum demum, quum arma*] Omnes

non tum demum, quum arma adverſus populum Romanum cepiſſet; exitum ſui furoris fuiſſe, non principium. Tunc ſe inſaniſſe, tum hoſpitia privata & publica fœdera omnia ex animo ejeciſſe, quum Carthaginienſem matronam domum acceperit. Illis nuptialibus facibus regiam conflagraſſe ſuam: illam furiam peſtemque omnibus delinimentis animum ſuum avertiſſe atque alienaſſe: [1] *nec conquieſſe, donec ipſa manibus ſuis nefaria ſibi arma adverſus hoſpitem atque amicum induerit. Perdito tamen atque afflicto ſibi hoc in miſeriis ſolatii eſſe, quod in omnium hominum inimiciſſimi ſibi domum ac penates eandem peſtem ac furiam tranſiſſe videat.* [2] *neque prudentiorem, neque conſtantiorem Maſiniſſam, quam Syphacem eſſe, etiam juventa incautiorem. certe*
14 *ſtultius illum atque intemperantius eam quam ſe duxiſſe.* Hæc [3]non hoſtili modo odio, ſed amoris etiam ſtimulis, amatam apud æmulum cernens, quum dixiſſet; non mediocri cura Scipionis animum pepulit. & fidem criminibus,[4] raptæ prope

Omnes Gall. & Voſſ. *ſed non tum demum.* Ergo mutanda diſtinctio, & reponendum: *tum ille, peccaſſe quidem ſeſe atque inſaniſſe fatebatur; ſed non tum demum, quum arma adverſus populum Romanum cepiſſet: exitum eum ſui furoris fuiſſe, non principium. tunc ſe inſaniſſe, tum hoſpitia privata & publica fœdera omnia ex animo ejeciſſe, cum Carthaginienſem.* Sic enim etiam, & melius, ut puto, Put. & Voſſ. *J. Fr. Gron.*

1 *Nec quieviſſe, donec ipſa*] Put. reg. Men. optimus Pall. *nec conquieſcere donec.* Pet. *nec conquieſſe donec.* Hoc voluit Livius & ſignificant illi. Cicero 1 Famil. 1. *Niſi perfecta re de me non conquieſti.* Viſe ad lib. 26, 22. Optimi etiam: *nefaria ſibi arma &c. induceret.* Idem.

2 *Neque prudentiorem, neque conſtantior. M. q. S. eſſe, etiam ab juventa incautiorem, certe ſtultius illum, atque intemperant. eam, q.*] Quos legi libros veteres, & quos ſe legiſſe Gelenius profitetur, his vocibus carent: *neque prudentiorem. illum atque intemperantius*, ſine quibus ſententia optime ſtat. *Sigonius.*

Neque prudentiorem] Sic Put. ſic omnes Gall. duoque Pall. & Voſſ. ac præterea: *etiam juventa incautiorem. certe ſtultius illum atque intemperantius eam quam ſe duxiſſe.* Ceſſet igitur & Rhenani Sigoniique ſectio, quorum mutili codices mali auctores. *J. Fr. Gron.*

3 *Non hoſt. m. odio, ſed & novis etiam ſtimulis*] Vet. lib. *amoris etiam ſtimulis*, egregie. oppoſuit enim hoſtili odio amoris ſtimulos, quam ζηλοτυπίαν Græci vocant. Itaque ſic vertit hunc locum Appianus: τοῦτο ὁ μὲν ἔλεγχος εἴτε ἀληθὲς ἦν, εἴτε ζηλοτυπικὸν ἐπ', καὶ Μασσανίσσαν ἐς τὰ μέγιστα βλάπτων. *Sigonius.*

4 *Facta prope inter arma nuptia*] Put. Voſſ. reg. Men. Pal. *rapta.* Præclare: nam *raptum* elegánter dicitur quidvis raptim factum: quod alibi nonnullis veterum vindicatis locis oſtendimus. *J. Fr. Gron.*

1 *Ut*

prope inter arma nuptiæ neque conſulto neque exſpectato Lælio, faciebant: tamque præceps feſtinatio, [1] ut quo die captam hoſtem vidiſſet, eodem matrimonio junctam acciperet, [2] & ad penates hoſtis ſui nuptiale ſacrum conficeret. [3] eo fœdiora hæc videbantur Scipioni, quod ipſum in Hiſpania juvenem nullius forma pepulerat captivæ. Hæc ſecum volutanti Lælius ac Maſiniſſa ſupervenerunt; quos quum [4] pariter ambo & benigno vultu excepiſſet, & egregiis laudibus frequenti prætorio celebraſſet; [5] abductum in ſecretum Maſiniſſam ſic alloquitur; *Aliqua te exiſtimo, Maſiniſſa, intuentem in me bona, & principio in Hiſpania ad jungendam mecum amicitiam veniſſe, & poſtea in Africa teipſum, ſpeſque omnes tuas in fidem meam commiſiſſe. Atqui nulla earum virtus eſt, propter quas appetendus tibi viſus ſim, qua ego æque atque temperantia & continentia libidinum gloriatus fuerim. Hanc te quoque ad cæteras tuas eximias virtutes, Maſiniſſa, adjeciſſe velim.* [6] *non eſt, non, (mihi crede) tantum ab hoſtibus armatis ætati noſtræ periculum, quantum ab circum-*

1 *Ut quo die captam reginam vidiſſet*] Cui obſcurum poteſt eſſe vulgatam ex interpretatione natam, & ſcripſiſſe Livium: *quo die captam hoſtem vidiſſet.* Priſciani regula eſt. 5. *In is finita nomina ſi ad homines proprie ſolos pertinent, communia ſunt, & non faciunt ex ſe neutra: ut hic & hæc civis, hic & hæc hoſtis. Statius in ſecundo Thebaidos: Turbidus incertuſque oculis vigilantibus hoſtem Occupat amplexu. Cum de uxore Helymi Gorge loquitur.* Ubi corrige: *in quinto Thebaidos.* J. Fr. Gron.

2 *Et apud penates hoſtis ſui*] Scripti, *ad penates.* Idem.

3 *Et eo fœdiora hæc videbantur*] Dele auctoribus manu exaratis copulativam, & hinc incipe novam periodum: *eo fœdiora.* Idem.

4 *Pariter ambos & benigno*] Put. *ambo.* Idem.

5 *Adductum in ſecretum*] Lege: *abductum:* ut Voſſ. Men. & priſcæ editiones. *Idem.*

6 *Nam non eſt, mihi crede, tantum ab hoſtibus armatis ætati noſtræ periculi*] Put. & regius conjunctione incipiente hanc periodum omiſſa: *Non eſt, non, mihi crede, tantum ab hoſtibus armatis ætati* (Put. reg. Men. *ætatis*) *noſtræ periculum.* Hoc poſtremum tenent omnes. Sed illud primum multo efficacius vulgato. Varro lib. 3 de re Ruſt. cap. 2. *Non tibi decoquet, non, ornithon.* Cicero 1 in Verr. *Quid judices? non crimina, non teſtes, non exiſtimationem populi Ro. ſequentur? non. omnia in unius poteſtate ac moderatione vertentur.* Terentius Phorm. 2, 1. *Non, non ſic futurum eſt. non poteſt.* Seneca lib. 3 de Benef. cap. 23. *Non eſt, mihi crede, non, dico, ſervilis animi, egregium factum fama ſceleris emiſſe.* Ita MSS. codices, quam vim adſeverandi non ceperunt viri docti. Idem lib. 3 de Benefic. cap. 251. *Non eſt iſta admonitio, non convicium eſt.* A. Gellius lib. 14, 3. *Sed enim de viro optimo*

cumfuſis undique voluptatibus. qui eas ſua temperantia frenavit [1] *ac domuit, ne multo majus decus, majoremque victoriam ſibi peperit, quam nos Syphace victo habemus. Qua me abſente ſtrenue ac fortiter feciſti, libenter & commemoravi, & memini. cætera teipſum reputare tecum, quam, me dicente, erubeſcere malo. Syphax populi Romani auſpiciis victus captuſque eſt. Itaque ipſe, conjunx, regnum, ager, oppida, homines, qui incolunt, quicquid denique Syphacis fuit, præda populi Romani eſt: & regem conjugemque ejus, etiamſi non civis Carthaginienſis eſſet, etiamſi non patrem ejus imperatorem hoſtium videremus, Romam oportet mitti, ac ſenatus populique Romani de ea judicium atque arbitrium eſſe: quæ regem nobis ſocium alienaſſe,* [2] *atque in arma egiſſe præcipitem dicatur. Vince animum. cave deformes multa bona uno vitio, & tot meritorum gratiam majore culpa, quam cauſſa culpæ eſt, corrumpas.* Maſiniſſæ hæc audienti, non rubor ſolum ſuffuſus, ſed lacrymæ etiam obortæ: & quum, ſe quidem in poteſtate futurum imperatoris dixiſſet, oraſſetque eum, ut quantum res ſineret, fidei ſuæ temere obſtrictæ conſuleret, promiſiſſe enim, ſeſe in nullius poteſtatem eam traditurum, ex prætorio in tabernaculum ſuum confuſus conceſſit. Ibi arbitris remotis, [3] quum crebro ſuſpiritu, & gemitu, quod facile ab

mis & graviſſimis ſi credendum hoc aut ſuſpicandum fuit, cauſſam equidem eſſe non arbitror, non, obtrectationis neque invidiæ, neque de gloria majore parienda certationis. Sic quoque MSS. Vulgo unam negativam aboleverunt. *J. Fr. Gron.*

1 *Ac domuit, multo majus decus*] Quam vocem Gelenius in *na*, ego in *is* verti poſſe arbitror, quaſi ex *u*, *it*, poſtremo *ut* factum ſit incuria. *Sigonius.*

Multo majus decus] Rhenanus invenit in ſuo, *ut multo*, & inde finxit, *ne multo*: Sigonius, *is multo*. Hoc ne quem turbet, teſtor neque in Put. neque in ullo eorum, quos oculis uſurpavi, me iſtud *ut* notaſſe. *J. Fr. Gron.*

2 *Atque in arma coëgiſſe præcipitem dicatur*] Multo Latinius Put. & omnes Gall. *atque in arma egiſſe præcipitem.* Antonius apud Cic. Philipp. 13. *Eos, qui me præcipitem egerint.* Virgilius 5 Æneid. *Præcipitemque Daren ardens agit æquore toto.* Lucanus lib. 2. *Nullum furor egit in arma: Caſtra petunt magna victi mercede.* Idem.

3 *Cum crebro ſuſpirio & gemitu*] Sane optimus codex Putean. plane: *ſuſpiritu.* Et meliores quoſvis ſequaces habet: in quibus & Pal. unus. Plautus Mercatore: *Simul enicato ſuſpiritus.* A quo & mutuatus id Appuleius. Nam Ciceronem ad Atticum omitto, quia illic dubia lectio. reſtituenda eidem Appulcio ea vox lib. 8 Metamorph.

ab circumſtantibus tabernaculum exaudiri poſſet, aliquantum temporis conſumpſiſſet; ingenti ad poſtremum edito gemitu, [1] fidum è ſervis vocat, ſub cujus cuſtodia regio more ad incerta fortunæ venenum erat, & mixtum in poculo ferre ad Sophonisbam jubet, ac ſimul nunciare: *Maſiniſſam libenter primam ei fidem præſtaturum fuiſſe, quam vir uxori debuerit. Quoniam arbitrium ejus, qui poſſint, adimant, ſecundam fidem præſtare, ne viva in poteſtatem Romanorum veniat. Memor patris imperatoris, patriæque & duorum regum, quibus nupta fuiſſet: ſibi ipſa conſuleret.* Hunc nuncium ac ſimul venenum ferens, miniſter, quum ad Sophonisbam veniſſet, *Accipio,* inquit, *nuptiale munus; nec ingratum, ſi nihil majus vir uxori præſtare potuit. Hoc tamen nuncia; melius me morituram fuiſſe, ſi non in funere meo nupſiſſem.* [2] non locuta eſt ferocius, quam acceptum poculum nullo trepidationis ſigno dato impavide hauſit. Quod ubi nunciatum eſt Scipioni, [3] ne quid æger animi ferox juvenis gravius conſuleret, accitum eum extemplo nunc ſolatur; nunc, quod temeritatem temeritate alia luerit, triſtioremque rem quam neceſſe fuerit, fecerit, leniter caſtigat. Poſtero die, ut à præſenti motu aver-

tamorph. *Hæc ille longos trahens ſuſpiritus & nonnunquam illacrymans, graviter adfectu ruſticis annunciabat.* Vulgo erat *longo ſpiritu.* Vide Obſervat. in ſcript. Eccleſ. Videndum etiam, ne illa *& gemitu* inſiticia ſint, quia tam prope ſequitur, *ingenti ad poſtremum edito gemitu.* J. Fr. Gron.

1 *Fido ex ſervu uno accito, ſub cujus cuſtodia*] Eſt naſuti correctoris, qui ſtuſtra hiare orationem putavit. Put. reg. & alii meliores: *fidum è ſervu vocat, ſub cujus.* Seneca de brev. Vitæ cap. 10. Fabianus, *non ex his cathedrariis philoſophis, ſed ex veris & antiquis.* Tacitus 4 Ann. *Percuſſorem Agerinum ex intimis Agrippinæ libertis.* Suetonius Octav. *Proculum ex acceptiſſimis libertis mori coëgit.* Statim, utcumque ſilentibus libris, lege: *& miſtum in poculo.* non *ei m.* Idem.

2 *Nec locuta eſt ferocius*] Omnes Gall. & Voſſ. *non locuta.* Idem.

3 *Ne quid æger animo*] Vet. lib. *æger animi.* Sic libro primo: *Conſolantur ægram animi.* Sigonius.

Æger animo] Idem cum duobus Pall. & Sigon. *æger animi.* Lib. 1 de Lucretia: *Conſolantur ægram animi.* Lib. 2. *Ægro animi eadem illa in ſomno obverſata ſpecies.* Sicubi MSS. annuerent, ſollicitarem & lib. 2, 3. *Ita jam ſua ſponte ægris animis legati ſupervenient.* Ne omnino adſirmem retinet me eodem libro cap. 42. *Acceſſere ad ægras jam omnium mentes prodigia cæleſtia.* Lib. 25. *Ut aliqua ſolatia invenire ægro animo poſſem.* J. Fr. Gron.

averteret animum ejus, in tribunal eſcendit: & concionem advocari juſſit. Ibi Maſiniſſam primum regem appellatum, eximiiſque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, [1] ſella curuli, & ſcipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat. Addit verbis honorem, *Neque magnificentius quicquam triumpho apud Romanos, neque triumphantibus ampliorem eo ornatu eſſe. quo unum omnium externorum dignum Maſiniſſam populus Romanus ducat.* Lælium deinde, & ipſum collaudatum, aurea corona donat. & alii militares viri, prout à quoque navata opera erat, donati. [2] His honoribus mollitus regis animus, erectuſque in ſpem propinquam, ſublato Syphace, omnis Numidiæ
16 potiundæ. Scipio C. Lælio cum Syphace aliiſque captivis Romam miſſo, cum quibus & Maſiniſſæ legati profecti ſunt, ipſe ad Tuneta rurſum caſtra refert: [3] & quæ munimenta inchoaverat, permunit. Carthaginienſes, non brevi ſolum, ſed prope vano gaudio, ab ſatis proſpera in præſens oppugnatione claſſis perfuſi, poſt famam capti Syphacis, in quo plus prope, quam in Aſdrubale atque exercitu ſuo ſpei repoſuerant, perculſi, jam [4] nullo auctore belli ultra audito oratores ad pacem petendam mittunt triginta ſeniorum principes. id erat ſanctius apud illos conſilium, maximaque ad ipſum ſenatum regendum vis. Qui ubi in caſtra Romana & prætorium pervenerunt, [5] more adulantium (accepto, credo, ritu ex

1 *Sella curuli, & ſcip. ebur.*] Vet. aliquot libri: *Sella curuli eburnea, & ſcipione eburneo*, ut quemadmodum dixit, *aurea corona, aurea patera*, ſic bis dicat, *eburnea*. ſic etiam Appianus, quem credo multa à Livio ſumpſiſſe, ut Livius à Polybio: στέφανόν τε ἀπὸ χρυσῆ, καὶ σφραγῖδα χρυσῆν ἐπέμπετον, καὶ ἐλεφάντινον δίφρον. *Sigonius.*

2 *His honoribus mollitus regis animus*] Meliores: *His honoribus mollitur.* Forte, *erectus in.* J. Fr. Gron.

3 *Et qua munimenta inchoaverat permuniit*] Put. reg. Men. *permunit.* Idem.

4 *Nullo a. b. ultro audito*] Vet. lib. *ultra audito.* Sigonius.

5 *More adorantium proculbuerunt*] Vet. libri, *adulantium.* quod diſplicet. Nam Polybius principio lib. 15 de his legatis ita ait: ὑπόπτον τοῖς Ῥωμαίοις αὐτίσαντο καὶ τὴν χλῆν ἐφοσιώσασθαι, καθάπερ ἔχει ἔθος τοῖς ἀλλοεθνέσιν, ἀλλὰ καὶ πεσόντες ἅπτεσθαι τῆς χλῆνος τὰς πόδας καταφιλοῦντες τῷ συνεδρίῳ. *Idem.*

5 *More adulantium*] Quidquid eſt mem-

ex ea regione, ex qua oriundi erant) procubuerunt. Conveniens oratio tam humili adulationi fuit, non culpam purgantium, sed transferentium initium culpæ [1] in Annibalem, impotentiæque ejus fautores. Veniam civitati petebant, civium temeritate bis jam ante everſæ, incolumi futuræ iterum hoſtium beneficio. *Imperium ex victis hoſtibus populum Romanum, non perniciem petere. Paratis obedienter ſervire, quæ vellet, imperaret.* Scipio, *& veniſſe ea ſpe in Africam ſe* ait, *& ſpem ſuam proſpero belli eventu auctam, victoriam ſe, non pacem, domum reportaturum eſſe: tamen quum victoriam prope in manibus habeat, pacem non abnuere; ut omnes gentes ſciant, populum Romanum & ſuſcipere juſte bella, & finire. Leges pacis ſe has dicere. Captivos & perfugas, & fugitivos reſtituant: exercitus ex Italia & Gallia deducant: Hiſpania abſtineant: inſulis omnibus, quæ inter Italiam & Africam ſunt, decedant:* [2] *naves longas, præter viginti, omnes tradant: tritici quingenta, hordei trecenta millia modiûm.* Pecuniæ ſummam quantam imperaverit, parum convenit. alibi quinque millia talentum, alibi quinque millia pondo argenti, alibi duplex ſtipendium militibus imperatum invenio. *His conditionibus,* inquit, [3] *placeatne pax, triduum ad conſultandum dabitur. Si placuerit, mecum inducias facite, Romam ad ſenatum mittite legatos.* Ita dimiſſi Carthaginienſes, nullas recuſandas conditiones pacis quum cenſuiſſent (quippe qui moram temporis quærerent, dum Annibal in Africam trajiceret) legatos alios ad Scipionem, ut inducias facerent, alios Romam ad pacem petendam mittunt; ducentes paucos in ſpeciem captivos, perfugaſque

membranarum: *more adulantium, &, tam humili adulationi:* quæ contra Sigonium pridem probavimus. *J. Fr. Gron.*

1 *In Hannibalem impotentiaque ejus fautores*] Non mutarem: ſed Put. *potentiaque ejus.* Pal. unus: *in Hannibalem, in patrem, potentiaque ejus fautores.* Voſſ. *impatientiaque.* Idem.

2 *Naves longas præter viginti o. trad.*] Puto legendum *præter* xxx. *μὴ δὲ ναῦς ἔχειν μακρὰς πλείους τεσσάκοντα.* Facilis eſt autem menda apud Livium ex xxx reddi xx, ut ſæpe alias. *Sigon.*

3 *Placeatne pax*] Voſſ. *ſi placeant pax.* Gud. *ſi placet pax.* Haud dubie igitur: *ſi placeat pax.* Mutarunt, qui τὸ *ſi* non ceperunt pro *an.* J. Fr. Gron.

1 P. Æ-

17 gasque & fugitivos quo impetrabilior pax esset. Multis ante diebus Lælius, cum Syphace primoribusque Numidarum captivis, Romam venit: quæque in Africa gesta essent, omnia exposuit ordine Patribus; ingenti omnium & in præsens lætitia, & in futurum spe. Consulti inde Patres, Regem in custodiam Albam mittendum censuerunt: Lælium retinendum, donec legati Carthaginienses venirent. Supplicatio in quatriduum decreta est. [1] P. Ælius prætor senatu misso, & concione inde advocata, cum C. Lælio in Rostra escendit. Ibi vero audientes, fusos Carthaginiensium exercitus, devictum & captum ingentis nominis regem, Numidiam omnem egregia victoria peragratam; tacitum continere gaudium non poterant, quin clamoribus, quibusque aliis multitudo solet, lætitiam immodicam significarent. Itaque prætor extemplo edixit, *Uti æditui ædes sacras omnes tota urbe aperirent, circumeundi,* [2] *salutandique Deos agendique grates per totum diem populo potestas fieret.* Postero die legatos Masinissæ in senatum introduxit. *Gratulati primum senatui sunt, quod P. Scipio prospere res in Africa gessisset: deinde gratias egerunt, quod Masinissam non appellasset modo regem, sed fecisset; restituendo in paternum regnum: in quo post Syphacem sublatum, si ita Patribus visum esset, sine metu & certamine esset regnaturus. Dein, quod collaudatum pro concione, amplissimis decorasset donis: quibus ne indignus esset, & dedisse operam Masinissam, & porro daturum esse. Petere, ut regium nomen, ceteraque Scipionis beneficia & munera, senatus decreto confirmaret: & nisi molestum esset, illud quoque petere Masinissam, ut Numidas captivos, qui Romæ in custodia essent, remitterent. Id sibi amplum apud populares fuiurum esse.* Ad ea responsum legatis: *Rerum gestarum in Africa prospere, communem sibi cum rege gratulationem esse. Scipionem recte atque*

1 P. *Æmilius prætor*] Vet. lib. *P. Ælius prætor*, quo nomine supra etiam à Livio affectus est. *Sigon.*

2 *Salutandi deos agendique gratias*] Optimi *grates*. J. Fr. Gron.

3 *Regem*

atque ordine videri feciſſe, quod eum [1] *regem appellaverit: & quicquid aliud fecerit, quod cordi foret Maſiniſſæ, ea Patres comprobare atque laudare.* Munera, quæ legati ferrent regi, decreverunt: ſagula purpurea duo cum fibulis aureis ſingulis, & lato clavo tunicis: & equos duo phaleratos: bina equeſtria arma cum loricis: & tabernacula, militaremque ſupellectilem, [2] qualem præberi conſuli mos eſſet. Hæc regi prætor mittere juſſus. legatis in ſingulos dona ne minus quinum millium, [3] comitibus eorum millium æris: & veſtimenta bina legatis, ſingula comitibus, Numidiſque; [4] qui ex cuſtodia emiſſi redderentur regi. [5] ad hoc ædes, libera loca, lautia legatis decreta.

1 *Regem appellaſſet, & quicquid aliud feciſſet, quod honori*] Omnes Gallici & Pal. optimus cum tribus Florent & Barberino: *quod eum regem appellaverit, & quidquid aliud fecerit, quod cordi foret Maſiniſſæ.* Cur mutarunt veterem ſcripturam? An quia ſæpius de diis uſurpat Livius, *cordi eſſe*, ideo de homine non potuit? Immo & alibi de hominibus uſurpat, & præter illum alii optimi ſcriptores. *J. Fr. Gron.*

2 *Qualem præberi conſuli mos eſt*] Put. & reg. *mos eſſet.* Cicero lib. 5 ad Attic. epiſt. 18. *Sociis multo fidelioribus utimur, quam quiſquam uſus eſſet.* Nam & hic vulgarius diceremus: *uſus eſt.* Noſter lib. 37. *Tardius navigaverant regii adverſo tempore eteſiarum, quod velut ſtatum Favonius ventus eſſet.* Idem.

3 *Comitibus eorum millibus æris*] Omnes Gall. *comitibus eorum millium æris.* nam & hoc pendet à τῷ *ne minus.* Voſſ. *mille æris.* Idem.

4 *Qui ex cuſtodia miſſi*] Put. Men. Voſſ. *emiſſi.* Idem.

5 *Ad hoc ædes libera loca, lautia legatis decreta*] Vet. lib. *ædes libera, loca, lautia.* Sic lib. 28. *Locus inde lautiaque legatis præberi juſſa.* Et lib. 43. *Conſulti patres ſtantibus in comitio legatis an locum, lautia, ſenatumque darent.* Et lib. 33. *Macedones deducti extra urbem in villam publicam, ibique locus & lautia præbita.* Et lib. 42. *Ut ex inſtituto loca, lautia acciperent.* Et lib. 35. *Attalo ædes libera, locus, lautia decreta.* Et lib. 42. *Ædes libera hoſpitio data. Ædes* autem *libera* vacuæ dicuntur. *Sigon.*

Ædes libera, loca, & lautia legatis decreta] Ædes liberas interpretor, quæ nulli alii vel inquilino vel habitatori ſerviunt, quaſque, cui dabantur, & qui in eis collocabatur, ſolus cum ſua familia incoleret. Turnebus. At ego *ædes liberas* interpretor, ædes gratuito legatis à Populo Rom. traditas: hoc eſt, quarum gratia nullam penſionem penderent legati. *Locum* interpretamur, ad ſpectandum in theatro, Suetonius Auguſt. 44. *Lautia*, interpretantur munera quæ à Pop. Rom. legatis vel Principibus exteris dabantur. Ego, tantummodo munera ad quotidianum victum ſpectantia; qualia & noſtris temporibus Reſp. Veneta Principibus viris advenientibus exhibere conſuevit. *Lautia* enim quaſi lauta ſeu lautitia ſunt dicta. *Marcell. Donat.*

Ædes, libera loca] Optimus, *liberas*: alii omnes aut *liberas* aut *libera*. J. Fr. Gron.

1 *Signi-*

18 ta. Eadem æſtate, qua hæc decreta Romæ, & in Africa geſta ſunt, P. Quintilius Varus prætor, & M. Cornelius proconſul, in agro Inſubrium Gallorum cum Magone Pœno [1] ſignis collatis pugnarunt. Prætoris legiones in prima acie fuerunt: Cornelius ſuas in ſubſidiis tenuit; ipſe ad prima ſigna equo advectus: proque duobus cornibus prætor ac proconſul milites ad inferenda in hoſtes ſigna ſumma vi hortabantur. Poſteaquam nihil commovebant, tum Cornelio Quintilius: *Lentior, ut vides, ſit pugna,* inquit: *& induratus præter ſpem reſiſtendo hoſtium* [2] *timor: ac ne vertat in audaciam, periculum eſt. Equeſtrem procellam excitemus oportet, ſi turbare ac ſtatu movere volumus. Itaque vel tu, ad prima ſigna prælium ſuſtine, ego inducam in pugnam equites: vel ego hic in prima acie rem geram, tu quatuor legionum* [3] *equites in hoſtem emitte.* Utram vellet prætor muneris partem proconſule accipiente, Quintilius prætor cum filio, cui Marco prænomen erat, impigro juvene, ad equites pergit: juſſoſque eſcendere in equos, repente in hoſtem emittit. Tumultum equeſtrem auxit clamor ab legionibus additus: nec ſtetiſſet hoſtium acies, ni Mago ad primum equitum motum paratos elephantos extemplo in prœlium induxiſſet. Ad quorum ſtridorem odoremque & adſpectum territi equi, [4] vanum equeſtre auxilium fecerunt. [5] & ut permixtus, ubi cuſpide uti & cominus gladio poſſet, roboris majoris Romanus

1 *Signis collatis pugnaverunt*] Omnes Gall. *pugnarunt*. J. Fr. Gron.

2 *Timor: ac ne vertat*] Forte: *& induratus præter ſpem reſiſtendo hoſtium timor ne vertat in audaciam, periculum eſt*. Idem.

3 *Equites in hoſtem emittite*] Put. Men. Voſſ. *emitte*. Idem.

4 *Vanum equeſtre prælium fecerunt*] Vet. lib. *equeſtre auxilium*, optime: nam cum lentior eſſet peditum pugna ad movendos hoſtes, equites in aciem erant inducti, quorum tamen auxilium ab elephantorum ſtridore & odore vanum factum eſſe ait. *Sigonius*.

5 *Et ut permixtus*] Put. Reg. Men. Voſſ. Cantabr. *& ut rem perm*. Pet. *& ut eſt perm*. in cujus margine eſt *& ut in rem perm*. Sic quoque nonnulli ex editis. Lege: *& ut intermixtus*. Hæc Livii vox eſt, & latere hic videtur. 4, 56. *Turbam indignorum candidatorum intermiſcendo dignis*. 10, 20. *Intermixti hoſtibus*. 37, 38. *Sagittarii equites intermixti*. Jac. Gron.

1 Niſi

nus eques erat; ita in ablatum paventibus procul equis melius ex intervallo Numidæ jaculabantur. Simul & peditum legio duodecima, magna ex parte cæsa, pudore magis quam viribus tenebat locum: nec diutius tenuisset, [1] ni ex subsidiis tertiadecima legio in primam aciem inducta, [2] prœlium dubium expetisset, [3] Magoque ex subsidiis Gallos integræ legioni oppositset. Quibus haud magno certamine fusis, hastati legionis undecimæ conglobant sese, atque [4] elephantos jam etiam peditum aciem turbantes invadunt. in quos cum pila confertos conjecissent, nullo ferme frustra emisso, omnes retro in aciem suorum averterunt: quatuor gravati vulneribus corruerunt. Tum prima commota hostium acies; simul omnibus peditibus, [5] ut aversos videre elephantos, ad augendum pavorem ac tumultum effusis. sed donec stetit ante signa Mago, gradum sensim referentes ordines, tenorem pugnæ servabant; postcaquam [6] femine transfixo cadentem, auferrique ex prœlio prope exsanguem

1 *Nisi ex subsidiis* XIII *legio*] Put. & Men. *tertia decuma*. Alii, *tertia decima* ferè expressis literis. *J. Fr. Gron.*

2 *Prælium dubium excepisset*] Gall. & Voss. *expetisset*. *Expetere prælium* est sumere, capessere, ut *expetere pœnas*. Nostet lib. 6. *Adesse dii testes fuderis, expetite pœnas debitas simul vobis violatis, nobisque per numen vestrum deceptis.* Lib. 1. *Jam Horatius caso hoste victor secundam pugnam petebat*. Sic Plautus Mostellaria 4, 1 *expetere consilia* pro capere vel sumere. *Idem.*

3 *Magoque ex subsidiis Gallos integræ legioni oppositsset*] Hæc res non fuit caussa, cur duodecima legio teneret locum. Itaque distingue & scribe: *expetisset. Mago quoque ex subsidiis Gallos integræ legioni oppositit.* Idem

4 *Elephantos jam etiam peditum*] Voss. *elephantes etiam ped.* Gud. contra omittit *jam etiam*, quod placet. *Idem.*

5 *Ut aversos videre elephantos*] Put. *edere*. Reg. Men. Voss. *edere*. Scribe, *egere*. Pedites intelligo Romanos. *Idem.*

6 *Femine transfixo cadentem*] Vet. lib. *femore*, ut lib. 24. *Scipionis femur tragula confixum erat*. Sigonius.

Femore transfixo cad.] Miseret me docti viri, qui hoc pro *femine transfixo* supponit: præclaro argumento, quia *transfixum femur* alibi dicit Livius. Atqui idem lib. 22. *Jacentes vivos succisis feminibus poplitibusque invenerunt*. Lucretius, *fastigia surarum ac feminum pedibus fundata*. Cicero 4 Verr. *Cujus in femine literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum*. Quintilianus: *à reo femina sua ferro petita*. Suetonius Tito: *Equo quadam acie sub feminibus amisso*. Cæsar lib. 7 de bello Gall. *Teretes stipites feminis crassitudine*. Sic & legendum ex Modianis, Flor. & Dan. lib. 6 Curtii cap. 1. *Donec hasta femina perfossa plurimo sanguine effuso destituere pugnantem*. Quod nollem denuo nuper interpellatum.

Vir-

guem videre; [1] extemplo in fugam omnes verſi. [2] ad quinque millia hoſtium eo die cæſa, & [3] ſigna militaria duo & viginti capta. Nec Romanis incruenta victoria fuit: duo millia & trecenti de exercitu prætoris, pars multo maxima ex legione [4] duodecima amiſſi. inde & tribuni militum duo, M. Coſconius, & M. Mænius: tertiæ decimæ quoque legionis, quæ poſtremo prœlio affuerat, Cn. Helvius tribunus militum in reſtituenda pugna cecidit, & duo & viginti ferme equites illuſtres obtriti ab elephantis cum centurionibus aliquot perierunt: & longius certamen fuiſſet, ni vulnere ducis con-
19 ceſſa victoria eſſet. Mago proximæ noctis ſilentio profectus, quantum pati viæ per vulnus poterat, itineribus extentis, ad mare in Ligures Ingaunos pervenit. ibi eum legati ab Carthagine paucis ante diebus in ſinum Gallicum appulſis navibus adierunt, jubentes, primo quoque tempore in Africam trajicere. idem & fratrem ejus Annibalem (nam ad eum quoque iſſe legatos eadem jubentes) facturum. Non in eo eſſe Carthaginienſium res, ut Galliam atque Italiam armis obtineant. Mago, non imperio modo ſenatus periculoque patriæ motus, ſed metuens etiam, ne victor hoſtis moranti inſtaret, Ligureſque ipſi relinqui Italiam à Pœnis cernentes, ad eos quorum mox in poteſtate futuri eſſent, deficerent, ſimul ſperans leniorem in navigatione, quam in via jactationem vulneris fore, & curationi omnia commodiora, impoſitis copiis in naves profectus, vixdum ſuperata Sardinia, ex vulnere moritur: naves quoque aliquot Pœnorum

Virgilius in decimo: *Eripit à ſemine.* Quare nos veterem lectionem Gall. omnibus & Voſſiano volentibus reſtituimus. *J. Fr. Gron.*

1 *Extemplo in fugam omnes converſi*] Omnes Gall. Pal. Voſſ. *verſi.* Idem.

2 *Ad millia hoſt. eo d. c.*] Veteres libri, *ad quinque millia hoſtium.* Sigon.

3 *Signa militaria duodeviginti*] Omnes: *duo & viginti.* Ut & mox: *duo & viginti equites.* J. Fr. Gron.

4 *Duodecima amiſſa. inde & tribuni*] Put. reg. Men. Voſſ. *pars multo maxima ex legione duodecima amiſſi. inde tribuni.* Idem.

Digitized by Google

norum disjectæ in alto à classe Romana, quæ circa Sardiniam erat, capiuntur. Hæc terra marique in parte Italiæ, quæ jacet ad Alpes, gesta. [1] Consul C. Servilius, nulla memorabili re in provincia Etruria, [2] & Gallia (quoniam eo quoque processerat) gesta, [3] patre C. Servilio, & [4] C. Lutatio patruo ex servitute post sextumdecimum annum receptis, qui ad vicum Tanetum à Boiis capti fuerant; [5] hinc patre, hinc Catulo lateri circumdatis, privato magis quam publico decore insignis Romam rediit. Latum ad populum est, *ne C. Servilio fraudi esset, quod patre, qui sella curuli sedisset, vivo, quum id ignoraret, tribunus plebis atque ædilis plebis fuisset,* [6] *contra quam sanctum legibus erat.* Hac rogatione perlata, in provinciam rediit. Ad Cn. Servilium consulem, qui in Bruttiis erat, Consentia, Uffugum, Vergæ, Besidiæ, Hetriculum, Sypheum, Argentanum, Clampetia, multique alii ignobiles populi, senescere Punicum bellum cernentes, defecere. Idem consul cum Annibale [7] in agro Crotoniensi acie conflixit. Obscura ejus pugnæ fama est. Valerius An-

1 *Cos. Cn. Servilius*] *C. Servilius*, ut dixi. *Sigonius.*

2 *Et Gallia, nam eo quoque processerat*] Put. *& Gallia quo jam eo quoque.* Reg. & Men. *qua jam eo quoque.* Scribe: *in provincia Etruria & Gallia (quoniam eo quoque processerat) gesta.* J. Fr. Gron.

3 *Patre Cn. Servilio*] *C. Servilio.* Nam in Capitolino consulatu dicitur *C. Servilius C. F.* Capitolinis autem lapidibus favent etiam manuscripti libri. libro 21 pro *A. Servilio*, *C. Servilium* restituimus ex hoc loco. *Sigonius.*

4 *C. Luctatio*] *Lutatio*, ex Græc. & Capitol. auctoribus. *Idem.*

5 *Hinc patre, hinc patruo latera circumdantibus*] Put. & Voss. *hinc patre hinc Catulo.* Quod cognomen C. Lutatii patrui. Deinde omnes Gall. & Voss. *lateri.* In ultima voce differentia est. nam Pet. *circumlatus.* Reg. Men. Voss. *circumdantes.* Sed princeps omnium ille Put. *circumdatis.* Hunc ergo tutissimum sequi: *hinc patre, hinc Catulo lateri circumdatis.* Curtius lib. 4. *In duo cornua diviserat peditem, utrimque lateri equite circumdato.* J. Fr. Gron.

Hinc patre hinc Catulo] Sic quoque Cantabrig. Cæterum tacendum quoque non est paulo ante in illis *C. Lutatio patruo* vocem postremam ab libro Cantabrig. ignorari. & idem ex Voss. Gud. annotasse video patrem: atque etiam ex Put. tum hunc tum Salmasium. Viderint ergo, quorum illa donum est. *Jac. Gron.*

6 *Contra quam sancitum*] Put. duo Pall. *contra quam sanctum legibus erat.* Pal. tertius, *factum.* J. Fr. Gron.

7 *In agro Crotonensi*] *Crotoniensi* scribendum. A Crotone enim factum

Antias, quinque millia hoſtium cæſa ait. quæ tanta res eſt, ut aut impudenter ficta ſit, aut negligenter prætermiſſa. Nihil certe ultra rei in Italia ab Annibale geſtum. nam ad eum quoque legati ab Carthagine, vocantes in Africam, iis forte diebus, quibus ad Magonem, venerunt. Frendens gemenſque ac vix lacrymis temperans, dicitur legatorum verba audiſſe. poſteaquam edita ſunt mandata: *Jam non perplexe*, inquit, *ſed palam revocant, qui, vetando ſupplementum & pecuniam mitti, [1] jampridem retrahebant. Vicit ergo Annibalem non populus Romanus toties cæſus fugatuſque, ſed ſenatus Carthaginienſis obtrectatione atque invidia. neque hac deformitate reditus mei tam P. Scipio exſultabit atque efferet ſeſe, quam Hanno, qui domum noſtram, quando alia re non potuit, ruina Carthaginis oppreſſit.* Jam hoc ipſum præſagiens animo, præparaverat ante naves. itaque inutili militum turba præſidii ſpecie in oppida Bruttii agri, quæ pauca magis metu, quam fide continebantur, dimiſſa, quod roboris in exercitu erat, in Africam tranſvexit: multis Italici generis (quia in Africam ſecuturos abnuentes conceſſerant in Junonis Laciniæ delubrum, inviolatum ad eam diem) in templo ipſo fœde interfectis. Raro quemquam alium patriam [2] exilii cauſſa relinquentem, magis mœſtum abiſſe ferunt, quam Annibalem hoſtium terra excedentem. Reſpexiſſe ſæpe Italiæ littora, [3] & Deos hominesque accuſantem, in ſe quoque

ctum eſt. Ut autem *Carthago, Carthaginis, Carthaginienſem*, ſic *Croto, Crotonis, Crotonienſem* edit. *Crotona* autem *Crotonenſem*, ut *Cremona Cremonenſem*: Priſcianus. *Sigonius.*

1 *Jampridem retrahebant*] Sufficere videtur, quod eſt in optimo & melioribus: *jampridem trahebant*. J. Fr. Gron.

2 *Exilii cauſſa relinquentem magis mœſtum abiſſe ferunt, quam*] Optimi deſecant τὸ *magis*. Pall. tres: *tam mœſtum*: duo, *linquentem*. Idem.

3 *Et deos hominesque accuſantem: ſe quoque*] Τὸ *&* à fronte ſupervacuum eſſe & cancellandum cenſeo. Dein elegantius ſcripti: *in ſe quoque ac ſuum ipſius caput exſecratum*. Firmat ipſe auctor lib. 10. *Hac exſecratus in ſe hoſtesque, qua confertiſſimam cernebat Gallorum aciem, concitat equum*. Lib. 39. *Exſecratus deinde in caput regnumque Pruſiæ, & hoſpitales deos violatæ ab eo fidei teſtes invocans*. Et eodem lib. *& in caput eorum deteſtari minas periculaque, qui id ſuaſiſſent*. Lib. 40. *Execrationeſque*

quoque ac ſuum ipſius caput execratum, *Quod non cruentum ab Cannenſi victoria militem Romam duxiſſet. Scipionem ire ad Carthaginem auſum, qui conſul hoſtem in Italia Pœnum non vidiſſet. ſe centum millibus armatorum ad Traſimenum & Cannas cæſis, circa Caſilinum, Cumaſque & Nolam conſenuiſſe.* Hæc accuſans, querenſque, ex diutina poſſeſſione Italiæ eſt detractus. Romam per eoſdem dies, & Magonem & 21
Annibalem profectos allatum eſt. cujus duplicis gratulationis minuit lætitiam, & quod parum duces in retinendis iis (quum id mandatum ab ſenatu eſſet) aut animi, aut virium habuiſſe videbantur: & quod ſolliciti erant, omni belli mole in unum ducem exercitumque inclinata, quo evaſura eſſet res. Per eoſdem dies legati Saguntini venerunt, comprehenſos cum pecunia adducentes Carthaginienſes, qui ad conducenda auxilia in Hiſpaniam trajeciſſent.[1] ducentum & quinquaginta auri, octingentum pondo argenti in veſtibulo curiæ poſuerunt. Hominibus acceptis, & in carcerem conditis, auro argentoque reddito, gratiæ legatis actæ: atque inſuper munera data ac naves, quibus in Hiſpaniam reverterentur. Mentio deinde ab ſenioribus facta eſt; *Segnius homines bona quam mala ſentire.* [2] *Tranſitu in Italiam Annibalis, quantum terroris pavoriſque, ſeſe meminiſſe, quas deinde*

de

is agminibus proficiſcentium in regem. Neque aliter olim editi ab Andrea ad Magontiacenſes. Primum video omiſiſſe Frobenium. In fine omnes Gall. duo Pall. *circa Caſilinum Cumaſque & Nolam conſenuiſſe.* J. Fr. Gron.

1 *Ducenta & quinquaginta auri, octoginta*] Omnes Gallici, Voſſ. Gud. & veteres editi uſque ad Moguntinos, qui mutarunt, expreſſe: *ducentum & quinquaginta auri, octingentum.* Vide de Pec. vet. 1, 7. *Idem.*

2 *Tranſitus Hannibalis in Italiam quantum terroris pavoriſque injeciſſet, ſeſe meminiſſe*] Varie interpolatus locus. Primo omnes Gall. præter unum: *tranſitu in Italiam Hannibalis.* Pal. unus, *tranſitum in Ital. Han.* Duo reliqui cum Andrea & eum ſecutis: *tranſitum Hannibalis in Italiam.* Aldina demum, *tranſitus.* Verbum *injeciſſet* omnibus deeſt ſcriptis. Put. Men. Voſſ. & duo Pall. *pavoriſque eſſe meminiſſe.* Reg. *pavoriſque ſeſe meminiſſe.* Pet. *pavoriſque eſſet meminiſſe.* Tertius Pal. *pavoriſque ſenſerint ſeſe meminiſſe.* Andreas, Tarviſ. Ven. Bechar. *pavoriſque eſſe ſe ſemper meminiſſe.* Aſcenſius: *injeciſſe ſe ſemper meminiſſe.* Mog. *injeciſſet ſe ſemper meminiſſe.* Gryphius recidit τὸ *ſemper.* Quæ additamenta cum τῷ *injeciſſet*, orta ſunt ab illis, qui morem

de clades, quos luctus incidiſſe? Viſa caſtra hoſtium è muris urbis: quæ vota ſingulorum, univerſorumque fuiſſe? quoties in conciliis voces, manus ad cælum porrigentium, auditas: [1] En unquam ille dies futurus eſſet, quo vacuam hoſtibus Italiam bona pace florentem viſuri eſſent? Dediſſe tandem id Deos [2] ſextodecimo demum anno: [3] nec eſſe qui Diis grates agendas cenſeant. Adeone advenientem quidem gratiam homines benigne accipere; nedum ut præteritæ ſatis memores ſint. Conclamatum deinde ex omni parte curiæ eſt, uti referret P. Ælius prætor: decretumque, ut quinque dies circa omnia pulvinaria ſupplicaretur, victimæque majores immolarentur centum viginti. Jam dimiſſo Lælio, legatiſque Maſiniſſæ, quum Carthaginienſium legatos de pace ad ſenatum venientes Puteo-

Livii in obliquis ejuſmodi orationibus ſuſpendendi ſermonem per infinitivos non deprehenderant, nec bene diſtinguere poterant. Verum videtur: *Tranſitu in Italiam Annibalis, quantum terroris pavoriſque, quas deinde clades, quos luctus incidiſſe?* J. Fr. Gron.

1 *An unquam ille dies futurus eſſet*] Egregie Put. & meliores: *En unquam.* Sic priſcæ editiones, ſic plures vulgatarum ante ultimas. Et bis jam reſtituimus Livio. Formula eſt πόθεν-νὴ vehementer optantium per interrogationem. Ut apud Plautum Trinummo: *ô pater, En unquam adſpiciam te?* Virgilius: *En unquam patrios longo poſt tempore fines* &c. *videns mirabor?* Noſter lib. 9. *En unquam futurum, ut congredi armatis cum hoſte liceat?* Aut etiam indignantium. Terent. Phormione: *En unquam cuiquam contumelioſius Audiſtis factam injuriam?* Noſter lib. 4. *En unquam creditis fando auditum eſſe, Numam Pompilium, non modo non patricium, ſed ne civem quidem Romanum, ex Sabino agro accitum, populi juſſu, Patribus auctoribus, Romæ regnaſſe?* Lib. 10. *En unquam fando audiſtis, patricios primo eſſe factos, non de cœlo demiſſos.* Viderint quo jure pro ſimplici interrogatione eandem Plauto in-

fulſerint aliquot locis nuperi. Equidem rectius pleriſque puto retineri, *an unquam*, aut, *unquamne*, aut *num unquam*, quæ illi mutarunt. Valerius Maximus lib. 7 cap. 6. *En quam aliquis in acie hortaretur, ut pro ſalute conjugum ac liberorum fortiter dimicaret!* Sic legendum clamat ipſe locus. Pighius tamen, *Eamne unquam:* Lipſius, *En quem:* Colerus, *en unquam.* Idem.

2 *Sextodecimo demum poſt anno*] Put. Voſſ. alii: *ſexto decimo demum anno* expulſo τῷ *poſt.* Cicero 10 Fam. 23. *Quem triduo, cum has dabam literas, exſpectabam.* Et alibi: *Diebus octo quibus has dabam.* Lib. 15 Ep. 14. *Ut te, quem jam diu plurimi facio, tanto intervallo viderem.* Catullus: *Paucis ſi tibi dii favent, diebus.* Nec ſecus editi ante Gryphium. *Idem.*

3 *Nec eſſe qui diis gratias agendas cenſeat*] Optimus codex: *nec eſſe fuit qui deis grates agendas cenſeant.* Reg. Men. Voſſ. *nec eſſe fuit qui dei ſacratas agendas cenſeant.* Vides veram eſſe antiquiſſimi ſcripturam, niſi quod τὸ *fuit*, quid ſibi velit, non exputo. Senſus abolet, & forte ex ſequentibus apicibus ortum eſt, quos cum male expreſſiſſet librarius, quod expreſſerat, delere noluit. *Idem.*

1 *Si*

Puteolis viſos, inde terra venturos allatum eſſet; revocari C. Lælium placuit, ut coram eo de pace ageretur. Q. Fulvius Gillo, legatus Scipionis, Carthaginienſes Romam adduxit: quibus vetitis ingredi urbem, hoſpitium in villa publica, ſenatus ad ædem Bellonæ datus eſt. Orationem eandem ferme, quam apud Scipionem, 22
habuerunt; culpam omnem belli à publico conſilio in Annibalem vertentes. *Eum injuſſu ſenatus non Alpes modo, ſed Iberum quoque tranſgreſſum: nec Romanis ſolum, ſed ante etiam Saguntinis, privato conſilio bellum intuliſſe. Senatui ac populo Carthaginienſi, [1] ſi quis vere æſtimet, fœdus ad eum diem inviolatum eſſe cum Romanis. Itaque nihil aliud ſibi mandatum eſſe uti peterent, quam ut in ea pace, quæ poſtremo cum conſule Lutatio facta eſſet, manere liceret.* Quum, [2] more tradito, Patribus poteſtatem interrogandi, ſi quis quid vellet, legatos prætor feciſſet; ſenioreſque qui fœderibus interfuerant, alia alii interrogarent, [3] nec meminiſſe per ætatem (etenim omnes ferme juvenes erant) dicerent legati; conclamatum ex omni parte curiæ eſt, Punica fraude electos, qui veterem pacem repeterent, cujus ipſi non meminiſſent. Emotis deinde curia legatis, ſententiæ inter- 23
rogari cœptæ. M. Livius [4] C. Servilium conſulem, qui propior eſſet, arceſſendum, ut coram eo de pace ageretur, cenſebat. quum [5] de re majore quam quanta ea eſſet, conſultatio incidere non poſſet; non videri ſibi abſente conſulum altero, ambobuſve, eam rem agi, ſatis ex dignitate populi Romani eſſe. Q. Metellus, qui triennio

ante

1 *Si quis vera æſtimet fœdus*] Omnes Gall. optimus Pal. Voſſ. *vere*. Lib. 3. *Plus hercle aliquanto qui vere rem æſtimare velit*. J. Fr. Gron.

2 *More tradito à patribus*] Lege & diſtingue cum Freinshemio: *Quum, more tradito, Patribus*. Lib. 37, de legatis Ætolorum: *Caterum & præſentes interrogationibus undique ſenatorum, confeſſionem magis noxæ quam reſponſa exprimentium, fatigati ſunt*. Idem.

3 *Nec meminiſſe ſe per ætatem*] Omnes Gall. & Voſſ. relegant τὸ *ſe*. Vide ſupra ad lib. 28, 24. *Idem*.

4 *Cn. Servilium cos.*] *C. Servilium* ut dixi. *Sigonius*.

5 *De re majore quam quanta eſſet*] Put. reg. Men. *quam quanta ea eſſet*. Recte. *J. Fr. Gron*.

ante conſul, dictatorque fuerat, *Quum P. Scipio cædendo exercitus, agros populando, in eam neceſſitatem compuliſſet hoſtes, ut ſupplices pacem peterent; & nemo omnium verius exiſtimare poſſet, qua mente ea pax peteretur, quam is, qui ante portas Carthaginis bellum gereret; nullius alterius conſilio, quam Scipionis* [1] *accipiendam, abnuendamve pacem eſſe.* M. Valerius Lævinus, qui bis conſul fuerat, *Speculatores, non legatos veniſſe* arguebat: *jubendoſque eos Italia excedere, & cuſtodes cum iis uſque ad naves mittendos: Scipionique ſcribendum, ne bellum remitteret.* Lælius Fulviuſque adjecerunt: *Et Scipionem in eo poſitam habuiſſe ſpem pacis, ſi Annibal & Mago Italia non revocarentur.* [2] *Omnia ſimulaturos Carthaginienſes, duces eos exercituſque exſpectantes. deinde, quamvis recentium fœderum & Deorum omnium oblitos, bellum geſturos.* Eo magis in Lævini ſententiam diſceſſum. Legati pace infecta,
24 ac prope [3] ſine reſponſo, dimiſſi. Per eos dies Cn. Servilius conſul haud dubius quin pacatæ Italiæ penes ſe gloria eſſet, velut pulſum ab ſe Annibalem perſequens, in Siciliam, inde in Africam tranſiturus, trajecit. Quod ubi Romæ vulgatum eſt, primo cenſuerunt Patres, ut prætor ſcriberet conſuli, Senatum æquum cenſere in Italiam reverti eum: deinde quum prætor, ſpreturum eum literas ſuas, diceret; dictator ad idipſum creatus P. Sulpicius, pro jure majoris imperii conſulem in Italiam revocavit; reliquum anni, cum M. Servilio magiſtro equitum, [4] circumeundis Italiæ urbibus, quæ bello alienatæ fuerant, noſcendiſque ſingularum cauſſis, conſumpſit. Per induciarum tempus, & ex Sardinia ab Lentulo prætore centum onerariæ naves, cum commeatu & viginti roſtratarum præſidio, & ab hoſte & ab tempeſtatibus

1 *Accipiendam abnuendamque pacem eſſe*] Put. *abnuendamve.* J. Fr. Gron.

2 *Caterum omnia ſimulaturos*] Put. reg. Men. Voſſ. carent *τὸ caterum.* Idem.

3 *Sine reſponſo dimiſſi*] Put. *reſponſis.* Idem.

4 *Circumeundis in Italia urbibus*] Omnes Gall. optimus Pal. Andreas & Aldina: *circumeundis Italiæ urbibus.* Id.

1 *Apol-*

bus mari tuto, in Africam tranſmiſerunt. Cn. Octavio ducentis onerariis, triginta longis navibus ex Sicilia trajicienti, non eadem fortuna fuit. In conſpectum ferme Africæ proſpero curſu vectum, primo deſtituit ventus, deinde verſus in Africum turbavit, ac paſſim naves disjecit. ipſe cum roſtratis, per adverſos fluctus ingenti remigum labore enixus, [1] Apollinis promontorium tenuit. [2] onerariæ pars maxima ad Ægimurum (inſula ea ſinum ab alto claudit, in quo ſita Carthago eſt, triginta ferme millia ab urbe) aliæ adverſus urbem ipſam ad Calidas Aquas delatæ ſunt. Omnia in conſpectu Carthaginis erant. itaque ex tota urbe in forum concurſum eſt. Magiſtratus Senatum vocare, populus in curiæ veſtibulo fremere, ne tanta ex oculis manibuſque amitteretur præda. Quum quidam pacis petitæ, alii induciarum (necdum enim dies exierat) fidem opponerent; [3] permixto penè ſenatus populique concilio, conſenſum eſt, ut claſſe quinquaginta navium Aſdrubal Ægimurum trajiceret: inde per littora portuſque diſperſas Romanas naves colligeret. Deſertæ fuga nautarum, primum ab Ægimuro, dein ab Aquis onerariæ, Carthaginem puppibus tractæ ſunt. Nondum reverterant ab Roma legati, neque ſciebatur quæ ſenatus Romani de bello, aut pace ſententia eſſet, necdum induciarum dies exierat: eo indigniorem injuriam ratus Scipio, ab iis qui petiiſſent pacem & inducias, & [4] ſpem pacis & fidem induciarum violatam eſſe; legatos Carthaginem, [5] M. Bæbium, L. Sergium, L. Fabium, extemplo miſit. qui quum multitudinis

1 *Apollinis promontorium*] Ἀπόλλωνος ἄκρας, Appianus. *Sigonius.*

2 *Oneraria pars maxima ad Ægimurum inſulam*] Put. Voſſ. alii: *inſula.* Muta diſtinctionem: *ad Ægimurum (inſula ea ſinum ab alto claudit.* J. Fr. Gron.

3 *Poſtremo permixto pæne ſenatus populique concilio*] Omnes Gall. & Voſſ. expungi jubent *to poſtremo.* Idem.

4 *Spem pacis & fidem induciarum*] Omnes Gall. duo Pall. *& ſpem pacis & fidem induciarum.* Idem.

5 *L. Bebium, M. Servilium, L. Fab.*] Vet. lib. *M. Babium, L. Sergium. L. Fabium.* Polyb. corrupte Λεβίκιον Σίργιον, Λεβίκιον Σεῖπον, Λεβίκιον Φάβιον. *Sigonius.*

dinis concurſu prope violati eſſent, nec reditum tutiorem cernerent futurum; petierunt à magiſtratibus, quorum auxilio vis prohibita erat, ut naves mitterent, quæ ſe proſequerentur. Datæ triremes duæ, [1] quum ad Bagradam flumen perveniſſent, unde caſtra Romana conſpiciebantur, Carthaginem rediere. Claſſis Punica ad Uticam ſtationem habebat. ex ea [2] tres quadriremes, ſeu clam miſſo à Carthagine nuncio uti fieret, ſeu Aſdrubale, qui claſſi præcrat, ſine publica fraude auſo facinus, [3] quinqueremem Romanam ſuperantem promontorium ex alto repente aggreſſæ ſunt, ſed neque roſtro ferire celeritate ſubterlabentem poterant, neque tranſilire armati ex humilioribus in altiorem navem: & defendebatur egregie, quoad tela ſuppeditarunt. [4] quis deficientibus, quum jam nulla alia res eam, quam propinquitas terræ, multitudoque à caſtris in littus effuſa, tueri potuiſſet; concitatam remis quanto maximo impetu poterant, in terram quum immiſiſſent, navis tantum jactura facta, incolumes ipſi evaſerunt. Ita alio ſuper aliud ſcelere quum haud dubie induciæ ruptæ eſſent, Lælius Fulviuſque ab Roma cum legatis Carthaginienſibus ſupervenerunt. quibus Scipio, *Etſi non inducíarum modo fides à Carthaginienſibus, ſed* [5] *jus etiam gentium in legatis violatum eſſet; tamen*

1 *Cum ad Bagradam fl. perv.*] Polybii codex habet ἐπὶ Μάκραν ποταμόν. Quod autem Polybius ad Macram flumen, Appianus ad Promontorium Apollinis perveniſſe ſcribit. Idem Polyb. lib. 1 hujus fluminis meminit. *Sigonius.*

2 *Tres quadriremes*] Quas Polyb. τρεῖς vocat τετήρεις, Livius vertit *tres quadriremes.* Idem.

3 *Quinquerem. Roman. ſuperantem promontorium*] Quia quærit Glareanus de promontorio hoc, & de quinquereme, propterea intelligendum eſt, Apollinis promontorium auctore Appiano fuiſſe, quod Polybius item non expreſſo nomine commemoravit, ſic: ἀποπλεῖν ἐκ τοῦ ὁρμου τοῦ περισσώτατος. Ne autem de quinquereme diutius ipſe laboret, qua reverſos legatos eſſe Livius ait cum qua ratione venerint non dixerit, is ſciat verba hæc omiſſa eſſe Polybii: καὶ παραλόντες τὴν Ῥωμαϊκὴν πεντήρη. *Idem.*

4 *Quibus deficientibus quum jam nulla*] Put. *quu deficientibus.* Etiam Men. & Voſſ. *quid deficientibus:* alludentes ad veterem ſcripturam. *J. Fr. Gron.*

5 *Jus etiam gentium in legatis ſuis violatum eſſet*] Nemo Gall. agnoſcit *ſuis.* Idem.

1 *An-*

men se nihil nec institutis populi Romani nec suis moribus indignum in iis facturum esse, quum dixisset, legatis dimissis bellum parabat. [1] Annibali jam terræ appropinquanti, jussus è nauticis escendere in malum, ut specularetur quam tenerent regionem, quum dixisset, sepulchrum dirutum proram spectare, abominatus, prætervehi jusso gubernatore, [2] ad Leptim appulit classem, atque ibi copias exposuit. Hæc eo anno in Africa gesta. Insequen- 26
tia excedunt in eum annum, quo [3] M. Servilius Geminus, qui tum magister equitum erat, & [4] Ti. Claudius Nero, consules facti sunt. Cæterum exitu superioris anni quum legati sociarum urbium ex Græcia questi essent, vastatos agros ab regiis præsidiis, [5] profectosque in Macedoniam legatos ad res repetendas, non admissos ad Philippum regem: simul nunciassent, quatuor millia mi-

1 *Annibale jam terræ appropinquante*] Omnes Gall. & Voss. *Hannibali jam terræ appropinquanti*: ut regatur a verbo *dixisset*. Statim: *jussus è nautis unus ascendere in malum*. Put. & Pal. *escendere*. Sed idem optimus codex: *enuticus escendere*. Optimus Pal. *jussus è nautico descendere*. Men. *jussus nautico sinu descendere*. Forte fuit: *jussus è nauticis escendere in malum*. Sic lib. 28. *Philippus supervenit, tumultumque etiam ex terra nauticis prabuit*. Lib. 29. *Nauticos C. Lælius, qui classis præfectus erat, in navibus, ante conscendere coactos, continuit*. Lib. 41. *Nautici tabernacula detendunt*. Illud *unus* adjecit par manus illi, quæ superius cap. 15 fecerat, *fido ex servis uno accito*: ubi scribendum esse docuimus: *fidum è servis vocat*. Noli dubitare, quin vera lectio sit. *Hannibali jam terræ adpropinquanti jussus è nauticis escendere in malum, ut specularetur quam tenerent regionem, quum dixisset*. Tacitus lib. 2 Annal. *Jussusque, senioribus sacerdotum patrium sermonem interpretari, referebat*. Livius lib. 44. *Pantauchum misit ex fidissimis amicis ad ea perficienda*. Talia sunt lib. 5. *M. Cædicius de plebe nuntiavit tribunis*. Lib. 6. *Possessionemque honorum usurpati modo è plebe per paucos annos, recuperasse in perpetuum Patres viderentur*. id est, ab hominibus è plebe. *J. Fr. Gron.*

2 *Ad Leptim appulit classem*] Et parvam Leptim, & alteram, quæ Neapolis quoque dicitur, Ptolemæus tradidit: Plinius item libro 5 cap. 4. Ego hic de parva potius intelligo, quæ propior Adrumetum erat, quo paulo post venisse Hannibal dicitur, ad eam post adversam illam pugnam rediisse. *Glareanus.*

3 *M. Servilius Geminus*] Put. Men. cognomen hic relegant. Quod fortasse juvare poterit conjecturam Pighii, quam vide apud eum ad Annum DLI. *J. Fr. Gron.*

4 *T. Claudius Nero*] Vet. lib. & Capit. tab. *Ti. Claudius*. Sigonius.

5 *Missosque in Macedoniam legatos*] Omnes Gall. optimus Pal. *profectoque in Macedoniam legato*. Petav. Voss. cum uno Pal. vett. edit. *profectosque in Macedoniam legatos*. Nempe hoc significant illi. *J. Fr. Gron.*

militum [1] cum Sopatro duce trajecta in Africam dici, ut eſſent Carthaginienſibus præſidio, & pecuniæ aliquantum una miſſum; legatos ad regem, qui hæc adverſus fœdus facta videri Patribus nunciarent; mittendos cenſuit ſenatus. Miſſi C. Terentius [2] Varro, C. Mamilius, M. Aurelius. iis tres quinqueremes datæ. Annus inſignis incendio ingenti, quo clivus Publicius ad ſolum exuſtus eſt, & aquarum magnitudine, [3] ſed annonæ vilitas fuit: præterquam quod pace omnis Italia erat aperta, etiam quod magnam vim frumenti ex Hiſpania miſſam [4] M. Valerius Falto, & M. Fabius Buteo ædiles curules quaternis æris vicatim populo deſcripſerunt. Eodem anno Q. Fabius Maximus moritur, exactæ ætatis; ſiquidem verum eſt, augurem duos & ſexaginta annos fuiſſe, quod quidam auctores ſunt. Vir certe fuit dignus tanto cognomine, vel ſi novum ab eo inciperet. Superavit paternos honores, avitos æquavit. Pluribus victoriis, & majoribus prœliis avus inſignis Rullus; ſed omnia æquare unus hoſtis Annibal poteſt. Cautior tamen quam promptior hic habitus fuit: & ſicut dubites, utrum ingenio cunctator fuerit, an quia ita bello proprie, quod tum gerebatur, aptum erat; ſic nihil certius eſt, quam unum hominem nobis cunctando rem reſtituiſſe, ſicut Ennius ait. Augur in locum ejus inauguratus Q. Fabius Maximus, filius: in ejuſdem locum pontifex (nam duo ſacerdotia habuit) Ser. Sulpicius Galba. Ludi Romani diem unum, plebeii ter toti inſtaurati ab ædilibus, M. Sex-

1 *Cum Sopatro duce trajecta in Africam duci*] Voſſ. *cum Sopatro trajecta in Africam duce.* Sed Put. *cum Sopatro duce trajecta in Africam dici.* J. Fr. Gron.

2 *Varro, C. Manlius*] Veter. lib. *C. Mamilius.* Sigonius.

3 *Et annona vilitate fuit*] Put. *aquarum magnitudinem ſi annona vilitas fuit.* Sic & Men. Voſſ. optimus Pal. niſi quod hi, *ſed &.* Diſtingue & ſcribe: *Annus inſignis incendio ingenti, quo clivus Publicius* (ſic enim Put. reg. non *publicus*) *ad ſolum exuſtus eſt, & aquarum magnitudine; ſed annona vilitas fuit.* Ratio elegantiſſima variandi orationem. *J. Fr. Gron.*

4 *M. Val. Falco*] Capit. tab. *Falto.* Sigonius.

1 *M. Se-*

[1] M. Sextio Sabino, & C. Tremellio Flacco. ii ambo prætores facti, & cum iis C. Livius Salinator, & C. Aurelius Cotta. Comitia ejus anni, utrum [2] C. Servilius consul habuerit, [3] an (quia eum res in Etruria tenuerint, quæstiones ex senatusconsulto de conjurationibus principum habentem,) dictator ab eo dictus P. Sulpicius; incertum ut sit, diversi auctores faciunt. Prin- 27
cipio insequentis anni, M. Servilius, [4] Ti. Claudius, senatu in Capitolium vocato, de provinciis retulerunt. Italiam atque Africam in sortem conjici, Africam ambo cupientes, volebant. cæterum M. Metello maxime annitente, neque data, neque negata est Africa. Consules jussi cum tribunis plebis agere, ut si iis videretur, populum rogarent, quem vellet in Africa bellum gerere. Omnes tribus P. Scipionem jusserunt. nihilominus consules provinciam Africam (ita enim senatus decreverat) in sortem conjecerunt. Ti. Claudio Africa evenit, ut quinquaginta navium classem, omnes quinqueremes, in Africam trajiceret, parique imperio cum Scipione imperapera-

1 *M. Sestio Sab.*] Vet. lib. *M. Sextio Sabino.* Sigonius.

2 *Cn. Servilius Cos.*] C. Servilius vet. lib. ut dixi. *Idem.*

3 *An qu. e. res in Etr. tenuerint, quæstiones ex scitu de*] Vet. lib. *tenuerit.* Neminem futurum esse arbitror qui non in interpretanda voce illa *scitu* laboret, & merito: est enim mendosissima. ego autem pro certo habeo, *ex SC.* id est, *ex senatusconsulto*, esse restituendum. me in hanc sententiam ducit similis erroris, cujus supra memini, observatio: *Alius præfectum notantibus*, pro *alius SC. præfectum notantibus.* Compendiosa enim scriptura hujus vocis SC. dici non potest quæ portenta sæpe pepererit. De sensu autem hujus lectionis nemo est, qui dubitare possit. *Idem.*

An q. e. res in E. tenuerit, q. ex SC.---incertum ut] Vocis *res* in antiquissimo codice unica tantum litera *ſ* extat. Ergo nec cæteri Gall. nec Pall. eam habent. Omnes vero, ut & editi ante Sigonium: *tenuerint.* Sed egregie idem *ex SC.* Denique Puteani. reg. *incertum ut sit diversi.* Men. *incertum si duo auctores.* Pet. & Voss. *incertum ut diversi.* Andreas: *sic incertum diversi.* Puto legendum: *an, quia eum in Etruria tenuerint quæstiones ex senatusconsulto de conjurationibus principum habenda, dictator ab eo dictus P. Sulpicius, incertum ut sit, diversi auctores faciunt.* Vix tamen est, ut non inculcatæ hæ duæ voces videantur. *J. Fr. Gron.*

Incertum ut sit, diversi auctores faciunt] Sic lib. 22. *Casilinum pro Casino dux ut acciperet, fecit.* Plautus Amphitruone: *propterea quod me meus herus fecit ut vigilarem.* Idem.

4 *T. Claudius*] Vet. lib. *M. Servilius & Ti. Claudius.* Sigonius.

1 *Si*

perator eſſet. M. Servilius Etruriam ſortitus: in eadem provincia & C. Servilio prorogatum imperium, [1] ſi conſulem manere ad urbem ſenatui placuiſſet. Prætores, M. Sextius Galliam eſt ſortitus, ut duas legiones provinciamque traderet ei P. Quintilius Varus; C. Livius Bruttios cum duabus legionibus, quibus P. Sempronius proconſul priore anno præfuerat; Cn. Tremellius Siciliam, ut ab P. Villio Tappulo Prætore prioris anni provinciam & duas legiones acciperet; [2] Villius proprætor viginti navibus longis, militibus mille, oram Siciliæ tutaretur: inde M. Pomponius, viginti navibus reliquis, mille & quingentos milites Romam deportaret. C. Aurelio Cottæ urbana evenit. cæteris ita, uti quiſque obtinebant provincias exercituſque, prorogata imperia. Sexdecim non amplius eo anno legionibus defenſum imperium eſt. Et ut placatis Diis omnia inciperent agerentque, ludos quos M. Claudio Marcello, T. Quintio Conſulibus, T. Manlius dictator, quaſque hoſtias majores voverat, ſi per quinquennium illud reſpublica eodem ſtatu fuiſſet, [3] ut eos ludos conſules, priuſquam ad bellum proficiſcerentur, facerent. Ludi in circo per quatriduum facti: hoſtiæque, quibus votæ erant Diis, cæſæ.
28 Inter hæc ſimul ſpes, ſimul cura indies creſcebat: [4] nec ſatis certum conſtare apud animum poterat, utrum gaudio dignum eſſet, Annibalem, poſt ſextum decimum annum, ex Italia decedentem, vacuam poſſeſſionem ejus

1 *Si conſulem remorari ad urbem*] Put. reg. Men. Pal. opt. *ſicut manere.* Petav. & Pal. alter: *ſi conſulem manere.* Et hoc ſignificant illi. Andreas & Aldina: *ſi conſules manere.* J. Fr. Gronovius.

2 *Villius proprator cum viginti navibus*] Omnes Gall. abjiciunt *τὸ cum.* Deinde: *ſi per quinquennium illud reſpublica.* Put. & reg. non agnoſcunt pronomen. *Idem.*

3 *Ut eos conſules, priuſquam ad bellum*] Habent omnes repetitum: *ut eos ludos conſules, priuſquam ad bellum proficiſcerentur, facerent.* Quod homines non bellos ſuſtuliſſe credo. *Idem.*

4 *Nec ſat. c. c. apud animos poterat - - - dignius*] Omnes Gall. duo Pall. Andreas & Aldina: *conſtare apud animum poterat, utrum gaudio dignum eſſet.* Illud mutarunt, opinor, quia de pluribus agitur, hoc quia ſequitur, *magis metuendum*: utrumque mendoſe & ſine cauſſa. *Idem.*

ejus reliquiſſe populo Romano, an magis metuendum, quod incolumi exercitu [1] in Africam tranſiſſet. *Locum nimirum, non periculum mutatum, cujus tanta dimicationis vatem, qui nuper deceſſiſſet, Q. Fabium haud fruſtra canere ſolitum; graviorem in ſua terra futurum hoſtem Annibalem, quam in aliena fuiſſet. nec Scipioni aut cum Syphace inconditæ barbariæ rege, [2] cui Statorius ſemilixa ducere exercitus ſolitus ſit, aut cum ſocero ejus Aſdrubale, fugaciſſimo duce, rem futuram, aut tumultuariis exercitibus, ex agreſtium ſemiermi turba ſubito collectis: ſed cum Annibale, prope nato in prætorio patris fortiſſimi ducis, alito atque educato inter arma; puero quondam milite, vix dum juvene imperatore: qui ſenex vincendo factus, Hiſpanias, Gallias, Italiam ab Alpibus ad fretum monumentis ingentium rerum compleſſet, [3] ducere exercitum æqualem ſtipendiis ſuis; duratum omnium rerum patientia, quas vix fides ſit homines paſſos: perfuſum millies cruore Romano: exuvias [4] non militum tantum, ſed etiam imperatorum portantem. Multos otcurſuros Scipioni in acie, [5] qui prætores, qui imperatores, qui conſules Romanos ſua manu occidiſſent, muralibus vallaribuſque in-*

1 *In Africam trajeciſſet*] Omnes Gall. & Voſſ. *tranſiſſet*. J. Fr. Gron.

2 *Qui ſtatarios ſemilixas ducere exercitus ſol. ſit*] Vet. lib. *qui ſtatarius ſemilixa ducere exercitum ſolitus ſit*. Ego, *qui ſtatarium ſemilixam ducere exercitum*. Nam ſtatarius, & ſemilixa militibus magis congruunt, quam imperatori & regi. Itaque ubi de Annibale loquitur, hæc opponit: *Ducere exercitum æqualem ſtipendiis ſuis*, i. qui tot ſtipendia confecerit, quot imperator, quem puerum militem factum eſſe dixit. Hæc quærenti Glareano. *Sigonius.*

Qui ſtatarios ſemilixas ducere exercitus ſolitus ſit] Ne glorietur Sigonius: quærenti Glareano aut nihil hic aut male reſpondit. Veram lectionem è fidiſſimis codd. erutam nobis hic habes: *cui Statorius ſemilixa ducere exercitus ſolitus ſit*. Deque illa lib. 4 Obſervationum egimus. Ad aliquam tamen ejus lucem reſpice lib. 24, 48. *J. Fr. Gron.*

3 *Ducere exercitum æqualem ſtipendiis ſuis*] Omnino, *duceret*. nam *perfuſum*, quod ſequitur, non ad *Hannibalem*, ſed ad *exercitum* pertinet. *Idem.*

4 *Non militum modo, ſed etiam*] Parum intereſt, ſed omnes Gall. *exuvias non militum tantum, ſed etiam*. Idem.

5 *Qui prætores, qui conſules*] Put. reg. Men. duo Pall. Voſſ. editi ante Gryphium: *qui prætores, qui imperatores, qui conſules Romanos*. Vulgo duæ mediæ voces abſunt: nos eas ab interprete non eſſe judicavimus, quod præter conſules prætoreſque alio imperii nomine duces Romanos ab Annibale cæſos aliquos ex hiſtoria meminineramus. *Idem.*

insignes coronis, pervagatos capta castra, captas urbes Romanas. Non esse hodie tot fasces magistratibus populi Romani, quot captos ex cæde imperatorum [1] *præferre posset Annibal.* Has formidines agitando animis, ipsi curas & metus augebant etiam, quod quum assuessent per aliquot annos bellum ante oculos aliis atque aliis in Italiæ partibus lenta spe, in nullum propinquum debellandi finem gerere, erexerant omnium animos Scipio & Annibal, velut ad supremum certamen comparati duces. Ii quoque, quibus ingens erat in Scipione fiducia, & victoriæ spes, quo magis in propinquam eam imminebant animis, [2] eo curæ intentioris erant. Haud dispar habitus animorum Carthaginiensibus erat. quos, modo, petisse pacem, intuentes Annibalem ac rerum gestarum ejus magnitudinem, pœnitebat: modo, quum respicerent, bis sese acie victos, Syphacem captum, pulsos se Hispania, pulsos Italia, atque ea omnia unius virtute & consilio Scipionis facta, velut fatalem eum ducem in exitium suum natum, hor-

29 rebant. [3] Jam Adrumetum venerat Annibal. unde ad reficiendum ex jactatione maritima militem, paucis diebus sumptis, excitus pavidis nunciis, omnia circa Carthaginem obtineri armis, afferentium, magnis itineribus Zamam contendit. [4] Zama quinque dierum iter ab Carthagine abest. inde præmissi speculatores, quum excepti à custodibus Romanis deducti ad Scipionem essent; tra-

1 *Præ se ferre posset Hannibal*] Put. Men. Voss. *præferre*. J. Fr. Gron.

2 *Eo curæ intentioris erant*] Sic nemo scriptorum: sed, *eo curas intentiores*: sine πῷ *erant*. Suspicor Livium dedisse: *Iis quoque, quibus ingens erat in Scipione fiducia, victoriæ spes, quo magis in propinquam eam imminebant animis, & curas intenderat*. Idem.

3 *Jam Adrumentum perven.*] Vet. lib. *Adrumetum*, recte. Appianus enim Ἀδρύμητον. Polybius & Stephanus Ἀδρύμητα edunt. *Sigonius.*

Jam Adrumetum pervenerat Annibal] Omnes Gall. Voss. optimus Pal. *Jam Adrumetum venerat Annibal*. J. Fr. Gron.

4 *Zama quinq. dier. iter ab Carth. abest*] Sic Polybius: Μετὰ δὲ πλείους ἡμέρας ἀναζεύξας ἐκ τῆς Οὔτης ἦλθεν εἰς Ἀδρύμητα τόπων, ἐφεξῆς δὲ καταστρατοπεδεύσει πρὸς Ζάμαν. αὕτη δ' ἐστὶ πόλις ἀπέχουσα Καρχηδόνος ὡς πρὸς τὰς δύσεις ὁδὸν ἡμερῶν πέντε. *Sigonius.*

1 *Trad.*

[1] traditos eos tribunis militum, jussosque omisso metu visere omnia, per castra, qua vellent circumduci jussit: [2] percunctatusque, satin' per commodum omnia explorassent, datis qui prosequerentur, retro ad Annibalem dimisit. Annibal nihil quidem eorum quæ nunciabantur (nam & Masiniſſam cum sex millibus peditum, quatuor equitum venisse, eo ipso forte die, afferebant) læto animo audivit; maxime hostis fiducia, [3] quæ non de nihilo profecto concepta est, perculsus. Itaque, quamquam & ipse caussa belli erat, & [4] adventu suo turbaverat & pactas inducias, & spem fœderum; tamen, si integer, quam si victus peteret pacem, [5] æquiora impetrari posse ratus, nuncium ad Scipionem misit, ut colloquendi secum potestatem faceret. Id utrum sua sponte fecerit, an publico consilio; neutrum cur affirmem habeo. Valerius Antias, primo prœlio victum eum à Scipione, quo duodecim millia armatorum [6] in acie sunt cæsa, mille & septingenti capti, legatum cum aliis decem legatis tradit in castra ad Scipionem venisse. Cæterum Scipio quum

1 *Trad. e. tribunis milit.*] Vet. lib. *tribuno militum.* nihil præstantius: sic enim Polyb. συχνους αὐτοῖς χιλιάρχοις, ἐπέταξε πάντα καθαρῶς ἀναδεῖξαι τὰ κατὰ τὴν παρεμβολήν. *Sigon.*

2 *Percunctatusque satin percommode*] Put. reg. Men. Voss. Pal. unus: *satin per commodum omnia explorassent.* Et hæc gemmula nobis auctoribus reddita Livio est. Lib. 10. *Donec vel ipse, si per commodum reipublicæ posset, Romam venisset.* Lib. 22. *Primo quoque tempore, quantum per commodum reipublicæ fieri posset, Romam veniret.* Lib. 31. *Ipse, si per commodum reipublicæ posset, ad comprimendum Gallicum tumultum proficisceretur.* Lib. 37. *Mandatum eidem, si per commodum reipublicæ facere posset, ut ad comitia Romam rediret.* Sed quod proprie ad hunc locum lib. 42. *Ubi consul, cui provincia Macedonia obvenisset, classem appellere tuto & copias per commodum exponere posset.* Ubi male Sigonius, *percommode.* Cæsar apud Ciceronem lib. 14 ad Attic. epist. 1. *Cum M. Cicero sedeat, nec suo commodo me convenire possit.* Et sequenti: *Cum tam diu sedens meum commodum exspectet.* J. Fr. Gron.

3 *Quæ non de nihilo profecto concepta est*] Immo, *esset.* Est enim cogitatio Annibalis, non adfirmatio Livii. *Idem.*

4 *Adventu suo pactas inducias*] Omnes Gall. & Pall. Voss. *turbaverat & pactas inducias & spem fœderum.* Idem.

5 *Æquiorem impetrari posse ratus*] Idem omnes, uno solo Pal. excepto, nec non editi ante Gryphium: *æquiora impetrari posse ratus.* Idem.

6 *In acie sunt cæsa*] Lege *sint.* Idem.

1 *Ex*

Digitized by Google

quum colloquium haud abnuiſſet, [1] ambo ex compoſito duces caſtra protulerunt, ut coire ex propinquo poſſent. Scipio [2] haud procul Nadagara urbe, tum ad cætera loco opportuno, tum quod aquatio intra teli conjectum erat, conſedit. Annibal tumulum à quatuor millibus inde, tutum commodumque alioqui, niſi quod longinquæ aquationis erat, cepit. ibi in medio locus conſpectus undique, ne quid inſidiarum eſſet, delectus. Summotis pari ſpatio armatis cum ſingulis interpretibus congreſſi ſunt, non ſuæ modo ætatis maximi duces, ſed omnis ante ſe memoriæ, omnium gentium cuilibet regum imperatorumve pares. Pauliſper alter alterius conſpectu, admiratione mutua prope attoniti conticuere. Tum Annibal prior, [3] *Si hoc ita fato datum erat, ut qui primus bellum intuli populo Romano, quique toties prope in manibus victoriam habui, is ultro ad pacem petendam venirem;* [4] *lator te mihi ſorte potiſſimum datum, à quo peterem. Tibi quoque inter multa egregia non in ultimis laudum hoc fuerit, Annibalem,* [5] *cui tot de Romanis ducibus victoriam Dii dediſſent, tibi ceſſiſſe: teque* [6] *huic bello, veſtris prius quam noſtris cladibus inſigni, finem*

1. *Ex compoſito duces*] Vet. lib. *ambo ex compoſito duces.* Sigonius.

2 *Haud procul Nadagra urbe*] Vet. lib. *Nargara.* Polybius: πρὸς τὴ πόλιν Μάργαεσν. Hanc urbem Ptolomæus nominat Ναργαεσάν. *Idem.*

Haud pr. Nadagara] *Naraggara* legitur in vetuſtiſſimo libro cœnobii Carthuſiani Aulæ Dei in agro Cæſaraug. teſte Surita ad itinerar. Antonini. Polybius hoc loco πόλιν Μάργαεσν vocat lib. 15, Ptolomæus Ναργαεσάν. *Henr. Valeſius.*

Nadagara] Put. Men. Buſlid. *Naraggara.* ut & Ptolomæo Antonino-que hanc urbem vocari ſubmonuit Rubenius. Polybio Μάργαεσν. niſi corruptum vocabulum eſt. *J. Fr. Gron.*

3 *Si hoc ita fato datum fuerat*] Hujus orationis magna pars eſt apud Polyb. Incipit autem apud eum Annibal ab ea ſententia: *Optimum fuerat eam patribus noſtris mentem datam ab diis eſſe.* Sigonius.

4 *Lator te mihi potiſſimum datum*] Sic primus Gryphius: priores cum ſcriptis: *Lator te mihi ſorte potiſſimum datum.* Sic lib. 6. *Volſcos velut ſorte quadam prope in æternum exercendo Romano militi datos.* Et rurſum proprie: *Adjutor ex tribunis ſorte L. Furius datus.* Lib. 37. *Ego tamen ſorte quadam nutrienda Gracia datus.* J. Fr. Gron.

5 *Cui de tot Romanis*] Omnes Gall. Voſſ. & veteres illæ: *cui tot de Romanis ducibus.* Idem.

6 *Huic bello veſtra prius*] Iidem & ſcripti & editi cum duobus Pall. *huic bello veſtris plus quam noſtris cladibus inſigni.*

Digitized by Google

finem impoſuiſſe. [1] *Hoc quoque ludibrium caſus ediderit fortuna, ut cum patre tuo conſule ceperim arma, cum eodem primum Romano imperatore ſigna contulerim; ad filium ejus inermis ad pacem petendam veniam. Optimum quidem fuerat, eam patribus noſtris mentem datam ab diis eſſe, ut & vos Italiæ & nos Africæ imperio contenti eſſemus: neque enim ne vobis quidem Sicilia ac Sardinia ſatis digna pretia ſunt pro tot claſſibus, tot exercitibus,* [2] *tot tam egregiis amiſſis ducibus. Sed, præterita magis reprehendi poſſunt, quam corrigi. Ita alienæ appetivimus, ut de noſtris dimicaremus, nec in Italia ſolum vobis bellum,* [3] *nobis in Africa eſſet: ſed & vos in portis veſtris prope ac mœnibus ſigna*

ſigni. Sed hic *plus* librariorum errorem eſſe puto. *J. Fr. Gron.*

1 *Hoc quoque ludibrium fortuna caſus ediderit*] Nihil huic ſententiæ deeſt, contra quam putat Glareanus. Dictum eſt autem, ut illud: *Tibi non in ultimis laudum hoc fuerit.* Sigonius.

Hoc quoque ludibr. fortuna caſus ediderit.] Put. *Hoc quoque ludibrium caſus ediderit fortuna, ut cum patre.* Regius: *caſus ediderit & fortuna.* Pet. Men. Pal. Buſlid. Voſſ. *caſus dederit an fortuna.* Editum ab Andrea ad Frobenium uſque video: *fortuna an caſus ediderit.* In tot varietatibus tutiſſimum eſt ſequi codicem antiquiſſimum, in cujus ſcriptura nihil eſt incommodi, modo τὸ *caſus* accipias gignendi caſu. Senſus: hunc quoque ludicrum caſum quaſi jocata fortuna ediderit. Plancus ad Ciceronem 10 Famil. 8. *Cum in eum caſum me fortuna demiſiſſet.* Cicero lib. 4 Tuſcul. *Quemcumque caſum fortuna invenerit.* Ad Atticum 8, 1. *Quemcumque fors tulerit caſum.* Cæſar lib. 6 Gall. *Quantum in bello fortuna poſſit, & quantos afferat caſus.* Salluſtius Jugurthino: *Siccenſes hortatur, uti cohortes ab tergo circumveniant: fortunam illis præclari facinoris caſum dare.* Juſtinus lib. 27. *Caſum tam indignæ fortunæ miſerantes.* Lib. ult. *Per omnes caſus fortuna quadam ſervatus.* Petronius: *Cum ſimilis nos caſus in eandem fortunam retuliſſet.* Florus lib. 2, 8. *Quodam caſu, quaſi induſtria ſic adgubernante fortuna.* Fatentur minus placere viri docti, & acceſſiſſe aliquid aliunde ſuſpicantur. Ego vero, ſcripſiſſe Florum: *Quadam caſum quaſi induſtria ſic adgubernante fortuna.* Ut intelligas, quadam quaſi induſtria fortunæ (ut *induſtria fatorum* alibi eidem) ſic regente & adgubernante caſum. Epitome lib. 18. *Quærente deinde fortuna, ut magnum utriuſque caſus exemplum in Regulo proderetur.* Glareanus quum legeret, ut in editionibus antiquis eſſe diximus, manifeſte putabat deſiderari, *incertum eſt*, vel *dubito.* Ei ſcrupulo nec recte occurrit Sigonius: neque enim is erat de formula, *Hoc ediderit*, ſed de hac locutione, *fortuna an caſus*: quæ tamen ſic quoque concepta ſatis eſt Latina. *J. Fr. Gron.*

2 *Tot tamque egregiis amiſſis*] Omnes ſcripti: *tot tam egregiis amiſſis ducibus*: abſque conjunctione, ut libro præcedenti cap. 21. *Idem.*

3 *Nobis in Africa eſt*] Scripti, *eſſet.* Ergo muta diſtinctionem: *Ita alienæ appetivimus, ut de noſtris dimicaremus, nec in Italia ſolum vobis bellum, nobis in Africa eſſet.* Idem.

ſigna armaque hoſtium vidiſtis; & nos ab Carthagine [1] *fremitum caſtrorum Romanorum exaudimus. Quod igitur nos maxime abominaremur, vos ante omnia optaretis; in meliore veſtra fortuna* [2] *de pace agitur: agimus ii, quorum & maxime intereſt pacem eſſe, & qui quodcumque egerimus, ratum civitates noſtræ habituræ ſint. animo tantum nobis opus eſt non abhorrente à quietis conſiliis.* [3] *Quod ad me attinet; jam ætas, ſenem in patriam revertentem unde puer profectus ſum, jam ſecundæ, jam adverſæ res, ita erudierunt, ut rationem ſequi quam fortunam malim. Tuam & adoleſcentiam, & perpetuam felicitatem ferociora utraque, quam quietis opus eſt conſiliis, metuo. Non temere incerta caſuum reputat, quem fortuna nunquam decepit. Quod ego fui ad Traſimenum, ad Cannas, id tu hodie es. Vix dum militari ætate imperio accepto omnia audaciſſime incipientem nuſquam fefellit fortuna. Patris & patrui* [4] *perſecutus mortem, ab calamitate veſtræ domus decus inſigne virtutis pietatiſque eximiæ cepiſti; amiſſas* [5] *Hiſpanias reciperaſti, quatuor inde Punicis exercitibus pulſis;* [6] *conſul creatus, quum cæteris ad tutandam Italiam parum animi eſſet, tranſgreſſus in Africam, duobus hic exercitibus cæſis, binis eadem hora* [7] *captis ſimul incenſiſque caſtris, Syphace potentiſſimo rege capto, tot urbibus regni ejus, tot noſtri imperii ereptis, me ſextumdecimum jam annum hærentem in poſſeſſione Italiæ detraxiſti.* [8] *Poteſt victo-*

1 *Fremitum caſtrorum Romanorum exaudivimus*] Omnes: *exaudimus.* J. Fr. Gron.

2 *De pace agitur: agimuſque ii*] Omnes omiſſa copulativa, *agimus ii.* Id.

3 *Quod ad me attinet*] Put. reg. Men. Voſſ. *Quod ad me attinebat.* Idem.

4 *Perſecutus mortem & calamitate veſtra domus*] Vitium recentiſſimarum: nam ſuperiores & codex Petavii & duo Pall. *ex calamitate.* Reg. *at calamitatem.* Men. *& calamitatem.* Put. *ad calamitate.* Scribe: *Patris & patrui perſecutus mortem ab calamitate veſtra domus decus inſigne virtutis pietatiſque eximia cepiſti.* Idem.

5 *Hiſpanias reciperaſti*] Put. *reciperaſti.* Idem.

6 *Conſul creatus quum*] In his verbis incomparabilis ille Puteanorum codex finitur, magno noſtro & Livii damno. Jam ad reliqua ſpiſſius & non ita bonis tibicinibus fulti ſecedemus. *Idem.*

7 *Captis ſimul incenſiſque caſtris*] Voſſ. *Captis ſum olim incenſiſque*, & ad marginem, *ſumma vi.* Idem.

8 *Poteſt victoriam malle*] Voſſ. duo Pal. Men. *Poteſt victoriam inquam malle.* Latet aliquid. Forte: *victoriam ambiguam.* Idem.

victoriam malle, quam pacem, animus. [1] *Novi vobis ſpiritus magis magnos quam utiles, & mihi talis aliquando fortuna affulſit. Quod ſi in ſecundis rebus, bonam quoque mentem darent Dii; non ea ſolum quæ eveniſſent, ſed etiam ea, quæ evenire poſſent, reputaremus. Ut omnium obliviſcaris aliorum, ſatis ego documenti in omnes caſus ſum. Quem modo caſtris inter Anienem atque urbem veſtram poſitis,* [2] *ac jam prope ſcandentem mœnia Romæ videras;* [3] *hic cernis, duobus fortiſſimis viris fratribus clariſſimis imperatoribus orbatum, ante mœnia prope obſeſſæ patriæ, quibus terrui veſtram urbem, ea pro mea deprecantem. Maxima cuique fortunæ minime credendum eſt. In bonis tuis rebus, noſtris dubiis, tibi ampla ac ſpecioſa danti eſt pax: nobis petentibus magis neceſſaria, quam honeſta. Melior tutiorque eſt certa pax, quam ſperata victoria. hæc in tua, illa in Deorum manu eſt. Ne tot annorum felicitatem, in unius horæ dederis diſcrimen. Cum tuas vires, tum vim fortunæ, Martemque belli communem, propone animo. Utrimque ferrum, corpora humana erunt. nuſquam minus quam in bello eventus reſpondent.* [4] *Non tantum ad id quod data pace jam habere potes, ſi prælio vincas, gloriæ adjeceris; quantum ademeris, ſi quid adverſi eveniat. Simul parta*

AC

1 *Novi vobis ſpiritus*] Voſſ. tres Pall. reg. Pet. Men. neſciunt τὸ *vobis*. Et ſatis intelligitur: ut in illo Silii: *Novi diu animos ſimiles & pectora magnis Nunquam angusta malis.* J. Fr. Gron.

2 *Ac jam prope ſcandentem mœnia Romæ videras*] Sic lib. 3. *Æſquilias quidem ab hoſte prope captas, & ſcandentem in aggerem Volſcum hoſtem nemo ſubmovit.* At hic *Romæ* Gruteri, opinor, eſt: reliquum primus apud me Gryphius. Andreas & omnes ad Saveter. & Froben. *veſtram poſitis ſigna inferentem ad mœnia Romana videras.* Neque aliter Pet. reg. Men. Pal. Voſſ. niſi quod omnes damnant τὸ *videras*. Pal. alius: *poſitis ſigna inferentem ac prope ſcandentem mœnia Romana videras.* Ex tali aliquo videtur formatum, quod vulgatur. Sed tota illa lacinia ſuſpecta eſt, tamquam aſſuta ab aliquo, cui non placebat *ſigna ferri ad mœnia*. Retineo omnem membranarum ſcripturam. Nec opus τῷ *videras*, quippe quod ſufficiat intelligi ex ſequentibus: *hic cernis*. Idem.

3 *Hic cernis duob. fortiſſ. viris fratribus*] Tres fratres amiſerat Hannibal, Haſdrubalem, Magonem, Hannonemque. Quod autem hic duos duntaxat numeret, cum oratorie ſua augere incommoda vellet, in cauſa fuiſſe puto, vel quod Hanno inter duces nominari non debuerit, vel quod Livius hic alios auctores ſit ſecutus. *Glareanus.*

4 *Non tantum gloriæ adjeceris*] Quaſi ante oculos habuiſſet illud Ciceronis de Provinc. conſular. *Si denique timeret caſum aliquem, qui illi tantum addere jam non poteſt, quantum auferre,* J. Fr. Gron.

ac ſperata decora unius horæ fortuna evertere poteſt. Omnia in pace jungenda tuæ poteſtatis ſunt, P. Corneli: tunc ea habenda fortuna erit, quam Dii dederint. Inter pauca felicitatis virtutiſque exempla M. Atilius quondam in hac eadem terra [1] *fuiſſet, ſi victor pacem petentibus dediſſet patribus noſtris: ſed* [2] *non ſtatuendo tandem felicitati modum, nec cohibendo efferentem ſe fortunam, quanto altius elatus erat, eo fœdius corruit. Eſt quidem ejus, qui dat, non qui petit, conditiones dicere pacis: ſed forſitan non indigni ſimus,* [3] *qui nobiſmetipſis mulctam irrogemus. Non recuſamus, quin omnia, propter quæ bellum initum eſt, veſtra ſint; Sicilia, Sardinia, Hiſpania; quicquid inſularum toto inter Africam Italiamque continetur mari. Carthaginienſes, incluſi Africæ littoribus, vos (quando ita Diis placuit) externa etiam terra marique videamus regentes imperia. Haud negaverim, propter non nimis ſincere petitam aut exſpectatam nuper pacem, ſuſpectam eſſe vobis Punicam fidem. multum per quos petita ſit, ad fidem tuendæ pacis pertinet, Scipio. Veſtri quoque (ut audio) Patres nonnihil etiam ob hoc, quia parum dignitatis in legatione erat, negaverunt pacem. Annibal peto pacem: qui neque peterem niſi utilem crederem: & propter eandem utilitatem tuebor eam,* [4] *propter quam petii. & quemadmodum, quia à me bellum cœptum eſt, ne quem ejus pœniteret, quoad ipſi invidere Dei, præſtiti: ita annitar, ne quem pacis per*
31 *me partæ pœniteat.* Adverſus hæc imperator Romanus in hanc

1 *Fuiſſet, ſi victor pacem petentibus dediſſet patribus noſtris*] Et ſic primus mecum Gryphius. Andreas & priores: *fuiſſe fertur, quaſi victor pacem petentibus patribus noſtris abnuit: ſed non ſtatuendo.* Voſſ. Pal. Men. *fuiſſe fertur, qui ſi victor pacem petentibus abnuit non ſtatuendo.* Quibus etiam detrahendum aliquid, nempe *fuiſſe fertur:* tantum abeſt, ut addendum quidquam exiſtimem, ut fuerit: *Inter pauca felicitatis virtutiſque exempla M. Atilius, quondam in hac eadem terra, quaſi victor, pacem petentibus abnuit: non ſtatuendo tandem.* J. Fr. Gron.

2 *Non ſtatuendo tandem felic.*] Vox *tandem* in MSS. non apparet. *Jac. Gron.*

3 *Qui nobiſmet ipſis mulctam irrogemus*] Lege: *nobiſmet ipſi*, ut eſt in regio. Sumpſit hunc ſenſum ab Herodoto in Calliopa de Mantinenſibus: Μαντινῆς ὦν ὅπως σφέων ἔχωσι τῆς συμβολῆς, συμφορὴν ἐποιεῦντο μεγάλην, ἄξιοί τε ἐόντες εἶ σοφίας ζημιῶσαι. *J. Fr. Gron.*

4 *Pr. quam petiit*] Veter. lib. *peto.* Sigonius.

1 *Manu*

hanc fere ſententiam reſpondit. *Non me fallebat, Annibal, adventus tui ſpe Carthaginienſes & præſentem induciarum fidem, & ſpem pacis turbaſſe. neque tu id ſane diſſimulas, qui de conditionibus ſuperioribus pacis omnia ſubtrahas, præter ea, quæ jampridem in noſtra poteſtate ſunt. Cæterum, ſicut tibi curæ eſt, ſentire cives tuos, quanto per te onere leventur: ſic mihi laborandum eſt, ne quæ tunc pepigerunt, hodie ſubtracta ex conditionibus pacis præmia perfidiæ habeant. Indigni, quibus eadem pateat conditio, ut etiam proſit vobis fraus, petitis. Neque patres noſtri priores de Sicilia, neque nos de Hiſpania fecimus bellum. & tunc Mamertinorum ſociorum periculum, & nunc Saguntı excidium nobis pia ac juſta induerunt arma. Vos laceſſiſſe, & tu ipſe fateris, & Dei teſtes ſunt: qui & illius belli exitum ſecundum jus faſque dederunt; & hujus dant & dabunt. Quod ad me attinet, & humanæ infirmitatis memini, & vim fortunæ reputo, & omnia quæcumque agimus, ſubjecta eſſe mille caſibus ſcio. Cæterum quemadmodum ſuperbe, & violenter me faterer facere, ſi priuſquam in Africam trajeciſſem, te tua voluntate cedentem Italia & impoſito in naves exercitu ipſum venientem ad pacem petendam aſpernarer: ſic nunc, quum prope [1] manu conſerta reſtitantem ac tergiverſantem [2] in Africam attraxerim, nulla ſum tibi verecundia obſtrictus. Proinde ſi quid [3] ad ea, in quæ tum pax conventura videbatur (quæ ſint, noſti:) mulctæ navium cum commeatu per inducias expugnatarum, legatorumque vio-*

1 *Manu conſerta reſtitantem ac tergiverſantem*] Gall. tres Pall. Voſſ. Buſlid. editique ante Moguntinum: *conſertum*. Ut videatur reſpicere illud antiqui fori, *ex jure manu conſertum*. *Attraxerim* autem, quod è ſuo profert Sigonius, non modo omnium ſcriptorum eſt, ſed & olim editorum ab Andrea uſque ad Frobenium. Gryphius primus inter meos *traduxerim*. J. Fr. Gron.

2 *In Afr. traduxerim*] Vezer. lib. *attraxerim*. Sigonius.

3 *Ad ea, in quæ tum pax conv. vid. quæ ſint, noſti, mulctæ*] Gall. & Voſſ. τὲ *in* tollunt. Putes dictum, ut Terentii in Andria: *Ubi ea cauſa, quam ob rem hæc faciunt, erit adempta, deſinent*. Quale Virgilii: *ad muros, quam dicitur urbem*. Quale noſtri lib. 2 cap. 20 *ſua cohorti, quam delectam manum*. Ubi vide notas. Deinde, *quæ ſint, noſti*, nuſquam. Scripti autem: *videbantur, quæ ſi multæ:* aut, *quaſi multæ:* aut *quæ ſi multa*. Lege: *Proinde, ſi quid ad ea, quæ tum pax conventura videbatur, quaſi mulcta navium cum commeatu per inducias expugnatarum legatorumque violatorum*, adjicitur, eſt quod referam ad conſilium. J. Fr. Gron.

violatorum adjicitur; eſt quod referam ad conſilium. Sim illa quoque gravia videntur, bellum parate, quoniam pacem pati non potuiſtis. Ita infecta pace, ex colloquio ad ſuos quum ſe recepiſſent; [1] fruſtra verba jactata renunciant. armis decernendum eſſe, habendamque eam fortunam, quam
32 Dii dediſſent. In caſtra ut eſt ventum, pronunciant ambo, *Arma expedirent milites, animoſque ad ſupremum certamen, non in unum diem, ſed in perpetuum, ſi felicitas adeſſet, victores.* [2] *Roma an Carthago jura gentibus darent, ante craſtinam noctem ſcituros. neque enim Africam, aut Italiam, ſed orbem terrarum victoriæ præmium fore; par periculum præmio, quibus adverſæ pugnæ fortuna fuiſſet.* nam neque Romanis effugium ullum patebat in aliena ignotaque terra: & Carthagini ſupremo auxilio effuſo adeſſe videbatur præſens excidium. Ad hoc diſcrimen procedunt poſtero die duorum opulentiſſimorum populorum duo longe clariſſimi duces, duo fortiſſimi exercitus; multa ante parta decora, aut cumulaturi eo die aut everſuri. Anceps igitur ſpes & metus miſcebant animos: contemplantibuſque, modo ſuam, modo hoſtium aciem, quum oculis magis quam ratione penſarent vires, ſimul læta, ſimul triſtia obverſabantur. quæ ipſis ſua ſponte non ſuccurrebant, ea duces admonendo atque hortando ſubjiciunt. Pœnus, ſedecim annorum in terra Italia res geſtas, tot duces Romanos, tot exercitus occidione occiſos; & ſua cuique

1 *Fruſtra verba pacata renunciant*] Si ita legas nullum ſenſum, aut certe non commodum elicias. In vet. lib. aliquot eſt: *fruſtra verbis pacata renunciant.* Hinc ego ita: *fruſtra verbis tentatam rem nunciant*, id eſt, de pace verbis fruſtra agitatum referunt. Annibal enim colloquium petierat Scipionis, quaſi fretus eloquentia ſua rem peracturus. Hanc lectionem tanto magis probo, quod ſubjungit ἐκρίθησαν, *armis decernendum eſſe.* Sigonius.

Fruſtra verbis tentatam rem nuntiant] Reg. *verba pacata renunciant.* Pet. *verba peccata renunciant.* Men. & Voſſ. *verba precata renuntiant.* Pal. *verba peracta renunciant.* Duo alii cum olim editis ut regius. Scribe: *fruſtra verba jactata renuntiant, armis decernendum eſſe.* Vulgata Sigonii eſt. Vide ad lib. 38, 25. *J. Fr. Gron.*

2 *Roma an Carthago jura gentibus daret*] Gall. & Voſſ. *darent.* J. Fr. Gronovius.

Digitized by Google

cuique decora, ubi ad insignem alicujus pugnæ memoria militem venerat, referebat. Scipio, Hispanias, & recentia in Africa prœlia, & confessionem hostium: quod neque non petere pacem propter metum, neque manere in ea præ insita animis perfidia potuissent. [1] ad hoc, colloquium Annibalis in secreto habitum, ac liberum fingenti, qua velit flectit. *Ominatur, quibus quondam auspiciis patres eorum pugnaverint ad Ægateis insulas, ea illis exeuntibus in aciem portendisse Deos. adesse finem belli, ac laboris. In manibus esse prædam Carthaginis, reditum domum in patriam, ad parentes, liberos, conjuges, penatesque Deos.* [2] celsus hæc corpore, vultuque ita læto, ut vicisse jam crederes, dicebat. Instruit deinde primos hastatos; post eos principes: triariis postremam aciem clausit. Non confertas autem 33
cohortes [3] ante sua quamque signa instruebat, sed manipulos aliquantum inter se distantes, ut esset spatium, quo elephanti hostium accepti nihil ordines turbarent. Lælium (cujus ante legati, eo anno quæstoris extra sortem ex senatusconsulto opera utebatur) cum Italico equitatu ab sinistro cornu, Masinissam Numidasque ab dextro oppositi. vias patentes inter manipulos antesignа-

1 *Ad hoc colloquium A. in s. h. ac liberum fingenti qua velit flecti, ominatur, quibus quondam auspiciis patres --- in aciem portendisse deos, adesse fin. b. ac laboru*] Loci hujus obscuritas, quæ magna est, sola verborum interpunctione non levatur solum, sed etiam tollitur. Quomodo autem sit interpungendus, intelligetur, si sensus ante fuerit patefactus. Scipio, inquit, suis militibus referebat Hispanias victas, & recentia in Africa prœlia, & confessionem hostium, pacem petentium, ad hoc colloquium Annibalis in secreto habitum: ac quoniam liberum est fingenti quocunque velit, oratione deduci, ominatur finem hujus belli adesse, quod quibus auspiciis priore bello patres eorum pugnaverint ad Ægates insulas, ea illis hoc tempore in aciem exeuntibus portenderint. Ex quo intelligi potest, verba illa, *liberum fingenti qua velit flecti.* item hæc: *quibus quondam auspiciis*, usque ad *portendisse deos*, duplici parenthesi esse includenda. Continent enim causam, & cur ominaretur, & cur victoriam ominaretur. Glareanus adeo à vero sensu abhorruit, ut vox illa, *fingenti*, ad Scipionem, an ad Annibalem referretur dubitarit. *Sigonius.*

2 *Adeo celsus hac corpore vultuque ita læto*] Ignorant particulam *adeo* scripti. *J. Fr. Gron.*

3 *Ante sua quemque signa*] Reg. Men. Voss. *quamque*: ut referatur ad cohortes. *Idem.*

gnanorum velitibus (ea tunc levis armatura erat) complevit. dato præcepto, ut, ad impetum elephantorum, aut poſt rectos refugerent ordines, aut in dextram lævamque diſcurſu applicantes ſe anteſignanis, viam, qua irruerent in ancipitia tela, belluis darent. Annibal ad terrorem [1] primum elephantos (octoginta autem erant, quot nulla umquam in acie ante habuerat) inſtruxit: deinde auxilia Ligurum, Gallorumque, Baleáribus, Mauriſque admixtis; in ſecunda acie Carthaginienſes Afroſque, & Macedonum legionem; modico inde intervallo relicto ſubſidiariam aciem Italicorum militum (Bruttii plerique erant, vi ac neceſſitate plures quam ſua voluntate diſcedentem ex Italia ſecuti) inſtruxit. Equitatum etiam ipſum circumdedit cornibus: dextrum Carthaginienſes, ſiniſtrum Numidæ tenuerunt. Varia adhortatio erat in exercitu inter tot homines; quibus non lingua, [2] non mores, non lex, non arma, non veſtitus habituſque, non cauſſa militandi eadem eſſet. Auxiliaribus, & præſens, & multiplicata merces ex præda oſtentatur. *Galli proprio atque inſito in Romanos odio accenduntur. Liguribus campi uberes Italiæ, deductis ex aſperrimis montibus, in ſpem victoriæ oſtentantur. Mauros Numidaſque Maſiniſſæ impotenti futuro dominatu terret. Aliis aliæ ſpes ac metus jactantur. Carthaginienſibus mœnia patriæ, Dii penates, ſepulchra majorum, liberi cum parentibus, conjuges pavidæ, aut excidium ſervitiumque, aut imperium orbis terrarum; nihil aut in metum, aut in ſpem medium oſtentatur.* [3] Quum maxime hæc imperator

1 *Primum elephantos*] *Primos* Cantabrigienſis, etſi ſolus, quod ſcio, veram tamen Livii manum prodens, haud dubie. Sic 25, 27 nunc edidimus ex MSS. & monente patris manu, *ubi prima tranquillitas maris in altum evexiſſet*, vulgo *primum*. Sic 31, 45. *Ubi prima tranquillitas data eſt*. 24, 47. *Eos primos Pœni hoſti oppoſuerunt*. Jac. Gron.

2 *Non mores, non lex*] Cantabrig. Voſſ. Gud. *non mos*. De aliis ſcriptis non habeo affirmare. Hic tamen numerus mutari temere non debuit. 28, 12. *Quibus non lex, non mos, non lingua communis*. Cicero 3 Offic. *Neque more turpe haberi neque aut lege ſarciri*. Idem.

3 *Quum &c. ap. Carthaginienſes ducem ſuar.*] Locus leviter corruptus literis, &

ratōr apud Carthaginienſes, duces ſuarum gentium inter populares, plerique per interpretes inter immixtos alienigenis, agerent, [1] tubæ cornuaque ab Romanis cecinerunt: tantuſque clamor ortus, [2] ut elephanti in ſuos, ſiniſtro maxime cornu, verterentur; Mauros ac Numidas. Addidit facile Maſiniſſa perculſis terrorem, nudavitque ab ea parte aciem equeſtri auxilio. Paucæ tamen beſtiarum intrepidæ in hoſtem actæ, inter velitum ordines cum multis ſuis vulneribus ingentem ſtragem edebant. reſilientes enim ad manipulos velites, quum viam elephantis ne obtererentur, feciſſent; [3] in eos ancipites ad ictum utrimque conjiciebant haſtas: nec pila ab anteſigna-

& diſtinctione prorſus enervatus. In Pet. reg. Men. Voſſ. eſt *inter immixtos alienigenis.* Lib. 26. *Carthaginienſes Romanique pariter variis caſibus immixti.* Lib. 27. *Turba calonum immixta armatis.* Reliqua adjuti à Freinshemio ſic conſtituimus: *Quum maxime hæc imperator apud Carthaginienſes, duces ſuarum gentium inter populares, plerique per interpretes inter immixtos alienigenis, agerent.* Intellige duces ſuarum gentium, Mauros Maurorum, Hiſpanos Hiſpanorum, Gallos Gallorum, Macedonas Macedonum: quæ cohortes, manipuli, legiones quum non ſinceræ omnino eſſent, ſed permixtæ varia nationum colluvie, nonnulli duces ex his quæ apud ſuos vernaculo ſermone pronuntiabant, per interpretes cæteris indicabant. *J. Fr. Gron.*

1 *Tubæ, cornuaque ab Romanis cecinere.*] Polybius utrinque increpuiſſe ait: ἅμα τῷ παταχθῆναι τὰς σάλπιγγας καὶ τὰς βυκάνας ἀναβοῆσαι. Et Appianus: Ἀννίβας μὲ σαλπίγγων κατάρξας, Σκιπίων ϑ ἀντηχεῖν κελεύσας. *Sigonius.*

2 *Ut elephanti in ſuos verterent*] At ex vet. lib. *verterentur* eſt legendum, aut *verterent*, pro verterentur, accipiendum. Sic enim Polybius: πρὸ μὲν ἀμφοτέρων τῶν σημείων, ὥρμησαν ἐπὶ τὰ πλάγια τῶν ἐλεφάντων ἐκ τῶν Καρχηδονίων Νομάδων. *Idem.*

3 *In ancipites ad ictum utrimque conjiciebant haſtas*] In prima hoc invenio Pariſia Saveterii 1529. Omnes priores ab Andrea ad Juntam 1522, *in eos ancipites:* ut & nonnulli ſcripti: quaſi referri velint ad *beſtias.* Voſſianus, regius, & alii ignorant. Cæterum vir nobiliſſimus & eruditiſſimus hic *ancipites haſtas* dici cenſet, non quod in ſummo & imo cuſpidem haberent, ut haſtæ equeſtres, ſed quod propter levitatem, etiam retrorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, nullo negotio poſſent conjici, quum pila aliaque graviora tela non ſine niſu & converſione totius corporis recte contorqueri poſſent. Ego ſi putarem ſic locutum Livium neutram interpretationem admitterem, ſed explicarem, ab utroque miſſas latere. Ut paullo ante: *viam, qua irruerent in ancipitia tela, beluis darent.* Et lib. 37. *Armatos duobus agminibus ad promuntoria, quæ cornibus objectis ab alto portum faciunt, ducit, inde facile telis ancipitibus hoſtem ſummoturus.* Sed dixit potius *ancipites ad ictum* elephantos, id eſt, ab ambobus lateribus infeſtatos, anxios, & quo ſe verterent, neſcios. Virgilius in quinto: *At ma-*

ſignanis ceſſabant; donec undique incidentibus telis exacti ex Romana acie, hi quoque in ſuo dextro cornu ipſos Carthaginienſium equites in fugam verterunt. Lælius, ut turbatos vidit hoſtes, addit perculſis terrorem.
34 Utrimque equite nudata erat Punica acies; quum pedes concurrit, nec ſpe, nec viribus jam par. [1] ad hoc, dictu parva, ſed magni eadem in re gerenda momenti res; congruens clamor à Romanis eoque major & terribilior; diſſonæ illis, ut gentium multarum diſcrepantibus linguis, voces. pugna Romana ſtabilis, & ſuo & armorum pondere incumbentium in hoſtem: concurſatio & velocitas illinc major, quam vis. Igitur primo impetu extemplo movere loco hoſtium aciem Romani. [2] ala deinde & umbonibus pulſantes, in ſummotos gradu illato, aliquantum ſpatii, velut nullo reſiſtente, inceſſere, urgen-

tres primo ancipites oculiſque malignis Ambigua. Anceps utrimque ſeſe eodem modo habens, hinc & illinc capitatum, in utramque partem idem, ſive ob naturam rei, ſive ob ingenium loci, ſive ob effectum. Sic *anceps Janus* Ovidio bifrons. *Ancipitia munimenta* noſtro 5, 1, in quibus hæſit Glareanus. *Anceps prælium* eodem libro & ſexto: *Quum anceps hoſtis & à fronte & à tergo urgeret. Ancipiti malo* permotum dicit Salluſtius Ciceronem, quod & in urbe & extra portas erat. *Anceps odium* transfugarum Livius lib. 27, tam apud illos, quibus accedunt, quam apud illos, quos deſerunt. *Ancipitem peſtem*, hinc incendium, hinc hoſtem lib. 35. Sic *ancipites arces* Claudiano vindicavimus, quæ tantum metus & periculi quantum præſidii præſtant. Ut noſter de elephantis lib. 37. *Quam anceps eſſet auxilii genus.* Et *ancipitem fungum* in Satira legimus, quem verendum eſt ne noceat: atque adeo idem *cibus anceps* Plinii. Sic nunc hic Livius. *Velites*, qui compleverant intervalla inter manipulos, actis eodem elephantis locum dantes & *reſilientes ad manipulos, utrimque*, ab dextra ſcilicet lævave, *jacitabant haſtas.* quo, quæſo? *in ancipites ad ictum*, utrimque expoſitos & patentes ad telorum ictum elephantos. *J. Fr. Gron.*

1 *Ad hoc dictu parva, ſed magni eadem in re gerenda momenti res*] Reg. Men. Voſſ. & à manu prima Pet. tum tres Pall. τῆς *res* deficiuntur. Nec dubito quin ſit à ſarcinatoribus. Nam τὸ *parva*, refertur numero plurali ad omnia quæ ſequuntur, *clamor, voces, pugna ſtabilis, concurſatio & velocitas.* Prorſus eodem modo, ut lib. 24, 5. *Hunc tam ſuperbum apparatum habitumque convenientes ſequebantur, contemtus omnium hominum, ſuperbæ aures* &c. ubi pares correctores τὸ *mores*, quod nullis eſt in bonis codicibus, inſeruerunt. Nec ſilebo tamen eoſdem ſcriptos libros habere hic, *magna momenta*, ſi cui forte potius id placeat. *Idem.*

2 *Ala deinde & umbonibus pulſantes*] Parum refert: tamen regius: *umbone.* Men. Voſſ. Pal. *umboni.* Martialis lib. 3 Epigr. 46. *In turbam inciderit; cunctos umbone repellet.* Idem.

1 *Pa-*

gentibus & noviſſimis primos, ut ſemel motam aciem ſenſere; quod ipſum vim magnam ad pellendum hoſtem addebat. Apud hoſtes, auxiliares cedentes ſecunda acies Afri & Carthaginienſes adeo non ſuſtinebant, ut contra etiam, ne reſiſtentes pertinaciter primos cædendo ad ſe perveniret hoſtis, pedem referrent. Igitur auxiliares terga dant repente: & in ſuos verſi, partim refugere in ſecundam aciem, partim non recipientes cædere: uti paulo ante non adjuti, & tunc excluſi. Et prope duo jam permixta prœlia erant, quum Carthaginienſes ſimul cum hoſtibus, ſimul cum ſuis cogerentur conſerere manus. non tamen ita perculſos iratoſque in aciem accepere; ſed denſatis ordinibus, in cornua, vacuumque circa campum extra prœlium ejecere, ne [1] pavidos fuga, vulneribuſque milites, in certam & integram aciem miſcerent. Cæterum tanta ſtrages hominum armorumque, locum, in quo ſteterant paulo ante auxiliares, compleverat, ut prope difficilior tranſitus eſſet, quam per confertos hoſtes fuerat. itaque qui primi erant haſtati, per cumulos corporum armorumque, & tabem ſanguinis, qua quiſque poterat, ſequentes hoſtem, & ſigna & ordines confuderunt. principum quoque ſigna [2] fluctuari cœperant, vagam ante ſe cernendo aciem. Quod Scipio ubi vidit, receptui propere canere haſtatis juſſit: & ſauciis in poſtremam aciem ſubductis, principes triariosque in cornua inducit; quo tutior firmiorque media haſtatorum acies eſſet. Ita novum de integro prœlium ortum eſt: quippe ad veros hoſtes perventum erat, & armorum genere, & uſu militiæ, & fama rerum geſtarum, & magnitudine vel ſpei vel periculi pares. [3] Sed & numero

1 *Pavidos fuga vulneribuſque milites in certam*] Voſſ. *pavido* &c. *milite in cateram*. Men. quoque & Pal. *in cateram*. Egregie regius: *ne pavido fuga vulneribuſque milite ſinceram & integram aciem miſcerent*. J. Fr. Gron.

2 *Fluctuare cœperant vagam ante ſe cernentes*] Scripti: *fluctuari cœperant vagam ante ſe cernendo aciem*. Vide lib. 4 Obſerv. cap. 6. *Idem*.

3 *Sed numero ſup. Rom.*] Vet. lib. *Sed & numero*. Sigonius.

mero Romanus ſuperior erat, & animo: quod jam equites, jam elephantos fuderat: jam prima acie pulſa, in ſecundam pugnabat. In tempore Lælius ac Maſiniſſa pulſos per aliquantum ſpatii ſecuti equites, revertentes in averſam hoſtium aciem incurrere. [1] Is demum equitum impetus fudit hoſtem. multi circumventi in acie cæſi: multi per patentem circa campum fuga ſparſi, tenente omnia equitatu, paſſim interierunt. Carthaginienſium ſociorumque cæſa eo die ſupra millia viginti: par ferme numerus captus eſt, cum ſignis militaribus centum triginta tribus, elephantis undecim. [2] Victores ad duo millia cecidere. Annibal cum paucis equitibus inter tumultum elapſus, Adrumetum perfugit: omnia & in prælio, & ante aciem, priuſquam excederet pugna, expertus. & confeſſione etiam Scipionis, omniumque peritorum militiæ, illam laudem adeptus, ſingulari arte aciem eo die inſtruxiſſe. *Elephantos in prima fronte: quorum fortuitus impetus atque intolerabilis vis, ſigna ſequi, & ſervare ordines (in quo plurimum ſpei ponerent) Romanos prohiberet. Deinde auxiliares ante Carthaginienſium aciem, ne homines mixti colluvione omnium gentium, quos non fides teneret, ſed merces, liberum receptum fugæ haberent: ſimul [3] primum ardorem atque impetum hoſtium excipientes fatigarent; ac [4] ſi nihil aliud, vulneribus ſuis ferrum hoſtile hebetarent. Tum, ubi omnis ſpes eſſet, milites*

1 *Is demum impetus perculit hoſtem*] Apud primum invenio Gryphium. Andreas: *Is demum equitum impetus perculit hoſtem.* Et ſic omnes deinceps cum ultimis Moguntinis. Aldus, Juntas, Savet. Frobenius: *Is demum equitum impetus fudit hoſtem.* Idque adſerunt ſcripti. *J. Fr. Gron.*

2 *Victores ad decem millia etc.*] Suſpicor legendum, *ad duo millia.* Hanc enim edit ſummam Polybius, quem in reliquis etiam ſequitur: ἔπεσον δὲ τῶν μὲν Καρχηδονίων ὑπὲρ τοὺς χιλίους πεντακοσίους. Idem autem prope poſt, *Supra mille quingentos*, & *ad duo millia.* Ita etiam Appianus. *Sigonius.*

3 *Primum ardorem hoſtium*] Veter. lib. *primum ardorem atque impetum hoſtium.* Idem.

4 *Si nihil aliud vulneribus ſuis ferrum hoſtile*] Et ſic primus mihi Gryphius. Dedit autem etiam: *ſimul primum ardorem hoſtium excipientes fatigarent* &c. Sigonius addidit è ſcripto, *atque impetum.* Sed jam olim Andreas & omnes ad poſtremum Frobenium: *ſimul primum ardorem atque impetum hoſtium excipientes fatigarent, ac ſi nihil aliud,*

Digitized by Google

milites Carthaginienſes Afroſque : ut omnibus rebus aliis pares, eo quod integri cum feſſis ac ſauciis pugnarent, ſuperiores eſſent : Italicos intervallo quoque diremptos, incertos ſocii an hoſtes eſſent, in poſtremam aciem ſummotos. Hoc edito velut ultimo virtutis opere, Annibal quum Adrumetum refugiſſet, accituſque inde Carthaginem ſexto ac trigeſimo poſt anno, quam puer inde profectus erat, rediſſet; faſſus in curia eſt, non prœlio modo ſe, ſed bello victum, nec ſpem ſalutis alibi quam in pace impetranda eſſe. Scipio 36
confeſtim à prœlio expugnatis hoſtium caſtris direptiſque, cum ingenti præda ad mare ac naves rediit; nuncio allato, [1] P. Lentulum cum quinquaginta roſtratis, centum onerariis, omni genere commeatus, ad Uticam acceſſiſſe. Admovendum igitur undique terrorem perculſæ Carthagini ratus, [2] miſſo Lælio Romam cum victoriæ nuncio, Cn. Octavium terreſtri itinere ducere legiones

aliud, alii miſſilibus, alii vulneribus ſuis ferrum hoſtium hebetarent. A quo hoc uno differunt membranacei, quod ignorant, *fatigarent ac ſi nihil aliud.* Et exterantur ſane, quum nihil ſit incommodi priſca in ſcriptura. Dicit enim Livius auxiliares primos oppoſitos Romanis, ut alii primum ardorem impetumque hoſtium, miſſilibus excipientes, tardarent atque hebetarent; alii vulneribus ſuis ferrum eorundem obtunderent. Vides idem verbum commode ad utrumque genus referri. Juſtinus lib. 6. *Rei quoque publicæ vires hebetatæ ſunt.* Joſephus lib. XIII. καὶ ὁ σίδηρος αὐτοῖς ἀμβλυώθη κλείνουσι καὶ αἱ χεῖρες παρείθησαν. *J. Fr. Gronov.*

1 *P. Lentulum*] Mendoſe ita vocari pro *Cn.* putat Pighius ad annum DL. *Idem.*

2 *Miſſo Lælio Romam cum vict. nunc.*] Appianus: καὶ τὸν ὁπλαρχῆς τῶν αἰχμαλώτων ἔπεμπε, καὶ Λαίλιον ἐξαγγέλοντα αὖθις νίκης ὁδὸν ἰοῦν. Glareanus Livium hoc loco ſui oblitum putat, quod Lælium Romam miſerit victoriam nunciaturum, cum paulo poſt tres legati mittantur. *Sigonius.*

Miſſo Lælio Romam cum victoriæ nuncio] Delendum omnino eſt illud *cum.* Quis enim credet id veniſſe à Livio, quem videas ſcribere, 26, 51. *Scipio Lælium data quinquereme captivisque in navem impoſitis, nuncium victoriæ Romam mittit.* 28, 17. *L. Scipio cum multis nobilibus captivis nuncius receptæ Hiſpaniæ Romam eſt miſſus.* 9, 36. *Legati cum duobus tribunis lætati ſerius ſe, quam ut impedire bellum poſſent, veniſſe, nuncii victoriæ Romam revertuntur.* 36, 20. *Eo gravis vulneribus Alexander Acarnan nuncius adverſæ pugnæ quum perfugiſſet.* 44, 32. *Anicius bello perfecto nuncium victoriæ Perpernam Romam miſit.* Et cap. 45. *Conſul nuncii victoriæ Q. Fabio filio, L. Lentulo & Q. Metello cum literis Romam miſſis* &c. Denique 6, 22. *Literæ Romam ad ſenatum cum victoriæ nuncius acriores in Præneſtinum hoſtem miſſæ.* Jac. Gron.

1 *Ut*

nes Carthaginem jubet: ipſe ad ſuam veterem nova Lentuli claſſe adjuncta, profectus ab Utica portum Carthaginis petit. Haud procul aberat, quum velata infulis ramiſque oleæ Carthaginienſium occurrit navis. Decem legati erant principes civitatis, auctore Annibale miſſi ad petendam pacem. qui cum ad puppim prætoriæ navis acceſſiſſent, velamenta ſupplicum porrigentes, orantes, implorantesque fidem & miſericordiam Scipionis; nullum iis aliud reſponſum datum, quam [1] ut Tunetem venirent: eo ſe moturum caſtra. ipſe [2] ab contemplato ſitu Carthaginis, [3] non tam noſcendi in præſentia, quam deprimendi hoſtis cauſſa, Uticam, eodem & Octavio revocata, rediit. Inde procedentibus ad Tunetem nuncius allatus, Verminam Syphacis filium cum equitibus pluribus, quam peditibus, venire Carthaginienſibus auxilio. [4] pars exercitus cum omni equitatu Saturnalibus primis

1 *Ut Tunetem venirent*] Scripti & hic & mox, *Tunetam*. Suſpicor *Tuneta*, ut alibi quoque. *J. Fr. Gron.*

2 *Ab contemplato ſitu Carthaginis*] MSS. *ad contemplandum ſitum*. Forte: *ab contemplando ſitu Carthaginis*. Sic enim malle interdum veteres quam *contemplando ſitum*, ſæpius diximus. *Idem.*

3 *Non tam noſcendi in præſentia quam terrendi hoſtis cauſſa*] Pet. reg. Men. *quam deprimendi hoſtis cauſſa*. Lib. 13. *Æquari velle ſimulando ita ſe quiſque extollat, ut deprimat alium*. Lib. 37. *Alios nimium deprimatis ex ſociis veſtris, alios præter modum extollatis*. Seneca de Vita beat. cap. 22. *Cum in hac unum genus virtutis ſit, non inclinari, nec deprimi*. Florus 4, 4. *Ad deprimendum juvenem palam arma moliri*. Idem.

4 *Pars e. cum o. equitatu miſſa, turmalibus primis in agmine aggreſſa Num.*] Vet. lib. *turmalibus primum agmen aggreſſa, Numidas*. Sigonius.

▶ *Equitatu miſſa, turmalibus primum*] Antea legebatur, *primis*, leviori corruptione. quam lectionem ſervat unus ex Pal. & ſic ab Aſcenſio ſive Bechario editiones ad Sigonium, qui addidit vulneri vulnus ſcribendo: *primum*. Nam Pet. regius, Men. duo Pall. Barberin. optimi Florent. Voſſ. *Pars exercitus cum omni equitatu Saturnalibus primis agmen aggreſſa, Numidas levi certamine fudit*. Andreas, Tarviſ. duæ Venetæ voce auctiores: *equitatu miſſa Saturnalibus primis agmen*. Sed hæc aliunde, non ab Livio eſt. *Saturnalibus primis* nihil aliud eſt quam deſignatio temporis & diei, quo ea pugna pugnata. Sic auctor de bello Hiſpanienſi: *ita ipſis Liberalibus fuſi fugatique non ſuperfuiſſent, niſi in eum locum confugiſſent, ex quo erant egreſſi*. Cicero lib. 5 ad Attic. *Saturnalibus mane ſe mihi Pindeniſſa dediderunt*. Plutarchus Pompeio: χειμῶνος ἤδη πλοῦς ἐγκλείων ἐν τῇ χώρᾳ καλλαβόντος, καὶ τὰ Κρονικὰ; ἑορτὴν τοῖς Ῥωμαίοις καθιστάντος. Saturnalia menſe Decembri erant pluſculorum dierum: ex his primus dicebatur *prima Saturnalia* vel *Kalenda*

primis agmen aggreſſa, Numidas levi certamine fudit. exitu quoque fugæ intercluſo, à parte omni circumdatis equitibus, quindecim millia hominum cæſa, mille & ducenti vivi capti ſunt, & equi Numidici mille & quingenti: [1] ſigna militaria ſeptuaginta duo. Regulus ipſe inter tumultum cum paucis effugit. Tum ad Tunetem eodem, quo antea, loco, caſtra poſita, legatique triginta Carthagine ad Scipionem venerunt. & illi quidem multo miſerabilius quam ante (quo magis cogebat fortuna) egerunt: ſed aliquanto minore cum miſericordia ab recenti memoria perfidiæ auditi ſunt. In conſilio, quamquam juſta ira omneis ad delendam ſtimulabat Carthaginem; tamen quum & quanta res eſſet, & quam longi temporis obſidio [2] tam munitæ & validæ urbis, reputarent, & ipſum Scipionem exſpectatio ſucceſſoris, venturi ad paratam alterius labore ac periculo finiti belli famam,

de Saturnales ut ex Livio & Statio obſervamus, alter, *ſecunda Saturnalia*, hunc ſequens *tertia Saturnalia*. Cicero lib. 13 ad Attic. epiſtola ultima: *Cum ſecundis Saturnalibus ad Philippum veſperi veniſſet*. Lapis vetus: *in. Saturnalia. ſecunda. mag. annum. inſtituerunt*. Iterum Cicero: *Ille tertiis Saturnalibus apud Philippum ad horam ſeptimam*. Lib. 5 ad Atticum epiſt. 20. *Mancipia veniebant Saturnalibus tertiis*. Sic quia Quinquatruum plures erant dies, noſter lib. 44. *Legati ex Macedonia Quinquatribus ultimis venerunt*. In lapide veteri errat Gutherius, qui cum ſimplicem & veram ſententiam in promptu haberet, ad alia divertit, & *ſecunda Saturnalia* nobis facit eadem, quæ Matronalia incidentia in Kalendas Martias, lib. 3 de jure Pontif. 14, hoc eſt, in lapidem impingere quam eum interpretari mavult. Abutitur in eam rem verbis Martialis lib. 3 Epigr. 85. *Seu certe, puto, veſtra jam venire Saturnalia Martias Kalendas*. Atqui certum eſt Matronalia non niſi per *κατάχρησιν* vocari *Saturnalia matronarum*, quod ſicut Saturnalibus munera viris, ita matronis mittebantur Kalendis Martiis ſive Matronalibus. Quod ſi omnino alia Saturnalia Kalendis Martiis fuiſſent, *prima* utique hæc, aut potius *priora*, ſi Latine loqui volumus, non ſecunda dicenda fuiſſent. Ut *Vinalia priora*, *Vinalia altera* in veteri Kalendario notantur. Cæterum circa id tempus poſt tot annos finitum iri bellum Punicum ſecundum, ejus rei omen datum paullo poſt principium narratur lib. 22. *Poſtremo Decembri jam menſe ad ædem Saturni Romæ immolatum eſt, lectiſterniumque imperatum (lectum ſenatores ſtraverunt) & convivium publicum ac per urbem Saturnalia diem ac noctem clamata*. J. Fr. Gron.

1 *Signa militaria ſeptuaginta duo*] Scripti, *duo & LXX*, vel *duo & ſeptuaginta*. Idem.

2 *Tam munita & valida*] Cantabr. Voſſ. Gud. *tam munita & tam valida*. Jac. Gron.

1 Per-

mam, ſollicitaret; ad pacem omnium animi verſi ſunt.
37 Poſtero die, revocatis legatis, & cum multa caſtigatione perfidiæ monitis, ut tot cladibus edocti, tandem Deos & jusjurandum eſſe crederent; conditiones pacis dictæ: *Ut liberi legibus ſuis viverent. quas urbes, quoſque agros, quibuſque finibus ante bellum tenuiſſent, tenerent, populandique finem eo die Romanus faceret.* [1] *Perfugas, fugitivoſque, & captivos omneis redderent Romanis,* [2] *& naves roſtratas, præter decem triremes, traderent: elephantoſque, quos haberent domitos. neque domarent alios. Bellum neve in Africa, neve extra Africam, injuſſu populi Romani gererent. Maſiniſſæ res redderent, fœduſque cum eo facerent. Frumentum, ſtipendiumque auxiliis, donec ab Roma legati rediiſſent, præſtarent. Decem millia talentum argenti deſcripta, penſionibus æquis, in annos quinquaginta ſolverent.* [3] *Obſides centum arbitratu Scipionis darent: ne minores quatuordecim annis, neu triginta majores. Inducias ita ſe daturum, ſi per priores inducias naves onerariæ captæ, quæque fuiſſent in navibus, reſtituerentur. Aliter nec inducias, nec ſpem pacis ullam eſſe.* Has conditiones legati cum domum

1 *Perfugas fugitivoſque & captivos omneis & naves roſtratas*] Pet. reg. Men. duo Pall. cum antiquis editis: *& captivos omneis redderent Romanis, & naves roſtratas, præter decem triremes, traderent.* Non eſt otioſum, ſed verſum ex Polybio: τοὺς αἰχμαλώτους καὶ δεκαπέντε ἁπάσας ἐκ πασῶν ἀπαδώσειν ἢ χρόνῳ· τὰ μακρὰ πλοῖα ἁπάδειν πάντα πλὴν δέκα τετρήρη. Lib. 43. *Captivos transfugaſque reddere Philippum Romanis, & naves omnes tectas tradere.* Lib. 38. *Servos ſeu fugitivos, ſeu bello captos, ſeu qui liber captus aut transfuga erit, reddito Romanis ſociiſque. Elephantos tradito omnes neque alios parato. Tradito & naves longas.* J. Fr. Gron.

2 *Et naves roſtratas præter decem trir. tr.*] Polyb. τὰ μακρὰ πλοῖα ἁπάδειν πάντα, πλὴν δέκα τετρήρη. Vertit hoc loco Livius, *naves longas, roſtratas*, ut paulo poſt ait: *Naves longas, elephantos, perfugas, fugitivos, captivorum quatuor millia tradiderunt.* Sigonius.

3 *Obſides centum arbitratu Scipionis darent*] Mallem, *centum quinquaginta*, ut ait Appianus: δώσειν ἀμὸν αἰτήσας ὁμήρους πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν παῖδας ἕως ἂν αὐτὸς ἀπολίζωσιν. Cur malim, hæc cauſa eſt, quia lib. 32 ita ſcribit: *Petentibus Carthaginienſibus, ut ſi jam videretur ſenatui, obſides ſibi redderentur, centum redditi obſides: de ceteris ſi in fide permanerent, ſpes facta.* Quibus verbis ſatis oſtenditur plures quam centum eſſe traditos. Quamquam hoc loco Polyb. centum tantum & ipſe edit: ὁμήρους δ' ἔναν πίστως χάριν ἑκατὸν, ἕως ἂν ἀφεθῇ τῇ συγκλήτῳ τῇ Ῥωμαίων, μὴ νεωτέρους τεσσάρων καὶ δέκα ἐτῶν, μηδὲ πρεσβυτέρους τεσσαράκοντα. Idem.

[1] domum ferre jussi in concione ederent,& Gisgo ad dissuadendam pacem processisset, audireturque à multitudine, inquieta eadem & imbelli; indignatus Annibal, dici ea in tali tempore audirique; arreptum Gisgonem manu sua ex superiore loco detraxit. Quæ insueta liberæ civitati species, quum fremitum populi movisset, perturbatus militaris vir urbana libertate, *Novem*, inquit, *annorum à vobis profectus,* [2] *post trigesimum sextum annum redii. Militares artes (quas me à puero fortuna nunc privata nunc publica docuit) probe videor scire. Urbis ac fori jura, leges, mores, vos me oportet doceatis.* Excusata imprudentia, de pace multis verbis differuit, quam nec iniqua, & necessaria esset. Id omnium maxime difficile erat, quod ex navibus per inducias captis, nihil, præter ipsas comparebat naves: neque inquisitio erat facilis, [3] adversantibus paci, qui arguerentur. Placuit naves reddi, & homines utique

1 *Dom. ferre jussi*] Vet. lib. *referre.* Sigonius.

2 *Post tricesimum sextum annum*] Put. (nam ejus hæc quoque pagina exstat) Pet. reg. Men. Voss. *post sextum & tricesimum.* J. Fr. Gron.

3 *Quum adversantes paci arguerentur*] Glareanus censet dici *arguerentur* pro *vincerentur* vel *compescerentur:* videndum tamen, ut locus habeat; sibi quidem suspectum esse. Vir doctissimus participium poni pro infinitivo interpretatur: *adversantes*, hoc est, adversati. Sed recte Glareano suspectus fuit locus: nam omnes scripti Gall. Pall. præter unum, Barberin. Voss. optimi Florentini deficiuntur conjunctione *quum:* habent autem, *adversantibus paci qui arguerentur.* Quam scripturam, mutata distinctione, veram esse apparet. *Id omnium maxime difficile erat*, inst Livius, *quod ex navibus per inducias captis nihil præter ipsas comparebat naves: neque inquisitio erat facilis, adversantibus paci, qui arguerentur. Placuit naves reddi & homines utique inquiri.* Hoc morabatur inducias, quod conditionibus adjecerat Scipio: *naves per priores inducias captæ, quæque fuissent in navibus, restituerentur.* Nam eorum omnium nihil comparebat, præter vacuas naves: res varios possessores acceperant arcte tenentes complectentesque prædam. Neque audebant quæstionem instituere ob potentiam eorum & pertinaciam: nam ut eam eluderent raptores, tendendo contra pacem & incitando populum, totam rempublicam in majus discrimen daturos apparebat: hoc metu sublato, facilius in cætera consensuros. Ergo hujus quoque mali medicinam invenerunt, statuto ut redderentur ipsæ naves captique homines, res ex ærario præstarentur. Men. codex habebat *pati:* quod posset alicui placere, ut intelligeretur *inquisitionem.* Sed *adversor pati* non videtur esse stili Liviani. Lib. 45. *Bonaque eorum, qui interfecti essent, & exsulum, possidere, qui arguebant.* Idem.

que inquiri. *Cætera, quæ abeſſent, æſtimanda Scipioni permitti: [1]atque ita pecunia luere Carthaginienſes.* Sunt qui Annibalem ex acie ad mare perveniſſe, inde præparata nave ad regem Antiochum extemplo profectum tradant: poſtulantique ante omnia Scipioni, ut Annibal ſibi traderetur; reſponſum eſſe, Annibalem in Africa non eſ-
38 ſe. Poſteaquam redierunt ad Scipionem legati; quæ publica in navibus fuerant, ex publicis deſcripta rationibus quæſtores, quæ privata profiteri domini juſſi; pro ea ſumma pecuniæ viginti quinque millia pondo argenti præſentia exacta: induciæque Carthaginienſibus datæ in tres menſes. Additum, ne per induciarum tempus alio uſquam quam Romam mitterent legatos: & quicumque legati Carthaginem veniſſent, ne ante dimitterent eos, quam Romanum imperatorem, qui, & quæ petentes veniſſent, certiorem facerent. Cum legatis Carthaginienſibus Romam miſſi L. Veturius Philo, & M. Marcius Ralla, & L. Scipio imperatoris frater. Poſt eos dies, commeatus ex Sicilia Sardiniaque tantam vilitatem annonæ effecerunt, [2]ut pro vectura frumentum mercator nautis relinqueret. Romæ ad nuncium primum rebellionis Carthaginienſium trepidatum fuerat; juſſuſque erat Ti. Claudius mature in Siciliam claſſem ducere, atque inde in Africam trajicere, & alter conſul M. Servilius ad urbem morari; donec quo ſtatu res in Africa eſſent, ſciretur. Segniter omnia in comparanda deducendaque claſſe ab Ti. Claudio conſule facta erant; quod Patres de pace Scipionis potius arbitrium eſſe, quibus legibus

1 *Atque ita pecunia luere*] Scripti *pecuniam*. Sed potius lege: *cætera quæ abeſſent, æſtimanda Scipioni permitti, ac publica pecunia luere Carthaginienſes.* J. Fr. Gron.

2 *Ut pro vectura frumentum*] Voſſ. *pro veturamentum*. Cantabrig. *pro vecturæ uentium*. Fortaſſe, *pro vectura mercem*. Quam mercem nihil niſi frumentum fuiſſe per ſe patet, quod ex iis inſulis ſolus commeatus iſte veniebat. Prorſus ut libro 22 Varrone filio patrem uſum ait inſtitore mercis, quæ ſatis intelligitur ex eo, quod patrem lanium fuiſſe præmiſerit. *Jac. Gronov.*

1 *Inſ.*

Digitized by Google

gibus daretur, quam conſulis cenſuerant. Prodigia quoque nunciata ſub ipſam famam rebellionis, terrorem attulerant. Cumis Solis orbis minui viſus, & pluit lapideo imbri. & in Veliterno agro terra ingentibus cavernis conſedit, arboreſque in profundum hauſtæ. Ariciæ forum, & circa tabernæ, Fruſinone murus aliquot locis, & porta, de cœlo tacta: & in palatio lapidibus pluit. Id prodigium more patrio novendiali ſacro, cætera hoſtiis majoribus expiata. inter quæ etiam aquarum inſolita magnitudo in religionem verſa. nam ita abundavit Tiberis, ut ludi Apollinares, circo inundato, extra portam Collinam ad ædem Erycinæ Veneris parati ſint. Cæterum ludorum ipſo die, ſubita ſerenitate orta, pompa duci cœpta ad portam Collinam, revocata deductaque in circum eſt; quum diſceſſiſſe inde aquam, nunciatum eſſet: lætitiamque populo & ludis celebritatem addidit ſedes ſua ſolenni ſpectaculo reddita. Claudium Conſulem profectum tandem ab urbe [1] inter portus Coſanum Lauretanumque atrox vis tempeſtatis adorta, in metum ingentem adduxit. Populonios inde quum perveniſſet, ſtetiſſetque ibi dum reliquum tempeſtatis exſæviret; Ilvam inſulam, & ab Ilva Corſicam, à Corſica in Sardiniam trajecit. ibi ſuperantem Inſanos montes, multo & ſævior & infeſtioribus locis tempeſtas adorta, disjecit claſſem. Multæ quaſſatæ armamentiſque ſpoliatæ naves: quædam fractæ. Ita vexata ac lacerata claſſis Carales tenuit. ubi dum ſubductæ reficiuntur naves, hyems oppreſſit: circumactumque anni tempus; & nullo prorogante imperium, privatus Ti. Claudius claſſem Romam reduxit. M. Servilius, ne comitiorum cauſſa ad urbem revocaretur; [2] dictatore dicto C. Servilio Gemino, in provinciam eſt profectus. Dictator magiſtrum equitum P. Æ-

39

1 *Inter portus Coſſanum, Lor.*] Coſſani meminit etiam lib. 22. *Sigon.*

2 *Dict. d. Cn. Servilio Gemino*] *C. Servilio* ſcribe abſque *Gemino*, ex vet. lib. & dictatura ejus Capitolina. *Idem.*

P. Ælium Pætum dixit. Sæpe comitia indicta perfici tempeſtates prohibuerunt. itaque [1] quum pridie Idus Martias veteres magiſtratus abiſſent, novi ſuffecti non eſſent; reſpublica ſine curulibus magiſtratibus erat. L. Manlius Torquatus pontifex, eo anno mortuus. in locum ejus ſuffectus C. Sulpicius Galba. Ab L. Licinio Lucullo, & Q. Fulvio ædilibus curulibus, [2] ludi Romani ter toti inſtaurati. Pecuniam ex ærario ſcribæ viatoreſque ædilitii clam egeſſiſſe per indicem comperti, damnati ſunt; non ſine infamia Luculli ædilis. P. Ælius Tubero, & L. Lætorius ædiles plebis vitio creati, magiſtratu ſe abdicarunt, quum ludos ludorumque cauſſa epulum Jovi feciſſent, & ſigna tria ex mulctaticio argento facta in Capitolio poſuiſſent. [3] Cerealia ludos dictator & magiſter equitum ex ſenatuſconſulto fecerunt. Legati

1 *Cum prater Idus Martias veteres magiſtratus abiſſent*] Procul dubio, *pridie Idus*, legendum. Nam Idus Martiæ ſolennes erant ineundis magiſtratibus, pridie Idus abeundis. compendioſa ſcriptura fefellit librarium *pr. Idus*. Sigonius.

Cum prater Idus Mart. vet. mag.] Recte Sigonius: *pridie Idus*. Sed quid eſt *abire magiſtratus*? Immo, *magiſtratu* invitis vel omnibus codicibus. Lib. 2. *Ut dictator priuſquam ipſi rediſſent in urbem, magiſtratu abiret*. Lib. 5. *Negare ſe ante Idus Decembres honore abituros eſſe*. Valerius Maximus lib. 1, 1. *Flaminio abire juſſi ſunt, coactique etiam*. Nominativi, *magiſtratus curules*, ex proximo membro ad *ut veteres* & *novi*, ſenſu repetuntur. *J. Fr. Gron.*

2 *Ludi Romani tertio inſtaur.*] Vet. lib. aliquot, *ter toti inſtaurati*, optime. Sic enim loqui ſolitus eſt Livius, ut libro 28. *Ludi Romani ter toti inſtaurati ab edilibus curulibus*. Item: *Ludi plebeii ſemel toti inſtaurati ab edilibus plebis*. Item hoc libro: *Ludi Romani diem unum, plebeii ter toti inſtaurati ab edilibus*. Et lib. 31 extremo. Et lib. 33, primo: *Totique ter inſtaurati*. Sigonius

Ludi Rom. tertio inſt.] Qui poſt Frobenium Livio manus admoverunt, dederant occaſionem Sigonio corrigendi *ter toti*: ſed non aliter omnis manus editorum priorum ab Andrea uſque, nec ſecus ſcripti. *J. Fr. Gronov.*

3 *Cerealia ludos*] Vet. lib. *Cereales ludos*, non muto tamen vulgatam lectionem, nam in nummis aliquot argenteis, qui apud patrem tuum ſunt, ita legi *C. Memmius C. F. Quirinus Memmius ad. Cerealia primus fecit*. Sigonius.

Cereales ludos dictator] Vide quomodo jactentur opera veterum. *Cerealia* præbuerunt Andreas, Tarviſ. Veneti, Aſcenſius. Sed hic ad marginem *Cereales*. quod potius duxerunt Mogunt. Aldus, Junras, Frobenius. Mox Gryphius & Curio repetiverunt *Cerealia*. Ad quod notat quidem Sigonius in libro ſuo veteri eſſe *Cereales*: non tamen præfert, ut poſtea fecerunt. Ne procedat igitur hæc titubatio, monemus *Cerealia* niti & mem-

gati ex Africa Romani ſimul Carthaginienſeſque quum veniſſent Romam, ſenatus ad ædem Bellonæ habitus eſt. ubi quum L. Veturius Philo, Pugnatum [1]cum Annibale eſſe ſuprema Carthaginienſibus pugna, finemque tandem lugubri bello impoſitum, ingenti lætitia Patrum expoſuiſſet; [2] adjecit, Verminam etiam Syphacis filium, [3] quæ parva bene geſtæ rei acceſſio erat, devictum. in concionem inde prodire juſſus, gaudiumque id populo impertire. [4] Tum patuere facta gratulatione, omnia in urbe templa, ſupplicationeſque in triduum decretæ. Legatis Carthaginienſium & Philippi regis (nam ii quoque venerant) petentibus, ut ſenatus ſibi daretur, reſponſum juſſu Patrum ab dictatore eſt, conſules novos eis ſenatum daturos eſſe. Comitia inde habita, creati conſules Cn. Cornelius Lentulus, P. Ælius Pætus: Prætores, [5] M. Junius Pennus, cui ſors urbana evenit. M. Valerius Falto Bruttios, M. Fabius Buteo Sardiniam, P. Ælius Tubero Siciliam eſt ſortitus. [6] De provinciis conſulum membranarum fide & ipſius Livii. Lib. 34. *Megaleſia, ludos ſcenicos, C. Atilius Serranus, L. Scribonius Libo ædiles curules primi fecerunt.* Lib. 39. *Ludi Taurilia per biduum facti religionis cauſa.* Vide ad lib. 39. *J. Fr. Gron.*

1 *Cum Hannibale eſſe ſuprema Carthaginienſibus pugna*] Omnes ſcripti & editi ante Gryphium: *ſuprema cum Carthaginienſibus.* Lege: *pugnatum cum Hannibale eſſe ſuprema & Carthaginienſibus pugna.* Idem.

2 *Adjecit Verminam etiam Syphacis filium*] Id eſt, præter id, quod de victis bello Carthaginienſibus Lælius nunciaverat, adjecit etiam Verminam victum eſſe. Hoc ut dicerem, cauſam Glareanus dedit. *Sigonius.*

3 *Quæ parva*] Vet. lib. *quæ non parva bene geſtæ rei acceſſio fuerat.* Idem.

Quæ non parva bene geſta] Sic quidem Sigonius: ſed noſtri Pet. reg. Men. tres Pall. carent negativa. Et profecto, ſi vere æſtimare rem volumus, admodum parva & vix dictu digna acceſſio erat belli Punici ſive Annibalici Verminæ cum tumultuario Numidarum exercitu cæſus. Neque Livius neque Romani tam erant jejuni, ut ex hac muſca facerent elephantum. *J. Fr. Gron.*

4 *Tum patefacta gratulatione omnia*] Scripti & quidquid editorum habeo ante Gryphium: *Tum patuere facta gratulatione omnia in urbe templa.* Cicero Famil. 11 epiſt. 17. *Tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus.* Livius lib. 25. *Inter exercitus ducesque victoria recenti lætor gratulatio ingens facta.* Lib. 44. *Majorem mihi, ſortito Macedoniam provinciam, gratulationem factam.* Niſi malis *faciendæ gratulationi*, ex Ciceronis loco, qui huc maxime pertinet. *Idem.*

5 *M. Junius Pœnus*] *Pennus*, ex Capit. Tab. *Sigonius.*

6 *De provinciis conſulum*] His verbis pleraque manu, omnia typis deſcripta

ſulum nihil ante placebat agi, quam legati Philippi regis & Carthaginienſium auditi eſſent. belli finem alterius, principium alterius proſpiciebant animis. Cn. Lentulus conſul cupiditate flagrabat provinciæ Africæ; ſeu bellum foret, facilem victoriam, ſeu jam finiretur, [1] finiti tanti belli ſe conſule gloriam petens. Negare itaque prius quicquam agi paſſurum, quàm ſibi Africa decreta eſſet; concedente collega, moderato viro & prudenti, qui gloriæ ejus certamen cum Scipione, præterquam quod iniquum eſſet, etiam impar futurum cernebat. Q. Minucius Thermus & [2] Manius Acilius Glabrio, tribuni plebis, *rem, priore anno nequicquam tentatam ab Ti. Claudio conſule, Cn. Cornelium tentare* ajebant. *Ex auctoritate Patrum latum ad populum eſſe, cujus vellent imperium in Africa eſſe. Omnes quinque & triginta tribus P. Scipioni* [3] *id imperium decreſſe.* Multis contentionibus, & in ſenatu & ad populum acta res, poſtremo eo deducta eſt, ut Senatui permitterent. [4] Patres igitur jurati (ita convenerat) cenſuerunt, Uti conſules provincias inter ſe compararent, ſortirenturve, uter Italiam, uter claſſem navium quinquaginta haberet. Cui claſſis obveniſſet, in Siciliam navigam manum imponere bello, ac penitus debellaris hoſtibus pacem dare. Lego: *finiti tanti belli à ſe conſule.* Infra 32, 32. *Quum cuperet Quintius per ſe confectum videre bellum.* Jac. Perizonius.

2 *M. Acilius Glabrio*] Hic poſt fit conſul, & in conſulatu Capitolino *M' Acilius* vocatur. *Sigonius.*

3 *Id imp. decreviſſe*] Vet. lib. *decreſſe.* Idem.

4 *Patres igitur jurati (ita convenerat) cenſuerunt*] Non acquieſcunt his ſcripti. Reg. & Cantabr. *juravit enim convenerat.* Voſſ. *patres ġ convenet.* Gud. *jurati ita enim qui convenerant.* Forte: *Patres igitur jurati (id enim convenerat) cenſ.* Jac. Gronov.

ſcripta ante Gryphium exemplaria præponunt *Tum vero.* Poſſis ſuſpicari exſtitiſſe *εις τὸ Tubero.* Sed & aliquid confragoſum habet præcedens periodus. Itaque aſteriſco inſignivit Aldus, & non integram eſſe pronuntiavit Glareanus. Vide an fuerit Livio: *Creati conſules Cn. Cornelius Lentulus, P. Ælius Tætus; prætores M. Junius Pennus urbanam, M. Valerius Falto Bruttios, M. Fabius Buteo Sardiniam, P. Ælius Tubero Siciliam ſortiti, fuere.* J. Fr. Gron.

1 *Finiti tanti belli ſe conſule gloriam petens*] Sane finitum fuit bellum illo conſule, ut & P. Ælio Pæto collega ejus, quamvis Africam non attigerit. Sed non ſatis erat hoc ambitioni hominis. Volebat ipſe ultimam

1 A Se-

vigaret: ſi pax cum Carthaginienſibus componi nequiſſet, in Africam trajiceret. Conſul mari, Scipio eodem, quo adhuc, jure imperii, terra rem gereret. Si conditiones convenirent pacis, tribuni plebis populum rogarent, utrum conſulem, an P. Scipionem, juberent pacem dare: & quem, ſi deportandus exercitus victor ex Africa eſſet, deportare. Si pacem per P. Scipionem dari, atque ab eodem exercitum deportari juſſiſſent, ne conſul ex Sicilia in Africam trajiceret. Alter conſul, cui Italia eveniſſet, duas legiones [1] à M. Sextio Prætore acciperet. P. Scipioni cum exercitibus, quos haberet, in provincia 41
Africa prorogatum imperium. [2] Prætori M. Valerio Faltoni duæ legiones in Bruttiis, quibus C. Livius priore anno præfuerat, decretæ. P. Ælius prætor duas legiones in Sicilia ab Cn. Tremellio acciperet. Legio una M. Fabio in Sardiniam, quam P. Lentulus proprætore habuiſſet, decernitur. M. Servilio prioris anni conſuli, cum ſuis duabus item legionibus, [3] in Etruria prorogatum imperium eſt. Quod ad Hiſpanias attineret, aliquot jam annos ibi L. Cornelium Lentulum, & L. Manlium Acidinum eſſe. [4] uti conſules cum tribunis agerent, ſi eis videretur, ut plebem rogarent, cui juberent in Hiſpania imperium eſſe. is ex duobus exercitibus in unam legionem conſcriberet Romanos milites, & in quindecim cohortes ſocios Latini nominis, quibus provinciam obtineret: veteres milites L. Cornelius, & L. Manlius in Italiam deportarent. Cornelio conſuli quinquaginta navium claſſis ex duabus claſſibus, Cn. Octavii, quæ in Africa

1 *A Seſtio pratore*] Vet. lib. *à M. Sextio pratore.* Sigonius.

2 *Pratori M. Valerio Faltoni*] Plerique ſcripti: *Pratoribus.* Lege: *Pratorum.* Pertinet enim ad omnes, & eſt quaſi ſcripſiſſet, *Inter pratores.* J. Fr. Gron.

3 *Conſuli in Hetruria prorog. imper.*] Vet. lib. *in Etruriam.* Sigonius.

In Etruriam prorogatum imperium] Scribe: *in Etruria*, ut jam ſuperius alibi correctum. Et ita reg. Men. Voſſ. Andreæque & Aldina editiones. Sed & quidam codices: *prorogatum in annum imperium.* J. Fr. Gron.

4 *Ut ii Cos.*] Vet. lib. *ut hi conſules.* Sigonius.

Africa eſſet, P. Villii, quæ Siciliæ oram tuebatur, decreta: ut quas naves vellet, deligeret. P. Scipio quinquaginta longas naves haberet, quas habuiſſet. quibus ſi Cn. Octavium, ſicut præfuiſſet, præeſſe vellet, Octavio proprætore in eum annum imperium eſſet: ſi Lælium præficeret, Octavius Romam decederet: reduceretque naves, quibus proconſuli uſus non eſſet. Et M. Fabio in Sardiniam decem longæ naves decretæ. Et conſules duas legiones urbanas ſcribere juſſi: ut quatuordecim legionibus eo anno, centum navibus longis reſpubl. adminiſtraretur. Tum de legatis Philippi, & Carthaginienſium actum. Priores Macedonas introduci placuit. quorum varia oratio fuit: partim purgantium, quæ queſti erant miſſi ad regem à Roma legati de populatione ſociorum: partim, ultro accuſantium quidem & ſocios populi Romani, ſed multo infeſtius M. Aurelium. quem ex tribus ad ſe miſſis legatis delectu habito ſubſtitiſſe, & ſe bello laceſſiſſe contra fœdus, & ſæpe cum præfectis ſuis ſignis collatis pugnaſſe: partim, poſtulantium, ut Macedones, duxque eorum Sopater, qui apud Annibalem mercede militaſſent, captique in vinculis eſſent, ſibi reſtituerentur. Adverſus ea M. Furius, miſſus ad idipſum ab Aurelio ex Macedonia, diſſeruit, *Aurelium relictum, ne ſocii populi Romani feſſi populationibus atque injuria ad regem deficerent; finibus ſociorum non exceſſiſſe: dediſſe operam, ne impune in agros eorum tranſcenderent populatores. Sopatrum ex purpuratis & propinquis regis eſſe: eum cum quatuor millibus Macedonum, & pecunia miſſum nuper in Africam eſſe, Annibali Carthaginienſibuſque auxilio.* De his rebus interrogati Macedones, quum perplexe reſponderent, [1] ipſi ante reſponſum tulerunt, *Bellum quærere regem, & ſi pergat, propediem inventurum. Dupliciter ab eo fœdus violatum: & quod*

42

ſociis

1 *Ipſi ante reſponſum tulerunt*] Haud dubie corruptum: nec juvant libri. Fortaſſe: *cum perplexe reſponderent ipſi, anceps reſponſum tulerunt.* J. Fr. Gron.

1 *He-*

ſocius populi Romani injurias fecerit, bello armiſque laceſſierit; & quod hoſtes auxiliis & pecunia juverit. Et P. Scipionem recte atque ordine videri feciſſe & facere, quod eos, qui arma contra populum Romanum ferentes capti ſunt, hoſtium numero in vinculis habeat. & M. Aurelium è republica facere, gratumque id ſenatui eſſe, quod ſocios populi Romani, quando jure fœderis non poſſet, armis tueatur. Cum hoc tam triſti reſponſo dimiſſis Macedonibus, legati Carthaginienſes vocati. quorum ætatibus dignitatibuſque conſpectis (nam longe primi civitatis erant) tum pro ſe quiſque dicere, vere de pace agi. Inſignis tamen inter cæteros Aſdrubal erat (' Hædum populares cognomine appellabant) pacis ſemper auctor, adverſuſque factioni Barcinæ. Eo tum plus illi auctoritatis fuit, belli culpam in paucorum cupiditatem à republica transferenti. qui quum varia oratione uſus eſſet, nunc purgando crimina, nunc quædam fatendo, ne impudenter certa negantibus difficilior venia eſſet, nunc monendo etiam Patres conſcriptos, ut rebus ſecundis modeſte ac moderate uterentur; *Si ſe atque Hannonem audiſſent Carthaginienſes, & tempore uti voluiſſent, daturos fuiſſe pacis conditiones quas tunc peterent. Raro ſimul hominibus bonam fortunam bonamque mentem dari. Populum Romanum eo invictum eſſe, quod in ſecundis rebus ſapere & conſulere meminerit. & ; hercule, mirandum fuiſſe, ſi aliter facerent. Ex inſolentia, quibus nova bona fortuna ſit, impotentes lætitiæ inſanire: Populo Romano uſitata, ac prope jam obſoleta ex victoria gaudia eſſe, ac plus penè parcendo victis, quam vincendo imperium auxiſſe.* Cæterorum miſerabilior oratio fuit, commemorantium, *Ex quantis opibus quo recidiſſent Carthaginienſium res. nihil eis qui modo orbem prope terrarum obtinuiſſent armis, ſupereſſe, præter Carthaginis mœnia. Iis incluſos, non terra, non mari quicquam ſui juris cernere. Urbem quoque ipſam, ac penates ita habituros, ſi non in ea quoque, quo nihil ulterius*

1 *Hadum cognomine*] Recte *Hadum*. Nam Appianus etiam Ἔδδιν appellatum ſcribit. *Sigonius.*

terius ſit, ſævire populus Romanus velit. Quum flecti miſericordia Patres appareret, ſenatorum unum infeſtum perfidiæ Carthaginienſium ſucclamaſſe ferunt, *Per quos Deos fœdus icturi eſſent, quum eos, per quos ante ictum eſſet, fefelliſſent? Per eoſdem*, inquit Aſdrubal, *qui tam infeſti ſunt fœ-*
43 *dera violantibus.* Inclinatis omnium ad pacem animis, Cn. Lentulus conſul, cui claſſis provincia erat, Senatuſconſulto interceſſit. [1]Tum Man. Acilius & Q. Minucius tribuni plebis ad populum tulerunt, Vellent, juberentne ſenatum decernere, ut cum Carthaginienſibus pax fieret. & quem eam pacem dare, quemque ex Africa exercitus deportare juberent? [2]De pace uti rogaſſent, omnes tribus juſſerunt: pacem dare P. Scipionem, eundem exercitus deportare. Ex hac rogatione ſenatus decrevit, ut P. Scipio ex decem legatorum ſententia pacem cum populo Carthaginienſi, quibus legibus ei videretur, faceret. Gratias deinde Patribus egere Carthaginienſes, petieruntque, ut ſibi in urbem introire, & colloqui cum civibus ſuis liceret, qui capti in publica cuſtodia eſſent. eſſe in iis partim propinquos, amicoſque ſuos nobiles homines; partim ad quos mandata à propinquis haberent. Quibus conventis quum rurſus peterent, ut ſibi quos vellent, ex iis redimendi poteſtas fieret; juſſi nomina edere. & quum ducentos ferme ederent, Senatuſconſultum factum eſt, *Ut legati Romani ducentos ex captivis, quos Carthaginienſes vellent, ad P. Cornelium Scipionem in Africam deportarent: nunciarentque ei, ut, ſi pax conveniſſet, ſine pretio eos Carthaginienſibus redderet.* Feciales quum in Africam ad fœdus feriendum ire juberentur; ipſis poſtulantibus, Senatuſconſultum in hæc verba factum eſt: *Ut privos lapides ſilices, privaſque verbenas ſecum ferrent: uti*

prætor

1 *Tum Man. Atilius*] Sic ultima editio. Aliæ *M. Atilius*. Haud dubie eſt hic idem, qui memoratur cap. 40 præcedenti. Itaque edidi *Man. Acilius*. Jac. Gronov.

2 *De pace uti rogata e. tr. e. juſſerunt*] Vet. lib. *uti rogaſſent*. Ego, *uti rogat*, ut ante docui. *Sigonius*.

prætor Romanus his imperæret, ut fœdus ferirent, illi prætorem ſagmina poſcerent. Herbæ id genus ex arce ſumptum dari fecialibus ſolet. Ita dimiſſi [1] ab Roma Carthaginienſes, quum in Africam veniſſent ad Scipionem, quibus ante dictum eſt legibus, pacem fecerunt. Naves longas, elephantos, perfugas, fugitivos, captivorum quatuor millia tradiderunt. [2] inter quos Q. Terentius Culleo ſenator fuit. Naves provectas in altum incendi juſſit. quingentas fuiſſe omnis generis, quæ remis agerentur, quidam tradunt: quarum conſpectum repente incendium tam lugubre fuiſſe Pœnis, [3] quam ſi ipſa Carthago arderet. De perfugis gravius, quam de fugitivis conſultum, nominis Latini qui erant, ſecuri percuſſi. Romani in crucem ſublati. Annis ante quadraginta pax cum Car- 44
thaginienſibus poſtremo facta erat, Q. Lutatio, A. Manlio conſulibus. bellum initum annis poſt tribus & viginti, P. Cornelio, Ti. Sempronio conſulibus. [4] Finitum eſt, ſeptimodecimo anno, Cn. Cornelio, P. Ælio Pæto conſulibus. Sæpe poſtea ferunt Scipionem dixiſſe, Ti. Claudii primum cupiditatem, deinde Cn. Cornelii, fuiſſe

1 *Ab Roma*] Vet. lib. *ita dimiſſi Roma.* Sigonius.

2 *Inter quos Q. Terentius Culleo ſen. f.*] Plut. in Apophthegmatis non ante legatos de pace ſe auditurum eſſe Scipionem dixiſſe ait, quam Q. Terentium captivum dimiſiſſent. Dimiſſo eo pacis conditiones Scipionem dixiſſe, Terentium porro ſequutum currum Scipionis pileatum eſſe. *Idem.*

3 *Quam ſi ipſa Carthago*] Voſſ. & editiones priſcæ: *quam ſi tum ipſa Carthago arderet.* J. Fr. Gron.

4 *Finitum eſt decimo octavo anno Cn. Corn. P. Ælio Pæto Cos.*] Antea legebatur, *decimo ſeptimo*, atque ita eſt in omnibus vet. lib. Quod quia corruptum eſſe credidit, correxit Glareanus, *& decimo octavo* fecit. Eſt tamen ſciendum *decimo ſeptimo* recte habere. Nam cum inquit Livius, bellum finitum eſt XVII annos poſt, quam cœptum eſt, decimo octavo intelligit; verum annum primum non numerat. Sic autem etiam alibi, *Annis ante* XL *pax cum Carthaginienſibus facta eſt.* Item: *Tres & ſexaginta anni ſunt a primo Punico ad ſecundum bellum finitum.* Neque enim alter extremorum annorum in hoc loquendi genere comprehenditur. At cum inquit in hoc eodem libro, *Patre, & patruo ex ſervitute poſt ſextum decimum annum receptis.* & paulo poſt, *Annibalem poſt ſextum decimum annum ex Italia deceſſiſſe*, ambos extremos annos numerat. Pater enim Servilii captus eſt anno DXXXII, receptus eſt anno DXLVII. Annibal venit in Italiam anno DXXXII, diſceſſit anno DXLVII. *Sigonius.*

1 *Id*

fuiſſe in mora, quo minus [1] id bellum exitio Carthaginis finiret. [2] Carthaginienſibus quum prima collatio pecuniæ diutino bello exhauſtis difficilis videretur, mœſtitiaque & fletus in curia eſſet, ridentem Annibalem ferunt conſpectum. cujus quum Aſdrubal Hædus riſum increparet in publico fletu, quum ipſe lacrimarum cauſſa eſſet; *Si quemadmodum oris habitus cernitur oculis*, inquit, *ſic & animus intus cerni poſſet, facile vobis appareret, non læti, ſed prope amentis malis cordis hunc, quem increpatis, riſum eſſe. qui tamen nequaquam adeo eſt intempeſtivus, quam veſtra iſta abſurdæ atque abhorrentes lacrimæ ſunt. Tunc fleſſe decuit, quum adempta nobis arma, incenſæ naves, interdictum externis bellis. illo enim vulnere concidimus. Nec eſſe in vos odio veſtro conſultum ab Romanis credatis. Nulla magna civitas diu quieſcere poteſt. ſi foris hoſtem non habet, domi invenit. Ut prævalida corpora ab externis cauſſis tuta videntur, ſed ſuis ipſa viribus onerantur. Tantum nimirum ex publicis malis ſentimus, quantum ad privatas res pertinet: nec in eis quicquam acrius, quam pecuniæ damnum ſtimulat. Itaque quum ſpolia victæ Carthagini detrahebantur, quum inermem jam ac nudam deſtitui inter tot armatas gentes Africæ cerneretis, nemo ingemuit. nunc quia tributum ex privato conferendum eſt, tanquam in publico funere comploratis. Quam vereor, ne propediem ſentiatis leviſſimo in malo vos hodie lacrimaſſe.* Hæc Annibal apud Carthaginienſes. Scipio concione advocata, Maſiniſſam, ad regnum paternum Cirtha oppido, & cæteris urbibus agriſque, quæ ex regno Syphacis in populi Romani poteſtatem veniſſent, adjectis donavit. Cn. Octavium claſſem in Siciliam ductam Cn. Cornelio conſuli tradere juſſit. legatos Carthaginienſium Romam proficiſci, ut quæ ab ſe ex decem legatorum ſententia acta eſſent, ea Patrum
45 auctoritate populique juſſu confirmarentur. Pace terra mari-

1 *Id bellum exitio Carthaginis*] Membranaceæ duo: *quo minus id bellum exitium Carthaginis finiret.* J. Fr. Gron.

2 *Carthaginienſibus quum prima collatio*] MSS. *Carthagine* vel *Carthagini*. Et videtur utrumvis melius. *Idem.*

1 *Hunc*

marique parta, exercitu in naves impoſito, in Siciliam Lilybæum trajecit. inde magna parte militum in navibus miſſa, ipſe per lætam pace non minus quam victoria Italiam, effuſis non urbibus modo ad habendos honores, ſed agreſtium etiam turba obſidente vias, Romam pervenit: triumphoque omnium clariſſimo urbem eſt invectus. Argenti tulit in ærarium pondo centum millia viginti tria. militibus ex præda quadragenos æris diviſit. Morte ſubtractus ſpectaculo magis hominum, quam triumphantis gloriæ, Syphax eſt; Tibure haud ita multo ante mortuus, quo ab Alba traductus fuerat. conſpecta mors tamen ejus fuit, quia publico funere eſt elatus. [1] Hunc regem in triumpho ductum Polybius, haudquaquam ſpernendus auctor, tradit. Secutus Scipionem triumphantem eſt pileo capiti impoſito Q. Terentius Culleo: omnique deinde vita, ut dignum erat, libertatis auctorem coluit. Africanum cognomen militaris prius favor, an popularis aura celebraverit, an ſicuti Felicis Sullæ, Magnique Pompeii patrum memoria, cœptum ab aſſentatione familiari ſit, parum compertum habeo. Primus certe hic imperator nomine victæ ab ſe gentis eſt nobilitatus. exemplo deinde hujus, nequaquam victoria pares, inſignes imaginum titulos, claraque cognomina familiæ fecere.

1 *Hunc regem in triumpho ductum Polybius b. ſp. a. tradit*] Verba quibus hoc tradit Polyb. ſunt in lib. 16. ejuſmodi: ὁ ὃ Σύφαξ ὁ ἐπὶ Μασσυλίοις βασιλεὺς, ἦχθη τότε μὲν εἰς τὴν πόλιν ἐν τῷ θριάμβῳ μετὰ τ. αἰχμαλώτων, ὀλίγῳ δέ τινα χρόνον ἐν τῇ φυλακῇ τὸν βίον μετήλλαξε. *Sigonius.*

INDEX

RERUM ET VERBORUM,

Quæ in Tito Livio, aut ubi is desideratur, in Flori Epitomis continentur, locupletissimus.

In hoc Indice prior quisque numerus librum, posterior caput denotat. Ad propria nomina quod attinet, memineris tibi non è prænomine sed ex nomine gentilitio unumquemque Latinum & Romanum, quærendum esse. Exempli gratia: A. Virginium, *non in* A, *sed in* V. *In gentiliciorum vero serie, non temporis, sed prænominum habita est ratio: verbi causa, in* Valeriis, *non* Volesо, *nec* Publio *primus datus est locus, à quibus cæteri sunt orti: sed secundum prænominum seriem præmissus est* Lucius Valerius, *& deinceps* M. Valerius, P. Valerius, Volesus Valerius, *itidemque in aliis. A synonymis quoque ad synonyma & affinia tibi quandoque transeundum memineris, ut, (verbi causa) si quid in* Imagine *non invenias, id in* Statua *quæras: itidemque in aliis.*

A.

A Carnanes. 28, 5. ab Ætolis dirempti. 26, 24. arcessiunt Philippum adversus Ætolos. 26, 25
Accillæ, urbs. 24, 35
Accua, oppidum. 24, 20
Acerræ direptæ & incensæ. 23, 17
Acerrani obsidentur ab Annibale. *ibid.*
Achæi ad Dymas Philippo occurrunt. 27, 31
Achæi cum Ætolis Eleisque ad Messenem prospere pugnant. 27, 33
Achæorum concilium Ægium indictum. 28, 7
Achradina. 24, 21. à Marcello circumsidetur. 25, 26. capitur. 31
M'. Acilius Glabrio, trib. plebis. 30, 40
Q. Aciliustriumvir. 21, 25
Aciliani libri ex Græco in Latinum sermonem versi à Claudio. 25, 39
Acræ, oppidum. 24, 36
Ad arma conclamatio in re crepera. 29, 9
Addicunt, aut non addicunt aves in auspiciis. 27, 16
Adherbalis cum Lælio navalis pugna. 28, 30
Adherbalis fuga. *ibid.*
Adolescens rex obnoxius adulatoribus. 24, 6
Adolescentes anno septimo decimo allecti in militiam. 22, 57
Adolescentiæ ferocia sibi ipsi exitiosa. 23, 40
Adorantium mos. 30, 16
Adrianus ager. 22, 9
Adriani laudantur ob servatam fidem à populo Romano. 27, 10
Æcæ Appulorum oppugnatæ. 24, 20
Ædes Concordiæ. 22, 33
Ædes Fortis Fortunæ. 27, 11
Ædes Fortunæ Capuæ, 27. 11, 23
Ædes Fortunæ Primigeniæ à P. Sempronio vovetur. 29, 36

Ædes

Ædes Honoris & Virtutis vota bello Gallico. 27, 25
Ædes Jovis Minturnis. 27, 37
Ædis Jovis culmen fulmine ictum. 27, 4
Ædes Jovis Statoris. 27, 37
Ædes Junonis reginæ in Aventino de cœlo tacta. 27, 37
Ædes Libertatis. 24, 16
Ædes Martis Capuæ. 27, 23
Ædes Matris Magnæ in Palatio. 29, 37
Ædes Menti vota ab Atilio. 22, 10
Ædes Saturni. 22, 1
Ædes Spei fulmine icta. 21, 62
Ædes Veneris Erycinæ. 22, 9. dedicatur à Q. Fabio Maximo. 23, 30
Ædes Virtutis. 27, 25. 29, 11
Ædiles Curules ludos faciunt scenicos. 24, 43
Ædilitas Curulis. 27, 6
Ægates insulæ. 21. 10, 41. 22, 54. 23, 13
Ægestæus campus. 27, 33
Ægimurus insula. 29, 27. 30, 24
Ægina insula. 27, 30, 33. 28, 7
Ægium. 28, 8. Achæorum ibi concilium. 28, 7
P. Ælius tribunus militum. 29, 38
P. Ælius prætor creatur. 30, 1. magister equitum. 30, 39. Cos. creatur. 40
P. Ælius Tubero ædilis pleb. vitio creatus, magistratu se abdicat. 30, 39
Q. Ælius Pætus. 22, 35
L. Æmilius triumvir mensarius creatur. 23, 21. censor. 23
L. Æmilius Paullus. 22, 35
L. Æmilii Cos. jamjam morituri ad Cn. Cornelium oratio. 22, 49
M. Æmilius prætor. 21, 51. 22, 9. peregrinus. 24, 44. prætor urbis. 25, 12. ludos magnos facit. 27, 35
M. Æmilius Lepidus. 22, 35
M. Æmilii Lepidi filii ludos funebres exhibent. 23, 30
M. Æmilius Lepidus prætor creatur. 24, 43. sacrorum decemvir creatur. 26, 23
M. Æmilius Numida decemvir sacrorum mortuus. 26, 23
M. Æmilius Papus, Curio maximus moritur. 27, 6
M. Æmilius Regillus consul creatur. 24, 7. moritur. 29. 11, 38
Ænea signa Deorum facta ex argento mulctaticio. 27, 6
Æneum signum matronæ Junoni in Aventino dedicarunt. 21, 62
Æquimælium. 24, 47
Ærarium sanctius. 27, 18
Ærarium facere. 24. 18, 43. 27, 13. 29, 37
Ærea vasa cientur luna deficiente. 26, 5
Æsculapius ex Græcia valetudinis causa arcessitus. 29, 11
Æsernini. 27, 10
Ætatis majoris filius prælatus in regno ætate minori. 21, 38
Ætnæ ignes. 26, 29
Ætolorum cum pop. Rom. societatis conditiones. 26, 24. cum Romanis fœdera in Capitolio posita. *ibid.*
Ætoli adversus Philippum bellum movent. *ibid.* ad Philippum legationes mittunt. 27, 30
Afri. 27, 18. venduntur. 19. gens ad omnem auram spei mobilis & infida. 29, 3
in Africa male gesta res à Servilio Gemino Cos. 22, 32
Africam præsidio firmat Annibal. 21, 22
Africanum cognomen unde Scipioni. 30, 45
Africus ventus. 26, 42. 30, 24
Agathocles rex Syracusanus transgressus in Africam. 28, 43
Agathyrna oppidum. 27, 14. colluviei hominum perfugium. 26, 40
Aggredienda non sunt, quæ efficere nequeas. 24, 19
Agnus biceps capite suillo, mas & fœmina. 28, 11. *vide* Prodigia.
Agni mactandi in sponsionibus militaribus ritus. 21, 45
Agrigentum. 24, 35. 25, 23. à Lævino oppugnatur. 26, 40. proditur. *ibid.*
Alba colonia pecuniam militesque Romanis se daturam negat. 29, 15

Digitized by Google

Albenſis ager. 26, 13
C. Albius Calenus gregarius miles, princeps ſeditionis in caſtris P. Scipionis. 28, 24. virgis cæſus ſecuri percutitur. 29
Alcon Saguntinus de pace agit cum Annibale. 21, 12
Allifanus ager. 22. 13, 17
Allienſis clades. 25, 6
Alpes. 21, 30. nihil aliud ſunt, quam montium altitudines. *ibid.* inexſuperabiles. 21, 23. quam difficiles tranſitu. 35. hieme clauſæ. 27, 38
Alpinæ & Gallicæ gentes Aſdrubalem recipiunt. 27, 39
Alſienſis populus. 27, 38
Altum caſtrum. 24, 41
Amicitiæ fœderaque renovata cum populis regibuſque. 27, 14
Amilcar pater Annibalis. 21, 1. Mars alter. 10
Amilcar Bomilcaris filius. 23, 49
Amilcar Giſgonis filius. 21, 51
Amynander rex Athamanum. 27, 32
Amiternini Umbriæ populi. 28, 45
Amore ſponſæ deperit Allucius. 26, 50
Amuſitus princeps Lacætanorum ad Annibalem profugit. 21, 62
Andranodorus Hieronymi regis Siciliæ tutor. 24, 5. maritus filiæ Hieronis regis Demaratæ. 22. prætor creatur. 23. interficitur. 24
Androgyni nati. 27, 11. *vide* Semimares.
Anguis ſpecie conſuetudinem cum nobilibus mulieribus habere creditur Jupiter. 26, 19
Angues laſcivientium piſcium modo exultantes. 27, 4
Anitorgis urbs. 25, 32
Annales citati. 21, 25. 22, 31. 23, 6
Annales Aciliani. 25, 39
Annalium exempla exoleta. 27, 8
Annibal IX annos natus hoſtem ſe pop. Rom. fore jurejurando adſtringit. 21, 1. ejus ingenium & natura. 4. vitia & virtutes. *ibid.* laudes. 28, 12. an mirabilior fuerit adverſis quam ſecundis, incertum. *ibid.* princeps prœlium inibat, ultimus confecto prœlio excedebat. 21, 4. triennio ſub Aſdrubale imperatore meruit. *ibid.* Olcadum fines ingreditur. 5. ictus tragula cadit. 7. ejus copiæ centum quinquaginta millium. 21. 8, 23. Annibali quantæ copiæ fuerint in Italiam tranſgreſſo. 21, 39. legatos Romanos non admittit. 21, 10. ad Hiſpanos milites orationem habet. 21. valido præſidio Africam firmat. *ibid.* ſpectrum in quiete videt. 22. Rhodanum cum exercitu trajicit. 28. ſuos ad invadendam Italiam hortatur. 21. 30, 35. quanam tranſierit Alpes, ambigitur. 38. ſuos miro ſpectaculo ad pugnam ſtimulat. 42. ad ſuos milites concionem habet. 43. præmia ſuis pronuntiat. 45. equitatu Romanis melior. 47. locum inſidiis circumſpectat. 53. ſaucius pugna excedit. 57. Romanos adoritur. 59. in Ligures concedit. *ibid.* ex hibernis movet. 22, 2. altero oculo capitur. *ibid.* Italiæ agros devaſtat. 9. ex Arpis in Samnium tranſit. 13. non vim dictatoris Q. Fabii Max. ſed prudentiam timet. 12. ducem itineris virgis cæſum in crucem ſuſtulit. 13. duo millia boum accenſis cornibus in montes concitat. 16. ejus dolus ad augendam dictatoris invidiam. 23. ad certamen prolicit magiſtrum equitum. 28. ejus de Quinti Fabii Max. virtute teſtimonium. 30. exercitus omnium rerum penuria laborat. 40. relictis caſtris fugam ſimulat. 41. ejus inſidiæ detectæ. 41. ad Cannas caſtra ponit. 44. aciem inſtruit. 46. ejus exercitus numerus ad Cannas. *ibid.* vincit Romanos clade magna. 49. vincere ſcit, ſed victoria uti neſcit. 51. veſci docuit corporibus humanis. 23, 5. Decium Magium comprehendi jubet. 7. apud Minios Celeres diverſatur. 8. Pacuvium Calavium ad cœnam vocari jubet. *ibid.* ejus in ſenatu Campano oratio. 10. quæ Annibali in ſupplementum miſſa ſint à Carthaginienſibus. 13. in agrum No-

Nolanum traducit exercitum. 14. Nuceriam in deditionem accipit. 15. Nolam oppugnat. 16. Acerras obſidet. 17. diripit. *ibid.* Caſilinum oppugnat. 18. ejus exercitum Campanæ deliciæ enervaverunt. *ibid.* ex hibernis redit Caſilinum oppugnaturus. 19. ejus ad Philippum legati intercipiuntur. 34. Campanis opem laturus ad Hamas pervenit. 36. ab obſidione diſcedit. 37. cum exercitu Nolam oppugnaturus accedit. 43. Nolam oppugnat. 44. ejus equites CCLXXII, ad Marcellum transfugiunt. 46. Puteolos oppugnat. 24, 12. cum exercitu Tarentum proficiſcitur. 25, 9. ex inſidiis Tarentum ingreditur. *ibid.* benigne Tarentinos alloquitur. 10. ejus induſtria. 11. caſtra in Apuliam movet. 21. ab Herdonia Tarentum ducit legiones. 22. in Campaniam contendit. 26, 5. oppugnandæ Romæ conſilium capit. 7. octo millia paſſuum à Roma caſtra locat. 9. Cn. Fulvium cum exercitu fundit. 27, 1. in Apuliam abit. 2. de M. Marcello quale dederit judicium. 16. nocte caſtra movet. *ibid.* Metapontum ſe recipit. 16. Lacinium copias admovet. 25. Marcelli corpus ſepelit. 28. ad ſolvendam Locrorum obſidionem proficiſcitur. *ibid.* ex agro Tarentino in Bruttios concedit. 42. relictis caſtris Apuliam petit. *ibid.* ejus literæ interceptæ. 43

Annibales duo in Italia. 27, 44

Annibal viſo capite Aſdrubalis, ſe Carthaginis fortunam agnoſcere dicit. 27, 51. omnia auxilia in extremum Italiæ angulum Bruttios contrahit. *ibid.*

Annibalis exercitus ex colluvione omnium gentium conſtat. 28, 12

Annibal ad Junonis Laciniæ templum ætatem agit. 28, 46. aram ibi condit dedicatque cum ingenti rerum ab ſe geſtarum titulo, Punicis Græciſque literis inſculpto. *ibid.* Locros tendit ſuis auxilium laturus. 29, 7. ſcorpione ictus receptui canere jubet. *ibid.* nocte Locris diſcedit. *ibid.* Crotonem exercitum abduxit. 36. ex Italia revocatur. 30, 9. in Africam trajicit. 30. 25, 29. ſuos ad pugnam inſtruit. 32. victus Adrumetum profugit. 35. Pœnis in curia flentibus ridet. 44. Carthaginienſes increpat. *ibid.*

Anniverſarium Cereris ſacrum intermiſſum. 22, 56

T. Annius triumvir. 21, 25

Annonæ vilitas. 30, 38

Annuli occiſorum Rom. detracti ad Cannas modii menſuram excedunt. 23, 12

Annuli ſignatorii ducis ab hoſte capti in fraudem abuſus. 25, 30

Anticyræ, oppidum Phocidis. 28, 8

Sext. Antiſtius legatus. 27, 36

Apennini montis frigus. 21, 58

Apum examinis prodigium. 21, 46. 24, 10. 27, 23

Apollinis Zerinthii promontorium. 30, 24. ejus ludi facti. 27, 11

Apollinarium ludorum origo. 25, 12

Apollinares ludi in perpetuum voti. 26, 23

Apollonia. 28, 8. à Philippo oppugnatur. 24, 40

Apollonides principum unus Syracuſarum ſalutarem habet orationem. 24, 28

Apolloniatum agri vaſtantur. 29, 12

Apophthegma Aſdrubalis Hædi. 30, 42

Appia via. 22, 53. *vide* Claudius.

Aqua quadraginta quinque dierum in navibus impoſita, in Africam cum Scipione trajecturis. 29, 25

Aquæ calidæ loci nomen. 30, 24

Aquæ Sinueſſanæ. 22, 13

Aquarum inundatio. 30, 26

L. Aquilius Pætus augur in locum M. Marcelli. 27, 36

Aquinas ager. 26, 9

Aquitania Pyrenæis montibus ſubjecta. 21, 23

Ara, cujus cinerem nullus movet ventus. 24, 3

Digitized by Google

Ara Concordiæ. 24, 22
Ara Neptuni multo ſudore in circo Flaminio manaſſe dicitur. 28, 11
Aram Annibal ad templum Junonis Laciniæ condit dedicatque. 28, 46
Arar & Rhodanus in unum confluunt. 21, 31
Aratus princeps Achæorum, cujus uxor Polycratia à Philippo in Macedoniam aſportatur. 27, 31
Arbacala Carteiorum urbs capta. 21, 5
Arborum præciſarum ruina obrutus exercitus Rom. 23, 24
Archimedes ſpectator cœli & ſiderum unicus. 24, 34. machinator bellicorum tormentorum. *ibid.* variæ magnitudinis tormenta in muris diſpoſuit. *ibid.* qua arte Romanas naves verterit. *ibid.* maritimam oppugnationem Romanorum eluſit. *ibid.* Hieronis impenſis tormentis Syracuſas inſtruxit. *ibid.* intentus formis, quas in pulvere deſcripſerat, interficitur. 25, 31. Archimedis ſepulturæ cura habita à M. Marcello. *ibid.*
Arcis Tarentinæ ſitus. 25, 11
Ardea. 21, 7. 29, 15
Ardea colonia milites pecuniamque ſe Romanis daturam negat. 27, 11
Ardoneæ. 24, 20
L. Arennius capitur. 27, 27
Arethuſa fons. 25, 30
Aretium. 28, 46
Aretini triginta millia ſcutorum Scipioni pollicentur. 28, 45
Argentanum oppidum ad Romanos deficit. 30, 19
Argentariæ Novæ apud Romanos. 26, 27
Argentum in Oringenſi agro Hiſpaniæ foditur. 28, 3
Argentum in ærarium latum. 28, 38. 30, 45
Argenti ſpargendi aſtus. 22, 42
ex Argento mulctaticio ænea ſigna, aliaque ornamenta Diis facta. 30, 39. *vide* Mulctaticio.
Ariminum. 38, 46
Ariminum olim dicta Gallia provincia. 28, 38
Ariminenſes à populo Romano laudantur. 27, 10
Ariſtomachus princeps plebis Croto-ne. 24, 2. ad Hannibalem transfugit. 3
Arma ſacra templis detracta in neceſſitate. 22, 57. 24, 21
Armes Punico præſidio præfuit in nova Carthagine. 26, 49
in Armiluſtro pluvia lapidea. 27, 39
Arnus fl. 22, 2
Arpi civitas Apuliæ 22, 9. 24, 3. oppugnatur à Q. Fabio. 46. nocte capitur. 46
Artes bonæ, hoc eſt, virtutes. 24, 4
Artes militares non eædem ac imperatoriæ. 25, 19
Arverni populi. 27, 39
Aruſpices ex Etruria acciti. 27, 37
Aſdrubal gener Amilcaris octo annos imperat. 21, 2. factionis Barcinæ. *ibid.* à barbaro quodam obtruncatur. *ibid.*
Aſdrubal tuendam ſuſcipit Hiſpaniam. 21, 22. claſſicos milites Rom. palantes intercipit. 61. fidelium Rom. ſociorum agros vaſtat. *ibid.* in Luſitaniam concedit. 22, 21. jubetur in Italiam exercitum ducere. 23, 27
Aſdrubalis fides Punica. 26, 17
Aſdrubal in fugam vertitur. 27, 19. Alpes tranſire nuntiatur. 39. Placentiam obſidet. *ibid.* ejus mira ſolertia. 47. nocte caſtra movet. *ibid.* aciem inſtruit in C. Claudium & Livium Coss. 48. docuit fabrili ſcalpro elephantos occidere. 49. pugnans egregie cadit. *ibid.*
Aſdrubal Giſgonis filius tertius Carthaginienſium dux in Hiſpania. 24, 41
Aſdrubalis filiam Syphax ducit. 29, 23. ejuſdem & Syphacis ingentes copiæ adverſus Scipionem. 35. fuga. 30, 6
Aſdrubal Hædus pacis auctor Carthaginienſibus. 30, 42. ejus acutum reſponſum. *ibid.* Annibalis riſum in publico fletu increpat. 44

Digitized by Google

Aſena urbs vi capitur à Romanis. 23, 27
Atella in deditionem accepta. 26, 16
Atellæ magiſtratus. 26, 34
Atellani in Calatiam migrant. 27, 3
Atellani populi à Romanis deficiunt. 22, 61. liberi eſſe juſſi. 26, 34
Aternum, oppidum. 24, 47
Athamanum rex Amynander. 27, 32
Athanagia Illergetum caput obſeſſa à Cn Scipione & in deditionem recepta. 21, 61
C. Atilius Serranus prætor vota ſuſcipere juſſus. 21, 62
C. Atilius Serranus pontifex. 22, 35
L. Atilius quæſtor in pugna ad Cannas cæſus. 22, 49
L. Atilius. 24, 1
M. Atilius Regulus Cos. 22, 26. triumvir menſarius creatur. 23, 21. Concordiæ ædem dedicat. *ibid.* cenſor creatur. 24, 11. ei à L. Metello trib. pl. dies dicitur. 43
M. Atilius prætor creatur. *ibid.*
M. Atilius legatus. 26, 33. ejus de Campanis ſententia. *ibid.*
M. Atinius Thuriis præeſt. 25, 15
Atrium Libertatis. 25, 7
Atrium publicum in Capitolio tactum de cœlo. 24, 10
C. Atrius Umber, ſeditionis princeps in Hiſpania, ad imperium evehitur. 28, 24. deligatus ad palum virgiſque cæſus, ſecuri percutitur. 29
Attalus rex Aſiæ. 26. 24, 37. Æginæ hibernat. 27, 33. à Peparetho Nicæam trajicit. 28, 5
Attanes Turdetanorum regulus à Pœnis ad Romanos tranſit. 28, 15
Audacia conſilia cur maxime ſuccedant. 25, 38
Audendo agendoque crevit res Romana. 22, 14
Averni lacus. 24, 11
Aufidus amnis. 22, 44
Auguſti ductu auſpicioque Hiſpania perdomita. 28, 12
M. Aurelius legatus ad Philippum. 30, 26
M. Aurelius Cotta. 23, 30. 25, 22
Aurinx, urbs Hiſpaniæ. 24, 42
Aurum à ſociis oblatum non recipiunt Romani. 22, 37. 30, 21
Aurum in æde Jovis à muribus roſum. 27, 25
Aurum, argentum & æs in publicum confertur. 26, 36
Aurum viceſimarium ad ultimos caſus reſervatum, promitur ærario. 27, 10
Aureæ quadrigæ in Capitolio poſitæ. 29, 38
Aurea corona c c pondo Delphos miſſa ex præda Aſdrubalis. 28, 45
C. Aurunculejus Prætor creatur. 27, 6. tribunus militum tertiæ legionis. 43
Auſetani. 21, 23. Romanis dediuntur. 21, 61
Auſpicii neglecti malum. 22, 9
Auſpiciorum religio. 27, 18
Auxitis pro auxeritis. 29, 27

B.

BAdius Campanus T. Quintii Criſpini hoſpes Romæ. 25, 18. Criſpinum evocari juber. *ib.* à T. Quintio interficitur. *ibid.*
M. Bæbius legatus. 21. 6, 18
Bæcula, urbs. 27, 20. 28, 13
Bætica. 28, 2
Bætis fluvius. 28, 30. ab accolis Circius appellatus. 21
Bagrada fl. 30, 25
Balbus mons. 29, 31
Baleares inſulæ. 22, 20. 23, 34
Baleares inſulæ duæ, major & minor, quinquaginta millia paſſuum à Pityuſa abſunt. 28, 37
Baleares funditores. 27, 2. Romanis ab Hierone miſſi. 22, 37
Balneis incluſos Romanos Campani fervore & æſtu ſuffocant. 23, 7
Bantia. 27, 25
L. Bantius Nolanus juvenis acer. 23, 15
Barbaris è fortuna pendet fides. 25, 33. 27, 17. 29, 23
Barcinæ factio. 21. 2, 9. 30, 42
Barcina familia. 23, 13

Digitized by Google

Barcinorum in bello præſtantia. 28, 12
Barguſii pop. Hiſpaniæ. 21. 19, 23
Belligeni quinquaginta agri jugera decreta. 26, 21
ad Bellonæ ædem ſenatus habitus. 26, 21. 28. 9, 38. 30. 21, 40
Belli jus multa perperam facta defendit. 26, 31
Bello nihil tam leve, quod non magnæ interdum rei momentum faciat. 25, 18
Bello bene geſtæ res, ſi volumus fortuna uti, pacem nobis æquiorem dabunt. 23, 12
Bellum Punicum ſecundum quam memorabile, 21, 1
de Bello Macedonico agitant Patres. 23, 38
Bellum cum Philippo Macedonum rege motum. 24, 40
Bellorum impenſis fere indigna ſunt, quæ bellis petuntur. 30, 30
Beneventanum agrum depopulatur Annibal. 22, 13
Beneventani à pop. Romano laudati. 27, 10
Beſidiæ opp. ad Romanos deficit. 30, 19
Bigati quingenti & equus eximius ſtrenuo militi data honoris ergo. 23, 15
Bithynia. 27, 30
Blandæ ex Lucanis captæ. 24, 20
Blaſius princeps Salapiæ. 26, 38. de proditione Daſium appellat. *ibid.*
Bloſii fratres principes conjurationis Campanorum. 27, 3
Boji à Romanis deficiunt. 21, 25
Bochar rex Maurorum. 29, 30
Bœbeïs palus. 27, 32
Bomilcar Locros accedit. 23, 41. ejus claſſis fugit, ne cum Romanis pugnaret. 25, 27
Bos auratus Apollini mactatus. 25, 12
Bos equuleum pariens. 23, 31
Bos locutus. 27, 11
Bos ſcalas ſcandens. 21, 62
Boves albæ fœminæ in ſacrificio Junonis. 27, 39
Boves in muneribus militum. 26, 48
Boves ccc Jovi voti. 22, 10
Boum cornibus faſces virgarum atque arida ſarmenta ab Annibale alligantur. 22 16
Boſtar præfectus Sagunti. 22, 23
Boſtari, non ad cætera ingenia Punica callido, impoſitum. *ibid.*
Bottiæa. 26, 25
Brancus Allobrogum regulus. 21, 31
Brixiani Galli auxilio ſunt Romanis. 21, 25
Brundiſini à populo Romano laudati. 27, 10
Brundiſinus Daſius præfectus. 21, 48
Bruttii, extremi in Italia. 27, 37. à Romanis deficiunt. 22, 61. Crotonem præter arcem occupant. 24, 2
Bruttiorum ſemiruta caſtella. 28, 44
Buſa, mulier Appula, Romanos Canuſii hoſpitio excipit. 22. 52, 54
Buſta Gallica. 22, 14
Buthrotus fluvius haud procul ab urbe Locris. 29, 7

C.

L. Cæcilius Metellus. 22, 53
L. Cæcilius Metellus trib. pl. 24, 43. infamis auctor deſerendæ Italiæ poſt Cannenſem cladem. 24, 18. 27, 13
M. Cæcilius Denter legatus. 22, 6
M. Cæcilius Metellus ædil. pl. 27, 36
M. Cæcilius Metellus legatus in Aſiam ad Attalum miſſus. 29, 11
Q. Cæcilius Metellus Pontifex creatur. 23, 21
Q. Cæcilius Metellus ædilis curulis. 27, 21. legatus. 28, 53. prætor creatur. 28, 10. Cos. à M. Livio creatur. *ibid.* dictator Comitiorum cauſa dictus. 29, 11
L. Cælius auctor de morte M. Marcelli variat. 27, 27
Cæmenta non calce durata, ſed luto. 21, 11
Cærimoniarum neglectus Reip. noxius. 22, 9

Ca-

Calagurris oppidum. 29, 21
Calamitas noſtra non ſemper nimis detegenda. 23, 4
Calatia. 23, 14. 26, 34. in deditionem accepta. 26, 16
Calatini populi. 26, 33. à Romanis deficiunt. 22, 61
Calatinus ager. 22, 13
Calavius Campanorum magiſtratus ſummus, eripit morte Senatores reliquos ante pulcra. 23. 2, 3, &c.
Calaviorum Campanorum ſervus Manus nomine. 26, 27
Calendis Octobribus magiſtratus initus. 22, 15. 23, 31, 36. 26, 9
Cales colonia deducta. 29, 15
Calenus ager. 22, 13
Calidæ aquæ. 30, 24
Callicula mons. 22. 15, 16
Calonum loco ſpectatiſſimum quemque cum legatis ad Syphacem mittit Scipio. 30, 4
Calor fluvius. 24, 14. 25, 17
Calpurnius Flamma. 22, 60
C. Calpurnius legatus. 22, 61
C. Calpurnius Piſo prætor creatur. 25, 41
C. Calpurnius prætor urbanus. 26. 3, 10, 15, 21
Calvam L. Poſtumii Cos. Bojiauro cælarunt, poculoque eo libarunt. 23, 24
Campanorum legati de occupando Italiæ imperio cogitant. 23, 6. legatos ad Annibalem mittunt. *ibid.* eorum in Romanos crudelitas. 7. rem Cumanam ſuæ ditionis facere cogitant. 35. à Graccho opprimuntur. *ibid.* in equeſtribus prœliis victores ſæpius quam in pedeſtribus victi. 26, 4
Campanæ nobilitatis de republica ſua deſperatio. 26, 12
Campanus ſenatus metu populi frequens cogitur. 26, 13
Campani ſenatores quinque & viginti Cales, duodetrigiata Theanum in cuſtodiam mittuntur. 26, 14
de Campani Senatus ſupplicio inter Coss. non convenit. 26, 28
Campanorum multitudo venundata. 26, 16
Campani de Flacco & Marcello queruntur. 15
Campanis ſenatus datur. 33
Campanorum conjuratio indicata. 27, 3
Campani agri regio à foſſa Græca ad mare verſa venditur. 28, 46
Campanorum ſocordia. 25, 13
Campana luxuria. 23, 45
Campus Ægeſtæus. 28, 33
Campus Diomedis. 25, 12
Campi magni locus. 30, 8
Campi veteres. 25, 17
Canna fluvius. 25, 12
Cannæ vicus. 22, 43
Cannenſis cladis reliquiæ in Siciliam relegatæ. 25, 5
Cannenſis cladis occaſione multi ſocii a Romanis deficiunt. 22, 61
L. Cantilius ſcriba pontificum cum Floronia ſtuprum fecit. 22, 57. virgis cæditur ad necem uſque. *ibid.*
Canuſium perfugium militi exercitus Cannenſis. 22, 50
Capitalia auſi. 26, 40
Capræ duæ albæ auratæ Apollini mactatæ. 25, 12
Captivi ſub haſta venditi ſub corona. 21, 51
Captivorum commutandorum inter Pœnos & Romanos ratio. 22, 23
Capua. 23, 2. ejus perditi mores. 23, 4. à Coss. obſidetur. 25, 20. oppugnatur. 22. Romanis deditur. 26. 14, 16
Capuæ bona principum vendit Q. Fulvius Flaccus. 27, 3
Capuſa, filius Deſalcis, paternum imperium accipit. 29, 29. in prœlio cum multis principum cadit. *ibid.*
Caput hoſtium ducis à ſe occiſi purgant Boji, & calvam auro cælant, ex eaque bibunt. 23, 24
Capitis obvolvendi in reis mos. 23, 10
Capita hoſtium præcidenda, liberta-

Digitized by Google

tis præmium volonibus militibus præpoſita. 24, 15
Carales. 23, 40
Caralitanus ager à Pœnis vaſtatur. 27, 6
Carinæ locus in Urbe. 26, 10
Carmen de Idæa matre in libris Sibyllinis repertum. 29, 10
Carmen in Junonem Regiam longam indutæ veſtem canunt XXVII virgines. 27, 37
Carmina militaribus jocis jactata in triumphantes. 28, 9
Carmina Marciana. 25, 12
Carmentalis porta. 24, 46. 25, 7. 27, 37
Carpeſii pop. 23, 26
Carſeoli colonia. 27, 9
Carteja, urbs opulenta. 21, 5. in Oceani ora ſita. 28, 30. expugnatur. 21, 5
Carthaginienſibus bellum indicitur. 21, 18
Carthaginienſium claſſis Heracleam appulit. 24, 35
in Carthaginienſi ſenatu variæ ſententiæ. 30, 7
Carthaginienſes claſſem Romanam oppugnant. 30, 10. à Scipione pacem petunt. 16. varie afficiuntur ob Annibalis reditum. 24. pacis conditiones quas tulerint. 37
Carthaginienſes legati in ſenatum vocati. 30, 42. gratias Patribus agunt ob pacem factam. 43
inter Carthaginienſes & Romanos quando poſtremo pax facta. 30, 44
Carthago Nova. 21, 5. ubi ſita. 26, 43. à Scipione oppugnatur. 26, 44
Carthalo, nobilis Carthaginienſis, 22, 58. obtruncatur. 28, 18
Sp. Carvilius Maximus augur moritur. 26, 23
Caſſandrea, urbs. 28, 8
Caſilinum Falernum à Campano agro dividit. 22, 15
Caſilini complura dolia frumento plena in Vulturnum amnem à Romanis miſſa excipiunt. 23, 19. omnium rerum inopes lora pelleſque & mures mandunt. ib. Annibali deduntur. ibid. Campanis redduntur. 20. oppugnantur. 24, 19. expugnantur. ibid.
Caſinum oppidum. 22, 13. 26, 9
Caſinas ager. 26, 9
Caſinatem in agrum ductus Annibal. 22, 13
Caſtrenſis tumultus ad Sucronem ortus. 28, 24
Caſtra Claudiana. 23, 31
Caſtrum Altum, locus inſignis cæde magni Amilcaris. 24, 41
Caſtulo, oppidum Hiſpaniæ. 28, 13. ad Pœnos deficit. 24, 41. 28, 19. à Scipione deditione accipitur. 20
Caſtulonenſis ſaltus. 26, 20. 27, 20.
Catana. 27, 8
Cataracta portarum. 27, 30
Q. Catius ædilis pl. 27, 6
Q. Catulus legatus ad donum ex præda Aſdrubalis ponandum miſſus Delphos. 28, 45
Caudinæ Furcæ, ſive Furculæ. 22, 14
Caudinus Samnis devaſtatur. 24, 20
Caulonia urbs. 27. 12, 16
Celeritas conſiliis magni diſcriminis ſemper inimica. 21, 32
Celeritas boni nuncii vix fidem invenit. 27, 50
Cella una amplius quam uni Deo rite dedicari non poteſt. 27, 25
Celtiberiæ montes. 21, 43
Celtiberi valido exercitu Carthaginienſium provinciam invadunt. 22, 21. eorum juventus deſciſcit ad Romanos. 49
Celtiberorum perfidia. 25, 33
Celtiberis mos eſt in prælio concurſare. 27, 2
Cenomani in fide pop. Rom. manſerunt. 21, 55
Cenſa civium CXXXVII millia, C & VII. 28, 38. CCLXV millia. 29, 37
Cenſor alter alterum notat. 29, 37
Cenſores ad mores civium regendos, caſtigandaque vitia intenti. 24, 24. 18
inter Cenſores de principe legendo in ſenatu contentio. 27, 13

Digitized by Google

Certis amnis, qui & Bætis dicitur. 28,22
Chalcis Eubœæ. 27,30
Chii. 27,30
L. Cincius Alimentus Prætor creatur. 26.23,28
L. Cincio Prætori Cannenſes milites dati. *ibid.* ei in annum prorogatum imperium. 27,7
M. Cincius Alimentus, trib. pl. ad Scipionem mittitur. 29,20
Circeji colonia milites pecuniamque ſe Romanis daturam negat. 27,9
Circeji colonia. 29,15
Cirtha mons. 29,32
Cirtha Syphacis regia. 30, 12. Maſiniſſæ deditur. *ibid.*
Civiſinarus Gallorum regulus in prœlio cadit. 24,42
Civitas nulla magna diu quieſcere poteſt; ſi foris hoſtem non habeat, domi invenit. 30,44
Civitas ſapientum fingitur magis à doctis quam noſcitur. 26, 22
Civitatis Romanæ jus, muneris maximi. 23, 5
Clamor in prœlio. 25. 21,41
Clamoris alacritas ac convenientia in prælio, index fere exitus felicis aut infelicis. 30,34
Clampetia, oppidum ad Romanos deficit. 30,19
Claſſis Punica. 21,22. in Sardiniam trajicit. 27,6
Claſtidium vicus. 29, 11. Annibali proditur. 21,48
Claudiæ Quintæ matronæ pudicitia. 29, 14
Claudiana caſtra. 23. 31, 39. 48. 22, 22
Claudius Aſellus. 23, 47. ejus pugna cum Jubellio. *ibid.*
Claudius hiſtoricus annales Acillianos ex Græco in Latinum ſermonem vertit. 25,39
App. Claudius Pulcher. 22, 33. ei ſumma imperii defertur. *ib.* Prætor creatur. 23,24
App. Claudius Pulcher Cos. creatur. 25.2,3
App. Claudius vulneratur. 26, 6. mortuus ſub deditionem Capuæ. 26,15
App. Claudius Cos. mortuus. 26, 33
C. Claudius Cento Dictator creatur. 25, 2
C. Claudius flamen Dialis, quod exta perperam dederat, flaminio abiit. 26,23
Claudius Nero. 24,17
C. Claudius Nero prætor. 25. 2, 3. ab Sueſſula excitus. 25, 22. in Hiſpaniam mittitur. 26, 17. Aſdrubalem perſequitur. *ibid.* legatus. 27, 14. Cos. cum M. Livio creatur. 27. 37, 38. Annibalem prope Venuſiam aſſequitur. 42. relicto Annibale ad Aſdrubalem properat. 43. ad milites orationem habet. 45. devicto Aſdrubale ſexto die ad Annibalem revertitur. 50. caput Aſdrubalis projici ante hoſtium ſtationes jubet. 51. duos Afros ad Annibalem mittit. *ibid.* ad urbem redire jubetur. 28, 9. equo ſine militibus triumphat. *ibid.* in eum plura carmina in Cos. Livium jactata à militibus. *ibid.*
C. Claudius cenſor. 29, 37. luſtrum condit. *ibid.*
C. Claudius Appii F. Cento, interrex. 22, 33. abſens creatur. 22, 35
M. Claudius Marcellus Conſulatum Idibus Martiis init. 26, 26. Hannonem & Epicydem fundit. 25, 40. victor Syracuſas redit. 41. ei imperium prorogatum. 26, 1. reſponſio ejus adverſus Siculos. 30. provinciam ſuam permutat. 29. ei in annum prorogatum imperium. 27,7. à C. Publ. Bibulo trib. pl. accuſatur. 20. omnium conſenſu Cos. creatur. 21. undecimo anno belli Punici Conſulatum quintum init. 22. ejus cupiditas dimicandi cum Annibale. 26. lancea transfigitur. 27. ejus corpus ab Annibale ſepelitur. 28

M. Mar-

Digitized by Google

M. Marcellus, Cos. F. trib. mil. 27, 26. vulneratur. 27
M. Claudius Marcellus trib. pleb. ad Scipionem mittitur. 29,20
P. Claudius, præfectus ſocium. 27, 41
Q. Claudius trib. pl. legem iniquam adverſus ſenatum tulit. 21,63
Q. Claudius Flamen prætor creatur. 27. 21,36 proprætor. 45
Ti. Claudius ſenatu convocato de provinciis refert. 30,27
Ti. Claudius Aſellus trib. mil. 27.41. prætor creatur. 28,10
Ti. Claudius Nero prætor. 29, 11. Cos. 30, 26. Prætor. 36
Claves portarum urbis & arcis Ennenſes à præfecto Romano fruſtra repoſcunt. 24, 24
Clavibus portarum Arretii amiſſis Romani novas omnibus portis imponunt. 27,26
Clavorum in præcipitiis ſcandendis uſus. 28,20
Clementiæ famam initio colligit Annibal. 21,48
Cleopatræ reginæ palla picta cum amiculo purpureo à Romanis miſſa. 27,4
Clivus Publicius ad ſolum exuſtus. 30,26
Clodius Licinius rerum Romanarum ſcriptor. 29,12
Clupea, urbs. 27,29.29,32
Cluſini. 27,46
Clypeus argenteus CXXXVIII pondo, cum imagine Barcini Aſdrubalis captus. 25,39
Clypeus Marcius. *ibid.*
Cœlius auctor. 21. 38,46,47.22,31. 26,11.29.25,27,35
Cohors ſexcentorum. 28,45
Colcas regulus duodetriginta oppidorum. 28,13
Collina porta. 26,10
Coloniarum nomina, quæ milites pecuniamque negant ſe Romanis daturas. 27,9
Coloniarum nomina, quæ ſua omnia in populi Romani poteſtate eſſe dixerunt. 27,10
in Colonias duodecim Latinas Senatuſconſultum, quæ milites dare abnuiſſent. 29,15
Coloni Romani Romanis tanquam parentibus debent amorem liberorum. 27, 11
Columna aurea ſolida. 24,3
Columnæ Herculis. 21,43
Combulteria urbs ad Pœnos deficit. 23,39
Capitur à Romanis. 24, 20
Cominius Ceritus. 25,14
Comitium tectum ex quo Annibal in Italiam venit. 27,36
Comitia uni Conſuli rogando in locum L. Poſtumii indicta. 23,31
Communis utilitas ſocietatis maximum vinculum eſt. 25,7
Concilium ſanctius XXX ſeniorum Carthagine. 30,16
Concordiæ ædes. 22, 33. dedicatur à M. & C. Atiliis. 23,21
Conjuratio in bellum proficiſcentium non niſi victores ſe redituros. 26,25
Conjuratio in Hieronymum Siculorum regem indicatur. 24,5
Conſentia, oppidum in Brutiis, ab Annibale in deditionem accipitur. 23,30. capitur. 29, 38. ad Romanos deficit. 30,19
Conſentinum agrum depopulantur Romani. 28, 11
Conſilium haud facile expeditur in malis ſicut ignotis ita ingentibus. 22,55
Conſilia fortiſſima in rebus aſperis & tenuibus tutiſſima. 25,38
Conſilia mala fere prævalent. 25, 15
Conſul ſolus ad dictatorem ſine lictoribus venit. 22,11
Corbis & Orſua patrueles fratres de principatu civitatis certant. 28, 21
Corinthus in Achaja. 27,31
Corinthiacus ſinus. 26,26.28,7
C. Cornelius quæſtor. 25,17
Cn. Cornelio Cos. pax poſtremo cum Carthaginienſibus facta. 30, 44
Cn. Cornelius Dolabella rex ſacrorum

rum in locum M. Marcii creatur. 27,36
Cn. Cornelius Lentulus Cos. creatur. 30,40
Cn. Cornelius Scipio frater adverſus Aſdrubalem in Hiſpaniam mittitur. 21, 32. cum exercitu in Hiſpaniam proficiſcitur. 60. primus Romani nominis in Hiſpaniam venit. 28, 32. Aſdrubalem navali certamine adoritur. 22,19. omnem agrum circa Carthaginem populatur. 20. proſpere pugnat adverſus Pœnorum exercitus. 23, 49. ejus femur tragula configitur. 24, 42. lecticula in aciem illatus configit. *ibid.*
Cn. Scipionis exercitus funditur. 25, 36. de ejuſdem morte variæ auctorum ſententiæ. *ibid.* ex ejus morte luctus Romæ & in Hiſpania. *ibid.*
L. Cornelius Caudinus ædilis curulis. 27,21
L. Cornelius Lentulus Pontifex maximus. 22, 10. moritur. 25, 2. decemvir ſacrorum creatur. *ibid.* Prætor creatur. 25, 41. legatus. 27, 14
Cn. Cornelius Lentulus prætor creatur. 29,38
L. Cornelius Scipio frater P. Scipionis Oringin oppugnat. 28, 3. nuntius receptæ Hiſpaniæ Romam à fratre mittitur. 17. Hannonem & exteros captivos nobiles ſecum ducit. 28,4
M. Cornelius prætor. 26. 21,26. conſul. 29, 13. proconſul cum Magone pugnat. 30,18
M. Cornelius Cethegus in Lentuli locum Pontifex Maximus ſuffectus. 25, 2. comitia habet. 25, 5
M. Cornelius Cethegus Prætor. 25, 41
M. Cornelius Cethegus Conſul. 29, 11
P. Cornelius Aſina. 21,25
P. Cornelius Caluſſa pontifex max. creatur. 25,5
P. Cornelius Caudinus. 26,48
P. Cornelius Lentulus Prætor. 24,9
P. Cornelius Merenda. 22,35
P. Cornelius Scipio Cos. 21, 6. quibus verbis ſuos cohortatus ſit præliaturos contra Annibalem. 40. ad Trebiam fluvium proficiſcitur. 48. in Hiſpaniam venit. 22, 22. fratri conjungitur. *ibid.* duas partes exercitus adverſus Magonem ducit. 25, 32. lancea pugnans trajicitur. 34. P. Cornelii Scipionis mors tam Romæ, quam in Hiſpania defleta. 36
P. Cornelius Scipio, P. qui in Hiſpania occubuit, F. vera virtute mirabilis. 26, 19. Alexandro Magno ex ſtirpe comparatur. *ibid.* concubitu immanis anguis conceptus. *ibid.*
P. Cornelius Scipio jurat ſe Rempubl. non deſerturum. 22,53. admodum adoleſcens ſumma imperii obtinet. *ibid.* in Hiſpaniam mittitur. 26, 18. Tarraconem in hiberna concedit. 20. L. Martium in honore habet. *ibid.* quam apud milites orationem habuerit. 41. Carthaginem Novam oppugnat. 42. P. Scipionis ad milites oratio. 43. in obſides humanitas. 49. liberalitas. 50. ad Celtiberorum Principem oratio. *ibid.* captivam virginem eximiæ formæ ſponſo reddit. *ibid.* Tarraconem proficiſcitur, quo conventum ſociis edixerat. 51. ſuos adhortatur. 27, 19. caſtris Aſdrubalis potitur. 20. rex ab Hiſpanis appellatus, regium nomen deprecatur. *ibid.* adverſus Aſdrubalem Giſgonis pergit. 28, 2. Aſdrubalem adoritur. 14. Carthaginienſes decimo tertio anno poſt bellum initum Hiſpania expellit. 16. ad Syphacem cum quinqueremibus duabus trajicit. 37. eodem lecto apud Syphacem cum Aſdrubale accumbens cœnat. 18. fœdus cum Syphace icit. *ibid.* quanta comitate & naturalis ingenii dexteritate fuerit. *ibid.* munus gladiatorium

ex

ex voluntariis hominibus in patris patruique honorem edit. 21. gravi morbo implicitus. 24. adverſus Mandonium & Indibilem copias ducit. 33. Romam redit. 38. centum bobus votis in Hiſpaniam Jovi ſacrificat. *ibid.* Cos. creatur. *ibid.* XIV anno belli Punici conſulatum init. *ibid.* Africa ei provincia deſtinatur. *ibid.* P. Cornelii Scipionis oratio, qua Fabianæ reſpondet. 43. inter P. Cornelium Scipionem & tribunos pl. altercatio. 45. P. Cornelii Scipionis ludi. *ibid.* in Siciliam proficiſcitur. 46. trecentos juvenes Romanos deligit, quos Siculorum totidem armis & equis ornat. 29, 1. Carthaginis excidia agitat animo. 2. à Q. Fabio in Senatu abſens accuſatur. 19. rebus, non verbis oſtendit ſe falſo fuiſſe accuſatum. 22. in Africam profecturus Deos precatur. 27. Maſiniſſam ampliſſimis donis decorat. 30, 15. cum Annibale in colloquium congreditur. 30. ad Annibalis orationem reſpondet. 31. ſuos ad pugnam inſtruit. *ibid.* Pœnos adoritur. 33. Romam reverſus triumphat. 45

P. Scipio Cn. F. Naſica in tota civitate vir optimus judicatus. 29,14

P. Cornelius Sylla Prætor creatur. 25,2

Cornus Sardiniæ caput. 23, 40. à T. Manlio capitur. *ibid.*

Corona aurea muralis. 23,18

Corona urbem oppugnare aut capere. 23,44.24,2

Coronatus populus ſpectat ludos Apollinares. 25,12

Corpora prævalida ſuis ipſa viribus onerantur. 30,44

Corſica inſula. 22,31.30,39

Cortona urbs. 22, 4

Cortonienſes montes. *ibid.*

Corvus in pulvinario Junonis ſedens. 21, 82

Corvi aurum edentes. 30, 2

M. Coſconius tribunus militum. 38,18

Coſſa Pœno tradita. 23, 1. capitur. 24,20

Coſſani à pop. Rom. laudati. 27,10

Coſſanus portus. 22,11.30,39

Credi ſibi quiſque vult. 22,22

Cremona. 21,56

Cremonenſes à pop. Rom. laudantur. 27,12

Cremonis jugum. 21,38

Crepidæ & pallium Græcorum vitio data Duci Romano. 29,19

Crepitus æris in territandis hoſtibus. 26,5

Croton urbs. 24, 3. ejus ambitus. *ibid.*

Croton Bruttiorum receptus. 24,2

Crotoniatæ, qui Crotonienſes. 22, 61. in Locros traducuntur. 24,3

Crotonienſium bellum. 29,18

Cruci adfigunt transfugas ſuos Romani. 30,43

Cultus & habitus arguit nationem. 23,24

Cultus ſuperbioris invidia. 24,5

Cumis turres fulminibus ictæ. 25, 7

Cumani municipes facti. 23, 31. ſtationes Pœnorum fundunt, & eos in caſtra fugant. 23,37

Cunctatio Fabii carpitur. 22,14

Cupiditas nimia confligendi nonnunquam noxia. 27,19,35

Cupreſſea ſimulacra Junonis. 27, 37

Curia Hoſtilia. 22, 55

Curiæ magna ſolitudo. 23,22

Curionis maximi comitia. 27,8

Cutiliæ. 26,11

Cycliadas, prætor Achæorum. 27, 11

D.

DAmaſippus Lacedæmonius à Romanis capitur. 25,23

Darda Epirotarum prætor. 29,12

Dardani. 27,32

Dardanorum urbs in Macedonia capta. 26,25

Daſius Altinius Arpinas transfuga. 24,45

Digitized by Google

Daſius Salapiæ princeps, amicus Annibali. 29,38
Daſſaretiorum vici. 27, 32
Decemviri majoribus hoſtiis Ardeæ in foro ſacrificant. 22,1
Decemviri libros Sibyllinos inſpicere coguntur. 21, 62. 22, 9. 36, 57. 25,12
C. Decimius Flavus tribunus militum. 27, 14
Decuriatus. 22, 38
Decurſio exercitus. 29, 22
Deditis ultro nihil hoſtile illatum. 30,7
Defendenda prius noſtra, quam aliena oppugnanda. 28,41
Delphicum oraculum. 22, 57. 23,11. 29, 11
Demarata, Hieronis filia, Andranodorum ad tyrannidem retinendam ſtimulat. 24, 22. occiditur. 25
Demetrias oppidum Theſſaliæ. 27, 32
Demetriacus ſinus. 28,5
Demetrium Phthiotidis. 28,6
Demetrius Pharius à Philippo Macedonum rege depoſcitur. 22,33
Democrates, præfectus claſſis Tarentinæ. 26,39. 27,15
Deſalces Galæ regis frater. 29,29
Deſperatis rebus honeſta cedunt utilibus. 23,14
Deſultorum binos in bello trahentium equos dexteritas. 23,29
Dii non omnia eidem dedere. 22, 51
Dii ſuarum injuriarum ultores. 29, 18
Diali flamini licet intrare ſenatum. 27,8
Dianæ feſtum per triduum à Syracuſanis agitur, 25,23
Dici & exprobrari non indignandum, quæ ſcelerate fecimus. 28, 29
Dictator comitiorum cauſa creatur. 25,2
Sex. Digitius, navalis ſocius. 26, 48. murali corona donatur. *ibid.*
Dimallum oppidum oppugnatur. 29,12
Dinomenes prætor creatur. 24,23
Dionyſius Siciliæ tyrannus. 24,3
Dionyſii tyranni vox. 22
Dium opp. 26,25
Dolabra refringendæ portæ. 28,3
Dorimachus princeps Ætolorum. 26,24
Doridis oppida, Tritonon & Drymas, Philippus capit. 28,7
Druentia fl. 21, 31. omnium Gallicorum fluminum difficillimus tranſitu. 32
Drymas, oppidum Doridis, Philippus capit. 28,7
Ducarius Inſuber C. Flaminium conſulem lancea transfigit. 22,6
Duumviri ſacris faciundis. 22,33
Dux temerarius ſuorum claſſi ſupereſſe non ſuſtinens. 25,19
Ducis boni diſciplina quantum conferat. 25,37
Duces magni aggredi non debent, quæ perficere nequeunt. 24,39
Duces non temere de eventu conſiliorum, aut ſuorum, aut hoſtium, pronunciare debent. 22,38
Duces ob rem male geſtam rei. 26, 2, 3
Ducum acta reſcindendo, ſegniores fiunt alii in poſterum. 26,32
Dyrrachium. 29,12

E.

EDeſco inter duces Hiſpanos ad P. Scipionem venit. 27,17
Elatia Phocidis oppidum. 28,7
Elei cum Achæis ad Meſſenem pugnant. 27,33
Eleos, Olympiorum ludicrum ſolenne parantes, aggreditur Machanidas. 28,7
Eleus ager à Philippo vaſtatur. 27, 33
Elephanti nullus uſus in repentina ac tumultuaria pugna. 27,44
Elephanti quonam modo Rhodanum trajecti. 21,28
Elephantos fabrili ſcalpro interimere docuit Aſdrubal, ſi quando ſævirent. 27,49
Elephantino capite puer natus. 27,11

Elis,

Digitized by Google

Elis, oppidum. 27, 32
Emporiæ urbs. 21, 42. 29, 25
Emporia, Græca urbs, oriunda à Phocæa. 26, 19
Emporiis appulit classem Cn. Scipio. 21, 60
Ennæ oppidi situs. 24, 37
Ennensium principes cum Himilcone de proditione pacti. *ibid.* cavea inclusi à Romanis cæduntur. 39
Q. Ennii dictum de Q. Fabio Maximo. 30, 26
Epanterii montani. 28, 46
Epicydes, legatus Annibalis ad Hieronymum. 24, 6. prætor creatur. 32. in Africam relicta Sicilia trajicit. 26, 40
Epicydes (cui Sidon cognomen) Epicydis præfectus, interficitur. 25, 28
Epipolæ, locus Syracusarum, frequens custodiis. 25, 24
Epirotæ de communi pace legatos ad Philippum mittunt. 29, 12
Epulæ in propatulo factæ januis apertis. 25, 12
Epulæ permissæ militibus. 24, 16
Epulum Jovis ludorum causa. 25, 2. 27, 38
Equites Romani in equos suos velites singulos accipiunt. 26, 4
Equites Libyphœnices. 21, 22
Equites ærarii facti. 27, 13
Equo uti nefas dictatori sine permissu publico. 23, 14
Equi, notæ causa, adempti equitibus. 24, 18
Equos binos trahentium, desultorum mos. 23, 29
Ereti lapidibus pluit. 26, 23
Eropus Lychnidum capit. 27, 32
Eropus Epirotarum prætor. 29, 12
Erroris in nomine pernicies. 22, 13
Errore ex alieno quæstum facientes harioli. 25, 1
Errore hostium utendum ad victoriam. 27, 48
Erycina Venus. 22, 9
Erythræ Ætolorum prope Eupalium sunt. 28, 8
Eryx mons. 21. 10, 42. 28, 41
Esernini à populo Romano laudantur ob fidem. 28, 10
Euboœenses. 28, 5
Eventus stultorum magister. 22, 39
Eventus nusquam minus quam in bello respondent. 30, 30
Eventus belli, æquus judex in ultione fœderis rupti. 21, 10
Eventus inique consilia probat, aut improbat. 27, 46
Eugenium, oppidum. 29, 12
Eupalium, urbs. 28, 8
Euripus. 28, 5
Euripus Chalcidicus non septies in die reciprocat, sed venti in modum, nunc huc, nunc illuc, velut torrens, rapitur. 28, 6
Europa. 27, 29
Eurus ventus. 25, 27
Euryalus, tumulus Syracusis. 25, 25
Examen apum in arbore prætorio imminente considet. 21, 46
Examen apum in foro considet. 27, 23
Exemplo nullo factum fere reprehenditur. 26, 2
Exercitus amissi reus quando factus ipse dux. *ibid.*
Exercitus diductio ac distractio perniciosa. 27, 46
Exercitus in oppidis hibernare vetitus. 26, 21
Exercitus Annibalis ex colluvione omnium gentium, nullam tamen movit per tot annos seditionem. 28, 12
Exercitus Romanus in Hispania. 28, 13. gladiis ad scuta concrepat. 29
Exilium capitalis pœna Romanis. 26, 3
Exta cruda cæsa in mare projicit Scipio. 29, 27

F.

L. FAbius legatus. 30, 25
M. Fabius Buteo ædilis curulis. 30, 26
Q. Fabius legatus. 21, 18
Q. Fabius Maximus prodictator à populo creatur. 22, 8. ædem Veneri Erycinæ vovet. 10

Q. Fa-

Digitized by Google

Q. Fabii Maximi dictatoris prudentiam non vim timet Annibal. 22, 12. ejusdem cunctatio. *ibid.* ejus cunctatio & in castris & in urbe infamis. 15. sacrorum causa Romam vocatur. 18. inviolatum ab Annibale agrum suum vendit captivis redimendis. 23. in oratione minime popularis. 25. Minucio magistro eq. deprehenso fert suppetias. 29. Pater à magistro eq. appellatur. 30. ejus ad L. Æmilium Cos. oratio, ne rem prœlio præcipiter. 39. Casilinum oppugnat. 24, 19. exacto semestri imperio dictatura se abdicat. 22, 31. ejus consilium post cladem Cannensem. 55. pontifex creatur. 23, 21. duumvir creatur. 31. ejus oratio de creandis Consulibus tempore extremo præstantissimus. 24, 7. IV Cos. creatur. 9. legatus filio ad Suessulam venit. 24, 44. experitur, an filius sciat se consulem esse. *ibid.* V Cos. creatur. 22, 6. Senatus princeps. 27, 11. Marcellum per literas monet, ne cum Annibale manum conferat. 10. Manduria vi capta Tarentum obsidet. 15. Q. Fabio Maximo auspicanti aves non addicunt. 16. ejus oratio, qua suadet, ne Scipioni Africa provincia extra sortem mandetur. 28, 40. moritur. 30, 26

Q. Fabius Maximus Cos. F. consul absens creatur. 24, 43. in Apuliam profectus. 44. Pontifex maximus in locum patris electus. 30, 26

Q. Fabius Maximus prætor, legatus ab M. Livio Cos. Romam ad Senatum mittitur. 28, 9

Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum missus. 22, 57. à Delphis Romam redit, responsumque ex scripto recitat. 23, 11

Q. Fabius Pictor historicus. 22, 7

Fæsulæ, urbs in Hetruria. 22, 3

Falsa veris permixta habentur similia veris. 29, 20

Fama omnia auget in majus. 21, 32. 27, 24

Famam alterius suæ famæ damno suggillans, stultus. 29, 37

Fames etiam multas bestias accendit. 25, 13. obsidionis diuturnæ malum. 25, 13

Fames ultimum humanorum supplicium. 23, 19

Fata sinenda sunt in occulto. 21, 22

Fatales libri. 22. 9, 57

Faucula Cluvia pro salute & victoria populi Romani sacrificavit. 26, 33

Felicis Sullæ cognomen ab assentatione familiari cœptum. 30, 45

Feræ latibula sua & catulos tutantur. 26, 13

in Ferentinum agrum colonia Latina ducta. 25, 9

Feronia Dea. 22, 1

Feroniæ fanum ab Annibale spoliatur. 26, 11

ad Feroniæ lucum IV signa sanguine multo diem ac noctem sudarunt. 27, 4

Festinatio improvida & cæca. 22, 39

Festo die captæ Syracusæ. 25, 23

Festum Dianæ per triduum à Syracusanis celebratum. 25, 23

Fides habita ipsam plerumque obligat fidem. 22, 22

Fidem cum fortuna facile mutant Barbari. 28, 17

Fidem socialem usque ad perniciem suam colunt Saguntini. 21, 7

Fidei unicum vinculum parere melioribus. 22, 13

Filius, cujus pater in potestate hostium, tribunus plebis aut ædilis esse non potest. 27, 21

Firmani à populo Romano laudantur. 27, 10

Flamen Martialis mortuus. 29, 11

Flaminibus licebat ingredi senatum. 27, 9

Flaminio Circo de imperio Marcelli actum. 27, 21

C. Flaminius Censor consulatum Arimini init. 21. 15, 57. in provincia, non in urbe consulatum inire statuit. 63. bellum cum Diis immortalibus gerere visis. *ibid.* palu-

paludatus ſine lictoribus in provinciam proficiſcitur. *ibid.* ipſo immolante vitulus jam ictus è manibus ſacrificantium profugit. *ibid.* in Hetruriam exercitum ducit. *ibid.*
C. Flaminii conſulis ferocia & impietas. 22. 1, 2, 3. ab equo, per caput devolvitur. 22, 3. lancea transfigitur. 6
C. Flaminius cenſor. 23, 14
C. Flaminius quæſtor. 26, 47
C. Flaminius conſul. 27, 35
Flamma circa caput concionantis Marcii. 25, 39
Flavii Lucani proditio adverſus Gracchum. 25, 16
Floronia Veſtalis ſtupri comperta. 22, 57
Fœderis rupti ultores Dii. 21, 10
de Fœderum jure populi Rom. cum Carthaginienſibus. 21, 19
T. Fontejus legatus. 25, 34. 26, 17
Formiana ſaxa. 22, 16
Fornicata via. 22, 36
Fortuna quem nunquam decepit, incerta caſuum temere non reputat. 30, 30
Fortuna haud magni momenti eſt bono Imperatori. 22, 25
Fortuna bona, bonaque mens raro hominibus datur. 30, 42
Fortuna belli varia, Mars anceps. 21, 1
Fortunæ maximæ minime credendum. 30, 30
Fortunæ magnæ poſſeſſione cedere quovis momento facile eſt: facere & parare eam arduum. 24, 22
cum Fortuna fere mutabilem gerunt fidem Barbari. 28, 17
Fortunæ ædes. 23, 19. 24, 47
Fortunæ ædes reficitur. 25, 7. de cœlo Capua tacta. 27, 23
Fortuna Primigenia. 29, 36
Fortunæ in Algido ſupplicatio imperata. 21, 62
Forum Boarium. 27, 37. 29, 37
Forum Piſcatorium. 26, 27
Fori publici. 29, 37
Foruli vicus. 26, 11
Foſſa Græca. 28, 46
Frater in regno ſuccedit apud Numidas, non filius. 23, 29
Fratres de regni contentione diſſentientes. 21, 31. monomachia certantes. 28, 21
Fraus fidem in parvis ſibi præſtruit, ut cum operæ pretium ſit, cum mercede magna fallat. 28, 42
Fregellis porta de cœlo tacta. 26, 23
Fregellis lux nocte oborta. 28, 11
Fregellani à populo Romano laudantur. 27, 6
Frumentum quaternis æris populo vicatim deſcriptum. 30, 26
Frumentum pro vectura nautis relictum. 30, 38
Fruſinas ager. 26, 9
Fruſinone infans natus quadrimo par. 27, 39. murus de cœlo tactus. 30, 38
Fuga non ſemper felix. 28, 8
Fugientes conflictum ſe quodammodo impares fatentur. *ibid.*
Fulfulæ oppugnatæ. 24, 20
Fulmen aureum pondo 1. Jovi factum. 22, 1
Fulmine exanimati aliquot homines in via Fornicata. 22, 36
Fulmine tacta multa. 24, 10. 25, 7
Fulvius Flaccus legatus. 22, 12
C. Fulvius, frater Flacci, legatus. 26, 33. 27, 8
Cn. Fulvius quæſtor, interceptus ab Annibale. 21, 59
Cn. Fulvius prætor. 25, 20. ejus exercitus ab Annibale fuſus. *ibid.* à C. Sempronio Blæſo accuſatur. 26, 2. ſe defendit. 3. exulatum Tarquinios abit. *ibid.*
Cn. Fulvius cum exercitu ab Annibale occiſus. 27, 1
Cn. Fulvius Centumalus prætor creatur. 24, 43. Cos. creatur. 28, 41
L. Fulvio Flacco C. Flaccus frater inviſus ob vitia. 27, 8
L. Fulvius Maſſo decemvir ſacrorum. 25, 2
M. Fulvius tribunus militum cæſus. 27, 12
Q. Fulvius dictator à Marcello dicitur. 27, 5. dictatura ſe abdicat. 6

Digitized by Google

Q. Fulvius ædilis curulis. 30, 39
Q. Fulvius Flaccus pontifex creatur. 23, 21. prætor creatur. 24. conſul. 30. prætor refectus. 24, 9
Q. Fulvius Flaccus magiſter equitum. 25, 2. III Cos. creatur. 5. Pont. max. fieri cupit. *ibid.* Hannonis caſtra oppugnat. 13
Q. Fulvius Cn. Fulvii frater. 26, 3. relicto Capuæ collega Appio Claudio Romam contendit. 8. ejus in puniendis Campanis ſenatoribus ſeveritas. 15. ei in annum protogatum imperium. 28
Q. Fulvius Gillo legatus Scipionis. 30, 21
Fumi indicium. 21, 27
M. Fundanius Fundulus ædilis plebis. 25, 2
Funditores maximi Baleares. 28, 37
Funus hoſtis celebrat Annibal. 25, 17
Furius Bibaculus ad Cannas cæſus. 22, 49
L. Furius Purpureo tribunus militum. 27, 2
M. Furius Philus prætor. 22, 35
P. Furius Philus Conſularis viri F. 22, 53
P. Furius Philus cenſor creatur. 24, 11

G.

GAbiis murus ac porta de cœlo tacta. 24, 10
Gades. 21, 21. 27, 20
Gadibus vota Herculi exolvit Annibal. 21, 21
à Gaditanis Mago pecuniam exigit. 28, 36
Gaditani portas Magoni claudunt. 28, 37. Romanis deduntur poſt Magonis ab Oceani ora diſceſſum. *ibid.*
Gaditana provincia. 28, 2
Gala rex Numidiæ, Maſſylæ gentis. 24, 48
Gala, Maſiniſſæ pater, moritur. 29, 29
Galæſus fluvius quinque millia paſſuum à Tarento abeſt. 25, 11
Galeagra turris. 25, 23
Galearia juniorum ſorte prærogativa. 27, 6
Gallia provincia, olim Ariminum dicta. 28, 38
Galli ingenio feroci & indomito. 21, 21
Galli gens mollis. 22, 2
Galli auri avidiſſimi. 21, 20
Galli armati in concilium veniunt. *ibid.*
Gallorum armatura qualis. 22, 46. ſuper umbilicum nudi pugnant. 22, 46
Gallorum riſus de legatis Romanis. 21, 20
Galli donis capti cum Pœno pacem ineunt. 21, 24
Galli Alpium incolæ Annibalem oppugnant. 21, 33. ex inſidiis Annibalem adoriuntur. 34
Gallis inviſus eſſe incipit Annibal. 22, 1
Gallorum ſtrategema. 23, 24
Galli Ciſalpini. 27, 38
Galli Ligures. 21. 38, 58
Gallus & Galla in foro Boario vivi demiſſi. 22, 57
Garamantum gens. 29, 33
Gaudio nimio duæ matres exanimantur. 22, 7
Gelo, filius Hieronis, ad Pœnos deficit. 23, 30. ejus modeſtia. 24, 5
Genio Deo cæſæ majores hoſtiæ. 21, 62
Genua urbs. 21, 32. 29, 5. à Magone capitur. 28, 46
L. Genucius legatus ad Syphacem. 27, 4
Gerunium urbs. 22, 18
Getuli milites. 23, 18
Giſgo, legatus ad Philippum. 23, 34
Gladiatorium ſpectaculum ex voluntariis hominibus à P. Scipione editum. 28, 21
Gladiis diſcingendorum militum nota. 27, 13
Gloriæ cupiditas. 25, 40. 28, 43
Græcæ fabulæ. 28, 43

Digitized by Google

Græcarum artium opera, quando primum admirati Romani. 25, 40
Græcus & Græca in foro Boario sub terra vivi demissi. 22, 57
Græci sermonis ubertas. 27, 11
Greges sine custode pascentes & ultro ad stabula redeuntes. 24, 3
Grumentum, oppidum Lucaniæ. 23, 37. 27, 43
Gubernatoris opera maxime necessaria in tempestatibus. 24, 8
in Gymnasio pallio crepidisque inambulare vitio Romanis Imperatoribus datum. 29, 19

H.

HAmæ tria millia passuum à Cumis absunt. 23, 35
Hamis statum sacrificium. *ibid.* nocturnum sacrum. *ibid.*
Hamilcar. *vide* Amilcar.
Hampsicora, Sardiniæ princeps, defectionem molitur. 23. 32, 40. mortem sibi conscisit. 41
Hanno Bomilcaris F. 21, 27. ejus copiæ Rhodanum trajiciunt. *ibid.*
Hanno alterius Barcinæ factionis princeps. 21, 3
Hannonis gravissima oratio, qua Annibalis victoriam elevat. 23, 12. ejusdem in Senatu Carthaginiensi oratio adversus Annibalem. 21, 10
Hanno adversus Cn. Scipionem prodit & capitur. 21, 60
Hanno capitur. 23, 40
Hanno pulsus finibus Lucanis à Ti. Sempronio Longo. 23, 37. ejus cum Nolanis colloquium. 43
Hanno ad defectionem sollicitat Græcas in Bruttiis urbes. 24, 1
inter Hannonem & Gracchum acris pugna. 24, 15
Hannonis castra direpta. 25, 14
Hanno in Bruttios cum Cominio Cerito redit. 25, 14. in Bruttios ad exercitum comparandum missus. 27, 42
Hanno novus Imperator in locum Barcini Asdrubalis concedit. 28, 1
Hanno in Africam trajicit, relicta Sicilia. 26, 40
Hanno vivus capitur. 28, 2. Romam mittitur. 4
Hanno à L. Marcio in fugam vertitur. 28, 30
Hanno Carthaginiensis equitatus præfectus occiditur. 29, 29
Harmonia, Gelonis filia, Themistio juncta. 24, 24. occiditur. 25
Harpagones, asseres ferreo uncо præfixi. 30, 10
Hegas, præfectus equitum, cadit. 23, 1
C. Helvius, tribunus militum, in restituenda pugna cadit. 30, 18
Heraclea, filia Hieronis, cum duabus filiis interficitur. 24, 26
Heraclea, urbs. 25, 27
Heraclea, quæ Minoa vocatur. 24, 35. 25, 40
Heracleæ Ætolis concilium indictum. 28, 5
Heracleensis ager. 24, 20
Heraclitus, cui Scotino cognomen, legatus Macedonum regis Philippi, ad Annibalem. 23, 39
Heræa, oppidum. 28, 7
Heræorum ludorum curatio ad Philippum delata. 27, 30
Herbesus, oppidum. 24, 30. oppugnatur. *ibid.* à Marcello recipitur. 35
Herculis columnæ. 21, 43
Herculi Gadibus votum solvit Annibal. 21, 21
Herdonea, urbs. 27, 1. ab Annibale incenditur. *ibid.*
Herennius Bassus ab Hannone ex Nola ad colloquium vocatur. 23, 43. Hannoni respondet. 44
C. Herennius. 21, 25
Hermandica Carthaginiensium urbs. 21, 5
Hermophroditi nati expiatique. 27, 37
Hetriculum, oppidum Bruttiorum ad Romanos deficit. 30, 19
Hetrusci deficiunt. 27, 21
Hexapylon. 25, 24
Hexapylo locum vicinum Leonta vocant. 24, 11

Digitized by Google

Hexapylo Theodotus ac Sosis obscura nocte invecti. 24, 21
Hibernare vetitus miles in oppidis. 26, 1
Hibernacula Pœnorum in tres partes divisa. 26, 20
Hiemis nullo tempore belli opera intermittens Scipio. 25, 3
Hiero, rex Syracusanorum. 21, 49. classem Ostiam mittit. 22, 37 C. Flaminii Cos. mortem ægre fert. *ibid.* ejus in populum Romanum liberalitas. *ibid.* Hieronis mors Romanis damnosa. 24, 4. ejus testamentum publice recitatum. *ibid.* Hieronis regnum classe Punica vastatur. 22, 56
Hieronymus, Hieronis nepos, Syracusanorum rex, in Sicilia omnia turbat. 24, 4. ejus tyrannici mores. 5. deficit à Romanis ad Annibalem. 6. à conjuratis interficitur. 7
Himera, amnis Siciliam dividens. 24, 6. 30, 40
Himilco, vir factionis Barcinæ, Hannonem increpat. 23, 12. Agrigentum se recipit. 24, 39. Syracusanis suppetias fert. 25, 26. peste perit. *ibid.*
Hiostus, filius Hampsicoræ. 23, 40. in acie cadit. *ibid.*
Hippo Regius, oppidum Africæ. 29, 3
Hippocrates, legatus Annibalis ad Hieronymum missus. 24, 6. catenis vincitur. 31. ob Hippocratem seditio mota in Syracusano exercitu. *ibid.* ejus dolus in fingendis falsis literis. *ibid.* Prætor creatur. 32. Murgantiam se recipit. 39. Syracusanis suppetias fert. 25, 26. peste perit. *ibid.*
Hirpini populi. 23, 1. à Romanis deficiunt. *ibid.* ex Hirpinis tria oppida recepta à Romanis. 23, 37
Hirpini Q. Fulvio se dedunt. 27, 15
Hispania bello reparando aptissima, postremaque omnium provinciarum perdomita. 28, 12
Hispania multas turres habet, quibus pro speculis & propugnaculis utuntur adversus latrones. 22, 19
Hispaniæ loca pleraque saltibus crebris inclusa. 28, 11
Hispaniæ populi ad defectionem Carthaginiensium spectant. 22, 22
Hispanorum inquieta avidaque in novas res ingenia. 22, 21. quali armatura utantur. 22, 46. ad concursandum inter saxa rupesque apti. 22, 18. suppositis incubantes cetris Rhodanum transnatant. 21, 27
Hispanorum exercitus adversus Imperatores Romanos. 29, 2
Hispanorum tredecim millia cæsa. *ibid.*
Homo unus multorum millium instar. 24, 34
Hominum ferocia mutatur cum tempore & loco. 27, 17
Honesta utilibus cedunt rebus extremis. 23, 14
Honoris & Virtutis ædis dedicatio à Pontificibus impeditur. 27, 25
Honore suo dignos minime fraudabant Romani. 27, 10
Honorum distincti gradus. 22, 26
Honosca urbs capitur. 22, 20
Hordeum pro tritico datum militibus ignominiæ loco. 27, 13
Hospitalis fœderis contemptor Badius Campanus. 25, 18
Hostiis humanis sacrificatum Romæ. 22, 57
in Hostico laxius vivunt milites, quam in pacato. 28, 24
Hostilia curia. 22, 55
C. Hostilius Tubulus prætor creatur. 27, 6. ei prorogatum imperium. 27. 24, 36. prospere cum Annibale pugnat. 40. ei prorogatum in annum imperium Capuæ. 28, 10. prætor ludos facit voveturque. 27, 11. obsides Arretinis imperat. 24
L. Hostilius Mancinus cum CCCC equitibus ad explorandum missus. 22, 15. cum equitibus occiditur. *ibid.*
Hostis contempti, aut neglecti, malum. 25, 39
Hostis provocandi & ad prœlium eliciendi ratio. 22, 3

Digitized by Google

Humani ingenii in vetita inclinatio. 21, 22
Humanis corporibus vesci milites suos docet Annibal. 23, 5

I.

Iamphorina, urbs, caput arxque Mædicæ. 26, 25
Ibera, urbs opulentissima. 23, 28
Iberus fluvius. 26, 17
Idæa mater. 29, 10. in ædem Victoriæ defertur. 29, 14
Idibus Martiis magistratus initus. 23, 30. 26, 1. 27, 7
Jecur sine capite inventum. 27, 26
in Ignem se suosque præcipitant Saguntini. 21, 14. 28, 23
Ignes per cœlum sparsi. 30, 2
Ignium crebrorum per noctem in castris accendendorum altus. 22, 41
Ilercaonensium ager. 22, 21
Ilienses. 29, 12
Illergetes populi. 21, 61
Illiberis, oppidum. 21, 24
Illiturgi oppidum à Pœnis obsidetur. 23, 49. liberatur obsidione. *ibid.* iterum oppugnatur à Carthaginiensibus. 24, 41
Ilva, insula. 30, 39
Imber ingentibus procellis pugnam dirimit. 23, 44. pugnam inter Romanos & Annibalem dirimit. 25, 11
Imber lapideus. 30, 38. *vide in* Prodigiis.
Imbris opportunitas in Arpis capiendis. 24, 46
Impedita multa natura, consilio expediuntur. 25, 11
Imperatori Imperator par opponendus. 24, 8
Imperator in prœlio inspector pugnantium multum eis addit animi. 24, 44
Imperatoris exemplum milites sequuntur. 26, 2
Imperatoris vultus militi seditioso terribilis. 28, 26
Imperatorem se dici vult, non Regem Scipio. 27, 19
Imperatores ab exercitibus legi, res mali exempli. 26, 2
Imperium nullum cuiquam deferri poterat populi injussu. *ibid.*
Imperium acerbum & avarum, intolerabile. 23, 32
Imperii cupiditas quantum inter mortales malum. 28, 21
Incendium ingens Romæ. 24, 47. ejus auctores comprehensi. *ibid.*
Indibilis rex. 25, 34. ad Scipionem orationem habet. 28, 19. Suessetanum agrum depopulatur. 28, 24. propalam à Romanis deficit. 31. cum paucis fugit, reliquis cæsis. 33. Mandonium fratrem ad Scipionem supplex mittit. 34. à P. Scipione qua clementia habitus. *ibid.* à Romanis deficit. 29
Indici libertas data & æris gravis viginti millia. 22, 32
Indici libertas data & æs. 26, 27. 27, 3
Infantes etiam cæsi in hostilis urbis expugnatione. 28, 20
Ingauni Ligures bellum gerunt cum Epanteriis montanis. 28, 46
Ingenium suum cuique audaciam aut pavorem facit. 26, 3
Ingenia fervida ac præpropera sæpe damnosa in bellis. 27, 33
Insani montes. 30, 39
Insubres. 21, 25
Insubres Galli. 30, 18
Insula Vulcani. 21. 49, 51
Interamna colonia Romana. 26, 9. 27, 9
Jocorum militarium carmina. 28, 9
Ionium mare. 23, 33
Jovis Statoris ædes. 27, 37
Jovis ædes Formiis de cœlo tacta. 24, 44
Jovis ædes Minturnis de cœlo tacta. 27, 37
Jovi Capitolino aurea corona à Saguntinis donata. 28, 39
Jovis epulum ludorum causa. 25, 2. 27, 36. 29, 38
Jovem lapidem jurare. 21, 45
Isalca, præfectus Getulorum. 23, 18
Istri populi. 21, 16
Istricus vicus. 24, 10. *vide* Histri.

Ita-

Italiæ populi, qui ad Annibalem defecere. 22, 61
Judicum ordo Carthagine dominatur, quia perpetuus. 23, 32
Jugarius vicus. 24, 47. 27, 37
Sext. Julius Cæsar legatus. 27, 29
Juniores ab annis XVII ad militiam armantur. 22, 57
propter Juniorum inopiam Romæ delectus ægre confectus. 25, 5
D. Junius præpositus ad ostium Vulturni. 25, 22
M. Junius dictator. 22, 57. ejus de captivis redimendis ad P. C. oratio. 59
M. Junius Pennus ædilis plebis. 29, 11. prætor creatus. 30, 40
M. Junius Sillanus prætor creatur. 25. 2, 3. ei imperium prorogatur. 26, 1
M. Junius Sillanus, proprætor, adjutor ad res gerendas P. C. Scipioni datur. 26, 19. à Scipione mittitur adversus Magonem & Hannonem. 28, 1
Juno Lacinia. 28, 46
Junoni reginæ sacrificium à Decemviris factum. 22, 1
Juno Sospita. 22, 1. 29, 14
Jupiter Latialis. 21, 36
Jupiter Vicilinus. 24, 44
Jurejurando quando primum milites à tribunis militum adacti. 22, 38
Jurisjurandi religio ardore contentionis neglecta. 26, 38
Jusjurandum militum diversum à sacramento. 22, 38
Justitio simile otium. 26, 26
Juvenis unius constantia multorum revocat desperationem. 22, 53
Juvenes legati Carthaginiensium rejecti. 30, 42
Juventati lectisternium indictum. 21, 62

L.

LAbicanus ager. 26, 9
Lacetani populi. 21. 60. 61
Laciniæ Junonis templum. 23, 33
Lacinium Annibal copias admovet. 27, 25
Lacumaces, Desalcis filius, appellatur rex. 29, 29. ingentia auxilia ab Syphace adducit. 30
Lacus Averni. 24, 12
Lacus Ostiæ. 27, 11
Lacus Trasimeni. 24, 13
C. Lælius. 26, 42. corona aurea ac triginta bobus à P. Scipione donatur. 26. 39, 48
C. Lælius Syphacem & reliquos captivos Romam deportat. 30, 16. in Rostra ascendit concionaturus. 17
Lætitia præsenti occupatus animus, nihil quo vanius fiat gaudium suum, auribus admittit. 23, 13
C. Lætorius ædilis curulis. 23, 30. legatus. 25, 22. prætor creatur. 26, 23. flamen Dialis. 27, 8
L. Lætorius ædilis pl. vitio creatus se abdicat. 30, 39
Lævini Consulis oratio. 26, 36
Lamia urbs. 27, 30
Lanii filius evectus ad consulatum. 22, 26
Lanuvii strepitus in æde Junonis Sospitæ sine causa editus. 29, 14
Lanuvium Junoni donum pondo quadraginta portatum. 21, 62
Lapides atri, locus in Auscetanis. 26, 17
Larinas ager. 22. 18, 24. 27. 40, 43
Lariliæ dies exercitui ad conveniendum à Philippo indicitur. 28, 5
Lariscus amnis. 27, 31. Eleum agrum ab Dymeo dirimit. *ibid.*
Latialis Jupiter. 21, 63. *vide* Jupiter.
Latinæ feriæ. 21, 63. 22, 1
Latina via. 22. 12, 55
Latonæ fœmina bove aurata litatum. 25, 12
Latomiæ, quæ & Lautumiæ. 26, 27
Latus clavus tunicæ. 30, 17
Laureæ coronæ gestatæ sacrificantibus. 23, 11
Laurentanus portus. 30, 39
Lautia legatis præbita. 28, 39
Lecti ærati. 22, 1. 29. 14
Lecticula in aciem illatus Cn. Scipio confligit. 24, 42

Digitized by Google

Lectisternium per triduum. 22,10
Lectisternium Cære imperatum. 21, 62
Legati violati. 21,25. 30,25
Legati ex Balearibus insulis & ultima Hispania pacem petentes ad C. Scipionem. 22,20
Legati Romani ad Macedonum regem Philippum. 22. 33
Legati ab Syphace Romam veniunt. 27, 4
Legatorum Saguntinorum in Senatu oratio. 28,39
Legati Carthaginiensium ad Asdrubalem & Syphacem. 29,34
Legati Romam ad Philippum. 30,26
Legati Carthaginienses Romam mittuntur. 30,38
Legati Romanorum Massiliæ benigne excipiuntur. 21, 20. Hispaniæ populos ad defectionem sollicitant. 19
Legatis ad ædem Bellonæ senatus habitus. 26,21.28. 9, 38. 30. 22, 40
Legiones quaternum millium & ducentorum peditum equitumque trecentorum. 28,28
Legiones ex sex millibus peditum & amplius. 29,14
Legionibus sexdecim imperium defensum. 30,27
Legionibus duodeviginti bellum gerunt Romani. 24,11
Legionibus XXIII terra marique bellum gestum. 26,2
Legiones quinta & sexta Cannenses in Africam cum P. Scipione proficiscuntur. 29,24
Legio undevicesima. 27, 38
Legio vicesima. 27. 14, 38
Lemno Attalus classem transmittit. 28,5
C. Lentulus ædilis curulis. 29,11
L. Lentulo Hispania provincia à P. Scipione traditur. 28,38
L. Lentulus Imperator in Hispania. 29,3
Leon Hexapylo vicinus locus. 24, 39
Leontini deficiunt à Syracusanis. 24, 29. oppugnantur à M. Marcello. 24,39
Leptis civitas. 30,25
Leucas promontorium. 26,26
Lex, ne quis senator, quive senatoris pater fuisset, maritimam navem, quæ plus quam trecentarum amphorarum esset, haberet. 21,63
Leges funebres. 24,7
Liberi fere lecti in milites, nisi ultima necessitate. 22, 57. 23, 14
Libertatis ædes. 24,16
Libertatis cupiditas vel in mortem fuit. 28,22
Libertini in verba jurant militaturi. 22,11
Libido Philippi Macedonum regis. 27,33
Libri Sibyllini ex Senatusconsulto per duumviros sacrorum aditi. 21,62.22.1.25,12
Libri vaticini aut vaticinandi artem habentes ad prætorem delati. 25,1
Libui Galli. 21,38
C. Licinius legatus. 21,18
L. Licinius prætor. 27,8
M. Licinius tribunus militum excusus. 27,12
P. Licinius Crassus pontifex max. juris pontificii peritissimus. 30, 1. magister equitum dictus. 27, 5.
P. Licinius Dives pontifex maximus prætor creatus. 27, 21. in Bruttios proficiscitur. 46
P. Licinius Varus ædilis curulis ludos Romanos in unum diem instaurat. 27, 6. prætor creatur. 21. legem tulit, ut ludi Apollinares in perpetuum in statum diem voveantur. 23
Lictores consulum quinque in potestatem hostium veniunt. 27,29
in Ligures legati Romanorum missi. 22.33
Ligurum DCCC conscribit Asdrubal. 27.39
Ligures Alpini. 28,42
Lilybæum urbs. 21,49. 27,5
Linterni arenæ. 22,16
Lintres temere ad vicinalem usum parantur a Gallis. 21,27
Liparæ, insula. 21,49
Liris, flumen. 26.9,34

Digitized by Google

Literæ ac nuncii Aſdrubalis ad Annibalem intercepti. 27. 43
Literarum adulteratarum ſupponendarum aſtus. 24,31
Livius poeta carmen condit. 27, 37
C. Livius pontifex creatur in M. Pomponii Mathonis locum. 26, 23
C. Livius ædilis curulis quadrigas aureas in Capitolio poſuit. 29, 38. prætor creatur. 30,26
M. Livius legatus. 21,18
M. Livius. 26,39
M. Livius Macatus. 27,34
M. Livius arcis Tarentinæ præfectus accuſatur. 27, 25
M. Livius pro cognato, M. Livio Macato, cauſam dicit. 27, 34. conſulatum reculat. *ibid.* barbam tondere & ſqualorem deponere jubetur à cenſoribus. *ibid.* 11 Cos. creatur. 36. ira in cives plenus ad bellum proficiſcitur. 40. ad urbem redire jubetur. 28, 9. quadrigis urbem intrat, militeſque ſequuntur. *ibid.* quinquagenos ſenos aſſes militibus ſuis dividit. *ibid.* dictator creatur. 10. ei in annum prorogatum imperium. *ibid.* Volonum exercitum in Galliam ex Etruria traducit. 29,5. cenſor creatur. 37. quare Salinatoris cognomen invenerit. *ibid.*
inter M. Livium & C. Claudium cenſores ſimultas. *ibid.*
L. Livius, præter tribum Mæciam, populum Romanum omnem, quatuor & triginta tribus, ærarios relinquit. *ibid.*
M. Livius Cos. 22,35
Locis ſanctitate ac divitiis inſignibus etiam adficta miracula. 24,3
Locri, qui & Locrenſes. 22,61.23, 41. oppugnantur. 27,27
Locros urbem recipiendi ſpes Scipionem ab Africa adeunda revocat. 23,5
Locrorum arx à Romanis capitur. *ib.*
Locrenſes ad Pœnos deficiunt. 23, 30. in agris vagantes ab Amilcare intercipiuntur. 24,1
Locrenſium legatorum in ſenatu oratio de Q. Pleminii crudelitate. 29,18
Locrenſibus libertas reſtituitur. 21
Locuſtarum vis ingens circa Capuam. 30,2
Longunticam pervenit claſſis Romana. 22, 20
Lora comederunt Caſilini. 23,19
Luca urbs. 21,59
Lucani. 22, 42. 27, 44. ſecundo à Romanis deficiunt. 22, 61. Q. Fulvio ſeſe dedunt. 27,17
Lucerini à populo Romano laudati, 27,10
L. Lucretius quæſtor interceptus ab Annibale. 21,59
M. Lucretius tribunus plebis. 27,5
Sp. Lucretius prætor creatur. 28,38. prorogatur ei imperium, ut oppidum Genuam à Magone Pœno dirutum exædificaret. 30,1
Luctus triginta diebus finitus. 22, 56
Lucus Junonis Laciniæ 24,3
Lucus Junonis Soſpitæ. 22,1
Ludibria oculorum auriumque credita pro veris. 24,44
Ludi in Circo facti. 30,27
Ludi Apollinares in perpetuum voventur. 26,23
Ludi Apollinares peſtilentiæ avertendæ quando primum facti. 27, 23
Ludi funebres à P. Scipione exhibiti. 28. 21
Ludi magni voti, æris trecentis triginta tribus millibus, trecentis triginta tribus, triente. 22,10
Ludi magni facti à Dictatore. 28,35
Ludi Megaleſia celebrati. 29,14
Ludi plebeji per biduum inſtaurati. 25,2
Ludi plebeji ter inſtaurati. 30;26
Ludi Romani in diem unum inſtaurati. 25,2. 30, 26. ſemel inſtaurati ab Ædilibus Curulibus Q. Metello & C. Servilio, ex quo Annibal in Italiam venit. 27,38
Ludi Romani per biduum inſtaurati. 29, 38. per triduum inſtaurati. 23, 30. ter toti inſtaurati ab Ædilibus Curulibus. 28, 10. 28, 11. 30,39

Digitized by Google

Ludorum licentia tempore belli regibus pernicioſa. 27,31
Lunæ candor inter imbrem. 22,1
Lunæ defectu crepitus æris nocte ſilente editus. 26,5
Lunæ duæ interdiu ortæ. 22,1
Lupus intrat caſtra, laniatiſque obviis, ipſe intactus evadit. 21,46. *vide* Prodigia, ubi & alia de lupis plura.
Lupi ferrei in oppugnantes urbem injecti. 28,3
Luſitania. 27,22
Luſitaniæ montes. 21,43
Luſtrum ne perficeretur, prohibuit mors alterius Cenſoris. 24,43
C. Lutatius triumvir. 21, 25. finem primo bello Punico impoſuit. 28, 38. ex ſervitute poſt annum ſextum decimum liberatur, à Cn. Servilio. 30,19
Q. Lutatio conſule poſtrema pax data Carthaginienſibus. 30,44
Lychnidus oppidum capitur. 27,32

M.

MAcedones legati in Senatum introducti. 30,42
Macedonia provincia T. Quintio evenit. *ibid.*
Macella ad Numidas deficit. 26, 21
Machanidas Lacedæmonius tyrannus. 27, 29. 28, 5. Olympiorum ſolenne ludicrum parantes Eleos aggreditur. 7. Lacedæmonem fugit. *ibid.*
Mædi populi. 28, 5
M. Mænius tribunus militum. 30, 18
Magalus regulus. 21,29
Magiſtro equitum cum dictatore imperium æquatum. 22,26
Cn. Magius Atellanus. 24,19
Decii Magii Campani ſumma erga Romanos fides. 23, 7. vinctus in Annibalis caſtra ducitur. 23, 10
Magnus, Pompeji cognomen, ab aſſentatione cœptum. 30,45
Magni Campi, in Africa locus. 30,8
Mago, Amilcaris filius, res à fratre Annibale geſtas Carthaginienſibus exponit. 23, 11. annulos aureos à digitis occiſorum Romanorum detractos in curiæ veſtibulo effundi jubet. 12. in fugam vertitur. 28, 2. delectum in Hiſpania cum Aſdrubale Giſgonis filio habet. 12
Mago jubetur à Senatu Carthaginienſi claſſem, quam Gadibus haberet, in Italiam trajicere. 28, 36. à Gaditanis intra urbem non admittitur. 37. ex minore Balearium in Italiam trajicit. 46. Genuam capit. *ibid.* Gallos & Ligures in concilium vocat. 29, 5. femore transfixo cadit. 30, 18. in Liguriam profugit. 19. ex vulnere moritur. *ibid.*
Mago, legatus ad Philippum. 23,34
Mago, ex gente Barcina, cognatus Annibalis, capitur. 23,41
Mago, Pœnorum dux, Carthaginem Novam tuetur. 24, 42. ſe, aream & præſidium Scipioni dedit. 26, 46. Romam mittitur cum quindecim captivis ſenatoribus. 27, 51
Maharbal, Himilconis filius. 21. 12. cum ala Numidarum ſociorum, populi Romani agros depopulatur. 21, 45. ſuadet Annibali, ut quamprimum Romam adeat. 22, 51
Majeſtatis contemptus furente milite. 29,9
Maliacus ſinus. 27,32
Malorum imminentium præſagia. 25,35
Malorum conſiliorum receptus non tutiſſimus. 28,25
Mamertini in Sicilia. 28, 28. 30, 31
Q. Mamilius Turinus ædilis pl. ludos plebejos ſemel totos inſtaurat. 28, 10
C. Mamilius Vitulus primus de plebe maximus Curio creatus. 27, 8
Mandonius regulus. 22, 21. propalam à Romanis deficit. 28, 31. cum paucis fugit, reliquis cæſis. 33. ad P. Scipionem ſupplex venit. 34. qua clementia exceptus à P. Scipione. *ibid.* agrum Sueſſetanum Sedetanumque depopulatur. 24.

Digitized by Google

ejus uxor ante pedes Scipionis proçidens, obteſtatur, ut curam cultumque fœminarum impenſius cuſtodibus commendet. 26,49
Manduria oppidum in Salentinis. 27,17
A. Manilius tribunus militum. 27, 27. interficitur. *ibid.*
Manicius ſcriba prætor factus. 23, 19
Manipulatim. 23,42
C. Manlius prætor creatur. 27,37. legatus ad Philippum. 30, 26
L. Manlius prætor in Galliam mittitur. 21, 17, ejus exercitus cæditur à Bojis. 25. legatus captivorum Romanorum ad Cannas. 22, 61. prætor urbis. 28, 4
L. Manlius Acidinus prætor. 26, 23. 27,52. 29, 3. et Hiſpania provincia à P. Scipione traditur. 28, 38
L. Manlius Torquatus dictator dictus comitiorum ludorumque faciendorum cauſa. 27, 35. pontifex moritur. 30,39
L. Manlius Volſo candidatus conſulatus. 22, 35
P. Manlius Volſo prætor creatus. 26. 25,28
L. Manlius ædilis plebis. 27,38
T. Manlii Torquati oratio, qua ſuadet, ne redimantur captivi. 22, 60
T. Manlius Torquatus pontifex maximus fieri petit. 25, 5. conſulatum recuſat, valetudinem oculorum excuſans. 26,22
Manus præciſæ ſpeculatori deprehenſo. 22, 32. transfugis victis. 26, 12
Marcellus Claudius prætor Romanus Nolam magnis itineribus pervenit. 23, 14. ſuos in Annibalem educit. 16
M. Marcellus copias ſuas in aciem educit adverſus Annibalem. 23, 44
M. Marcellus III Cos. abſens creatur. 24, 9. Syracuſas intuitus lacrimatur. 25, 24. Achradinam circumſidet. 26
M. Marcellus ex Sicilia provincia ad urbem venit. 26,21
M. Marcello triumphus negatur. *ib.*
M. Marcellus ovans urbem init, & in Albano monte triumphat. *ibid.*
M. Marcellus ad Numiſtronem cum Annibale pugnam committit. 27, 2. cum Annibale æquo Marte pugnat. 14
de Marcello Annibalis judicium. 27, 16. de ejus morte auctorum diſſenſio. 29
M. Marcellus Virtutis ædem dedicat. 29,11
Marcius vates illuſtris. 25, 12. ejus carmina. *ibid.*
L. Marcius Septimi F. eques Romanus, impiger juvenis, res Hiſpaniæ perditas unus reſtituit. 25, 37. orationem habet ad milites. 38
Marcio captus clypeus, cum imagine Aſdrubalis. 25,39
L. Marcio concionanti flamma fuſa à capite ſine ipſius ſenſu. 39. Aſdrubalis caſtra noctu invadit. 39
L. Marcii literæ multos offendunt, quod ſe proprætorem ſcripſerat. 26,2
M. Marcius rex ſacrorum moritur. 27,36
M. Marcius Ralla prætor creatur. 29, 11. legatus. 30
Mare inferum. 23,38
Mare Ionium. 23,33
Mare ſuperum. 23,38
Mare quietum & turbidum imitatur populus prout duces nactus eſt. 28,27
Maricæ lucus de cœlo tactus. 27,37
Marius Alfius ſummus apud Campanos magiſtratus. 23, 35. occiditur. *ibid.*
Marius Bloſius prætor Campanorum. 23, 7
Marrucinus ager. 27,43
Marſi populi. 22,9. 26, 11. 28, 45
Martiis Idibus conſulatus initus. 26, 26
Maſæſyli, gens affinis Mauris. 28, 17
Maſiniſſa, regis Galæ filius. 24,49. juvenis acerrimus. 28, 5. ſocius Carthaginienſium. 25, 34
Maſiniſſæ & Scipionis colloquium. 28, 35. ejuſdem ad Scipionem oratio. *ibid.*

Digitized by Google

Maſiniſſa & Scipio fide data acceptaque diſcedunt. *ibid.*
Maſiniſſa ad Scipionem accedit. 29, 29. varia fortuna in amittendo recuperandoque paterno regno uſus. *ibid.* Thapſum urbem capit. 30. vivus à Syphace in montem Balbum profugit. 31. cum ſolis quatuor equitibus aufugit. 32. in occulta ſpelunca vulnus curat. *ibid.* collecto exercitu Syphacis & Carthaginienſium ſociorum agros devaſtat. 33. Hannonem ad pugnam elicit. 34. regnum paternum recipit. 30, 11. Sophonisbam Syphacis uxorem ducit. 12. ob Sophonisbæ nuptias à Scipione reprehenditur. 14. venenum in poculo ad Sophonisbam mittit. 15. ampliſſimis donis à P. Scipione decoratur. *ibid.* ejus legati in Senatum Romanum introducti. 17. Cirtha oppido, & cæteris oppidis agriſque ad regnum paternum adjectis à Scipione donatur. 44
Maſſici montis juga. 22,14
Maſſilienſes legatos Romam mittunt, qui benigne accipiuntur. 21, 20
Maſſiva puer adultus regius ad Scipionem ductus. 27, 19. muneribus à Scipione donatus ad Maſiniſſam remittitur. *ibid.*
Maſſyli, gens Numidiæ. 24,49
Maſſylii in ditionem Mezetuli concedunt. 29, 29. fugantur. 31. regnum paternum Maſiniſſæ concedunt. 30,11
Mater Deum, lapis quidam ſacer in Peſſinunte Phrygiæ. 29, 11. quo honore à Romanis excepta. 14
Matris Magnæ ædes in Palatio facienda locatur. 29,37
Matres duæ receptis inſperato filiis, gaudio exanimantur. 22,7
P. Matienus tribunus militum. 29, 6. virgis cæditur. 8
Matronæ, per omnia delubra vagæ, ſupplicationibus votiſque fatigant Deos. 27,50
Matuta mater. 25, 7. ejus ædes Satrici de cœlo tacta. 23,11
Mauri accolæ Oceani. 21,22
Mauruſii extremi populi prope Oceanum adverſus Gades. 24,49
Medici interdum plus quiete quam movendo atque agendo proficiunt. 22,18
Medixtuticus ſummus apud Campanos magiſtratus. 24,19.26,7
Megaleſia. 29,14
Megalopolitis Aliphera reſtituitur. 28,8
Megara. 24,30.28,7
Melæ Samnitium oppidum. 24, 20
Melas de Samnitibus vi capit Marcellus. 27,1
Meleſſum urbs Hiſpaniæ opulentiſſima, ſita in finibus Oringis. 28, 3
Melioribus parere, fidei vinculum unicum. 22,13
Meninx inſula vaſtata. 22,31
Menippus dux Philippi. 27, 32. 28, 5
Mens bona bonaque fortuna, raro ſimul hominibus dantur. 33, 42
Mens Dea. 22, 9
Menſarii triumviri. 23,21
Menti Deæ ædes dedicatur à T. Otacilio Craſſo. 23,31
Mentiſſa oppidum. 26,17
Mercenarium militem quando primum Romani habere cœperint. 24, 49
Mercenario milite belligeratum Carthaginienſibus. 26,43
Mercenariorum militum locus in acie. 30,35
Mercurii tumulus prope Carthaginem Novam in Hiſpania. 26,44
Mericus Hiſpanus prodit Achradinam, Syracuſarum præſidium. 25, 30
Merico civitas datur & quingenta jugera agri. 26,21
Meſſena urbs. 21,49. 27,41
Meſſis ante Kal. Junias. 23,32
Metapontum. 27.44.45
Metapontini populi. 22,61. ad Annibalem deficiunt. 25,15
Metapontinorum dolus. 27, 16
Metapontinus ager. 29, 19

Digitized by Google

Metapontinum præſidium animum Romanis facit. 25, 11
Metaurus fluvius. 27, 47
M. Metilii tribuni pl. in dictatorem concio. 22, 25
Q. Metellus ædilis curulis. 27, 38
T. Metilius Croto legatus. 23, 31
Metus omnia in majus auget. 29, 3
Metus ſemper in deteriora interpres. 27, 44
Mezetulus Numida, regum ſuorum inimicus. 29, 29. Annibalis ſororis filiam matrimonio ſibi jungit. *ibid.*
Militares artes diverſæ ab imperatoriis. 25, 19
Milite ſuo, non mercenario, uti ſolitus Romanus. 22, 37. 28, 44
in Milites culpam exercitus amiſſi rejiciens imperator. 26, 3
Milites procul à domo meliores. 21, 21
Milites jurejurando à tribunis militum adacti. 22, 38
Milites icti fulmine. 22, 1
Milvius pons. 27, 51
Mincius amnis. 24, 10
Minii Celeres hoſpites Annib. Capuæ. 23, 8
Minoa Heraclea. 24, 35
Minores Pontifices. 22, 57
Minturnis Jovis ædes de cœlo tacta. 27, 37
apud Minturnenſes ſanguinis rivus fluxit. *ibid.*
M. Minucius Rufus magiſter equitum. 22, 8. Fabii cunctationem incuſat. 12. ejuſdem oratio in Fabii cunctationem. 14. communicatum ſibi imperium abrogat. 30
Q. Minucius Claudii legatus. 26, 33
Q. Minucius proſpere in Hiſpania pugnat. 30, 40
Miracula fere adficta locis inſignibus. 24, 31
Miranda & prodigioſa quo magis creduntur, eo plura annunciantur. 24, 10
Miſeni promontorium. 24, 13
Miſeriæ ſuæ nimium ſi deregantur, nocet. 23, 3
Miſeriæ ultimæ animum dant ad libere loquendum. 29, 17
M. Metilius legatus. 25, 22
Mœnicaptus Gallorum regulus capitur. 24, 42
Momenta rerum magnarum ſæpe pendent ex parvis. 27, 9
Monomachiæ aliquot. 23, 47. 24, 8
Mons Victoriæ. 24, 41
Morbus ducis & ſuum exercitum & ſocios abalienat. 28, 24
Mortis crudele exemplum. 24, 26
Mortis contemptus in ſervo. 21, 2
Mortis contemptus acerrimum incitamentum ad victoriam. 21, 44
Mortis deprecatio miſerabilis. 24, 26
Q. Mucius Scævola prætor creatus. 23, 24
Q. Mucius æger. 23, 34
Q. Mucius Scævola Decemvir ſacrorum mortuus. 27, 8
ex Mulctatitio argento ſigna ænea ad Cereris data. 27, 6
ex Mulctatitio argento ſigna tria in Capitolio poſita. 30, 39
Mulier in virum converſa. 24, 10
Mulierum Romanarum terror audito Annibalis ad urbem adventu. 26, 9
Muliebris timor. *ibid.*
Muliebris amoris vis. 26, 15,
Multitudo aut ſervit humiliter, aut ſuperbe dominatur. 24, 25
Munda, urbs Hiſpaniæ. 24, 42
Municipia Appiæ. 26, 8
Muralis aurea corona. 23, 18
de Murali corona graviſſima contentio. 26, 48
Mures Caſilini comeduntur. 23, 19
Murgantia. 24, 27. ad Numidas deficit. 26, 21
Mutatio in contraria varie adficit corpora militum Annibalis. 21, 39
Mutina. 21, 25
Mutines Hipponiates Annibalis ducum unus. 25, 40. civitate Romana donatur. 27, 5

Digitized by Google

N.

NAbis Lacedæmoniorum tyrannus. 29,12
Nadagara urbs. 30,29
Nævius Criſta vir impiger, militiæque peritus. 24,40
Narnia colonia. 29,15
Narnienſes equites hoſtes cæſos nuntiant. 27,50
Naſos inſula, quæ & Naſſus. 25.24, 39. Urbs à Romanis capitur. 31
Natura quæ impedita ſunt, multa conſilio expediuntur. 22,11
Navalis pugna inter Romanos & Tarentinos. 30,10
Navalis pugna inter Carthaginienſes & Romanos. 30,10
Navalis pugna propter æſtum maris incerta. 28,30
Navalis pugnæ ſimulacrum. 26,51
Navalis rei cura apud Romanos. 27, 15
Navis maritima Senatoria tantum amphorarum trecentarum. 21,63
Navis prætoria. 29,25
Naves actuariæ. 21,28
Naves Punicæ aliquot captæ, reliquæ fugatæ. 21,50
Naves captæ ex Punicis. 22,20
Q. Navius centurio auctor peditum equiti immiſcendorum. 26,4. ejus bellica virtus. 6
Naupactum Ætoliæ urbs. 26,26
Nautæ à Romanis dati pro cenſu. 24, 11
Naxus inſula. 26,24
Neapolis conſpecta mœnia Annibalem ab ejus oppugnatione abſterrent. 23,1
Neapolis pars Syracuſarum. 25,25
Nebula denſa quanti in bello momenti. 22,4
Nemeæorum ludorum curatio ad Philippum delata. 27,31
Nepet colonia. 29,15
Nepet colonia milites pecuniamque Romanis daturam ſe negat. 27,9
C. Nero. 25, 2. *vide* Claudius.
Nicæa urbs. 28,5
Nico, fortiter Tarenti pugnans cadit. 27,16
Nico, cui Perconi cognomen, Romanis infeſtus atque inviſus. 26,39
Nola. 23, 14. oppugnatur ab Annibale. 23,16
Nolani à populo Romano laudati, & cur. 27,12
Nolanus ſenatus, Romanorum, plebs eſt Annibalis. 23,39
Nolana plebs defectionis ad Annibalem cupida. 24,13
Nominis error quam periculoſus in bello. 22,13
Norbani à populo Romano laudati, & cur. 27,12
Notæ equeſtres cenſoriæ. 27,11.
Nova Carthago. 28,17
Novendiale ſacrum edictum. 21.62. 26,23. 27. 38,39.30,38
Nox victoriam magis quam prœlium dirimit. 21,59. 23,28. 25,34. 27,2
Nocte lux oborta. 28,11. 29,14
Nucerini Atellam migrant. 27,3
Nucibus Caſilini vivunt tempore obſidionis. 23,19
Numerii Decimi Samnitis adventu prœlium reſtitutum. 22,24
Numidæ accolæ Oceani. 21, 22. gens ad pedeſtria bella rudis, equis tantum habilis. 24,48
Numidæ ante omnes barbaros in Venerem effuſi. 29,23. 30,12
Numidæ populantur agros ſociorum populi Romani in Sicilia. 26,21
Numidarum transfugarum fraus detegitur. 26,12
Numidæ jaculatores. 28,11
ad Numiſtronem M. Marcellus caſtra ponit. 27,2
Nuncii boni celeritas vix invenit fidem. 27,52
Nuncios calamitatis ſuæ hoſtibus ſupereſſe permittit Livius. 27,49
Nuptiæ ferales Syphacis cum Sophonisba. 30,12
Nurſini Umbriæ populi. 28,45

O.

OBlivione deleri quæ non poſſunt, ſilentio tegenda. 28,29

Obſe-

Digitized by Google

Obſecratio in unum diem populo indicta. 26,23
Obſidionis diuturnæ malum, fames. 25,13
Obſides è fuga retracti, occiſi, 25, 7
Obſides in cauſa ſunt, ne deficiant, qui eos tradidere. 22, 22
Occaſio omiſſa nequicquam quæritur. 25, 38
Oceanus. 27, 22
C. Octavius prætor. 28, 38. LXXX onerarias Pœnorum naves capit. 46
C. Octavius proprætor ex Sardinia ingentem vim frumenti adfert. 29, 36
Oculorum valetudinis excuſatio in ſuſcipiendo conſulatu. 26,22
OEniadæ, oppidum Acarnaniæ. 26, 24
M. Ogulnius legatus. 27, 3
Olba urbs. 30, 7
Olcades gens ultra Iberum. 21, 5
Olcadum fines. *ibid.*
Oleæ rami, ſupplicum velamenta. 29,16.30,36
Olei congii in vicos ſingulos dati. 25,2
Olympia maximo cœtu Græciæ celebrantur. 27,37
Olympii Jovis templum. 24, 21
Opifices Carthaginis novæ capti, populi Romani exercitui diſtributi ad operas. 26,47
Opima ſpolia. 23, 46
Opimia Veſtalis ſtupri comperta. 22,57
Oppiæ & Cluviæ bona ac libertas reſtituuntur. 26,34
Opus à Philippo recipitur. 28,7
Opuntii. 28,8
Opuntiorum emporium Cynus Locridis. 28,7
Opuntiorum urbs diripitur. 28,7
Ora, pro fune nautico. 28,36
Oratio pro militibus in Siciliam relegatis. 25,6
Oratio Samnitium ad Annibalem. 23, 42
Oratio Saguntinorum legatorum. 28,39
Oratio Syracuſanorum oratorum ad Marcellum. 25,29
Oratio L. Æmilii Paulli ad Cn. Cornelium. 22,49
Oratio Alorci militis Annibalis. 21, 13
Oratio Annibalis ad Hiſpanos milites. 21, 21. ejuſdem ad ſuos. 43. ad Scipionem. 30,30
Oratio Marcelli gravis in milites. 27, 13
Oratio C. Cornelii Scipionis ad milites. 21,40
Oratio P. Cornelii Scipionis Africani ad ſuos. 26, 41. ejuſdem oratio qua Fabianæ reſpondet. 28,43
Oratio Q. Fabii Maximi ad L. Æmilium Cos. 22,39. de creandis conſulibus. 24, 8. oratio ejuſdem, qua ſuadet, ne Scipioni Africa provincia extra ſortem mandetur. 28,40
Oratio Hannonis graviſſima, qua Annibalis victoriam elevat. 23, 12
Oratio Indibilis ad Scipionem. 28,19
Oratio M. Junii dictatoris de captivis redimendis ad P. C. 22,59
Oratio Lævini Cos. 26, 36
Oratio T. Manlii Torquati, ſuadentis ne redimerentur captivi. 22,60
Oratio L. Marcii ad milites. 25,38
Oratio M. Minucii Rufi, magiſtri equitum, qua Fabii cunctationem reprehendit. 22, 14
Oratio C. Terentii Varronis ad legatos Campanos. 23,5
Oratio Vibii Virii. 26,13
Oretani populi Hiſpaniæ. 21,11. 30,7
Oreum prima urbium Euboeæ. 28,5
Oricinorum expeditio. 26,25
Oricum urbs. 24,40
Orinx, oppidum Hiſpaniæ, in Meleſſum finibus ſitum oppugnatur. 28,3. capitur. *ibid.*
Orſua & Corbis fratres patrueles de principatu civitatis certant. 28, 21
Oſtia. 23,38
Oſtiæ murus portaque de cœlo tacta. 27,23
Oſtium Hieronis claſſis appellitur. 22,37
Oſtia Rhodani. 21,26
T. Otacilius proprætor. 22, 56. creatus conſul. 26,22

T. Ota-

Digitized by Google

T. Otacilius Craſſus duumvir. 22, 31. Menti ædem dedicat. 22, 11
T. Otacilius Craſſus pontifex moritur. 26, 23. 27, 6
Otium ex labore efferata corpora varie movet. 21, 39
Otriculum. 22, 11
Ovile, ubi, conveniebant centuriæ comitiis centuriatis. 26, 22

P.

PAchynum promontorium. 24, 35. 25, 27
Pachynum accedit claſſis Punica. 24, 27
Pactius, Vibii frater, Bruttiorum nobiliſſimus. 27, 15
Pacuvius Calavius improbus homo, ſed non ad extremum perditus. 23, 2. ex Appii filia duos liberos habuit. *ibid.* filiam Livio Romam nuptum dedit. *ibid.*
Padus fluvius. 21, 32. major ac violentior Rhodano. 43
Pæſtum oppidum. 22, 36
Pæſtani à populo Romano laudantur. 27, 10
Palla picta cum amiculo purpureo à Romanis Cleopatræ miſſa. 27, 4
Palmata tunica. 30, 15
Paluſtris itineris difficultas. 22, 2
Pandoſia Bruttiorum oppidum capitur. 29, 38
Panormum, ſive Panormus, oppidum. 24, 36. 29, 1
C. Papirius Maſo. 24, 25
C. Papirius C. F. Maſſo, pontifex, moritur. 25, 2
C. Papirius, Lucii F. Maſſo, decemvir ſacrorum, moritur. *ibid.*
Parentum ſævitia patiendo ac ferendo lenienda. 27, 34
Pars major fere vincit meliorem. 21, 3
Parthini. 29, 12
Paſcua miranda. 24, 3
Pateras aureas legati à Pæſto Romam adferunt. 22, 36
Pateræ aureæ CCLXXVI ad Imperatorem P. Scipionem relatæ ex Carthagine nova. 26, 47
Pater de morte filii ſuſpectus. 23, 30
Patre exiſtente in poteſtate hoſtium, filius magiſtratus eſſe nequit. 27, 21
Patres de urbis cuſtodia conſultant. 22, 55
Patriæ amor quantus in Perolla. 23, 8.
Patriæ caritas quanta in omnibus ordinibus Romæ. 23, 49
Patriæ ſævitia quomodo civibus ferenda. 27, 34
Patræ, urbs Achaiæ. 27, 29
Pax à victis magis ſperanda, quam victoribus. 23, 12
Pax certa melior tutiorque eſt, quam ſperata victoria. 30, 30
Peccari quidam magis nolunt, quam peccata ulciſcantur. 29, 21
Pecora hoſtibus objecta per inſidias. 28, 33
Pecuniæ in ærarium latæ. 28, 9
Pecunia privata conducuntur, quæ ad exercitum Hiſpanienſem opus ſunt. 23, 49
T. Pedanius, princeps, primus centurio, ſignifero ſignum adimit, & in hoſtes jacit. 25, 14
Pelagonia. 26, 25
Peligni populi. 22, 9
Peligna cohors. 25, 14
Pellæ Philippus hibernat. 26, 25
Pelles detractas ſcutis comedunt Cafilini. 23, 19
Pelta cetræ haud diſſimilis. 28, 5
Peltaſti mille Chalcidem mittuntur. *ibid.*
Pelvis aurea facta, lataque in Aventinum, ut Junonem reginam mulieres placarent. 27, 37
Penninus mons. 21, 38
Peparethus, oppidum. 28, 5
Perduellionis reus Cn. Fulvius. 26, 3
Perduelles pro hoſtibus. 25, 12
Perfidia barbarica. 25, 33. Punica. 22, 6
Perfugæ à Gadibus ad Scipionem veniunt. 28, 23
Perfugæ ut habendi. 24, 45
Perfugarum Romanorum ſupplicium. 24, 20
Pergamum. 29, 11
Periculum inferenti plus animi eſt quam propulſanti. 28, 44
Perolla, Calavii filius, de interficien-

Digitized by Google

do Annibale consilium capit. 23, 8. ejus ad Patrem oratio. 9
C. Pertius, vir impiger. 26, 39
Perusini abietes ad fabricandas naves Scipioni pollicentur. 28, 45
Perusina cohors. 23, 17
Pestilentia laboratum. 25, 26. 27, 23
Petellia, seu Petilia, urbs in Bruttiis. 27, 26. expugnatur. 23, 30. 29, 38
Petellini soli ex Bruttiis manent in Romana amicitia. 23, 20
Phalara, seu Phalera, in Maliaco sinu. 27, 30
Phileas Tarentinus, vir inquieti animi. 25, 7
Philemenus princeps conjurationis Tarentinæ. 25, 8. ad Annibalem deducitur. *ibid.* sibilo custodibus dat signum. *ibid.* vigilem venabulo trajicit. 9. ejus corpus nusquam inventum. 27, 16
Philippi flagitiosæ libidines. 27, 31. legatos ad Annibalem mittit. 23, 33
inter Philippum Macedonum regem & Annibalem leges fœderis. *ibid.*
Philippus legationem alteram ad Annibalem mittit. 23, 39. prope seminudus fugit. 24, 40. terram Macedoniam petit. *ibid.* ejus expeditiones. 26, 25. prospere adversus Ætolos pugnat. 27, 32. demto insigni capitis, cæteris in speciem se æquat. 31. agrum Eleum depopulatur. *ibid.* in cohortem Romanam incurrit. 32. fugit. *ibid.* ab Ætolico bello revocatur ad domesticas seditiones. 35. in Asiam trajicit. 28, 7. Toronem capit. *ibid.* ad socios orationem habet. 8. Ream & Triphyliam Achæis reddit. *ibid.*
Philippus, Epirotarum prætor, cum P. Sempronio congreditur. 29, 12
Philodemus Argivus. 25, 25. tradito Romanis Euryalo ad Epicidem redit. *ibid.*
P. Furius Philus. 22, 55
Phœnice, urbs Epiri. 29, 12
Phragandæ. 26, 25
Piaculare sacrum. 29, 19
Picenum. 27, 43
ad Pileum servi vocati. 24, 32
L. Pinarius, vir acer. 24, 37. ejus ad suos milites oratio. 38
Pineo regi Illyriorum legati missi. 22, 33
Pisæ. 21, 39
ad Piscinam publicam tribunalia posita. 23, 32
Piso vetustior Annalium auctor. 25, 39
Pityusa insula centum millia à continenti distans. 28, 37
Placentia. 21. 25, 47. ab Asdrubale obsidetur. 27, 39
Placentini à populo Romano laudantur. 27, 10
Plator præpositus Oreo à Philippo. 28, 6. Oreum Romanis tradit. 7
Plebs novarum rerum avida. 23, 14
Plebeji nobiles quidam, & plebeji vere plebeji. 22, 35
Plebeji ludi. 29, 38. in singulos dies instaurati. 27, 23. per biduum instaurati. 25, 2. septies instaurati. 29, 11
Plebiscitum. 25, 4
Q. Pleminius proprætor. 29, 6. ejus in Locrenses crudelitas. 8. naso auribusque mutilatis prope exsanguis relinquitur. 9. in catenis Romam mittitur. 21. in vinculis moritur. *ibid.*
Pleuratus, Illyriorum rex. 26, 24. 27, 30
Plutei obsidentium. 21, 61
Pluvia sanguine mixta. 22, 1. lapidea. 23, 31. 26, 23. 30, 38
Pœni Romanos undique clausos & imparatos invadunt. 22, 4. in fugam avertunt classem. 19
Pœnorum in bello Cannensi cæsa octo millia. 22, 52
Pœnorum socii ad Romanos transierunt. 28, 15
Pœnorum duo millia & trecenti cæsi, unus tantum Romanorum amissus. 23, 10
Pœni victores Cn. Scipionem insequuntur. 25, 35
Pœnorum & sociorum occisa quinquaginta sex millia, capta quinque millia & quadringenti. 27, 49

Pœnorum naves onerariæ octoginta capiuntur. 28, 46
Pœnorum in jurando mos. 21, 1
Pœnorum tranſitus nulli jugo nomen indiderunt. 21, 38
Pœnitentia in delictis ſatis pœnarum duci leni. 28, 29
P. Pœtelius legatus ad Syphacem. 27, 4
Polyænus Syracuſanus cives ad concordiam hortatur. 24, 22
Polycletus, præfectus Epicydis, interficitur Syracuſis. 25, 28
Polycratia, uxor Arati Achæorum principis, à Philippo in Macedoniam deportata. 27, 31
Polyphantes, dux Philippi. 27, 32. 28, 5
L. Pomponius Vejentanus præfectus ſocium. 25. 1, 3
M. Pomponius prætor. 22. 7, 55. 23, 24
Man. Pomponius Matho prætor. 22, 35. magiſter equitum vitio creatus. 33. pontifex moritur. 26, 23
M. Pomponius Matho, ædilis plebis. 28, 10. legatus Delphos ad donum ex præda Aſdrubalis miſſus. 28, 45. prætor. 29, 11
Sext. Pomponius legatus. 21, 51
Pontes ex humanorum corporum ſtrue facti ab Annibale. 23, 5
Pontes interciſi ad remorandum Annibalem. 26, 9
Pontiani à populo Romano laudantur. 27, 10
Pontifex maximus intra annum centeſimum ac vigeſimum nemo, qui non ſediſſet ſella curuli. 25, 5
Pontifices minores. 22, 57
P. Popilius legatus ad Syphacem. 27, 4
T. Popilius legatus. 26, 6. elephantos in vallo conficit. *ibid.*
Populonii, qui & Populonienſes. 30, 39. ferrum Scipioni pollicentur. 28, 45
Populus omnis ærarius factus. 29, 37
penes Populum poteſtas omnium rerum. 27, 5
L. Porcius proprætor. 28, 10
L. Porcius Licinius legatus. 26, 6. elephantos conficit. *ibid.* ædilis plebis ſigna ænea ad Cereris templum ex mulctatitio argento dedicat. 27, 6. prætor. 27. 35, 47
Porcus biceps. 28, 11. cum ore humano. 27, 4
Porta Æſquilina. 26, 10. Collina. *ibid.* Jovis Capuæ. 26, 14
Portus Trogiliorum. 25, 23
L. Poſtumius Albinus prætor abſens creatur. 22, 35
L. Poſtumius Megellus interrex. 27, 6
M. Poſtumii Pyrgenſis publicani fraus ſcelerata. 25, 3. rei capitalis dies dicitur. 4
Præda partienda & ſtipendio cum fide exſolvendo milites ſibi maxime conciliat Annibal. 21, 5
Prædæ aviditate miſſa occaſio rei bene gerendæ. 21, 48
Prœlium anceps inter Pœnos & Marcelli exercitum. 23, 45
Prœlium inter Neronem Cos. & Annibalem. 27, 43
Prœlium nocturnum Cannenſe. 22, 47
Prænesſte. 22, 12. 28, 9
Prænestini quingenti interfectis oppidanis Caſilinum occupant. 23, 17
Prænestinis militibus ſenatus Romanus duplex ſtipendium & quinquennii militiæ vacationem decernit. 23, 20
Præſidio decedere apud Romanos capitale. 24, 37
Præterita reprehendi magis quam corrigi poſſunt. 30, 30
Prætextati etiam aſſumpti ad militiam & juniores annis ſeptemdecim. 22, 57
Prætores Romani comitia indicebant. 22, 33
Prætores juri dicundo creati militare coacti. 23, 32. tribunalia ad Piſcinam publicam ponunt. 23, 32
Prætoria tria circa Capuam erecta. 25, 22
Privi lapides. 30, 43
Privæ verbenæ. *ibid.*

Pa-

Priverni bos locutus. 27, 11. *vide* Prodigia.
Prodigium. 22, 36. 24, 16

PRODIGIA.

Ædis Jovis culmen fulmine ictum. 27, 4
Ædes Matris Matutæ de cœlo tacta. 28, 11
Ædes Spei fulmine icta. 21, 62
Ædes in campo Vulcani tacta de cœlo. 24, 10
Agnus cum ubere lactenti Tusculi natus. 27, 4
Agnus mas, idemque fœmina natus. 28, 11
Agnus biceps cum quinque pedibus in Asculo natus. 27, 17
Albæ duo soles viti. 28, 11
Albana aqua cruenta fluit. 27, 11
in Albano monte lapidibus per biduum continenter pluit. 25, 7
in Albano monte signum Jovis de cœlo tactum. 27. 11
Amiterni fl. cruentum fluit. 24, 44
Anagniæ murus portæque de cœlo tactæ. 26, 23. terra ante portam icta, diem ac noctem sine ullo ignis alimento arsit. 27, 4. porta de cœlo tacta. 29, 14
Angues miræ magnitudinis prope Tarracinam in mari lasciviunt. 27, 4
Angues duo Graccho sacrificanti jecur edunt. 25, 16
Apum examen Cassini in foro visum. 27, 23
Aquæ sanguine mixtæ Cære fluxerunt. 22, 1
Arcus solem Frusinone tenui linea amplexus. 30, 2
Ariciæ lapidibus pluit. 22, 36
Ariciæ Jovis ædes de cœlo tacta. 24, 44. forum de cœlo tactum. 30, 38
in Armilustro lapidibus pluit. 27, 37
Atellæ murus de cœlo tactus. 27, 37
in Aventino lapidibus pluit. 22, 36
Aves in luco Dianæ nidos in arboribus reliquerunt. 27, 4
Bos in foro Boario in tertiam contignationem sua sponte scandit. 21, 62
Bos ad Sinuessam equuleum peperit. 23, 31
Bos locutus Priverni. 27, 11. in agro Romano. 28, 11
Bos in Sicilia locuta. 24, 10
Cære sortes extenuatæ. 21, 62. porcus biceps natus. 28, 11
Cœlum ardere visum. 22, 1
Cœlum Falertiis findi visum. 22, 1
de Cœlo tacti homines in via Formicata. 22, 36
Corvus in ædem Junonis volat. 21, 62
Corvi in Capitolio aurum edunt. 30, 2
Corvi in æde Junonis Sospitæ nidum faciunt. 24, 10
Fons in Istrico vico sub terra tanta aquarum vi fluit, ut serias doliaque quæ in eo loco erant, provoluta, velut impetus torrentis tulerit. 24, 10
Gallina in marem versa. 22, 1
Hasta Lanuvii se commovit. 21, 62
Hasta Martis Præneste sua sponte promota. 24, 10
Herculis fons sparsus cruentis maculis manavit. 22, 1
Infans natus Frusinone quadrimo par. 27, 37
Infans natus ambiguo sexu inter marem & fœminam. 27, 11
Infans semestris in foro Olitorio triumphum clamat. 21, 62
Infans in utero matris in Marrucinis clamat, Io triumphe. 24, 10
Lacte pluit. 27, 11
Lanuvii in æde Junonis Sospitæ corvi nidum faciunt. 24, 10
Lapidibus pluit per biduum in Albano monte. 25, 7
Lapidibus pluit in Armilustro. 27, 37
Lapidibus Ereti pluit. 26, 23
Lapidibus Lanuvii pluit. 23, 31
Lapidibus pluit in Palatio. 30, 38
Lapidibus Romæ pluit. 22, 36
Lunæ duæ interdiu Capenæ ortæ. 22, 1
Lupus intrat castra, laniatisque obviis ipse intactus evadit. 21, 46
Lupus gladium vigili in Gallia è vagi-

gina abſtulit. 21, 62
Lupus nocte Capuæ portam ingreſſus vigilem laniat. 27, 37
Lux nocte Fregellis oborta. 28, 11
Martis ſignum in Appia via ad ſimulacra luporum ſudavit. 22, 1
Mavors telum ſuum concutit, ſors Antii data. *ibid.*
Mula Reate peperit. 26, 23
Mures Antii coronam arrodunt. 30, 2
Murus portaque de cœlo Oſtiæ tacta. 27, 23
Murus Sinueſſæ de cœlo tactus. 27, 11
Nux de cœlo in Sabinis tacta. 24, 10
Palma viridis in Apulia arſit. *ibid.*
in Piceno lapidibus pluit. 21, 62
Porcus biceps Cære natus. 28, 11
Porcus cum ore humano Tarquiniis natus. 27, 4
Prænestæ ardentes lapides cœlo ceciderunt. 22, 1
Puer cum elephanti capite natus. 27, 11
Sanguine Romæ in foro Boario pluit. 24, 10
Saxum Reate viſum volitare. 25, 7
Signa Lanuvii ad Junonis Soſpitæ cruore manavere. 23, 31
Signa quatuor ad lucum Feroniæ ſanguine ſudarunt. 27, 4
Sol rubet ſolito magis ſanguineoque ſimilis. 25, 7
Solis orbis minui viſus. 22, 1
Soles duo Albæ viſi. 29, 14
Sortes Cære attenuatæ. 21, 62
Sors ſua ſponte extenuata, unaque excidit ita ſcripta, *Mavors telum ſuum concutit.* 22, 1
Spicæ cruentæ Antii in agro metentibus in corbem cecidere. *ibid.*
in Sudertano foro ſanguinis rivi per totum diem fluxerunt. 26, 23
Terra in Veliterno agro ingentibus cavernis conſedit. 30, 38
Terra Anagniæ arſit. 27, 4
Vigil à lupo Capuæ laniatur. 27, 37

Prodigia quo magis creduntur, eo plura nuntiantur. 24, 10
Prodigia quo ritu procurata fuerint. 24, 10. & *paſſim.*
Prodigiorum religio impedit rem bene gerl. 23, 36
Proditori urbs agerque datus. 26, 21
Proditionis ſeptuaginta damnati ſecuri percuſſi. 23, 17
Promontorium Mercurii. 29, 27. Miſeni. 24, 13. Pachyni. 24, 35
Proſerpina. 24, 38
Proſerpinæ theſauri. 29, 8
è Proſerpinæ templo ſacra pecunia à Q. Pleminio erepta reſtituitur. 29, 21

PROVERBIA.

Cantherium in foſſa. 23, 47
Malum quodque notiſſimum maxime tolerabile eſt. 23, 3

Ptolomæus Ægypti rex. 27, 30
Ptolomæo regi toga & tunica purpurea cum ſella eburnea miſſa. 27, 4
Publicanorum fraus in ementiendis naufragiis. 25, 3
C. Publicius Bibulus trib. pl. 27, 20
L. Publicius Bibulus. 22, 53
Publicorum malorum tantum ſentimus, quantum ad res noſtras privatas pervenit. 30, 44
Publica prodendo, tua nequicquam ſerves. 26, 36
Puer rex, tutoribus malis utens, nec libertatem, nec dominationem modice ferre poteſt. 24, 4
Puero rege, nomen quidem regis penes ipſum eſt, ſed rerum regimen penes tutores. *ibid.*
Pugna ad Trebiam. 21, 15
Pugna nobilis ad Traſimenum. 22, 7
Punica religio. 22, 6
Punica claſſis in Sardiniam trajicit. 27, 6. fugatur. 28, 4
Punicum primum bellum finivit C. Lutatius. 28, 38
Punici belli XIII annus. 28, 10
Punici belli XIV annus. 28, 38
Punici belli XV annus. 29, 13
Punici belli XVI annus. 30, 1
Punicum bellum ſecundum finitum anno octavo decimo, Cn. Cornelio & P. Ælio Pæto Coss. 30, 44

Pu-

Digitized by Google

Pupillares pecuniæ in auxilium ærarii Romani collatæ. 24,18
Pupinia regio. 26,9
Cn. Pupius duumvir. 22,33
Puteolos oppugnat Annibal. 24,13
Pylus oppidum. 27,30
Pyrenes promontorium. 26,19
Pyrgus, Eleorum castellum. 27,32
Pyrrhi in redimendis captivis liberalitas. 22, 59. fœda mors ob spoliatam Proserpinam. 29,18
Pyrrhias dux & prætor Ætolorum. 27,30
Pythius Apollo. 23,11

Q.

Quadrigæ aureæ in Capitolio ab ædilibus curulibus positæ. 29,38
Quadrigati nummi. 22,52
Quæstores duo per insidias intercepti. 21,59
Quæstus omnibus Patribus visus indecorus. 21,63
Quieti dabat Annibal id, quod gerendis rebus supererat, sine discrimine noctium aut dierum. 21,4
Quinquatrus. 26,27
Quinqueviri muris turribusque reficiendis. 25,7
Nonæ Quintiles ludis Apollinaribus solennis servatus dies. 27,23
Quintilius Varus. 30,1
P. Quintilius Varus prætor. 29, 38. cum Magone in agro Gallorum Insubrium pugnat. 30,18
Cæso Quintius Flamininus duumvir. 22,33
P. Quintius obscuro genere ortus. 26, 39. hasta à Nicone (cui Perconi cognomen transfigitur. *ibid.*
L. Quintius Flamininus augur. 25,2
T. Quintius Crispinus. 24, 39. ejus duellum cum Badio Campano. 25,18. Badium Campanum hasta transfigit. *ibid.* cum magna laude & gratulatione militum ad Cos. deducitur. *ibid.*
T. Quintius Crispinus prætor creatur. 27, 6

R.

Rara admirationi. 24,10
Ratibus trajiciendi fluminis ratio. 21,27
Reate. 26,11
Reate ingens saxum visum volitare. 25,7. mula peperit. 26,23
Reatini Umbriæ populi. 28,45
Recuperatores tres in judicio coronæ muralis. 26,48
Redemptio captivorum, res non nova. 22,58
Redemptionis captæ virginis pretium sponso in dotem additum. 26,15
Religionis externæ inductio perniciosa. 25,1
Religionis cura Romæ. 25,12
Religionis pravæ malum. 27,23
Religiosi animi, multa sibi prodigia fingunt. 24,10
Remiges à privatis cum stipendio dari volunt Consules. 26,35
Res secundæ negligentiam creant. 21,61
in Rebus secundis si dii quoque bonam mentem darent, non ea solum quæ evenirent, sed ea etiam quæ evenire possent, reputaremus. 30,30
in Rebus asperis & tenui spe fortissima quæque consilia tutissima sunt. 25,38
M. Retius legatus. 27,36
Rex ab Hispanis vocatus Scipio, nomen id respuit. 27,19
Rex ad privatum se fastigium submittens, ut solutius grassetur. 27,31
Regis defuncti testamentum recitatum coram populo. 24,4
Regis mali typus. 24,5
Reges popularitate maxime amabiles. 27,31
Regum mos habere venenum ad incerta fortunæ. 30,15
Regia insignia. *ibid.*
Regiæ libidini moram facere, periculosum. 27,31
Regii nominis ac fastus invidia apud Romanos. 24,5. 26,21

Digitized by Google

Regiorum miniſtrorum pericula. 24, 5
Regnandi libido, malum quantum. 21,10. 28,21
Regnum ſuo rege deſtitutum invaditur ab hoſtibus vicinis. 26,25
Regni cupido. 21,10
Regni ambitione fratres diſcordes. 21,31
Rhegium oppidum. 24,1
Rhegium in præſidium miſſa legio. 28,28
Rhegini. 23,30
Rhion, fretum inter Naupactum & Patras. 27,29
Rhium fauces Corinthii ſinus. 28,7
Rhodanus omnium Galliæ fluviorum difficillimus tranſitu. 21,31
Rhodanus & Arar in unum confluunt. *ibid.*
Rhodii legatos ad Philippum mittunt. 27,30
Roma caput orbis terrarum. 21,30
Romæ magnus terror audita clade ſuorum ad Traſimenum. 22,7
Romæ lapidibus pluit. 22,36
Romæ in foro Boario ſanguine pluit. 24,10
Romani Punico bello preſſi aliarum rerum curam non poſuere. 22,33
Romanorum cæſorum in Cannenſi pugna numerus. 22,49
Romanorum ſtrages etiam hoſtibus miſerabilis. 22,51
Romani capta Tarento cæduntur. 25, 9. vincuntur navali certamine à Tarentinis. 26,39
Romani & ſuum habent Annibalem. 28,18
Romani ſolliciti ob Annibalis adventum. 28,42
Romani legati à Carthaginienſibus prope violati. 30,25
inter Romanos & Carthaginienſes poſtremo pacta pax. 30,43
Romanus populus invictus, quod in ſecundis rebus ſapere & conſulere meminerit. 30,42
Romanorum animus magnus in contemnenda pecunia. 22.33,57. 30. 21,43. avaritia falſo accuſata. 24,32. clades. 22. 7, 31. 23, 24. 25. 16,19, 21, 34, 36. 26,1. 27. 14,29. gratus animus. 27,10. 30. 15,21. integritas. 30,25
Ruſcinon portus. 30, 10
Ruſcinonem aliquot Galliæ populi adverſus Annibalem conveniunt. 21, 24
Ruſellani, abietes Publio Scipioni in fabricandas naves pollicentur. 28,45
Rutra. *ibid.*

S.

SAbatini populi. 26,33. liberi eſſe jubentur. *ibid.*
Sacerdotes raro fiebant juvenes aut adoleſcentes. 29,38
Sacerdotes nonnulli, ut Flamen Dialis, olim ingrediebantur ſenatum. 27,8
Sacramentum & jusjurandum militis differunt. 22,38
Sacramento dicunt etiam minores annis ſeptemdecim. 25,5
Sacrificia extraordinaria ex fatalibus libris facta. 22,57
Sacrum novendiale. 25, 7. 27, 37. ob imbrem factum. 23,31
Sacrificium Junoni reginæ à matronis factum. 27,37
Sacrificii prætextus dolos & inſidias tegens. 23,35. 24,12
Sacrificia extera & nova interdicta. 25,1
Sacriportus. 26,39
Sacroſancta vocatio. 27,38
Sagmina fecialium. 30,43
Sagulum Hiſpanicum. 27,19
Saguntini legatos Romam mittunt. 21,6. oppugnantur ab Annibale. 7. eorum urbs capitur. 15. à Romanis recipitur. 24,42
Saguntini dirutum murum reficiunt. 21,7. Pœnos à mœnibus ſuis exturbant. 9. aurum argentumque omne in ignem conjiciunt. 14
Salapia. 24,20
Salapia & præſidium Punicum traduntur Marcello. 26,38
Salapia à Marcello recipitur. 27,1
Salapiæ principes Daſius & Blaſius. 26,38

Digitized by Google

Salapitani fraudem Annibalis eludunt. 27,28
Salaria annona. 29,37
Salentini. 27,38
Salentinorum ignobiles urbes ad Annibalem deficiunt. 25,1
Salentinus ager. 24,20
Salera urbs. 29, 34. firmo præsidio munitur. 35
Salinæ. 24,47
Salutis ædes de cœlo tacta. 28,2
Salyi. 21,26. ubi consederint. 34
Samnites Pentri. 22, 61
Samnites Caudini. 23,41
Samnitium legatorum ad Annibalem oratio. 23,42
Sanguis in porta manans. 27, 37
Sanguinis pluvia, &c. *vide* Prodigia.
Sardinia. 22,31
in Sardiniam subsidia metu defectionis mittuntur. 23,34
Sardi populi. 21, 16. clandestinam legationem ad Pœnos mittunt. 23,32
Sardorum 3000 à T. Manlio cæsa. 23,40
Sarmenta arida boum cornibus præligantur & accenduntur. 22,17
Satellites armati Hieronymi Siciliæ regis. 24,5
Saticulani à populo Romano laudati. 27,12
Saticulanus ager. 23,14
Satrici Matutæ matris ædes de cœlo tacta. 28,10
Saturni ædes. 22,1
Savo, oppidum Alpinum. 28,46
Saxa Formiana. 22,16
Saxa infuso aceto putrefiunt. 21,37
Saxum ingens visum volitare. 25, 7
Scævola. *vide* Mucius Scævola.
Scalæ mœnibus admotæ onere subeuntium fractæ. 26,45
Scalpro fabrili elephanti domiti ab Asdrubale, si quando sævirent. 27,49
P. Scantinius pontifex. 23,21
Scelerum rei in militiam accepti. 23,14
Scelus nullum rationem habet. 28,28
Scenica ars minime apud Græcos pudori. 24,24
Scordilædus Illyriorum rex, 26, 24. 27. 30,33
Scopas Ætolorum prætor. 26,24
Scorpionum in Carthagine nova expugnata repertorum numerus. 26,47
Scortum amatorem prodens. 26,12
Scotusa, quæ & Scotussa. 28, 5,7
Scribæ viatoresque ædilicii pecuniam ærarii furati, damnantur. 30,39
L. Scribonius legatus. 22,61
L. Scribonius Libo, triumvir mensarius. 23,21
L. Scribonius Libo prætor. 29,11
Scuta duo sanguinem sudant. 22,1
Secundarum rerum moderatio difficilis. 30. 30,42
Sedetanum agrum depopulatur Mandonius. 28, 24. 29,1
Seditionis auctores securi percussi. 28,29
Segnius homines bona quam mala sentiunt. 30,21
Semigermanæ gentes. 21,38
Semilixa. 28,8
Semimares in mare deportantur. 27, 11. *vide* Androgyni.
Sempronius Blæsus quæstor amissus cum mille hominibus. 22,31
C. Sempronius Blæsus. 26, 2. Cn. Fulvium amissi exercitus reum agit. *ibid.*
Cn. Sempronius Blæsus legatus. 27, 6
M. Sempronius Tuditanus. 26,48
P. Sempronius Cos. 29,12. cum Annibale tumultuario prœlio confligit. 36
P. Sempronii Tuditani trib. mil. oratio ad commilitones. 22,50
P. Sempronius Tuditanus prætor. 24,43. ei prorogatum imperium. 26,1. censor. 27,13. lustrum condit. 27, 38. absens Cos. creatus. 29,11
Ti. Sempronius magister equitum. 22,57
Ti. Sempronius Gracchus Cos. creatur. 23, 24. in Senatu patres consolatur, eosque adhortatur, ut de

ſumma rerum deliberent. 25. ædilis curulis creatur. 30. 11 Cos abſens creatur. 24, 43. Ti. Graccho ſacrificanti triſte prodigium factum. 25, 16. Ti. Gracchus cum ſuis in inſidias præcipitatur. *ibid.* de Ti. Gracchi morte & fanere variæ auctorum ſententiæ. 17
Ti. Sempronius Gracchus admodum adoleſcens augur creatus. 29, 38
Ti. Sempronius Longus Cos. 21, 6. diſſentiente collega ad certamen milites parari jubet. 53. ad comitia Romam proficiſcitur. 57
Ti. Sempronio Cos. bellum Punicum II initum poſt tres & viginti annos primi. 30, 44
Ti. Sempronius Longus proſpere cum Hannone ad Grumentum pugnat. 23, 37
Ti. Sempronius C. F. Longus in locum Ti. Sempronii Ti. F. Longi decemvir ſacris faciundis ſuffectus. 27, 6
Sena, urbs. 27, 46
Senatores LXXX ad Cannas occiſi. 22, 49
Senatores XXVII Campani venenum ſumunt. 26, 14. cæteri ad palum deligati virgis cæſi ſecuri percutiuntur. 15
Senatorum in curia allegandorum mos. 23, 12
Senatoribus malis Capuæ vix meliores ſubſtitui poſſunt. 23, 3
Senatus & reliquorum ordinum liberalis erga rempublicam voluntas. 26, 35
Senatus in Capitolio habitus. 28, 38
Senatus princeps lectus Q. Fabius Maximus Cos. 27, 11
Senatu moti indignî. *ibid.*
Senatu ſine, aut certe ſine rege reſpublica ſtare non poteſt. 23, 3
Senatuſconſultum in externas religiones. 25, 1
Senatuſconſultum de provinciarum ſortitione. 28, 45. de rebus Campanis. 26, 33. de rebus Syracuſanis. *ib.*
Senectutis contra muliebres blanditias infirmitas. 24, 4
Senenſis populus, 27, 38
Seppius Leſius Medixtuticus apud Campanos. 26, 6
Septem & decem annis minores etiam militare coacti, 25, 5
Septuageſima caſtra. 28, 16
Sepulcra de cœlo tacta. 27, 23
Sepulcrum dirutum in promontorio Africæ. 30, 25
L. Sergius legatus. *ibid.*
Sermo nationem prodit. 23, 34
Serpens mira magnitudine Annibali apparet. 21, 22
C. Servilius triumvir. 21, 25
C. Servilius legatus in Hetruriam ad frumentum coemendum miſſus. 25, 15
C. Servilius Pontifex factus in locum T. Otacilii Craſſi. 27, 6
C. Servilius ædilis. 27, 21. à Manlio magiſter equitum dictus. 27, 33. prætor creatur. 28, 10. prætor urbis. 28, 46
C. Servilius Caſca trib. pl. propinquus cognatuſque Poſtumio. 25, 3
Cn. Servilius Cos. 21, 57. Idibus Martiis magiſtratum iuit. 22, 1. ad Cannas occiditur. 49
Cn. Servilius Cos. 27, 33
Cn. Servilius Cæpio in Papirii locum pontifex ſuffectus. 25, 2
Cn. Servilius Cæpio ædilis curulis ludos Romanos inſtaurat. 28, 10
Cn. Servilius Cæpio prætor. 28, 34. Cos. creatur. 29, 38
Cn. Servilius Geminus Cos. Sardiniæ & Corſicæ oram circumvectus. 22, 31
Cn. Servilius conſul creatur. 30, 1
Cn. Servilius Cos. cum patre Cn. Servilio & C. Lutatio patruo ex ſervitute receptis Romam redit. 30, 19. ei prorogatur imperium. 27
M. Servilius Geminus magiſter equitum. 30. 24, 27
Servi barbari ultio pro domino. 21, 2
Servi indicium de incendenda Roma. 26, 27
Servi in militiam allecti Romæ. 22, 57
Servorum octo millia armantur. *ibid.*
Servi viginti quinque in crucem acti,

Digitized by Google

acti, quod in Campo Martio conjurassent. 22,33
Servis libertatem promittit Gracchus, qui caput hostis è prælio retulissent. 24. 14,16
Servitus C. Lutatii & Cn. Servilii, sexdecim annorum. 30,19
Setia. 26,8
Setia Colonia. 27,9. 29,15
Septemdecim annos nati, qui non militarant, ærarii facti. 27,11
Sexdecim legionibus defensum imperium Romanum. 30,27
M. Sextilius Fregellanus. 27,10
M. Sextius Sabinus, ædilis. 30,26
Sibaris. 26,39
Sibyllini libri ex SC. aditi. 21,62. 22,9
Sicilia tota ad Romanos inclinat. 26,40
Siciliæ fertilitas. *ibid.* populo Rom. bello ac pace fidissimum annonæ subsidium. 27,5
in Sicilia quid gestum post Hieronymi cædem. 24,21
Siculi de M. Marcello questum veniunt Romam. 26,26. Siculorum comploratio. 29. eorum oratio in Marcellum. 30. Siculi legati ad Marcelli genua se projiciunt. 33
Siculum bellum inter Carthaginienses & Romanos. 24,36. 25,40
Sicilius defectionis Hirpinorum auctor securi percussus. 23,37
Sicyon, oppidum. 27,31
Signini à pop. Romano laudati. 27, 10
Signum nulla vi signifer convellere potest. 22,3
Signa & ordines in prælio confunduntur. 30,34
Signa ut canerent in castris Romanis. 27,47
Signa tria ad Cereris ædem data. 27, 38
Signa ænea ex mulctaticio ære ad Cereris ædem data ab ædilibus pl. 27,6
Signatum argentum. 24,47. 28,38
Silenus auctor Græcus. 26,49
Similem nostri aliquem evadere, minime invidendum. 28,43
Similia. 22,8. 24,9. 26,13. 28,27
Simulacrum pugnæ terrestris ac navalis editum a Scipione. 29,22
Simulacra Junonis reginæ cupressica circumlata. 27,37
Sinuessæ colonorum tecta exusta. 22,14
Sinuessanus populus ad senatum venit. 27,38
Sinuessanæ aquæ. 22,13
Sitella ad sortiendum. 25,3
Sitis ac calor hiantes affatim cædendos & capiendos præbet. 27,48
Societas nulla rata, ubi nec divini quicquam, nec humani sanctum est. 27,17
Sopater, prætor Syracusanorum. 24, 23. ejus oratio de Andranodori & Themisti cæde. 25
Sopater, dux Philippi regis, secum quatuor millia militum in Africam trajicit. 30,26
Sophonisba, uxor Syphacis, filia Asdrubalis. 30, 12. ejus ad Masinissam oratio. *ibid.* venenum à Masinissa missum intrepide haurit. 15
Sora. 26,8. 27,9. 29,15
Sortes extenuatæ Cære. 21,62. 22,1
Sosis. 25,25. regio equo Syracusas contendit. 24, 21. ei civitas datur Romana. 26,21
Sparti ad rem nauticam usus. 22,20
Spectrum per quietem Annibali visum. 21,22
Speculator Carthaginiensis Romæ deprehensus, præcisisque manibus dimissus. 22,33
in Spem metumque parvis momentis impelli animos. 27,45
Spei templum. 24,47. reficitur. 25, 7. fulmine ictum. 21,62
Spicæ cruentæ metentibus visæ. 28,11
Spoleti ex muliere vir factus. 24, 10
Spoletani à populo Romano laudantur. 27,10
Spolia Gallica detracta armandis Romanis. 23,14
Spolia vetera hostium templis porticibusque detracta armando militi. 22,57
Spoliantur ab Annibale qui se ei dederant in fidem. 26,38

Stagnum cruentum visum Mantuæ. 24,10
Stans cibum potumque capere jussus miles ignominiæ causa. 24,16
Statorius Semilixa, præfectus Syphacis. 30,28
M. Statilius præfectus. 22,42
Statius Compsam se pollicetur traditurum Annibali. 23,1
Statius Metius. 24,19
Q. Statorius instruit milites Syphacis regis. 24,48
Statua Manicii Prænestinorum, qui Casilinum defenderunt, præfecti loricata. 23,19
ad Statuam Ptolomæi confugit Magius. 23,10
Stenius hospes Annibalis Capuæ. 23,8
Scissis, oppidum expugnatur. 21,60
Strategema. 25,9
Strategema Annibalis de bobus, quorum cornubus sarmenta præligaverat & incenderat. 22,17
Strategema Gallorum. 23,24
Stultorum magister eventus. 22, 39
Stuprator Vestalis virginis ad mortem usque cæsus. 22,57
Successori non traditur exercitus, nisi bello manente in provincia. 26,21
Sucro oppidum. 28. 26,28,29
Suessa colonia. 27,9. 29,15
Suessetanum agrum depopulatur Mandonius. 28, 24
Suessula. 23,69. 26,9
Suffetes. 30,7
Suffetes, summus est magistratus apud Pœnos. 28,37
Suffragii ferendi mos. 25,3
Sulmo oppidum. 26,11
C. Sulpicius prætor. 30,41
P. Sulpicio in annum prorogatum imperium. 27,7. P. Sulpicius proconsul. 10. Elin intrat. 32. Æginam classe profectus cum Attalo conjungitur. 33
P. Sulpicius Ser. F. Galba, Cos. creatur, cum nullum antea magistratum curulem gessisset. 25,41
Ser. Sulpicius Galba ædilis curulis. 27,21. legatus ad Attalum. 29,11. pontifex in locum Q. Fabii Maximi suffectus. 30,26
Supplicatio edicta. 22,10
Supplicationes ad omnia delubra. 24,11
Supplicatio unum diem circa omnia pulvinaria. 26,4
Supplicatio ad ædem Herculis indicta. 21,62
Supplicatio in unum diem decreta. 25,7. 27,11. 29,14
Supplicatio in unum diem ob prodigia. 27,37
Supplicationes in quatriduum. 30,17
Supplicum insignia infulæ, velamenta, rami oleæ, sordida vestis. 24,30. 25,25. 29,16
Suppliciorum & ignominiarum fuga per voluntariam mortem. 26,14
P. Sura legatus. 22,31
Surrentini. 22,61
Surrium colonia Romana. 29, 15. milites pecuniamque se Romanis daturam negat. 27,11
Syphax rex Numidarum. 24,48. 28, 17. à Masinissa victus. 24, 49. in Maurusios fugit. *ibid.* quibus donis à Romanis affectus. 27,4. Asdrubalis filiam ducit. 29, 23. ad P. Scipionem legatos mittit. 24. contilio Asdrubalis adversus Masinissam bellum suscepit. 31. in Syphacis castra ignes conjiciunt Scipio & Masinissa. 30,5. Syphax adversus Masinissam & Scipionem copias educit. 30, 11. Statorium semilixam præfectum habet. 28. ad Masinissam orationem habet. 13. cum reliquis captivis ad Scipionem ducitur. 17. Tibure mortuus est. 45. publico funere elatus est. *ibid.*
Sypheum, Bruttiorum oppidum, ad Romanos deficit. 30,19
Syracusæ. 25, 23. terra marique oppugnantur à Romanis. 24,33. noctè scalis admotis à Romanis capiuntur. 25, 24. diripiendæ militi Romano datæ. 31
Syracusarum captarum ingens præda. 25,40
Syracusas M. Marcellus intuitus illacrymatur. 25,24
Syracusani legatos mittunt ad rem con-

confirmandam cum Romanis. 24,28
Syracuſanorum ſeditio. 24,32
Syracuſanorum oratorum ad Marcellum oratio. 25,29
Syrtis minor. 29,33

T.

TAbernæ argentariæ venduntur ab Annibale obſidente urbem. 26,11
Tabernæ ſeptem Romæ ardent. 26,27
Tabulatorum quinque turris. 28,6
Tagus fluvius. 21,5. 27,19
Talenta argenti ducenta Philippo pollicentur Carthaginienſes, ut infeſtet Romanos. 29,4
Tanetus vicus. 30,19
Thapſus urbs capitur. 29,30
Tarentum. 23, 38. proditione captum à Fabio conſule. 27,15
Tarentini à Romanis deficiunt. 22,61
Tarentini quinque nobiles ad Annibalem veniunt. 24,13
Tarentini quidam nobiles cum Annibale colloquuntur de prodendo Tarento. 25,8
Tarentini obſides occiduntur. 25,7
Tarentina arx ab Annibale oppugnatur. 25,9
Tarquiniis porcus ore humano genitus. 27,4
Tarquinienſes lintea in vela Scipioni pollicentur. 28,45
Tarracinæ Jovis ædes de cœlo tacta. 28,11
Tarracone relictum præſidium à Cn. Scipione. 22,19
Tarraconenſis conventus. 26,19
Taurea Jubellius Campanus inclamat Q. Fulvium nomine. 26,15. mortem ſibi conſciſcit. *ibid.*
Taurini populi Gallis proximi. 21,38
Teanum Sidicinum oppidum. 22,57
Tela excepta ſcutis denſatis. 27,2
Teleſia urbs capitur ab Annibale. 22,13. à Fabio. 24,20
Temenis porta Tarenti. 25,9
Tempeſtas, non tranquillitas, gubernatoris operam requirit. 24,8
Templum Herculis. 26,10. Junonis Lucinæ. 23,33
Templi pecunia religioſa & veluti ſacroſancta. 29,18
Templis divitiis inſignibus etiam aliqua miracula attinguntur. 29. 8,18
C. Terentius Varro ſordido loco natus. 22, 25. ſuaſor legis de abrogando dictatore conſul creatur. 35. conciones multas ac feroces habet. 38. inſtructis copiis Annibalem adoritur. 45. vincitur. 49. C. Terentio Varroni redeunti à clade Cannenſi obviam itum ab omnibus ordinibus. 61. ejus ad legatos Campanos oratio. *ibid.*
C. Terentius Varro. 27, 24. in Etruriam proprætor mittitur. 36
C. Terentius Varro legatus ad Philippum. 30,26
Q. Terentius legatus. 21,63
Q. Terentius Culleo ſenator, apud Carthaginienſes captivus, Romanis traditur. 30,43. pileo capiti impoſito Scipionem triumphantem ſecutus eſt. 45
Terra nocte ac die ardens. 27,4
Terra patria homines facit fidentiores. 27,1
Terror ignotarum rerum major. 28, 44
Thebæ Phthioticæ. 28,7
Themiſtus Gelonis filiam in matrimonium habet. 24, 24. interficitur. *ibid.*
Theodotus unus ex conjuratis Andranodoro torquendus traditur. 24, 5. nec tamen quicquam vulgat, ſed ſe potius ulciſcitur. *ibid.*
Theodotus & Solis regiis equis Syracuſas contendunt. 24,21
Thermopylarum ſaltus. 28,7
Theſauri Proſerpinæ. 29,18
Theſſalia. 27,30
Theſſali. 29,12
Thraſo Hieronymi familiaris. 24,5. inter conjuratos nominatur. *ibid.* è medio inſons ſublatus. *ibid.*
Thurini in fidem populi Romani redeunt. 25, 1. ad Annibalem deficiunt. 15
Thuribulorum uſus. 29,14
Tiberis inundatio. 24,9. 30,38

Tibur.

Digitized by Google

Tibur. 22,12
Ticinus flumen. 21,39
Ticinum Romani ponte jungunt. 21,45
Tifata, mons Capuæ imminens. 26,5
Timenda ſæpe veluti tuti, non timemus: & contra timemus non timenda. 25,38
Timoris ubi minus eſt, ibi & minus periculi. 22,5
Timoris ratio quo minus conſtat, eo magis augeſcit. 26,20
Tonitru ineunti magiſtratum ſuperveniens, vitio creatum arguebat. 23,31
Tormentorum mira tolerantia in Theodoro. 24,5
Torone, oppidum à Philippo capitur. 28,7
Tragula Annibal ictus. 21,7
Transfugæ & mercenarii milites obvium quemque Syracuſanorum interficiunt. 25,29
Transfugæ nomen ignominioſum. 23,10. 27,15
Transfuga ſine magno uſu, non niſi vile & infame corpus. 25,16
Transfugæ verberati & ſecuri percuſſi. 24,30
Tranſtiberina habitatio adſignata rebellantibus. 26,34
Traſimenus lacus. 22,4. ad Traſimenum lacum quot millia Romanorum cæſa. 7
T. Trebellius Pollio centurio legionis quartæ cum Sex. Digitio de muurali corona diſceptat. 26,48. murali corona donatus. *ibid.*
Trebia flumen. 21,48
C. Tremellius Flaccus ædilis. 30,26
Tralli, Illyriorum gens. 27,32
Tribunalia prætorum ad piſcinam publicam poſita. 23,32
Tribuni militum quinque à Pœnis interficiuntur. 21,59
Tribuni militum XXI ad Cannas occiſi. 22,49
Tributum duplex imperatum civibus Romanis. 23,31
Tricaſtini populi. 21,31
Tricorii populi. *ibid.*
Triphylia à Philippo Achæis reddita. 28,8
Tritonon, oppidum Doridis, Philippus capit. 28,7
Triumviri bini creari juſſi, qui ætatem militarem legerent. 25,5. uni ſacris conquirendis doniſque perſignandis, alteri reficiendis ædibus ſacris. 25,7
Triumviri menſarii. 24,18. 26,36
Triumviri menſarii ob argenti penuriam facti. 23,21
Trogiliorum portus. 25,23
Trojugena. 25,12
Tullianus carcer. 29,22
Tumultus ingens Romæ ob conſpectos in urbe Numidas. 27,8
Tuneta P. Scipio occupat. 30. 9,16
Tunica purpurea cum ſella eburnea Ptolomæo regi miſſa à Romanis. 27,4
Turdetani. 21,6. ſub corona venditi. 24,42
Tutia fluvius. 26,11
Turris mobilis. 21,11
Turris quinque tabulatorum. 28,6
Tuſculi agnus cum ubere lactenti natus. 27,4
Tutores malorum conſiliorum auctores plectendi. 24,25
Tyrannis mordicus retinenda, dum vivis. 24,22
Tycha. 24,21, pars Syracuſarum. 25,25
Tyranni ſtirps omnis deleta. 24,25
Tyronum exercitatio. 26,4

V.

VAcatio ſacroſancta. 27,38
Vaccæis motum bellum ab Annibale. 21,5
M. Valerius Falto legatus ad Attalum regem. 29,11
M. Valerius Falto ædilis curulis. 30, 26
M. Valerius Lævinus prætor. 23,24. abſens conſul creatur. 27,11
M. Valerius Cos. in ſenatu res à ſe geſtas commemorat. 27,5
M. Valerius Lævinus. 28,46. legatus ad Attalum regem mittitur. 29,11
P. Valerius Flaccus legatus ad Annibalem

Digitized by Google

balem miſſus. 21,6. legatus. 23, 16. qualem ſententiam in ſenatu dixerit. 26, 8
Vates Marcius. 25,12
Vaticini libri damnati. 25, 1. combuſti. *ibid.*
Vectigal novum ex ſalaria annonæ. 29,37
Vejis de cœlo lapidatum. 27,37
Velia regio altiſſima, in urbe Roma. 26,39
Velites levis armaturæ milites. 30, 33. eorum arma. 35
Venationis prætextu proditi Tarentini. 25,8
Venenum penes reges ad incerta fortunæ. 30,15
Venus Erycina. 22,9
Veneris Erycinæ ædes à Q. Fabio Max. vovetur. 22,10. dedicatur ab eodem. 23. 30,31
Venuſia. 22,49. 27,2
Venuſini Romanos benigne excipiunt. 22,54
Ver ſacrum vovetur. 22,9
Veragri incolæ Pennini. 21,38
Verbenæ privæ. 30,43
Vercellius defectionis Hirpinorum auctor ſecuri percuſſus. 23,37
Vergæ, oppidum ad Romanos deficit. 30,19
Veritas nonnunquam laborat, ſed non extinguitur. 29,39
Vermina, Syphacis filius, deleto exercitu ſuo fugit. 30,36
Verruncare bene. 29,27
Verutum telum. 21,56
Veſtæ ignis extinctus. 28,11
Veſtales duæ ſtupri compertæ. 22,57
Veſtalis juſſu P. Licinii pontif. flagro cæſa. 28,11
Veſtia Oppia Atellana mulier de Romanis bene merita. 26,33
Veſtis luxurioſæ invidia. 24,5
Veſuvius mons. 23,39
Veteres campi. 25,17
L. Veturius legatus. 28,9
L. Veturius Philo dictator. 22, 33. vitio creatus. *ibid.* legatus Claudii. 26,33. cenſor creatur. 27. 6, 34. prætor creatur. 27. 6, 10. ei prorogatum imperium. 22. legatus pugnam cum Aſdrubale in ſenatu exponit. 27, 51. Cos. à M. Livio creatur. 28,10. comitia conſularia habet. 38. magiſter equitum dicitur. 29,11
Ti. Veturius Philo flamen Martialis. 29,38
Uffugum oppidum ad Romanos deficit. 30,19
Viam à foro Boario ad Veneris & circa foros publicos faciendam locant Cenſores. 29,37
Via Flaminia. 22,11
Fornicata. 22,36
Latina. 22,12
Vibius Pelignus donatur ob ſtrenuam in bello operam. 25,14
Vibius Virius ſenator Campanus, ejuſque oratio. 26,13. cum XXVII ſenatoribus ſumpſit venenum. 14
Vibonenſis ager. 21,51
Vicetimarium aurum. 27,10
Vicilini, in Jovis templo, in agro Compſano arma concrepant. 24, 44
Victoriæ ſedes Capitolium, templum Jovis opt. max. 22,37
Victoria quid ſibi pararent à victis Romani. 30,14
Victoria aurea, pondo CCCXX ab Hierone Senatui donata. 22,37
Victoria, quæ in æde Concordiæ erat, fulmine icta. 26,23
Victoriæ mons. 24,41
Victores ſe redituros conjurant Acarnanes, aut in bello oppetituros. 26,25
Victores animos ſecunda re habent majores. 28,15
Victumviæ emporium. 21,57
Vigiliis quatuor diſtincta nox quælibet, hinc vigilia prima. 21,54. 27. 15,47. tertia. 25,38. 27,42. quarta. 21,48. 24,46. 25,9. 13,30. 27, 28. 28,26
L. Villius Tappulus ædilis plebis. 25, 2. prætor. 29,38
P. Villius legatus. 23,25
Vinum meorem à ſenſu mali alienat. 26,14
Vinum & nox flagitia accendunt. 29,8

Vino

Vino pleni venenum difficilius transmittunt. 26,14
Vino ſopitis vigilibus capiuntur Syracuſæ. 25,23
Vir cum viro congrediens in pugna. 22,14
Vir optimus Romæ judicatus Naſica. 29,14
L. Virginius trib. mil. 27,43
Virginem captivam pulcherrimam modeſtiſſime habet Scipio. 26,50
Virgines ter novenæ per urbem euntes carmen canunt. 27,37
Viribus quod deeſt, arte ſupplendum. 26,4
Virtutis ædis dedicatio cur à pontificibus impedita. 27,25. ad portam Capenam à M. Marcello dedicatur. 29,11
Umbonibus pulſantur Numidæ. 30,34
Umbria. 27,43
Undeviceſima legio. 27,37
Unius hominis virtus quantum habeat momenti. 28,43
Vocontii populi. 21,31
Volaterrani interamenta navium & frumentum Scipioni pollicentur. 28,45
Volcæ, gens valida Galliæ. 21,26
Volones in duas legiones conſcribuntur. 24,11
Volſcentes Q. Fulvio ſe dedunt. 27,15
Volſcianorum, pop. Hiſpaniæ, celebre ad legatos Romanos reſponſum. 21,19
Volucres ſupervolantes ad terram delapſa clamore militum. 29,25
Voluntaria collatio Senatus Romani in neceſſitate publica. 26,36
Voluntarii milites Scipionis. 29,1
Voluptatum victoria maxima. 30,14
Voluptatibus fractus exercitus Annibalis. 23,19
Voti damnatus, voti ſui compos. 27,45
Voti non rite facti malum. 22,9
Vox de nocte audita ex delubro Proſerpinæ. 29,18
Urbs nulla incolumis eſſe poteſt, orbata publico conſilio. 23,2
Urbium obſidio atque oppugnatio res lenta. 27,39
Urbanæ duæ legiones ſcribi juſſæ. 24,44
Utica. 25,32. 25,4
Uticenſis ager. 27, 5. à M. Valerio Lævino procoſ. vaſtatur. 28,4
Utilibus honeſta cedunt in deſperatione. 23,14
Vulcanus. 30,6
Vulcano ſpolia hoſtium vota Marcellus cremat. 23,46
Vulcani ædes de cœlo tacta. 24,10
Vulcani inſula. 21,49
Vulgus mobile & mutabile. 24,32
Vulgus optime moratum Romæ. 26,22
Vulſiniis lacus ſanguine manat. 27,23
Vulturius in ædem Jovis volat. *ibid.*
Vulturnus fluvius. 22,14. 26,5
Vulturni oſtium. 25.20,22
Uxor ac liberi Altinii vivi comburuntur. 24,45
Uxoris multa copia ſatietatem facit amoris. 30,3
Uxores ſuas liberoſque cædunt viri, ne veniant in manus hoſtium. 28,25

X.

Xanthippus Lacedæmoniorum dux. 28,43
Xenophanes princeps legationis Philippi, fœdus & amicitiam cum Annibale jungit. 23,33. ejus mendacium. *ibid.*

Z.

Zacynthus inſula. 21,7. propinqua Ætoliæ. 26,24
Zama inſula quinque dierum itinere ab Carthagine abeſt. 30,29
Zoippus, Hieronis gener. 24,5

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
AUCTORUM,

Qui in Notis GRONOVII emendantur & illuſtrantur.

Prior numerus librum, alter caput, *Ep.* Epitomen deſignat.

AMmianus Marcellinus emendatus. 26,47. 28,30
Appuleius emendatus. 30,15
Arnobius defenſus. 25,27
Athenæus tentatus. 24,5
Auſonius emendatus. 26,47
Cæſar emendatus. 22,25. 23,27. 30, 4. explicatus. 22,18. 25,27
Catullus explicatus. 27,20
Cicero defenſus. 22,39. 26,44. 27, 25. 28, 32. emendatus. 26, 10. 27. 7,25. 28,43. 29,12. illuſtratus. 26,32
Claudianus defenſus. 22,20
Columella emendatus. 24,34
Curtius defenſus. 29, 15. emendatus. 27,24
Florus emendatus. 30, 30
Frontinus emendatus. 23,29
Gellius defenſus. 22,39. 27,25. emendatus. 22,39. 26,47. 28, 14. 30, 14
Gloſſæ Latino-Græcæ emendatæ. 27,30
Julius Paullus JC. tentatus. 27,24
Lucilius explicatus. 27,17
Martialis emendatus. 24,6
Ovidius emendatus. 21,46. 23,25
Petronius emendatus. 22,1
Plautus emendatus. 24, 34. 25, 40. 27,17
Plinius emendatus. 23,40. 24,34
Plinius junior emendatus. 25,34
Polyænus emendatus. 22,43
Polybius tentatus. 21,47. 22,45
Salluſtius defenſus. 26, 10. 27, 16. emendatus. 22, 60. 25, 24. 26, 47. 27. 1,7,8, 15,16. explicatus. 29,7
Seneca defenſus. 25, 34. emendatus. 24,25. 25,30
Servius emendatus. 24,23
Silius Italicus emendatus. 23, 19. 28,6
Statius emendatus. 26, 1. explicatus. 28,39
Strabo defenſus. 27,30
Suetonius emendatus. 26. 47, 48. defenſus. 25,27, 30,18
Tacitus defenſus. 23,11. emendatus. 27,7. 29,32
Tibullus emendatus. 27,7
Valerius Flaccus defenſus. 28,45. emendatus. 22,5. 27. 17,47
Valerius Maximus defenſus. 22. 18, 22, 25. emendatus. 23,14. 24,5. 25, 14. 28,30. 30,21
Vegetius emendatus. 27,47

FINIS.

IN-

Digitized by Google

INDEX
RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM,

Quæ in iisdem Notis GRONOVII occurrunt.

Prior numerus librum, posterior caput, *Ep.* Epitomen designant.

A.

AB aliquo nuntius. 28,9
Abhorrere alicujus. 22,13
Ab Arpis *Arpini*, ab Arpino *Arpinates*. 24,45
Abducere domum. 27,29
Ab ira, *i. e.* ob iram. 24,30. 26,1
Abire magistratu. 30,39
Aboleri, *pro* non coli, omitti. 25,1
Abolere alicui magistratum. *ibid.*
Abrogare imperium. 27,21
Abscedere mare dicitur iis, qui abscedunt à mari. 27,47
Abscindendo capite. 24,15
Absistere ab signis. 27,45. absistere spe. 24,20
Abstinere corporibus. 27,24
Acceptum referre temeritati. 21,25
Accidens fama. 21,10
Acciperet *pro* accipere liceret. 28,45
Accire agmen. 21,61
Accuæus Vibius. 25,14
Acedux Nobilis Hispanus. 22,22
Acerbitas censoria. 24,18
Acies ad Cannas, inordinata. 27,45
Acies impulsa. 26,6
A consule fides. 27,5
Aculeo velut emisso torpere. 23,42
Ad, *pro* præter. 26,5
Ad aliquem restitui. 24,47. 29,38
Ad mille ducenti. 28,34
Adducere navibus. 27,38
Adest opportunus, ferox. 22,32
Adfectare spem. 28,18
Adfectari morbo. 29,10
Adflati, icti. 24,32
Adfirmare promissa rebus. 22,13
Adfligere terræ, solo. 24,34
Adhuc locorum. 27,7
Aditus rari. 24,5
Adjuvare ad bellum. 29,1
Adjuvarentur, *pro* adjuti fuissent. 29,1
Adminiculis prolapsis iterum corruere. 21,36
Admodum, *pro* fere. 27,30
Ad pedes descendere. 21,46
Ad quadraginta. 21,5
Adscribere titulis. 26,25
Adspernatus aliarum gentium. 22,13
Adsuerat, *pro* adsueverat. 24,24
Adventus Romam. 22,61
Adverso senatu. 21,63
Advorsum quam. 30,10
Advocare ad concionem, in consilium, &c. 23,32. 26,48
Adulari plebem. 23,4
Æcæ, *non* Ancæ, Apulorum oppidum. 22,12. 23,1. 24,20
Ædes liberæ. 30,17
Ædilitiæ largitiones. 25,3
Æger animi. 30,15
Ægestæus campus. 27,33
P. Ælius Pætus. 27,35
Æmilius Papus consul. 23,21
Æquari imperio. 22,13
Ærarium facere. 24,17
Aëropus Macedo. 29,12
Æsar fluvius prope Crotona. 24,3
Æstu suo aliquo trajicere. 23,41
Æsulana arx. 26,9
Ætas vix latura libertatem. 24,4

Ætas

Digitized by Google

Ætas omnis obvii. 27,51
Agere agmen. 25,9
Agere laudes grateſque. 26,48
Agitare conſilia. 22,47
Agmine acto. 25,8
Agitur libertas. 28,19
Agitur fama. 27,34
Agminibus magis quam acie pugnare. 21,57
Ala & umbone pulſare. 30,34
Alex amnis. 22,7
Aliæ partis homines. 24,27
Alia evadere. 21,56
Aliunde ſtare, aliunde ſentire. 24,45
Alternus pavor. 26,25
Altheia Olcadum urbs. 21,5
Amore illecto recto & legitimo. 26, 50
Amplum eſſe alicui. 28,42
Ampſicora, Punicum mulieris nomen. 23,32
Anapus Siciliæ flumen. 24,36
Anatis fl. Africæ. 22,36
Anceps Janus. 30,33
Anceps cibus, odium, prœlium, fungus, peſtis, &c. *ibid.*
Ancipitia munimenta. *ibid.*
Ancipites ictus. 26,46
Ancipites ad ictum haſtæ. 30,33
Andranodorus Siculum nomen. 24,4
Anienſis junior. 24,7
Animantes fœtus edere. 28,27
Animum advertere, *non* animadvertere. 24,48. 28,14
Annibalis in ſuperandis Alpibus labor. 21, 37. A Catone pro Imperatore Dictator conatur. 23,13
Annuli, de uno annulo. 27,28
Anquirere capite. 26,6
Ante præcautum. 21,32
Anticyra in Locride. 26,27
Anxurnas, an, Anxurnus. 27,38
Aquitania. 21,23
Arbacula Cartejorum urbs. 21,5
Arbor deglabrata. 25,7
Ardyæi. 27,30
Argentum ad veſcendum. 22,52
Arma capere juſſi plures & integri feſſis. 28,13
Armatus, *pro* armatura. 26,5
Articulus, quo jungitur capiti cervix. 27,49
Asdrubal Gisgonis. 28,12
Asses in millia, jugera. 29,15
Asses ſinguli in millia æris. 29,15
At, *pro* tum. 24,37
Atilii & Æmilii prætorum nomina confuſa. 25,12
M. Atilius Regulus. 23,21
At illi, ſi. 24,38
Atintania. 27,30. 29,12
Atque, *pro* continuo, *vel* ſtatim. 26, 39
Atria publica. 27,10
Attentari morbo. 29,10
Auctor alicujus rei. 24,43
Auctor, in cujus ſententiam fit SC. 24,43
Auctoritate tenere regnum. 29,29
Audaciter. 22,25
Avellani. 23,19
Averruncare. 29,27
Averſis auribus loqui. 24,26
Averſis itineribus urbem petere. 22,7
Aura favoris popularis. 22,26
Auſpicia mentita. 21,63
Auxilia irati. 29,12
Auxilia quid. *ibid.*
Auxilius, Obſidius nomina. 27,27

B.

QBÆbius Herennius, *non* Bibius. 22,34
Bæcula oppidum. 28,13
Bardæi. Ἰλλυριοὶ δ' ἄλλοι. 27,30
Βάθος, πλάτος, στίχος aciei. 22,45
Βάσιν κυκλεῖν. 27,47
Beatior ſtatus. 24,28
Benevertundo. 29,27
Bloſii gens Campana. 23,7
Bœbeis. 27,32
Bonorum optimus. 29,14
Bottiæa Macedoniæ. 26,25
Brachium ducere, objicere. 22,52
Brevitas orationis elegans. 25,5
Buſa muliercula. 22,52

C.

CAdere dicuntur venti. 29,27
M. Cæcilius Metellus. 22,24
Cæſulla cognomen. 25,5
Calavius Pacuvius. 23,2

Digitized by Google

Calles deviæ. 22,14
Calpe mons. 21, 5
Campi magni. 30, 8
Capere impetum, conatus, &c. 22, 5. tempus. 26,12
Capital esse. 24,37
Caput alicui rei esse. 23,10
Cantherium in fossa. 23,47
Capitalem fraudem fraudus. 23, 14
Captivi non censentur Romani. 22, 60
Carales. 23, 40
Carpetii, populus ad Iberum. 23,27
Caritati alicujus succedere. 24,5
Carteja urbs. 21, 5
Carthagini, *pro* Carthagine. 28,26
Carthaginienses, *non* Carthaginenses *scribendum*. 28,26
Carthaginiensi, *i. e.* Pœnis. 28,44
Castulo, *i. e.* Castulonenses. 28,19
Casus fortunæ. 30,30
Q. Catius. 28, 45
Caulonia oppidum. 27, 16
Cedere aliqua re alicui. 24,6
Celeritate maxima tendere. 28, 8
Celtiberi, media acies. 30,8
Celtiberum, *pro* Celtiberorum. *ibid.*
Censoria gravitas. 29, 38
Centurio primi pili & triarius prior, *una eademque est persona*. 30,4
Cerare. 28,45
Cercurus, genus navis. 23,34
Cerealia, ludi. 30,39
Cerrinus Jubellius. 23,46
Certaminis studium effundere. 30, 11
Certatum sententiis. 26,32
Certima Celtiberorum oppidum. 28, 22
Chalbus nobilis Tartessiorum dux. 23, 27
Cicre tumultum. 28,18
L. Cincius Alimentus. 27, 30
Cinis in ara sub dio immobilis vento. 24,13
Circa aliquem esse. 21,49
Circa esse, *pro* adstare. 26,49
Circumdati lateri. 30,19
Circumduceret, *pro* circumducendum eliet. 21,36
Circumire vigilias. 22,1
Circumvehi in arcem. 25,10
Clamare Saturnalia, triumphum. 22,1
Clampetia. 29,38
Claudere, *pro* claudicare. 22,39
Claudia Quinta. 29, 14
Claudius proconsule. 26,33
Clivus Publicius. 27,37
Coercitionem inhibere. 26,37
Cæterum, nomen. 26, 36
Cogere ordines, senatum, concilium. 30,4
Cognosse & cognosses, *pro* cognoscere & cognosceres. 22,3. 29,21
Coinquere. 25,7
Collegium prætorum. 22,10
Colligere in unum. 28,3
Comitialis dies. 25, 2
Committere rempublicam. 25,7
Commodo, simpliciter positum. 26, 32
per Commodum reipublicæ. 30,29
Commulcare pugnis. 28,30
Comparare consules. 27, 33. provincias. 28,43
Comprehensæ naves. 26,7
Compsa Irpinorum urbs. 24, 20
Concire. 26,9
Concitor belli, *non* concitator. 23,41
Concursus domum. 26,29
Conditionibus pacem facere. 23,7
Conducere rimas. 28,45
Conduci eleganter dicuntur rimæ inducta cera. 28,45
Conferre se aliquo. 29,6
Conficere. 29,35
Confusum suffragium. 26,18
Congruens in aliquid. 29,6
Conjunctus, *i. e.* vicinus, propinquus. 22,20
Conjuratio & sacramentum ut differant. 22, 31
Conlucare. 25,7
Conquassata respublica. 27,40
Conquiesse. 30,13
Conscisere bellum. 21,8
Conserere pugnam. *ibid.*
Conserta navis. 21,50
Conspici. 21, 4
Conspectus locus. 27,31
Constituere agmen. 27,16
Constituere, *pro* ponere, locare. 28,31
Consulere, *i. e.* consulto agere. 21,16

Con-

Digitized by Google

Conſules, regia poteſtas. 23,11
Conſules in Hiſpaniam miſſi. 28,39
Conſulta, *pro* conſiliis. 25,16
Contra quam. 30,10
Conveƈtare. 24,36
Convertere in ſe vires aliorum. 24,4
Copiis novis venire, ſine τῷ cum. 25,22. 28,13
L. Cornel. Lentulus Caudinus. 22, 10
Cornu lævum roſtratæ. 22,41
Cortona. 22, 4
Coſſa Etruſcorum, Compſa Samnitium. 24, 44
Creandi prætorum comitia. 24,23
Cretes. 24,31
Croto edit *Crotonienſes*. 22, 61. Crotona Crotonenſes. 30, 20
Cuneo irrumpere. 25,3
Curati & pranſi. 28,14
Curiatis Comitiis imperium mandabatur non Centuriatis, 26, 38
Cuſtos ad limina. 22,19

D.

DAmippus Lacedæmonius. 25,23
Dare litem ſecundum aliquem. 23,4
Daſius Altinius Arpinus. 24,45
Daſius Brundiſinus. 21,49
Dat ſe tempus. 28,5
Datum fato. 26,41
Decedere re aliqua, *vel* de re. 27,10
Decernere. 27,20. 28, 43
Declinat bellum in Italiam. 28,1
Decolare ſe. 27,17
Decollare, quid? *ibid.*
Decurrere in armis. 26,51
Deducere præſidium. 25,25
Defendenda pace, *pro* defendendo pacem. 23,7
Deforme agmen. 24,48
Defuiſſe nullo loco. 28,8
Defuncti ſuo bello. 25,35
Deglabrare arbores. 25,7
Degredi ad pedes. 29, 3
Dejicere præſidium. 22,24
Dejicere, *pro* demittere. 23,47
Dejicere ſe dicuntur venti. 28,7
Deinceps. 27,39
Delegare partem belli. 29,20
Delegare adverſa caſibus incertis belli & fortunæ. 28,42
Demittere agmen. 28, 25
Deprimere hoſtem. 30,36
Deſcendere in ſententias. 22, 50
Deſiſſe contemni. 28,38
Deſponſa. 26,50
Deſtinare ſpe, opinione. 28,14
Deſtringere gladium, *non* diſtringere. 27,13
Detrahere ducem ad certamen. 22,13
Dicere diem, locum. 25,16
Dictatores duo ad diverſa munia lecti. 23, 22. eorum in legendo ſenatu proceſſus. 23, 23
Dicto audiens alicui. 22,25. 29,20
Die aliquot horis ſuperante. 29,7
Diebus paucis, *pro*, poſt paucos dies. 30,21
Diem unum ſupplicatio. 28. 11,39
Diequinti. 22, 51
Diminutus capite. 22, 60
Dinomenes inter conjuratos. 24,7
Διπλεθρον, triens ſtadii. 21,36
Dipylon. 24,32
Diſcedere a officio. 27,10
Diſcedere ab ſignis, *non* decedere. 27, 27
Diſcidium & Diſſidium ut differant. 25,18
Diſjecta urbs. 24,1
Diſpenſare lætitiam, 27,50
Diſpulſa nebula. 26,17
Ditio, ubi vulgo, deditio. 24,23
Diverſis ex Alpibus. 21, 31
Diverſum diſtrahi. 26,5
Divortia aquarum. 21,30
Docere equo armiſque, 29,1
Documenta utilia. 24, 8
Domos circumlata. 26,29
Drymæ, opp. 28, 7
Ducere turelæ ſuæ. 21,41
Duumvir ædis dedicandæ juſſus. 23, 30
Dux cum principibus capiuntur. 21, 60. 22,21

E.

EA conſultatio eſt, *i. e.* id deliberatur. 24,30
Echinades. 28,7

Digitized by Google

E conſpectu terræ. 22, 27
Edere exemplum in aliquem. 29,27
Edicere, proloqui, indicare. 30,6
Ediſſerere. 27,7
Editum ex fatalibus libris. 25,12
Eductus pudice. 21,43. 24,4. 27,19.
Efficere exercitum. 23,25
Egere ope. 21,52
Egredi urbem. 29,6
Ejici & dejici qui dicantur. 23,34
Elatia Phocidis. 28, 7
Elephanti genus anceps. 27, 15
Ellipſis notabilis. 30,7
Ἔλωρος, urbs Siciliæ. 24,35
Eludere gloriam. 26,23
Ementiri falſa naufragia. 25, 3. auſpicia. 21,63
Emittere equitatum in equites. 28, 14, 33
Emporias in urbem ſociorum. 28,42
E nauticis juſſus. 30,25
Enimvero. 27,30
Ἐντεύξεια, interamen. 28,45
Enubere. 26, 34
En umquam. 24,14. 30,21
Enuntiare cœpta. 23,35
Eo, *intellectum*. 26,46
Epicydes. 24,6
Epulari de die. 25,23. in publico. 24, 14
Epulis infandis paſti. 23,5
Equis, viris. 21,27
Equitum munus circumire vigilias. 22,1
Errorem volvere. 27,47
Ἐρύκειν. 29,27
Eruptio Mutina. 23,35
Eſcendere. 29,11
Eſt cura animo. 29,36
Eſſe aliquo ſtatu, *non* in aliquo. 22, 22. 26,28
Evaſtare. 28,44
Evehi in ancoras. 22,19
Ex ante diem pridie. 23,31
Excedere urbem. 24,20
Excernere. 28,39
Excita multitudo. 28,24
Ex curſu refugere. 23,38
Exenterare. 28,45
Exercitus, claſſis. 26,42
Exire in aciem. 27,25
Ex iis, *pro*, præter eos. 29, 1
Expectare mortem alicujus. 28, 27
Expediti militum. 30,9
Expetere prœlium, pœnas, conſilia, &c. 30,18
Expiationes portentorum. 25, 12
Exprobratio cuiquam. 23,35
Ex quinque pondo patera. 27,4
Exſcenſionem facere. 27,5
Exſecrari in aliquem. 30,20
Exſiſtere è latebris. 25,21
Exſpectare mortem alicujus. 28,27
Extar, olla extaris. 25,16
Extrahere æſtatem. 22,18

F.

Q. F Ab. Max. Rullianus. 24, 9
Facere animos. 22, 26
Facere fidem alicui alicujus rei. 21, 47
Facere poteſtatem populi. 27,8
Facere ut ſit. 30,26
Faciles res, facile agere. 23,11
Falarica quid. 21,8
Faſtidire alicujus. 22,13
Fatigare precibus. 27, 45
Fato quodam data ſors. 26,41
Femine transfixo. 30,18
Ferre præmium. 26,2
Ferre fraudem. 24,38
Ferre pro præjudicato. 26,1
Fert, adfert dies. 27,13
Fidei & amicitiæ ſocietas. 28,32
Finium alicujus eſſe. 28,8
Fides à conſule. 27,5
Fieri & reſici ut differant. 24, 9
Firmatum valido præſidio. 21,57
Firmus ad bellum, ad dimicandum, &c. 23,25
Flaminini Quinctii, non Claudii. 27,21
Flamininus Quinctiorum cognomen. 22, 34
Flectere iter. 29, 34
Fluere quæ dicantur. 27,17
Fluxa fides. *ibid.*
Fœde perire. 21,40
Fœdus ſextum cum Pœnis ictum. 21, 3
Foris à ſene. 27,5
Formula juris. 26, 24
Formula ſociorum. *ibid.*

Digitized by Google

Fors conglobat. 22,5
Fortis & *felix* dicitur opera Imperatorum; ſociorum, legatorum, militum, *fortis* & *fidelis*. 28,9
Fraus, *pro* pœna. 24,38
Frauſus fraudem. 23,14
Frons Caſtrorum. 26,42
Fulgor ab auro. 27,5
Cn. Fulvius Flaccus Centumalus. 27,1
Fungi militia. 24,21

G.

GAlatia 26,5
Galeria nomen Centuriæ. 27,6
Genus militare. 24,32
Gerere quid feriæ rei. 23,7
Geronium oppidum. 22,39
Glareæ. 21,31
Græci vocantur qui Græcorum Coloniæ ſunt. 22,61
Grates agere. 23,12. 26,48
Gravari militiam. 21,23

H.

HAbere reſpectum. 21,44
Hæc licentia, vindemia, annona. 25,40
Habitus veſtituſque. 29,17
Hannibal legatus alterius Hannibalis ad Hieronymum. 24,6
Haſtæ ancipites. 30,33. velitares. 26,4
Heraclea Siciliæ. 25,27
Herennius Pontius. 22,35
Hermandica Carteiorum urbs. 21,5
Hexapylum. 24,32
Hermæ, ſive Mercurii, θερμύλαιοι ante portas ſtatui ſolebant. 27,5
Hiero Rex ſocius pop. Rom. 24,4
Hippo Hipponiates. 25,40
Homines ad lecticam. 22,19
Hoſpitium. 21,2
Hoſtis capta. 30,14
Hoſtis *pro* hoſtes. 26,41
Hoſtis Romanus. 23,23

I.

JAcere ſermonem. 25,4
Jactans via. 21,48
Idimuli. 21,45
Idus Martiæ ſolennes ineundis Magiſtratibus. 30,39
Iis, pronomen omiſſum. 23,15. 23, 23. 26,46
Iligneum haſtile. 21,8
Illiberi oppidum. 21,23
Illiturgi nomen neutrum. 25,17
Illiturgis. 24,41. 28,19
Illum finem imperio fore. 23,28. 27,17
Imber cum procella. 22,30
Impedimenta, medium agmen. 22, 41. 30,8
Implere animos ſuperſtitionum. 29, 14
Implorare aliquem. 29,2
Imponere militem ad naves. 22,19
Impotens rerum ſuarum. 23,16
Impulſa acies. 26,6
In Antiate metentes. 21,1
Incolere alicubi. 21,31
Increpare in aliquid. 27,1
Indibilis Hiſpaniæ regulus. 22,21. oppidum. 23,49
Inexplorato ire. 22,4
Infeſtus aut inimicus. 28,29
In fidem rerum oſtentare. 26,24
Infinitas. 28,32
In his, eleganter. 27,12
In præſentia. 28,5
In primo. 25,21
In ſenatum vocare. 23,32
Incedere ſemoto. 28,27. per dimotum. *ibid.*
Incenſus animum cura. 29,18
Inceramenta navium. 28,45
Inceſſit timor. 29,24
Inceſſit cura animum. 22,12
Inclinavit ſententia. 28,25
Inconciliare. 26,9
Incondita libertas. 24,24. turba. *ibid.*
Inculcare. 25,37
Incurſare. 25,35
Indelictum. 22,19
Indiſpenſatus niſus. 27,50
Inerat lepos, cura, &c. 23,35
Indicente me. 22,39
Inficientes, ἄφρονες. *ibid.*
Innotitia. *ibid.*
Inopia ærarii, *i. e.* ob inopiam ærarii. 29,16

Digitized by Google

Inſcientia. 22,25. 25,2
Inſita gentis tranquillitate. 28,24
Inſons culpa. 22,49
Inſtituit facere. 28,46
Inſtrati & frænati equi. 21,26
Inſula Syracuſarum pars quarta. 24, 21
Inſuper impoſitus. 21,1
Intenta ob aliquid cura. 25,9
Interamentum, *vel &* interamen, *ab* interare. 28,45
Interare. *ibid.*
Interatim, *pro* interim. *ibid.*
Interdiu unde compoſitum. 29, 14
Intereſt hoc pater ac dominus. 26, 2
Interlucare. 25, 7
Interlucere. 29, 14
Internicialis, pernicialis. 27, 24
Internoctu non bene ficta vox. 29, 14
Interreges non erant, niſi patricii. 22,34
Inter ſe jubere. 23,32
Iɳterus, *antique.* 28,45
Intra præſidia. 25,24
Intritus ab labore, *pro* non trito. 22,39
Introrſus porrecti ordines. 22,45
Intus ædibus. 24,10
Intus cellam. 27,11
Invadere, intranſitive poſitum. 28, 20
Inviſitati. 27,39
In unum ſe colligere. 28,3
Inurere flagra. 27,20
Ipſum παρίλκ. 22,25. 26,27
Ipſus. 27,41
Ire in prœlium. 21,4
Irrito incepto abire. 24,19
Is pronomen ſubintellectum. 22,15. 24,34
Is, ille, eo, παρίλκ. 28,27
Italicorum oppidorum alia Coloniæ, alia præfecturæ, alia municipia. 26, 16
Itinere averſa, devia. 27,7
Jubere alicui facere, *ſolœcum.* 27,24
Judicatus pecuniæ, perduellionis, &c. 23, 14. 26, 4
Jugis ducere. 22,18
Junćta loca. 22,20
Jus dicendæ ſententiæ. 22, 50
Juratus lenatus. 26,34
Jure dicundo ſors. 22,35
Jure vocatæ tribus. 27, 6
Juris Perſarum, Romanorum. 29, 31
Juſta militaria. 24,43
Juſta arma. 22,48
Juventas, dea. 21,62

K.

K Hoc quid? 28,45

L.

LAbare fidem. 22,61
Labdaciſmus quid? 22,13
Laſcivia. 23,11
Late ruens murus. 21,11
ab Latere, *pro* domeſticis, ſatellitibus. 24, 5
Lati agri. 23,46
Latiaris Jupiter. 21,63
Latius regnum. 24,49
Latumiæ. 26, 27
Laudibus meritis implere. 26,50
Laxior locus negligentiæ. 24,8
Lectiſternium. 29, 4
Lectus ad tempus. 28, 42
Legati ab Syracuſanis ad Annibalem miſſi. 24, 5
Legio, *pro* lectio in ſcriptis. 27,11
Legio, *pro* exercitu delectu civium conſcripto. 27,38
Leon locus prope Syracuſas. 24,39
Leontini & urbis populi nomen. 24,30
Leptis parva. 30, 26
Levare religione animum. 21,62
Levium armorum auxilia. 22,37
Lex qua capitale factum præſidio decedere. 24, 37
Liberare obſidionem. 26,9
Libertas incondita. 24,24
Libertatem ſpetnere modice qui dicantur. 24, 25. immodice qui? *ibid.*
Liberum fingenti. 26,38
Liberum, *pro* liberorum. 11,12
Liberum habere quid dicamur. 22, 34
Libras pondo. 26, 36
Licentia ex otio militum. 28, 24

Digitized by Google

Licentia hæc, *pro* licentia hujus temporis. 25, 40
P. Licinius Varus. 27, 8
Lilybætani. 27, 28
Limitibus transversis proficiscí. 22, 12
M. Livio Præfecto Tarentum amissum. 24, 20
Locare frumento. 27, 3
Locus, *pro* tempore. 27, 7
Locus vacuus summoto. 24, 3
Longum & latum aciei. 22, 45
Lucris meritis. 23, 11
Luit Paulli mortem exercitus Cannensis. 22, 50
Lustrare urbem, exercitum, &c. 25, 7
Lychnidum, urbs. 27, 32

M.

MAgalus regulus. 21, 29
Magii gens Campana. 23, 7
Magu intellectum. 27, 20
Magister equitum Imperator sub Imperatore. 22, 12
Magister equitum, consularis potestas. 23, 11
Magistri qui? 24, 25. eorum dignitas *Magisterium*, non *Magistratus*. ibid.
C. Mamilius Vitulus. 27, 5
Manius servile nomen. 26, 27
Mansio Lemni. 22, 61
Marcii Vatis Carmina. 25, 12
Mare fluminibus invectum. 22, 5
Mare tremore terræ interdum exundat. 22, 5
Marius Statilius, *non* Manlius. 22, 42
Mars communis belli. 28, 41
Masæsuli pop. *Ep.* 42.
Masinissa scripti Livii, *non* Masanissa. 25, 34
Massienses in Africa. 27, 3
Massilitani. 27, 28
Massyli alia gens quam Masæsuli. 24, 48. regnum paternum Masinissæ. 30, 11
Medius teli exacti per viscera. 28, 6
Megalesia Ludi. 29, 14
Megara πλησιωτικῶς. 24, 35. 28, 7. urbs Siciliæ quæ ante Hybla. 24, 30
Μῆκος, μέτωπον aciei. 22, 45
Memorandis pugnis, *pro* memorando pugnas. 23, 7
Mendacio speciem terroris præbere. 24, 30
Mercurii tumulus. 26, 44
Mezetulus. 29, 29
Miles ad naves. 22, 19
Miles, *pro* pedite. 26, 19. 28, 1
Miles stipendiorum legitimorum. 23, 25
Militare genus. 24, 32
Militaris ætas. 17 annor. 25, 6
Milites sacrilegi. 29, 19
Militia potior, honoratior. 24, 21
Minii gens Campana. 24, 19
Minime multi. 22, 17
Minutus vulnere. 21, 52
Miseriti Romani imperii Dii. 22, 55. 27, 33
Missa tormento. 24, 35
Mittere curam ex animo. 30, 3
Mitti prætorium quando dicatur. 21, 45. principia quando. *ibid.*
Modo lascivientium piscium. 27, 4
Moles *pro* molitio. 25, 12
Moliri fidem, *pro* labefactare. 24, 46
Moliri portas. 23, 18
Momentum ad aliquid. 21, 44
Montes Ligurum & Salyum. 21, 26
Monumenta Tarentinorum intra mœnia. 25, 9
Movere tribu. 24, 18
Mulcare, pugnis vel calcibus cædere. 28, 30
Multa pars. 27, 40
Multam dicere, multam certare. 25, 3
Multum diei. 27, 2
Multus instare. 25, 18
Munitum opere magno. 21, 57
Murgantia. 24, 36

N.

NAdagara. 30, 30
Nam particula. 29, 8
Narniensis tribus, *non* Arniensis. 29, 37
Nasus, urbs, *non* Naxus. 26, 25
Navis conserta. 21, 50
Navium ordo in pugna. 30, 10

Digitized by Google

Nautici. 30,25
Nigræ lanarum. 30,9
Nihil videre cur. 25,7
Nisi, *pro* sed. 24,20
Nobiles familiarum plebei. 22,35
Nominandi istorum copia. 24,23
Non est, non. 30,14
Non modo, *pro* non modo non. 25, 26
Non tutissimus receptus. 28,25
Noscere. 27,24
Notantibus, *pro* notandum censentibus. 27,25
Notare senatusconsulto. *ibid.*
Notio censoria, *non* notatio. 27,24
Novatus clamor. 26,19
Novus homo. 22,36
Nubes in monte sedens. 22,30
Numeralium dispertitivorum vis. 27,36
Numerius Decimus. 22,24
Nudiustertius, *pro* nunc diust (*vel* dies est) tertius. 29,14
Nullo, *pro* nusquam, *vel* nullo loco. 22,53

O.

OBedienter curare. 25,10
Obsecundando mollire. 23,15
Obsistere. 27,7
Obteri. 27,42
Obvenire in tempore pugnæ. 29,34
Obversari. 24,23
Occulta fraus. 24,38
Occupare cogitationes hominum. 27,3
Occurrere ad concilium. 23,24
Oeniadæ, urbs & populus. 26,25
Oesalces. 29,29
Ollæ extares. 25,16
Onerariæ in classe plerumque plures bellicis. 25,27
Onerariæ sine ∞ naves. *ibid.*
Opera merces libertatis. 24,14
Opponi pro cornibus. 23,29. 24,39
Opportuna, *i. e.* exposita injuriæ. 25,30
Oppositus opportune tumulus. 28, 13
Opprimere pro deprehendere. 30, 10
Opus temporis, laboris, &c. 22,51
Ordines primi in vetere militia qui? 30,4
Oreum. 28,8
Ornare copias. 24,48
Os portus. 25,11
Os Punicum abhorrens Latinorum nominum. 22,13
T. Otacilius. 23,21
Ovile. 26,22

P.

PAcisci mercede & mercedem. 24,49
Palam senatu, omnibus. 25,18
Par quæsitus, parem dare. 21,27. 28,44
Pars avidi certaminis. 23,44
Participii verbi substantivi defectus. 22,31
Partim copiarum. 26,46
Partiri curas. 21,21. 23,26
Passi crines. 26,9
Patere tantum. 25,23
Patria, *i. e.* magistratus & senatus. 25,6
Patriam pulsam sede sua restituere. 27,34
Patribus interrogandi potestatem facere. 30,22
Pavor & fuga. 26,4
Pax & concordia. 24,22
Pelliti Sardi. 23,40
Penatis singulari numero. 28,18
Peparethus. 28,5
Per intellectum. 28,39
Pera Junius. 23,14
Percolare. 27,17
Per commodum explorare. 30,29
Perducere. 30,12
Perduellio. 26,4
Per ego vos. 29,17
Perficere bellum. 22,38
Periculo publico esse. 23,49. 27,47
Perisse, *i. e.* perituros fuisse. 28,34
Permittere equum. 29,2
Pernicialis & perniciabilis. 27,23
Perportare. 28,46
Perstignare dona templorum. 25,27
Pertinere ad aliquid. 25,24
Pertrahere. 30,12
Pervium. 30,10
Petelia Italica urbs. 27,26

Pha-

Digitized by Google

Phalara oppidum. 27,30
Philemenus Tarentinus. 25,8
Phyſlia. 22, 30
Piaculum rupti fœderis. 21,10
Plenus iræ. 27,40
Πλίθρον eſt centum pedum, ſeu ſexta pars ſtadii. 21,36
Polyænus Siculus. 25,8
Polyphantes Macedo. 27,31. 28,5
Populi impetus interdum lenior ſub duce. 26,48
Pop. Rom. erga Pœnos beneficia. 21, 41
Porricere. 29,27
Portis regione platearum patentibus. 25,25
Poſt paullo. 22,60
Poſt modo. 25,28. 26,29
Potens rerum ſuarum. 23,16
Potio & cibus. 24,16
Præbere corpora ad cædem. 25,16
Præbere naves, milites. 28,10
Præbere tumultum. 28,7
Præceps legatio. 21,17
Præcipere iter. 22,41
Præcipitare ἀδιατρέπτως. 25,11
Prædari agro. 22,3
Prædictum dictatoris. 23,19
Præferri. 29,32
Præfectus Magonis, Pompeii. 28,30
Præfluere. 29,32
Prælata, prætervecta. 28,30
Prænavigare. 29,32
Prænomen poſtpoſitum. 29,2
Præſente exercitu. 25,18
Præter opinione deſtinatum. 28,14
Prætexti purpura. 22, 46
Prætor ſæpe ponitur *pro* Proprætore. 28,38. Prætor *pro* Proconſule. *ibid.*
Prætores, *i. e.* Imperatores. 21,3
Prætores auſpicia non habuerunt. 28, 39
Prætoris urbani cura eſt de ludis ad ſenatum referre. 26,23
Prætorium mitti quando dicatur. 21,54
Pretia pœnæque. 26,40
Pridie Quinquatrus, ut pridie Calendas. 26, 25
Primis in herbis. 25, 16
Principia quando mitti dicantur. 21,54
Principio negligendo, *i. e.* dum negligitur principium. 29,2
Privato ſe tenere. 23,7
Prius præcepta. 21,32
Proconſulatus imperium erat, non Magiſtratus. 28, 39
Proconſule, *i. e.* proconſul. 26,38
Proconſules Magiſtratus non ſunt, ſed pro Magiſtratibus. 28, 39. auſpicia non habuere. *ibid.* Proconſule in urbe nemo habuit imperium. 26, 9
Prodere cœpta. 23,35
Producere in concionem. 27,51
Profari. 22,1
Promontoria. 21, 35
Promontorium Apollinis. 30, 25
Pronomen demonſtrativum intellectum. 28,40
Propagare imperium, commeatum, &c. 23,25
Propatula. 25,12
Propemodo. 24,20
Pro perfuga tranſire. 27,15
Propius periculum. 21, 1. 22, 40. 25, 14. 29, 6
Proponere emolumentum, ſpem, &c. 21, 45. formidines, mecum mortis. *ibid.*
Propoſitum bello eſſe. 28,3
Propter, *pro* prope. 21,2
Πρόσνιμεν. 26, 24
Providens dux. 25,34
Proviſa ſunt, *pro* proviſum eſt. 27,15
Proximi memoria temporum. 29,14
Pube præſente, *i. e.* populo præſente. 25,18
Pulchri Promontorium. 29, 28
Purgare quæ decernuntur. 27,21
Pyrrhia Ætolus. 27,30

Q.

*Q*Varere dicimur omne quod abeſt. 25,38
Quære quid ſit. 25, 38
Quærere ignominiam alicui. 25,6
Quam, *pro* magis quam. 25,29
Quam proxime. 29, 6
Quaſi ad duo millia. 27,12
Quaſſæ naves. 25,3
Querela plebis Rom. 26, 35

Digitized by Google

Qui, pronomen ſubintellectum. 22,15
Qui adſederint. 26,34
Quid illo fiet. 27,16
Quieſſe, *pro* quieviſſe. 26,22
Quinquatrus à quinquendo ſeu coinquendo. 25,7
Quique, *pro* quiſque. 24,15
Quiqui. 27,28
Quoad, *pro* tam diu donec. 23,26
Quod, *inculcatum*. 22,53. 25,6. 28,43. 29,6
Quod περίλημ. 27,7
Quod, *pro* quoad. 26,32
Quod ſui quiſque cognoſſet. 29,21
Quo ſine τῷ eo. 25,36
Quodam uno. 28,12
Quum repetitum, 28,40

R.

RAptum, *pro* quovis raptim facto. 30,14
Ratio pertinens. 23,49
Rebus omiſſis, relictis. 28,7
Recellere. 24,34
Rectè an perperam. 28,25
Reduces domos. 29,27
Referri in tabulas Ceritum. 24,18
Regione platearum. 25,25
Regnare, regere. 24,29
Relata, reſponſa. 24,48
in Reliquum, *pro* in futurum. 23,20
in Rem eſſe. 30,4
Remigium, *pro* remigibus. 26,51
Res fruenda oculis. 22,14
Reſervare. 25,6
Reſiduum præſtare. 28,34
Reſpectum habere. 21,44
Reſpublica dicitur feciſſe, quod magiſtratus, ſenatus, populus. 26,35. 28,25
Reſtitui ad patriam, ad Romanos. 24,47
Reticere alicui. 23,12
Retinerent, *pro* retinere vellent. 25,33
Reveſio domum. 22,61
Rigefacere. 21,55
Rudibus concurrere. 26,51

S.

SAcramento rogari, adigi, dicere. 24,8
Sacratæ fide manus. 23,9
Sacrificuli ac Vates capiunt hominum mentes. 25,1
Sacroſanctum quid. 27,37
Salapitani. 27,28
Salaſſi montani. 21,38
Sardi, latrunculi maſtrucati. 23,40
Sardinia & Sicilia primæ Romanorum Provinciæ. 28,13
Satias. 27,49
Saticula, urbs. 23,5
Satisfacere reatui. 25,6
Satricani. 26,33
Saturnalia prima, ſecunda, tertia. 30,36
Saturnales Calendæ. 30,36
Saxa glareoſa. 21,31
Scerdilædus Illyrius. 26,24. 18,5
Sciſcere. 26,16
Sciſſis, *non* Sciſſum, oppidum. 21,60
Scitu plebis. 25,7
Se *intellectum*. 26,39. 27,19
Secunda iræ verba. 23,14
Secus virile. 26,47
Sed intellectum. 28,39
Semiſomnus. 25,39. 29,5
Sena Romanorum colonia. 27,46
Senatorem creari, & in ſenatum legi perperam diſtinguit Manutius. 23,23
Senatuſconſulto notare. 27,25
Senatus pars maxima qui adſederint. 26,34
Sereno fulmen jaci. 28,27
Seria, vas magnum. 24,10
Seriæ rei agendæ dies religioſus. 26,16
Seriæ rei quid gerere. 23,7
Servi ad remum. 22,19
Servilii Gemini Patricii. 29,38
Cn. Servilius Cæpio. 25,2
Servitudo. 24,22
Sertus homini. 23,35
Si, at, particulæ. 24,37
Sicilia duplex Provincia. 25,11
Sidere. 26,45
Signa cruore manantia. 22,36
Simul duplicatum. 27,15
Simul, *pro* &. 26,43
Sinus Ænianum. 28, 5. Maliacus. *ibid.*
Sincerum equeſtre prælium. 30,12

Digitized by Google

Sintia Macedoniæ. 26,26
Siſſe, *pro* ſiviſſe. 26,22
Sitella allata vel delata. 25,3
Socii navales. 21, 50. 26, 48
Solennia verba quibus plebs in approbando SCto utebatur. 26, 32
Sorte datus. 30,30
Sortes attenuatæ. 21,62
Sortiri provincias. 28, 43
Soſis. 24,5
Spe, *i. e.* ſpe ipſis facta. 26,39
Species cœli ardentis. 2, 1
Speciem præbere. 22,24
Spectare defectionem, arma, bellum, &c. 22,22
Spectare in regionem. 28,17
Spoletanus. 27,10
Spolia opima. 23, 47
Spondere animis. 28,38
Statim, *pro* perſeveranter, æqualiter. 27,47
Statorius ſemilixa. 30, 28
Statuere navem. 27,16
Stipendiorum legitimorum miles quis? 23,25
Subigere naves. 26,7
Sublatus. 20, 50
Sublucare. 25,7
Submittere faſtigium. 27, 31
Submovendis Patribus, *pro* ſubmovendo Patres. 23,7
Subſidia deſtinata. 23, 16
Subſiſtere ſumptui, armis. 27,7
Sub *tit. Urbana & Peregrina* quidnam ſubaudiatur. 24, 9
Subtrahere ſe. 28,25
Succedere caritati, magnitudini & gloriæ alicujus. 24,5
Succedit facinori. 24,19
Succreſcere in paternas opes. 21,2
Sufetes Conſul lingua Pœnorum. 30,7
Suffragium confuſum. 26,18
Summa res. 26,10
Summa ſalus reipublicæ. *ibid.*
Summoto incedere, *vel* agere, quando dicerentur Magiſtratus Romani. 25,3
Summum, *pro quo vulgus* ad ſummum. 21,35
Sumptus ſuppeditari, *i. e.* refici impenſas. 23,49
Super alicui eſſe. 26,38
Superamenta materiarum. 28,45
Superare, *pro* ſupereſſe. 22,49
Superimponere caſtellum. 21, 1
Suſpiritu crebro. 30,15
Syphax Maſæſulorum rex. *Ep.* 29.

T.

TAbes nivis. 21,36
Tactum, cujus mentio facta. 23, 22
Tam, intellectum. 26,31
Tamen ſine *tamſi* etſi. 23,19
Tanetum. 21, 25
Tantum quam, *pro* tantum quantum. 26,1
Tantum auctus, auſus. 26,31
Tarento, *id eſt*, Italia. 21,10
Tarentum proditione receptum ui amiſſum. *Ep.* 27.
Tarteſſii. 25,26
Tecta parietum. 25,24
Temperare linguæ. 28,44
Tendere. 23,14
Tendere, *pro* contendere. 28. 8,18
Tenere alicubi, *pro* tenere locum alicubi. 24,3
Tenere caſtris, pelago, &c. 27,17
Tenere, *pro* impetrare, obtinere. 23, 20
Tenet ſolum patriæ. 21,27
Tergum caſtrorum. 26,42
Terinæi. 25, 1
Terra Italia. 25,7
Terroris ſpeciem mendacio præbere. 24,30
Teſtes dati, editi. 25,7
Tethronum. 28,7
Tetrapylon. 24, 32
Theodotus inter conjuratos in Hieronymum. 24,5
Thronium, Torone. 28,7
Tib. prænomen Sempronii familiare. 22, 58
Timor & fuga. 26,44
Tolleno, machinæ genus. 24,34
Tormento miſſa. 24,35
Tot tam. 25. 24,37. 26,13. 28,28
Toti in iram verſi. 25,16
Traducere copias flumen. 22,45
Trahenda re eſſe. 24,26

Digitized by Google

Trahendo delectu. 22,2
Trajicere trans vallum. 25,14
Tralli pop. Illyrii. 27,32
Tranquillum. 28,27
Trepidare, *pro* satagere, negotium capessere. 27,1
Tribunorum militum ministerium. 22,21
Trina castra, *non* terna. 22,12. 23,49
Triumphus non concessus ei qui sine magistratu rem gessisset. 28,39
Trogilus, vicus. 25,23
Trucidata membra. 29,18
Tum &, *pro* cum tum, *vel* & duplicatum. 21,36
Tunes 20 stadia Carthagine abest. 30,10
Turduli Hispaniæ. 28,39
Turres contabulatæ. 24,34
Tuscus, vicus. 24,10
Tutelæ suæ ducere. 21,41
Tutus loco. 23,26
Tycha pars una Syracusarum. 24,21

V.

VAdimonium facere. 23,32
Vagus, errans, & similia. 27,16
P. Valerius Flaccus. 23,34
Vallum armis, vallo se tutari. 22,60
Variata memoria rei actæ. 21,28
Vascum quid. 24,48
Vasta & temeraria. 24,48
Vectigalia redimere. 23,48
Vel dicam. 22,23
Vel munitissima urbs. 24,22
Velitatio verbis. 23,39
Velitis, levis armaturæ milites. 23,29
Velitum propria pugna cum elephantis. 21,55
Venire in mentem. 28,24
Venire copiis novis, omnibus. 25,22
Vento suo navigare. 23,42
Ver sacrum. 22,9
Veragri & Seduni. 21,38
Verius dixerim. 22,23
Verius, *pro* magis. 21,16
Vereri alicujus. 22,13
Verruncare, *pro* vertere. 29,27. ejus etymon. *ibid.*
Verso Marte. 29,3
Versurum, *pro* versum iri. 28,25
Vertere in gratiam publicam. 26,30
Vescum quid? 24,48
Veturia Centuriæ nomen. 26,22
Via Catilinum. 22,17
Vibius Virrius, *non* Ubius, *non* Sabius, *non* Vibus. 23,6
Vibonienſis. 21,51
Vicinalis. 21,26
Videre, *pro* providere, comparare in futurum. 21,4
Vindemia hæc, *pro* omni vino quod hoc anno natum est. 25,40
Vincere quovis judice aliquid esse. 27,11
Vindicare, *pro* judicio petere. 29,21
Vir bonorum optimus. 29,14
Virile secus. 26,34
Visenda urbe, *pro* visendo urbem. 23,7
Vixdum pubes. 21,3
Uncia pondo. 26,36
Vocat res subita. 26,44
Vocare in senatum, in concionem. 23,32. 24,28
Volvere errorem. 27,47
Volvere vada ac gurgites, *bene dicitur amnis.* 21,31
Urbanam, peregrinam sortitum esse. 27,36
Ut duplicatum. 28,9
Ut, *pro* quamvis. 22,25
Ut, *pro* utpote. 25,23. 29,1
Utcunque, *i. e.* prout. 21,35
Ut primum. 22,26
Utrinque, *i. e.* in partes duas. 21,56.
Vulturnum oppidum. 25,19
Vulturnus flumen. 25,19. ventus. 22,46

Z.

ZOippus gener Hieronis. 24. 4,26
Zopissa quid? 28,43

FINIS.

Digitized by Google

Errata, quæ operarum incuria irrepſerunt, ſic emendentur.

In Textu.

Pag.	Verſ.	
16.	4	à ſe. loco, *l.* à ſe loco.
53.	11	memoria, *l.* nemora.
128.	1	tringinta, *l.* triginta.
153.	24	è Geronio, *l.* à Geronio.
171.	5	incitatos, *l.* iniciatos.
181.	15	collega, *l.* collegæ.
209.	9	cuſtodes præterea, *l.* cuſtodeſque præterea.
214.	7	aut commilitonis, *l.* & commilitonis.
214.	17	majori pretio, *l.* majore pretio.
216.	16	priori Punico, *l.* priore Punico.
329.	12	à ſacris, *l.* ab ſacris.
330.	11	delegendi, *l.* deligendi.
362.	12	curam cum, *l.* coram cum.
379.	25	animadverterent, *l.* animadverterunt.
385.	9	altera die, *l.* altero die.
386.	21	baliſtas, *l.* balliſtas.
389.	4	eiſdem animis, *l.* iiſdem animis.
441.	6	populandus, *l.* populabundus.
453.	12	toties, *l.* totiens.
463.	20	turbarum, *l.* tubarum.
478.	13	cuſtodiamque, *l.* cuſtodiendamque.
491.	15	occaſioni, *l.* occaſionis.
504.	16	magnifice, *l.* magnificæ.
506.	13	Fulvius, *l.* Fulvium.
525.	21	multati, *l.* mulcati.
539.	4	prætor, *l.* præter.
548.	19	eſſe, *l.* eſſet.
558.	11	quantum, *l.* quanto.
565.	14	Catellini, *l.* Calatini.
581.	17	ſoboli, *l.* ſuboli.
584.	4	exæſtuet, *l.* exæſtuat.
586.	15	impares, *l.* imparis.
609.	16	litteræ, *l.* literæ.
613.	22	maximus, *l.* Maximus.
618.	3	tradiderit, *l.* tradiderint.
643.	6	Mandonique, *l.* Mandonioque.
662.	20	à Venuſia, *l.* ab Venuſia.
664.	10	caſtella, *l.* caſtello.
672.	9	littorum, *l.* litorum.
718.	2	præconſule, *l.* proconſule.
734.	14	ſenatuſconſultu, *l.* ſenatuſconſulto.
737.	21	quietem, *l.* quietum.
797.	16	invidia, *l.* invidiæ.
859.	8	de Scipione, *l.* de P. Scipione.
874.	14	Capſula, *l.* Capuſa.
877.	5	in puero, *l.* & puero.
887.	16	indigentium, auxilia tardius, *l.* indigentium auxilii, tardius.
914.	10	Cirtha, *l.* Cirta.
947.	10	Maxima, *l.* Maximæ.
958.	13	revocata, *l.* revocato.

In Notis.

Pag.	Col.	Verſ.	
29.	1.	18	cavetur, *l.* caveretur.
41.	2.	3	ne hæc, *l.* nec hæc.
138.	1.	11	(Hæc neque, *l.* Hæc (neque.
142.	2.	2	Γαρσίνεον, *l.* Γαρσίνιον.
173.	1.	16	σφαιρώδες, *l.* σφαιροειδές.
191.	2.	12	λογχοτόρως, *l.* λογχοφόρως.
199.	1.	6.	cum quoque, *l.* tum quoque.
203.	2.	14	extraxit, *l.* extruxit.
231.	2.	27	quam ipſe, *l.* quum ipſe.
240.	1.	17	ἀδλεπρ, *l.* ἀδλεχ.
254.	1.	8	libris. Nullus, *l.* libris nullus.
278.	2.	25	Lucullus dedicavit, *l.* Lucullus duumvir dedicavit.
320.	2.	2	quum poterant, *l.* quam poterant.
375.	1.	35	unde, *l.* undæ.
401.	1.	20	Rutili, *l.* Rutuli.
412.	2.	35	ὃ συντεταγμένῳ, *l.* ᾧ συντεταγμ.
424.	1.	5	μὴ οὐ, *l.* μὴ ἔ.
425.	1.	34	afferr, *l.* afferri.
434.	1.	37	rata, *l.* rato.
437.	1.	11	Coss., *l.* Cos.
455.	2.	29	in eo, *l.* in ea.

463.

Digitized by Google

Pag.	Col.	Verſ.	
463.	2.	16	Συρρικνοίων, *l.* Συρρικνοίων.
480.	1.	7	recidiva, *l.* rediviva.
490.	2.	15	perſequi, *l.* proſequi.
516.	1.	2	Remigii, *l.* Remigiis.
517.	1.	1	Soram, *l.* Coram.
523.	1.	15	Cutilis. *l.* Cutiliis.
542.	2.	10	ægro, *l.* agro.
543.	2.	7	Venturiam, *l.* Veturiam.
546.	2.	14	aliquot, *l.* aliquod.
550.	1.	22	Μακαδονίας, *l.* Μακεδονίας.
555.	2.	26	Geniadæ, *l.* Oeniadæ.
618.	1.	5	gerendo, *l.* gerundo.
655.	2.	41	Setiæ, *l.* Setia.
627.	2.	16	Saticulam, *l.* Saticulani.
645.	2.	5	καθεξῶς, *l.* καθεξῆς.
646.	2.	6	Paucis prœlium, *l.* Paucis poſt prœlium.
666.	1.	6	ἀρχῆς, *l.* ἀρετῆς.
674.	2.	7	Batti, *l.* Balatti.
708.	2.	16	Vetus, *l.* Verus.
718.	2.	5	παρρασία, *l.* παρασία
720.	2.	17	in loca evaſere, *l.* in loca tuta evaſere.
742.	2.	9	γεγνομένε, *l.* γεγνομένε.
743.	2.	5	καταπλισαμένες, *l.* καθαπλισαμένες.
744.	2.	16	Μάσκ@-, *l.* Μάρκ@-.
777.	1.	1	ζωῶ, *l.* ζῶ.
ibid.	1.	5	ὤμεν, *l.* ὦμεν.
780.	1.	15	Καρχεδόνες, *l.* Καρχηδόν.
797.	2.	1	tres, *l.* quatuor.
816.	2.	14	perportantes, *l.* portantes.
833.	1.	8	libenti, *l.* lubenti.
841.	1.	23	Burgulum, *l.* Bargulum.
ibid.	1.	29	Panthini, *l.* Parthini.
859.	1.	21	compararetundeante, *l.* compararetundeante.
ibid.	2.	1	priori, *l.* prioris.
872.	2.	7	ἀκροτήριον, *l.* ἀκρωτήριον.
904.	1.	14	ultera, *l.* altera.

Digitized by Google

JACOBI JOH. FR. F.
GRONOVII

EPISTOLÆ,

in quibus multa

TITI LIVII

loca Geographica emendantur
& illuſtrantur.

Digitized by Google

Digitized by Google

Reverendiſſimo & Celſiſſimo Principi ac

DOMINO,

D. FERDINANDO

D. G. Epiſcopo Paderbornenſi, S. R. I. Principi, Comiti Pyrmontano, &c. Coadjutori Monaſterienſi,

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

NAviculam hanc, in qua meditationum aliquot formas & tirocinii in Tito Livio mei partem oneravi, optimō ſidere ituram & ab omni procella tutam reipublicæ populi Romani oras circumerraturam cenſui, ſi in ejus acroſtolio Rev^mæ Celſitudinis Tuæ nomen pro paraſemo inſculperem, & hanc ei Tutelam invocarem. Quanquam quid de me loquor? qui videri non poſſum id ſponte mea facere & in hac re liberum quidquam habere, præoccupatus vel patrocinii tanti gloria, quo jam duodecim annos reſplendens inceſſit Livius; vel quam religioſe obſervare pietas me jubet, paternæ voluntatis conjectura. Non enim huc eſcenderem, niſi paterni juris defenſor & quaſi patrimonii propagator mei, ut de Mucio Tullius; partim ſcirem potiſſime in eo ſibi patrem placuiſſe, quod Livio tam firmum præſidium circumſpexiſſet, partim perſuaſus eſſem eum ipſum, ſi contigiſſet vita, omnia iſta ſic recorrecturum fuiſſe. Itaque non me, ſed patrem meum crede, Princeps Celſiſſime, diem hunc illo repetitæ lectionis dono inſtaurare, & velut ſcapham puppi majoris navis remulco alligatam intra por-

Digitized by Google

tum moliumque tuarum phalangas lente conſequentem & inde tranquillitati ſuæ omnia ſpondentem, ab ipſo ſubduci, ſupplicante, ut paribus auſpiciis utramque dignetur Celſitudo Tua. Ego quidem quanta poteram ingenii noſtri ſagacitate utens, ex animi mei ſententia circumivi, nunc bolidem demittens, ſi ex imperioſo opacitatis furvæ pelago & abyſſo demerſam Livii manum ſentire poſſem & apprehendere; nunc ad tollenonis & ciconiæ opera defugiens, & inventam non modo integre extraherem, ſed quoque pulchre ablutam & ab omni limo repurgatam quadratamque exponerem. Quod ſi tamen in gemino hoc noſtræ domus labore non alia ſimilitudo conſtabit, niſi quatenus

Et canibus catulos ſimiles & matribus hædos Novimus;

age ſane, habeatur non pro Batti ſilphio, ſed pro mero Daventrienſi laſere, dum me argumenti gratia tueatur, quod & Livio Tuo datum eſt, & occupatum in Geographia; cui ut operarer cultius, exemplum & ſtimulus mihi fuere Paderbornenſia Monumenta, ex quibus primum didici, qui genius ab ultima origine fuerit locorum in quæ naſcens cecidi. Denique quanto citerior non tempore ſolum, ſed doctrina ac ſtudio hæc Gronoviani erga Titum Livium amoris mantiſſa videbitur; tanto acrius intendar, ut ſaltem cultus & reverentiæ effigies aut par aut major exſiſtat in me, qui id potiſſimum voveo, ut Te, Princeps Eruditiſſime, adgubernante Muſarum fata, optimi hujus Livii gloria maximis ſe rebus augmentiſque attollat. Scripſi Daventriæ a. d. VII Idus Novembris.

Reverendiſſimæ Celſitudini Tuæ
Devotiſſimus

JACOBUS GRONOVIUS
J. FR. F.

Digitized by Google

LAURENTIO GRONOVIO PATRUO SUO JACOBUS

S. P. D.

QUam lubens nuper uti voluerim prorogatione tuæ conſuetudinis, & pergere tecum in prima vetuſtate ex Græcis ſcriptoribus recenſenda, ex hoc incepto meo abunde cognoſces. Quippe in animo habens ſuper incertiſſimis quibuſdam Titi Livii locis, quæ aut intellecta perperam aut temerario caſu detorta trepidabant, & quorum emendationem ſolus præſtare diffidebam, cum aliis, quos & doctos & conciliatos mihi noram, συμφιλολογεῖν, te primum ex omnibus animo meo obveniſſe video, qui ad hanc operam vocareris velut in ſolatium noſtri deſiderii. Narro enim tibi, Patrue longe honoratiſſime; quum primum ex peregrinis locis reverſus varios meorum caſus didici, hoc ſaltem mihi gratulatus ſui, quod te, licet acerbitates ſatis feras fratriſque & ſororis jacturas perpeſſum, lætum tamen ſalvumque & quietum divina pax conſervaviſſet; & nunc quanta vice ad conſpectum & prolixæ tuæ voluntatis uſum accelerans, non modo omnia conſtantis in me amoris tui ſigna reperi, ſed etiam eandem erga Muſas & libellos, quos partim fratris tui vel exemplo vel adhortatione, partim propria indole diligenter uſurpare conſueſti, inclinationem ſtudiumque & nobiliſſimam quandam otii tui occupationem recognovi. Qua re non potuit non animus meus commoveri, & ingenti incremento obſervantiam, quam is ſemper erga te fovit, cumulare, ne ſenectam quidem tuam ab hoc optimarum literarum uſu abhorrentem contemplans: mihique exinde cupiditas injecta eſt ad te invitandum, ut volens ingrediare ſimulacrum vitæ tuæ, & ſicut plurimas noctium tuarum vices in circumeundis Hamburgi vigiliis impendere ſoles, ita nunc mecum circa Romani imperii limitem inter veterum ruinarum parietinas animo incedens, velut ambarvali luſtratione Livianam hiſtoriam auguſte inſtaures. In quam quum paſſim licitam quandam ignorantiam ſe impegiſſe appareat, tum in nullam partem æque incucurriſſe animadverti aut effrænatius ſe permiſiſſe, quam ad confundendas locorum appellationes, & Geographiam, amantiſſimam ingeniis veterum materiem, longeque præter omnia neceſſariam, obſcurandam. In quo (nam de venia tua certus ſum) unde potius principii ducamus exordium, quam ὥσπερ ἀφ' ἑστίας ab ea, cui omnes has ingenii blanditias, omnes hos dulces ludos acceptos referimus, Italia? vel ipſo Livii ordine ſic poſtulante, cujus verba de eo tempore, quo circa matrem ſuam Roma luctabatur, à Metto Fufetio Albano duce edita ad regem Tullum Hoſtilium perquam ſippientia vides iſta libro I cap. XXIII. *Etruſca res quanta circa nos teque maxime ſit, quo propiores vos, hoc magis ſcis.* Quid enim adfert aut continet hic locus, quo non dico integer, ſed non incurvus cæcæ depravationis dolore incedat? utrum in multa numeri variatione Livianam quandam xerophagiam & minime unctam orationem? an abruptam ſoni vanitatem auri Latinæ ingratiſſimam? Jam vero ad membranas veteres aut editiones principes ſi converteris, tot mæandros invenies, ut exire mali modus ultra non videatur potuiſſe. In Florentino ad S. Marci legebam *quo propior es Vulſcis*, nec aliter

notavit pater ex Voſſiano II. Muretus ex veteri, ut addit, libro, *quo propior ex Volſcis*, & ſic ediderunt Juntæ & Aldus in Veneta. Voſſianus I *quo propior Vulſcis*, Rottendorffianus & Florentinus alter, *quo propior Volſcis*, quomodo habent primæ editiones uſque ad Baſileenſem anni MDXXXI, quæ vulgatam lectionem prodidit. Gudianus denique *quo propior Vulſis*. Exſtatne fides mea, & incertum vel inæſtimabile videri poteſt, irato Iſidis ſiſtro occæcatos hujus loci lectores correctoreſque inter cœlum ac terram hæſitaſſe ſuſpenſos? Unde potuit tanta inconſtantia exſtitiſſe, niſi quod primæ lectionis veritate perdita, poſteriores nulla circuitione verum conſequi & retrahere valuerint? Pater nihil aliud niſi his adſcripſit locum alium Livii è libro XXXI, eodem capite, ubi leguntur iſta: *Vos, quo propiores Macedoniæ eſtis, melius noſtis.* Quæ ſicut loquendi modum confirmant, ita ad rem ipſam nihil conferunt. Agitur enim de Etruſcorum potentia; ejus contemplatione Fufetius Tullum ad pacem hortatur, ne ſeu vicerit, ſive ſuccumbat, illi victum pariter victoremque poſtea corripiant. Eam vero potentiam Volſci, gens Latina, ad alterum Romæ latus, & cui nihil cum Etruria erat, declarare nequit tanquam ejus exemplum, & quos Romani jam eſſent experti periculoſos vicinos. Plane ita patet hoc crimen, ut ampliari in eo non oporteat. Propter quæ ſitellam ad te, Patrue, defero, & rogator adſum, ut ſuffragio tuo ſignifices, an non & vulgatam ſcripturam valida dolabra ſubverterim, & pro iſta emendationem veritate armatam majori, quam Gorgone eſt Minervæ ſinus, proferam reponendo: *Quanta circa nos teque maximè ſit, quo propior es Veiis, hoc magis ſcis.* Hujus enim civitatis Etruſcæ non modo vim, ſed etiam in Romanæ urbis prima incrementa odium poterat cognoviſſe Tullus ex regno Romuli, narrante nobis Livio cap. XV. Et maxime hos in documentum ejus periculi advocat, quia jam tum videtur rumor fuiſſe ſparſus de nova concitatione hujus populi, quum ſtatim poſt finitam trigeminorum pugnam Tullus Mettum jubeat juventutem Albanam in armis habere, uſurum ſe eorum opera, ſi bellum cum Veientibus foret, ut legitur cap. XXVIII. Redeat igitur poſt longi temporis errores ex inflexo iſto variantium lectionum ambivio in veram Livius & ab ipſo munitam viam. Non minor apparet labyrinthus, quo circumducitur libro II cap. XVI, ſcribens: *Atta Clauſius ab Regillo magna clientium manu Romam venit.* Non quo poſt diligentiam Sigonii de ſitu & intellectu loci avocandam concionem putemus; ſed Livii priſca manus vertitur, quam utique hanc non fuiſſe, non tibi magis, Patrue, quam omnibus æquis iniquiſque eodem argumento facile perſuadebo; adeo ſpiſſa & crebra hic eſt varietas. Ecce enim Flor. ad S. Marci præfert *ab c̄ regillo*. Puteaneus *ab icous regillo*. Voſſ. I *ab econ regillo*. Voſſ. II *ab lacu regillo*. Flor. alter *ab c. n. regillo*. Rott. *ab c̄n regillo*. ut & Gudianus cum Helmæſtadienſi. Quidni jusjurandum liquide dare paratus ſim non videri vel è republica elegantiorum artium, vel è fide doctorum hominum, tam improvide iſta percurri? Nec vero cenſeas oportet, ſolos manuarios ſcribas, plerumque non doctiſſimos priorum ſimios, hic rem incongrue geſſiſſe; ipſi immo eruditi typorum præſides quam indecore hæſerint, editionibus non ſecus ac obſignatis tabellis, poſteros edocent, quas & ipſas operæ erit recognoſcere. Quippe quum editiones primæ extulillent *ab. cn. Regillo*, id tenuit uſque ad Venetas annorum MCCCCXCVIII & MDI, in quibus eſt *ab Gn. Regillo*. Aſcenſius inde Pariſiis anno MDXIII dedit *a lacu Regillo*, quem ſequuta eſt altera Pariſina anni MDXXIX. Moguntini *ab urbe Regillo*, donec tandem Baſileenſes omiſ-

ſis

ſis omnibus procuderunt *ab Regillo*, quod & in Italia ſua antiqua allegans ſequitur Phil. Cluverius & affirmat Sigonius; ſed ita, ut mirer, cur ſcripturam veteris ſui libri, quem paſſim inculcat, nunc celet. Quidni enim ſi Regillum urbs eſt Sabinorum, ut ipſe probat, etiam aſſumit lectionem Moguntinam, quæ id clare dicit, & quæ ſi ſemper placuiſſet, non potuiſſet hærere Glareanus? Agnoſcis, Pattue, non vanis me imaginibus ludi, verius, quam ſatisfactum eſſe promiſſo meo, & poteſt tibi ex tanta hæſitatione conſtare, male ſana eſſe vulgatæ lectionis verba? Sane ut hoc opinor, ita ſpero etiam ad antiquæ ſcripturæ in Put. maxime & Voſſ. 1 elucentis veſtigia curationem à nobis adhibitum iri te judice ita certam, ac ſi in templo dormientibus ipſe Livii angelus adſtitiſſet. Legendum *à vico Regillo*. Omnes ſane primos tum Italiæ, tum aliarum regionum populos legimus vicatim habitaviſſe. Sic de Samnitibus hic auctor IX, XIII. *Samnites ea tempeſtate in montibus vicatim habitantes.* Sic de Gallis Ciſalpinis ait Polybius libro II & alii ſcriptores vixiſſe κωμηδὸν vel κατὰ κώμας. Neque commoveor, quod Dionyſio Halicarnaſſeo & in Excerptis Peireſcianis Appiano, & Suetonio Regillum vocetur πόλις & oppidum. Nam & Claſtidium ita Livius noſter vicum vocat libro XXI & Plutarchus: at Polybius πόλιν diſerte appellat. Sic Forulos vicum vocat item in Sabinis Livius libro X, quæ Servio civitas dicitur; idque pluries contigiſſe annotavimus. Cæterum inprimis hanc per vicos campeſtrem habitationem amaverunt Sabini, ut feliciſſimæ telluris incolæ, ita ingeniis ad agriculturam propenſis. Ipſe id eximie confirmat Livius hoc libro cap. LXII. *Incendiis vicorum, quibus frequenter habitabatur, Sabini excîti.* Nec minus κώμην Τεγέην Dionyſio Hal. memorata ex Catone, ut quæ prima ab Sabinis occupata fuerit. Suetonius: *Veſpaſianus natus eſt in Sabinis ultra Reate, vico modico, cui nomen eſt Phalacrine.* Itaque & hanc cauſam cognoſcendam puto, quare ab Sabinis magno in cultu Ceres habita fuerit, quod diſcimus ex eodem noſtro, libro XLI cap. XXVIII. Nam quum ex Sabinis nunciatus eſſet terræ motus ingens cum multis ædificiorum ruinis, Romani non aliud numen placandum cenſuerunt, quam, ut illic narratur, Cereris, Liberi Liberæque ruſticorum Deorum. Et patieris, Pattue, hic me parumper extra lineam exſpatiari ad confirmationem loci alterius Liviani inſiceto medicamine interpolati in libro XXII, cap. XXXVI, ubi ſic legitur: *Et multo cruore ſigna in Sabinis cadis, aquas è fonte calidas manaſſe.* Non enim jam ratibus ultra navigatur, ut ullo modo admitti poſſit, quod ille eruditus Lipſius non tam mittebat Sigonio, quam potius cum Sabinis ſomniabat, ut ipſe ſibi omen cecinit, reſcribens *Signia in Sabinis:* quum Signia non in Sabinis, ſed Latii urbs fuerit, ut cum omni vetuſtate teſtis eſt ipſe Livius libro VIII cap. III. De reliquis enim *cadis aquas* tantum hariolatur. Vides igitur alio modo iſta verba tentari, reponique, *& multo cruore ſigna in Sabinis, Cæretes aquas è fonte* &c. Quod licet appareat decentius, non tamen toletari poteſt. Nam ut taceam videri Livium iſta conjunctione in unam pericopen narraſſe duo prodigia, in Sabinis utraque facta, quum Cæretes aquæ ſint in Etruria; credibile non eſt Livium ita interminate pronunciaviſſe de omnibus omnium Deorum apud Sabinos ſignis. Nam & libro XXIII, quem locum ibi citatum cernis, dixit, *Signa Lanuvii ad Junonis Soſpitæ cruore manaverunt*, non quævis ſigna Lanuvii, ſed ea quæ templo Junonis Soſpitæ adfixa fuerunt; quæ veriſimile eſt non alia fuiſſe, quam ipſius Deæ, cujus erat & templum. Nec aliter agit libro XXVII, cap. IV. *Et in agro Capnate, ad lucum Feroniæ,*

quatuor ſigna ſanguine multo diem ac noctem ſudaſſe. Super omnia ſtirpitus hanc conjecturam revellit, quod Cæretes vel Cæretanas aquas è fonte calidas manaſſe pro prodigio haberi non poteſt, quum Strabo liquide teſtetur aquas illas eſſe thermas, libro v. Εὐαναφεῖ δ' αὐτῆς μᾶλλον τὸ πλησίον θερμὰ, ἃ καλοῦσι Καιρετανά, λεπτὸν καὶ φαυλότατον διαχρείας ἄφεσιν. Idemque innuere videtur Martialis libro VI epigrammate XLII, dum Etruſci thermulis apponit:

Non mollia Sinueſſa, feruidique
Fluctus Paſſeris, aut ſuperbus Anxur,
Non Phœbi vada, principeſque Baia.

Loca illa omnia balneis fuere celebria, ſeu Phœbi vada, quæ in Itinerariis vocantur aquæ Apollinares, eadem fuerint, ut videtur putaſſe Cluverius, ſeu diverſa, ut penè ad vivum videtur demonſtrare clariſſimus Holſtenius, duntaxat utrumque aquarum Cæretum fontem etiam hodie balneorum vocabulis cenſeri docens. Itaque hæc omnia me inducunt, quo minus iſti mutationi vel poſſim vel debeam acquieſcere, & alio gradu clivum illum frangendum liberandumque pronunciem; immo potius ἀνεμοσκόπους videar putare à Livio relictum fuiſſe: *Et multo cruore ſigna in Sabinis Cereris, aquas è fonte calidas manaſſe.* De copia Signorum apud Sabinos Cereris dubitare ultrà non licet; ſed nec de aquis, quæ non unæ in Sabinis fuere frigoris omnes celeberrimi. Certe Blanduſiam ſuum Horatius ſic prædicat,

Quem flagrantia atrox hora Caniculæ
Neſcit tangere, qui frigus amabile
Feſſis vomere tauris
Prabes & pecori vago.

Erant aquæ Albulæ & Labanæ, de quibus ſatis plene Strabo lib. v, in Sabinis dicens, καὶ τὰ Ἄλβουλα καλούμενα ῥεῖ ὕδατα ψυχρὰ ἐκ πολλῶν πηγῶν πρὸς ποικίλας νόσους καὶ πίνουσι καὶ ἐγχεομένοις ὑγιεινά· τοιαῦτα δ' ἐστὶ καὶ τὰ Λάβανα ἐν τοῖς πρὸς Ἥρωνι τόποις. Erant aquæ Cutiliæ, de quibus ibidem Strabo. Καὶ τὰ ἐν Κατιλίαις ψυχρὰ ὕδατα, ἀφ' ὧν καὶ πίνουσι καὶ ἐγχεόμενοι θεραπεύονται νόσους. Itaque & Veſpaſianus potuit mori, ἐκ τοῦ ὕδατος τῶν Κατιλίων τοῦ Κυπλίου ἀναπεφυκότος, ut ſunt verba Dionis Caſſii, vel petens Cutilias ac Reatina rura creberrimo frigidæ aquæ uſu inteſtina vitiare, ut commodius ad hæc noſtra Suetonius. Denique & Vitruvius libro VIII cap. III ait: *Eſt autem aqua frigida genus nitroſum, uti Pinna Veſtina, Cutiliis aliiſque locis.* Ex his aquis ita frigore ſuo notis ſi quæ calidæ ſubito à fonte manaverint, non novum eſt inter prodigia habitum fuiſſe. Et quis aſſeverare poteſt τὸ *Cutilias* non abſorptum alicubi etiamnum latere? Sed jam remiſſo hoc exceſſu progrediamur, Patrue, ad reliquias ſatis moleſtas in loco quondam corruptiſſimo, ſed multis partibus jam ſanato libri v capite XXXV: *Alia ſubinde manus Cenomanorum, Elitovio duce, veſtigia priorum ſequuta, eodem ſaltu, ſuadente Belloveſo, quum tranſcendiſſet Alpes, ubi nunc Brixia ac Verona urbes ſunt (loca tenuere Libui) conſidunt. poſt hos Salluvii prope antiquam gentem Laevi, Ligures incolentes circa Ticinum amnem. Pœnino deinde Boii Lingoneſque tranſgreſſi* &c. Nam & in his diſceptationibus uſu venire aſſuevit, ſicut

—— ubi tolluntur feſtis aulæa theatris
Surgere ſigna ſolent, primumque oſtendere vultus,
Cætera paulatim, placidæque educta tenere
Tota patent, imoque pedes in margine ponunt.

Omnino enim gratulandum illis verbis eſt, quod hactenus adverterint viros doctiſſimos, ut maximam partem ſuis numeris redintegrata ſint. Reſtat tamen aliquid. Quippe tertiæ gentis nomen ſane quidem notum eſt vel ex antiquo marmore, ubi triumphati junguntur Ligures Vocontii Salluviique, vel ex pluribus auctorum locis ſive Salluvii ſive Salvii ſeu Salyi: ſed in hac regione prorſus cenſeri nequeunt, ut recte oſtendit Cluverius, cujus admonitio

do non debuit exigere, quum ita ante Augustum scripserint. Itaque quum Gallias populi tenerent utpote domitas, tum quae habitata fuit ibi terrarum pars, illos complectebatur. Sed quum Augustus Gallias in quatuor provincias distribuisset, Narbonensem, Celticam, Belgicam, Lugdunensem, et Tiberium subinde tres alias addidisset, quarum eas Pelybius atque etiam ea Livius Antea vel tacite vel expresse, ita ut vel Livius semper metuisse potuerit ne quis putaret illum has partes omisisse, ut Salluvii diu recepere Massiliam, Volcae Arecomici Nemausum, Helvii, Cadurci, Rutheni, Gabali, Vellavi, Arverni, Lemovices, Petrocorii, Nitiobriges, Tarbelli, Convenae, Ausci, Elusates, Sotiates, Consuarani, Tolosa, Volcae Tectosages, Sardones, Ruteni, Cavares, Tricastini, Vocontii, Segovellauni, Allobroges, Segusiani, Helvetii, Sequani, Lingones, Remi, Treveri, Nervii, Menapii, Batavi, Frisii, Cananefates, Ubii, Mattiaci, Tencteri, Usipetes, Sugambri, Catti, Cherusci, Chauci, Cimbri, Teutoni, Helvetii, Boii, Taurisci, Norici, Vindelici, Rhaeti, Vennones, Camunni, Lepontii, Salassi, Taurini, Ligures, Vagienni, Statielli, Salyes, Deciates, Oxubii, Verrucini, Suetri, Nerusii, Vediantii, Edenates, Esubiani, Caturiges, Brigiani, Medulli, Garumni, Vibisci, Varduli, Caristii, Autrigones, Cantabri, Astures, Gallaeci, Lusitani, Vettones, Celtici, Turduli, Bastuli, Turdetani, Oretani, Carpetani, Vaccaei, Vettones, Lusones, Celtiberi, Arevaci, Pelendones, Belli, Titthi, Lusitani, Vaccaei, Cantabri, Autrigones, Varduli, Caristii, Vascones, Ilergetes, Lacetani, Indigetes, Ausetani, Cerretani, Bergistani, Laietani, Cosetani, Ilercaones, Edetani, Contestani

mus eum qui Piſas ſortiebatur, Liguribus oppoſitum fuiſſe, & limites illius provinciæ Liguribus contiguos. Hinc Piſæ cum Liguribus pro una provincia junctim traduntur libro XXXVIII, cap. XXXV. Hinc libro XXXV cap. XXI. *Ex agro Piſano in Ligures profectus.* Sed in quos Ligures? non utique Lebuos. Longe iſti. Sed in Apuanos. Livius libro XXXIX cap. XXXII. *Sempronius à Piſis profectus in Apuanos Ligures.* Libro XL cap. XLI. *Pulvius adortus à Piſis Apuanos Ligures.* Nullus ibi locus Lebuis. Itaque quo detruſus fuit vir doctiſſimus plane extremis ſenſibus? aut quid aliud vocari meretur tam procax & immeditata laborandi ratio quam alterius Ἀκεπίβιαμα? quales plerumque ſunt bracteatæ ſpiſſationes illæ, quæ ex lectorum, non auctorum ingenio ſæpe priſcis monumentis infunduntur, ut commode hoc agenti mihi in memoriam venit (nam ſcedæ meæ Perusinæ, quas in mundum nunc conferebam, huc me deduxerant) geminam Livio fortunam accidiſſe compendio Stephani Byzantini, in loco uno certe ex præſtantiſſimis, quæ illic continentur, atque ideo pacem tuam, Patrue, impetratam velim, ut quos eadem calamitas videtur junxiſſe, nunc adjumento pari jungantur. Verba Stephani ſunt in voce Μίλητος. οἱ γὸ * ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις πίτυος κλάδον ὑπὸ τῶν ϛιβάδα, ἢ ὅτι τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν κλῶνον πίτυος ἐπίθεσαν λέγ τὸ ἀρχαῖον τῆς γλώσσης. Ubi vir illuſtri eruditione in Diſſertatione VV de præſtantia Numiſmatum pag. CCLXIX mutila ſic ſupplenda ſe cenſere profitetur οἱ γὸ Ἀθηναῖοι ἐν τοῖς Θεσμ. Sed omnino perverſe. Quid enim? an hic Stephanus loquitur de Athenis? an quia Theſmophoriorum mentio fit, ideo putari oportet de Athenis agi? Multo minus valet illa ratio, quod ab iis orta dicit illa ſacra Theſmophorica; nam non pauci ex antiquis id negant. Immo ſupplementum id tanto eſt mendoſius, quanto longiore abhinc tempore doctiſſimus Joh. Meurſius nos docuit Theſmophoria feſtum non ſolum Athenis, ſed etiam Lacedæmone, ſed Drymæ, ſed Thebis, ſed Megaris, ſed Eretriæ in celebratione fuiſſe; de Mileto autem produxit non hujus modo loci teſtimonium, ſed eximium quoque Diogenis Laërtii, unde diſcimus triduanum id feſtum Mileti fuiſſe, quum Athenis quatuor dierum eſſet. An hæ omnes tanquam Athenienſium coloniæ, inde illud ſolemne exceperunt? Sed nec ſi colonia Athenienſis in feſto obtulerit numinibus ſuis ramum arboris in tractu ſuo frequentis, id quidquam ad metropolin facit, quæ fortaſſis nullam pinum propagavit: adeo ut ſi iſta licentia valebit, longe melius & ſecurius ſuppleri poſſit οἱ γὸ Μιλήσιοι ἐν τοῖς Θεσμοφ. Poſtquam ad iſtum modum ſuppleta idem Vir Magnus corrupta putat emendanda, hoc eſt, pro κλῶνον ſcribendum κῶνον. Id quod facile ſequi poſſumus, ſi modo tamen ita ſe res habuit. Nam omnino credibilius eſt hinc I literam excidiſſe quam literam Λ illapſam temere fuiſſe, ac ſcripſiſſe auctorem κλῶνιον, id eſt, ſurculum ipſum vel rami partem exteriorem cum enato fructu, ut vox κλώνιον plane idem ſit, atque adeo plus contineat, quam κῶνος. ita tamen, ut κῶνος ſit in eo comprehenſus. Quanquam, ut intrepidus, quod cenſeo, apud te, Patrue, eloquar; nunquam perſuaderi potuerim κῶνον in verſu Orphei notare nucem pineam. Verſus Orphei eſt Κῶνοι τ' ἠμβροσίη τε σειγμακαμπεύγμα; qui quantum ſcio, primum productus (ſed intempeſtive; neque enim ultimis verbis denotari queunt ſerperaſtia) à magno Scaligero eſt ad Varronem: mox uno agmine & ore uno ante nos ac noſtra nunc ætate invaditur à viris ſummis atque etiam abs te, φιλότης, in Harpocrate nupero, nuces pineas interpretantibus. Fuerit ſane in Bacchi ſacris uſitata & thyrſis impoſita pinea

pinea nux; at quum iſti verſus de eo admodum puero loquantur, quid ad illum tunc iſta? Jam in eodem verſu non ſunt alia, niſi ſolummodo ludicra puerilia, vel infantium quorumcunque blandimenta, partim ſono, partim geſtu motuque riſum provocantia, crotala nempe & oſcilla, quæ vere ſunt παίγνια καμπτήρια. Cur ab hoc genere diverſum aliquid putamus intelligi per vocem κώνοι? Nam ῥόμβων non una ſpecies etiam hodie pueris noſtris nota eſt. At in nuce pinea quid apparet luſorium? Quin omnem locum Clementis recenſeamus, qui talis eſt: Τὰ γὰρ Διονύσου μυστήρια τελούμενα ἀπόῤῥητα· ὄργια ὄντα, ἐνόπλου κινήσεως ὑπεχορευόντων Κρήτων, ἄλλων δὲ ὑποδυομένων Τιτάνων, ἀπαλλάσσοντες παιδαριώδεσιν ἀθύρμασιν (quod obſervandum) ἅτε δὴ οἱ Τιτᾶνες δι' ἀσπασίαν ἔτι νηπίαχον ὄντα, ὡς ὁ τῆς τελετῆς ποιητὴς Ὀρφεὺς φησὶν ὁ Θρᾴκιος,

Κώνῳ καὶ ῥόμβῳ τε παίγνια καμπτήρια,
Μῆλά τε χρύσεα καλὰ παρ' Ἑσπερίδων λιγυφώνων.

καὶ τοῦτο ἡμῖν τῆς τελετῆς τὰ ἀχρεῖα σύμβολα ἐκ ἀχρείου εἰς παλάγνωσιν παραδίδωσι· στρόβιλος, σφαῖρα, στρόβιλος, μῆλα, ῥόμβος, ἴυγξ, πίνη. Ibi Clemens quidem velut in paraphraſi στρόβιλον vocat, qui etiam pineam nucem deſignet, ut pro Orpheico κώνῳ ſumi queat. Sed an non quoque στρόβιλος præter eam alia utitur notione? nonne Heſychius doctiſſime exſequens ait ſumi pro συστροφὴ εἱλωδὴς, item εἴδη τι ὀρχήσεως, & aliquid mundi muliebris, quæ γυναικεῖα χρύσια vocat, armillas forte aut ſimile? Itaque nihil eſt, quod à Clemente innui nucem pineam credamus. Imo verat nos tale aliquid cogitare Arnobius, qui ad hos ipſos verſiculos reſpiciens ait Orpheum in carminibus memoraviſſe adhibita in jocis puerilibus Bacchi inſtrumenta, nimirum *talos, ſpeculum, turbines, volubiles rotulas & teretes pilas & virginibus aurea ſumpta ab Heſperidibus mala.* Quid? opinabimur ab Arnobio interpretationem περὶ κώνων omiſſam eſſe? Immo ille omnia Orphei Latine protulit, ſicut omnis antiquitas ea expoſuit, idque ſatis manifeſte ordo oſtendit. Unde omnino inducor κώνους unum fuiſſe ex lasciviæ puerilis adjumentis, non nucem pineam. Et hæc nos, Honorate Patrue, in gratiam κώνου Bacchici; non quod id cum fœtente Deſiderii Heraldi judicio putemus eſſe tempus & operam perdere, ſed quod exiſtimemus referre, ut ea, quæ Maximus Eccleſiæ Sanctæ Doctor poſteritati commendanda judicavit, recte intelligamus, & vel diſcamus, vel doceamus, & Polybium quoque, quo nullum vel lepidius ἄθυρμα habuit juventus noſtra, vel ſenectus, ſi modo ad eam perveniemus, habitura eſt oblectamentum amœnius, inſigni correctione adjuvemus, qui libro x cap. XVIII poſt Carthaginem Novam captam refert Scipionem κατὰ χώραν καθ' ἡλικίαν ἐκάστοις διαθρῦψαι τὰ φίλτατα, ἢ μὲν παισὶ κόνις καὶ φάλλια, τοῖς δὲ ἔφηβοις ῥάβδους καὶ μαχαίρας. Caſaubonus ibi vertit *icunculas*; quod ſi vixiſſet; pluribus forte hanc verſionem declaraviſſet. Libro ſuo adſcripſerat *Suidas legit κόννους, nec exponit, an κόνου vel κόννου ſunt icuncula puellarum & pupa? an εἰκόνια ſcrib.?* Sed omnia, ut patet, meræ ſuſpiciones. Scripſit Polybius κόννους καὶ φάλλια. Certe una ex ſpeciebus κόννου videtur eſſe ea, quam continet manu ſua Oſiris apud Chifletium in Baſilidianis gemma CXIII. Sed jam nimis de ſpatio me auferri patior, & te quoque forſan ab libris, in quibus ſenecta tua lepidius conquieſcit, avoco. Itaque vale plurimum, Σὺ δ' ὅμως, & qualiacunque iſta ſunt, duntaxat obſequii & venerationis meæ æternitatem gratam habe.

A N-

ANTONIO MAGLIABECHIO
JACOBUS J. FR. F. GRONOVIUS
S. P.

QUem modum ſæpe amatores vel ad teſtationem deſiderii ſui vel ad remiſſionem ejus adhibuiſſe legimus, ut nomine ſaltem earum quas fovebant, ante oculos habendo, eoque & parietibus & arboribus inſcribendoperpetim fruerentur; eum concede mihi, Antoni Cariſſime, non tam ut in hac abſentia noſtra mei erga te affectus teneritudinem ludificer, ſed ut exiſtimationis meæ veritati inſerviam, qui te domumque tuam intueor velut herbam illam, cujus folia verum obryzumque aurum ſuperfuſum retinebant & ſibi inſinuare patiebantur, mixtum vero & adulterinum repudiabant, atque adeo eam paginam vere pro ſuavi & docta annoſque pariter & cenſorem latura habeam, quæ admitti abs te ſperat & inſcribere nomen tuum ſibi ſuſtinet. Inde enim animus expetit te quoque evocare ad iter; non ut Florentiæ tuæ fines linquas, & vel ad Pratenſis civitatis (grata enim id quoque momentum memoria repeto) viriditatem exſpatieris; ſed ut aſſeſſor mihi eruditam peregrinationem ſedens ſuſcipias per aliquot priſcorum ruderum locorumque quibus ſolis vivunt, vocabula; hoc eſt, ut in experientiam venire matures, ecquid gratulatio tua ad effectum ierit vel itura ſit, qua ſæpe omnia fauſta mihi Liviani editionem adminiſtrate aggredienti precatus es, & inde lætitiam tibi aliquam ſpondere ac prædeſtinare valeas. Ut igitur Ægyptios audimus extremo anni die menſam & opiparis patinis & cratere melimeli pleno inſtruere ſolitos partim in memoriam præteritæ, partim in ſpem futuræ fœcunditatis: id imitari, & illis ſuo eventui relictis, quæ jam ſub prælo fuerunt & mox futura ſunt, hoc ſpecimine expectationem tuam tentare me cogunt labes, quas in ſe receperunt plurima Titi Livii loca ad τὸ γεωγραφικὸν pertinentia; quæ tam ſpiſſæ & denſæ ſunt, ut obiter tranſcurrendo & tralaticio notularum more detergeri non videantur poſſe. Qui non detrectaviſti ſpectare operæ meæ rationem in tractandis Æneæ, Dionis & Arriani antiquis exemplaribus Mediceis, cur deſperem fore, ut ingenii ac judicii noſtri non illis auxiliis excitati vel contemplari vires vel ſuſcipere caſtigationem recuſes, & ab humanitate tua petere non audeam, ut aliquot paginas Liviani voluminis emetiri mecum velis? Dubitare non debes, quin perſæpe amaro ſuſpiritu optem unius modo ambulatiunculæ copiam per illum beatiſſimum janum, cui æternus fiduſque adſidet Paulus Jovius ædituus & admiſſionalis ad felicitatem fulgoremque liberalium ſtudiorum, mihi permitti, & in referto Livianis exemplaribus plureo momentum breve graſſari. Si te novi, non potes non hoc incommodo meo dolere. Sed & ſic Catone hoc contenti ſimus; & quod ad te attinet, Vir optime, miſeratus hunc caſum meum tanto attentius vim judicii tui acerrima doctrina copulatum adhibe in examinando, quæ tam nudus & deſolatus amiculus tuus producet; ut ſi quid decoris apud veſtrates alia mihi peperearunt, id hac vice non deformetur, ſed creſcat potius & auctoritate tua illuſtretur. Itaque exaudi precor, & agnoſce

voces

voces ægritudine multa tantum non eliſas in libro VIII cap. XV de Minucia Veſtali: *Facto judicio viva ſub terram ad portam Collinam dextra via ſtrata defoſſa ſcelerato campo.* Certus enim ſum, ſi, quæ ad hunc locum edita ſunt, graviter firmeque conſideratum iveris, omnia ſimul pariter curva viſum iri. Quid? tun' perſuadeberis, Livio, ſi nihil aliud voluit dicere, quam ad ſiniſtram viæ, ita placuiſſe id circumſcribere, ita abundare: ut τὸ *ſtrata* illo ſenſu, quo exponi apparet, nunc adjecerit? Cur non ſic & Nævius in Paraſito pigro apud Varronem de L. L. lib. VI. *Domum ire cœpi tramite dextra via?* Cur non etiam ita ipſe rurſum Livius libro XL cap. VI. *Prior pars ad dextram cum extis, poſterior ad lævam via ponitur?* Maxime quum proculdubio hæc quoque fuerit via extra urbem in campo. Quanquam ne ſi probari utique poſſet τὸ *dextra via ſtrata*, id exponendum videretur ad ſiniſtram munitæ viæ, vel in campo, ubi à dextra eſt via ſtrata, ſed potius in campo, ad cujus ſiniſtram partem eſt via ſtrata, vel in campo, qui eſt à dextra viæ ſtratæ, prorſus inverſa vice, clare id docentibus ipſis illis verbis Livii ex libro II cap. XLIX. *Infelici via dextro Jano porta Carmentalis profecti.* Non enim ea ſignificant Fabios prodiiſſe habentes ab dextra Janum, vel via, quæ habet ab dextra Janum, ſed eos profectos per ipſum dextrum Janum portæ Carmentalis, quæ via infelix & ipſis fuit & nunc vulgo exiſtimatur. Et non aliud vult Ovidius: *Carmentis portæ dextro eſt via proxima Jano.* Nempe proxima ad Veios vel Cremeram via eſt per dextrum portæ Carmentis Janum vel tranſitum; quo indicatur eam urbis regionem fuiſſe δίπυλον, ut loquebantur Athenis. Si enim profecti ſunt ita, ut haberent dextrum vel à dextra Janum portæ Carmentis; per quam igitur portam, quemve Janum egreſſi ſunt? Quo illas ambages? & non potius dicunt per ſiniſtrum Janum portæ Carmentis profecti? Quod illud nugamentum, non rem ipſam, ut facta eſt, ſed arceſſita quadam nota & ἀφεγγίσει indicare? Id nec fieri omnino decet, nec fecit Livius. *Dextro Jano profecti* eſt per dextrum Janum, æque ut libro XXVI cap. XLV. *Neptunum jubebat ducem itineris ſequi, ac medio ſtagno evadere ad mœnia.* id eſt, per medium ſtagnum, non ſtagnum in medio relinquentes. XXVII, XXXVII. *A porta Jugario vico in forum veniere*, id eſt, per Jugarium vicum. Livius autem τὸ *dextra, læva*, ſimpliciter poſitum nunquam alio modo accipit, quam ut denotet ad dextram, ad lævam. XXII, XLI. *Trans proximos montes læva peditem inſtructos condit, dextra equites, impedimenta per convallem traducit.* XXIII, XXIV. *Ejus ſilvæ dextra lævaque circa viam arbores.* XXVII, XVIII. *Nam & ſtationes utrinque Romana dextra lævaque inſederant viæ.* Itaque fruſtra Cluverius libro XXII cap. III, illis verbis *& læva relicto hoſte* interſerit particulam à. Inſcriptio vetus: *Doniquies. locus. quem. emeram. adificaretur. via. Flammia. inter. miliar. II. &. III. euntibus. ab. urbe. parte. læva.* Agnoſcis, Antoni, plenis ibi verbis expreſſum, quod paucioribus à Livio prolatum eſt, *læva via Flaminia*, vel ad lævam viæ Flaminiæ, quod jam ſatis puto effulgere. Inter hæc ne Gruterum quidem quieviſſe intelligo, qui ad hæc ipſa verba, in ſchediaſmate (ut vocat) quod ipſius manu ſcriptum uſui meo conceſſit Ampliſſimus Senator Wilhelmus Goeſius, Vir æque in literas præcipuarumque doctrinarum diſciplinas ac in benevolentiam meam tuamque amicitiam ſpectatiſſimus, his vocibus ſe indicat. (Sigonius *ſtratam* accommodat lecto ſtrato. male. ego viæ ſtratæ) Unde apparet eandem ipſi placuiſſe vocis poſtremæ interpretationem, quam obveniſſe patri meo videmus. Sed quam abundantiam Latinus ſermo deteſtatur ac metuit. Itaque ut fiat tandem λιγνλιξ, & poſt jurgia ad manuum

opus

opus veniatur, revertens ad *tu dextra via ſtrata* exige, an non deteſtari debeas illud *ſtrata*, & cenſeas huic loco laurum à me contra fœdantis vetuſtatis fulmina datam eſſe, quum reſcripſi *dextra via Salaria*. Porta enim Collina emittebat in viam Salariam, ferebatque in Sabinos per Anienem. Feſtus: *Salariam viam incipere ait à porta, quæ nunc Collina à colle Quirinali dicitur.* Livius VII, IX, *Gallos* ait *ad tertium lapidem Salaria viâ trans pontem Anienis caſtra habuiſſe.* Sed inſtar omnium ecce tibi Strabonis teſtimonium libro V. Ἔστραται δ' ἀπὸ τῆς Σαλείνων πύλης Σαλαρία ὁδὸς, ἐπὶ πολλὰ ἔθνη, εἰς ἃ καὶ ἡ Νωμεντανὴ συμπίπτει κατὰ Ἤριπον τῆς Σαλείνης κώμης, ὑπὲρ τὸ Τιβέρεως κειμένης, ἀπὸ τῆς αὐτῆς πύλης ἀρχομένη τῆς Κολλίνης. Ita quum defoſſam dicit in campo ſcelerato dextra via Salaria, non intelligit aliud, quam ad partem dexteram viæ Salariæ. Habes, opinor, emendationem vel Cyziceno ſtatere expreſſiorem, & non re minus, quam ipſa literarum vicinitate ſtabilitam. Quam quia exiſtimo non abeſſe ab ſpe placendi, hoc ipſo te arripio, ut mecum in parergi deverticulum flectas, ad videndum, quam idem illud participium *ſtratus* lepide corruptum ſit apud auctorem Carminis de Phœnice, ubi vulgo in editis ita legitur:

Protinus inſtrato corpus mutabile nido
Vitalique toro membra quieta locat.

Antecedit variarum enumeratio herbarum, quibus velut quodam diaſpaſmatis genere lectum funebrem Phœnix dicitur exornare, eamque his verſibus concludit, quos multæ falſitatis arguunt vetuſti codices manuſcripti; ex quibus qui antiquiſſimus commendatur, Voſſianus habebat *inſtractis*, ſecundus ab eo Vaticanus *ſtratis*. Alterius vocis *mutabile* etiam non levis refertur diſcrepantia *indotabile, mortabile.* Quibus ita animadverſis interareſcentem ſcripturam veterem videbar mihi ſic revocaviſſe:

Protinus in ſtactes corpus dotabile nido
Vitalique toro membra quieta locat.

Non aſſequentibus enim librariis aut ſcripturam aut ſignificationem ? *ſtacte* inconſtantiam iſtam inoleviſſe fingebam, quum auctor dixerit *in ſtactes nido* pro odoribus omne genus referto. *Dotabile* autem *corpus* ideo vocat, vel quia iſta cynnama, amoma &c. Phœnici ſunt quaſi pro dote, quum iſta volucris credatur per ignem hunc ire ad nuptias: unde in ſequentibus ait, *Mors illi Venus eſt.* vel quod ſint quaſi ultima munera, quæ pretioſiſſima in ardentem defuncti rogum ab amicis conjici ſolita, & ſic iſta corpora ſignato verbo *dotari* dicebantur. Unde in peſtilentia apud Æginetas quum frequentes mortes prohibebant omnia ſolenniter agi, *indotata corpora* uri dicit Ovidius VII Metam.

Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos
Indotata rogos.

Et apud eundem lib. XIII. Hecuba ad Polyxenam,

At puto, muneribus dotabere regia virgo,

ut ſolebat illic legere pater. Nec mirari oportet poetam *dotabile* dixiſſe pro dotato, quum perſæpe id apud veteres occurrat, tum poëtas, tum hiſtoricos. Et ſic vice verſa Florus IV, XII. *Nihil inſultatione barbarorum intolerantius*; quippe ſic ibi debet legi ex optimo Nazariano codice, in quo ita exſtare docet me Salmaſii manus, quam poſſideo, pro vulgato *intolerabilius*, quum in uno Palatinorum ſit *intoleratius.* Poſſent huc plura de genere hoc afferri. Sed iſta ſufficiant ad verſiculos illos de Phœnice legendos proxime antiquam ac veriorem ſcripturam, & tibi, Eruditiſſime Antoni, approbandam mutationem meam. Nec latius evagandi licentiam aut mihi indulgeo, aut à te poſtulavi. Ocius igitur me recolligo, & Livium ipſum ſequor, cujus ſalebroſa admodum narratio plane τοῦ ὄνου ἁπτομένου libro XXI cap. XX, ubi legati Romani, ait, *ab nullo deinde concilio*

ælio Hiſpania benigniora verba tulere. Itaque nequicquam peragrata Hiſpania in Galliam tranſeunt. In hu nova terribiliſque ſpecies viſa eſt, quod armati (ita mos gentis erat) in concilium venerunt. Admodum ſalebroſa, dico, hæc ſunt, & cernis ipſe; ut mirum non fuerit Glareano & Sigonio attentius paullo mentem adjicientibus videre aliquid hic depravatum eſſe: melius enim hoc modo loquuti fuiſſent, quam de omiſſo alicujus populi nomine aut elapſo ſuſpicari (quod tamen illi quidem ſæpe ex more ſuo faciunt) ubi etiam patebit aliquid ſupereſſe fortaſſis. Jam vero, quod ad Arvernos attinet, quos patri meo vides occurriſſe, illi profecto huc non conveniunt, populus ultra Garumnam & Gebennam remotus, ut vix credas eum vel cognitum eo tempore Maſſilienſibus fuiſſe, nedum ut illuc Romani jam penetraverint. Longe alia eſt Annibalici itineris, alia Aſdrubalici ratio & hiſtoria. Aſdrubal enim præter Tagum flumen à Livio dicitur ad Pyrenæum perrexiſſe, à Diodoro Siculo in Excerptis Peireſcianis εἰς τὸν μεσόγειον διοδεύσας ὄρη Πυρηναῖα παρ' ἐλπίδας εἰς Γαλατίαν. Annibal penè juxta ipſum mare ac ſinum Gallicum aut certe proximas illi regiones. Annibal inſtructo plenoque exercitu tantum tranſcurrere ſubito voluit iſtam Galliæ oram; Aſdrubal cum laceris & ſuperſtitibus ultimæ pugnæ reliquiis propius Oceanum & vitabundus provinciam Hiſpaniæ citeriorem à Romanis infeſtam ad Gallos ivit, ibique ſubſtitit integra hieme, ut, quas poſſet, copias illic conduceret exercitumque firmaret. Ea huic cauſa deviandi etiam ad Arvernos uſque; nulla talis Annibali, nulla legatis Romanis, nihil aliud niſi rectum ex Hiſpania ad Alpes iter Annibali obſepire quærentibus. Itaque quum recte dicatur Aſdrubal ab Arvernis receptus fuiſſe, tum de legatis Romanis id vel cogitari non debet. Propterea ut meliori ſorte nos in hunc locum jam decrepantis lucernæ modo extremos abruptoſque fulgores conantem ſedeamus, obſervo nihil frequentius, idque potiſſimum in hac Livii parte, obvenire, quam ut Liviani codices ſcripti, nec minus editi, turbent in copulativa *que* vel addenda, ut Livius eam non adſcripſit, vel auferenda, ubi prorſus eſt neceſſaria. Sic XXII, XIV fecerant *hoſteſque ſub oculis erant*, & cap. XXVI. *cumque invicto à civibus hoſtibuſque animo rediit.* cap. XXIV *caſtra relicta cum levi manu præſidioque*, & tum paſſim, tum diſertis verbis id aſſeverantem legas patrem meum ad librum XXV cap. XVI. Eandem fraudem frauſos hoc loco reor incommodos homines, qui ante τὸ *terribilu* offendentes appellationem loci non notiſſimi, inde extuderunt *In hu nova*, & ut ſequeretur vara vibiam, copulam *que* voci *terribilu* adſcripſerunt. Sic provenit *In hu nova terribiliſque.* At Livius poſtremo ſolo contentus fuit æque ut libro XXII cap. XLVI. *Sane & alius habitus gentium harum terribilis erat.* At non poterat Romanis eſſe terribilis hic habitus, niſi ſola novitate, ut locum inſpicienti cuilibet patebit: noluit tamen dicere Livius *novus terribiliſque.* Immo ne quidem XLV, XXIX. *Aſſueto regio imperio, tamen novum formam terribilem præbuit tribunal.* Poterat enim orationem alio modo concepiſſe. Huic igitur fundamento in nullam partem, ſi quid judico, deformi, vide an non accommodatiorem ſtructuram ſuperponam. Scripſiſſe enim Livium cenſeo: *in Galliam tranſeunt. Ruſcinone terribilis ſpecies viſa eſt* &c. Nihil poteſt venire opportunius ad cogendum hoc vulnus in cicatricem. Primum enim ex Hiſpania juxta mare in Galliam tranſgreſſis concilium occurrebat Ruſcino, notus jam illis temporibus locus; & præclare uniceque omnia firmantur ab ipſo auctore noſtro infra cap. XXIV. *Galli quanquam Italia bellum inferri audiebant, tamen quia vi ſubactos trans Pyrenæum Hiſpanos fama*

Pars mea. Pars mea est, quod ad me attinet, non Nisi Bellum, intendisti mihi? non est pax mea? Quæ pax? Pax nobis ad nostri loci illustrationem per alios Interpretes data? Pax mea? Pax mea? & corrupta Scriptio, quæ memoriæ istius Librarii fuerit. Nihil opus est. *Sed accidere fida in pectore Pacis Omina, ubi novit?* ubi agnovit? Quippe dubium nullum est, quin, quum Pronomen *meæ* ad Substantivum *Pacis* referatur, id vero ordinem *Pacis mea*, quem Librarius substituit illis de Scripturæ, qui mentem Poetæ ex Contextu noverant, & omnia tum recte intelligebant. Eadem ratione Livius mutavit locum, quem perfectum esse non potuit, nisi Librarii errorem, sibi omnibus bene absolutum, ex ingenio suo emendaret. Hæc Titii Vitii Gnarus, quæ annotavit ad Livium, ubi Scripsit, *Quæ ubi ea, quæ nova Pacis mea?* Pacis in Actis, ubi Pacificationes ad Pacem, de qua plures pertractatæ apud Historicos, Pacis mentionem ex professo habent. Multo minus emendatio Livii, quam Livius ipse fecit, illius in libro est cap. 3. *Quæque omnium postquam ea pacis forma fuit, ita ut ea, quæ ante Consulatum ejus fuerint, in Curiatia acta non sunt.* Hæc, *ita ut ea, quæ ante Consulatum*, quæ *mens* tandem, *erit?* Nam pervixit ipse Livius diutius Consulatum suum, quam Librarius. Ita ergo Livius emendavit, quæ Librarius nescivit. Ita Livius ipse emendavit, quæ Librarius non intellexit. Ita Livius ipse emendavit, quæ Librarius corrupit. Ita Livius ipse emendavit, quæ Librarius non vidit. Ita Livius ipse emendavit, quæ Librarius non agnovit. Ita Livius ipse emendavit, quæ Librarius non potuit. Ita Livius ipse emendavit, quæ Librarius non debuit. Ita Livius ipse emendavit, quæ Librarius non ausus est. Ita Livius ipse emendavit, quæ Librarius non fuit. Ita Livius ipse emendavit, quæ Librarius non erit. Ita Livius ipse emendavit, quæ Librarius non esse debuit. Ita Livius ipse emendavit, quæ Librarius non esse potuit. Ita Livius ipse emendavit, quæ Librarius non esse ausus est. Ita Livius ipse emendavit, quæ Librarius non esse fuit. Ita Livius ipse emendavit, quæ Librarius non esse

Ecclesiarum. Itaque, ut puto, gratularis, Antoni Politissime, nec potes jam aliud exspectare, nisi ut pergam in scenam vocare; si qua præterea latent. Habe igitur, quod proxime succedit aurium simul tuarum & nostræ ad Liviani styli indolem attentionis suscitabulum ex eodem libro XXI cap. XLIII, in oratione Annibalis: *Ac nescio an majora vincula majoresque necessitates vobis quam captivis vestris fortuna circumdederit. Dextra lævaque duo maria claudunt: nullam ne ad effugium quidem navem habentibus. circa Padus amnis, major ac violentior Rhodano, ab tergo Alpes urgent.* Abesse enim nequit, quin succlames prorsus illi tempestivam venire mentionem Padi, neque ullo prætextu removeri aut converti posse, situ regionis ad amussim huic descriptioni conveniente. Neque id sane inficior; sed neque nunc adsum ad Padum inde derivandum, sed quid ex Livii museo manaverit, id in conjectura & quæstione est. Ut enim ab iis mendis, quæ eminent, inchoemus; certe voci *habentibus* nulla in his verbis ita constitutis commoditas designari potest; ac forsitan adhæserunt quoque ad eam alii, sed qui soli se declaraverunt, Moguntini sunt, exhibentes *quam captivis vestris fortuna circumdederit (dextra lævaque duo maria claudunt) nullam ne ad eff. q. navem habentibus.* Inde & patrem meum motata est hactenus, ut auctoritatem duntaxat suam perscripserit allinendo in ima paginæ ora *an navem habentis?* Et ad hanc sententiam alios quoque concurrisse intelligo. Deinde non sane opposita sunt *circa* & *ab tergo*; nec magis Padus circa eos fuit, quam Alpes & maria, quæ ab tergo & lateribus eos urgebant, ut bene monuisse censeo Virum hujus studii egregium Jacobum Perizonium. Qui idcirco credibile censebat Annibalem dixisse ex adverso esse Padum, sicuti ab tergo Alpes, ac scripsisse Livium, *contra Padus amnis*, eodem particulæ usu, quo lib. I cap. XVIII. *Dextras ad meridiem partes, lævas ad Septentrionem esse dixit, signum contra quo longissime conspectum oculis ferebant, animo finivit.* Lib. V cap. XXXVII. *Jam omnia contra circaque plena hostium erant.* Alibi pro ea solet usurpare *ante*. Et hæc quidem partem illam tangunt. Sed quæ nostra erit victoria, non videtur mihi incuriose prætermittendum, quod in antiquis exemplaribus legitur *circa Padus amnis, major Padus ac violentior Rhodano.* Ita enim ex Flor. Voss. Gud. annotavisse patrem meum video. Ita in scedis meis habeo ex codice Cantabrigiensi. Si vacat enim, adjice sodes acrius mentem, non ad gravitatem sermonis Romani, sed dulcedinem leporemque rationis, qua lectoris excitatur attentio; intelliges profecto non esse hanc repetitionem ingenii humilis aut sordentis. Unde omnem hunc locum sic libenter composuerim: *Ac nescio an majora vincula majoresque necessitates vobis quam captivis vestris fortuna circumdederit; dextra lævaque duo maria, nullam ne ad effugium quidem navem habentibus: Contra Padus amnis: major Padus ac violentior Rhodano; ab tergo Alpes urgent.* Impellit enim me festivitas ἐπιχωρίους, quam vides, passim frequentatæ Livio, τὸ *claudunt* esse claudicantis calami, quo relegato sane quam lenis defluit oratio. Ut enim prænonui, non hic violentia & altitudo, sed declivis suavitas animadvertenda est, quæ & appositionem istam & alterius vocabuli repetitionem facit oppido gratissimam, & ponderosam ad expergiscendam de tanto flumine considerationem, quam rursum Livius amavit libro XXVI cap. XIII, etiam in allocutione Vibii Virii: *Quum hostis alienigena in Italia esset, & Annibal hostis, & cuncta bello arderent, omissis omnibus, omisso ipso Annibale, ambo consules & duo consulares exercitus ad Capuam oppugnandam miserunt.* Neque mirari mihi licere video, Livium isti rapinæ obnoxium fuisse, quum percipiam Græcos quoque auctores, quorum

ſermo ſimpliciot eſt & explicatior, minuſque meditatus procedit, ſalvos non manſiſſe. Itaque quoniam velut corbitor in ſumma malo ex iſta ſyrte Livium eripui, permitte, ut vel hunc mutua alterius eruditæ linguæ conſuetudine illuſtrandi & confirmandi ergo, ab tanto fruſtratu, qui per longa ſecula corripuit, Arrianum redimam; Arrianum, cujus ea facilitas eſt, ut ſcribat non ſecus ac ſi ore narraret, quando frequenter contingit, ut aliquid repetamus etiam non data opera, nec de induſtria. Sic libro VI pag. 379 editionis Amſtelodamenſis: Τὸν Ἰνδὸν ᾧ ἐκδίδονται ἐς τὴν μεγάλην θάλασσαν, λέγομεν τὸν Ἰνδὸν ὅντα. Æque de fluvio, ut Livius. Sed & de aliis quibuſcunque rebus. Sic libro IV pag. 266. εἰ ᾧ ἐπὶ τὸν Κύρου τὸν Καμβύσου λέγεται τὸν πρεσβύτερον ἀποσπασθῆναι ἀνδρόπων Κῦρον. Libro eodem pag. 293. Οἱ πολλοὶ ἐς τὰ ὄρη, ὅπη ἐ μαχεῖν τῆς πόλεως τὰ ὄρη λῷον. In Indicis pag. 546. Ναύαρχον ᾧ αὐτοῖσιν ἐπεστάθη Νέαρχον Ἀνδρότιμε, τὸν γλύφον μὲ Κρῆτα ὁ Νέαρχον. Ecce tibi genium Arriani his in locis conſervatum. Sed in quam multis circumciſus idem & decurtatus. Lib. IV pag. 245. Ἐπιτάσσει ᾧ αὐτοῖς Φαρνάβαζον τὸν ἑρμηνέα, τὸν μὲ γλύφον Λύκιον τὸν Φαρνάβαζον. Sic enim non modo ille optimus omnium codex, ſed tres præter eum alii item Medicei ac Peruſinus, & vix reor eſſe MStum cui abſunt ultimæ duæ voces, quas contumacia editorum admittere indignatur. Eodem libro pag. 274. Περὶ ὕδατος καὶ ἄλλα ἐλαίᾳ περὶ πλησίον αὐτῆς ἀνίσχει. Libro V pag. 336. Καὶ τὸν ἵππον αὐτὸ ἀποθανεῖν τὸν Βουκεφάλαν φίλτατον Ἀλεξάνδρῳ ὄντα καὶ ἵππον. In Indicis pag. 531. Σιτίου ᾧ φλοιὸν τοῦ δένδρου, γλυκύν τε ὄντα καὶ φλοιὸν καὶ τρόφιμον. Sic omnibus his locis non ambigendæ veritatis MSSti libri. Unde nequeo demoveri à fide habenda uni item ſcripto, qui libro II pag. 90 referebat: Φιλίππῳ δὲ ἐπιδείξαι, ὅτι πρὸς ὅσιν αὐτῷ Φίλιππον. Vulgo editi & multi ex MSSti φίλον habent; quum & oſtenderimus repetitionem eam familiarem eſſe & nunquam Arrianus jungat illa φίλος πρὸς, ſed uno ſolo contentus ſit, tanquam in aula Macedonica ſatis gratioſus ac felix fuerit, quem Rex ſibi πρὸς nuncupaverit. Id ſane docent verba libri VII p. 465. Τὸν πρόπαλον αὐτῷ Κρατερὸν ξυμπέμπει. Lib. I pag. 71. Ἀσσίνιον ἄνδρα Πίρσῃ τῶν ἀμφ' αὐτὸν πρὸς. Lib. III pag. 167. Ἄρπαλος τὰ μὲ πρὸς ἔχειν ἔγραφε Φιλίππου ἐπιβαπλδίους, ὅτι πρὸς ἐμέ. Hæc cum & in Arriano omnia & in Livio reliqua mire celeberrimo Grævio noſtro placerent, unum tamen negavit à ſe impetrare potuiſſe, ut in exſcindenda voce *claudunt* mihi ſubſcriberet, quia illius uſus eſſet pulcherrimus & reconditus & inprimis in hoc loco efficax, ut non potuerit aut à ſciolo aut maleſeriato correctore proficiſci. Virgilius X Æn. *Ecce maris magno claudit nos obice pontus.* Et lib. VIII. *Hinc Tuſco claditur amni, Hinc Rutulus premit.* Reſtituenda, ſcribit idem Vir Doctiſſimus, vox hæc eſt Senecæ Conſolat. ad Helviam cap. 6, ubi agit de populis, qui ſponte ſua ſedes in aliis gentibus fixerunt: *quaſdam gentes, cum ignota quererent, mare clauſit.* Vulgo inepte legitur, *hauſit.* Sed quid mortui ad exterarum terrarum incolas? Eodem ſenſu, pergit, & hic accipitur. Mallem itaque cum parente tuo *habentes* aut *habetu.* Neque ego ſane id ago, ut vim Livio inferam; & iſtam *claudere* ſignificationem ſcio ſic inveniri apud ipſum Livium lib. XXXVI, cap. XVIII. lib. XXXVII, cap. XXVII. lib. XL cap. XXII. Sed quum univerſa iſtius periodi connexio abſque illo verbo tam emendate delicateque procedat; id controvertitur, an Livium credere debeamus immixtione verbi *claudunt* diſſcindere filum illud potius voluiſſe. Sed ut litis hujus onus arbitriumque à me removeam, ſimul ne apud te in vituperationem cadam, quod occaſione Padi Liviani tantopere circumvagatus ſim, age finito curſu Livium repe-

repetamus. In quo tamen esse mihi allegandum ad te, Vir Humanissime, video, ut in ejus gratiam nec ad minutias te dare detrectes, ac reduvias quoque te præstite tolli à me patiaris, sed dignas quorumcunque cura; maxime quum noveris & minimi negotii provincias fuisse, & censores non modo vias magnifice muniendas ex integro, sed etiam diu tritas marginandas locavisse. Tale occurrit in libro XXII cap. XXXI. *Meninge insula vastata.* Non enim ita scripsisse Livium (& id tamen unum quæritur) testes sunt libri egregie vetusti, ex quibus Cantabrigiensis & Vossianus habent *Menie*; sed verum est, quod ex Gudiano pater & ex Futeaneo Salmasius notaverunt *Menige*. Apparet enim ita potius antiquos eam appellasse, quum & in Polybii MSS. Μῆνιξ se invenisse testetur Ortelius, nec aliter ipse in variis item MSStis ejus auctoris reperi, & in Dionysii Periegesi MSta idem asseveret Vir ob doctrinam & multam comitatem mihi commendatissimus Nicolaus Lloydius, ac nos quoque vidimus. Scilicet ex priscis monumentis & auctoritate poetarum discimus literæ tertiæ γ vel ante Latinum *n* vel ante similem literam vel ξ positæ accidere multam varietatem, sæpe quidem elisionem, sæpe ob prolationis causam vel vitium fortassis quibusdam olim naturale appositionem literæ alterius. Hinc fluxit, quod in Inscriptionibus non semel videamus SINGNO pro SIGNO sculptum: hinc vice versa in illo lippis ac tonsoribus allegato nummo AXVR. Sic variatum in *conjux*, *conjunx*. Ad quæ omnia præclare facit observatio Etymologi: Λαΐγγες. οὕτω λαὸς χρηματίζει γίνεται λαΐξ, ἢ πλεονασμοῦ τοῦ γ λαΐγξ. κλίνεται λαΐγγος, ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ φὴν φῖνες φῖγξ καὶ φαὶξ καὶ φάριγξ. En gemino exemplo probatam omissionem additionemque literæ γ ante ξ· neque propterea lentus sum in credendo Etymologum scripsisse „κλίνεται λαΐγγος καὶ λαΐγξ. Nam id voluit dicere, sicut primus casus dupliciter profertur, ita etiam secundum; etsi id omitto. Sic dixerunt φάριγξ & φάρυξ, & in secundo casu φάριγγος & φάρυγγος, ut docemur ab Anthologia in hoc eximio epigrammate lib. IV cap. VIII epigramm. IV.

Θλῖβε δράκοντείους σφυρὸν ἀπὸ μέσσας ὄφεμος χεῖρας
Ἡρακλῆς δαιδαλέων ἀγχιβαθεῖς φάρυγας.

Quos versus quum sic distinctos edidissent Brodæus & Lubinus, hic etiam ita vertisset, *Elide draconum prælongas, violente, manus, Hercules draconum profunda guttura*; nuper cum magno, ut augurari oportet, Anthologiæ malo male-doctus mirifice in iis turbavit, primo pessime pro χεῖρας reponens σπείρας; dein hoc repudiato ordinans ita vulgatam scripturam, Ἡρακλῆς ὄφεμε, θλῖβε φάρυγας δρακοντείους ἀγχιβαθεῖς δαιδάλων χεῖρας σφυρὸν ἀπὸ μέσσας, interpretatur: *Fortissime Hercules, elide fauces serpentinas profundas nexiorum animalium permagnis manibus.* Quod quum sit ingens undiquaque χυδαϊσμὸς, & vix ab centum annorum puero ludibrium simile exspectari debeat, ipse tamen hoc retinet non secus ac Herculea manus angues. Ἔξω μέλος est & à nemine unquam observasse te, Antoni, reor Herculi infanti datas χεῖρας σφυρὸν μέσας, ut hic non parum ἀχρειῶν facit. Et veritus fore, ut hoc ipsi objiceretur, subjicit reponere se posse, quomodo fuit ὄφεμος! additis aliis, quæ sunt satis nugacia. Certe quum JOVI CRESCENTI nummum cudere potuit Valentinianus, & eum puerum ponere in capra Amalthea, utique & Hercules, licet adultus habuerit σῶμα τέλεον παχύ, parvus tamen & infans fuit. Fuit infans Hercules. Docet id perspicue nummus Thebanorum apud Goltzium tab. 16 in quo angues manibus tenet, etsi major aliis, clare tamen infans. Et quomodo credemus ab hoc poeta σφυρὸν μέσας χεῖρας datas Herculi,

cui Seneca teneras tribuit: *Et tumida tenera guttura elidens manu Prolusit hydra?* Martialis III epigr. XLVII.

Heraticum qua viret sacer campus
Et qua pusilli fervet Herculis fanum.

Immo, ó bone, aliter tractandi isti versus, distinguendumque,

Θλῖβε δρακοντείους ἁβρεμόχειρας, ὄφεμμα χείρες
Η' ἔγκλες, δαιδαλτον ἐλχεσθεῖς φάρυγας.

Elide serpentina prælonga, robuste manus Herculæ, anguium profunda guttura.

Vox χείρες enim non angues, sed ipsum Herculem & vocem ὄφεμμα respicit, usitato Græcis more, quem & Latini præcipue amarunt, ac pueris noto, ut, *Os humerosque Deo simili.* Cæterum multa quidem sparsim viri doctissimi de ratione literarum formaque & inventione laudabiliter disseruerunt; de hac vero vel litera vel figura literæ locum in pronunciando occupante nihil usquam intellexi, nisi quæ pueri accipere solemus de pronunciationis leniore & quasi fuso modo: an nomen habuerit, aut alias quasdam proprietates velut Sigalione auctore linguam calamumque continent. Nos itaque, quos hæc γραμματικὴ eo demlerunt, diem lustricum ei celebremus, non tanquam auctores & βαπτισταὶ, (id enim à nobis fieri nequit) sed tanquam susceptores satis solliciti, qui non solemus felicium horarum dona quasi rapinas ac spolia sine cura habere, veterem nominaliorum ejus memoriam renovemus. Antiqui enim Grammatici quum instruerent de tertia litera ante liquidam posita, non solebant tunc eam pronunciare γάμμα, sed ἄγμα, ut me docuit Priscianus, non ille pro vulgaræ monetæ more excusus, sed Longobardico charactere exaratus, qui patris mei cura in bibliotheca Leidensi repositus, cujus verba tantum adscribam: ut sic una opera Priscianum egregio supplemento fulturus, & Varronis fragmenta auctaurus, quod de hac litera sciri potest, communicem. In eo sic loquitur Priscianus libro I de litera Latina N. *Sequente* g *vel* c *pro ea* g *scribunt Graci. & quidam tamen vetustissimi auctores Romanorum euphonia causa bene hoc facientes, ut agchises, agceps, aggulus, aggens: quod ostendit Varro in I de origine Latina lingua his verbis: Ut Ion scribit, quinta vicesima est litera, quam vocant agma, cujus forma nulla est, & vox communis est Græca & Latina, ut his verbis aggulus, aggens, aggulla, iggerunt. In ejusmodi Graci & Attius noster binam* g *scribunt. alii* n *&* g, *quod in hoc utritatem facile videre non est, similiter ageeps & agcora.* Penè dixerim his paucis universum Priscianum præponderari. Quod tu sponte tua, Vir Doctissime, intelliges melius. Ego enim veteri incipiens, ne te nimis diu ab occupatione tua avocaverim, jam dimitto, obtestatus, ut & iis, quæ olim ausi sumus, ignoscas, & quæ cummaxime tentavimus, tanto benevolentius, quod nunc me stivæ innixum, ut iram rectam secem, non tot monitores cingant, nec in his locis ea me lux adjuvet, quam olim Serenissimi Cosmi gratia mihi circumdederat ad cœleste illud Opertam sedenti & velut maximorum mysteriorum catechumeno sacras scintillas supra pluteos & cancellos altius volantes captanti. Sed quo illa Θεὸν ἀγαγὼ, ὡς πατέρα λόγον. Deus Opt. Max. propitius sit, ut mitia vitæ ac gloriæ tuæ spatia in longum feras. Daventriæ die IX Augusti, eodem quo ad me venerunt literæ illustris nostri Sparaverii, quem cum omni musei tui theatro salutes precor.

WIL-

gitized by Google

WILHELMO GOESIO
JACOBUS J. F. F. GRONOVIUS
S. P. D.

ITa quidem rerum mearum cucurrit ordo, ut nonnisi occupatus delenitusque conjunctione plurimorum, qui multiplici facilitate rerumque ac sermonum dulcedine & fulgenti singularis doctrinæ significatione me detinuerant, ad notitiam tuam vel potius partem successionemque paterni apud te juris venerim. Sed quod de Campanis narrat annalium memoria, eos societatem cum Romanis licet seriorem Samnitica, sanctiorem prioremque reddidisse omnium suorum deditione; ad vernilitatem meam, deprecata duntaxat exempli invidia, merito transferre possum. Adeo enim, quum primum turbare sustinui tuos, Vir Magnifice,

Pierioſque dies & habentes carmina Muſas,

& vultu & sermone atque omni meritorum genere me excepisti, ut universam cogitationem meam defixeris in tuæ erga me prolixitatis ac studii contemplatione, cui nec finem nec modum statutum esse mihi præsumo. Qua fortuna sicut recte triumpho & mirifice-luxe-γαγῶμαι; sic habitandum mihi pernoctandumque idcirco cum hac cura esse video, ut tum sine fraude eam esse, tum reverenter haberi à me cognoscas, ne qui fortasse aliquid in hac re nomini & spei tribuisti, unquam te facti tui tædeat, & quod de pomis Sodomiticis dixit quondam scriptor gravissimus, ipse quoque videar conari nonnisi oculis tenus. Itaque quo intelligas me id velle & contendere, ut quod expectatione apud te nactus sum, merendo conservem, solennitatem observationis, quæ me advertit, commodum præterita æstate in his locis celebratæ imitari constitui. Ὀχερός enim ante ædes habui, qui silvæ cæduæ ex gentilicio prædiolo meo succisæ detruncatam quercum, non ut Augustis in postibus inter duas lauros superbam ædituam, sed humilem gratæ lætæque voluntatis interpretem, nec ut Græci Baccho & Minervæ, sed fertilitati publicæ vitulantes, eidemque Πανσελήνοις κλάδοις libantes erigebant. Hæc consuetudo percussit animum meum, & ad simulandam eam impulit, ut ex hiemalis hujus in Tito Livio lucubrationis silva, Gratæ Mentis Declarandæ Ergo, ramos aliquot amputatos tibi, Nobilissime Domine, tuisque beneficiis pangam; vel potius tuam fidem implorem, quo adjuri tuo ingenio, judicio & veterum deliciarum memoria, quam possides, ita instituantur, ut bene convalescant. Propterea si sublime tribunal & tantarum rerum moderatio æquitati & justitiæ tuæ concredita permittunt, ad hoc, oro, auditorium descende, ut coram te ipse jure experiar, non de capite & fortunis, non Zaleuci aut Draconis statutis, sed ut possessionem recipiant, quæ partim vi, partim ignorantia ex loco suo dejecta sunt; quam molestiam deplorare videntur verba ex libro XXII cap. 20. *Itaque ad Honoſcam claſſi provecti, exſcenſione ab navibus facta, quum urbem oppugnare cœpiſſent, captamque diripuiſſent, Carthaginem inde petunt.* Cæcam enim audies & nulla contemplatio-

ac excitatas in plures urbes nascentes diffunderunt. Nulli ne hodierni dicti vocabulum ferunt, exceptis Gallis, qui Lutetiam Parisiorum Parisios, & Parisienses vocant, non conscientes vulgo vitio parentes Gentilis, & Paganus, quorum hanc condente I. Nicolay Sarisberiensi in silligine anni Nativitas Christi, quum non nihil scintillæ Valentia Diana, adhuc nullum longe poll Lucii stamen fuit M. Aurelio, unde in annum ab Urbe Varronia. Ab illis vero annis recte editionis annos ducit ac ut ante Augustum, & quidem ut ostium Augusti, ita & Augustum ante Augustum, & Julium Cæsarem ante Julium Cæsarem, unde vigore ac Julium ignorat tropheum. Sed non poli silicis ad ea, quæ ante memoriam, ac fidei. Futurarum Incarnationem, cum ejus illustrium in vocabulum in ea usque ævo habentium, dies panarum, ac Gentilium, quod vocabulum ab Isai. Indicium quidem in ea usque magis ignotius, quod dicunt, ille Pagus, & Paganus, quorum hanc Sarisberiensis Nicolay ab Isaiæ interpretum & Hieronymo Gallorum ac Lutetiæ Parisiorum & Parisienses. At Lutetiæ non oriundi, Romanæ pellendum dicitur quæ in ea olim fieri urbis Parisiacæ, ac Gentilis, quum Gentilis, unde vocatur, a populo Hispaniensi Gallis quoque ad ea ea ejus ea gentis quæ Parisiacæ Parisiacæ Parisiac

emerſit ſubito & exſtitit. Jam olim namque monuit Sigonius vet. lib. habere *Aſcuam*, quod non modo in Putean. Petav. Cantabrig. Voſſ. Gud. reperias, ſed etiam in editis uſque ad annum MDI. Poſt inde Aſena cœpit eſſe in mundo, & quidem celeberrimi hiſtorici annalibus inſerta. Quo ſane nihil aliud quam exulceratum eſt, quod ſanari nequibat; ac merito hæc injuria acre mihi fuit telum, ut intentiore cura in Livium hoc loco anquirerem, &, niſi temere blandior, ad id quod quærebatur, deductus ſum à MSStis. Qui quum affirment de Tarteſſiis, non Carpeſiis apud Latinos ignoratis, nunc agi, neque quo minus de iis agi credamus, quidquam obſtet; origo erroris videtur fuiſſe, quod in primis exemplaribus ita expreſſum fuit VRBEMASSAM. Hinc vocalis tertia I cohærens ꝑ A judicata fuit ab exſcriptoribus V literam exhibere. Tum lineola, quæ ſuper literam E ducta indicabat literam M duplicari debere, vel omiſſa ab aliis vel evaneſcente, prodiit inde *urbem aſſuam* & prona mutatione *aſcuam*. At vos, male-geographi ſcribæ, debueratis geminato M & cuſtodito I exhibuiſſe *urbem Maſſiam*. Sic enim puto, & putabis, ut ſpero, tu quoque, Vir Doctiſſime, mecum ab Livio conceptum fuiſſe. Quippe Maſſia urbs Hiſpaniæ in Tarteſſiis, ut ſatis olim nos docuit Polybius lib. III, quum urbs alia Maſſia fuerit Africæ, quæ duæ propter literarum convenientiam ſæpe miſcentur. Commotior ad turbandam genuinam in Livio ſcripturam fuit librariorum manus in adnotanda Critonis legati Philippici ad Annibalem patria, libro eodem cap. 39, qui quum vulgo edatur *Crito Berræus*, præter diverſos modos jam nuper publicatos, quibus ab hoc edito libri ſcripti abeunt, habe ex Gudiano *Critobœus ocius &*, ex Cantabrigienſi *critobo euſocius et*. Ita nuſquam apparet litera *r*, quam interpoſuiſſe patet editos uſque ad annum MDXXXV præferentes *Critoboreuſetus*: ut certum ſit, librariis incertis quemadmodum ex hoc turbido exirent, editores ad Geographiam prudentiores de ſuo alia addidiſſe, alia decidiſſe. At vero non quia Livius libro XL nominat Alexandrum Beroæum, & libro XLII Hippian Beroæum, idcirco & Crito eis popularis adjungendus erat. Hæc ſunt calamitatis noſtræ indicia, qui hanc hiſtoriæ partem haud dubie ex Polybii libris petitam, adeo infauſte ab priori ſeculo neglectam, amiſimus. Quid enim in his morari placet, quando certo ſciri nequit, utrum tres an quatuor Philippus miſerit ſecunda hac vice legatos, ut tantummodo conjecturis, non veritate uti poſſimus? Sane ſi acrius aciem in ſcripturam codicum antiquorum advertas, & tres modo fuiſſe legatos credas, commodius inde ſuper omnia, quæ dicta ſunt, proſilire cernes *Crito Bottiæus & Soſiſtheus*, nempe ex parte Macedoniæ, quam Bottiæam & alii & Livius ipſe vocat libro XXVI cap. 25. Sin autem quatuor legati fuerint (quod videtur indicare nomen *Bœus* tam diſtincte diſerteque omnibus ſcriptis inſertum, & aliunde docemur in Macedonia uſitatum fuiſſe) profecto ſcriptum fuit *Crito, Bœus Scotuſſei Soſitheus*, penè nulla ab MSStis diſcrepantia, pro *Crito, Bœus Scotuſſai*. In quibus quum ſit difficile judicium, ſatis erit propoſuiſſe ſententiam noſtram proxime libros ſcriptos tangentem, ut ſi id nunc liceat, ſaltem aliquando Livius ad ſuum perventurus ſperetur. Simili modo ſi rem ad fidem auctoritatemque membranarum veterum ponderes (quod omnino faciendum eſt) pedes obvertendi ſunt & in ſuſpicionem vocari oportet gentile notiſſimi bellatoris Mutinis, qui vulgo ab Livio editur libro XXV cap. 40. *Libyphœnicum generis Hipponiates*. Concedamus enim, ſi fas eſt, Sigonio hactenus, ut *Hipponiates* formari debeat ad exemplum τῶ *Crotoniates*;

quæſo, unde domo credemus eſſe hunc Mutinem? Sunt enim Africanæ urbes Hippo Regius & Hippo Diarrhytus, utraque ad occidentale Carthaginis latus. Ab utroque hoc primitivo alterum poteſt deduci, & proinde jam incertiores ſumus de hujus hominis patria, quam ſi eam demonſtrationem Livius omiſiſſet. Sed neque videtur procedere, ut exemplum Italicæ urbis credamus in Africana ſtatui oportere: nam nec *Tritoniates* dici ſolet ſed *Tritonites*. Quid quod & Ptolomæus dicat Ἱππωνίτης λίμνη, non Ἱππωνιάτης, quum in Italia tamen idem agnoſcat Ἱππωνιάτιδα κόλπον? Quid quod Stephani Epitome non profiteatur τὸ ἐθνικὸν Ἱππωνιάτης, niſi ab urbe Italica Ἱππώνιον? quod tamen utcumque eſſet, ſuſque deque haberem, & Stephanum redarguit Appianus in Excerptis Peireſcianis, ubi Ἱππωνιεῖς vocat illos ex urbe Magnæ Græciæ vicina. Quid quod & Plinius ſinum ab Hippone Diarrhyto *Hipponenſem* vocat, non *Hipponiaten*. Video equidem in mappa Ortelii, quam Africæ Propriæ appellat, edita anno 1590, Libophœnices collocari inter fluvios Rubricatum & Tuſcam, atque adeo medios Hipponum Regii & Diarrhyti. Video id, inquam, ſed & inlacrimor, quum nullo auctore tantus error in Libophœnicum poſitione defendi poſſit. Quid clarius Plinio lib. v cap. 4. *Libyphœnices vocantur, qui Byzacium incolunt*? Quid clarius Ptolomæo, quum ait, καὶ οἱ ὑπὲρ τὴν Καρχηδονίαν, ὑφ' οὓς οἱ Λίβυκοὶ Φοίνικες? Quid clarius Strabone libro XVII pag. 835, prout in interpretatione emendatus eſt? *Imminet autem ora a Carthagine uſque Cephalas & Maſaſylos Libophœnicum terræ; uſque ad Gætulia montana, quæ jam eſt Libya.* Neque dubium eſſe poteſt, quin hi iidem Libyphœnices ſint, quos Scylax in periplo vocat Λίβυας ξανθούς. Immo & citat in Theſauro Ortelius Plinium ac Ptolomæum, ut labem in tabula commiſſam aggravet. Quod ad noſtram cauſam facit, quum tam procul ab Libyphœnicibus diſſideant uterque Hippo, nullo modo Hipponiaten aliquem poſſe dici Libyphœnicum generis apparet. Jam vero nec impreſſi nec ſcripti libri Sigonium adjuvant. Ex quibus illorum duo primi *Libyphœnicis generis Hippacinatis*, alii *Libyphœnicis generis Hipponatis*. Ex MSSto vero Puteaneus optimus habet manifeſte *Hippacinates*, Palatini, ut indicat Gebhardus, *Hippacinantis*, Menardi & Petavianus *Hippaciates*. Ad Puteaneum accedit Cantabrigienſis. Patet igitur vulgatum iſtud aliis inſcribendum auctoribus. Quæ omnia quum ſic concurrant, an cunctandi ratio ſuperfuit, Nobiliſſime Goeſi, quin pronunciarem Livium edidiſſe *Libyphœnicum generis Hippacrites*? Utinam Polybium ſuperſtitem haberemus! ſane ex eo Livium hæc religioſe interpretatum cerneremus. Nimirum quum ſinus, in quo ſita eſt Carthago, ab altero latere haberet Uticam verſus Hippones projectam, ab altero habuit Tunetem & non longe inde Hippacram, licet ignotam fere omnibus, at beneficio Africi belli à Polybio libro I ſatis ſæpe memoratam, ita ut cives vocet Ἱππακρίτας, quomodo etiam Stephanus in Ἱππάκρα. Et iſtam quidem reparationem Livianæ manus ex maligna & ſub incertam tenuemque lunam permeante luce collegimus. Id vero quod nunc haud paulo nodoſius & impeditius ſequitur, adjutorem neminem habeo, niſi ſolam conſiderationem veritatis, quæ diu interverſa forſitan nunc ſe ex puteo peralto ac penè oppleto emerget in narratione Livii, libro XXVI cap. 9. *Hannibal infeſtius perpopulato agro Fregellano propter interciſos pontes, per Fruſinatem Ferentinatemque & Anagninum agrum in Lavicanum venit. Inde Algido Tuſculum petiit.* Quum enim hæc examinarem, non potui ſane deterreri ab artificioſa Livianæ manus corruptela ſtudioſe inſpicienda, & latentem

tentem ſub herba ſpecioſa anguem ſuſpectum habere debui. Quid, quæſo, prima fronte in his elucet, quod perſequentem has Punicæ ruinæ ſeminitas morari poteſt? Sunt appellationes præ omnibus celeberrimorum in hiſtoria Romana locorum. Videas quoque ab Phil. Cluverio ad omnes harum urbium enarrationes non ſolum advocata iſta verba abſque ulla ſcopuli mentione, ſed etiam hunc in modum dilatata pag. 948. Hannibal *ex Lavicano igitur agro per Algidum montem in Tuſculanos pervenit colles ad ipſum Tuſculum.* haud ſecus ac ſi inter Tuſculum & Lavicum reponeretur Algidus. Satis conſtat tamen Algidum iſtic viciniæ non eſſe, & Livio ab ipſo Livio obrogari, idque non uno loco. Verba ejus ſunt libro III cap. 7 de Æquis: *Tranſverſiſque itineribus per Lavicanos agros in Tuſculanos colles tranſirent.* Quid? credemus in tanto rei ſummæ diſcrimine Annibalem ab Lavicano agro devertiſſe ad amœnitatem Algidi antequam Tuſculum pergeret, quum is nihil niſi Romam & Capuæ liberationem ſpectaret? Æquos non tam Romanæ urbi, quam populationibus inhiantes, Algidum, ſitum inter duo iſta loca oppidum, non tetigiſſe? aut etiamſi tetigerint, Livium in Annibalis hiſtoria id memorare voluiſſe, in Æquis non item? Rurſus IV, 45. *Tuſculanis eſt negotium datum, adverterent animos, ne quid novi tumultus à Lavicis oreretur.* At ſi quis locus alter tam celeber interfuerit inter Tuſculum & Lavicos, an non ejus civibus potius rem iſtam commiſſuros Romanos fides fit, quam Tuſculanis non proximis? Ibidem: *Nunciabant legati Lavicanos arma cepiſſe, & cum Æquorum exercitu depopulatos agrum Tuſculanum, caſtra in Algido poſuiſſe.* Hæc ſi ſic geſta eſſent, ut Lavicani prius Algido tranſito, dein agro Tuſculano devaſtato, regreſſi, caſtra retro Algidum retulerint, (ut quidem volunt) ita imperfecte narraturus fuit Livius? Et hunc tamen ordinem rurſus ſervat III, 25. *Æqui Gracchо duce in Lavicanum agrum, inde in Tuſculanum hoſtili populatione veniunt, plenique prædа in Algido caſtra locant.* Quid quod Silius etiam Algidum in hoc Annibalico itinere nominans plane invertat Livii verba, ſi quid ordo ipſi ſervatus huc facit, libro XII.

Jamque adeo eſt campos ingreſſus & arva Lavici,
Linquens Telegoni pulſatos ariete muros,
Haud dignam inter tanta moram: nec amœna retentant
Algida, nec juxta Junonis tecta Gabina.

Tanquam Tuſculo Algidum petierit, non Algido Tuſculum; vel potius Tuſculo Lavicum, inde Algidum, & ſic Gabios. Itaque huc etiam accommodari mappas quaſdam videas. Sed perperam. Veriſſima Algidi poſitio eſt, ut inter Tuſculum urbem & Albanum montem deſcendentibus & ab Roma progreſſis, illa urbs occurrat. Video ſane Cluverii verba libro III Italiæ antiq. pag. 942. *Vallem autem Albanam eſſe eam, per quam via Latina ferebat inter Tuſculanos Albanoſque montes ad Algidum oppidum, ſupra ad explicationem Albani montis oſtenſum.* Nempe pag. 912 dixerat: *Vallu hac inter Tuſculum & Albanum montem, per quam Latina via ad Algidum ducit, Albana vocatur vallis Livio lib. 3.* Et latiſſime p. 778. *Latina via erat ea, qua ab ſiniſtro latere habens oppida Fraſcati & Rocca Priora, ab dextro vero oppida Marino & Rocca di Papa, per mediam vallem qua eſt inter Tuſculanes montes, montemque Albanum, in altiora loca dictis montibus contigua ad orientem verſus tendit: in qua via poſt III M. millia paſſuum à Tuſculo ſive oppido Fraſcati, diverſorium publicum, vulgo l'Oſteria, locum veteris Algidi oppiduli occupare exiſtimo. Juxta ad lævam eſt ſupradicta ſilva, antiquam loci nominiſque memoriam cuſtodiens, vulgo ſelva dell' Aglio dicta.* Quæ licet appareant pro certiſſimis ab Cluverio ſtatui, ita ut ter eadem repetierit; ta-

men ſunt errorum clariſſimorum plena. Primo enim nulla plane vallis vel poteſt vel debet à nobis adgnoſci, per quam inter Tuſculum urbem vel Tuſculanos montes Albanoſque duxerit Latina via. Id non aliis teſtimoniis probatum eo, quam ipſis Strabonis de via Latina verbis, quibus ad ſuam ſententiam abuſus eſt Cluverius. Simpliciter enim Strabo: ἡ Λατίνη ὁδὸς ἀφ' Τυσκλανῶν ὄρους ὑπερβᾶσα μεταξὺ Τύσκλου πόλεως καὶ τοῦ Ἀλβανοῦ ὄρους κάτεισιν ὅθι Ἄλγιδον πολίχνιον. In his nulla mentio vallis inter Tuſculum & Albanum montem; quippe hoc loco nihil diſerte de valle aliqua refert Strabo, quia in præcedentibus liquide dixerat Tuſculum urbem eſſe in dorſo jugi montani, quod relinquens convallem, quæ eſt ad Algidum, adſurgit ad Albanum montem. Verba ſunt: Ἐνδοτέρω δὲ τῆς καθ' αὑτὰς (nempe civitates Tibur & Præneſte) ὀρεινῆς ἄλλη ῥάχις ὄξη, μεταξὺ αὐλῶνα καταλείπουσα ἀπὸ τοῦ Ἄλγιδον, ὑψηλὴ μέχρι τοῦ Ἀλβανοῦ ὄρους· adeo ut nullæ cavitates depreſſaque terrarum ac valles id jugum interſcindant, ſed continente tractu & perpetuo jugo, ut Livius loqui ſolet, procurrat ab urbe Tuſculo proxime ad Albanum montem: ubi ſi qua humilitas diſtinxerit Tuſculanum & Albanum montes, profecto per eam via Latina non tranſiit, ſed, ut manifeſte ait Strabo, ſuper jugum vel trans jugum montis Tuſculani, medii inter urbem Tuſculum & Albanum montem, ſupergreſſa, & ab eo jugo deſcendens, detulit in vallem, quæ pertinuit ad Algidum uſque, hoc eſt, quæ inter montem Tuſculanum & Algidum porrecta jacuit, non inter Tuſculanos Albanoſque montes. Ita ut confines fuerint non modo montes, ſed agri quoque Tuſculanus & Albanus. Unde Livius lib. VII cap. 11 ait à Gallis ex Campania redeuntibus populationes factas ducibus Tiburtibus in Lavicano Tuſculanoque & Albano agro, utpote vicinis ac finitimis, non item Algidenſi; qui montano tractu ab iis diſſeptus fuit. Huc facit egregie notabilis obſervatio Holſtenii: Diſtincti ſunt omnino montes, Tuſculanus, Albanus & Algidus, ut locorum illorum peritus facile ipſo ſenſu dijudicat. Nam ubi Roma via Latina proficiſceris ad Algidum, Tuſculanos montes ad ſiniſtram habes, Albanum montem à dextris: inde obverſo tractu Algidus occurrit, quem vallis flumenque cum molendino à Tuſculanis collibus diſtinguit ſub ipſo diverſorio Algidi. Hæc Holſtenius. Verum eſt Albanum montem eſſe ab dextris: ſed falſum eſt Tuſculanos quoque ſemper eſſe ab ſiniſtris: nam hos Latina vetus via ſupergreditur, ὑπερβαίνει, ut ait Strabo: ſed ipſum oppidum Tuſculum debuit dicere ab ſiniſtra eſſe; & conſequenter quoque illa tantum Tuſculani montis pars, cui impoſitum fuit oppidum: non omnes Tuſculani montes. Deinde Livii verba ſunt libro III cap. 7. *Sequuti famam & veſtigia Hernici Latinique* (nempe ab Roma) *obvii fiunt deſcendentibus a Tuſculano in Albanam vallem.* Ex quibus qui colligere potuit Cluverius, vallem quæ ad Algidum ducit, vocari Livio Albanam? Certe Strabo vallem, quæ ſequitur Tuſculanos Albanoſque colles, non vocat vallem Albanam, ſed αὐλῶνα ἀπὸ τοῦ Ἄλγιδον· ut vallis iſta non nuncupetur à monte, qui eam ab Roma includit, ſed potius eo, qui verſus Æquos illam finit; ac pari ratione colligendum ſit Albanam vallem Livio vocari vallem cis Albanum montem, Romam verſus, non ultra. Id quod etiam probatur ſatis ex narratione Livii; quippe venientibus ab Roma Hernicis Latiniſque obvii fiunt Æqui deſcendentes à Tuſculano in Albanam vallem; alioquin enim non dixiſſet eos Livius obvios veniſſe, quam potius à tergo ſuperveniſſe aſſequutos. Itaque quod ad duo illa, attinet, captus eſt & habet Cluverius. Sed incertiſſimum prorſus eſt, quod addit, poſt

XIII millia paſſuum à Tuſculo ſive oppido Fraſcati diverſorium publicum vulgo l'Oſteria, locum veteris Algidi oppiduli ſe exiſtimare. Vehementer de iis finibus ambigo. Quid enim? Ergo dicemus exercitum Romanum tota nocte feſtinanter progreſſum non niſi IV millia paſſuum confeciſſe? Fieri non poteſt, & plene teſtatur Vegetius quinque horis dumtaxat æſtivis progredi XX millia paſſuum, pleno autem gradu XXIV millia. Ea tamen invenuſtas, quam dixi, procedit ex enunciatione Cluverii, idque apertiſſime, narrante ita Dionyſio Halicarn. lib. X. Ἀποδεὶς δ' ἐπὶ Τυσκλανοῖς τὴν πόλιν Φάβιος ἐφ' ἑσπέρᾳ ἐπῆλθεν ἀφ' ἧς ἐδύνατο τάχους, ἅμα ἕῳ δὲ πολεμίους ἐπὶ τὴν Αἰκανῶν ἐλαύνοντας, ἀπὸ πόλεως ἑβδόμης ἢ ὀγδόης ἀπαντᾷ τοῖς Οὐολούσκοις καὶ Αἰκανοῖς ἀναπαυομένοις. Παντοῖος δ' ἦν ἀμφοτέροις ἀγὼν ἐπὶ πολὺν χρόνον, ἕως αὐτοῖς ὁ ἡγεμὼν ἐπιφανεὶς τοῖς πολεμίοις ἐς φυγὴν ἔτρεψε καὶ ἐς τὰ ἑαυτοῦ στρατόπεδα ἐπὶ πόδα. *Fabius reddito Tuſculanis oppido, ſub veſperam, quanta celeritate potuit, in hoſtem inde movit: audito circa Algidum oppidum eſſe totum Volſcorum Æquanorumque exercitum, & continuato per totam noctem itinere, ſub lucem ſe oſtendit hoſtibus in campo caſtra metatis.* En Fabium ſera veſpera moventem à Tuſculo, tota nocte iter maturantem, & ſub matutinum tempus denique Algido appropinquantem. Ipſe hunc locum in uſu habet Cluverius, quem ſane neſcio quomodo ad ſententiam ſuam conciliaverit. Quid dico de ipſius ſententia? Quid Livio faciemus libro III cap. 27, ubi circa Solis occaſum profectus ab Roma T. Quintius Dictator media nocte dicitur in Algidum perveniſſe? Sane hæc profectio apprime convenit cum illis, qui inter Romam & Algidum numerant XVI vel XVII millia paſſuum; quum & apud ipſum Dionyſium lib. XI Decemvir Appius pronunciet Numitorium & cognatos poſſe Virginiuum περὶ τετάρτην ἡμέραν ἐκ τοῦ πεδίου ἐπὶ τὴν χάραν δύο ἡμερῶν ἄγειν, hoc eſt, ab Algido Romam. Sed ut ſæpe alias, ita quoque in his profectionibus plerumque liberalior interpretatio eſt adhibenda. Alioqui nullus exitus eſt. Nam ne ab Livio digrediamur, quum is dimidia parte noctis Quintium diem Roma Algidum iviſſe, hoc eſt, XVII millia paſſuum; idem libro XXIII cap. 35 ait Gracchum vigilia ferme prima ſublatis lignis tilentique profectum agmine, media nocte perveniſſe ad Hamas, quas tantum III millia paſſuum à Cumis, unde movebat, abfuiſſe ſcripſerat. Ejuſdem verba ſunt XXX, 5. *Ad primam fere vigiliam agmen explicaverunt, media nocte (ſeptem enim millia itineris erant) modico gradu ad caſtra hoſtium pervenerunt.* Rurſus XXXIX, 20. *Duodecim millia paſſuum ab Tago poſuerunt caſtra. inde tertia vigilia ſublatis ſignis principio lucis ad Tagi ripam pervenerunt.* In quibus nulla proportio. Et facile nunc aliquid Livio indulgeri poteſt: quum & nox qua Fabius profectus eſt, potuerit fuiſſe breviſſima, certe una ex breviſſimis; ea vero, qua T. Quintius, longior, ut hujus dimidia pars ſuperaverit illam breviorem univerſam. Neque debet hic præteriri Holſtenius, cujus verba ſunt: *Tuſculo in Latina via proximum eſt diverſorium, vulgo l'Oſteria del fico dictum. Inde* IV *m. p. ad diverſorium Molara. Inde* III *vel potius* IV *ad diverſorium Algidi, vulgo l'Oſteria dell' Aglio; cui proxima deinde immineat arctus montium tranſitus, vulgo la Cava del Aglio dictus.* Quod nos tangit, Vir Ampliſſime, à magna collatione & circuitu, quo fregiſſe curſum & indagationem acriorem ſitus Algidi commutaſſe me video, ad verba noſtra redeamus. Neque ego inficior Algidum occurriſſe in via Latina, id quod Strabo palam affirmat; ſed Annibalem ita erraſſe, ut illuc deflexerit, nullus imaginari mihi queo. Nam is poſt compitum Anagninum haud dubie eam reliquit, & Lavicanam viam ingreſſus Lavicum venit. Cur inde rurſus Algidum & Latinam viam tenuiſſe credemus, quum ſtatim

finem ad Vetulum profecto decem eum obligaret & Cardos petere Tarraconem via Romam restitui Cicer. & mitigare. Idem verbum Sardi ponitur lentitia blephari Serpent. nihil enim aliud est, quam ut ventilatio cessaret alienum ut. & Livius Stipem fuisse equitem in Lanuvium venit. cap. 31 Pro Tullium pete. Unius id interrogat Livius 1. 19 de C. Manlio quoniam: *Tum absciptis Civibus, Viridium, Tullium, Latium, Pedum cepit. Pedemum ad urbem ab Pale dicit.* Omnia eadem. Nec aliter statuit Plancius, ut notavit Cicero pag 227. Ex hac re etiam omnia rudentur loca apud Ciceronem, nec non apud nuppa. Ciceronem, nec non apud nuppa. Ciceronem, nec non apud nuppa.

ADOLPHO OVERHAMIO

JACOBUS J. F. F. GRONOVIUS

S. P.

PRæteriti veris diurna ſingula recordans, permagna mihi animadverto abs te, Overhami Reverende, ſtudioſi amoris & intentæ ad facilitatis meæ ſeu confirmationem ſive acceſſionem curæ præbita eſſe teſtimonia; qui videns me in cogitatione ſatis gravi æſtuantem, ſuſtinuiſti ocius alterum me gerere, & momenta quælibet in utramque partem acri contemplatione exacta tranſmittendo, fluctuantem & inſtabilem velut in ſalo carinam ſubſiſtere ac fulcire conatus es. Ego enim, quum bona fide reductos hos ac ſepoſitos ad avitum Iſalam, ad maternum larem & ad incunabula noſtra, feceſſus colendos elegiſſem, huic tempeſtati egregie verba daturum me ratus, ſi latens ac ſegregus, tanquam in exilio Quintius Cæſo, in meis paterniſque palimpſeſtis ingenium ſi non expedirem, ſaltem detinerem; ad auditum honorificentiſſimi de capite meo ſermonis habiti obumbrabar prorſus ac velut Empuſa viſa ſtupebam. Ita ruminans forte tuam olim circa me pontes Luppiæ & Principalis Neuhuſii gradus tranſgreſſum inaffectatam dulcedinem & æquabilem amicitiæ illic ſacratæ cultum, quum iſta cogitationis difficultate occupari me profitentis modo potius, quam conſilium meum ad te referre audentis ſcripſiſſem; tu præcipua & ingenua benevolentia vicem meam apud me ſubiiſti, atque ut recte putarentur omnia, ad calculum quaſi in tuam curam delegatum conſidere voluiſti. Mirifice ego data fateor ſingula, quibus inter nos ſolos eſſe licet. Id unum credas velim, Adolphe Cariſſime, ſæpius exinde me mihi inculcaviſſe, quid quum æſtimatione certa vel cœlum ipſum mihi pateat, tam inutili jejunaque deſidere pergam humilitate? & quum pignoribus tantis exſurgere poſſe. *Animi dispulsa* mea agnoſcam, cur ruditatis plurimæ affiatu enervari ea & maculari patiar? Sed nimirum blandiens quædam Nemeſis Colchicæ *Ææ* Phaſin molliori ſemper-vernantis ac hoſpitalis loci diverſorio commutare non patitur. Tu vero ad ſenſus interpretationem mei omnia dirigens, iſtam contumaciam meam non ingratis imperiviſti modis; ſed lenito & tuo vultu, quando igitur ita ſederet, procedere me precatus es fauſto pede ad abſolvendum, quod typographi flagitatione inchoaveram penſum nominis & familiæ Livio debitum. Sic quam rem jam ante animo perceperam, & plane pro præjudicata ferebam, fore, ut ſic quoque eadem exiſtimatio, quam hucuſque de me habueras, deinceps à bonitate tua me proſequeretur, certo confirmaſti. Pro quibus officiis meritas ego vero tibi gratias ago, & ut ſcias, quam ſedulo me collocem in faciendo, quod jubes; aliquot locorum, quæ ad Geographiam pertinent, fitis perditorum diſceptationem ad te revocare inſtitui, poteſtatis arbitriique tui faciens, quam bene ex formula rem geſſerim. Ecce igitur voces præter æquum corruptas & accuſatione multa taxandas ex libro XXVI cap. 21. *Ad eos Murgantina deſciverunt terra, ſicuti defectionem earum Hybla & Ma-*

ce-

cella sunt. Quam enim obnoxie & impotenter hunc locum tractaverit prior licentia, vel ipsa sermonis ineptia vel vetus membranarum scriptura demonstrat, in quibus tantum exstare comperimus *ad eos : urgeniae terre secutae*, à qua omnino non discedit Cantabrigiensis. Et quanquam satis aptum auxilium his adlatum videatur, si legas *ad eos Murgantini defecere*. vel *desciverе*, *secuta defectionem eorum*, vel ut se legisse magnus Salmasius manu sua testatum reliquit, *ad eos Murgentiæ defecere*, *secuta defectionem earum* ; tamen quis sustinet id pro Liviano habere à castigata constantique librorum scriptorum fide tantopere remotum ? Accedit, quod τὸ *defectionem sequi* non utique ab Livio adhibita sint ad denotandum aliquid interfuisse temporis inter defectionem Murgantinorum & illarum civitatum (quod videntur aucupati esse illi qui vulgatam procuderunt, tanquam primo Murgantini, deinde Hybla ac Macella defecerint) sed potius unam defectionem communi consilio eodem tempore factam, quam Livio in eum modum narrare placuit. Prorsus ita se exponit Livius libro XXXII cap. 30, ubi inquit, similiter : *Oppida, quæ defectionem secuta erant, dediderunt se Romanis*. At nulla alia sunt illa oppida, quam ipsorum Insubrium, atque adeo idem esset, si dixisset, *Insubrum oppida, quæ defecerant, dediderunt se Romanis*. Nulla enim alia oppida defeciisse dixit, nisi tantum cap. 28 bellum decretum Consulibus cum Gallis Cisalpinis, qui defeciissent à populo Romano. Qui nulli alii fuere, nisi trans Padum Insubres, & ex Cænomanorum juventute quidam. Igitur post cæsas Insubrum copias, ut fieri solet, oppida eorum, quæ defecerunt, ad officium redierunt & se in fidem victoris tradiderunt. Post hæc narrat de aliis cis Padum. Sic quoque nunc sermonem Livius instituit, nihil innuens, nisi statim ad famam Punicæ classis simul illos defeciisse. Editiones quidem nihil obsecundant, & quod habet prima, *Murgenie desciverunt terre*, id circumludunt sequentes deinceps omnes. Nos igitur in Puteaneum eique proximos conversi opinamur Livium brevitate sua amœna nunc quoque usum, qua frequenter anterius orationis membrum suspendit, ac velut semiperfectum destituit, subsequenti periodo inferens, quod prioti deerat, & sic demum sententiam absolvens. Tale inprimis est libro XXXIII. *In senatusconsulto, quo missi decem legati ab urbe erant, cætera Græcia atque Asia haud dubie liberabantur : de his tribus urbibus, quod tempora reipublicæ postulassent, id è republica fideque sua facere statuere jussi erant*. Ubi omnino clauda est oratio prior, & ex posterioribus revocandum ad præcedentia τὸ *urbes*, ut vere & accurate explicuit pater in notis ad XXX, 7, pluribus hunc morem Livianum istic illustrans. Idem ut hoc loco ab auctore nostro factum esse opiner, præter quod hæc loquutio sit satis illi usitata, inducunt me verba ipsa Livii, quæ videbis, Adolphe, quam ultro & sponte sua, nullis fidiculis, nullo tormento, ex MSStorum lectione oriantur. Scribo enim : *ad eos Murgenia & Enna ; secuta defectionem earum Hybla & Macella sunt*. Qui potest propius ulli MSto insisti ? quum nihil ab prisca scriptura discedat. Intellige sub prioribus idem, quod affirmat in sequentibus ex consuetudine sua. Sunt autem ista loca circa eundem tractum, ut apud Geographos videre est, & inprimis demonstrant hæc Ciceronis, item ut Livius, eadem jungentis III Verrina : *Herbitensis ager, Ennensis, Murgentinus, Assorinus, ita relictus erat ex maxima parte* &c. Ne dicam, videri Livium de industria nominatim nunc Ennæ defectionem, quocunque casu factam, referre, vel ideo memorabilem, quod eandem simile quid tentantem egregio astu nuper retinuerat L. Pinarius, ut narravit libro XXIV.

Ut

Ut autem id quoque nunc addatur, *Enna* quidem ſcripſimus, ut appareret nihil plane à nobis addi ad litetas in MSStis exſtantes; ſcribimus tamen *Henna*, quam veram ſcripturam eſſe invictis argumentis ex nummis & primis MSS. docuerunt Viri Summi, & ſic in Livio ipſo etiam ſemper libro XXIV exhibet codex Puteanæus, ut cum cura oſtendit Salmaſii manus, prorſus nunc majuſcula litera *Henna*, nunc minore *hennenſium*; bis vel ter tamen *Ennenſium* & *Ennenſis* præferens. Non minus tenax ob peregrinitatem vexatio videtur, cui inhæret nomen gentis apud Livium libro XXVIII cap. 9, ubi loquitur de Philippo: *Ipſe quia res in Græcia tranquillas fecerat, retro in regnum conceſſit, ut Dardanu bellum inferret.* Solæ namque, ut me docet manus paterna, pro vulgato hoc ſtant ſeedæ Gudianæ, quum Puteanæ & Menardi & Voſſianæ habeant *dicionis*, à quibus non diſcrepant Cantabrigienſes. Inde procedente mutandi ingenio ſcriptor regii codicis exaravit *Sicionis*. Nimirum perdifficile eſt fuitque in populis tam feris ac confuſis ad liquidum conjectando pervenire. Propterea quum animadverterent eruditiores & ex Polybio & ex Livio penè ſemper, quum Philippus ſe rebus Græciæ immiſcuiſſet arctius, Dardanos adſuevisſe capto tempore vacuam ab tergo & ſua parte Macedoniam perſultare, ſuppoſuiſſe illos quoque conjicimus, quod apparebat admodum, quod ad rem ipſam, veriſimile, Dardanis; quod vero ad veram Livii manum, alieniſſimum prorſus. Itaque ut non improbamus conatum, ſic & fidei ſubleſtæ & aleæ periculoſæ eſſe merito judicamus; immo per libros veteres licere negamus, quos opinor hoc loco indicare, *ut Sintiu bellum inferret.* Sintia enim, quum ſit teſte Stephani fragmento, urbs Macedoniæ verſus Thraciam, continuit tamen plures ſub ſe civitates, atque adeo genti quoque nomen dedit. Livius XLII, 51. *Ab Heraclea ex Sintiis tria millia Thracum liberorum ſuum ducem habebant.* Ex quibus verbis credas non Macedoniæ magis quam Thraciæ annumeratam, & ſaltem ab imperio Perſei liberam fuiſſe, quum tamen eo devicto Paulus Æmilius Macedoniam ordinans Heracleam Sinticen uni ex quatuor Macedoniæ partibus annumeret; ut appareat eam regionem occaſionibus imminuiſſe, ſic ut nunc quoque fortaſſis ab Philippo ſatis occupato deſciverit. Certe negari nequit ad veterem & genuinam ſcripturam propius eſſe τὸ *Sintiu* quam τὸ *Dardanu.* Incertius prodigium eſt, & idcirco circumſpectiore ingenii verbena adolendum quod innatum libro XXIX cap. 18 in querela Locrenſium de Pyrrho: *Qui cum ex Sicilia rediens Locros claſſe prætervheretur, inter alia fuda, quæ propter fidem erga vos in civitatem noſtram facinora edidit, theſauros quoque Proſerpinæ, intactos ad eam diem, ſpoliavit; atque ita pecunia in naves impoſita, ipſe terra eſt profectus.* Ita quidem hic locus jam ultra MDC annos fortaſſis circumfertur, nulla quod ſciam vel in ſcriptis vel in impreſſis libris varietate. At palam eſt inſulſus. Quo enim profectus eſt? Aut unde, quod ſequitur, juſſit referri theſauros? Præterea quomodo præſtabit Livius eum terra profectum eſſe? Dionyſius quidem Halicarnaſſenſis nihil diſtinguit, utrum terra an mari profectus ſit, nec etiam unde id ipſum juſſerit; tantum dicens ἡ χρυσὸν ἐκ τῆς ἱερᾶς ναυσὶν ἐξήμεν· μὴ τῶν ἄλλων χρημάτων ἀπίσειεν εἰς Τάραντα, πολλῆς μισθὸν δωρίας γενόμενον, in Excerptis Peireſcianis pag. 542. Unde nihil colligi poteſt; ut propterea ex aliis quærendum ſit. Videlicet ſimulatque fretum Siculum trajecit, in terram egreſſus fuit Pyrrhus; ut apparet ex prælio contra Mamertinos apud Plutarchum in Pyrrhi vita: quo finito ſubnectit is ſcriptor: ὁ δὲ (nempe Pyrrhus) τὸν ἄλλον ὁδὸν ἀδεῶς διῆξεν ἐπὶ Τάραντα διαμείνας πόλεις κεμίζων. Quæ

& ipſa verba licet ſint nubilo quodam obſeſſa, & parum in eo, quod quærimus diſtinguant; crediderim tamen poſt id cum Mamertinis prælium accidiſſe, ut theſauros Proſerpinæ ſpoliaverit, & ſic navi impoſitus Tarentum venerit. Certe Appianus manifeſte mari illuc Pyrrhum veniſſe affirmat, ὅτι μὲν πὶ ναυσὶγιον ὁ Πύῤῥ@- ὁ βασιλεὺς ἐπ' Ἠπείρυ ἐς Τάραντα κατήγετο, in iiſdem Excerptis pag. 553. Quæ ſubindicant ipſum quoque Pyrrhum non niſi luctabundum cum procellis ac tempeſtate Tarentinum portum tenuiſſe. Quorum auctorum, tam opportuno concurſu quo ferimur, niſi ut ſtatuamus Pyrrhum mari Tarentum veniſſe? & idcirco in Livio ſcribendum eſſe, *atque ita pecunia in naves impoſita, ipſe Tarentum eſt profectus*, vel *provectus*. Quum præter iſta aliorum de Pyrrhi itinere teſtimonia ſi id admittatur, quod ſubjiciendum cenſeo, egregie appareat contrarietas caſuum, ut Pyrrhus quidem ſolus venerit, quo intendebat; reliqua vero claſſis ab Locrorum litoribus abire non potuerit. Sequitur perincommodus filix, qui ſurrexit increvitque libro XXXI c. 10. *Inſubres Cenomanique & Boii excitis Salyis Iluatibuſque & caeteris Liguſtinis populis Placentiam invaſerant.* Cui eruendo quæ paſtina ſatis robuſta? quum fatendum ſit, quæ huc annotata ſunt, eſſe errantium in incertas ſuſpiciones ingeniorum. Nam quam infortunatus eſt Cluverius, quum pro *Salyis* profitetur ſe malle reſtituere *Statiellis*; quum tam clare ei obloquatur ipſe Livius, qui non niſi poſt multa abhinc tempora ab Statiellatibus aliquid contra Romanos tentatum affirmat libro XLII cap. 8. *Statiellates nunquam arma adverſus Romanos tulerunt, ſeli ex Ligurum gente.* Ut profecto hic velut incertus infauſtuſque partus nonniſi in mare deportari mereatur. Mitius quidem pronunciare fas eſt in ſequentibus, ubi idem pro *Iluatibus* reponit *Veleatibus*, pater vero *Celelatibus*: & tamen iſta etiam nullo & artificio ſuſtentant, niſi terminationis affinitate. Itaque quid vetat nos quoque novam hæreſin paxillo ſuſpendere? Putamus igitur pro *Iluatibus* ſcripſiſſe Livium *Iriatibus*, & hic & libro XXXII cap. 28 & 31. Iria enim oppidum eſt illic loci, celebratum ex iis auctoribus, qui ſuperſunt, Ptolemæo, Plinio Itinerariiſque, ut collegit Cluverius libro I Ital. antiq. pag. 80. Hæc & minima & commodiſſima eſt mutatio, & hamartigenia apparet, ſi dicas eum, qui prima exemplaria deſcripſit, deceptum blæſa recitatoris lingua leniorem literam pro dura intellexiſſe. Scimus ſane & alibi has literas confuſas perſæpe eſſe. Salyorum vera reſtitutio intricatior eſt. Non deſeremus tamen. Nam quum MSSti & editiones præferant pro eo vel *Selinibus* vel *Senilibus*, non poteſt propius quiddam ſperari, quam *Sollinibus*, quomodo eos videtur appellaviſſe Livius pro Sollinienſibus, quorum mentio eſt apud Cluverium Italiæ antiq. pag. 67 in Catalogo provinciarum Galliæ, *civitas Sollinienſium*: & de qua notabat ad ejuſdem Cluverii paginam 87 Holſtenius in hæc verba: *Salinas autem ex Suetriis in Vagiennos tranſferendas haudquaquam conceſſerim; ſed cum Salinas inter Vintium & Sanitium ponat in Suetriis, dubium nullum eſt, quin Salina eadem ſint cum civitate Sollinienſium.* Ex obſcuritate, multa quidem illa, ſed quæ crepuſculi denſitatem non excedat, Hennam, Sintios, ac ſequentium locorum vocabula excuſſi, & quaſi cicindelas noctu interfulgentes apprehendi; nunc, Adolphe, ipſe tartarus (parce metu tamen, nec crede falſis me imaginibus ludi, aut attonito ritu fœdus mundi legeſque refigere tentaturum) reſerandus eſt, & ſolenniter te invoco, ut faveas ex ultima tenebrarum nocte & tot annorum ſilentio dejectam ex Cybeles corona pinnam reſtituere, ac tum civitatis veræ nomen invenire, tum falſum

falsum sepelire & ἀγνοεῖσθαι conanti. Verba enim sunt Livii libro XXXI cap. 27. *Præsidio ibi* (Codrione) *relicto, Ilion, nomen propter alteram in Asia urbem quam oppidum notius, vi capitur.* Sunt hæc avia Pieridum loca & velut Orci galea sepsisset, ita à nullo recte tanguntur. Nobis quoque, mi Adolphe, longam fidem multa veri specie mentientem & κεκλῆλος irretitam labefactare arduum foret, nisi & scriptos & editos codices opinionis nostræ de alta loci hujus corruptela satellites haberemus. Ipse primo in Thuanæa membrana legebam *nidus* pro *Ilion*, & ad eum modum non dubito legi in plerisque scriptis libris: quod quærendum tradimus iis, quorum ista copia est. Id enim ut videamur non temere suspicari, compellunt nos edita exemplaria, quæ omnia fluctuant & hærent inter *indus* & *nidus*, quod extat in editione prima. *Ilion* demum longe post excogitatum est, & proculdubio ab illis, qui Iliada frequentius quam vera priscæ memoriæ monumenta evolverant, deque Achille libentius quam Conone audierant: scilicet quum à Septentrionali latere Macedonum reperirentur Dardani, Ilium istinc abesse non potuit, tanto verisimilius, quod Ἴλιον inter Macedoniæ oppida recenseat Epitome Stephani, quod sagacitatem Sigonii non fugit. At quum omnis editionum scripturæque vetustas tam longe ab Ilio recedat; quidni juste nos freti tanto patrocinio Sigonium ejuramus, & certo credimus Livium scripsisse? *Præsidio ibi relicto, Cnidus, nomen propter alteram in Asia urbem* &c. Asiatica Cnidus notissima est; sed de altera Cnido, quam nos restituimus, in finibus tam barbaris, ne somniatum quidem hactenus ab ullo non solum Geographo, sed quamcunque eruditionis partem amante ac Livium legente. Fuit tamen, &, si placebit huc torquere oculum, anhelans sub tanto obscuritatis onere oppidum in diem prodibit auxilio Callimachi, cujus hymno in Cererem hi versus sunt:

Οὔπω τὰν Κνίδιαν, ἔτι Δώριον ἐξὸν ἰκέσθαι,
Τὰν δὴ αὐτᾷ κελεύει ἄλσος ἐρευσάμενοι
Πελασγοί.

Habes hic Pelasgos, qui ex Dotio in Cnidiam, nempe terram, migrasse dicuntur. At quænam hæc Cnidia? certe non possum de alia interpretari, quam Illyrica, seu Macedonicam vocare eam malimus, non Asiatica. Omnino id postulat Plutarchus, ex quo uno abstrusissimæ hujus historiæ scintillam & fomitem sum expiscatus, in Quæstionibus Græcis num. XIII, ubi ait Ænianes primo habitasse circa Dotium, inde ab Lapithis expulsos fugisse ad Æthicas, tum circa Auan Molossiæ partem occupavisse, demum circa Inachum in agro Argivo. Verba Plutarchi sunt: Πλείονες γεγόασιν Αἰνιάνων μεταναστάσεις· ὧν τὴν μὲν ἐξ οἰκήσεως ἧς εἶχε περὶ τὸ Δώριον πεδίον ἐξέπεσον ὑπὸ Λαπιθῶν εἰς Αἰθίκας, ἐκεῖθεν δὲ Μολοσσίας τὴν ἄνω ἐπὶ Αὔαν χώραν κατέσχον, μετὰ ταῦτα περὶ Κύρραν &c. Hi vero Æthicæ populi fuerunt supra Epirum, circa Illyricum & Dassaretiæ terminos, in qua regione nos quoque Cnidum constituimus; ut hic satisfeciisse videamur confirmationi opinionis nostræ, quum & nomen *Cnidus* ex Callimacho & situm ex Plutarcho & colonos ex utroque dederimus. Sed & sic aliquid restat. Nam si integra sunt verba Callimachi, quod satis constat, apparet ex ejus sententia Pelasgos illos prius in Dotio coluisse, antequam in Cnidia; idemque dicit Plutarchus. Hoc igitur ut dubitari non potest; ita plane adversum pugnat cum verbis Stephani in fragmento illo multiplicis sed incognitæ eruditionis Seguieriano, ubi ait: Δώριον πόλις Θετταλίας, ὅπου μετῴκησαν οἱ Κνίδιοι· *Dotium urbs Thessaliæ, quo commigrarunt Cnidii*, ut vertitur. Hic enim Cnidii dicuntur migrare Dotium; ut jam ante ea gens, quæ Dotium migravit, Cnidiam incoluerit,

rit, atque adeo Cnidii fuerint vocati. Percipis, Eruditiſſime Adolphe, in alia ire Stephanum, & contraria prodere Callimacho: quæ res tanto eſt admirabilior, quod ipſe Stephanus ſtatim poſt ea verba ipſum hunc Callimachi verſum alleget, ut hoc præſidio ſuam deſcriptionem tueatur. Nos ſane quoque juſtius ac firmius inniti poterimus Callimacho quam Stephani verbis, quum hic ex altero hauſerit id quod affert. Hanc diverſitatem vix compono, niſi conceſſeris voculam ὅπῃ ab Stephano adhibitam, non ut ſignificaret *quo*, ſed *unde*, aut etiam ſcriptum fuiſſe ὁθεν. Verum & ſic quoque tranſgreſſuro mihi manum injicit ulterius illuſtranda Macedonica Cnidus, ut cognoſcamus oppidi ejus notitiam ab antiquis frequentem ſatis fuiſſe proditam, niſi æquo ſolutiores poſteri vetuiſſent in memoriam convaleſcere. Nam & Polybio eam fuiſſe nominatam haud dubie perſuadeor libro v, ubi hæc leguntur: Τὰς μὲν Φοιβατίδας ἐπαγγελίας Ἀντιπατρείαν, Χρυσονδίαν, Γερρᾶνα. Res eſt de Scerdilaida, qui has urbes ad ſe trahebat. Inſanum hinc garriunt docti Geographi. Ortelius, item Laurenbergius in Macedonia ajunt Polybium libro v Phœbatidem urbem Macedoniæ agnoſcere. Hinc Ortelio Antipatri Daretidis urbs apud Polybium. Item Chryſondium. Quum & Phœbatis ſit regio æque ac Daſſaretis, & Chryſondium nulla, ut nec Chryſondion; ſaltem nemo ejus meminit, quod ſciam. Haud multo meliora obſervavi obiter inſpiciens paginas quaſdam in Nobilis & Eruditi ab Cadomo ſenis Græcia recentes ab prælo. At ſcribendum eſt: Ἀντιπατρείαν, Κνίδον, Καδρεάνα, Γερρᾶνα, idque ex comparatione Liviana, ubi omnes eaſdem urbes nominatas legis, egregie mutuo auxilio invicem præbito; ut ſi nihil præjudicati huc afferetur, ſperem me eum eſſe, qui ex Livio Polybioque falſam lectionem & denſa oblivionis nubila ex tanti temporis uſucapione perſpicuo jure dejecerim. Tuæ nunc partes erunt, Adolphe, urbi huic denuo inſtauratæ fata dictare, eamque ita furvo cavernarum ſitu pœne ſqualidam adſenſu tuo velut februorum quodam amictu luſtrare, ut non ſecus ac Jaſon adjutus ab Medea vim Ignivomorum taurorum, lucem cœlumque pati poſſit. Nunc reddamur Livio, quem incommoditas alia infeſtat libro XXXIII cap. 26. *Lupus Æſquilina porta ingreſſus, frequentiſſima parte urbis, quam in forum decurriſſet, Tuſco vico atque inde Melio per portam Capenam prope intactus evaſerat.* Ad quem explanandum primus, ut vides, acceſſit Sigonius, quia Romæ Melium nemo ſcit, Æquimelium omnes, & ejus alibi Livius mentionem faciat, legendum putans *Æquimelio*. Quam pronunciationem quoties perpendo, vix mecum decerno, an ea hominem ſonet, nedum Sigonium. Quid indignius, quid periculoſius, propterea quod alterum altero ſit notius, invicem ſubſtituere audere, nihil animadverſo ſitu ac forma urbis, neque effecte contemplantem omnes ἀκριβόσεις? Nempe vici Tuſcus & Jugarius numerantur in regione VIII urbis circa forum & Capitolium; Æquimelium vero regione IV, in qua etiam caput Carinarum, quum Carinæ ipſæ in regione III ſtatuantur. Quod ſi jam concedamus regione IV per caput Carinarum & Æquimelium lupi hujus viam fuiſſe; utique per ea prius tranſiit, quam in forum aut vicum Tuſcum veniſſe potuit, quippe Carinis uno latere recta ad Æſquilinam portam tendentibus, at ab altero latere earum poſitis foro & vico Tuſco. Id vero quum palam verba Livii refutent; tum medias omnino Carinas hunc lupum fuiſſe tranſgreſſum fides eſt manifeſta, quum eadem prorſus hic deſcribatur via, quæ fuit Quinti Fulvii apud Livium libro XXVI cap. 10, qui *porta Capena media urbe per Carinas Æſquilias tetendit.* Super

hæc

hæc Carmentalis porta, Æquimelium & Jugarius vicus junguntur ab Livio lib. XXIV cap. 47. *Omnia inter Salinas ac portam Carmentalem cum Æquimelio Jugarioque vico late vagatus ignis absumpsit.* Quod si Æquimelium Carinæ capiti proximum fuit (quod indicant descriptiones regionum urbis) profecto universus Palatinus mons conflagravit illo incendio & ambustus est; quod ab Livio certe annotatum fuisset, æque ac Æquimelium. Sin vero potius ordo iste Livii considerandus est, ut sane videtur; apparebit Æquimelium fuisse ab illo vici Jugarii latere, quod erat versus portam Carmentalem, quum vicus Tuscus ab altera parte fuerit versus portam Capenam. Quo etiam ducunt Livii verba libro XXVII cap. 37, in sacra virginum chorea ad honorem Junonis, quæ intrantes per portam Carmentalem Jugario vico in forum venere, inde vico Tusco Velabroque per Boarium forum in clivum Publicium atque ædem Junonis Reginæ perrectum, nempe in Aventino. Vicus enim Jugarius plane fuit sub ipso Capitolio, sic ut saxum ex Capitolio potuerit procidere in illum vicum, cujus rei testimonium exstat lib. XXXV cap. 21. Adeo ut veritatem istius Regionum descriptionis & Æquimelium in illa parte positum aliis probandam relinquam, quum eam mihi persuadere ipse non possim. Jam vero locus ille, qui in quæstione est, quemque Sigonius Æquimelium fuisse audet credere, omnino propior debet fuisse portam Capenam, quam vicus Tuscus, ut clare locus Livii arguit, quo de agimus. Accedit, quum Æquimelium non sit nisi planicies & solum domus Sp. Melii, ut id profecto vix possit huc aptari, tanquam pars urbis, per quam exierit ad portam Capenam lupus; atque ideo Livius eam quoque non advocat in sacro illo virginum, quasi & istæ illac transierint, sed tantum in narratione incendii, non secus ac si postea locus illic rursum ædificatus sit, primum forsan retento ad infamiam facinoris Meliani nomine Æquimelii, post id incendium autem evanescente, & in Jugarii vici vel alterius propinqui loci continentia comprehensus, præsertim post factam illic substructionem ab censoribus, teste Livio lib. 38. Inde opinor esse, ut aliud existimaverit in Roma sua Alexander Donatus, agens quidem de Æquimelio, non tamen hoc Livii loco Æquimelium corrigens, sed tantum scribens: *Idem Livius, qui & Melii vici mentionem fecit*, ut prorsus Melium vicum æque ac Tuscum agnoverit. Quod tamen & ipsum, per Musas! quale est? aut quis feret? Nulla collectione firmari potest, quia Tuscum vicum præmisit, propterea etiam alterum locum in voce *Melius* indigitari ab Livio fuisse vicum. Immo contra, quum libro XXVII in allegatis ante verbis Livius duos vicos nominaret, disserte utrobique videmus vocem *vico* adjectam, tam *Jugario vico* quam *Tusco vico*. Marlianus sine dubitatione ulla *Æquimelio* scribit allegans verba Livii in antiquæ Romæ topographia, statuitque exinde inter Velabrum & Capitolium fuisse. Quod nihil est, & ipse sui oblitus id fecit. Dixerat enim ante: *Quemadmodum vico Jugario per radices Capitolii à porta Carmentali in forum Romanum, ita vico Tusco per radices Palatini montis ab eodem foro in Velabrum patebat accessus.* In quibus patet spatium inter Velabrum & Capitolium partim compleri Jugarii vici fine, partim vico Tusco: ut sic Æquimelium necesse sit fuisse in vicorum eorum alterutro; quæ existimatio levis ac puerilis est, quum tot verba Livii satis ostendant fuisse separata loca. Ex quibus omnibus concluditur non sine vitio Sigonium in Liviana lupini cursus enarratione de Æquimelio cogitavisse: ne quid pejus in Marliano consulatur. Quod si fuerit Melius vicus, fuerit sane, & cum Donato ac Conrado Lycosthe-

ne, quem in ſupplementis Julii Obſequentis ſecutum eſſe vulgatam video, credatur Livius ita ſcripſiſſe. Interim quum is videatur nullus fuiſſe, mirifice trahor, ut putem ab Livio veniſſe: *Tuſco vico atque inde Cælio per portam Capenam.* Quod & vulgatæ ſcripturæ ita propinquum eſt, & ratione iſtius viæ ita apertum, ut approbari non debeat; ſive tranſverſe Cœlii montis cornu tranſierit, ſive per ejus pedem ac radices cucurrerit. Tuſcus enim vicus, ut forte inceperit inde, ubi paulo ante audivimus viros accuratos ejus initium ſtatuere, ſic procul dubio ſub Cœlium montem uſque pertinuit, quod ex hiſtoria à Varrone prodita de monte Cœlio inprimis eluceſcit. Et hæc quidem nos ad locum ignotiſſimum argumentabamur fortaſſe ſatis bona fortuna, quam idcirco rurſum tentamus in libro XXXIV cap. 45, ubi legitur vulgo: *Nunciatum eſt Interamna lac fluxiſſe.* Quippe ubi majus in verbis quam in re prodigium ſedere viſum mihi eſt; ſi unde lac illud fluxerit, non addas ex more Livii, qui tale quid expreſſurus adjungere ſolet amnem vel aquam vel rivum. Sic non dicit *cruorem Amiterni fluxiſſe*, ſed *flumen Amiterni cruentum fluxiſſe.* Sic *in foro Sudertano ſanguinis rivos per diem totum fluxiſſe.* Nam τὸ *fluxiſſe* nimiam capit abundantiam, quam ut res ſola ſatis commode queat efferre. Unde Livius, ubi non tantam copiam, ſed ſolum ſtillas aliquot alicunde prodiiſſe ſignificat, tum non *fluere* ſed *manare* vocat, ut XL, 16 *è foco ſuo ſanguinem manaſſe.* Denique etiamſi forſan hæc argutiora videantur, & alii taceant omnes, diſerte in MS. Thuanæo legebatur *narteam in lac fluxiſſe.* Unde incertum eſſe nequit, quin Livius ediderit, Nunciatum eſt *Nare amni lac fluxiſſe.* Notiſſimus ille in Sabinis fluvius eſt. Sed ego non ulterius otio tuo invidens, jam receptui mihi cano, & conjecturarum deſino, nihil precatus, niſi ut pro iſto avernali ac prodigioſo lactis latice, tibi, Adolphe Meritiſſime, quibuſcunque es in locis, quodcunque agere inſtitueris, Mella fluant ſemper, ac certus ſis eundem fore terminum vitæ & obſervantiæ erga te meæ. Vale & cum Muſis tuis διατρίβε. Daventriæ pridie Cal. Decembres.

LAU-

Digitized by Google

LAURENTIO THEODORO GRONOVIO FRATRI JACOBUS

S. P. D.

DEnique plurimam viæ partem in hoc itinere, cujus mihi & dux & auctor eſt Titus Livius, à tergo relictam animadvertens admoneor, ut te quoque, Unice & rerum omnium Cariſſime Frater, certiorem faciam, quam in his etiam reductis latebris non ſim dominus meorum temporum. Nam qui ſperabam fore, ut quantum ab adminiſtratione rērum noſtrarum vacabam, ſine interpellatione ruminarem guſtus, quibus me delectaverat pulcherrimus ille Florentinus annus, & quaſi Narciſſus

Solus & vacuis ut inobſervatus in herbis

huc illuc pro libitu vagarer, graviſſima vincula me circumvaſerunt, & ad ſcriptoris, cujus titulos in tot pellibus ex conquiſitione paterna grate caſteque adſervamus, probationem alligarunt. Quod ſi in hoc ſtudiorum divortio, ad quod flexiſti, audes in aliqua commemoratione habere vel annos vel voluntatem vel præſtantiam, quam ad deſpumanda iſta monumenta attulit pater tuus; non poteſt non pectus tuum leviculo ſaltem metu pulſari vicem meam, qui adeo ne cupiditatem quidem ullam unquam habui, ut hanc mihi operam proponerem & futurorum providentior aliqua huc adjumenta congererem; ut nonniſi forte temere oblatis Cantabrigiæ & Lutetiæ membranis in patris tum etiam vivi gratiam uti voluerim, mortuo autem eo ne inſpicere quidem conſtituerim, etſi in egregio earum cumulo verſari tum contingeret. Itaque cernis novitatem laboris hujus & ſat ſcio, angeris, ne vel in comparatione appaream minus reſpondens non huic noſtro ſolum, ſed tot tantis deceſſoribus aliis, qui in hoc literarum genere principes tota vita Livium caſtigaverunt, vel ſi quid tentare accingar, hujus judicioſæ rationis videar tantum documenta dare in accuſandis rectiſſime poſitis lucubrationibus & velut ex triumphali curru dejicere, qui omnium ſuffragiis elogiiſque fulgentes eum eſcenderunt. Quid quæris, frater optime? Gratum eſt & illud; ſed tempera vultum animi tui, falletur ſpero metus. Quum typographus ad implendum voluntatis ſuæ propoſitum non peregrinam & adventitiam opem, ſed natam in domo patris tui poſtularet, manumque meam reſpiceret, quo potuit ſenſus mei pondus vergere, niſi ut audirem ſæpe repetitas flagitationes, licet ſcirem me in hoc ſpatio ipſa veſtigia inſequi non poſſe? Remetior igitur eundem orbem; & quum primam improvidam ætatem non ita in erratis duxerim, ut in hoc negotio tantum ſuſpenſus hærere debeam ex aliis, vagarique ſine ullo ſalis ac leporis proprii experimento, tanquam in dumetis ſpeculator venator q; aſperitates ſuperſilites, qua licet, ſubtilitate detergo & coinquo. Nec idcirco ſe illorum, per quos ab extremo vitæ cardine Livium retractum gratulamur, fortuna retrovolvet, cui ſemper feſte favebimus; nec quum illi febrim ſanaverint, ſi nos recidivam quoque tollere conemur, id aliud vocari fas eſt, quam communicata provincia reſtituere, quod tempora affixerunt. Utique & poſt

Herculem exſtiterunt monſtra, & muſcæ poſt Domitianum, & ſemper ſervatura eſt Eleuſin, quod oſtendat reviſentibus; nec quod ſero venimus, cauſa noſtra premi poteſt, quippe quovis tempore ἄφθονος Μουσῶν δῶμα. Itaque ſi lubet, hanc Veſtæ penum tu quoque mecum adito, & experire, quam in hac operis Liviani parte, quæ Geographiam ſpectat, quæque tractanda fuit deductius, non nocti & temeritati vim indolis noſtræ committamus. Sunt enim in vitioſæ lectionis atque inde dubitationis cauſa, quæ leguntur libro xxxv cap. 13. *Ipſe* Antiochus *ad Piſidas, qui circa Sidam incolunt, oppugnandos eſt profectus.* In quibus laborari vides, utrum *Selgam*, quod ab Gelenio profectum ex Stephano tuetur Sigonius, an vulgatum *Sidam* ſit præferendum. Et Sigonium quidem rejiciunt MSSti, qui *Sicam* exhibent, quod etiam mihi in codice Thuanæo fuit obvium, unde ille nimium recedit. Sed & τὸ *Sidam* æque caſſum opinor. Nam nec in Strabonis nec in Polybii verbis, quæ ibi advocata vides, ullam cauſam meditari valeo, cur eam urbem annumerem Piſidiæ, & non Pamphyliæ. Immo Strabonis locus id palam affirmat. Quin etiamſi Piſidiæ eam attribuerent Polybius & Strabo vel ſimul vel alterutrer; at ſane Livius aliunde ſentit, eamque Pamphyliæ facit manifeſtis verbis in hoc ipſo libro cap. 48. *Aradios & ex Pamphylia Sidetas.* Unde, quod novum argumentum eſt incongruæ correctionis, apparet eſſe maritimos & nautas litoraleſque, ut non neſciviſſe ſe indicat Sigonius ad librum xxxviii cap. 15, & oſtendit rurſum Livius libro xxxvii cap. 23. *Promontorium quod ab Sida prominet in altum.* Itaque & ſplendor hujus urbis increvit ſemper, etiam poſtremis temporibus, ut docet nummus ſub Lic. Gallieno cuſus cum elogio ΣΙΔΗΤΩΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣ ΕΝΔΟΞΟΥ, & alius ΠΑΜΦΥΛΙΩΝ ΣΙΔΗΤΩΝ, uterque ab Ill. Spanhemio productus. Qui igitur poterit τὸ *Sidam* cum approbatione recipi? Verius multo eſt ut reſcribamus *Sindam*, cujus oppidi tum ab aliis mentio prodita eſt ſatis crebra, tum Livii auctoritas id exigit in loco jam appellato, ubi Sigonius nunc tantopere aberrans, omnia recte adminiſtrat. Verba Livii ſunt: *A Cibyra per agros Sindenſium exercitus ductus*, cum præceſſerit cap. 13. *Ad Tabas tertiis caſtris perventum. In finibus Piſidarum poſita eſt urbs.* neque de alterius regionis ingreſſu quidquam intercedit. Strabo lib. XII, quum recenſuiſſet quaſdam Piſidarum urbes, pergit de iiſdem Piſidis: Εἰσὶ δ' ἐν τοῖς Φρυξὶν ὁμοίως καὶ τῇ Καρίᾳ Τάβαι καὶ Σίνδα καὶ Ἀμβλάδα. quæ citantur quoque ab Stephano in ultima voce, ſed præcipuum illic omittitur. Procedit Livius eodem libro xxxv cap. 22 in hunc modum: *M. Fulvius proconſul cum duobus exercitibus hoſtium duo ſecunda prælia fecit; oppida Hiſpanorum Veſceliam Holonemque & caſtella multa expugnavit.* Res illæ geſtæ ſunt in ulteriore Hiſpania, quam Fulvii provinciam fuiſſe didicimus ex præcedentibus. Ex editis aliiſque ſcriptis nihil obſervatum eſt; quod miror, quum ipſe in Thuanæo ſine litura offenderim *Helonemque.* Ortelius Olonen inter poſitionis incertæ loca conjicit. Sed ne Ixionem imitemur, & nubes pro re captemus, diffindamus oportet judicium Glareani; nam & verum eſt hanc appellationem eſſe corruptam, & falſum eſt apud claſſicos auctores non reperiri hoc oppidum. Lego enim ſecutus indicia libri Thuanæi *Veſceliam Belonemque.* Stephani epitome: Βελὼν πόλις ἐν τῇ Βαιτικῇ τῆς Ἱσπανίας. Plinius III, 1 de Bætica: *Portus Beſippo, oppida Belon, Mellaria, fretum ex Atlantico mari.* Meminerunt quoque alii, & ulterioris Hiſpaniæ præcipuam ferme partem Bæticam quis ignorat? Clamoſiore ad inquirendum acriter portiſculo, frater optime, nos excitat locus penè in præceps raptus, unde Livianam manum eduo-

editores commento ſuo non ſecus ac veſte injecta furantur & obumbrant libro XXXVII cap. 16. *Prætervecti mœnia, portum Phœnicunta minus duum millium ſpatio inde* (Pataris) *diſtantem petiere.* Credin enim Livium qui paulo ante in fine libri XXXVI agnovit *Phœnicuntem portum*, nunc ita Græciſſante maluiſſe uti terminatione? Equidem id de credulitate tua neccdum mihi perſuadere queo. Certe non credes, poſtquam intellexeris in editione principe exſtare *portum phœnicum*: cui voci poſteriores nec quid, nec quare, duarum literarum caudam appendendam cenſuerunt; profecto æque facili molimine, quam Ortelius inde urbem fabricari in Theſauro ſuo potuit, tanquam iſtius nominis licentia & auctoritas diplomate Liviano conceſſa ei fuiſſet; quum tamen & oppidani iſti & quos infra ait plures ab urbe adfluxiſſe, non de hac fictitia Phœnicunte, ſed de Pataris intelligendi ſint. Sequuti ſcilicet id ſolum ſunt vocis *Phœnicunta* architecti, quod Strabo lib. XIV Olympo item Lyciæ oppido adjacere ait montem cognominem, qui & Phœnicus dicatur. Sed id plane nihil eſt, ut conſtare poteſt ex diſtantia, quæ à Livio adſcribitur. Præterea quoque Thuanæus clare *poenicum*. Itaque ſtatuenda tandem inſitivæ lectioni meta, & ſi unquam ἐν ὅλμῳ δίναστα, nunc vere ex MS. corrigendum puto *portum Phellum*. Ordinatim Scylax ad hanc Livii reparationem: Παταμὸς Ξάνθος, ἐς ὃν ἀνάπλους εἰς Πάταρα πόλιν, καὶ λιμένα ἔχει. Φελλὸς πόλις καὶ λιμήν. Adde Strabonem, qui ſimilia teſtatur. Itaque poſt hunc portum ſatis robuſto veritatis præſidio firmatum legamus hanc oram, & prætervecti paululum prope Cariam jaciamus ancoras, quo nobis teſſeram dant item verba Liviana tam longinquo σφαλισμῷ exeſa & corrupta ex libro XXXVII cap. 21. *Ea quidem urbe* Adramytteo Antiochus *abſtinuit, depopulatus agros. Peræam inde coloniam Mitylenæorum expugnat.* Ex quo loco, uno ſane, Ortelius denuo novam tali nomine coloniam circa Adramytteum condit, omnibus aliis ſcriptoribus incognitam; quod non poteris, frater, non mirari in regione & à Geographis tam ſtudioſe veſtigata, & ab hiſtoricis per tot occaſiones recognita. Glareanus enim, ut ſolet, varias ſibi fingit cauſas, cur hæc loca non facile apud auctores repertum iri imaginetur; Sigonio, contra quam ſolet, id tacitum ab eo ferri patiente, quod meliora non expediret. At Peræa nunquam apud horum locorum enarratores vocabulum urbis fuit, ſed tantum regionis, quæ ad Livium nihil nunc facit, objectæ continentis Rhodo. Stephani vero πολίχνιον frui jubemus ipſo ſolo. Itaque merito hæc debuerant expergiſci viros doctos, inprimis quum cernerent editiones pleraſque ante annum MDXXXV exhibere *Pheream*. Et credere audemus, frater, in tot numero vetuſtis libris, quos aliorum oculi ſub ſe habuerunt, nullum diverſitatis genus in corrupto nomine exſtitiſſe? at ipſe in Thuanæo diſerte legebam *agros & peream*. Ea ſatis certa mihi fuit ſemita ad inveſtigationem primæ ſcripturæ; quæ quantum abeſt, quin ſe funeri tradiderat? Scribo enim: *ea quidem urbe abſtinuit depopulatus agros. Eupatriam inde coloniam* &c. Ortelius quidem non mappas ſolum, ſed & Theſaurum ſuum vocabulo hujus urbis fraudavit; at nos Lydiam ea cenſeri docuit epitome Stephani: Εὐπατρία πόλις Λυδίας. τὸ ἐθνικὸν Εὐπατρίδης, μᾶλλον δὲ Εὐπατρεύς, idque ex auctoritate Xanthi, quem perpetuo in Lydiacis ante ſe habuit Stephanus. Animadvertis autem Antiochum nunc in eo eſſe, ut Sardes ſe recipiat, Lydiæ regiam. Neque tamen hic terminus hæſit. Ipſa illa Peræa non alienis modo locis recepta ſed ſuis quoque expulſa & averſa. Nam quum libri hujus capite 22 legatur vulgo: *Dedala & quædam alia parva caſtella obſidione exemerunt;*

runt; eadem vero in MS. Thuanæo sic referri viderim *quædam alia perrea castella*; quis mihi eripiet ab Livio scriptum fuisse *& quædam alia Peræa castella*? Caria & Peræa erant continentes regiones, ut mirum non sit utique earum aliquot castella fuisse abscisa. Nemo qui controversias Philippi cum Rhodiis aut decem legatorum post Antiochum victum ordinationem ex Livio didicit, nescire id potest; ut minime antecedentium vicem sollicitus cum pace tua, frater, progrediar ad rem tanto inauspicatius gestam, quanto verisimilius, libro XXXVIII cap. 15, ubi sic nunc edi videbis: *Postero die est prater Caralitin paludem agmen ductum. ad Mandropolin manserunt.* Equidem cum diffidentia huc accedo, quum fatalia ista ad hujus Livianæ partis salutem nomina Gelenius & Sigonius non modo has urbes ita composuerint, sed ipsum usque contextum penetrari ab iis modo prorsus illætabili jusserint. Et tamen quidvis potius huc applicandum fuit, quam ista longe aliena Mandropolis. Videlicet noverunt à veteribus eam Phrygiæ urbem memorari, idque palam fatentur. Quid igitur juris ei ad Pisidiam? & ad illam Pisidiæ partem, quæ in Lycaoniam vergit, plane à Phrygibus aversa, ut apparet ex palude, quam prope hanc urbem auctor collocat. Sane æque magno jure arridere potuit Mæandropolis. Et tamen velut re certa non dubitat Ortelius Phrygiam Mandropolin Livio lib. XXXVIII Mandropum vocari asseverare. Nullas omnino in locis tam dissitis, tam longinquis expedio rationes, quas doctissimi viri in ea auctoritate perscribenda sequuti queant esse. Neque vero Glareani inventum *ad Maandrum* ullo genere probius est, cui nihil familiarius poterat in mentem venire, sed quoque nihil stupidius, quod ad Livium. Ex editis primos habere video *Madamprum*, & sic quoque ex Vossiana sceda annotavit pater. Sequentes *Madanprum* vel *Mandrum*. Gelenii liber *Mandrupyum*, Sigonii *Mandropum*. Thuanæus *Mandaprum*. Quæ tanta varietas quid aliud quam τὸ *Mandropolin* non recipit, & indicat ab Livio editum fuisse *ad Mordiaeum manserunt*: Urbis nomen obscurius & paulo infrequentius cæcutire omnes fecit. Non finit tamen ignorari eam epitome Stephani in Ἀπολλωνία, cujus nominis urbes quam multæ sint, septimam decimam ait esse Πισιδίας, ἡ πρὸς τῷ Μορδιαῦον. Etiam Athenæus mentionem ejus habet, ut notatum Ortelio. Certe nihil potest dari à me convenientius. Pergit igitur non procul abhinc cum exercitu Romano Livius: *Progressus inde ad Obrima fontes, ad vicum quem Aporidos comen vocant, posuit castra.* Ex quibus iste Aporidis vicus plane cum Cimmeriis delitescit, & qui sirum ejus patefaciet, næ ille poterit quoque indicare, quibus in terris

Tres pateat cæli spatium non amplius ulnæ.

Hinc opinor neque magna præteritæ ætatis ingenia vel rimam ullam ducere aut voluerunt aut potuerunt, qua aliquid ad eam lucis ingrederetur. Si tamen me respicis, frater, damnas esto nomen illud vici pro spurio, neque unquam Livio nominatum creditor. Nimirum duæ admodum viæ sunt ad videndum aliquid in his tenebris veri; alteram præbet situs, alteram scriptura vetus. Ortelius observat hunc vitium circa Pisidiam videri. At unde? Certum immo est potius in primis Phrygiæ limitibus fuisse. Retrogreditur enim agmen, & versus Phrygiam se recipit, atque adeo illuc jam intrasse patet tum ex Obrima, quem præter Apameam magnæ Phrygiæ urbem labi tradit Plinius; tum quod postero statim die ad aliam ejusdem Phrygiæ urbem Dinias venisse affirmet Livius. Hæc prorsus sunt evidentia, nec respui queunt. Jam ut alteram viam tangamus, editiones principes habent *Adonides*. ex Vossiano annotavit pater *ad prodios*; nec ulla mihi alia nota est varietas ex antiquis libris;

bris; ſcilicet quia proxime verum eſt id quod vulgatur. Ita qui damnavi alterum, idem ab exilio reduco *Acaridis comen.* Sic enim emendandum cenſeo. Stephani epitome in Καρία· Ἔστι καὶ Φρυγίας πόλις Ἀκαρίς. Huic urbi adjacentem aliquem ex pagis dictum fuiſſe Acaridis vicum non eſt ſupra aut præter fidem, & exemplum dat hodieque urbs Leida, quam ex multis eam cingentibus vicis uni nomen ſuum κατ' ἐξοχὴν impertire noſti, ut adeo nihil in hac reſtitutione reſideat inconditum. Quod idem, ſi tu quoque, Cariſſime, ſenties, ego inde non animum modo ſed omen quoque accipiam ad contrectanda ſimilis obſcuritatis verba ex libro XLII cap. 38. *Marcius & Atilius ad Gitanæ Epiri oppidum decem millia ab mari quum adſcenderent.* Quid enim tam illepidum locum verear dicere infauſto agi ſidere, quum Gitanæ iſtæ omnibus pariter ſint incognitiſſimæ & ſcriptæ nullibi? Deinde videri alicui poteſt Livius nunc dixiſſe *ad Gitanæ adſcenderunt*, qui hoc eodem libro cap. 15 dicit *Eumenem Delphos adſcenſurum?* qui libro XXXV cap. 13 *inde Pergamum adſcenderunt?* qui libro XXXVI cap. 30 *ipſe OEtam eſcendit?* qui libro XLV cap. 28 *unde per Megalopolin Olympiam aſcendit?* ac pluribus in hunc modum locis. Me quidem iſta ab omni aſſenſu abducunt, ac proinde ſecundum jus falſque fore exiſtimo, ſi falſis vocibus, quæ veram confecerunt ac lurcatæ ſunt, velut extra finem per feciales eductis & ad auctorem ſuum reſtitutis, Livio detur ſui recognoſcendi facultas. Quippe is ſcripſerat: *Marcius & Atilius Ægilipa Epiri oppidum decem millia à mari quum adſcenderent.* Eſt enim Ægilips oppidum illic antiquiſſimum, & ex Homerica poëſi memoratum Straboni ac Stephano; & quid ultra teſtimoniis opus? Itaque ut claudamus agmen hujus ſimul epiſtolæ & univerſæ meæ concurſationis, evolvenda reſtat craſſiſſima bucerda, qua oblitum video Livium libro XLIV cap. 26. *Circa Deſudabam in Medica exercitus Gallorum conſederat.* Nequeo enim perſuaderi, vocem tam bonæ Latinæ monetæ in iſta barbarica aut ſi lenius placet, Græcorum coloniis mitigata Thraciæ ora ante auditum illic Romanorum nomen fuiſſe appellationem oppidi; quod tamen credere potuerunt omnes retro docti viri, ut nemo aliquid verbenæ colligendum tradendumque poſteris exiſtimaverit ad eam, quam execror, deformitatem purgandam. Et ut te familiarius alloquar, quid potes exſpectare aliud, quam ut alicunde & *Defrigebam* urbem procudant? Video ſane Ptolomæo cognitum eſſe oppidum, nomine Δασσάρια, quæ literarum ſimilitudine negari nequit proxime ad Livium accedere. Sed quum id in inferiore Mœſia trans montem Æmum collocetur, huc plane non convenit; quippe Mædica nonniſi ad illum montem uſque pertinente, ut pateat vel ex Geographis aliis vel ex ipſo Livio libro XL cap. 21. *Philippus Stabos Pæoniæ exercitu indicto, in Medicam ducere pergit. Cupido eum ceperat in verticem Æmi montis aſcendendi* &c. Itaque pro *Medica* ſcribendum erit *Mœſia*, ſi placuerit Dauſdabam hic loci retinere. Sed ego relictis omnibus, quia nimis id ab regno Macedoniæ adhuc diſtat, & penè ultra Thraciam eſt, judico ſcripſiſſe Livium, *circa OEſymam in Medica.* Diodorus Siculus in Excerpt. Peireſc. pag. CCCXIII. Πυθόμενοι τοὺς ὁπλίτας Γαλάτας παρεσκευάσθαι τοῖς Ἕλλησι συμμαχίαν, ἀπεχώρησαν ἐπὶ τοὺς Μαιδικοὺς, παρῆσαν δὲ τοῖς τάξεσι. Neque me movet, quod ab aliis ea urbs Edonidi accenſeatur; quippe Edonis & Mædica erant finitimæ, quarum limites perſæpe commiſcentur. De hac autem urbe conſulendus Mauſacus Vir Eruditiſſimus ad Harpocrationem. Sed & propterea ad hanc conjecturam pronior venio, quod in eadem hæſitatione video hæſiſſe librarios ob primam ſyllabam in nomine

Africo apud Livium libro XXIX *OEſalces*, pro quo à quibuſdam ſubſtituebatur *Deſalces*. Habes, frater piiſſime, explicatius ordinatam non ignobilem ſolennitatis caſtimoniæque meæ portionem, qua præterito hiberno functus ſum circa Livianum finem ad malas intemperias ab eo averruncandas. Quæ ecquid ad legem ritumq; geſſerim, ecquid mendorum tanto cum impetu adfluentium & tot egregia loca penè cernuantium tumultum ſuſtinuiſſe & bene purgaſſe viſus ſum, te & qui præceditis, in auſpicio mihi eſſe volo. Quod ſi me fortuna decepit, & nimia profunditas, in quam præcipitata hæc jacuerunt, videbitur ſopiviſſe & tenebris percuſſiſſe potius quam excitaſſe vires meas (quod licet factum non memini, tanto tamen juſtius eam formidinem agito, quo minus vel initia hujus laboris vel eventus in poteſtate mea fuerunt) retexatis omnia licet, animumque meum dum in curſu eſt, dum tumet in recenſione Livii, formandum ſuſcipite. Equidem injuria nobis fiet, ſi hujus commiſſiunculæ tela vel non à vituperatione erit remotior, vel tanto liberaliorem interpretationem merebitur, quod liberum ſpatioſumque curriculum induſtria noſtra non habuerit, & tantummodo maximorum hominum vel incurias vel conniventias ſectari potuerit; quippe poſt Vallæ, Glareani, Rhenani, Gelenii, Sigonii, Modii, Gruteri patriſque noſtri adeo diuturnas in Livio operas, tot ad excolendum hoc χωρίον non iterationes, ſed tertiationes & ultra, adeo acutam inſtructamque omni eruditione, quæ fere ab homine optari poteſt, & tam copioſo manuſcriptorum codicum adjumento ſedulitatem, ex eadem porca tum lolia runcare & eruere, tum iis manſuefactis bonam ſegetem immittere laboravimus, idque prima & multum feſtinata ac deſtituta aratione. Cujus ſi quantulacunque pars placitura eſt, dicas licet hic quoque,

O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium!

Sed ſatis jam prata biberunt. Ego mihi de te omnia ſpondeo, quæ volo. Vale & gaude, frater dilectiſſime. Ex Daventria noſtra.

JOAN.

Digitized by Google

JOANNI GEORGIO GRÆVIO
JACOBUS J. F. F. GRONOVIUS
S. P. D.

QUum L. Poſtumius ad agrum publicum ab privato terminandum in Campaniam proficiſcens, devertiſſet Prænesteſacrificii cauſa, & iratus hujus urbis civibus multa inſolita imperaviſſet; addit Titus Livius (ut ſolet rem quamque non ingenioſa magis quam juſta æſtimatione metiri) Prænestinorum ſilentio nimis aut modeſto aut timido, jus velut probato exemplo magiſtratibus factum graviorum indies ſimilium imperiorum. Idem ne paternis ad eum ipſum ſcriptorem curis (quod in tanta nominis ac familiæ communione quantum diſtat à me ipſo?) accidat, vereri nunc tandem eo magis incipio, quo ſtudioſius hibernis his noctibus illas verſandi & ἐγκωπὶ recognoſcendis data eſt neceſſitas. Indui enim in periculoſos laqueos pedem, ac non modo hæredem ſed etiam arbitrum factum me eſſe video laboris, quem nec eruditione nec aſſiduitate nec perſpicacia aut ſubtilitate unquam æquabo; idque ita, ut etiam de aliorum, qui ad conſiderationem ſuam illum admiſerunt, ſententiis in conſilium ire me oporteat. In quorum tamen altero quidem quam libere & ingenue me geſſerim, res ipſa teſtis erit; ad alterum neſcio quam afferre me comperior diffidentiam, quæ tamen ab plurima indignatione vincitur. Non equidem inficior in tanta meditationum varietate & corruptorum locorum adjuvandi multitudine poſſe aliquid ſecus proceſſiſſe. Quod ſi factum eſt, ne mirari quidem convenit; & cui homini nato aut perſpecta ſunt omnia, aut etiamſi ſunt, ea tempori in memoriam veniunt? Sed ut in unius notæ periocha quater ab Gronovio erratum eſſe confitear, huc uſque non modo pietas mea, ſed etiam conſcientia paternæ conſuetudinis me prohibet. Id tamen evincere conatur liber Marci Meibomii de Fabrica triremis, aſperitate tam rudi & horrida continuatus, ut maritimos in auctore mores & aquilentam perverſitatem egregie patefaciat; tanquam ſi ipſe ab natura appoſitus eruditorum (ut fuit publicanorum) ſocietati magiſter legem modumque rei dubiæ dicere deberet. Quæ ſtolida procacitas ut ridiculum ipſum præbet omnibus, quibus ignoratus non eſt, neminemque plectit niſi tantum ἐλαζόνα dicam an σκληρόνα; ita librum ipſum aliquot locis ante inſpicere ac rem ſolam hoc tempore, quo vides me Amphidromia quædam celebraviſſe, fert animus, ut ſic paratius ad Livii verborum examen accedam; idque te potiſſimum, Grævi Celeberrime, impetus mei moderatore, cujus tum doctrinam in his terris unicam admiror, & judicium vere ſanum vereor, tum paterna ſtudiorum placita æmulantem jure habeo gratiſſimum. Et quum præcipuum ſane ſit, quod diſputatur de vocibus in re navicularia frequentibus *ordo* ac *verſus*, quarum diſcrimina non una habet Marcus aliique, ſed ficta & Romanæ linguæ auctoribus nunquam cognita; eo ad alias horas rejecto vide primum, quanea deliratione librum ſuum & calculum implerit Marcus in adſignando

gnando navibus remigum numero. Nam quum pag. 27 triremi novæ adsignaviſſet remiges CL, quadriremi CCXL, quinqueremi CCC, ex imitatione Polybiana, abſque ullo tamen juſtæ diviſionis reſpectu; tum pag. 50 navem XX ordinum implet duobus millibus remigum. Quod ferri ſane non poteſt, licet audacter ipſe id repetat pag. 87. Nam ſi Polybianam in quinqueremis remigum numero rationem ſequi placet, eamque apte & æquabiliter deducere; apparebit ad monerem requiſitos fuiſſe remiges LX, ad biremem CXX, ad triremem CLXXX, ad quadriremem CCXL. Ex hac partitione quinqueremis commode habuit remiges CCC. Unde cognoſcitur & in decere fuiſſe DC, & in icoſere ſeu viginti ordinum nave nonniſi remiges MCC. Nulla prorſus poteſt in his eſſe hariolatio, quum exacte ex Polybiano numero procedunt. Itaque impingit & hallucinatur Marcus pag. 67, quum tredecim ordinum navi adſcribit minimum remiges MXL, quum debuiſſet tantum DCCLXXX. Itaque errat Marcus pag. 72, quum in ſexdecim ordinum nave non minus eſſe potuiſſe opinatur, quam MCCLXXX, quum ſane non habuerit ultra CMLX. Itaque erat Marcus pag. 28, quum in hexere ſediſſe vult CCCLXXXIV, adeo non contentus rotundo numero vir nimius τῆς ἀκριβείας, quum tantum fuerint CCCLX; qui error tanto major eſt, quod hexeres utique alterum tantum magnitudinis ad triremem habeat; triremi tamen, ut vidimus, tribuit CL.

Non poteſt ulla calumnia tot digitorum lapſus velare, ſi Polybium ſequendum putabimus; & certe hac in re ſolum iſtum Marcus ad hujus vetuſtatis cognoſcendæ indicium advocavit. Quem quidem ſimul advocare, ſimul ſequi tanto tutius in illo numero poſſumus, quod & alterum ejus numerum, quem edit de epibatis, nempe ὀκτάκις ἑξηκοντ' εἴκοσι, confirmet perpulcro exemplo Livius XXVI, 1. *Quinquaginta Græci cum legione una, centum Siculi cum duabus legionibus habebant naves.* Ubi ſi legionem ponas ſex millium hominum, eamque per 50 naves dividas, juſtos invenies in ſingulis navibus centum viginti propugnatores: quum aliis in locis, ubi ſermo de multitudine militum in navibus, admodum variari ſentiam.

Non poteſt tamen ita firmus eſſe Polybianus numerus, ut eum ſemper obſervatum exiſtimare debeamus. Quippe Plinius 32, 1, quinqueremem Caii Cæſaris actam fuiſſe teſtatur quadringentorum remigum robore, idque adeo ſine ulla mendi ſuſpicione, ut & Silius eandem CD remis actam fuiſſe dicat, ut notatum doctis; quod tamen dubium videtur. Ex quibus numeris hæc proportio exoritur, ut in bireme ſederint CLX remiges, in trireme CCXL, in quadrireme CCCXX, & ut procedamus, in hexere CDLXXX, in heptere DLX, in octere DCXL, in ennere DCCXX, in decere DCCC, in viginti ordinum nave MDC. Ut appareat ſive Polybium ſive Plinium ſpectemus, inſigniter utrovis modo deviaſſe Marcum.

Tertius ex quo aliquid de numero remigum concludi poteſt, eſt Memnon, qui apud Photium in fragmento octeren ait cepiſſe remiges χιλίους καὶ ἑξακοσίους, qui numerus omnem exceſſum ſuperat, & proportionem nullam habet ad aliquem ex prioribus. Hinc enim biremis capit CD remiges, quadriremis DCCC, hexeres MCC, deceres MM, atque adeo viginti ordinum navis quatuor millia. Quæ frequentia quanto major etiam eſt illa, quæ ab Athenæo & Plutarcho editur in tettaraconteres Philopatoris Ptolomæi, tanto eſt vitioſior. Illa vero tettaraconteres capax erat remigum paulo plus quatuor millium, ut quidem vult Athenæus; ſed juſta quatuor millia tribuit Plutarchus, ex cujus deductione navis icoſeris habuerit duo millia,

deceres

decères mille, quinqueremis D, quod magis appropinquat. Sed quiſquis à Polybiano numero diſcedit, hæſitet oportet, quum reliqua omnia potius magnificentiam principis ac regum, quam vulgatam rationem menſuramque oſtendant. Utique tamen Marco noſtro ex horum trium aliquo fuerat deducenda certa quædam proportio, non minus quam ex illa ipſa Philopatoris tettaracontere deprompſit certam altitudinem. Nam quæ pagg. 29 & 30 contra Scaligerum jactat, hactenus ſunt ipſius inventa, ut tamen iſti tettaraconteris deſcriptioni gratiam referre majorem, quam ſuæ immenſæ cuidam animi contentioni ex profundo naturæ aut oblivionis extrahenti, debeat; quippe quum illius altiſſimæ partes ab imo notentur abfuiſſe XLVIII cubitos, certe inde collegit eaſdem icoſeris partes eſſe XXIV cubitorum, deceris rurſus XII, quinqueremis itidem ſex cubitorum circiter; ita ad hexeren ſuam pervenit. Quare ſi admittimus proportionem altitudinis, omnino ſine vitio non poterimus diſcedere ab numero remigum, qui æque facile inde ducitur; maxime quum in comparanda longitudine bellicæ navis ad latitudinem etiam ad antiquos auctores reſpexerit pag. 4 & 5.

Sed ut hæc jam relinquamus, & revertamur ad ea, quæ conſtitui; rurſum errat Marcus, & quidem pueriliter pag. 71, quum verba Plutarchi in Æmilio Paulo referentia navem Perſei, quæ vehebat Paulum, fuiſſe ornatam ὅπλοις αἰχμαλώτοις καὶ φοινικίσι καὶ πορφύραις, vertit, *armorum ſpoliis palmiſque ac purpura*. Cur non magis *dactylis*? At intelliguntur barbarica textilia. Diodorus lib. 13 de Cononе: ἦρεν ἀπὸ τῆς Κιλικίας ναῦς φοινικίδας. Immo ipſe Livius ſic verterat 45, 35. *Nave ornata Macedonicis ſpoliis non inſignium tantum armorum, ſed etiam regiorum textilium*. An ab homine tam fatuo credes tu, Græci doctiſſime, Polybianam Caſauboni interpretationem in iſto libri XV excerpto ubique emendatam eſſe?

Errat & βαλανηγεῖ Marcus, p. 73, quum verba Juſtini de Ptolemæo Pyrrhi filio, qui ita ſtrenuus fuerit, ut prælio navali quinqueremem ex ſcapha cum ſeptem inſiluerit, ita accipit, ut ſcapham illam octo armati intraverint; quum in omnibus illic MSS. vel Bongarſianis, vel, quos ipſe inſpexi, Leidenſi & Thuanæo habeatur *cum ſeptimo*; idque ita exponi jubeat tota loquutionis antiquæ auctoritas, ut ipſe ſeptimus fuerit ex iis, qui quinqueremem inſiluerint; quod perſpicue demonſtravit pater in mantiſſa Pecuniæ veteris, cui ab eodem adſcriptus eſt Plinii locus 12, 1. (*Epulatum intra eam ſe cum duodecimo comite*. Eutropius de Galerio Maximiano: *Qui etiam ſpeculatoris munus cum altero ac tertio equite ſuſceperit*. Qui etiam ſic videtur ſcripſiſſe de Hannibale à Scipione victo, *cum quarto evaſit*. nam MSS. IIII, quod reddiderunt *quatuor*.)

Errat & ceſpitat Marcus, pag. 110, quum & Tripolin & Tyrum ait ita conditas fuiſſe, ut fuerint χήμασι γλωσσοειδέσι, & forma linguæ, quam Tripolis habuerit, fuiſſe quoque Tyrum; quum Phocas, ex cujus verbis omnia derivat, de hac Tripoleos figura nullum γρῦ ne quidem ſomniet. Non enim ab eo dicitur à Tripoli occupatum fuiſſe totum illud ῥαχὸν inſtar linguæ procurrens in mare; ſed in extremo iſtius ῥαχὸς poſitam fuiſſe Tripolin, ſive id rotunda, ſive anguloſa, ſive oblonga forma (quod de Phocæa teſtatur Livius, 37, 31, quæ tamen non χρεοπωΐζει) fuerit, indictum relinquens. Nec ea ſolius Tripoleos fuit poſitio, ſed utriuſque Carthaginis, Africanæ ſcilicet atque Hiſpanienſis; quum ex diverſo Caſſandrea in ipſis linguæ ejuſmodi faucibus poſita dicatur Livio 44, 11.

Sed permagna eſt offenſio & impoſtura Marci, pag. 142 in his verbis: *Sicut poſtea Alexandri M. tempora fuit illa Tyriorum quinqueremis, Tyria dicta*. Nam nec vera ſunt iſta, nec ſi vera

vera essent, adeo sunt illa supervacua, ut nihil ad rem facerent; sed sunt plane vana. Quæ enim navis unquam Tyria dicta? Certe omnes Tyriorum naves in peregrinum portum aut patens mare venientes vocatæ sunt Tyriæ: nulla ab ipsis Tyriis κατ' ἐξοχὴν Tyria dicta fuit. Docuit jamdiu Bayfius à patria nomen sortitas fuisse quasque naves pag. 28. Hinc Ægyptias, Asiaticas, Syriacas; Rhodias, Achaicas vocari ab antiquis & Punicas. Hinc Xerxes dicitur fugisse Sidonia nave ab Herodoto. Adde pag. 135, ubi plures numerat, ut mirandum sit, quomodo pag. 80 doctus ille vir tam infauste versetur in verbis Plutarchi de Pompeio, ἀναχθεὶς ἀπὸ Κύπρου Σελευκίδι τριήρει, *vectusque Seleucide triremi*; hanc ibi dictam ait à Seleuco, quum proculdubio sit à Seleucia Pieriæ, in confinibus Ciliciæ & Syriæ non procul mari posita. Et unde tamen hausit illa Marcus? nimirum ex Arriani verbis, quæ ipse citaverat pag. 118, male intellectis lib. 2 ἀναβάσεως, ubi dicitur Alexander Herculi dedicasse τὴν ναῦν τὴν Τυρίαν, καὶ ἱερεῖον τῷ Ἡρακλεῖ. At hic non video distincte id velle Arrianum, quasi ea navis ob excellentiam Tyria fuerit dicta: non etiam fuisse illam quinqueremem. Arrianus quidem inquit eam describens, ἐν ᾗ τῇ ἑπτήρει ἦλθε. At paullo ante dixerat πεντήρης δέ τις καὶ τετρήρης αὐτῶν ἐπ' αὐτῇ τῇ σάλπῃ τῇ λιμένι ἐπλήθυσαν. Hic quomodo persuadebit Marcus ab Arriano potius intelligi quinqueremem, quam quadriremem. Nil aliud profecto nisi in tenebris micat, & majorem Herculi dicaram conjicit.

Restat non error, sed nefas & flagitium Marci. Operæ pretium est videre, quanta phantasia pag. 70 ventilet ac celebret lucem ab se illatam Polybiano loco, duobus doctissimis viris fatiscentibus. At quam serus iste bubulcus? Nonne enim tam multis diebus ante Cl. Schefferus libro 3 Milit. Nav. pag. 214 prorsus eodem modo demonstrat se intellexisse verba Polybiana, & conjecisse ἑπταδικήρη, sive ita scripserit, sive omissa à typis litera posteriore voluerit ἑπταδικήρης. Quæ sententia potior videtur, quam quod cogitabat Ursinus Fulvius. Distributa enim apparet fuisse navalia, & sic ædificata, ut unaquæque responderent certæ navium magnitudini, aliaque fuerint navalia triremium, alia quadriremium, alia quinqueremium, si quid probant hemicycli illi in portus Ostiensis nummo, aut si valet exemplum navalium apud Actium, de quibus ita Strabo lib. 5 pag. 325. Νικόπολιν, ἐν ᾗ κατέστησε Καῖσαρ τὸν ἀγῶνα τὸν ἱππικὸν καὶ γυμνικὸν μετὰ τὴν μάχην ἐπιθαλάττιον. ἔστι πυρὸς δ' ἱερὰ ἄδυτα καὶ νεώσοικοι λιμένος καὶ τοῦ πλοΐου. Ita aliud fuit navale μονοκρότου, aliud διηρότου, aliud τετρήρους & sic usque ad decerem. Livius 41, 9. *Et decem quinquiremes naves deduceret, ex navalibus, quibus vellet.* Ita enim minima molestia videtur locus ille ordinandus. Sic videntur singulæ quinqueremes habuisse suum proprium ac privatum navale. Quorum tamen ita interdum magnitudo & capacitas temperabatur, ut una νεώσοικος duas continere naves posset, ut docemur ex libro XIV Diodori, ibidem ab Cl. Scheffero adducti. Nec dissimilis in Marco culpa pag. 49. ubi post omnes interpretes vituperatos, quod libro III Maccab. χαδίαν vertissent *navigium*, suam autem versionem strenue jactaram, unum denique agnoscit Grotium itidem annotasse. At notaverat idem Lucas Holstenius in annotationibus in Ortelium pag. 171 editis anno 1666.

Sunt ista, ut reor, Gravi Præstantissime, satis idonea, satis locupleta attentionis Meibomianæ προφυλακὴ, tum propter se, tum idcirco præmittenda visa, ut aggressuri tractationem Liviani loci, jam ante providentes tam inficetam in isto homine temeritatem, tutius ageremus, & appareret potius cum ipsi & multa vanissi-

niſſimorum commentorum ſimulato ſplendore abreptum elatumque, ut omnia, ſic quoque Livianas voces adortum fuiſſe. Id quod præ omnibus confirmat abundans illud in declamatione verborum σμιλῶν-, haud paulo credibilius in ventoſo freto concepta & inſpirata quam in Romuleo ſenatu; nulla temporis aut veritatis habita ratione: ut plane, quod de Callicrate olim in Achaico ſenatu teſtatus fuit Archo apud eundem ſcriptorem 14, 24, eum *tanquam non hic nobiſcum fuiſſet, ſed aut ex curia populi Romani veniret, aut regum arcanis intereſſet, omnia ſcire & nunciare, quæ occulte facta ſunt*, in Marcum hunc noſtrum transferri queat. Nam quis ille paralogiſmus eſt dicere Antiochum tempore belli Romani ſub ſe habuiſſe urbes re maritima celeberrimas Tyrum, Sidona, Aradum? quum perſpicue hiſtoria nos doceat poſt cladem ad Raphiam Antiochum omni Cœle Syria ceſſiſſe Philopatori Ptolemæo: hoc mortuo rurſus eam Epiphani Ptolomæo ereptam (Livius 33, 19) poſtea eidem filia Cleopatra (Liv. 35, 13) uxore data in dotem reſtituiſſe. Quod licet quidam nomine tenus ac promiſſis factum tradant, re vero ſibi retinuiſſe; nihilominus fuiſſe Cœlen Syriam ſubjectam regi Ægyptio oſtendit Livius clare 42, 29, ubi narrat & Antiochum Epiphanem ambigendo de Cœle Syria cauſam belli adverſus Ptolemæum ſe habiturum putaſſe, & Ptolemæi tutores id egiſſe, ut vindicarent Cœlen Syriam; quorum illud eſt concupiſcentis, inhiantis & non poſſidentis; hoc vero cum maxime fruentis ac tenentis. Ac proinde, qui Syriam Cœlen non habuit, quid illi juris tribui poteſt in Tyrum, Sidona, Aradum? Et tamen pag. 81 etiam Joppitas ac Jamnenſes Antiocho ſubjicit noſter Μάγ-.

Jam ut eundem verba Polybii vexantem propius inſpiciamus, imprimis ludibrioſum ſe gerit pag. 79 in illis τεσσαρακοντήρεσι καὶ ἑλαυνοφόροις: quippe ſupponit pro compertο, eum qui ſic dicat, tacite ſignificare videri, ac ſi τεσσαρακοντήρεσι alia eſſent μὴ ἑλαυνοφόροις. Primo unde id concludi poteſt? Sæpe enim contingit addi aliquid non in eum finem, ut diſtinguendi gratia id continuo fiat. Sed tamen videmus quoque ex multis auctorum veterum locis bellicas naves, quanquam ex omnes omnino remis inſtructæ fuerint, adeo ut inde ab onerariis diſtinguerentur (Livius 27, 15. *Onerarias quoque, non eas ſolum, quæ remis agerentur*) & potuerint ἑλαυνοφόρους, tamen, inquam, velis perſæpe uſus fuiſſe, & proceſſiſſe utique μὴ ἑλαυνοφόρους, ἀλλ' ἱστιοφόρους. Deinde cur, ſi quis diceret *actuarias quæ agerentur*, ſequitur inepte aliquem opinaturum alias eſſe actuarias, quæ non agerentur? An igitur ſi quis dicat *naves longas quæ remis agerentur*, etiam ſequitur inepte aliquem cogitaturum, eſſe naves longas, quæ nullis remis agantur? Certe cogitet talia ineptiſſimus Marcus. Nam plane Livius 30, 43 de Pœnis: *Naves longas, elephantos &c. tradiderunt. Naves provectas in altum incendi juſſit. quingentas fuiſſe omnis generis, quæ remis agerentur, quidam tradunt.* Locus hic obſervatus jam quoque aliis, à quo omnino τὰ *quæ remis agerentur* tuto abeſſe poterant; nec ullum periculum eſt perperam acceptum iri. Quod tamen quid aliud eſt, quam ναῦς μακρὰς ἑλαυνοφόρους? Nec tamen Livius id ſcribens perſuaſit ſibi fuiſſe naves longas, quæ remis non agerentur, etſi interdum velificantes eas ſcripſerit; nec nos tam inepti ſumus, ut id opinemur.

Adfert alteram cauſam Marcus, qua motus vocem ἑλαυνοφόρους mutat. Quia nempe præcedit ναῦς, non vero πλοῖον, ideo ſaltem ſcribendum hic fuiſſe ἑλαυνοφόρια. Ecce rem momenti grandis & molitionem accuratam! Quaſi ſub voce τεσσαρακοντήρεσιν Polybius non potuerit intellexiſſe σκάφος vel πλοῖον, non vero ναῦς. Immo iſta varietas, me auctore, ei placuit;

Digitized by Google

placuit; quippe eodem modo cognoſcimus legat. 9 poſt hæc verba ὁμοίως δοποδίδναι καὶ τὰς κατεφράκτους ναῦς, annectere ipſi placuiſſe ὀλίγῳ πίντε σκαφῶν, quum nullo modo vox poſtrema eſſet neceſſaria: & quam propterea nollem ita conſideraſſet Fulvius, ut ideirco in Livium iſta verterentem alienam vocem immittere tentaret, quum alioquin veriſſima ſit hujus emendatio, ſi abjiciatur τὸ *lembos*. Ut rurſum falſiſſimus traducatur Marcus, qui pag. 74 affirmare audet neminem mancum eſſe Livii locum vidiſſe, quum utique Fulvii notam editioni Livianæ in Addendis addiderit pater. Quid quod non ſolus ita Polybius? Appianus eadem varietate ſe oblectavit, inquiens: ναυσὶ δ' ἰσίῳ πεντήκοντα μὲ πεντήρεσι, ἑκατὸν δ' ἡμιολίαις, ἀφράκτοις δὲ καὶ κερκούροις καὶ σκαφίδιοις πολλοῖς. Hic ne quid dicam de voce ἀφράκτοις, quam fœminino modo ab Appiano eſſe poſitam credere poſſemus, etſi non putem; cur non Appianus dixit σκαφίδιαις πολλαῖς? Omnino id debuit; niſi potior ei fuiſſet ratio diverſitatis, quam majoribus frequentatam cernebat.

Et quum hæ duæ tam graves, ut demonſtravimus, ſint cauſæ, momentoſior, ſi Muſis placet, immo plane agreſtis eſt tertia ab uſu librorum MSStorum petita. Certe nos quoque ex iis ſumus, qui libros veterum ſcriptos, & quidem ipſius Polybii, legerunt; ſed in illis non vidimus proximam eſſe corruptionem literæ ι cum π, nedum α cum ν, quod hic noſter gannit. Et tamen quum ſic etiam pro neceſſaria agitet emendationem iſtam, & ab Senatore Romano numerum hunc velut pro ſententia dici faciat, tamen mox deinde velut rem incertam prodit ac deſtituit.

Sic tractato Polybio, pergere eum ad Livium videas, Vir Summe, quem atrociore & horrenda prorſus importunitate aggreditur. Quis enim auderet paulo humanior vel concipere, ut tantum ſibi liceret, quantum hic imperioſus Pireneus in Livio juris ſibi ſumit? *Naves actuarias* vulgo legitur. Hic inde facit *naves tectas & quinquaginta actuarias*. Neceſſario *tectas* reſcribendum eſſe ait evinci à verbo Græco κατεφράκτους. Quid dicemus? Maximi generis naves, ut erant quinqueremes, permiſſæ fuerunt Antiocho ab Romanis, & minimi generis, ut actuariæ; medii, quales erant biremes, triremes, quadriremes Antiocho habere non licuit? Quam rationem hujus mirifici edicti comminiſcetur noſter μεθοδικός? At Carthaginienſibus relictæ ſunt decem triremes. At Philippo quinque majores & minores omnes cujuſcunque generis, ut quidem ſonant vulgata fœderis verba apud Polybium, ſi non diſerte vetare erit permittere. Unde iſtam in imperiis inconſtantiam, aut qui reſpectus? & quis talia credat? Tanto vilius eſt, quod iſte fictitius Romanus ſenator, quum permiſiſſet *lemborum quantum habere velet*, objicit; *ſed in tam exiguo longarum numero ingentem vim minorum navigiorum ſibi comparabit, quæ proxime ad longas accedant*. An lembi proxime accedunt ad quinqueremes? An periculum eſt, ut is, cui lemborum ædificatio tantum permiſſa eſt, triremes & quadriremes aut biremes fabricari ſibi licere interpretetur? An vero ſpeciem quandam ſingularem navium, mediam inter belticas & onerarias, & proxime ad longas accedentem fabricabitur? Omnia deteſtandæ quiſquiliæ.

In ſimilis nugamenti laqueo jacet ſecunda ratio, tanquam alioqui rem falſam memoraret Livius, nec decem actuariæ tanquam navalium virium præcipuum robur putari poſſint. At Livius rem veram memorat, & omnino Romani noluerunt aliquas navales vires Antiocho ſupereſſe, cujus regni magnitudinem ſatis comprehendebant, ſed ipſius ſtoliditas & ναυτία in omnibus belli

hujus

hujus momentis non merebatur, ut nulla honoris aut æſtimationis parte æquaretur Philippo. Præterea talem Antiochum agnoſcebant, quem nec deſperatio, ultimum & acerrimum telum, ad fortia conſilia & cogitationem de repudiando fœdere tam turpi, adigeret acueretque; prorſus dignum, qui ad cutem uſque attonderetur etiam cum ludibrio. Itaque quam vera ſunt iſta omnia, tam quoque probabilis conjectura in τὼς & *quinquaginta*, interpolitis ex Polybii interpolata ſcriptura; quæ tamen quomodo ſit concipienda, ipſe edicere nec poteſt nec audet.

In tertia emendatione pro *neve minorem* reſcribens *ne hat quidem* (qui nefaſtus mutandi modus eſt) eo prætextu, quod ita vertere debuerit Livius Polybiana μήδ' αὐτὰ, quid aliud quam litem lite defendit? quum non ſint iſta Polybiana, ſed Meibomiana. Nihilo melior eſt cauſa altera, in qua nihil niſi tam magnum regem ſibi imaginatur, quem Romani revera ad ſummam humilitatem dejecerant & meritiſſime riſui habebant. An vero, qui pro *minorem* legunt *monerem*, lapſi ſint ex ignorantia veteris rei navalis, quod iſte inhumanus & acerbus ἀμάθειαν impingit, ecce rem teſtem demus. Ait Marcus, *& pentecontorus fuit moneru, & πεντηκοντόρου ναῦς moneris dicitur.* In illis, qui pro *minorem* legunt *monerem*, & Pichenam ad Tacitum & quidem præcipuum agnoſco patrem meum fuiſſe. At ejus in prima editione notarum ad Livii hunc locum diſerte exſtant ea verba: *poterat eſſe μονήρης & πεντηκόντορος, immo & ἑκατόντορος.* Item: *ſane piratica actuaria navigia erant plerumque πεντηκόντοροι & μονήρεις, uno remorum ordine inſtructa in ſingulis lateribus quindenos habentia remiges.* Tu judica, Græci doctiſſime, an tam illiberali accuſatione virum ingenuum defungi ſufficiat.

Sequitur brevis collectio errorum Urſini, Caſauboni, Salmaſii, Gronovii, non ſine tremore aſpicienda; quorum quum omnium illuſtriſſimis nominibus deferendis hic ſævus Cato umbram facere conatur, tum inprimis duo poſtremi concutiuntur, quod iſte non ſolum nimio emendandi ſtudio (& quem locum abſque iſta prurigine Marcus tetigit?) uſus fuerit, ſed etiam barbara vocabula compoſuerit; hic ſermonem probum mutet & σολοικίζοντα ſubſtituat. Euge, Meibomi! qui ex nullo niſi te uno pendens omnes reliquos ad concinnitatem tuam flocci facis. Sed quæ tibi tam impudentibus verbis Salmaſium inſectandi juſta cauſa eſt, idque tam ſero? Satis utique & modeſtis verbis revocaverant Salmaſianum impetum alii, ut profecto tua iſta animadverſio non ſit, & laureolam inde quæras, unde nonniſi ferulæ ac ſanguineæ virgæ tibi deſtinari poſſunt. Juſtior fortaſſe es in primo, quem vocas, errore; & debuit Antiochus tradere longas naves omnes, etſi alii in eo jam tibi contradixerint. Gronovius autem qua ratione in Appiano ſermonem σολοικίζοντα ſubſtituit? unde noſti eum conjunxiſſe πολίμων κατίχειν? quod coloris veſtigium ad tam temerariam accuſationem poſſides? Verba Gronovii ſunt, *quas ex inſtituto habiturus erat præſidium regni, & εἰς τοὺς ἰωνικούς πολίμων κατίχειν (ſic enim legendum) ita tamen* &c. Quid juvat improbo potius & criminante oculo aſpicere, quam leni humanoque, & potius affirmare eum conjunxiſſe πολίμων κατίχειν, quam non conjunxiſſe, & ſubintellexiſſe ἴσχειν, ut ſit integrum κατίχειν ἴσχειν πολίμων εἰς τοὺς ἰωνικούς, ex conſuetudine notatiſſima Græcæ linguæ? Si enim neſcis, frequenter ſatis Græci illam particulam malunt omittere, & ſubaudire, non etiam exprimere. Id te plane docebunt omnia Lexica, quæ puerorum quoque teruntur manibus. Quam dignus eſſet, elegantiſſime Græci, hic πολιτίζων βαρβαρόγραμμος ἰαμβίζειν, qui patrem meum reum deferre auſus eſt ſoloœciſmi

Appiano impacti, quem scis tota vita nihil egisse aliud ferè, quam ut solœcismos & similes lautitias Marco & Marci similibus usurpari assuetas ex omnium animis evelleret, idque ita egisse, ut nec pœnituerit unquam nec pœnitere deinceps possit. Quin eat ille, & non ad Reges & Eruditos Principes maris mediterranei accolas, profecto Ursini, Casauboni, Salmasii, Gronovii studiorum fautores æstimatoresque haud paulo benigniores quam Marci Meibomii, συλοικωτάτῳ Margitæ, se conferat, sed ad Septentrionalia telonia, & inter nautarum barras strigosæ suæ literaturæ mangonium exerceat. Quid autem? non placet nec credere libet sub voce πολέμῳ intellectam patri fuisse vocem ἔτεσι, accipe & disce, etiamsi jungantur illa κατέχειν πολέμῳ, non tamen esse sermonem συλοικίζοντα, quod tu improbe cavillaris. Herodianus lib. 1 de Commodo: μηκέτι κατέχων ἑαυτῷ δημοσίᾳ θεὰς ἐπιτέλειον. Et libro 2 post orationem Læti: μὴ κατέχων ἑαυτῷ ὁ δῆμος. Et video Stephanum quoque hanc loquutionem in Herodiano annotasse. Et sic quidem solœcismi captatio valeat.

Secundi erroris per est pulchra demonstratio: quippe, ait, si Polybius dicere voluisset, Antiocho non concessum fuisse, ut actuariam xxx remorum haberet, scripturus fuisset μηδὲ τεσσαρακοντέρους ἔχειν, omisso verbo ἐλαφρόμορον, & hanc difficultatem neutri animadversam addit. In quo præterquam quod ipse jam agnoscat verbum ἐλαφρόμορον à Polybio venisse (ut perspicue videamus à Marco ea quoque, quæ à Polybio scripta esse ipse persuasus est, mutari) profecto Lynceum oportet hunc hominem esse in videndis difficultatibus. Quid enim sive addatur sive omittatur vox ἐλαφρόμορον, ea facit, quo minus τεσσαρακοντέρους aut concessum aut non concessum appareat? quum simpliciter τεσσαρακοντέρους plane idem sit ac denotet, quod τεσσαρακοντέκωπον ἐλαφρόμορον.

Sextus denique est Gronovii error, quod μηδὲ αὐτὸ putet significare, *ne hoc quidem numero*, quum numeri mentio nulla præcesserit. Quid nisi Anticyra huic lectori opus? Immo geminus præcedit numerus, alter in voce δέκα, alter in voce τεσσαρακοντέρους. Numquid enim in his numerus non exprimitur? Sociat pater & conciliat verba sensumque Appiani cum Polybianis, satis plane, ut repetere ipsius verba necesse non sit. Itaque existimans præsidium regni, vel, ut ait Appianus, contra ναυτικόν, Antiocho concessas decem naves, pluribus tamen ei licere uti addit, si ab illis infestaretur, quibuscum jus belli Antiocho Romani concesserant: hoc ipsum quoque elici censet ex verbis Polybii μηδὲ αὐτὸ, ut ne quidem decem navibus illis uti Antiochus ausit in bello ἃ αὐτὸς κατέσχε. Quis hic antecedentem numerum non videt?

Et Marci quidem μεγήτης ita pereat. Cæterum ut aurium tuarum, Grævi Politissime, molestias expiem, & nos quoque opitulari Livio voluisse videamur; age sane & ad locum tantopere fluctuantem adjuvandum circumspicienti mihi aliquod remedium indulge veniam attentionemque tuam, ut hoc potius egisse, quam in aliis tangendis occupatus fuisse videar; maxime, quum nondum satisfaciant retro vulgata. Ut enim dicam libere, quod sentio; ita nec tibi nec aliis extorquebo quidquam, nec ulli invideo, ut discedat magno animo in sententiam, quæ cuique allubescit. Idcirco ut liberior esset optandi copia, inserendum hoc loco & præmittendum judicavi, quod nuper Vir præclari in doctrina nominis, & quondam patri meo, nunc mihi amicissimus Joh. Schefferus huc misit excerptum ex renovatis suis de navali militia libris, quod sic instauravit:

[Polybius inter cætera fœderis, quod

quod Romani pepigerunt cum Antiocho, hæc quoque habet: Ἀποδόσθω καὶ τὰς ναῦς &c. Quo loco πεντηκοντόρον non aliud navigium, quam πεντήκοντορον, sic vocatum, sicut ante & εἰκόσορον ostendimus εἰκοσόρον exponi. Livius eandem rem commemorans, & Polybium haud dubie, ut solet, sequens, ista verba ita reddit: *Tradito & naves longas armamentaque earum, neve plures quam decem naves actuarias, nulla quarum plus quam triginta remis agatur habeto, neve minorem ex belli causa, quod ipse illaturus erit.* Quibus verbis constat manifeste, Polybii πεντηκοντόρους, id est, πεντήκοντορον esse Livii *actuariam, quæ triginta remis agitur.* Ad quod exemplum etiam εἰκόσορος erit actuaria, quæ agitur remis viginti, resque ita se habebit & in cæteris. Sed Livio non convenit per omnia cum Polybio, librariorum culpa, ut opinor. Sumuntur primum Antiocho naves longæ, conceduntur deinde actuariæ. Sed & harum definitur numerus, ut sint decem tantum, magnitudo quoque, ut non habeant ultra remos triginta. Postremo etiam majores ei permittuntur ex belli causa, quod ipse esset illaturus. Contra Polybius cum prius dixisset concessum πεντηκοντόρους, seu actuariam triginta remorum, μηδ' αὐτὸ, id est, ne quidem illam ipsam actuariam concessam vult ex belli causa, quod ipse esset illaturus. quod haud dubie est verum. Metuebant Romani, ne Antiochus fingeret varias bellorum causas, quorum obtentu compararet sibi classem, quam mox rebellans converteret in ipsos. Itaque concedebant quidem ei bella suscipere, si sic videretur, sed in iis uti navibus volebant minoribus, quam quarum vim cogerentur vereri. Quare illud, *neve minorem*, apud Livium haud procedit. In antiquo codice pro eo legitur, *neve monerem*, quo existimant intelligi actuariam, quæ triginta remis agitur. Sed non ita solent Græci aut Latini. Nunquam ipsis moneris est non longa, id est, minor, quam remorum quinquaginta, de qua nihil antecessit. Et quid? Si moneris minor quoque, an non, qui monerem prohibet, is quoque prohibet actuariam viginti remis, octodecim, quin etiam vel sedecim, vel minori numero remorum actuariolas? Atqui hoc propositum Romanis nunquam fuit. Denique obscure valde generalis vox moneris, si omne genus actuariarum simplici remorum serie constantium significaret, pro triginta remorum actuaria fuisset posita, in pacto præsertim ac fœdere, ubi quantum potest, evitari talis obscuritas consuevit. Sed nec cætera Polybii, quæ Livii. Nam pro decem actuariis concedit ipse decem cataphractas sive tectas. Jam vero tectæ nunquam actuariæ vocatæ, verum longæ, quæ antea Antiocho ablatæ. Deinde prohibet actuarias omnes triginta remorum, quas concedere Livius videtur. Porro cum sit certum, sua Livium desumpsisse pleraque ex Polybio, tam diversa prodidisse, haud est vero consentaneum. Quare verba ejus erunt vitiosa, & sic, ut opinor, emendanda: *tradito & naves longas armamentaque earum; neve plures, quam decem: naves actuarias, quarum nulla plus, quam triginta remis agatur, habeto: neve monerem ex belli causa, quod ipse illaturus erit.* Retinui omnia, sola distinctione mutata: *neve plures*, inquit, *quam decem puta habeto*, quod huc ex sequentibus tradendum: intelligit autem decem longas, quod est Polybii καὶ μηκέτι ἴχητε, πλοῖα δ' κατάφρακτα. Sunt enim eædem longæ & κατάφρακτοι, ut loco alio docebitur. Pergit: *naves actuarias habeto:* pro quo Polybius, μηδὲ πεντηκοντόρους ἴχητε, quod prorsus est contrarium. Verum sic Polybium scripsisse vix persuadeor. Quid enim? qui concesserunt decem naves longas, plane nullum concessuri erant triginta remorum navigium? quid in hac triginta remorum actuaria peculiare fuit, quod

Romanis eſſet metuendum? Deinde quomodo cohæreat id quod ſequitur μηδ' αὐτὸ, ſi id navigium jam ante penitus Antiocho fuit negatum? Quare maneo in ea ſententia, ſcribendum atque diſtinguendum in Polybio eſſe, καὶ μηκέτι ἐχέτω πλοῖα δίκα καταφράκτων μηδέν. Ut ſit μηδὲ καταφράκτων pro μηδὲ μίας καταφράκτου. Mox ſequi: τεσσαρακοντήκοντορον ἐχέτω ἁλιαυάριον. Subdit tandem Livius, *neve monerem*, ſcil. *habeto*, quod exiſtimo ſcripſiſſe Livium, non quod cenſeret monerem idem eſſe ac τεσσαρακοντήκοντορον navigium, ſed quod illud αὐτὸ referret non ad proximum ſolummodo, ſed cuncta præcedentia. Itaque monerem poſuiſſe non pro actuaria, ſed longa nave. Tali ſenſu: ne conceſſas quidem ante decem iſtas longas uſurpare debere, ſi laceſſat ipſe, nec enim ad nocendum permiſſas, ſed ad defendendum, & repellendam injuriam ſibi illatam. Quod an Polybius voluerit, incertum eſt, mihi ſane vix perſuaſum. Sed non novum eſt in Livio, ut aut alia pro Polybianis afferat, aut inter Polybiana alios etiam reſpiciat auctores. Atque iſta quidem ad Polybium & Livium, quæ quiſque ſuo arbitratu judicet. Id plane conſtat ex allatis utriuſque verbis eſſe eaſdem actuarias Latinorum, & quas Græci εἰκοσόρους aut τεσσαρακοντόρους appellarunt &c.]

Hæc ſunt, quæ ad inſtaurationem utriuſque ſcriptoris meditatus eſt eruditiſſimus amicus noſter; quæ ſane & exoſculor & pedibus ſuis ſtare probe video; & quantum eſt inter hanc lenitatem & iſtam Marci graſſaturam ac lanienam diſcrimen! Quia tamen hæc ſententiarum multitudo jam hieram fecit, & palmam velut in dubio ſuſpendit, diſce precor, mi Grævi, cauſam quoque noſtram, & quid in mentem nobis tulerint hi dies, concede, ut ſubnectere tandem liceat. Exiſtimo igitur ante omnia, & ex multis cauſis perquam validis mihi perſuadeo Romanos ne minimum quidem reſpexiſſe ad aliquam regis hujus magnitudinem, (quam adeo ſerviliter tamen adorat Marcus) ſed potius ineptiſſimam ejus in hoc bello gerendo indolem indignam duxiſſe, quam comiter revererentur, vel cui ſubjicerentur tot Græcorum in Aſia minore coloni; præſertim cum iis tam prope immineret, ſive terram ſpectes, ſive à mari. Neque poſſum mihi fingere cauſam ullam aliam, quod Philippum adeo lenibus in conditionibus ex infelici bello exire & liberari ſiverint relicto univerſo regno, tantum ab litoribus quibuſdam eum arcentes, niſi exiſtimationem virtutis regio nomini reſpondentis, quæ etiam felix eſſe poterat. Quæ ſi talis in Antiocho apparuiſſet, fortaſſe maritimis quoque urbibus eum nudaviſſent; ſed ut omnibus iſtis viliſſimis & partim proverbio, partim luxuria notatis mancipiis, Caribus ac Lydis mediterraneis & ejuſdem farinæ aliis jugum ſervitutis dempturi fuerint Romani, cras credo, hodie nihil. Quanto contemptui Antiochus fuerit Romanis, apparet ex oratione Titi Quinctii apud Livium XXXV, 49 & Manii Acilii apud eundem XXXVI, 17. Ipſe Livius ſuis verbis fatetur libro XXXVII nullum unquam hoſtem Romanos æque contempſiſſe. Quanquam tranſeamus contemptum. Quid obſtitit aut obſtare potuit, quo minus Antiochum, quod in Philippo quondam ſuadebant Ætoli, vel occiderent, vel omni regno pellerent? Jus ipſe illis fecerat; poteſtas non minor facilitatem utriuſque dabat. Sed non erant tunc Romani, qui reges penitus ſublatos volebant, ut apparet ex reſponſo Quinctii ad Ætolos apud Livium XXXIII, 12. Et id obſervat egregie Diodorus in Excerptis Peireſc. pag. 314. Ῥωμαῖοι τῶν μεγίστων βασιλέων Ἀντίοχον καὶ Φίλιππον πολέμῳ ἀνελόμενοι τοιοῦτον ἐπέστησαν τὸ τιμωρίαν λαβεῖν παρ' αὐτῶν, ὥστε μὴ μόνον συγχωρῆσαι τοῖς βασιλεῦσι ἔχειν,

ἔχειν, ἀλλὰ καὶ φίλους αὐτοὺς ποιήσασθαι. Sic de Illyriis idem fatetur pag. 317. Nec aliter poſt devictum Perſea Livius XLV, 18. Hoc agebant, ut pacem tuerentur, & in æquo eos continerent; unuſque erat ſcopus, ut conturbari quies Romani orbis non poſſet. Jam vero in Antiocho Romani tantum temeritatem, quam maximam exſeruit non bene præparatis rebus in Græciam trajiciens, docuitque quam parvo negotio magnum bellum Romanis ciere poſſet, ſuſpectam habuerunt, atque ideo cavere ſibi voluerunt, ne quid ab ea parte ulterius ipſis timendum foret, ſi tantæ regni Aſiatici opes inciderent in ſucceſſorem conſilii ſpirituſque valentiorem, idque adjutore Annibale. Hinc primo cum inſulanis belligerandi jus ademerunt, & diſerte tum trajiciendi in quamcunque Europæ partem, tum navigandi ultra Sarpedonium & Calycadnum promontoria, nempe navibus bellicis; quarum proinde uſu ablato cauſa certe non erat, cur poſſeſſio relinqueretur. Quæ quidem non alio ſpectant, niſi ut Antiochus à Græcis Aſiaticis & Europa averſus, ſi quid vellet nec quietem amare poſſet, fortunam ſuam promoveret verſus Orientem, ubi non indigebat navibus longis. Deinde etiam ab terra ei ſtatuerunt terminos Halyn fluvium & vallem Tauri verſus Lycaoniam, quos tranſire vetitus eſt; quippe non ita inde excedere debuit, ut turſus intraret. Sic Antiocho ablata omni poteſtate movendi arma verſus Occidentem, nullus inde tumultus exſpectandus erat, niſi ſi aut civitates quædam Aſiaticæ regeſve aut inſulani bellum ſponte Antiocho inferrent, litemque moverent, qualem fuiſſe deinde inter Eumenem & Antiochum teſtis eſt Livius XXXIX, 22. Et quam tunc quoque in arctum cogebatur! nempe nihil niſi vim vi repellere ei licebat, non limitem tranſire, non civitatibus captis præſidia imponere, nullam urbem belli jure retinere, non in amicitiam deficientes hoſtium recipere; plane ut Carthaginienſes de ſe queruntur apud Livium XLII, 23 *ſe fœdere illigatos ſilere; prohiberi enim extra fines efferre arma. quanquam ſciant in ſuis finibus ſe geſturos bellum, ille haud ambigue capite fœderis deterreri, quo diſerte utantur cum ſocii populi Romani bellum gerere.* Ad hunc igitur modum auctore Livio à Romanis datum eſt jus & Antiocho & ſi qui orerentur ipſi hoſtes, controverſias ſuas, ſi utriſque placeret, bello diſceptandi. Sed quid, oro, lucrari vel minimum, ſi fortuna belli faveret, poterat Antiochus, aut cur ipſi potius ac conducibilius videretur bello diſceptare, quod nonniſi cum detrimento ſuo gerere poterat? Quanquam ego in omnia alia diſcedam; nec mihi videtur Livius verba ultima fœderis Romani cum Antiocho recte intellexiſſe, aut ad mentem Polybii ſenſumque interpretatus eſſe. Quum non id Romani voluerint, ut controverſias quaſcunque inter ſe jure ac judicio diſceptarent, aut, ſi utriſque placeret, bello; quod Romani nunquam permiſerunt, & quinque iſta verba ſunt ipſius additamentum. Polybius enim verba fœderis hæc profert: Περὶ δὲ τῶν ἀδικημάτων πρὸς ἀλλήλους γενομένων εἰς χρείαν προσκαλεῖσθαι. Ubi ἀδικήματα non ſunt controverſiæ, ſed maleficia in bello perpetrata, dum vis vi arcebatur, antequam Romani in rem præſentem venientes, ab armis diſcedere eos juſſiſſent. Itaque id caput adjectum eſt unum in ſolatium Antiochi, qui cum jus belli haberet, non autem faciendi ea, per quæ reſarciri ſolent bellorum ſumptus, ut occupandi urbes, vaſtandi agros, atque adeo nulla ratione reparare impenſas poſſet, Romani poſt reſtitutam pacem id ei dederunt, ut judicio certare de reſtitutione damni & impenſæ apud ipſos poſſet. Id vero jam ex dictis conſtat, ſicuti bellum terreſtre neceſſario debuit intra fines

ſuos admittere (non enim ante vis ei fiebat) ita ſi maritimo bello impeteretur, id quoque eum debuiſſe è litoribus ſuis arcere, non vero ædificata robuſta claſſe occurrere venienti hoſti; niſi ſi adeo puerile ac luſorium bellum eſſet, quod decem navibus poſſet fugare. Etenim ſi aliud ei licuiſſet (id quod video tamen alios velle, nempe plures ædificare naves, ſi bello lacefferetur) jam cum vicinorum aliquo colludere potuiſſet Antiochus, & prætextu imminentis ſibi ab eo belli, aut alio quodam, plurimas naves comparare, ac tempore capto egregiam fraudem Romanis ferre. Neque dici debet id nunquam futurum fore; quippe jam & Carthaginienſes accuſantur hujus aſtus apud Livium XLIII, 3. *Guluſſa monuit Patres Conſcriptos, ut à fraude Carthaginienſium caverent. Claſſis eos magnæ parandæ conſilium cepiſſe, ſpecie pro Romanis & adverſus Macedonas; ubi ea parata inſtructaque eſſet, ipſorum fore poteſtatis, quem hoſtem aut ſocium habeant.* Quod fraudis genus quis credat non animadverſiſſe & caviſſe Romanos, non ſemel regiam fidem illo tempore ex utilitatis cauſa pependiſſe jam expertos? Nam ab ſociis Romanorum ea ſimulatio expectanda non erat, quum Antiocho & hoſte ejus utroque Romanorum ſocio, interventuri fuiſſent Romani; utpote qui cenſebant æquum eſſe ſocios & amicos populi Romani reges inter ſe quoque ipſos pacem ſervare, ut teſtatur Livius XXXII, 8.

Hanc igitur ſententiam de Romanis foveo, eos, quum plane ex mari excludere Antiochum vellent, & decem naves longæ ſint belli nullius, nullas longas naves huic regi reliquiſſe. Quæ ut clareſcat, accedamus ad verba Polybii ac Livii. Nam Appianum nunc in quo numero habere poſſumus, ita ſordentem hoc loco? Quid enim eſt *bellum incipere contra ſubjectos?* Profecto nullus juſtus Rex unquam incipit bellum contra ſubjectos; & ſi ſubjecti contumaces imperio regio aut abnuentes tributa cogant regem manu armata uti, tum ſane ipſi bellum incipiunt cauſamque præbent, non rex. Præterea quidquid aliorum auctorum hujus belli Antiochici fuit, illi omnes non debuere tanti Appiano eſſe, ut abiret à Polybio, tam probato per omnia ſecula auctore; maxime quum videret ei adhærentem Livium. Deinde animadvertendum in hac periodo potius videri, ut dicamus Polybium corruptum eſſe, quam Livius (ſecus tamen opinabatur pater) quum hujus non pauca reperta fuerint bene antiqua ſcripta exemplaria, quibus veteſtæ ſcripturæ veritas ad firmum ac certum redigitur, & imprimis præſtans ille Moguntinus. Contra nemo unus Græci ſcriptoris codex corruptior inventus eſt unquam, quod memini, ac Polybiana iſta legationum Excerpta, ut apparet undique ac paſſim ex Pulvii Urſini notis. Rurſum in Polybio quæ vanior repetitio dari poteſt, quam illa in verbo ἰχθύω; certe, ſat ſcio, nuſquam alibi ſic caſtigatiſſimus ſcriptor, in quo haud dubie coercenda fuit labes, quum etiam Livius modo ſemel *habere* ponat. Itaque ad ipſum caput venio, & quam mutationem Polybio ac rei ipſi convenientem judico, en tibi. Suſpicor enim: Ἀποδόντα ἢ μὴ τὰς πάσας ναῦς μακρὰς, μὴ τὰ ἐκ τούτων ὅπλα καὶ τὰ σκάφη. καὶ μάλιστα ἰχθύα πλεῖω δίκα ἐσομένων ἐκὶ πεντήκοντα κοπὰν ἰριτμὸ ἰλαυνομένων. μηδ' αὐτὸ πολέμια ἔχειν, ἢ αὐτὸς κατάρχειν. Quæ quid differunt ab iſtis Livii? *Tradito & navis longas armamentaque earum; neve plures quam decem naves albatas, nulla plus quam triginta remis agatur, habeto; neve moverem, ex belli cauſa, quod ipſe illaturus erit.* Omnino ablatas reor Antiocho naves longas omnes, ut cenſuit & Marcus, intercedente licet Conſtantino Opelio. Neque id propter relatum inter τὰ Λογγὰ longo tempore poſt neſcio quod pro-

nun-

nunciatum, sed ipso Livio volente; quem in Punico & Philippico fœdere si quas naves receptas vult intelligi iis, quibuscum paciscuntur Romani, videas diserte statim subnectere *praterea* vel *praterea tot naves*. Nulla causa est, ut si idem nunc factum fuisset, id non ita nunc quoque prolaturum fuisse credamus. Ut minus dubitemus Antiocho omnibus longis navibus interdictum, facit tam expressa stipulatio de armamentis earum, quod nullo unquam in fœdere à Romanis factum legimus. De *monere* quidquid obsistitur, utique verus est pater meus, & Pichena, & Brissonius. Immo quo illud *minorem*? quum τὸ *monerem* certe quoque minorem in se includat. Quasi dicat; Antiochus ne habeto non modo navem xxx remorum, sed ne ullam quidem moneris speciem ad bellum inferendum & milites ad id transvehendos. Ita enim interpretor illud μηδ' αὐτό. Nimirum Carthaginiensibus relictæ sunt decem triremes: Philippo quinque tectæ cum illa capaciore XVI ordinum nave. Huic Antiocho, ut meritus erat, qui sola trajectione & navium auxilio curam Romanis incussérat, alas arctius præciderunt, ne una quidem tecta relicta nave, sed decem modo apertis. Quæ apertæ quum diversa magnitudine essent, definiendi gratia addiderunt, ne ultra triginta remos continerent; unde & Livius eas extenuans *actuarias* vocavit, si fides Moguntino codici habenda, quum ea vox ab omnibus aliis MSS. absit, nec vel ipse in Thuanæo vel pater in Vossiano eam legerimus. Porro ut sciret Antiochus, quem ad finem naves istæ ipsi concederentur, angustius sententiam suam interpretantur; nempe adeo has decem ipsi non indulgeri, ut iis ad belli aliquam rationem abuti liceret, ut ne moneris quidem cujuscunque speciem, hoc est, quæ non ad xxx remos crescerent, imo vel unius remi navem ipsi fabricari jus esset belli inferendi ergo. Equidem & scio & non inficior navem xxx remorum ac plurium esse posse monerem & sic antiquis appellari. Sed quum perspicuis documentis probatum sit δίκρωτον, τέτρωτον non modo de nave duorum triumque ordinum vel versuum, sed etiam de nave duorum triumve remorum dici; quis mihi eripiet vocem μονήρης non item quoque usurpari posse de nave vel unius remi, & sic ab Livio usurpatam esse vocem Græcam in subsidium vocante? quum *uniremis* forte Romani non dixerint. Nam & biremem Latini æque dixerunt navem duorum remorum, ut præter Horatium & Lucanum, cujus verba habet Cl. Schefferus pag. 68, & Livium, itidem pag. 74, nobis indicat fragmentum hoc antiqui scriptoris apud Marium Victorinum: *Superagit aura mare ferens procul aeratas biremes*. plane ut Livio *lembi biremes*. Ita licet in ipsa voce μονήρης exemplum non habeatur; tamen vide, an non satis responderi sic possit Constantino Opelio, volenti habere locum alicujus veteris, & neganti hac terminatione dictas naves, ubi nulli sint remorum ordines: ut nec verum sit penitus, quod putavit Scaliger navem, quæ minus viginti remos haberet, non à remis sed ab scalmis nominatam.

Et hæc quidem nos ad incertissimum locum; si nihil aliud, certe Gronoviani erga Livium amoris exserendi causa, tam fixi, tam perpetis, ut ne mors quidem interrumpere potuerit. Abs te, summe Grævi, exspectabo, an adhuc debeat Capitolinam Pollio quercum sperare. Interea ut caverem, ne quid nauseæ ex tanta loquacitate tibi inhæreat, quasi limpidiorem aquam ex vetusto flumine in manus porrigo excerptum ex antiquo codice, quod dum secunda vice Parisios transeo Hispaniam petens, Vir undique humanissimus & maximum nuper harum literarum juxta ac meum

meum decus, nunc vero jactura inæstimabilis & æternus dolor Henricus Valesius mecum communicavit. Id eo libentius facio, quod non minus quam hæc omnia, quæ egisse nos vides, ad illustrationem Titi Livii & obsidionis Ambraciæ libro XXXVIII memorabiliter descriptæ pertinet; immo ita, ut si ullibi, in hoc certe loco interpretando obscurus plane habendus sit Livius aut etiam vitiosus: ac miratus fuerim ab Isaaco Casaubono, qui præcedentia vel Romanorum in oppugnando vel Ætolorum in tuendo artificia ex eodem MSto Regio publicavit, neglectum fuisse, quum sint omnia æque mera Polybiana. Excerptum ita habet:

Πολλαὶ γὸ πόλεις κ) μ) τὸν τῦ τειχῶν κατασροφὸν ἀφειλήφασι τ ἐναντίων, ὥσπερ κ) Ἀμβρακία. Τῶν γὰρ Ῥωμαίων συνεχῶς βιαζομένων τοῖς κριοῖς τὸ τεῖχος, ἀεί π ἐμελλὸν εἰς τ πόλιν ἐδυνάσθαι παρελθεῖν λ) τ πλωμάτων, λ) τὸ τοὺ ἔνδοθεν ἀντοικοδομεῖν κ) μάχεσθαι γυμναῖς ὑπὸ τ πίπλοντος μέρες τοὺ Αἰτωλούς. ὅθεν κ) ἀπελπίσαντες τ λ) τῆς βίας ἑλεῖν τὸν πόλιν, ἐρὸς τὸ ὑποσύρειν ὥρμησαν. ἀλλὰ κ) τούτους τῆς μηχανῆς ἀπεκρούσθησαν, ςρατηγικώτερον τὰ ἔνδον διατεταγμένοι, ὡς φησὶν ὁ λόγος δηλώσει * κ) σκαπτόμενοι τὸ πονηρεύμενον, ἀσφαλισάμενοι τὸ μέσον ἔργον τῦ τειῶν τ προϋπαρχόντων οἱ Ῥωμαῖοι, κ) συνταξάμενοι ὁπλιτικῶς τοῖς χάρροις, προεβάλλοντο ςοὰν παρεμβαλλόμενον τῷ τείχει, σχεδὸν ὅτι δύο πλέθρα. κ) λαβόντες ἀρχὴν ἐκ ταύτης ὤρυτον ἀδιαπαύςως κ) ἡ νὺξ κ) τὴν ἡμέραν ἐκ λανθανόντως. Ἐφ' ἱκανὰς δ' ἡμέρας ἐλάνθανον τὰς ἔνδον φέροντες ἔξω τὸν χῦν λ) τῆς σύριγγος. Ὡς δ' μέγας ὁ σωρὸς ἐγένετο τῆς ἐμφερομένης γῆς, κ) συνόπτου τοῖς ἐκ τῆς πόλεως, οἱ φρουροῦντες τ πολιορκουμένων ὤρυτον τάφρον ἔσωθεν ἐναντίως παρὰ τὸν τοῖχον κ) τὴν ςοὰν τὴν πρὸ τ πύργων. Ἐπειδὴ δ βάθος ἔσχεν ἱκανόν, ἐξῆς ἔθηκαν παρὰ τ ἑνὸς τοῖχον τῆς τάφρου ἰσοῖς τῷ τείχει χαλκώμασι συνεχῆ λεπίσταλα κ καταπτυκτὰς, ὥσ λεκάνας κ) ἕτερα ὅμοια τούτοις. κ) παρὰ ταῦτα λ) τῆς τάφρου παρεμένοντες ἠκροῶντο τῆς φωνῆς τῶν ὀρυττόντων ἔσωθεν. ἐπεὶ δ ἐσημειώσαντο τὸν τόπον, καθ' ὃν ἐδόκει τινὰ τῶν χαλκωμάτων λ) τῆς

Etenim multæ urbes etiam post murorum eversionem hostem abegerunt, quemadmodum quoque Ambracia. Nam quum Romani assidue arietibus murum quaterent, semper quidem aliquid dejiciebatur, non tamen per ruinas in urbem penetrare potuerunt, quia & oppidani intus novum murum objiciebant, & Ætoli ruinis superstantes egregie pugnabant. Unde etiam aperta vi urbem capere desperantes, ad suffodiendum se contulerunt. Sed & ab hoc astu repulsi sunt, illi qui in oppido erant, peritissime ex arte militari omnia administrantibus, ut sermo procedens docebit, & inceptum illud cognoscentibus. Romani igitur bene munito medio ex tribus, quæ jam ante erant, opere, & accurate pluteis tecto, porticum è regione muro objecerunt ferme ad ducentos pedes, atque inde incipientes, per vices continenter & noctu & interdiu fodiebant, atque ita egerentes terram per vineam, oppidanos per bene multos dies fefellerunt. Ut vero egesta terra cumulus increvit, & in conspectum oppidani venit; præfecti eorum qui obsidebantur, impigre fossam intus ducunt è regione muri & porticus, quæ ante turres erat. Qua ubi ad mediocrem profunditatem venit, ad alterum fossæ latus prope murum apposuerunt aneas laminas junctas ac tenuissimæ fabricæ, ut patinas & his similia; ac juxta illas per fossam prætereuntes captabant intus sonum fodientium. Sic igitur loco ille bene notato, ubi quædam ex vasis per convenientiam ac

τῆς

τῆς συμπαθείας (ἀντήχει γὰρ πρὸς τὸν ἐκτὸς ψόφον) ὤρυττον ἰσωθὲν ὀπὶ καφσίαν πρὸς τῇ ὑποφυσῇ ἄλλην ὑπὸ γῆς πάροδον ὑπὸ τὸ τεῖχος, συμβαλοῦμενοι τῇ συμπεσεῖν εὐθὺ τοῖς πολεμίοις. ταχὺ δὲ τούτου γενομένου τῶν Ῥωμαίων μὴ μόνον ἐφίκεσθαι πρὸς τὸ τεῖχος ὑπὸ γῆς, ἀλλὰ καὶ διεσυλωκέναι τόπον ἱκανὸν ἢ τείχους ἐφ' ἑκάτερα τὸ μέρος ὀρύγματος, συνίπτασθαι ἀλλήλοις, καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐμάχοντο ταῖς σαρίσαις ὑπὸ γῆν. ἐπεὶ δ' οὐδὲν ἐδύναντο μέγα ποιεῖν βάλλοντες θυρεοὺς καὶ γέρρα πρὸ αὐτῶν ἀμύστορες, τὸ τελευταῖον ὑπέθηκέ τις τοῖς πολιορκουμένοις πίθον πρόθυμος ἁρμοσὸν πρὸς τὸ πλάτος τῆς μεταύλου θρυπῆσαι ἢ πυθμένα, καὶ λεπώσαντας εὐλισσον σιδηροῦν ἴσον τῷ τόρνῳ, πλῆσαι δὲ πίθον τῆς πίλης λεπτῆς, καὶ πυρὸς μικρὸν ἐμβαλεῖν ὑπ' αὐτὸ ἢ πίθῳ τὸ ἀφειδόμενον. κἄπειτα σιδηροῦν πῶμα τρημάτων πλῆρες τῷ στόματι προσθέντας ἀσφαλῶς εἰσάγειν βᾶν ἢ ὀρύγματι νέοντι τῷ κόμαλι πρὸς τοὺς ὑπεναντίους. ὁπότε δὲ ἐγγίσειαν τοῖς πολεμίοις, ἀφελόντας τὰ χείλη ἢ πίθου πανταχόθεν, τρήματα δύο καταλιπεῖν ἐφ' ἑκατέρᾳ ἢ μέρει, δι' ὧν διαθέντας τοὺς σαρίσας, ἐκ ἑκάστου προσῆναι τῷ πίθῳ τοὺς ὑπεναντίους. μετὰ δὲ ταῦτα λαβόντας χαλκὸν (f. αἰσεῖον) οἷς οἱ χαλκεῖς χρῶνται, καὶ προσαρμόσαντας πρὸς ἢ αὐλὸν ἢ σιδηροῦν φυσᾶν ἐπιμελῶς τῷ προσὸς τῷ κόμαι πυρὶ ἐν τοῖς σπλίλοις ἐγκαίοντα, κατὰ τοῦτον ἐπαγομένης αἰεὶ ἢ αὐλοῦ ἐκλὸς, καθόσον ἐκκαίηται τὰ σπλίλα. γενομένων δ' πάντων, καθάπερ προεῖπον, τό τε πλῆθος ἢ καπνοῦ συνίσασιν πολὺ γίνεσθαι καὶ τῇ ἐρεμίᾳ πᾶσι λαφύρου λᾷ τὴν φύσιν τῶν σπλίλων, φέρεσθαί τι πᾶν εἰς τὸ τῶν πολεμίων ὄρυγμα. ὥστε καὶ λίαν κακοπαθεῖν τοὺς Ῥωμαίους, ὅτε κωλύειν ὅτε ὑπομένειν δυναμένους ἐν τοῖς ὀρύγμασι ἢ καπνόν.

natura concentum (resonabant enim illa ad exteriorem sonum) significabant, intus foderunt ei fossa, quam fecerant, aliam sub terra obliquam fossam subtus murum, conjicientes recta se hostibus occursuros. Quæ celeriter facta, quia Romani sub terra non modo pervenerant ad murum, sed jam quoque multam ejus partem furculis suspenderant ad utramque fossæ partem, invicem congressi sunt. Ac primo quidem sarissis sub terra pugnarunt. Quum vero sic nihil magni momenti efficerent, utrisque clypeos ac plutcos ante se projicientibus; aliquis tandem subjecit obsessis, ut dolio ante se posito, quod cuniculi latitudini responderet, fundum ejus perforarent, fistulamque ferream & ipsam dolio parem concinnarent, dolium deinde tenui pluma implerent, & ignis aliquid sub ipsum dolii os injicerent, atque ita operculum item ferreum plenum foraminibus ori imponentes, secure per fossam inducerent ora in hostes obversa. Ubi vero hostibus appropinquarent, circumtecto undique dolii labro, duo foramina relinquerent ex utraque parte, per quæ porrectis sarissis non sinerent hostem ad dolium accedere. Posthæc folle, quo utuntur fabri, ad ferream fistulam adaptato diligenter eum igni, qui pluma prope os inditus erat, appositum inflare, semper in tantum fistulam extrahentes, in quantum pluma arderet. His omnibus ita, uti dixi, compositis, multitudo fumi angebatur, foditate nidoru immensa ex natura pluma, isque omnis in hostilem cuniculum ferebatur, sic ut Romani valde laborarent, quum neque prohibere nec tolerare fumum in cuniculis possent.

Hucusque Excerptum illud cum interpretatione nostra, defectis etiam vocibus, prout potuimus, commodam sententiam præbente. Unde apparet, non recte Livium egisse, quod mentionem æris, cujus præcipuus nunc fuit usus, omiserit: ac licet ita se res habeat, ut

auribus terræ admotis ſine æris auxilio captari quoque ſonitus poſſit, tamen id in hac obſidione factum non eſt; ac ſi forte id per ſcribas commiſſum ſuſpicari malimus, quum ipſe compoſuerit *aure ari admota* vel tantum *are admoto*, ne id quidem ad veram plenamque intelligentiam ſufficit. Deinde animadvertis imperfectum eſſe, quod per operculi foramina prælongas haſtas, quas ſariſſas vocant, ad ſummovendos hoſtes eminuiſſe ſcribat, quum in infinitum is numerus cogitationem lectoris producat potius, quam ad duo reſtringat. Adeo ut prorſus vel ſcripſerit Livius vel ſcribere debuerit *per operculi foramina bina*, quaſi ea vox abſorpta fuerit ab præcedentibus, vel *per operculi* II *foramina*, hoc etiam numero in duabus prioribus literis latente, vel etiam *per operculi foramina bina prælonga haſta*. Nec enim minus credibile eſt hoc loco numerum ab auctore inſertum fuiſſe, quam libro XXXVII cap. 11. *Contis enim binis à prora eminentibus*, quod etiam ex Polybio interpretatum Livium ſcimus. Præterea pro λειώσαντας in apographo erat πλειώσαντας· alterum ipſe ſubſtitui ſublata prima litera. Taceo alias σφεισώσεις, quas ipſe intelligis, & abrumpo in fauſtis de te ac domo tua votis. Vale, Vir Laudatiſſime, & vitam tuam ἀμέμπτως, ut mereris, tranſige. Daventriæ a. d. pridie Idus Decembres CIↃ IↃC LXXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google